8.35.P.18

Digitized by Google

Digitized by Google

8.35.P.18

R·P·M· IOAN· BAPTISTÆ DE LEZANA,

HISP. MATRITENSIS,

SOCII GENERALIS CARMELITARUM,

S. CONGR. INDICIS CONSVLTORIS, BENEFICIORVM
Examinatoris, ac in Sapientia Romana Publici Lectoris.

CONSULTA VARIA THEOLOGICA,

Iuridica & Regularia,

Pro Conſcientiarum inſtructione circa Controuerſias in Alma Vrbe, etiam apud ſacra Tribunalia agitatas; duabus Partibus diſtincta: Quorum Pars poſterior nunc denuò in lucem prodit.

Quorum vltimum pro coronide prioris Partis eſt de ſingulariſſimo D. Petri Papatu in Eccleſiam; D. Paulo Apoſtolo etiam excluſo:

Conformiter ad mentem, Decreta, Declarationes & Deciſiones S. Sedis Apoſtolicæ, & SS. Congregationum.

Omnium Operum Tomus Quartus.



L V G D V N I,
Sumptibus LAVRENTII ARNAVD, PETRI BORDE, IOANNIS, & PETRI ARNAVD.

M. DC. LXXVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

EMINENTISSIMO PRINCIPI,
ET REVERENDISSIMO DOMINO,
CARDINALI
DE LVGO,

Fr. IOANNES BAPTISTA DE LEZANA, Carmelita F. P.

DESTINATVM diu,Tibique addictum Opus, demùm iam ſiſti-
tur prompto animi affectu , *Cardinalis Ampliſſime*. Promi-
ſeram ſupplex,patrocinium quærens: reddo cliens Patronum
inueniens ., omni ſanè iure debitum. Cui etenim Conſulta
Theologica,Iuridica,& *Regularia* pro conſcientiarum quiete
exarata, nuncupari debeant, niſi illi, qui in ſimili, & Eminen-
tioris Hierarchiæ præſtandis conſiliis ad Theologicam œco-
nomiam , Iuridicam lanceam, & Aſceticam diſciplinam ſpectantibus, vt ſydus in
Alma Vrbe præfulget? Tibi,inquam,in quo veluti in Sacrarum Litterarum penu
tot ſcientiarum peritia reconditur. Tibi equidem, qui ſapientia,& prudentia pol-
lens,Apoſtolicæ Sedis gloriæ amplificandæ ſedulò ſtudes : ſolicitus de ipſa tuenda
apud Orthodoxos, & apud Acatholicos propaganda. Hoc in Te æternæ memo-
riæ Vrbanus VIII. Pontifex agnoſcens, talem Conſultorem ſacris Purpuratorum
Patrum congreſſibus dignum dijudicans, Cardinalitia infula, nihil de tanto ho-
nore præ moleſtia, & religioſa humilitate cogitantem, prouidè, nec ſine ſpeciali
Numinis flatu,decorauit.Vt iure Tibi illud Cypriani *lib.4.ep.2.* adaptari videatur,
dum de Cornelio Papa ageret. *Epiſcopatum ipſum nec poſtulauit,nec voluit, nec
vt cæteri,quos arrogantiæ, & ſuperbiæ ſuæ tumor inflat, inuaſit*; *ſed quietus, &
modeſtus, & quales eſſe conſueuerunt,qui ad hunc locum diuinitus eliguntur,pro
pudore virginalis conſcientiæ ſuæ, & pro humilitate ingenita ſibi,& cuſtodita ve-
recundia,non vt quidam,vim fecit,vt Epiſcopus* (Cardinalis) *fieret,ſed ipſe vim
paſſus eſt, vt Epiſcopatum ſuſciperet*. Equidem, vt ſingulari doctrina, ex iugi
ſtudio,mentis acie , ac quotidiana praxi adepta, communia S. R. E. negotia diſpi-
ceret, diſpiciendo iuuaret, iuuando ad debitum finem, miaorem Dei videlicet glo-
riam (quod in votis ſemper veræ ſapientiæ cultoribus eſt) promoueret. Conſultè
quoque in tuis pono manibus ea *Conſulta*,quia tua alioquin ſunt,conformia qui-
dem ſanæ illi doctrinæ, quam in Hiſpania (quæ Te protuliſſe meruit) primùm;
Romæ deinde in Lycæo Romano,toti Orbi poſtea voluminibus non paucis editis
euulgaſti. Memor vtique illius Syracidis gnomæ cap.10. *Sapientia abſconſa , &*

Digitized by Google

theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſque? ac Gregoriani alterius 1. Paſtor. cap. 9. *Pecuniam in ſudario ligare, eſt percepta dona ſub otio lenti torporis abſcondere.* Taceant ergo qui ſub humilitatis (vilitatis forſan) pallio ſegnitiem celant, nec audiunt Sponſum cœleſtem dicentem: *Amici auſcultant, fac me audire vocem tuam.* Non ſic primi Monaſtici germinis frutices (Eſſenos Alexandræos dico) à Philone commemorati; non ſic Anachoretæ, & Eremitæ vetuſti, prout in libris *Vit. Patr.* legitur; non ſic Monachi S. Martini Turonenſis comites, Seuero teſte: hi namque omnes libris pro communi vtilitate conſcribendis, etſi mundo altiores, & Deó ecſtatici, diligenter vacabant. Idem obſeruarum in Monaſteriis S. Epiphanii, & Venerabilis Bedæ, prout ipſorum Acta referunt. Monachorum ergo propria librorum ſcriptio.

Nec titulus, *Regularia*, quem Conſulta hæc præſeferunt, præſentiam tuam abhorret, iure quin potiſſimo Te tutelarem efflagitat, qui ab incunabulis pubertatis aſceticam, & regularem vitam ſub toti Orbi celeberrimæ Societatis ferula peregiſti, & nunc extra clauſtrum clauſtraliter (quà decet) viuens religioſa parſimonia collætaris. Quidni ergo ſi ex aſceteriis, tam conſpicuus pro Eccleſia Doctor, & virtutis merito Purpuratus euaſeris? Vnde enim Hieronymus, Auguſtinus, & Gregorius, ex quatuor Eccleſiæ columnis, niſi è cœnobiis prodierunt? Vnde Aquinas Angelicus, & Bonauentura Seraphicus? Vnde Cyrillus, niſi ex Eliæ Carmelo? Vnde Baſilius, Nazianzenus, Chryſoſtomus, Epiphanius, & vnde Scriptorum ac Doctorum myriades, niſi ex Monachis, & Monaſteriis? Quis Hiſpaniæ noſtræ Iſidorum, Leandrum, Ildefonſum, ac pleroſque alios, niſi Monachiſmus peperit? Quis Galliæ Hilarios, Martinos, Lerinenſes, & innumeram Sacrorum Doctorum progeniem, niſi Monaſtica conuerſatio dare potuit? Taceo Italiæ, Orbis Reginæ, Aſiæ, Africæ, Græciæ, Germaniæ, & Angliæ Sapientiſſimorum Virorum cohortem ex Monachis progenitam, dum tamen taceant ij, qui hæc ob oculos cunctis oppoſita obliuiſci videntur.

Singularia porro à Te mihi exhibita beneficia, quæ in mente ſunt, & ſemper erunt, leuidenſe hoc munuſculum in grati animi obſequium poſtulabant; quod eo gratiùs præſto, cum ſciam Te facilem aditu, comitate affabilem, humanitate benignum eſſe, nec humilia ſolitum faſtu reſpuere, ſed cunctos amplecti, qui protectionis vmbram quærunt. Charitas enim *multitudinem operit*. At quia omni laude ſuperiora hæc ſunt, & ſic Tu in eis enites, vt explicare nequeam, cohibenda eſt oratio, ne grauitas epiſtolaris in panegyrim diffluat, redditurque tuis auribus eò moleſtior, quò huiuſmodi præconiis audiendis ad faſtidium vſque peruenennis meaque ſimplicitas, qua nulli mortali aſſentari, nihil terrenum appetere, ſed ſoli Deo placere quæro, extra metas proſiliiſſe videatur. Haud tamen temperare me poſſum, quin cum Te in S. Inquiſitionis Tribunali cum primis aliis Eccleſiæ Proceribus coram Patre Patrum Iudicem agere conſpiciam, quo Catholici gloriam, & Hæretici confuſionem exhauriunt, illud accinam, quod olim Paulinus Auguſtino ep. 31. *O lucerna dignè ſuper Eccleſia candelabrum poſita, quæ latè Catholicis de ſeptiformi lychno paſtum oleo lætitiæ lumen effundens, denſas licèt Hæreticorum caligines diſcutis, & lucem veritatis è confuſione tenebrarum, ſplendore clarifici luminis enubilas.* Deumque optimum maximum oro, & obteſtor, vt quò facilius quæ agis agere poſſis, ac ſemper de ſacris ſtudiis, & ſtudioſis benè merearis, firmam corporis valetudinem, & vitam longæuam largiatur; ac poſtea æternam, iuxta illud à Daniele promiſſum: *Qui docti fuerint, fulgebunt tanquam ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtella in perpetuas æternitates.* Hoc & mihi ipſi, modulum iuxta meum, etiam exopto; & non terrenum aliud, ad pedes Eminentiſſimæ & Reuerendiſſimæ tuæ dignitatis. Amen.

ADMO

ADMONITIO AVTHORIS ad Lectorem.

M*ONENDVS es*, Mi Lector, *quod etſi aliqua ex his Conſultis ſcripta à me ſint occaſione litium, ſeu Controuerſiarum, quæ in Vrbe, apud Sacra etiam Tribunalia, agitabantur, Partibus etiam, vel aliis intereſſe habentibus id poſtulantibus: nihilominus abſit vt credas, me Aduocatum, Cauſidicum, aut Patronum harum forenſium cauſarum agere voluiſſe. Memor etenim ſum eorum, quæ* cap. 1. & 2. de poſtulando *ex Concilio Lateranenſi, & Innocentio III.* & cap. multa, & cap. non magnoperè, Ne Clerici vel Monachi, *ex Concilio Moguntino, & Alexandro III. ac aliis iuribus ſtatuta fuerunt contra perſonas Eccleſiaſticas huiuſcemodi fori externi cauſarum patrocinium aſſumentes. Ergo pro* veritate, conſcientiæ foro, & conſcientiarum inſtructione, *à me dictata exiſtimes: quod Religioſis extraneum munus non eſſe, prudens nemo refragabitur.*

APPROBATIONES.

IVssv Reuerendiſſimi Patris Magiſtri Ioannis Antonii Philippini, noſtri S. Carmelitarum Ordinis Generalis, librum cui titulus *Conſulta Varia, &c.* à noſtro admod. Reuerendo P. Mag. Ioanne Baptista de Lezana compoſitum, qua potui diligentia euolui, ac perlegi, in quo cùm nihil, quod orthodoxæ, catholicæque fidei, ac moribus Chriſtianis obeſſe, bene tamen quod vtrique plurimum prodeſſe poteſt, repererim, Opus dignum cenſeo, quod typis mandetur, vt vel ſic faciliori negotio, quod doctiſſimus, piiſſimuſque Author theoricam iam in lucem editam ad praxim trahens, Theologicéque Ius vtrumque mirabiliter connectens, ſapientiſſimè pro omnium vtilitate docet, ad omnium manus deueniat. Dat. Romæ in noſtro Conuentu Sanctæ Mariæ Tranſpontinæ, die 3. Auguſti 1650.

Fr. Vincentivs Ivstvs Carmelita.

Nos

Nos Fr. IOAN. ANTONIVS PHILIPPINVS, *Magiſter Generalis Ordinis Carmelitarum antiquæ Obſeruantiæ Regularis.*

AVTHORITATE noſtra, tenore præſentium, Tibi dilecto Nobis in Chriſto adm. R. P. Mag. IOANNI BAPTISTÆ DE LEZANA, noſtræ Prouinciæ Caſtellæ profeſſo Sacerdoti, licentiam impertimur, quantum ad Nos ſpectat, typis mandandi librum, cui titulus eſt, *Conſulta Varia*, à Magiſtris Theologis noſtri Ordinis, quibus id commiſimus, perlectum, & approbatum. In fidem, &c. Dat. Romæ die 22. Iulij 1650.

Fr. IOAN. ANTONIVS PHILIPPINVS Generalis Carmelitarum.

Fr. GAVINVS CATTAYNA Secretarius.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſimo P. Sac. Pal. Apoſt. Mag.

ASCANIVS RIVALDVS Viceſgerens.

Imprimatur.

Fr. VINCENTIVS CANDIDVS Sacr. Pal. Apoſt. Mag. Ord. Prædic.

EX commiſſione Reuerendiſſimi Patris Magiſtri Marij Venturini, totius noſtri ſacri Ordinis Carmelitici Generalis, vidi & magna animi propenſione, ac mentis attentione perlegi *Noua Conſulta cæteris variis Theologicis, Iuridicis, & Regularibus editis addenda*, ab admodum Reuerend. P. IOANNE BAPTISTA DE LEZANA elucubrata, & reperi non ſolum fidei orthodoxæ, Chriſtianiſque moribus conſona eſſe, verum in his, ſicut in prioribus, Authorem ſolita ſua pietate, & eximia doctrina veri Conſiliarij munus exactè adimpleuiſſe. Ita enim per diſquiſitionum diſcuſſionem occulta ſcrutatur, obſcura elucidat, ac dubia examinat, & firmat (quæ videntur boni, & ſani conſilij partes) vt quid amplectendum, quidque omninò faciendum ſit, ab his, qui ipſum adeunt, & pro conſcientia intentant, clariſſimè, & ſapientiſſimè doceat, & oſtendat, ideò publici juris fieri cenſeo. Romæ in Conuentu S. Mariæ Tranſpontinæ, die 22. Februarij 1656.

Fr. HIERONYMVS ARI Carmelita, in Vrbe Sancti Officij Qualificator.

Frater Marius Venturinus S. Theolog. Mag. ac humilis Prior Generalis Ord. Carmelitarum antiq. Obſeruantiæ Regularis.

AVthoritate noſtra, & harum ſerie facultatem concedimus admodum R. P. Mag. IOANNI BAPTISTÆ DE LEZANA noſtri Ordinis Profeſſo Sacerdoti, Prouinciali Terræ Sanctæ, &c typis mandandi Additiones quaſdam ad Tomum Conſultorum ab ipſo aliàs editum, de ordine noſtro viſas, & approbatas: Seruatis tamen aliàs ſeruandis. In quorum fidem præſentes dari iuſſimus Romæ apud Tranſpontinam, 16. Martij 1656.

Fr. MARIVS VENTVRINVS, Generalis Carmelit.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

M. A. ODDVS, Viceſg.

Imprimatur.

Fr. GEORGIVS RAINOLDI Magiſter, & R.P. Sac. Apoſt. Pal. Mag. Socius.

INDEX

Digitized by Google

INDEX CONSULTORUM,

Quæ in priore huius Voluminis Parte continentur.

CONSVLTVM I. De conditionibus requiſitis ad Canonizationem, ſeu Beatificationem Sanctorum; eorum præſertim qui Religioſi fuerunt, maximè propter decreta fel. rec. Vrb. VIII. pag. 1

II. De Sanctis Religionum non canonizatis, nec expreſsè beatificatis, quoad celebrationem Officij de Ipſis. 35

III. De officio S. Eliæ Prophetæ. 41

IV. De Epiſcopo intromittente ſe in gubernio cuiuſdam Mooaſterij Monialium Mendicantium, & acceptante obedientiam ipſarum. 59

V. De quadam profeſſione euiuſdam nobilis Equitis S. Ioannis Ieroſolymitani. 59

VI. De ſtatutis Religionum à Papa confirmatis. 73

VII. De quadam cauſa ciuili quorundam Religioſorum, in qua quidam D. Epiſcopus ſe intromiſit. 77

VIII. De quodam Nouitiatu interrupto. 81

IX. De quodam Religioſo prouiſo in Abbatem cuiuſdam Monaſterij, cum oοere emittendi profeſſionem in ea Religione. 83.

X. De confirmatione poſtulata cuiuſdam Capituli Prouincialis, & electionem in ipſo factarum. 87

XI. De diſpenſatione cuiuſdam Equitis Sancti Ioanois Ieroſolymitani ad matrimonium. 92

XII. De Prælato Regulari, cui manifeſtatum fuit, quendam ſuum ſubditum hæreticum eſſe. 97

XIII. De validitate euinſdam Capituli Prouincialis, & electionum in ipſo factarum. In quo multa ad materiam de electione Prælatorum Regularium ſpectantia. 102

XIV. De quodam Religioſo qui poſt profeſſionem matrimonium contraxit. 118

XV. De quibuſdam Religioſis Ordinis Minorum bona ſtabilia poſſidentibus. 121

XVI. De quodam nominato in Epiſcopum, cui opponebatur impuritas ſanguinis. 124

XVII. De quodam tranſeunte ad Religionem ſtrictiorem ſine legitima licentia Superioris Ordinis minùs ſtricti. 129

XVIII. De quadam hæreditate quæ contingere credebatur quibuſdam. 133

XIX. De quodam iuramento emiſſo ab Alumnis cuiuſdam Collegij. 137

XX. De Epiſcopo volente renunciare ſuo Epiſcopatui. 141

XXI. De celebrante Miſſam nòn conſtituto in Sacerdotio. 142

XXII. De exemptiooe cuidam Monacho conceſſa. 147

XXIII. De quodam Religioſo, de quo ſupponitur quod pulſando campanam cuiuſdam Eccleſiæ ſuæ ſitæ in quadam Terra, occaſionem dedit, vt vicini illius occiderent aliquos milites, qui illam inuadere, & deprædari minabantur. 151

XXIV. De Capellano cuiuſdam Oratorij, ſeu Capellæ cuiuſdam Confraternitatis. 152

XXV. De quadam alienatione cuiuſdam boni ſtabilis ad Eccleſiam pertinentis. 156

XXVI. De Monaſterio cuiuſdam Religionis occupato per Fratres alterius Congregationis. 162

XXVII. De quodam Religioſo à ſua Religione eiecto, eo quòd celauerit morbum quendam, quem habebat ante profeſſionem. 165

XXVIII. De præcedentia in ſeſſione in Capella Papæ inter Reuerendiſſimum P. Generalem Carmelitarum, & Reuerendiſſimum P. Vicarium Generalem Eremitarum Sancti Auguſtini. 168

XXIX. De comminante ſe infamaturum aliqnam Religionem. 171

XXX. De quadam fœmina coniugata volente ingredi Religionem de conſenſu mariti. 174

XXXI. De quodam Religioſo nato ex parentibus Mahumetanis, & in ætate infantili baptizato. 176

XXXII. De quodam Religioſo habente penſionem à Papa, & tranſitum faciente ad aliam Congregationem. 178

XXXIII. De quodam Religioſo Societatis Ieſu, qui poſt emiſſionem votorum, ſeu profeſſionem biennij, ad ſeculum dimiſſus eſt. 180

XXXIV. De quibuſdam Congregationibus Religioſarum perſonarum, virorum, & fœminarum, quibus præſunt fœminæ, opinionis

opinionis ſanctitatis prætextu. 182
XXXV. De quodam Religioſo tranſlato de ſtatu Choriſtarum ad ſtatum Conuerſorum. 185
XXXVI. De quodam ſtatuto circa ſucceſſionem Generalatus, quando vacaret. 186
XXXVII. De quodam contractu alienationis facto à quibuſdam Religioſis. 189
XXXVIII. De irreuerentia cuiuſdam ſæcularis in quandam Eccleſiam, & Religioſos illius. 193
XXXIX. De geſtis per quendam Commiſſarium Generalem. 197
XL. De Epiſcopo ſuſpendente omnes Confeſſarios, & Concionatores cujuſdam Religionis. 200
XLI. De quadam Eccleſia Parochiali conceſſa quibuſdam Religioſis. 217
XLII. De quodam Prouinciali capto à Turcis. 223
XLIII. De matrimonio cuiuſdam magni Principis Catholici cum fœmina hæretica. 228
XLIV. De Monaſteriis ſtrictioris Obſeruantiæ in Religionibus. 234
XLV. De Prælatis exemptis habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. 256
XLVI. De meretricio, an in Republica permittendum. 284
XLVII. De quodam matrimonio per metum celebrato. 299
XLVIII. De opinione ſingulari vnius Doctoris, an tenenda. 325
XLIX. De ſepultura cuiuſdam de hæreſi, & duello ſuſpecti. 337
VLT. De ſingulariſſimo D. Petri Papatu. 340

SYNOPSIS
Contentorum in Parte poſteriori huius Voluminis.

CONSVLTVM L. DE Epiſcopis, Canonicis & Beneficiariis. 363
LI. De habitu geſtari ſolito à quibuſdam Monialibus. 383
LII. De cadauere cuiuſdam malefactoris puniti ad Eccleſiam delato. 391
LIII. De electione vnius Prouincialis cuiuſdam Religionis. 395
LIV. De Epiſcopo habente cymbam piſcatoriam. 401
LV. De profeſſione cuiuſdam Religioſi, tum expreſſa, & poſtea ratificata; tum etiam tacita. 404
LVI. De præcedentia in Capella Pontificia inter Generales Ordinum Mendicantium, & Abbatem Generalem Cœleſtinorum. 413
LVII. De Commendatariis ſæcularibus præpoſitis Monaſteriis Regularium. 411
COLVMNA IMMOBILIS, ſeu de Antiquiſſima & continua Cathedralitate Eccleſiæ S. MARIÆ DE COLVMNA, Cæſarauguſtanæ. *Diſſertatio* 1. in varia Capita diſtincta. 426
TVRRIS DAVIDICA, ſeu de Angelicæ, Apoſtolicæ, & Miraculoſæ Eccleſiæ S. MARIÆ Maioris de Columna Cæſarauguſtana, iugi, perpetua, & reſirmata Cathedralitate. *Diſſertatio altera.* 464
APPANAGIVM, ſiue Conſultum Theologicum & Iuridicum circa ſucceſſionem Sereniſſimi Principis Philiberti à Sabaudia. 509

CONSVLTA

CONSVLTA
VARIA
THEOLOGICA,
IVRIDICA, ET REGVLARIA.

PER

P. M. IOAN. BAPTISTAM DE LEZANA.

CONSVLTVM PRIMVM.

De conditionibus requiſitis ad Canonizationem, ſeu Beatificationem Sanctorum, eorum præſertim, qui Religioſi fuerunt, maximè propter decreta fœlic. recordat. Vrbani VIII.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, ſeu factum.*
Sedis Apoſtolicæ, & Sacræ Congregationis Rituum præſeruatio. ibid.
2 *Negotium Canonizationis, ſeu Beatificationis ſpectat ad Papam.*
3 *Non ad Epiſcopos.*
4 *Nec ad Legatos etiam de latere.*
5 *Etiam ex commiſſione Papæ.*
6 *Definire res fidei non eſt delegabile.*
7 *An concilium id facre poſſit.*
8 *Antiquitus id ſpectabat ad Epiſcopos.*
Teſtimonio D. Cypriani. ibid.
9 *Cur ſolum ad Sedem Apoſtolicam.*
10 *Quæ requirantur ad Beatificationem, & Canonizationem.*
11 *Bulla Gregorij IX. pro Sancto Antonio Patauino.*
12 *Cur requirantur miracula.*
13 *Secus de potentia abſoluta Papæ.*
14 *Qualia debent eſſe miracula.*
15 *Quas conditiones debeant habere.*
16 *Pro Martyribus an ſint neceſſaria.*
17 *Saltem modus paſſionis inveſtigandus.*
18 *Plures mortem paſſi pro falſa ſecta, & n. 19.*
20 *Multiplicatæ preces Magnatum requiſitæ.*
21 *Decreta varia S. Congregationis.*
Per illa moderanda Molfeſij doctrina. ibid.
22 *Decretum S. Inquiſitionis.*
23 *Quid de illo, remiſſiuè.*
24 *Alia eiuſdem decreti.*
25 *Ipſorum explicatio.*
26 *Declaratio Vrbani VIII.*
27 *Alia eiuſdem.*
28 *Altera conceſſio ipſius.*
29 *Alia decreta.*
30 *Quomodo accipienda.*
31 *Decreta alia ſub eodem Vrbano.*
32 *Notatio circa illa.*
33 *Littera in forma Breuis eiuſdem Papæ.*
34 *Declaratio, & num. 35.*
36 *Longiſſimum tempus quod.*
37 *An per æquipollentia ſuppleri poſſint.*
38 *In hoc negotio proceditur cum magna maturitate.*
39 *Requiruntur certa, & euidentes probationes.*
40 *Fama non ſufficit.*
41 *Maximè dum agitur de miraculis.*
42 *Quid quando eſt notoria.*
43 *Quid de ſcripturis.*
44 *Maximè repertis in Archiuis.*
45 *Quid de Archiuiis authenticis.*
46 *Quid de lapidibus.*
47 *Quot Congregationes faciendæ pro his cauſis.*
48 *Quomodo capienda informationes.*
Nullatenus à ſuperioribus Religionum. ibid.
49 *Canonizatio, & Beatificatio in quo differat, & n. 50.*

51 *Cultus ſanctorum.*
52 *Diſtinctio à Beatificatione.*
53 *Beatificatio reſpicit futuram Canonizationem.*
54 *Quæ virtutes requirantur.*
55 *Maximè pro Religioſis.*
56 *Canonizati proponuntur imitandi vt norma.*
57 *Heroicitas virtutum requiſita.*
58 *Stylus Summorum Pontificum.*
59 *Qua certitudine teneatur Eccleſiam non poſſe errare.*
60 *Diuerſo modo proceditur in Canonizatione, & Beatificatione.*
61 *Stylus Bullarum Canonizationis.*
62 *Beatificationis.*
63 *An poſſit omitti officium de Beatificato.*
64 *Cultus diuerſo modo præſcribitur Canonizato, quàm Beatificato.*
65 *Canonizationis etymologia.*
66 *Eſt quædam fidei proteſtatio.*
67 *Quam ob cauſam.*
68 *Verba Decreti Canonizationis.*
69 *Qui Canonizatur, ſpecialiori modo proponitur toti Eccleſiæ.*
70 *Collectæ quæ pro Canonizatis dicuntur.*
71 *Pro Canonizatione fiunt tria conſiſtoria.*
72 *Forma Decreti Canonizationis.*
73 *Alia forma.*
74 *Enodatio quorumdam dubiorum.*
75 *Eccleſia in his cauſis procedit ordine iudiciario.*
76 *In omnibus ſeruandus ordo.*
77 *Iudex debet eſſe legitimus.*
78 *Nullitas Iudicis inſanabilis.*
79 *Pro Iudice tria requiruntur.*
80 *Ex decretis Sac. Congregationis.*
81 *Tales commiſſiones præſentantur.*
82 *Quid quando pro vno Iudice alius ſubrogatur.*
83 *Reſcriptum ſecundum reuocat prius.*
84 *Subrogatio eſt noua commiſſio.*
85 *Actor legitimus requiritur.*
86 *In his cauſis poſtulatur cultus, & veneratio.*
87 *Ex decretis Sac. Congregationis.*
88 *Promotor debet citari.*
89 *In omni iudicio requiruntur tria.*
90 *Promotor eſt veluti Eccleſiæ Procurator.*
91 *Eſt veluti pars.*
92 *Teſtes omnes examinandi.*
93 *Etiam ſigillatim.*
94 *Et per extenſum.*
95 *Iudices ſunt delegati.*
96 *Forma ſeruanda.*
97 *Miraculi natura.*
98 *Eſt pignus omnipotentiæ Dei.*
99 *Quædam Dei loquutio.*
100 *Sigillum diuinum.*
101 *Effectus ſupernaturalis.*
102 *Secundùm ſubſtantiam, vel modum.*
103 *Magi non faciunt miracula.*
104 *Miraculum eſt res inſolita.*
105 *Iuſtificatio, & tranſubſtantiatio an ſint miracula.*
An quia fiunt ex opere operato ibid.
106 *Diſcrimen inter vera, & falſa.*
107 *Falſa ſunt phantaſtica.*
108 *Fiunt præſtigiosè.*
109 *Malo fine.*
110 *Releuantia, & validitas in proceſſibus huiuſmodi.*
111 *Releuantia ſumitur ex certa probatione contentorum.*
112 *Ex teſtium idoneitate.*
113 *Si ſint in numero copioſo.*
114 *Si miracula probentur facta à Deo.*
115 *Aliquando fiunt per malos.*
116 *Apollonius Tyanæus, & alij fecerunt prodigia.*
117 *Mali homines quomodo operentur miracula vera.*
118 *Ad releuantiam requiruntur miracula facta intuitu ſanctitatis.*
119 *Facta non ſolùm in vita, ſed poſt mortem.*
120 *Facta poſt mortem ſunt certa ſigna Sanctitatis, maximè ſi fuerint plura, & n. 121.*
122 *Releuantia habetur ex publica voce, & fama de ſanctitate.*
123 *Ex cultu, & veneratione.*
124 *Ex deuotione circa reliquias.*
125 *Præcipuè ex cultu publico, & anniuerſario.*
126 *Ac maximè ex fama.*
Quas ob cauſas ibid.
127 *An per defectum rerum minimarum derogetur.*
128 *Quid de æquipollentibus.*
129 *Quid de valdè difficilibus.*
130 *An ad vnguem omnia obſeruanda.*
132 *Quid quando Canonizandus nunquam laborauit infamiâ.*
132 *De ſuperfluis additis.*
133 *Omnium ratio.*
134 *Pro iudice ſtat præſumptio.*
135 *Releuantia hiſtoriarum vnde ſumatur.*
136 *Non tollitur per aliquos errores accidentales.*
137 *Quid de antiquitate hiſtoriarum.*
138 *Quid ſi authores ſint de hæreſi ſuſpecti.*
139 *Proceſſus defectuoſi poſſunt repeti.*
140 *In his cauſis proceditur ordine iudiciario.*
141 *Comparantur cauſis ciuilibus.*
142 *Pro examine teſtium conceduntur Remiſſoriæ.*
143 *Non agitur in illis de præiudicio alicuius.*
144 *Teſtis nulliter examinatus eſt ſine interrogatorio.*
145 *Quid de compulſatione.*
146 *Quando conceditur noua compulſoria.*
147 *Compulſatio quid ſit.*
148 *Proceſſus compulſorialis quinam.*
149 *Clauſula,* iuribus compulſatis, *quid denotat.*
150 *Relatio S. Rotæ Ad Paulum V. pro Canonizatione S. Andreæ Corſini.*
151 *Animaduerſiones pro eadem relatione.*
152 *Vt quis Canonizetur, oportet probare Sanctum fuiſſe.*
153 *Sanctitas tam quoad comprehenſionem, quàm quoad intenſionem largè, & strictè accipitur.*
154 *Sanctitas in quo conſiſtit.*
155 *Quomodo ſanctitas strictè capiatur.*
156 *Quomodo largè.*
157 *Canoniſtæ quomodo ad rem noſtram capiant ſanctitatem.*
158 *Eorum fundamenta.*
159 *Verborum* cap. 44. Eccleſiaſt. *expoſitio.*
160 *Bonitas, & Excellentia debet eſſe à Domino.*
161 *Canonizandus debet eſſe præditus omnibus virtutibus, & in gradu excellenti.*
162 *Huius rei probationes.*
163 *Vt quis dicatur bene ordinatus erga Chriſtum, quid requiratur.*
264 *Virtutes ergo quid ordinari debeant.*
165 *De neceſſitate omnium virtutum probationes.*
166 *Authores ad hoc relati.*
167 *Vna virtus an poſſit eſſe ſine aliis.*
168 *Quæ propriè, & quæ impropriè dicantur virtutes.*
169 *Quiſque Chriſtianus circa Theologicas virtutes eſt obligatus operari.*
170 *An etiam teneatur circa virtutes morales.*
171 *De hac re diſtinctiones.*
172 *Circa excellentiam in virtutibus ſingulæ virtutes habent ſuos gradus.*
173 *Qui pro Sanctis debeant Canonizari.*
174 *In quo conſiſtit iſta excellentia.*
175 *Charitatem excellentiorem virtutum omnium eſſe probatur.*

Ethnici

Digitized by Google

176 *Ethnici an habuerint peritiam virtutum Theologicarum.*
177 *Humilitatis,virginitatis,& aliarum virtutum laus & neceſſitas.*
178 *Multi ob vnum actum perfectiſſima charitatis in hora mortis Canonizati ſunt.*
179 *Sanctitatis alia ſpecies.*
180 *Vltra excellentiam in virtutibus requiruntur miracula.*
181 *Huius rei rationes.*
18. *Non omnes Sanctos vult Deus Canonizari.*
183 *Miraculorum expectatio neceſſaria.*
184 *Miraculi definitiones.*
185 *Quæ ſint vera miracula.*
186 *Natura an poſſit facere miracula.*
187 *Miraculi conditiones.*
188 *Dæmon an poſſit facere miracula.*
189 *De ebullitione ſanguinis S. Ianuarij, & fluxione manna S Nicolai quæſtio.*
190 *Per præfata includuntur omnia requiſita ad miraculum.*
191 *Miracula quod ſint ſignum.*
192 *An de ſubſtantia miraculi ſit, quod fiat in inſtanti.*
193 *Huius quæſtionis diſtinctio.*
194 *Qualiter intelligendum quod miraculum illicò fiat.*
195 *Alterius quæſtionis diſtinctio.*
196 *An dolor qui interuenit in miraculoſa ſanatione tollat vim miraculi.*
Et an tale factum proceſſerit operatione diuina. ibid.
197 *De miraculorum gradibus.*
198 *Quot miraculorum gradus apud Canoniſtas.*
199 *Quot apud Theologos.*
200 *Miraculorum praxis.*
201 *An miracula poſſint fieri per malos.*
202 *Pro parte affirmatiua probationes.*
203 *An ſufficiat vnum miraculum.*
204 *An ſufficiant miracula facta in vita.*
205 *Quot requirantur miracula poſt mortem.*
206 *Miracula in vita an releuent.*
207 *An vltra miracula poſt mortem requirantur miracula in vita.*
208 *Huius quæſtionis ratio.*
209 *De modo probandi ſanctitatem.*
210 *An probationes facta coram Ordinario ſuffragentur.*
211 *Cur Summis Pontificibus tantùm eſt reſeruata Canonizatio.*
212 *An Papa in cauſis Canonizationis errare poſſit.*
213 *Quis ſit Ordinarius in iſtis materiis.*
214 *An Delegati per Summos Pontifices in hac cauſa poſſint ſubdelegare.*
215 *An aliquis pro informando proceſſu ſit citandus.*
216 *An Notarij Imperiali authoritate poſſint rogare de huiuſmodi proceſſibus.*
217 *An poſſit in hac materia committi Notario examen, & receptio iuramenti teſtium.*
218 *De perfectione probationis.*
219 *An ſit perfecta probatio, quod teſtes deponunt in genere ſuper ſanctitate.*
220 *Et an ſit reiicienda.*
221 *An ſit neceſſarium probare quod Canonizandus excelluerit in ſingulis ſpeciebus virtutum.*
222 *An adſit aliqua virtus priuilegiata, it aut ſit in ſpecie probanda.*
223 *An fama Sanctitatis Canonizandi debeat eſſe continuata poſt mortem.*
224 *Quomodo teſtes poſſint concludere miracula in dicto.*
225 *An ſufficiat quod teſtis deponat ſe ſcire, vel publicam vocem, & famam eſſe.*
226 *Quomodo probetur miracula fuiſſe facta ad interceſſionem talis, vel talis.*
227 *Qui gradus probationis requirantur in materia.*
228 *Requiritur plena probatio.*
229 *Et de hoc plures rationes.*
230 *Reſpondetur argumentis aduerſis, & n. ſeqq.*
233 *An requiratur pleniſſima probatio.*
234 *An requiratur in hac materia qualitas, quod teſtes probent omni exceptione carentes.*
235 *De ſanctitate B. Andreæ Corſini.*
236 *De ſanctitate in genere.*
237 *Quomodo illa probetur.*
238 *De cultu publico, & n. ſeqq.*
241 *Eius miracula in vita, & poſt mortem.*
242 *Alia eius ſanctitatis argumenta.*
243 *Aliud admirabile argumentum.*
244 *De qualitate eius mortis.*
245 *De miraculoſo odore, & incorruptione eius corporis.*
246 *De virtutibus particularibus B. Andreæ, & n. ſeq.*
251 *De probata eius ſanctitate.*
252 *De excellentia fidei B. Andreæ.*
253 *De huius excellentia probatione.*
254 *De miraculis B. Andreæ.*
255 *De miraculis in genere.*
256 *B. Andreæ Epitaphium.*
257 *An iſtis Epitaphiis deferatur.*
258 *De votiuis tabellis.*
259 *De publica opinione, voce, & fama eius ſanctitatis.*
260 *De particularibus miraculis B. Andreæ in vita, & n. ſeqq.*
265 *De particularibus miraculis poſt mortē, & n. ſeqq.*
274 *De actis, cauſis, & legitima illorum confectione, & n. ſeqq.*

IESVS MARIA.

Caſus, ſeu factum.

CONTINGIT ſæpius, vt Serui, vel Ancillæ Dei, Religioſæ etiam, vel Religioſi, cum opinione Sanctitatis (accedentibus etiam ſignis, vel miraculis) è vita decedant, & à Sede Apoſtolica pro ipſorum, vel ipſarum Canonizatione, ſeu Beatificatione poſtuletur, ac proindè inquiratur de conditionibus requiſitis pro tali Canonizatione, vel Beatificatione, & in proceſſibus formatis, multæ, ipſæque grauiſſimæ occurrant difficultates, ideircò hoc conſultum, de cuius materia ſæpius interrogatus fui, primò diſcutiendum eſt, ea tamen proteſtatione præmiſſa, vt omnia ſubdita ſunto Sedis Apoſtolicæ, & Sac. Congregationis Rituum ſapientiſſimæ, & prudentiſſimæ cenſuræ. 1

Reſponſio.

PRimò negotium Canonizationis, ſeu Beatificationis ſeruorum Dei ſpectat hoc tempore ad Sedem Apoſtolicam. Ita enim habetur ex Alexandro III. *in cap. Audiuimus*, & Innocentio III. *cap. Cùm ex eo, de reliq. & venerat. Sanct.* vbi Innocentius, Ioannes Andreas, Hoſtienſis, & alij Canoniſtæ. Summiſtæ *verbo Canonizatio*, & alij Doctores communiter. Id etiam ſupponitur ab Vrbano VIII. in Bulla, ſeu Breui *Cæleſtis Hieruſalem*, anno 1634. Vnde ad Epiſcopos nullatenus id ſpectat. Iacobus Caſtellan. *de Canonizat. Sanct. quæſt. 3. art. 1.* Felix Contelorius cum ipſo *num. 17.* Troilus Maluetius *de Canonizat. Sanctor. dub. 2. num. 1. & ſeqq.* Auguſtinus 2 3

Triumphus *d.poteſt.Eccleſ.q.14.n.2.*& alij communi-
ter. Neque etiam ad Legatum de latere, Caſtellanus
d. q.3. art.2.n.3. Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus
Epiſcopus Vgentinus Barboſa *in Collect. Doct. in d. c.*
4 *Audiuimus, de reliquiis, n.7.* Et quod maius eſt, nec
etiam ex commiſſione Pontificis, vt tenent Alphon-
5 ſus de Caſtro *de iuſt. heret. punit. lib.1. cap.6. col. 4.*
verſ.Rurſus, Contelorius *in addit.ad Iacob. Caſtellan.*
d.q.3. art.2.n.4. Probatur, quia Papa non poteſt dele-
6 gare poteſtatem definiendi res fidei alteri. Aragon.
*in 2.2.q.1.art.10.in tract.de Concil.verſ. Tertia conclu-
ſio,in fin.& verſ.ad primum argumentum.* Bannez etiam
in 2.2. q.1. art.10. dub.4. verſ. Quapropter. Et quod
etiam Concilium vniuerſale non poſſit per ſe ſolum
Sanctos Canonizare, niſi interueniente Romani Pon-
tificis auctoritate, reſoluunt Iacob. Caſtellan. *d. q.3.*
7 *art.5.a princ.* vbi Contelor. *à n.10.* Angelus Rocca *de*
8 *Canoniz. Sanct.c.4.verſ.Quod ad ſolum.* Dixi autem *hoc
tempore*; quia antiquitus canonizare ſeruos Dei, ſal-
tem Canonizatione particulari, pro vna ſcilicet Pro-
uincia, natione, vel Regno, ſpectabat ad Epiſcopos,
prout ex noſtro Thoma Vvaldenſi *tom.3 de Sacramēt.
tit.14.c.122.* eliciunt Bellarm. *tom.2.lib.2.de Beatitud.&
Canon. SS.c.8.* Laym. *lib.4.tr.7.c.5 n.1.* Baldellus *tom.2.
l.3.diſp.12.n.2.*& alij plures, qui id maximè colligunt
ex eo quod D.Cypr. Carthag. Epiſcopus *lib.3. cap.6.*
præcipit, vt ſibi ſcribatur, ſi quis martyr de nouo oc-
cumbat, vt eius memoria celebretur.

9 Ratio porrò cur Canonizatio, ſeu Beatificatio ad
Sedem Apoſtolicam dumtaxat ſpectet, ea eſt, quod
ſit publicum Eccleſiæ teſtimonium de vera ſanctitate,
& gloria alicuius iam defuncti, & ſimul iudicium, ac
ſententia, qua ei decernuntur honores illi, qui de-
bentur ſanctis cum Deo regnantibus. Bellar. *ſupr.c.7.*
Fort. Scace. *de cult.& vener.ſeru.Dei,l.1.ſec.1.c.8.* Bald.
ſupr. Ex hoc autem ſequitur ſolùm ſpectare hoc ne-
gotium ad Summum Pontificem, cùm ipſe ſolus ſit
caput, & ſupremus Iudex in Eccleſia, & is ad quem ſpe-
ctat tales honores decernere, & tale teſtimoniū dare.

10 Secundò ad Canonizationem, ſeu Beatificationem
requiruntur communiter in canonizando, ſeu beati-
ficando vitæ ſanctitas, & miracula. Ita enim expreſsè
Greg.IX. in Can. S. Antonij de Padua in ſua Conſti-
tut. quæ incipit: *Cùm dicat Dominus*, & refert Che-
rubin. *tom.1.Bul.in conſt. eius 4.in cuius* §.3. ait: *Nos
attendentes, quod licet ad hoc, vt aliquis ſanctus ſit*
21 *apud Dominum in Eccleſia triumphante, ſola ſufficit
finalis perſeuerentia, iuxta illud: Eſto fidelis vſque ad
mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Ad hoc tamen, vt
Sanctus habeatur apud homines in Eccleſia militante
duo ſunt neceſſaria. Virtus morum, & veritas ſignorum,
merita videlicet, & miracula, vt hæc & illa ſibi ad in-
uicem conteſtentur, cùm nec merita ſine miraculis, nec
miracula ſine meritis plenè ſufficiant ad perhibendum
inter homines teſtimonium ſanctitatis.* Sicque tenent
communiter DD. Maſcardus *de probat. volum.1. con-
cluſ.260.* Contelorius *de Canon. SS. c.19. & aliis*, Ca-
tena *in tr.de offic.S.Inquiſ.p.2.tr.17.§.12.n.42.*

12 Requiruntur autem vltra bonam vitam miracula
ad Canonizationem, ſeu beatificationem quia licèt
vt dicit Gregorius IX *ſupra*, bona vita *ſufficiat ad ſan-
ctitatem erga Deum*, ſeu pro Eccleſia triumphante,
non tamen ad ſanctitatem erga homines, & Eccleſiam
militantem. Et quia poteſt contingere, quod ij qui ſe-
cundum apparentiam vitam gerunt bonam, in occul-
to tamen improbi ſint, Innocentius *in cap. Audiui-
mus de reliquiis,& veneratione,n.2.in fin.* Peirinis *tom.1.
Priuileg.Minim.in Conſtit.16.Leon.X.n.8.*

13 Dixi autem *communiter* requiri miracula ad Cano-
nizationem, &c. quia abſolutè, & de potentia veluti
abſoluta Papæ poteſt canonizari aliquis ex ſola San-
ctitate vitæ, & finali perſeuerantia benè conſtita. Sic
enim colligitur ex Leone X. in Canonizatione S.Bru-
nonis, vt refert Surius *in vita ipſius*, & Sixt.IV. in Bul-
la Canonizationis S.Bonauenturæ. Triumphus *ſuprà
q.15.art.2.* Contelorius *de Canoniz. ſanct.c.19.* Baldel-
lus *ſup.n.13.* Molfeſius infra referendus, *n.59.* 14

Miracula porrò iſta, quæ requiruntur, debent eſſe
poſt mortem patrata; nam quæ ſolùm in vita geſta
ſunt, non plenè conueniunt. Conſtat enim plures im-
probos dum viuerent mirabilia patraſſe, vel ex dono,
& gratia gratis data, quæ poteſt haberi etiam ſine
charitate, prout colligi videtur ex illis reprobis, qui
vt dicitur Matth.7. dicturi ſunt in diè Iudicij: *Domine
in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia
eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus.* Et
tamen, vt benè notat S. Auguſt. *in Pſ.103.verſ.Qui re-
git*, & habetur *cap. Prophetauit 1. q.1.* non illis dice-
tur *mentimini*, ſed dicetur, *non noui vos.* Quia ſcilicet
potuit contingere quod illa patrauerint operâ dæmo-
num, vt Magi Pharaonis, Simon Magus, & alij. S.
Thom.2.2.*q.178.art.2.* Contelorus *ſupr.c.20.* Baldellus
ſupr. diſp.14. num.2. Caſtellinus *de dilation. Cano-
nizat pag.134.*

Miracula etiam, quæ requiruntur ad Canonizatio- 15
nem, vel beatificationem quatuor conditiones debent
habere. Prima, quod ex Deo, non ex aliqua arte con-
tingant, nec ex diabolo. Nam miracula fiunt quan-
doque, vt diximus, per malos, *cap. teneamus 1.q.1.*
& *cap. Prophetauit 2. q.7.* §. *item Balaam.* Secundò
quod ſint ſupra naturam, id eſt, ſupra facultatem om-
nium cauſarum naturalium. S.Thom.1 *p.q.110. art.4.
& 2.2.q.178.n.2.* Theologi, & Canoniſtæ communi-
ter. Talia ſunt reſuſcitatio mortui, reſtitutio viſus cæ-
ci nati, & ſimilia. De quo vlterius *num.101.& ſeqq.* di-
cetur. Tertiò, quod non ex vi verborum, ſed homi-
nis merito contingant: nam panis, & vinum vir-
tute verborum miraculosè tranſubſtantiantur in cor-
pus & ſanguinem, vt in *cap. quia corpus, de conſecr.
diſt.2.* Quartò ſecundum plures, quod ſint ad corrobo-
rationem fidei. Hoſtienſis *in Summa, tit. de reliq. &
vener.Sanct. lib.3. n.3.* Peirinis *ſup. num.7.* Maſcardus
ſupr.à n.23. Licet alij id negent, quos ſequitur Molfe-
ſius, *tom.2. Addit.ad qq.vſual.conſ.46.n.85.* Vide Caſtel-
linum *de dilatione Canoniz.pag.55.*

Pro Martyribus autem non eſſe neceſſariam mira- 16
culorum comprobationem, tenent Auguſtin. Trium-
phus *q.16. art.3.* Angelus Rocca *de Canoniz. Sanct.
c.35.* Baldellus *ſupr.diſp.14.n.4 & 14.* afferens deciſio-
nem Rotæ, ſtylum Curiæ in pluribus Canonizatio-
nibus, & plura alia fundamenta. Flauius Cherubinus
*in compend.Bullar.ſchol.2.ad Conſtit.4. Alexandri III.
& ſchol.1. ad Conſtit.11. Innocentij VI.*& Catena *in
tract.de offic.S. Inquiſit.part.2. tract.17.§.12.num.42.*
Requiritur tamen probatio cauſæ propter quam paſſi
ſunt. Quia cauſa, non pœna facit martyrem, vt inquit
S. Auguſt. *epiſt.61. & 166.* Quæ quidem cauſa de-
bet eſſe defenſio, ſeu confeſſio fidei Chriſtianæ prout
regulariter contingit; vel etiam eorum, quæ fidei an-
nectuntur, ſiquidem conſtat S. Ioannem Baptiſtam
pro Martyre haberi, eo quòd occiſus fuerit ab Herode
ob reprehenſionem adulterij. Auguſtinus Triumphus,
Rocca, Cherubinus, & Catena relati. Modus enim, ſeu 17
cauſa patiendi diligenter inueſtigari debent, prout
iidem Triumphus, Rocca, & Cherubinus, Maximè
Maſcardus *de probationibus volum.1. concluſ.161.n.10.*
vbi ſic rectè: *Non eſt reſpiciciendum ad ſupplicij genus
vel tormentorum aſperitatem, niſi cauſa, propter quam
quis patitur, à Sancta Romana Eccleſia approbata, &
confirmata ſit. Quot enim hiſce noſtris feliciſſimis, ac de-
plorandis temporibus blanditiis, falſiſque hæreticorum
doctrinis in fraudem pellecti, & ſeducti, laqueiſque diabo-
licis irretiti, quoduis etiā crudeliſſimū genus mortis per-
peti non dubitarūt, quàm vel latū quid. vnguē à peruerſa
ſua*

18 Quod probat exemplis Georgij Cella Nouarienſis, cuiuſdam Alectius Angelici, & aliorum hæreticorum (etiam fœminarum) qui pertinaciſſimè vitam pro ſua ſecta expoſuerunt. Caſu autem quo cauſa martyrij non conſtet ſufficienter, tunc videntur neceſſaria miracula, prout probat Baldellus *dict. diſputatione* 14. *num.* 15.

19 Quia etiam veneratio Sanctis exhibita vna eſt de maioribus Eccleſiæ cauſis, ideò ante beatificationem, ac maximè ante Canonizationem requirunt Pontifices præter vitæ ſanctitatem, ac miracula, multiplicatas preces magnatum intercedentium, conſtantem famam de ſanctitate, continuationem miraculorum, & plura alia de quibus Canoniſtæ *in cap.* 1. *&* 2. *de reliq. & vener. SS.* Iacobus Caſtellanus, Troylus, Rocca, & alij in libris *de Canoniz. Sanctorum.* ac Peña *in vita S.*

20 *Didaci, & in vita S Raymundi*, ac ita ſupponitur in decretis *pro Canoniz. & beatificatione Sanctorum*, iuſſu Vrbani VIII. editis. de quibus modò dicetur. Nota tamen, quod licèt regulariter requirantur Principum & magnatum preces, ſufficere tamen poſſunt ea quæ fiunt ab Epiſcopis, vel Prælatis Religionum, vt probat Molfeſius *eo conſ.* 46. *n.* 78. Panuino.

21 Extant etiam plura, & varia decreta Sacrarum Congregationum Sanctiſſimæ Inquiſitionis, & Rituum iuſſu, vel approbatione fel. rec. Vrbani VIII. edita circa cultum, aut venerationem defunctorum, *qui cum ſanctitatis, vel martyrij fama, vel opinione deceſſerunt*, & circa proceſſus in cauſis Canonizationis, vel beatificationis Sanctorum, & modum procedendi in illis, ac circa alia concernentia, quorum notitia maximè neceſſaria eſt pro dictis cauſis Canonizationis, vel Beatificationis. Animaduertendo primò, Molfeſium *ſuprà, conſ.* 45. plura doctè dicere de huiuſmodi viris ſanctitate inſignibus cultu debito, quæ tamen moderanda ſunt ad mentem horum decretorum, quæ ipſe videre non potuit.

22 Primò ergo ex decreto Sacræ Congregationis Sanctiſſimæ Inquiſitionis iuſſu eiuſdem Vrbani die 13. Martij 1625. edito præcipitur, *ne quorumuis hominum cum ſanctitatis, ſeu martyrij fama (quantacunque illa ſit) defunctorum Imagines cum laureolis, aut radiis, ſeu ſplendoribus, & quodcunque aliud venerationem, & cultum præſeferens, & indicans in Oratoriis, aut locis publicis, ſeu priuatis, vel Eccleſiis, tam ſecularibus, quàm Regularibus cuiuſcunque Religionis, Ordinis, Inſtituti, Congregationis, aut Societatis apponantur, antequam ab Apoſtolica Sede canonizentur, aut Beati declarentur, & (ſi quæ appoſita ſunt) amoueantur, prout eas ſtatim*

23 *amoueri mandauit.* De cuius decreti materia dixi *tom.* 4. *verb. Sanctorum cultus, num.* 7. & de ipſo Carena *ſuprà, num.* 27. *& diſputat.* 13. *num.* 1. Additur autem in aliis decretis de anno 1642. editis, non poſſe apponi tales imagines, neque in altari priuato, aut quocunque alio loco.

24 Habentur etiam in eodem decreto ſequentia. *Ac pariter imprimi de cetero inhibuit libros eorundem hominum, qui ſanctitatis, ſiue martyrij fama, vel opinione (vt præfertur) celebres è vita migrauerint, geſta, miracula, vel relationes, ſeu quæcunque beneficia tanquam eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes, ſine recognitione, atque approbatione Ordinarij, qui in iis recognoſcendis Theologos, alioſque pios, ac doctos viros in conſilium adhibeat, & ne deinde fraus aut error, aut aliquid nouum, ac inordinatum in re tam graui committatur, negotium inſtructum ad Sedem Apoſtolicam tranſmittat, eiuſque reſponſum expectet. Reuelationes verò, & miracula, aliaque beneficia ſupradicta, quæ in libris horum hominum vitam, & geſta continentibus hactenus ſine recognitione, atque approbatione huiuſmodi impreſſa ſunt, nullo modo approbata cenſeri vult, man-*

25 *datque ſua Sanctitas.* Additur etiam in aliis decretis de anno 1642. Reſponſum quod à Sede Apoſtolica in vim prædictorum decretorum expectare debent ordinarij, &c. non detur niſi cum infraſcriptis proteſtationibus in dictis libris, & hiſtoriis referendis. Declarando expreſsè, quod tales libri, ſeu hiſtoriæ, licèt ab ordinariis reuiſæ, & poſt Sedis Apoſtolicæ reſponſum approbatæ, non faciant maiorem gradum probationis in ordine ad Canonizationem, ſeu beatificationem, quàm quæ aliàs abſque tali approbatione de iure feciſſent, non obſtante quocunque longiſſimi temporis curſu. Has verò proteſtationes habet Rector in noſtro 4. *tom. Summæ, verbo Sanctorum cultus, numer.* 9. *&* 10.

Non obſtante autem huiuſmodi decreto extat iuridica declaratio eiuſdem Vrbani in generali Congregatione Sacræ Romanæ, & vniuerſalis Inquiſitionis Romæ habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis die 5. Iunij anno 1631. coram Eminentiſſimis ac Reuerendiſſimis Cardinalibus Inquiſitoribus, &c. 26
Cùm enim Vicarius Generalis Capuccinorum, nomine totius Definitionis generalis per memoriale exhibitum Sanctitati ſuæ exponeret, *quod in Annalibus dictæ Religionis iuxta communem modum, atque vſum loquendi, & ſcribendi, plures dicuntur, & narrantur fuiſſe viri ſancti & perfecti, & ſancta vita, & ſanctarum operationum, & plura geſſiſſe, quæ videntur miracula, abſque eo tamen, quod illi pronuncientur, & declarentur abſolutè Sancti, & hæc pronuncientur, & declarentur abſolutè miracula. ſed omnia ſolùm referantur, vt habita à perſonis fide dignis, & ex fama, & dictis multorum, & ſuper his omnibus idem Vicarius Generalis humiliter ſupplicaret, vt Sanctiſſimus dignaretur declarare mentem ſui decreti, & Bullæ ſuper his editæ.* Idem Sanctiſſimus dicto memoriali audito declarauit 27
non debere admitti elogia Sancti, aut Beati abſolutè, & quæ cadant ſuper perſonam. benè tamen poſſe admitti per Magiſtrum S. Palatij ea, quæ cadunt ſupra mores, & opinionem eorum, videlicet cum proteſtatione in principio, quod iis nulla adſit authoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides ſit tantùm penes authorem. Sic refert Baldell. *ſuprà, diſputat.* 13. *numer.* 21. qui etiam addit in vim huius declarationis fuiſſe poſteà à PP. Ieſuitis Romæ ſæpius impreſſas litteras Iudicas ſuper martyrio aliquorum, cum ſola proteſtatione, quod non intenderent vllam authoritatem, aut fidem illis præbere, niſi purè humanam. Et quod iterum de anno 1640. vi eiuſdem declarationis obtenta ſit facultas ab eodem Vrbano VIII. & Congregatione Rituum, imprimendi Catalogum Scriptorum Societatis, præmiſſa dicta proteſtatione. Ex quo etiam 28
infert hoc modo non eſſe dicendum prohiberi miracula contra antiquiſſimum Eccleſiæ vſum, & voluntatem Dei volentis, vt ſciantur; & prudentiſſimè caueri ne maior fides illis adhibeatur, quàm debeat, & ne paulatim per ea irrepat cultus publicus ſine authoritate Eccleſiæ. Quare decreta relata intelligi videntur tum generaliter de omnibus Ordinariis, non verò de Magiſtro S. Palatij, de quo ſpecialiter eſt ſermo in declaratione illa eiuſdem Vrbani pro Patribus Capuccinis, tum quando non adſunt limitationes in ea declaratione poſitæ. Adde quod hoc modo videntur practicata præfata decreta in aliquot libris impreſſis, præſertim extra Vrbem.

Habentur etiam in eodem decreto ſequentia: *Ad* 29
horum hominum ſepulchra vetuit etiam ac inhibuit tabellas, atque imagines ex cera, aut argento, ſeu ex alia quacunque materia, tam pictas, quàm fictas, atque exculptas appendi, ſeu affigi, & lampades, ſeu alia quæcunque lumina accendi ſine recognitione ab Ordinario omnino, prout ſuprà facienda, Sedique Apoſtolicæ referenda, ac probanda. De cuius etiam decreti materia 30
Carena *ſuprà, num.* 30. dicens cauendum eſſe ab An-

drea Molfeſio *conſ.45. num.33. & ſeqq.* vbi voluit ad ſepulchra & imagines non Canonizatorum poſſe deferri tabellas, & alia dona receptarum gratiarum indicia. Dixi etiam de eadem materia *eo verbo Sanctorum cultus, n.12.* Et quod attinet ad prohibitionem lampadum agit Baldellus *ſuprà, diſp.13.n.22.* latè.

31 Poſtea verò die 2. Octobris eiuſdem anni 1625. ab eodem Vrbano in eadem S. Congregatione ſtatutum eſt, *vt quoties ad aliquam Eccleſiam, aut Oratorium, locumve aliam publicum, ſecularem, ſeu regularem tabellas, & imagines, aliudve ſimile quippiam detulerit, ac interceſſione hominum inter Sanctos, vel Beatos non aſcriptorum, quamuis cum martyrij, vel Sanctitatis fama demortuorum, optata ſeſe impetraaſſe dixerit, liceat Eccleſiaſticis perſonis Eccleſiarum, locorumve prædictorum curæ præpoſitis, tabellas, & imagines, ſiue pictas, ſiue ex quauis materia fictas, atque alia quæcunque collatæ gratiæ fidem facientia ſimul cum deferentis, aliorumque qui conſcij fuerint atteſtationibus recipere, atque approbantibus Ordinarijs, ad quos referre ſtatim omnia teneantur, in ſecreto aliquo ſeorſum ab Eccleſia loco cuſtodire, ibidemque amota collocare, & aſſeruare, vt ſi quando Dominus talium virorum merita Beatificationis, ſeu Canonizationis honore in terris decorare voluerit, extent huiuſmodi ſanctitatis qualeſcunque probationes, Apoſtolicæ Sedis iudicio tunc examinandæ, contrarijs quibuſcunque non obſtantibus.*

32 Nota autem, quod quamuis in hoc decreto præcipiatur, quod ſi prædictæ tabellæ, imagines, &c. deferantur, cuſtodiri debeant in ſecreto aliquo ſeorſim ab Eccleſia loco; nihilominus in nouiſſimis decretis de anno 1642. permittuntur cuſtodiri in Sacrario, ſecreto tamen, & eo modo, quo cultum, & venerationem non præſeferant.

33 Præterea idem Vrbanus in litteris ſub forma Breuis datis die 5. Iulij 1643. quæ incipiunt: *Cæleſtis Hieruſalem*, pro obſeruantia horum Decretorum hæc habet: *Demùm verò, vt eiuſmodi decreta obſeruarentur indubiè, ac omnimodam ſortirentur executionem, cum eiſdem Cardinalibus re pariter communicata, deque eorundem conſilio, præmiſſis addidimus, ſtatuimus, decreuimus, atque declarauimus, ne ex tunc deinceps quiſpiam Ordinariorum, aut ab Apoſtolica Sede ad hoc ſpecialiter delegatorum ſuper alicuius vtriuſque ſexus cum ſanctitatis, aut martyrij fama vel opinione defuncti miraculis, reuelationibus, alijſve eiuſmodi ſanctitatem redolentibus ex integro informationes quomodo reciperet, aut proceſſum inſtrueret, vel hucuſque receptas informationes, inſtructumque proceſſum vlterius proſequeretur, niſi poſtulator prius per legitimas iuridicè ſuſceptas probationes circa perſonam eius, de cuius miraculis, reuelationibus, alijſque rebus geſtis ſanctitatem præſeferentibus ageretur, præſcriptam in præfato noſtro decreto formam omninò ſeruatam extitiſſe docuerit, & & niſi poſtea ſucceſſiuè idem Ordinarius, aut ab Apoſtolica Sede ad hoc ſpecialiter delegatus diligenti præhabita diſquiſitione circa eandem perſonam ſupracitato decreto nullatenus contrauentum eſſe ritè pronunciauerit. Vtque id inuiolabiliter obſeruetur, ſtatuimus inſuper, & decreuimus, ne tranſmiſſi ad Vrbem vndecunque huiuſmodi proceſſus à Congregationis Sacrorum Rituum Secretario, minuſve à Sanctæ fidei Promotore* (imò etiam à *Protonotario Apoſtolico, vel quocunque alio deputato*, prout additur in decretis de anno 1642.) *quomodolibet aperiantur, niſi priùs in ipſa Sacrorum Rituum Congregatione alio ſimul ſtim oblato authentico proceſſu, ex eo Ordinarium, aut ab Apoſtolica Sede ſpecialiter delegatum ritè, ac rectè, vt præmittitur, cognouiſſe, ac pronunciaſſe prælibato decreto nequaquam contrauentum eſſe, plenè conſtiterit, ac deinde à nobis iudicia-*
34 *liter aperiendi eos proceſſus facultas indulta fuiſſet.* Declaratum autem etiam eſt in poſterioribus decretis de anno 1642. huiuſmodi proceſſum ſuper cultu non adhibito faciendum etiam eſſe *quando aliquis poſtulator allegaret*, ſe verſari in vno ex caſibus exceptuatis; nempe *quod cultus fuerit adhibitus ex indulto Summorum Pontificum, vel permiſſione Sacræ Congregationis, vel per communem Eccleſiæ conſenſum, vel per immemorabilem temporis curſum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientia, atque tolerantia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarij*, vt ſemper appareat in primis fuiſſe ſatisfactum ſupradictis decretis.

Quia autem idem Vrbanus in præfatis decretis de 35
die 13. Martij 1625. declarauit, quod *per ſupraſcripta præiudicare in aliquo non vult, neque intendit ijs, qui aut per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientia, ac tolerantia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarij coluntur*, ex eo ſanè, quia hæc æquiualent, vel æquipollent canonizationi, vel beatificationi, vt notant Sanchez *lib.2. in Decalog. c.43. n.11.* Bonacina *in primum præcept. Decalog. diſp.3. q.1. punct.2. n.3.* Baldellus *ſup. diſp.12. n.26. & diſp.13. n.4.* ideo ad huius decreti explicationem poſteà declarauit, prout habetur in dictis litteris ſub forma Breuis de die 5. Iulij 1634. *tale longiſſimum tempus, illuſque immemorabilem curſum, de quo in prædicto decreto, eſſe tempus centum annorum metam excedens.* Quare huiuſmodi declaratione ſuppoſita, non poteſt ſuſtineri ſententia Bonacinæ *ſupra, §. Excipiendū tamen, in impreſſione Lugdun.* dicentis tempus 30. *aut* 40. annorum ad id ſufficere. Baldellus ſupr. *eo num.4.*

Ex quo obiter dicendum videtur, ea quæ in huiuſ- 36
modi decretis, & alijs infra referendis continentur, ſuppleri poſſe per æquipollentia. Siquidem Æquipollentium eadem eſt diſciplina, *leg. ſi mater*, cum Gloſſa, & Bartolo, *C. de inſtit. & ſubſtit. ſub cond. fact.* Bertachinus in Repertor. Quod tamen limitandum, vt non intelligatur de iis, quæ pro forma in ipſis ſtatuuntur: forma namque, cùm ſit de genere indiuiſibilium, *l. ſi veritas, C. d. fideic.* Tiraquellus *de iur. mar. gloſ.6. num.4.* Gonzalez *ad reg.8. Cancell. gloſ.18. num.76.* non poteſt ſuppleri per æquipollentia, *l.3. §. fin. l. qui per ſalutem, ff. de iureiur.* Surdus *conſ.318. n.10.* Scaccia *de commerc. gloſ.5. num.22. & §.1. q.1. num.151.* Boërius *deciſ.1. num.45.* Niſi forſan quando forma reſpicit certum effectum, qui per æquipollens poteſt effectualiter conſequi. Scaccia *ſupr. n.152.* Barboſa *in axiom. iur. axiom.100. n.16.* Quæ valdè pro praxi dictorum decretorum obſeruari debent. De quibus vlterius infrà *n.128.*

In cauſis Canonizationum, & Beatificationum pro- 37
pter earum grauitatem ſolet Sedes Apoſtolica procedere cum magna maturitate. Ita in decretis de anno 1642. Et meritò ſanè, quia circa maiora maius periculum verſatur, ideo cautius eſt agendum, diuturna tarditate, & conſiderata maturitate, *c. quieſcamus 40. diſt. cap. miramur 61. diſt. cap. nuper 7. q.2. c. vbi periculum, in principio de elect. in 6. & in l.2. §. Sed etſi quis, ff. de carbon. edict.* Maſcardus *de probat. vol.1. concl.261. n.61.* Rocca *ſupr. c.31.* Paſqualigus *in qq. moral. Canonic. centur.1.*
q.69. n.10. Canonizationis autem, ſeu Beatificatio- 38
nis negotium eſt de maioribus Eccleſiæ cauſis, vt habet Gloſſa *cap. vnico, verbo Sedis Apoſtolicæ, de reliq. & vener. Sanct. in 6.* & communiter Doctores. Propterea, vt habetur in eiſdem decretis Vrbanus 8. præcipit S. Rituum Congregationi, ne deinceps procedat in præfatis cauſis, *niſi lapſis quinquaginta annis ab obitu*, & tunc *niſi habita prius, & expreſsè obtenta licentia à Sanctitate ſua, vel eius ſucceſſoribus.* Lucas etiam Caſtellinus librum ſcripſit *de dilatione Canonizationis Sanctorum*, vbi ex profeſſo de hac maturitate maximè à pag.30.

39 Propterea etiam in cauſis Canonizationis, vel Beatificationis requiruntur certæ & euidentes probationes, nec ſufficiunt præſumptiuæ, & coniecturales, quia hæ non ſunt veræ probationes, *l. Lucius, ff. de condit. & demonſtr.* vbi Bartolus, & Imola, Romanus *l.1. C. de teſt. milit.* Ruinus *conſ.* 128.*n.*2.*lib.*4.Natta *conſ.*29 *n.*1 *& conſ.*581.*n.*9.Baldus *cap.*1 §.*cum autem, de controu. inueſtit.* Paſqualigus *ſupr. n.*1. Etiamſi ſimus in antiquis propter grauitatem materiæ, quæ pertinet ad regimen vniuerſalis Eccleſiæ. Petrus Galleſinus *p.*3.*de Canoniz. S. Didaci,c.*6. § *cuius ſingularis, & c.*8.10. *& ſeqq.* Ianbus Caſtellinus *de Canonizat. SS.q.* § *quæro qualiter,* Troylus *de Canoniz.c.*1.*n.*15.*& c.*4. *n.*64. Caſtellinus *ſupr. à pag.*86.

40 Fama regulariter, & communiter non ſufficit pro probatione in huiuſmodi cauſis, quia non facit plenam probationem, *l.*3. § *eiuſdem quoque, ff. de teſtib.* Accurſius *verb. confirmat*, Bartol. *ibid.* Cardinalis Alban.*n.*2. Decius *conſ.*1.*de probat.* Caſtellinus *ſupr. à pag.*101. Maximè ſi agatur de probandis miraculis, quia circa ipſa debet fieri diligens & exacta inquiſitio, itaut de ſingulis circumſtantiis innoteſcat, de qui-
41 bus *in c. Cauſam, de teſtib.* vt notat, & firmat Bart.*tr. de teſtib.* § *qualitas ſiue ſubſtantia,n.*56. Et proinde debent teſtes interrogari vnus ſeorſim ab alio, vt notat Ioannes Andreas *cap. venerabili, verb. ſigillatim, de teſtib.* Troylus Maluetius *tr. de Canoniz. Sanct.* § *Aggredior n.*54. Maſcardus *ſup. n.*41. *&* 42. Paſqualigus *ſup. n.*14. Caſtellinus *ſup.* multa habens de huiuſmodi teſtibus *pag.n.*87 94 96. *& ſeqq.* Molfeſius *in conſ.*46. *à n.*62. ſimul de his teſtibus congeren.

42 Nihilominus quando fama miraculorum eſt notoria, & probabilibus coniecturis, aut veriſimilibus argumentis innititur, præſtat indicium efficaciſſimum ad effectum beatificationis, ſeu Canonizationis Sanctorum. Hoc enim colligitur ex Bullis, ſeu diplomatibus Summorum Pontificum pro Canonizatione, vel Beatificatione, vt patet in litteris *Dominum excelſum*, Paſchalis II pro Beatificatione Petri Epiſcopi Ananienſis, Alexandri III. in litteris *Redolet Anglia*, pro Canonizatione S. Thomæ Cantuarienſis; Gregorij IX. in litteris *Miru circa nos* pro Canonizatione S. Franciſci, Honorij III. in litteris pro Canonizatione S. Laurentij Epiſcopi Dublinenſis, quas & alias refert ad intentum hoc Fortunatus Schaccus *de cultu, & veneratione Sanctorum lib.*1.*ſect.*9.*cap.*7. Quod idem patet in nouiſſimis Canonizationibus. & Beatificationibus, vt patet in Inſtrumentis Canonizationis S. Andreæ Corſini, & litteris Beatificationis B. Mariæ Magdalenæ de Pazzi, & aliis ſimilibus. Vide *infr. n.*126.

43 Nec etiam ſufficiunt ſcripturæ priuatæ, vel tabellæ etiam in publico expoſitæ ad probandam ſanctitatem alicuius, ſeu miracula; quia cùm non ſint authoritate publica confectæ, non excedunt terminos ſcripturæ priuatæ, ſecundum doctrinam Innocentij *cap.*1 *de fid. inſtrum.* Vnde de ſe nullam fidem faciunt, iuxta ea, quæ tradunt communiter Doctores *in Authent. An ſit contractus, c. de fid. Inſtrum. & in l. ſcripturas, C. qui potior. in pign. habeant.* & per adducta Marantia *p.*6. *ſpeculi, verſ. Et producuntur ſcriptura, & num* 34. Quod ve-
44 rum eſt etiamſi ſcripturæ in aliquo archiuio reperiantur, nam tunc ſolùm ſcripturis in Archiuio repertis fides adhibebetur, quando archiuium eſt publicum, in quo ſolùm ſcripturæ publicæ & authenticæ recondi ſoleant, *cap. Ad audientiam, de præſcriptionib. & l. Cenſus*, vbi Gloſſ. *ff. de prob.* & notat Bart. *l.*1. *ff. ſi certum petatur.* Cornèus *conſ.* 332. *n.*7. *volum.*1. cum Gloſſa *cap. peruenit, verb. Archiuiis* 30 *q.*1. *ex Authent. Ad*
45 *hac, C. de fide Inſtr.* Imò etiamſi in Archiuio quo ſolùm ſcripturæ authenticæ ſeruari ſolet, reperiretur aliqua ſcriptura narrans alicuius ſanctitatem, aut miracula, non ſufficeret in ordine ad Canonizationem, aut Beatificationem, niſi ſimul exprimeretur, quod ſanctitas, & miracula illa auctoritatiuè & eo modo, quo debent examinari, fuiſſent examinata, aut approbata; aut niſi per modum proceſſus exprimerentur omnia neceſſaria pro iuridica examinatione, itaut poſſet procedi ad examinandum: quia cùm talis ſcriptura ſe habeat vt purum teſtimonium teſtificans de ſanctitate & miraculis, niſi ſufficienter teſtificetur pro examine inſtruendo, vt inſufficiens reiiciendum eſt, ſicut reiicerentur proceſſus inſufficientes Ita Paſqualigus *ſuprà, num.*15. Idem ſubiungens *num.*16. pro caſu quo 46
alicuius vitæ ſanctitas, vel miracula in lapidibus in publico expoſitis inciſa eſſent, niſi authenticè & authoritatiuè id factum comprobaretur, prout ex iuribus, & Doctoribus comprobat. Quid verò dicendum de hiſtoriis, de quibus videtur ratio eſſe diuerſa, cùm ſint ſcripturæ publicæ. dicetur infra *num.*135. Maximè ſi ſint antiquæ, propter eandem rationem, iuxta dicenda *ibidem*.

Statuitur etiam in eiſdem decretis de anno 1642. 47
editis, quot Congregationes fieri debeant pro huiuſmodi cauſis tractandis; quinam eiſdem aſſiſtant, quis modus in eis ſeruandus; & quod iuramentum præſtari ſolitum in Congregatione S. Inquiſitionis ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ Papæ reſeruatæ, præſtetur etiam in huiuſmodi cauſis de non reuelandis, &c. quod ab hac excommunicatione nullus, nec etiam ſummus Pœnitentiarius, abſoluere poſſit. quæ forma commiſſionis generalis ſeruanda; quibus committendæ litteræ Remiſſoriales; quæ ſit forma ipſarum, & quomodo formandi proceſſus.

Extat etiam ſequens decretum circa prohibitio- 48
nem capiendi informationes ſuper ſanctitate, aut miraculis alicuius defuncti. *Cum in tota Eccleſiæ gubernatione nihil maius, nihil ſit auguſtius Beatificatione, & Canonizatione Sanctorum, utpote homines iam demortuos etiam cum fama ſanctitatis, ac miraculorum declarare pro ſanctis, eoſque vti tales colendos, & venerandos decernere. Sacra Rituum Congregatio vt res hæc planè ampliſſima atque grauiſſima ritè, ſanctèque conficiatur prohibet omnibus, & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis, tam ſecularibus, quàm Regularibus, etiam Sancti Ioannis Hieroſolymitani, Societatis Ieſu, vel aliorum quantumuis ſpeciali nota dignorum, ne audeant ipſi per ſe, aut per alios capere informationes ſuper ſanctitate, aut miraculis alicuius defuncti, neque vllo modo exquirere, aut obtinere ad hunc effectum extraiudiciales teſtificationes, aut ſubſcriptiones ſub pœnis arbitrio S. Congregationis infligendis. Quod ſi ſuperiori, Sacriſtæ, ſeu alteri officiali illius Eccleſiæ, in qua requieſcit corpus ipſiuſmet defuncti, vel alterius etiam Eccleſiæ, fuerint reuelata aliqua miracula, ſeu prophetiæ dona, poſſint ea recipere ſub ſigillo ſecreti ab ipſis tantùm relatoribus, in quorum gratiam contigiſſe narrabitur; teneantur tamen quamprimùm commodè poterunt, eadem deferre, vel obſignata tranſmittere Epiſcopo loci cum expreſſa declaratione, quod reuelationes ſic, vt ſuprà receptæ, non faciant aliquem probationis gradum, etiam cuiuſuis longiſſimi temporis curſu.* Vnde infertur, quod ſuperiores Religionum nullam habent facultatem ad fabricandum proceſſus ſuper ſanctitate vitæ, aut miraculis alicuius Religioſi, nec talibus proceſſibus fidem aliquam adhiberi debere. Quod etiam habetur ex Rota *in relatione S. Hiacynthi, fol.* 37.& notat Contelorius *de Canonizatione c.*4.*n.*14.

Meritò etiam in his & aliis decretis indiſcrimina- 49
tim, & indiſtinctim fit ſermo de Canonizatione, & Beatificatione, quia quamuis ſecundum Fortunatum Schaccum ſuprà *ſect.*1.*c.*8. Canonizatio eſſentialiter diſtinguatur à beatificatione, in eo quod in Canonizatione Papa procedit vt Iudex vniuerſalis Eccleſiæ, & per ſententiam diffinitiuam decernens alicui cul-

tum deberi in Eccleſia militanti; in beatificatione au-
tem non procedit vt Iudex, neque definiendo, ſed vt
Princeps in Eccleſia priuilegium concedendo huic vel
illi Eccleſiæ, Regioni, vel Religioni, vt abſque in-
curſu pœnarum latarum contra ſuperſtitioſos, & eos
qui abſque licentia Sedis Apoſtolicæ alicui præſtant
cultum, liceat illis talem, vel talem cultu Sanctorum
venerari. Nihilominus communior ſententia eſt, non
differre eſſentialiter, cùm ordinentur ad cultum, &
venerationem ſanctis exhibendam, quod videtur eſſen-
tialis ratio ipſarum, ſed ſolùm accidentaliter, in quan-
tum Beatificatio eſt quædam veluti via ad Canoniza-
tionem; prior illa, minus ſolemnis, & magis particu-
laris, ac veluti pars ipſius. Canonizatio verò ſit po-
ſterior, generalior, ſolemnior, & veluti totum quod-
dam. Vnde beatificatio vocatur *particularis Canoni-
zatio*, immò ab aliquibus vocatur *ſemicanonizatia*,
ſeu *Canonizatia ſecundùm quid*, & ab aliis, videlicet à
Carena *in tract. de offic. Sanct. Inquiſit. part.* 2. *tit.* 17.
§. 12. *num* 51. ſpecies veræ Canonizationis. De quibus
Angelus Rocca *de Canonizat. cap.* 38. Peyrinia *ſupr.
in conſtit. illa* 16. *Leonis X. num.* 1. Contelorius *de Ca-
nonizat. cap.* 2. *num* 4. *& ſeqq.* ex Penna, Tuſcho, &
aliis Baldellus *d. diſp.* 12. *n.* 8. Caſtrus Paulus *p.* 1. *oper.
moral. tract* 4. *diſp.* 1. *punct.* 5. §. 5. Secundò, quia cultus
omnes qui Canonizatis deferuntur, vt in plurimum,
& magna ex parte etiam deferri poſſunt beatificatis, vt
51 probat Baldell. *ſupr. num.* 19. & colligitur ex Caſtro
Palao *ſupra*. Tertiò, quia probabile eſt eadem certitu-
dine tenendum eſſe Pontificem errare non poſſe in
52 beatificatione Sanctorum, ſicut neque in Canoniza-
tione: Tum quia Doctores antiqui loquentes de Ca-
nonizatione, quantum ad hoc nullam diſtinctionem
inter ipſam & beatificationem fecerunt. Tum quia eo
ipſo quod Pontifex beatificans aliquem Miſſæ ſacri-
ficium in illius honorem celebrari concedit, cùm Miſ-
ſa nomine totius Eccleſiæ offeratur, ipſique tota Ec-
cleſia medio Sacerdote veluti aſſiſtat, proponitur toti
53 Eccleſiæ vt Sanctus venerandus. Caſtrus Palaus *ſuprà,
num.* 4. Ludouicus Caſpenſis *in curſu Theologic. tomo
poſter. tract.* 15. *diſput.* 2. *sect.* 8. *num* 82. *&* 83. Caſtelli-
nus *ſupra à pag.* 114. aliis inhærens. Quartò, quia bea-
tificatio reſpicit futuram Canonizationem, & habet
connexionem cum illa, & ad illam dirigitur à Papa,
vt patet in Bullis Beatificationis, tam antiquis, quàm
modernis, præſertim B. Petri Anagni, edita à Paſchali
II. & B. Philippi Benitis à Leon. X. quas refert Fortu-
natus Schaccus *ſuprà, sect.* 1. *c.* 8. & B. Mariæ Magda-
lenæ de Pazzi Carmelitæ, vbi dicitur: *Vt donec Ca-
nonizationis honor dictæ ancillæ Dei Mariæ Magdale-
næ ab eius excellentia merita, diuinâ inſpirante gratiâ,
ab Apoſtolica Sede decernatur, eadem ancilla Dei Ma-
ria Magdalena Beata nuncupari, atque officium, &
Miſſa de ea, vt infrà, recitari, & celebrari poſſit.* Pro
aliis differentiis Canonizationis, & Beatificationis le-
gendus Lucas Caſtellinus *ſuprà pag.* 10. *& ſeqq.*

54 Hinc tam pro beatificandis, quàm pro Canonizan-
dis requiruntur virtutes non communes, & ordina-
riæ; ſed illæ, quæ à Theologis appellantur *heroica*,
ſeu in gradu heroico, veluti diuinæ, & ſuperhuma-
næ, per quas, quantum fieri poteſt, homo coniungitur
Deo. De quibus Ariſtoteles *lib.* 7. *moral. c.* 1. S. Thom.
ibi, Bonauentura *in* 3. *diſt.* 34. *quæſt.* 1. Gerſon. *part.* 4.
Piccolomineus *in lib. de moribus, gradu* 6. *c.* 1. 2. *&* 3.
Fortunatus relatus *sect.* 2. *cap.* 4. exemplis explicans ali-
quas actiones Sanctorum, in quibus hæ virtutes heroi-
cæ reluxerunt.

55 Specialiter tamen pro Canonizatione, ſeu beatifica-
tione alicuius perſonæ Regularis, ſeu Religioſæ, præ-
ter miracula, virtutes etiam in gradu heroico, & alia
relata, requiritur quoque exactiſſima, & vigilantiſſima
obſeruantia, & cuſtodia illorum omnium, quæ ad ſta-
tum Religioſum ſpectant, ſcilicet votorum Regulæ, 56
& ſtatutorum, ſeu Conſtitutionum ſui Ordinis. Pri-
mò quidem, quia qui ab Eccleſia beatificantur, ſeu
Canonizantur, proponuntur fidelibus imitandi, vt
norma morum, & virtutum, ac per conſequens vt exa-
cti & perfecti obſeruatores ſuarum obligationum,
quales requiſiit Chriſtus ſuos ſpeciales diſcipulos, dum
dicit Matth. 5. *Eſtote perfecti ſicut & pater veſter cæ-
leſtis perfectus eſt.* Molfeſius *tom.* 2. *Add. ad qq vſual.
conſ.* 46. *num.* 5. *&* 6. ex Patribus, & Doctoribus. Se- 57
cundò, quia heroicitas virtutum pro illis requiſita
ſtare non poteſt ſine iſta rigoroſa obſeruantia ſuarum
obligationum. Tertiò, quia ita eſt ſtylus Summorum
Pontificum in Bullis Canonizationis, prout ex In-
nocentio IV. pro S. Petro martyre, Eugenio IV. pro 58
S. Nicolao Tolentano, Sixto V. pro S. Didaco, & Cle-
mente VIII. pro SS. Hyacintho, & Raymundo affert
Fortunatus non ſolùm *sect.* 6. *cap.* 3. ſed maximè *cap.* 4.
Non tamen pro illis requiruntur illa opera, quæ illis
competere non poſſunt, vt ſunt verbi gratia, peregri-
nationes reſpectu Monialium, largitiones eleemoſy-
narum reſpectu paupertatem profitentium, & ſimilia.
Non enim requiritur aliud exercitium virtutum, niſi
illud quod ipſi ſecundùm ſuum gradum competere
poteſt. Contelorius *ſupra c.* 15. *n.* 10. ex variis Rotæ
relationibus pro Sanctis.

Illud prætetea notandum, quod licèt iuxta dicta 59
in ſuperioribus ex Caſtro Palao, & Ludouico Caſ-
penſi, quod etiam Doctiſſimis viris Vrbis arridet, vi-
delicet, quod probabile ſit eadem certitudine tenen-
dum eſſe Papam non poſſe errare in Beatificatione
Sanctorum, ſicut neque in eorum Canonizatione, ac
proinde quod vtrumque ſit de fide, nihilominus mul-
tò maior, & exactior diligentia fieri debet pro Cano-
nizatione alicuius Sancti, quàm pro ipſius Beatifica-
tione. Primò, quia ſiue dicamus Canonizationem & 60
beatificationem eſſentialiter differre iuxta opinionem
Fortunati Scacchi ſuperius relatam, ſiue non differre,
iuxta communiorem aliorum, vt ſuperiùs etiam dixi-
mus, nihilominus negari non poteſt, Papam diuerſo
modo procedere in Canonizatione, quàm in Beatifi-
catione Sanctorum: nam in Beatificatione non pro-
cedit vt Iudex (ſtrictè loquendo) definiendo, aut de-
cernendo, ſed vt Princeps concedendo facultatem,
indultum, ſeu priuilegium alicui Eccleſiæ, Prouinciæ
&c. particulari, vt poſſit facere officium, &c. de tali
Sancto, &c. At verò in Canonizatione Papa procedit
vt Iudex vniuerſalis Eccleſiæ per definitiuam ſenten-
tiam ſtatuendo, vel determinando, quod de tali San-
cto fiat officium, Miſſa, &c. in vniuerſali Eccleſia, &c.
Dicit enim in Bullis Canonizationis, vt patet in In-
ſtrumento Canonizationis S. Andræ Corſini, *Decer-
nimus, & diffinimus bonæ memoriæ Andream, &c. San-
ctum eſſe, ac Sanctorum catalago adſcribendum, ipſum- 61
que Sanctorum Catalago adſcribimus, ſtatuentes, vt
ab vniuerſali Eccleſia anno quolibet in die obitus ipſius
feſtum deuotè, & ſolemniter celebretur.* In Bullis autem
Beatificationis ſolum dicit, vt patet in Bulla Beatifica-
tionis B. M. Magdalenæ de Pazzi, vt *ipſa ancilla Dei 62
Beata nuncupari, officiumque, & Miſſa de ea, &c.* in
tali vel tali loco, *recitari, & celebrari poſſit concedi-
mus, & indulgemus.* Notat hanc differentiam inter
Canonizationem, & Beatificationem Fortunatus
Schaccus *ſup. lib.* 1. *sect.* 1. *c.* 8. §. *nec aliquem*, ex ea in-
ferens, quod cùm iuxta Iuriſperitorum ſententiam,
Vnuſquiſque poſſit renunciare priuilegio ſibi conceſſo,
ideò illa Religio, Eccleſia, vel Prouincia, cui con-
ceſſum fuerit de aliquo Beatificato officium facere,
poteſt id omittere, indicans oppoſitum de Sancto 63
Canonizato, quia ſcilicet Sancto Canonizato officium,
& cultus præſcribuntur ex neceſſitate. Ex eo autem
ſequitur ad intentum, quod multò maior, & exactior
diligentia

Digitized by Google

64 diligentia fieri debet pro Canoniaatione, quàm pro
Beatificatione. Secundò ad idem: Nam in Caoonizatione procedit Pontifex cultom præſcribendo Sancto
Canonizato per modum legis vniuerſalis; io Beatificatione verò per modum conceſſionis iodulti,& priuilegij particularis. Certum autem eſt, quod exactior
diligentia requiritur in Principe pro concedenda lege
vniuerſali, quàm pro concedendo ſpeciali priuilegio:
quia in primo attenditur ad bonum commune, in ſecundo autem ad bonum particulare, *l. 1. ff. de legib c.*
65 *Abbate, de verb. ſignif. DD. ibid.* Tertiò ex nomine
ipſo *Canonizatio*, quod ortum habet à voca Græca
Canon, ideſt *Regula*; nam Sanctus Canonizatus eſt ad
totius perfectionis regulam examinatus, atque probatus, ac ea omni parte perfectus, & verè Sanctus
inuentus. Angelus Rocca *de Canoniƶat. Sanct cap. 2.*
Quæ ſine dubio maiorem indaginem indigitaot, neceſſariam pro Canonizationa, quàm pro Beatifica-
66 tione. Quartò, quia Canonizatio eſt quædam proteſtatio fidei, prout habet idem Rocca *ſupr. cap. 4.* Et
colligitur ex D. Thoma *quodlibet. 9. art. vlt.* & Bannez *2. 2. q. 1. art. 10. dub. 7.* quemadmodum ergo pro definitione alicuius propoſitionis de fide requiritur
67 exactiſſima diligentia, ſic & pro Canonizatione. Præſertim quia ex eo videtur, quod Canoniaatio ſit fidei
proteſtatio, quia quemadmodum fides habet pro obiecto immediato Deum, ſic Canonizatio reſpicit
Deos, id eſt *Sanctos*, quos Ioan. 10 Chriſtos vocauit
Deos, id eſt, ſpecialiſſimè participaotes Dei bonitatem. Vnde Canoniaatio vocatur à Græcis *Apotheeſis*,
latinè *Deificatio*, & ipſi Sancti vocantur *Diui*, &
Indigetes, quaſi in Diis agentes, vel nullius rei indi-
68 gentes. D. Auguſtin. *lib. 9. de Ciu. Dei, cap. 10.* Rocca
ſupr. cap. 1. Quintò, quia in decreto Canonizationis,
quod extat *in libro ceremoniarum*, dicit Pontifex ſe in
Canonizatione talis Sancti procedere. *De venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, omniumque Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum
in Romana Curia exiſtentium conſilio, & vnanimi conſenſu, matura deliberatione prababita, ſummaque diligentia ex maiorum inſtitutis, etiam abundantius adhibita.* Et infrà: *De caius puritate fidei, excellentia vitæ, & miraculorum in vita, & morte factorum claritate
nobis pleniſſimè conſtat.* Quæ omnia denotant exactiſſimam diligentiam pro Canoniaatione requiſitam, ſu-
69 pra eam quæ adhibita eſt in Beatificatione. Demùm
ſextò & principaliter, quia Sanctus qui Canonizatur
ab Eccleſia, non quomodolibet declaratur Sanctus, ſed
ſpecialiori, & ſingolari modo proponitur toti Eccleſiæ, vt verum ſanctitatis exemplum cunctis imitan-
70 dum. Vnde in nouiſſima Canonizatione S. Andreæ
Corſini Pontifex in Oratione, ſeu Collecta dicit: *Deus
qui in Eccleſia tua noua ſemper inſtauras exempla virtutum, de populo tuo, &c.* Et in oratione S. Catharinæ Senenſis: *Tanta virtutis proficiamus exemplo.* In
aliis autem orationibus: *Per eius ad te exempla gradiamur.* Quo ſenſu in decreto Canoniaationis dicit
Pontifex ſe Sanctum illum Canonizare *ad exaltationem fidei Catholicæ, & Chriſtianæ Religionis augmentum.* Quæ omnia cùm non procedant in Beatificatione Sanctorum, manifeſtant maiorem, & magis
exquiſitam diligentiam adhibendam eſſe in Canonizatione, quàm in Beatificatione. De quo etiam Contelorius *d. c. 2. n. 5. & ſequentib.* conformiter ad doctrinam Pennæ Mallettij, & aliorum.

71 Ne tamen curioſus lector deſideret aliqua, quæ
iuxta ritum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ fieri ſolent in
Canonizatione Sanctorum, ideo aliqua hic apponenda, ex iis quæ ex ſacris cæremonialibus ſcripſit Angelus Rocca ſuperiùs relatus, & verbis ipſius. Præmittendo priùs hanc formam antiquitus variam fuiſſe,
prout oſtendit Contelorius relatus *c. 3. num. 5.* ex teſtimonio Magiſtri cæremoniarum tempore Leonis X.
Fiunt tria conſiſtoria. In primo, quod ſecretum vocant, vnus ex tribus Cardinalibus delegatis Iudicibus in Congregatione antiquior, ſiue primarius, orationem habet, in qua de viri Canonizandi vita ſanctitate, fideique integritate (qua in re totius negotij ſumma conſiſtit) necnon de laudabili eiuſdem obitu, deque miraculis ſiue in vita, ſiue in morte factis verba facit. Iis omnibus recitatis, Cardinales ſententias rogant, num in iis, quæ ad Canonizationem pertinent, ſit vlterius progrediendum. Poſtremò iuxta Cardinalium conſilium, & aſſenſum, quid hac in re faciendum ſit, decerni ſolet. In ſecundo conſiſtorio, quod publicum appellatur, Aduocatus Conſiſtorialis orationem habet, in qua vel alicuius Regis aut Principis, qui virum illum Canonizandum curat, ardentiſſimum, ac perpetuum deſiderium cum Chriſtiano Zelo coniunctum egregiè commendatur & eiuſdem viri Canonizandi ſanctimonia, admirabiles virtutum progreſſiones, & miracula præſertim inſignia enarrantur. In peroratione autem, Regis, ac Regni, ſeu Principis ac Prouinciæ, necnon Ciuitatis nomine poſtulatur, vt vir ille tantoperè in ſanctitate vitæ laudatus, in ſanctorum numerum referatur. Tum demùm Secretarius Apoſtolicus ex præſcripto Summi Pontificis reſpondet, Chriſtianamque poſtulantis pietatem, diuturnamque rei tam piæ poſtulationem laudat, ac tandem propenſam Papa in eo Canonizando voluntatem declarat Sed huius generis negotium tam graue, tamque arduum, cuiuſmodi eſt ſancti alicuius Canonizatio, maturius ac diligentius conſiderandum eſſe oſtendit. Hinc ſacrum deinque Cardinalium Collegium, Patriarchas, item Archiepiſcopos, & Abbates hortatur, vt in eam tanti ponderis rem pro ſuffragiis ferendis toto mentis conatu incumbant, ac Deum in primis orent, vt Sanctitatis ſuæ mentem lumine diuino illuſtret, quo rectius actionem tantam dirigat, tum ad ipſius Dei gloriam, tum etiam ad Eccleſiæ Sanctæ amplitudinem, Chriſtianæque pietatis fructus vberrimos. In tertio Conſiſtorio, quod ſemipublicum nuncupatur, ſuffragia feruntur, num ille, de quo agitur, in Sanctorum numerum ſit referendus. Ad hoc Conſiſtorium non ſolùm S. R. E. Cardinales verum etiam Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates pro ſuffragiis ferendis acciti conueniunt. Pronotarij Apoſtolici eidem Conſiſtorio interſunt, ad fidem circa ea, quæ ibi decernuntur, exhibendam Auditores autem Rotæ, & præſertim illi, quibus cura iudicandi proceſſum in rem tantam præſtitum demandata fuit, ad idem Conſiſtorium admittuntur, vt ſi in proceſſu aliqua oriretur controuerſia, vel difficultas, eam explicent, ac declarent. Antea verò quàm ſuffragia ferantur, Summus Pontifex è ſolio ſuo habet orationem, in qua de re ad tam grauem, tamque arduam actionem pertinente verba facit: deinde pro Sancto Canonizando ſententias dici iubet, tum ſuo quique ſtatim ordine ſententias dicunt. Hæc Angelus Rocca ſupra *c. 17* ſubiungens poſtea qualiter ſententiis, ſeu ſuffragiis auditis, Pontifex diem Canoniaationis faciendæ, ac locum in quo facienda eſt, denunciat,

Forma autem decreti pro Canonizatione Sancti 72
Confeſſoris, prout Rocca relatus ex Sacrarum cæremoniarum libris refert, talis eſt. *Ad honorem ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, gaudium, & exaltationem ſupernæ ac triumphantis Hieruſalem matris noſtræ, & exaltationem fidei catholicæ, & chriſtianæ Religionis augmentum, auctoritate eiuſdem ſanctæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac noſtra, de Venerabilium fratrum noſtrorum S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, omniumque Patriarcharum, Archiepiſcoporum & Epiſcoporum in Romana Curia exiſtentium conſilio, & vnanimi conſenſu, matura deliberatione prahabita, ſummaque diligentia ex maiorum inſtitutis, etiam abundantius*

Digitized by Google

tiùs adhibita, Beatum N. (de cuius puritate fidei,
excellentia vitæ, & miraculorum in vita, & in morte
factorum claritate nobis pleniſſimè conſtat, decernimus
ſanctorum confeſſorum catalogo adſcribendum, prout
nunc adſcribimus, eumque ſanctum à fidelibus veneran-
dum eſſe mandamus, ſtatuentes vt ab vniuerſali Eccle-
ſia anno quolibet, in die N. feſtum ipſius, & officium,
ſicuti pro vno ſancto Confeſſore tantùm, deuotè, & ſolem-
niter celebrentur, vtque in eius honorem Eccleſiæ, &
Altaria, in quibus Deo ſacrificia offerantur, erigi, &
fundari poſſint.

73 Aliam etiam formam canonizationis breuiorem ex
Codice Rituali cæremoniarum Sacrarij Pontificij ex-
tractam, quæ eſt huius tenoris, ſic damus. *Ad hono-*
rem ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, & exaltationem
fidei Catholicæ, ac Chriſtianæ Religionis augmentum,
authoritate eiuſdem Dei omnipotentis, Patris, & Filij,
& Spiritus Sancti, & Beatorum Apoſtolorum Petri,
& Pauli, & noſtra, de fratrum noſtrorum conſilio de-
cernimus, & definimus, bonæ memoriæ N. ſanctum
eſſe, & ſanctorum Catalogo adſcribendum, ipſumque
Catalogo huiuſmodi adſcribimus, ſtatuentes, vt ab vni-
uerſali Eccleſia anno quolibet in die N. feſtum ipſius,
& officium, ſicut pro vno confeſſore (ſi ſit confeſſor) *vel*
martyre (ſi ſit Martyr) *deuotè & ſolemniter celebren-*
tur. De iis quoque Troilus Maluetius *in tract. de Ca-*
non. Sanct. & Maſcardus *de probat. vol. 1. concl. 261.*

74 Ex his porrò Sanctorum canonizationis factis, &
Apoſtolicis formis, adiunctis decretis Pontificiis, &
Sacrarum Congregationum, de quibus ſuprà, elici
poteſt enodatio quorundam dubiorum, quæ in for-
matione proceſſuum pro iiſdem Sanctis canonizan-
dis emergere ſolent, maximè pro Regularibus, qui
in hoc negotium quàm ſæpiùs incumbunt. Etenim
in huiuſmodi cauſis procedit Eccleſia ordine iudicia-
rio, prout ex B. Auguſtino *in libell. de pœnitent. Me-*
dicina, cap. 3. elicitur, & conſtat ex praxi S. Congregat.
75 Rituum, vt videre eſt in Auguſtino Triumpho *q. 16.*
art. 1. Angelo Rocca *de Canoniz. Sanctor. c. 34.* & aliis.
Hac enim de cauſa Pontifex in forma canonizationis
dicit: *De cuius* (ſcilicet canonizandi) *puritate fidei,*
excellentia vitæ, & miraculorum in vita, & in morte
factorum claritate, nobis pleniſſimè conſtat. Declarans
etiam ſe procedere, *matura deliberatione præhabita,*
76 *ſummaque diligentia ex maiorum inſtitutis, etiam abun-*
dantius adhibita. Et meritò ſanè, quia ſi in omnibus
rebus ordo ſeruari debet, iuxta Ariſtotelem *lib. 2. Me-*
taph. Diu. Ambroſium relatum à Baldo *in proœmio*
Digeſtorum, & totum titulum de *Ordine cognitionum*
lib. 2. decretal. multò magis in re arduiſſima, & gra-
uiſſima. Idcirco pro SS. Canonizatione obſeruanda
ſunt, quæ ad ordinem iudiciarium ſunt neceſſaria.

77 Vnde primò Iudex coram quo formantur proceſ-
ſus, debet eſſe legitimus, id eſt, habere veram, & legi-
timam iuriſdictionem. Tum quia hoc eſt de ratione,
& eſſentia ordinis iudiciarij, ſeu iudicij, quod eſt iux-
ta S. Thom. 2. 2. *q. 60. art. 1.* & Expoſitores ibidem,
Actus iudicis in quantum iudex eſt. Tum quia Iudex
eſt idem, quod ius dicens, & iudicium eſt iuriſdictio,
cap. forus, de verbor. ſignificat. & Doctores *ibid.* Tum
quia iudicium vbi adeſt Iudex incompetens, ſeu non
habens iuriſdictionem, eſt nullum, *cap. At ſi Clerici,*
de iudiciis. Et dicitur vſurpatum, *De pœnitentia diſt.*
78 *6. §. fin.* Sylu. *in Summa, verbo iudicium, q. 3. & 4.* &
talis nullitas adeò exoſa regibus eſt, vt quamuis ali-
quis iuraſſet non oppoſiturum de nullitate, ni-
hilominùs hanc nullitatem de defectu iuriſdictionis
opponere poſſet. Crauetus *conſ.* 383. *num.* 16. ex Feli-
no, Ruino, & aliis. Imò talis nullitas eſt inſanabilis.
Verallus *deciſ.* 38. *num.* 2. *lib.* 3. Thomas Triniſanus
Venet. deciſ. 11. *n.* 2. *lib.* 2. Barboſa *in collectan. DD. in*
d. cap. At Clerico, de iudiciis, plura ad intentum affe-
rens. Accedit quod, & communiter dicitur, ad hoc, 79
quod Iudex ſit verus, quatuor debet habere, ſcilicet
poteſtatem, veritatem, formam, & vim executionis.
Toletus *in Summ. lib. 5. c. 56.* ex S. Th. 2. 2. *q. 60. art.* 2.

Specialiter etiam id conſtat ex Decretis, & forma 80
conficiendi proceſſus pro cauſis beatificationis, & Ca-
nonizationis Sanctorum iuſſu Vrbani VIII. anno
1642. editis. Ibi enim in petitione facta Papæ pro Re-
miſſorialibus concedendis, petitur ab ipſo, vt hanc
cauſam committat aliquibus Epiſcopis cum *faculta-*
tibus opportunis ad faciendum in genere inquiſitionem
de fama, miraculis, &c. & etiam in ſpecie ad *inqui-*
ſitionem ſpecialem, &c. & in Remiſſorialibus ipſis da-
tur talis commiſſio per verba *committimus, & man-*
damus, & cum clauſulis *decernentes irritum, & inane*,
&c. & aliis ſimilibus, quæ ſecundùm iura, & Docto-
res important Iuriſdictionem. In litteris quoque ad
Nuncios, & ad Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſ-
copos, quarum forma habetur inter prædicta decre-
ta, idem ſupponitur. Vnde Fortunatus Scacchus *de*
cultu, & veneratione ſeruor. Dei lib. 1. cap. 5. ſect. 11. §.
in quo tria, ad ſolemnitatem, ſeu eſſentiam proceſ-
ſuum in hac materia primò requirit, quod ſint fabri-
cati à Iudice competenti.

Colligitur id etiam ex eo, quod tales commiſſio- 81
nes præſentantur illis, ad quos diriguntur, & mox ab
illis acceptantur, quod eſt ſignum formatæ iuriſdi-
ctionis, *cap. præterea, cap. quamuis, de offic. delegat.*
Abbas *in cap. venerabilis, n. 2. de teſtibus.* Gabr. *de exe-*
cut. rei iudic. concl. 3. in princip. Rota coram Coccino
in relatione ad Vrb. VIII. pro Canon. B. Philippi. Ex
hoc porrò infertur, hos Iudices commiſſarios neceſſa-
riò debere habere iuriſdictionem.

Si autem, prout contingere ſolet, S. Congregatio 82
Papæ nomine deſignet tres Epiſcopos pro proceſ-
ſibus, & informationibus conficiendis, videlicet
Epiſcopum A. Epiſcopum B. & Epiſcopum C. & quia
Epiſcopi B. & C. ſunt impediti, eorum loco depu-
tet, & ſubroget Epiſcopos D. & E. in tali caſu dicti
Epiſcopi B. & C. non ſunt legitimi Iudices iam in ta-
libus cauſis, *cap. ex litteris, de offic. & poteſt. iudic. de-*
leg. §. ſi verò conſtiterit, Rota *deciſ.* 8. *eod. tit. in anti-*
quis. Nam reſcriptum ſecundum prioris reuocato-
rium reddit illud nullum. Innocentius *in d. cap. ex lit-*
teris, verbo reuocatas. Hoſtienſis *col. vlt. num. 6. in verbo* 83
per ſecundas, & num. 7. & alij, quos refert, & ſequi-
tur Rendina *in promptuar. recept. ſentent. tit. 103. n. 3.*
Et per ſubrogationem cenſetur reuocata commiſſio
illorum, in quorum locum ſubrogantur. Eo quòd ta-
lis ſubrogatio eſt in plenum ius, & ſubrogatum ſapit
naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, *l. cum qui*
ita, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis cantion. vbi Iaſon *num.*
4. Aochatanus *conſ.* 110. *num.* 3. Cardin. Tuſcus *præ-* 84
ticar. concl. tom. 7. littera S, concl. 717. *num.* 54. Imò
ipſa ſubrogatio videtur noua commiſſio, quia eſt de-
putatio cum eiſdem facultatibus. Ita enim declarari
ſolet à Sac. Congregatione in ſimilibus cauſis. Quæ
maximè procedunt quando ſubrogatum habet eaſdem
qualitates, quas habet is in cuius locum ſubrogatur.
Menoch. *conſ.* 784. *num.* 12. Barboſa *in Axiom. iur.*
axiom. 213. *num.* 1. & 2. Quod contingit in præſenti,
ſiquidem ſubrogati ſunt etiam Epiſcopi, ſicut & illi,
in quorum locum ſunt ſubrogati. Et (quod valdè no-
tandum) non ſubrogantur quaſi conditionatè, & dum
durauerit impedimentum aliorum Epiſcoporum; ſed
abſolutè, & ſimpliciter, eo quòd S. Congregationi
compertum eſt, tales Epiſcopos habere illud impe-
dimentum.

Secundò debet conſtare pro legitimatione proceſ- 85
ſuum, ſeu informationum de legitimatione etiam
Actoris in huiuſmodi cauſis. Certum enim eſt, quod
ad eſſentiam ordinis iudiciarij, ſeu iudicij, requiratur
legitimus

legitimus actor. S. Thom. 2. 2. *q. 67. artic. 3.* & alij Theologi. Vnde quando actor eſt minor, & agit ſine licentia curatorum, vel eſt ſeruus, vel Monachus, excommunicatus, &c. quia iſti agere non poſſunt, iudicium eſt nullum. *C. de iudic. l. properandum, & C. qui*
86 *leg. perſon. in iudic. l. 1.* Syluester *ver. iudicium, q. 4.* Specialiter de huiuſmodi iudiciis, in quibus agitur de canonizatione, ſeu beatificatione Sanctorum id probatur, quia in illis petitur, ſeu poſtulatur ab Eccleſia cultus aliquis, ſeu veneratio pro aliquo, ergo neceſſariò debet interuenire Actor. Patet hæc conſequentia, quia Actor eſt qui agit, & pulſat reum aliquem à Iudice petens in iudicio, *l. in tribus, ff. de iudic. l. iudiciũ ff. fin. regund.* Syluest. *ſupra verbo actio, actor, & actus*
Tertiò etiam ſpecialiſſimè, nam vt conſtat ex præfatis decretis Romæ impreſſis anno 1642. ad huiuſmodi proceſſus formandos non ſolùm remotè requiruntur preces Regum, Principum, & aliarum gra-
87 uium perſonarum, qui Actores remoti dici poſſunt, ſed etiam proximè. Nam in libello ſupplici ad Papam porrecto pro concedendis Remiſſorialibus, ſiue in genere, ſiue in ſpecie, fit mentio Procuratoris; & in ipſis litteris Remiſſorialibus dicitur, *Quamobrem pro parte N. de N. Procuratoris in huiuſmodi cauſa deputati, prout de eius legitimo mandato docuit,* & infra: *A perſonis legitima mandata Procura habentibus recipiatis.* Inferius etiam in alio decreto dicitur: *Poſitiones, & articulos infraſcriptos dat, exhibet, & producit Procurator, &c.* Procurator autem eſt actor, vel gerit vices actoris.

88 Maximè etiam tertiò pro legitimatione talium proceſſuum debet etiam conſtare de legitima citatione Promotoris, ſeu Subpromotoris fidei. Promotoris quidem ſi fiant in Curia: ſubpromotoris verò, ſi fiant in partibus. Quod probatur ratione generaliſſima S. Thom. 2. 2. *q. 67. art. 3.* quam proſequuntur Caietanus *ibid.* Sot. *lib. 5. de iuſtitia, q. 4. art. 3.* Nam in
89 omni iudicio requiruntur tria. Primò quidem Iudex, quia ab ipſo petitur Iuſtitia, & ipſe eſt iuſtitia quædam animata; deinde, quia iuſtitia eſt inter duos, intercedere debet is, qui petit, ſcilicet Actor, & is à quo petitur, ſcilicet Reus in criminalibus, in ciuilibus verò pars aduerſa. Promotor autem fidei, ſeu Subpromotor gerit vicem partis aduerſæ, quia eſt contradictor legitimus, & Procurator, & defenſor Eccle-
90 ſiæ, à qua petitur cultus, vel veneratio pro Sancto canonizando. Neceſſariò ergo debet citari, ſicut in iudiciis aliis Reus, vel pars contraria citari debet. Id etiam ſupponitur, & præcipitur in relatis decretis de anno 1642. Romæ editis. Nam in libello ſupplici ad Sanctiſſimum porrecto dicitur procedendum in his cauſis *citato, & audito fidei Promotore,* & infra: *Audito R. P. D. fidei Promotore;* & inferiùs: *Audito pariter, & citato Domino Promotore fidei:* Clariùs inferiùs: *Præuia citatione, & cum interuentu D. Promotoris, vel eius Subpromotoris.* Vnde poſtea adiungitur hoc decretum: *Aduertendum eſt, quod in omnibus actis citari debet in Vrbe Promotor fidei, iuxta formam Breuis à Sanctiſſimo D. N. eidem conceſſi, & extra Vrbem Subpromotor, &c.* Item in litteris Remiſſorialibus, ſiue in genere, ſiue in ſpecie, in quibus conceditur facultas fabricandi huiuſmodi proceſſus, dicitur: *Citato in omnibus actis D. N. Subpromotore fidei per Promotorem in Curia nominato, & non aliàs, aliter, nec alio modo.* Quod etiam inculcatur poſtea in aliis decretis. Clauſula autem iſta, *non aliàs, aliter, nec alio modo,* indicat præciſam neceſſitatem, vt cenſuit Rota apud Cencium *poſt tractatum de Cenſibus deciſ. 113. n. 4.* & neceſſitatem facit, vt dixit etiam Rota in Bononienſi *bonorum de Borriis,* coram Millino, 10. Februarij, 1598. & inducit formam. Boëtius *deciſ. 245. num. 11. poſt medium,* Cenedus *ſingular. 65. num. 1.* & actus contra eam factus ipſo iure eſt nullus, ac ſi nihil actum fuiſſet. Iaſ. *in l. fin. C. de iure emphyteut. num. 142.* Rolandus *conſil. 42. num. 12. lib. 2.* Menoch. *de arbitr. caſ. 137. num. 34.* & plures alij apud Barboſam *de clauſul. clau-*
ſula 81. num. 9. & ſeqq. Quorum omnium ratio eſt, 91
quia Promotor, ſeu Subpromotor fidei eſt conſtitutus à Sede Apoſtolica in huiuſmodi cauſis, veluti pars intereſſe habens in illis, ac proinde ipſo non citato, nihil decidi poteſt; cùm citatio partis, vt ſe defendat omni iure in cauſis controuerſis neceſſaria ſit, *cap. 1. de cauſ. poſſeſ.* Panormit. *ibid. num. 4.* Ioan. Andreas, Innocent, Imola, Hoſtienſ. & alij *ibid.* Clementina Paſtoralis, *de ſent. & re iudic. & 2. q. 1. Can. Deus; & Can. caueant, & Can. omnia 3. quæſt. 9.* cum innumeris aliis Iuribus, & Doctoribus. Audio tamen Dom. Cuntelorium virum doctiſſimum contendere non eſſe ita neceſſariam huiuſmodi citationem Promotoris, vel Subpromotoris, vt ea non præmiſſa, proceſſus ſit nullus, conformiter ad ea, quæ ipſe ſcribit in dicto Tractatu de Canonizat. *cap. 25. num. 40. & ſeqq.* Cæterum eſto de communi id dici poſſit, poſt publicationem tamen talium decretorum, & in vim illorum oppoſitum eſt aſſerendum.

Præſertim quoque in dictorum proceſſuum for- 92
matione obſeruandum eſt, vt teſtes omnes pro illis inducti examinẽtur. Ita enim ſupponitur tum in dicto Memoriali relato, tum in dictis litteris Remiſſorialibus, ibi: Omnes, & ſingulos teſtes. Etenim clauſula *Omnia, & ſingula,* ſeu *omnes & ſinguli,* ita geminata; includit prorſus omnia, & omnes abſque vlla limitatione. Gloſſa *verb. omnia, & ſingula, in cap. vt circa, de elect. lib. 6.* Marius Alterius *de cenſur. tom. 1. diſput. 15. lib. 5. c. 1. litt. C. & diſp. 5. cap. 2. litt. D.* Et operatur, quod omnia ſimul ſingulariter cenſeantur comprehenſa, prout ex Baldo, Deciano, & Oldrado concludit
Cardinal. Tuſcus *pract. concluſ. tom. 1. litt. C. concl. 296.* 93
num. 1. Imò ſigillatim eſſe examinandos, non ſolùm colligitur ex prædictis decretis, ſed etiam *ex cap. venerabilis, de teſtibus,* Gotofredus *in Sum. de Reliquiis, & venerat. Sanctor.* Franciſcus Curtius *in tractat. de teſtib. concluſ. 17. num. 80.* quos cum aliis in hac cauſa Canonizationis affert Maſcardus *de probationib. volum. 1. concluſ. 261. num. 39.* Quorum omnium ratio deſumitur non ſolùm ex arduitate, & grauitate cauſæ iſtius, ſed etiam quia ſi omnes teſtes ſemel producti aut indocti non examinentur, timeri poteſt hoc ita contingere, quia timet actor, quod ſint vacillaturi aut deſtructuri ſua, vel aliorum dicta, & ſic veritatem patefacturi. Quæ omni conatu indaganda eſt in cauſa Canonizationis. Aretinus *conſ. 140. num. 1.* Aymon *de antiq. temper. part. 1. §. quæritur,* Baptiſta de Toro *in Compend. deciſ. Neapol. par. 1. verb. teſtes citati.*

Propter eandem etiam cauſam eſt quoque neceſ- 94
ſarium, vt dicti teſtes *per extenſum* examinentur ſuper articulis contentis in litteris Remiſſorialibus. Ita enim habetur in formula Litterarum, ibi: *Super quibus examinabuntur primò iuxta dicta interrogatoria; & deinde ſuper poſitionibus, & articulis prædictis per extenſum coram vobis.* Et infrà: *Vt idem teſtes quacumque habent, explanatè, & per extenſum deponant; nec ſe referant ad atteſtationes aliàs redditas, neque eis recitentur, quæ aliàs ipſi depoſuerunt.* Colligitur etiam *ex cap. Per tuas, de teſtib.* vbi Honorius III. definit teſtes non eſſe repetendos, niſi à principio non fuerint interrogati ſuper omnibus Capitulis. Ex quo elicitur, teſtes de omnibus, & ſingulis Capitulis interrogandos eſſe. Contelorus *de Canon. cap. 25. n. 8.* Caualcan. *de teſtib. part. 5. n. 132.* Quorum etiam ratio eſt tum arduitas, & grauitas huius cauſæ, tum quia Pontifex in forma decreti Canonizationis dicit eam decernere *ſumma diligentia etiam abundantiùs adhibita,*

Digitized by Google

& conſtare de ſanctitate vitæ, & miraculorum talis
Canonizandi *pleniſſimè*.

95 Præ omnibus etiam, & generaliter obſeruandum
eſt, quod cùm Iudices deputati pro fabricatione pro-
ceſſuum ſint delegati, & Commiſſarij Sedis Apoſto-
licæ, debent adamuſſim, & ad vnguem obſeruare
omnia, quæ in litteris dimiſſorialibus illis præſcri-
buntur. Quia ea omnia habentur pro forma, & for-
ma conſiſtit in indiuiſibili, & ad vnguem eſt obſer-
uanda. iuxta commune placitum DD. *in cap. cum di-
lecta, de reſcript. cap. venerabili, de offic. delegati. &
in l. cum hi, §. Prater, ff. de tranſact.* Et vnuſquiſque
96 tenetur ſeruare formam ſuæ commiſſionis. Rota *dec.
39. num.* 1. apud Farinacium *part. 1. recent.* Caputa-
quenſis *dec. 152. num. 2. p. 1. & deciſ. 250. num. 4. p. 2.*
Et ſi non ſeruat, corruit actor. Felinus *in cap. cum di-
lecta, relato num. 6. circa medium.* Tuſchus *practi-
car. concluſ. tom. 3. litt. F, concl.* 415. Rota apud Fari-
nac. *deciſ. 671. num. 2. tom. 2. part. 1.* Etiamſi in mini-
mis deficiat, ſaltem loquendo de ſubſtantialibus, nam
de accidentalibus infra dicetur *num. 127. & ſequen-
tibus.* Rota apud eundem Farinacum *deciſ. 345. n. 1.
part. 2. recent.* Caputaquenſis *deciſ. 143. num. 5. part. 3.*
Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloſ. 21. num.* 11. Vn-
de quemadmodum procurator excedens formam man-
dati non obligat principalem, *l. 3. ff. mandati*, An-
gelus *conſil.* 388. Tuſchus *practicar. concluſ. tom. 5. lit-
tera M, concl. 39. num.* 55. ſic Iudices iſti deputati pro
proceſſibus formandis in cauſis Canonizationis, ſi ex-
cedant formam mandati, non obligant Papam, ſeu
Sedem Apoſtolicam ad Canonizationem faciendam.
Vide quæ dixi *tom. 4. Summa, verbo Mandatum quoad
Regulares.* Et pro dictis de formatione proceſſuum
Contelor. *ſup. c. 23. 24. & 25.*

97 Nec prætetea prætermittendum, quod cùm in hu-
iuſmodi proceſſibus ſæpiſſimè de miraculorum com-
probatione agatur, maximè noſcendam eſſe naturam
miraculi, & conditionum, quæ pro vero miraculo
requiruntur. Eſt autem miraculum, *pignus quoddam
omnipotentia Dei*, vt dixit Chryſoſtomus *homil. 14.
in Matth.* quia eſt proprium opus eius, iuxta illud
Pſalm. 71. & 135. *Qui facit mirabilia magna ſolus.* Ra-
tio eſt, quia de ratione miraculi eſt, vt ſit opus
extraordinarium, & rarum præter legem ordinariam
Dei, & ſupra omnem virtutem cauſarum naturalium,
vt ſumitur ex D. Thom. 1. *part. q. 105. art. 7. & 8. &
lib. 3. contra Gentil. cap.* 101. & ex Auguſt. *lib. 3. de
Trinit. cap 4. & 5. & lib. 26. contr. Fauſtum, cap. 3. &
ſeqq. & lib. 6. de Geneſ. ad lit. cap.* 13. Vnde ipſe Au-
guſt. *tom. 6. lib. de vtilitate credendi, cap. 16. Miracu-
lum,* Inquit, *voco quidquid arduum, aut inſolitum ſupra
98 ſpem, vel facultatem mirantis apparet.* Quoad amplius
declarant S. Thom. 1. *part. q. 105. art. 7.* ait, quod *no-
men miraculi ab admiratione ſumitur.* Et infrà: *Miracu-
lum autem dicitur quaſi admiratione plenum, quod ſcili-
cet habet cauſam ſimpliciter, & omnibus occultam. Hac
autem eſt Deus. Vnde illa, qua à Deo fiunt prater cauſas
naturales nobis notas, miracula dicuntur.* Vnde patra-
tio miraculorum virtutem infinitam requirit. De quo
Delrius *Diſquiſ. Magicar, lib. 2. q. 7.* Binsfeldius *de
confeſ. Magor. & Sagar. 1. part. fol.* 157. cum aliis.
Hinc miracula meritò dicuntur *quadam Dei loquutio.*
99 Ideò enim Paulus ad Hebr. 2. miracula dixit eſſe
quandam Dei locutionem: *Conteſtante*, inquit, *Deo
ſignis, & portentis:* vbi Theodoretus ait, *Deum per
miracula ferre pradicationis teſtimonium.* Sunt ergo
miracula ipſa aliquo modo vox Dei; vnde Auguſtin.
epiſt. 49. q. 6. abſolutè dixit, *Deus mirabilibus ope-
ribus loquitur*, & D. Thom. 2. 2. *q. 178. art. 2. ad 3.*
inquit, *quod ſemper miracula ſunt vera teſtimonia eius,
ad quod inducuntur.* Imò dici poſſunt *ſigillum diuinum,*
quo Deus confirmat, vel ſigillat aliquam doctrinam,

prout ex illo ad Hebr. 1. *Conteſtante Deo ſignis, &* 100
portentis: & Marci vlt. *Domino cooperante, & ſermo-
nem confirmante ſequentibus ſignis*, colligit D. Cardina-
lis Lugo *de virt. Fid. diſput. 2. ſect. 1. num.* 20.

Ex quibus omnibus infertur aliquas eſſe notas, 101
ſeu conditiones ad verum miraculum requiſitas. Pri-
ma eſt, eſſe effectum ſupernaturalem quoad ſubſtan-
tiam, vel ſaltem quoad modum, quia cùm proprium
miraculum ſit illud, quod ſuperat facultatem naturæ,
eo ipſo eſt illi indebitum, ac proinde ſupernaturale.
Ita enim colligitur ex D. Auguſtino, & S. Thoma,
quos Theologi communiter ſequuntur. Erit autem
ſupernaturale quoad ſubſtantiam, ſi effectus ſit ſe-
cundùm ſuam ſubſtantiam ſupernaturalis, vt ſi dare-
tur ſubſtantia ſupernaturalis, prout ſecundùm ali-
quos Theologos dari poteſt; vel ſi duo corpora po-
nerentur in eodem loco, aut corpus mortale fieret 102
impaſſibile, & immortale, prout continget in gloria.
Erit verò ſupernaturalis quoad modum, ſi ſecun-
dum ſuam ſubſtantiam, & entitatem naturalis eſt, ſo-
lùm ex parte eius in quo efficitur eſt ſupernaturalis,
prout eſt ſuſcitatio mortui, reſtitutio viſus cæco nato,
& ſimilia. Vel quia modus in ſe ſupernaturalis eſt, vt 103
ſubitanea immutatio aëris, pluuia, &c. S. Thom. 1. *p.
q. 105. art.* 8. Vnde illa, quæ Magi Pharaonis geſſerunt
Exod. 7. & quæ alij Magi, ſeu Incantatores ſuis Magi-
cis artibus efficiunt, non ſunt vera miracula, cùm ſint
effectus naturales, & non excedant facultatem natura-
lem hominis, vel Angeli. Etſi quia magna celeritate,
vel modo extraordinario fiunt, ſint res mirabiles. De
quibus infra etiam dicetur. Et dicunt aliqui de co-
lomba in aëra volante, quæ dicitur fabricata ab Ar-
chita Tarentino, & de ſerpentibus æneis ſibilantibus,
& auibus garrientibus fabricatis à Boëtio Philoſo-
pho. Troylus *de Canoniz. Sanct. dub. 3. n.* 39. Contelo-
rius *de Canonizat. cap. 17. num.* 1. Molfeſius *d. conſ. 46.
num.* 5.

Secunda nota ſeu conditio miraculi eſt, quod ſit ef- 104
fectus rarus, & inſolitus, prout ex D. Auguſtino, &
D. Thoma relatis elicitur. Immò propterea miracu-
lum dicitur tale ab *admiratione*, vt inquit S. Thomas;
nam id quod eſt rarum, & inſolitum ſui admirationem
generat. Vnde præſentia Chriſti Domini in Euchari- 105
ſtia, etiamſi ſupernaturaliſſima ſit, nihilominus pro-
priè, & rigoroſè loquendo miraculoſa non eſt, quia
non eſt rara, ſeu inſolita, ſed quotidie contingens.
Similiter iuſtificatio peccatoris, ſeu remiſſio pecca-
torum, quamuis ſit etiam ſupernaturaliſſima, nihi-
lominus quia non eſt rara, & inſolita, ſed conſueta,
ideo propriè, & rigoroſè miraculoſa non eſt. Sotus
in 4. diſt. 34. q. vnic. art. 3. col. 6. verſic. vnum autem,
Sanchez *lib. 7. de matrim. diſp. 93. n.* 8. Iacobus Granados
in 1. 2. controu. 8. ſect. 7. n. 57. Addunt alij, non eſſe iſta
miracula, quia non fiunt interceſſione Sanctorum, aut
ex merito operantium, ſed ex opere operato. Iacobus
Caſtellanus *de Canonizat. Sanctor. quaſt. 6. in princip.*
Troylus *ſup. n.* 41. Contelor. *c. 17. num.* 3. De quo etiam
dixi *ſup. n.* 15.

Specialiter etiam ſigna, ſeu effectus mirabiles facti 106
à viris ſanctis his notis diſtinguuntur à factis à pec-
catoribus. Primò quia, vt inquit Auguſt. *lib. 83. qq. q. 79.
Magi mira faciunt per priuata commercia cum dæmone.
Sancti verò ea faciunt publica adminiſtratione, & iuſ-
ſu eius cui omnis creatura ſubiecta eſt. Magi ergo per
priuatos contractus; Sancti verò per publicam iuſtitiam
hæc operantur.* Secundò, quia quæ faciunt Magi, ſeu 107
peccatores, ſæpè ſunt tantùm phantaſtica, & ſimulata,
ideoque non ſunt diuturna, ſed mox detegitur eorum
falſitas, & vanitas, prout contigit in illis ſignis, quæ
Magi Pharaonis fecerunt in Ægypto *Exod.* 7. & no-
tat Theodoret. *ibid.* vel ſunt planè inutilia, immò
etiam perniciosa. At verò, quæ fiunt à viris ſanctis,
ſunt

Digitized by Google

ſunt opera vera, ſolida, & vtilia hominibus, nec niſi
magna quapiam vtilitate, aut neceſſitate facta. Tertiò
108 Magi, ſeu peccatores in huiuſmodi effectibus vtuntur
multis præſtigiis, mendaciis, ludificationibus homi-
num, variiſque ſignis, & figuris, v. g. litteris, & verbis,
vel nihil, vel abſurda ſignificantibus, aliiſque ſuperſti-
tioſis cæremoniis, miſcentque ſacra profanis, itaque ea
profanant, & contaminant: nihil tale faciunt Sancti,
ſed per preces, ſignum Crucis, aliaſque res ſacras
miracula operantur. Quartò Magi, & peccatores mi-
ra faciunt malo fine, putà ob lucrum, vanam oſtenta-
109 tionem, gloriam, vel honorem, vt diuinum nomen,
& cultum ſibi concilient, vel vt peruertant veram
fidem, falſaque hominibus perſuadeant, vel ad pa-
tranda maleficia, & ſcelera, vti ſunt furta, adulteria,
neces hominum, & animalium. Sancti verò ea faciunt,
vt Deum honorent, & glorificent, vtque Sanctam
Eccleſiam ædificent, & illuſtrent, atque homines tum
in corpore, tum magis in animo, & ſpiritu adiuuent.
Magi, inquit S. Auguſtinus ſuprà, *faciunt quæ viden-
tur miracula, quærentes gloriam ſuam, Sancti verò faciunt
miracula, quærentes gloriam Dei.* De his Cornel. à La-
pide *in locum Exodi relatum.*

110 Quia tamen circa huiuſmodi proceſſus pro Cano-
nizatione Sanctorum fabricatos ſæpiſſimè, Sanctiſſi-
mo etiam præcipiente, præter validitatem ipſorum,
quæ deſumitur ex iuriſdictione Iudicis, legitima-
tione actoris, legitima citatione illuſtriſſimi Promo-
toris, vel Subpromotoris, & ex obſeruantia ſolemni-
tatum à iure, vel decretis Summorum Pontificum,
præſertim Vrbani VIII. requiſitarum, agitur etiam
de releuantia ipſorum: ideo notandum proceſſuum
111 huiuſmodi releuantiam ex multis probari. Primò
quidem ex certa probatione contentorum in talibus
proceſſibus. Certa enim res eſt, quod probatio du-
bia, & incerta non releuat probantem, iuxta text.
*in cap. In præſentia, de probationibus, & l. neque ta-
les, C. de probat.* Ægidius *conſ. 2. num. 37.* Ioannes
de Imola *conſ. 96. per totum,* Hippolytus *conſ. 20. num.
8.* & Rota coram Seraphino *deciſ. 1103. num. 2.* Se-
cundò ſi teſtes, qui ſuum teſtimonium proferunt in
112 dictis proceſſibus, ſint idonei, & concludentes. Tales
enim teſtes habent eandem vim, quam inſtrumenta
legitima, *l. in exercendis, C. de fid. inſtrument. cap.
cùm Ioannes, eod. tit.* Alexander *conſ. 64. verſ. corrobo-
rantur, libro 2.* Maſcardus *de probat in proœmio quæſt. 6.
concl. 1095. num. 3.* Tuſchus *tom. 6. litt. P, concluſ. 771.*
Tertiò, ſi ſint in numero copioſo, quia *integrum eſt
iudicium, quod plurimorum ſententiis comprobatur.* Iuxta
113 *cap. prudentiam, de offic. deleg. Clem. 1. de ſentent. ex-
communic. cap. de quibus, 20. diſt.* & *per plures homi-
nes perfectiſſima veritas reuelatur, l. fin. C. de fidei-
comm.* & Prouerb. 14. *Ibi ſalus, vbi multa conſilia,* &
15. *Diſſipantur cogitationes, vbi non eſt conſilium, &
vbi plures ſunt conſiliarij, confirmantur.* Quartò, quoad
miracula, ſi ea probentur facta à Deo, non quomo-
114 dolibet, ſed propter interceſſionem ſeruorum Dei,
de quorum ſanctitate agitur in dictis proceſſibus, &
propter ipſorum bonitatem. Non ſolùm, quia mira-
cula aliquando fiunt per malos, & peccatores arte
quadam magica, & diabolica, *can. teneamus 1. quæſt. 5.*
115 *cap. nec mirum, in 2. columna 26. quæſt. 5.* Inter quos
numeratur Apollonius Tyanæus, qui plurima prædi-
xit futura, quæ ita vt prædixit, euenerunt, qui cæcos,
claudos, atque ab immundis ſpiritibus vexatos quibuſ-
116 dam præſtigiis ſanauit. Hic Epheſum vrbem graui
peſte laborantem liberauit. Hic cum in Palatio pu-
blicè cuſtodiretur apud Domitianum accuſatus, ab eius
conſpectu euanuit, atque Puteolis eo die inuentus
eſt, quo comitem præmiſerat, atque vt illic ſe expe-
ctaret, mandarat. Hic etiam imperante Nerone, cùm
in Tiglini manu libellus eſſet, in quo eius accuſatio
continebatur, prodigioſè effecit, vt apertus liber
nulla in parte ſcriptus inueniretur. Fulgoſ. *lib. 8. cap. 2.*
Philoſtratus *in vita Apollonij, lib. 13. cap. 9.* Huiuſmodi
fuerunt etiam Arphaxat, & Zoroes Magi, qui ſe pro
Diis venditarant, in Nadauer vrbe Æthiopiæ fictis
miraculis elati. Maſcardus *de probat. concluſ. 261. n. 25.* 117
& ſeqq. ex Troylo, & aliis. Non inquam ſolum pro-
pter hoc, ſed etiam quia etſi mali homines operentur
miracula vera, nihilominùs hoc fit à Deo propter fi-
dem Eccleſiæ confortandam, quo ſenſu D. Thomas 1.
part. quæſt. 110. art 4. ad 2. inquit: *Mali autem Chriſtia-
ni faciunt miracula per ſigna publica iuſtitia,* & 2. 2.
quæſt. 178. artic. 2. inquiens, quod *ad veritatis prædica-
ta confirmationem miracula poſſunt fieri per quemcum-
que, qui veram fidem prædicat, & nomen Chriſti inuocat,
quod etiam interdum per malos fit. Et ſecundum hunc
modum etiam mali poſſunt miracula facere. Vnde ſuper
illud Matth. 7. Nonne in nomine tuo prophetauimus, &c.
dicit Hieron. Prophetare, vel virtutes facere, & dæmo-
nia eiicere, interdum non eſt eius meriti, qui operatur:
Sed inuocatio nominis Chriſti hoc agit, vt homines Deum
honorent, ad cuius inuocationem ſunt tanta miracula.*
Item Albertus Magnus *in Summa, part. 2. tract. 8. q. 30.
& in 2. diſt. 18. artic. 1.* Inquiens, quod mali homines
operantur miracula *in ſanctitate Eccleſiæ, non in ſancti-
tate perſonæ.* Ex quibus colligitur, quod ad releuantiam 118
proceſſuum huiuſmodi requiratur, quod miracula in
illis comprobata facta fuerint intuitu bonitatis, & ſan-
ctitatis ſeruorum Dei. Quia vt inquit S. Thomas rela-
tus, *hoc modo non fiunt miracula niſi à Sanctis, ad quo-
rum ſanctitatem denunciandam miracula fiunt, vel in vi-
ta eorum, vel etiam poſt mortem.* Quintò ſi probentur
facta non ſolùm in vita, ſed etiam poſt mortem. Prout
ex Troylo, Hoſtienſi, Ioanne Andrea, & aliis probat 119
Maſcardus *ſupr. num. 43.* Immò quamuis plures Cano-
niſtæ æquè videantur requirere pro Canonizatione
miracula pro vita, & morte; nihilominus verior eſt
ſententia aſſerens ſufficere ſola miracula poſt mortem
iuxta dicta *ſupr. num. 14.* Ita enim colligitur ex verbis
relatis S. Thomæ: *Miracula fiunt vel in vita eorum, vel
etiam poſt mortem.* Chaſſaneus *in Catalog. glor. Mund.
p. 3. conſider. 49. in princip.* Troylus *de Canoniz. Sanct.
dub. 3. n. 73.* & patet ex diplomate Canonizationis S.
Homoboni ibi: *Duo tamen, &c. Opera ſcilicet pieta-
tis in vita, & miraculorum ſigna poſt mortem, vt quis
reputetur Sanctus in militari Eccleſia, requiruntur.* Pro
quo plures affert Rotæ deciſiones in relationibus pro
Canonizationibus Sanctorum Contelorius *de Canoniz.
Sanct. cap. 20. num. 2.* Et ratio omnium eſt, quia mira- 120
cula poſt mortem ſunt certa, & indubitata ſigna ſan-
ctitatis, vt colligitur ex Sancto Thoma *ſuprà art. 1.* &
habet Contelorius *ſuprà n. 3.* Miracula autem in vita
non hoc habent, quia potuit qui ea fecit mori in pec-
cato, & damnari, Troylus *loc. rel.* Contelor. *ſup. n. 8.* Ca-
ſtellinus *ſupr. pag. 134.* ex pluribus Rotæ relationibus,
& Doctoribus. Sextò, & maximè, ſi talia miracula fue-
rint plura, itaut qui ea patrauerint, in multis fuerint
glorioſi. Tunc enim releuatur cauſa pro ipſorum Ca- 121
nonizatione, iuxta illud Eccleſiaſt. 44. *Laudemus viros
glorioſos, &c.* adiuncto eo quod ſubiungitur veluti pro
cauſa, *multam gloriam fecit Dominus magnificentia ſua à
ſeculo,* &c. *Homines magni virtute.* De quo Maſcardus
ſupr. num. 45. Troylus *num. 6.* Contelorius *cap. 20. num.
9.* ex relationibus Rotæ pro Sanctis Hiacyntho, &
Andrea Corſino.

Maximè ſeptimò colligitur releuantia ex dictis pro- 122
ceſſibus, quatenus ex illis habetur publica vox, & fama
de Sanctitate, & in virtutibus in gradu heroico, iuxta
c. ſi teſtes 4. q. 2. & 3. ac maximè iuxta Bullas Canoniza-
tionis S. Homoboni, & S. Antonij Patauini. Et quia
actus Canonizationis fundatur in excellenti Sanctita-
te illius, qui debet Canonizari, prout *ex cap. Venera-*

bili de teſtib. Buttio, Aretino, & pluribus aliis affert Contelorius *ſup.cap.14 à n.2.* Vide dicenda *num.116.* De quo etiam Fortunatus Scacchus *lib.1. de notis, & ſignis Sanctitatis ſect.9.c.5.*

123 Item octauò ex cultu, & veneratione talibus Dei ſeruis exhibitis à populo Chriſtiano, lampadibus, & cereis accenſis ad eorum ſepulcbra & imagines, votis, & tabellis appenſis ex argento, ligno, cera, &c. ad ſepulcbrum, ſi de aſſenſu Sedis Apoſtolicæ fiant, & publicè, id eſt publicitate loci, & perſonæ illa admittentis nomine Eccleſiæ, ſeu Eccleſiæ illa inſtituentis, vt benè Contelor. *de Canoniz.SS cap.22.n.7.* & Fortunatus Scacchus *lib.1, de not. & ſign. Sanct. ſect.10.c.1.* Quia tunc ſunt quædam publica veneratio, prout colligitur ex Rota *in relatione S. Caroli, in 2.p. arg.24.* Hæc enim omnia præſertim in magno numero arguunt tum famam Sanctitatis, tum miraculorum, ſeu gratiarum interceſſione eorum obtentarum, propter quæ populus Chriſtianus veluti dicet illud Euangelij: *Nemo poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo.* Ita enim habetur ex illo Pſal.38. *Nimis honorificati ſunt amici tui Deus*, vbi Hieronymus, *Quàm honorabiles facti ſunt amici tui.* Quia ſcilicet honor iſte ſolum amicis Dei eſt debitus, & proportionatus. Item ex decretis Vrb.VIII. *de Canoniz.SS.* vbi talis cultus ſolùm conceditur Canonizatis, vel Beatificis. Item ex verbis S.Thomæ *quodlib 9.q.7.art.16* videlicet, *Honor quem Sanctis exhibemus, quædam profeſſio fidei eſt, quâ Sanctorum gloriam credimus.* Ex tali ergo honore rectè infertur Sanctitas ipſorum, ſiquidem ille, vt inquit S.Thomas eſt *profeſſio fidei*, cui non poteſt ſubeſſe falſum. Ita etiam colligitur ex Rot. *in relat. S.Hiacynthi, §.iſtis miraculis, & in relat. S.Ignatij, de temperantia, §.5. continuata.* Contelor. *ſup.cap.14.num.41.* Videndus Baldelius *ſup. diſp.13. n.11. & 12.* vbi plura de huiuſmodi tabellis appenſis in cultum, & honorem Sanctorum.

124 Nonò etiam ex deuotione populi circa reliquias ipſorum. Hoc enim etiam arguit genus quoddam cultus, & venerationis illorum. Prout colligitur *ex cap. Audiuimus, de reliq. & vener.SS. & cap. non oportet, de conſecrat. diſt.1.* Peña *in vit.S.Didaci, lib.1.cap.5.& 6.* Molfeſius *in addit.ad qq.vſual.tom.1.conſil.41.num.10. & ſeqq.* ac maximè Rota *in relat. B Thomæ de Villanoua, § qui quidem honor.* Dummodò tamen id fiat de Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarij legitimo conſenſu, aliàs non; cùm conſtet aliquando vel ex malitia, vel ſimplicitate quorundam venerationem habuiſſe corpora, & reliquias etiam hæreticorum, ſcilicet cuiuſdam Petri Ioannis Ordinis N. de quo *in 2 p. direct. Inquiſ. comm.51.* & Guidon.de Luca, de quo Scacchus *ſup.* ex Prateolo.

123 Præcipuè verò decimò huiuſmodi proceſſuum relevantia probatur ex cultu publico, & anniuerſario feſtino, & ſolemni cum officio, & Miſſa, ac concurſu populi in illis diebus quibus tales ſerui Dei ex hac vita ad cœleſtem migrarunt. Hic enim eſt maximus cultus, qui ab Eccleſia illis tribui poteſt, & per quem veluti conſtituuntur in vltima, ſeu proxima diſpoſitione ad Canonizationem. Et ita colligitur ex praxi Eccleſiæ apud Clementem *lib. 8. Conſtitut. Apoſtolic.* Tertullianum *in lib.de corona militis*, & Cyprianum *epiſt.37.* & ex Leone X. pro B.Philippo Benitio, & Paulo V. pro Sancta Franciſca Romana, quibus innititur Fortunatus Scacchus *ſupr. ſect.10. cap.2.* ac ex relationibus Rotæ pro S.Hyacintho, Sancto Raymundo, S.Andrea Corſino, S.Carolo, Sancto Ignatio, S.Iſidoro Matritenſi, quibus etiam innititur Contelor. *d. c.14.n.40.*

126 Attenditur etiam pro relevantia proceſſuum ad publicam, & conſtantem vocem, & famam Canonizandi. Primò quidem, quia iuxta illud Prouerb.10. *Memoria iuſti cum laudibus, & nomen impiorum putreſcet.* Seu vt 70. Interpretes legunt: *Memoria iuſti cum encomio, nomen verò iniuſti extinguitur.* Id eſt, memoria iuſti eſt conſtans, perpetua, & æterna; memoria autem peccatoris labilis, fragilis, corruptibilis, &c. Cùm ergo per Canonizationem ſerui Dei declarentur iuſti ab Eccleſia, oportet quod conſtet de publica, conſtante, & perpetua fama eius ſanctitatis, & quod non fuerit ſolùm ad tempus. Secundò ad idem, quia cùm iuxta illud Pſalm.111. *In memoria æterna erit iuſtus, ab auditione mala non timebit:* & è contra Pſal.9. dicatur de peccatoribus: *Periit memoria eorum cum ſonitu*, vt Eccleſia aliquem æſtimet iuſtum, neceſſe eſt cognoſcat an fama illius ſanctitatis ſit perpetua, conſtans, & immutabilis; an verò perierit, aut deſierit eſſe. Tertiò, quia *conſentiens fama confirmat rei, de qua quæritur fidem*, prout ex reſcripto Hadriani ad Valerium *l.12.digeſt. tit.de teſtib. l.teſtium fides*, affert ad hoc intentum Fortunatus Scacchus *lib.1. de notis, & ſignis ſanctitatis ſect 9.c.5.* Quartò, quia talis fama eſt tantæ efficaciæ, vt expurget omnem ſuſpicionem contrariam. Crauetus *conſ.145.in fin.* quem refert Card.Tuſch. *pract.concl.tom.3.littera F, concl.69.n.17.* & Barboſa *in Axiomatib. axiomate 95.* Quintò, quia famæ probatio cum adminiculis ſufficit pro iuſtificatione. Prout habetur ex Rota in Cluſina *Penſionis*, 28.Ianu.1575. coram Blanchetto, & in Neritonenſi *Penſionis*, 24. Nouembris 1606.coram Greg.XV inter eius deciſiones *n 277.* Quæ maximè procedunt quando talis fama eſt notoria notorietate facti, quia tunc ex ea ſumitur efficaciſſimum probationis argumentum, & nulla alia indiget probatione. Surdus *dec.259.n.14. & dec.316. num.82.* Farinac. *in praxi crim. part.1. q.21. à n.80.* Scacchus *ſup.eo c.3. §.Sed longè.* Maximè Caſtellinus *ſup.pag.104.* vbi multa ad intentum.

Non videtur autem derogari validitati, ſeu relevantiæ dictorum proceſſuum, quòd in illis ſit aliquis defectus quoad res minimas non ſubſtantiales, ſed accidentales. Nam minima non ſunt in conſideratione, ſiue de minimis non curat Prætor, *l.Scio, ff. de in integr.reſtit. l.4. in fin.ff. de adilit.edict.* Iaſon *in l.ſciendum, n.7.cum ſeqq ff. qui ſatiſd.cog.* Bald. *in c.Cum adeo, n.3.cum ſeqq.de reſcript.* latè Crauet. *conſ.182. n.14. & 15. cum ſeqq.* Etiamſi illa minima ſint data pro forma, quia talis defectus in minimo formæ non vitiat actum. Angelus Aretinus *conſ.68.n.6.§ Quinimò.* Barboſa *in Axiom. iur. axiom.150. n.3.* Multò magis quando illud minimum pertinet ad ſolemnitatem, Lancellot. *lib.2.n.2.* Aretinus, & Barboſa *ſuprà.* Fauet etiam illud aliud axioma iuris. Modica non nocent. *cap.ſi proponente 42.* vbi gloſſ.1. *de reſcript.* Tiraquellus *in l ſi vnquam, verb.donatione largitus, num.107. C.de reuoc.donat. & in tract. de iudicio in reb. exig. verſ.29.* quia de modico non eſt curandum, *l.ſi oleum, §.fin.cum l.ſeq.ff.de dolo, l.in rebus, §.poſſunt ff.commodati*, Thomas de Thomaſſettis *in floreb.leg.reg 422.* Quod benè limitat, niſi modica eſſent eſſentialia, Bertazolus *in repet. l ſi quis maior, Cod. de tranſact. n.422.* Aloyſius Riccius *in prax.rerum fori Eccleſ.dec.39. n.3.in 1.edit.* aliàs *reſol.36.in 2.edit.* 127

Nec etiam derogatur dictæ validitati, ſeu relevantiæ, ſi defectus illi circa minima ſuppleantur per æquipollentia, quia nihil refert aliquid ex æquipollentibus fieri, dum adimpletur factum, & conditio, *vulg.l.fin. vbi gloſ.fin. C.de donat. quæ ſub mod. l.ſi mater, vbi gloſ. in verb.ſua cauſa, C.de inſt. gl.in l.Gallus, §.Et quid ſi tantum, in verb. Emancipatus, ff. de liber. & poſthum.* vbi Bartolus, & alij communiter, & eſt regula vulgata. Et in terminis Canonizationis Sanctorum, & proceſſuum pro illa efformatorum, Andreas Molfeſius *in Addit.ad qq.vſual.tom.2.conſ.46. num.37.* Quod etiam eſt verum pro caſu, quo aliquid eſſet faciendum 128

in

in forma ſpecifica; itaut ſufficiat fieri per æquipol-
lens. Quia ita credi debet de intentione talia præci-
pientis, ſeu Summi Pontificis, Andreas *in cap. Impe-
rialem. ſub n. 11. verſ. Semper cum ſit, de prob. feud. alie-
na per Federic.* vbi Cameiar. *fol. 52. littera K. alias
fol. 76. litt. P.* de Ponte *conſ. 37. vol. 1. num. 27.* vbi *n. 29.*
rationem aſſignat, quia in his magis ſenſum, quam
verba ſpectare debemus, iuxta Gloſ. communiter re-
ceptam *in l. ſed & Celſus, § in empeis, ff. de contrahend.
empt.* cum vulgatis aliis, de quibus Molfeſius *ſup.*
129 *num. 39.*

Similiter non derogatur tali validitati, vel releuan-
tiæ, ſi defectus iſti ſint in rebus minimis, quæ valdè
difficile obſeruari poſſint. Quoniam ſecundum iura
valdè difficile æquiparatur impoſſibili: *l. nepos Proculo
ff. de verb. ſign. l. ſi ſeruus ff. de noual. l. diuortio ff. de neg.
geſt.* Albeticus *in l. qui ex liberis ff. de bon. poſſeſ.* Bal-
dus *conſ. 101. lib. 1.* Decian. *conſ. 39. num. 125 & ſeqq.
lib. 1.* Sebaſtianus Medices *de caſib. fortuit. 1. part. q. 4.
n. 13.* Farinac. *frag. criminal. par. 1. litt. E. n. 143.* Impoſ-
ſibilium enim, & valdè difficilium idem eſt iudicium,
l. apud Iulianum § conſtat ff. de legat. 1. Lucas Caſtelli-
130 nus *de dilatione Canon. Sanct. pag. 50.*

Vnde etiam non derogatur validitati, & rele-
uantiæ, quod Ordo præſcriptus in Remiſſorialibus
non obſeruetur ad vnguem in prædictis rebus mini-
mis. Sic colligitur ex Hoſtienſi, Ioanne Andrea, Car-
dinali, & aliis *cap. 1. de reliq. & vener. Sanctor.* & ex
Panuino in Relatione Canoniaar. S. Booauent. *p. 2.
art. 7. circa fin.* quos refert, & ſequitur Molfeſius *ſup.
num. 21.* Extat autem hæc relatio inter opera eiuſdem
131 Sancti in fine quarti tomi.

Multò magis hæc procedunt, quando Caoonizan-
dus nunquam laborauit infamia, ſed ſemper notoriè
bonus, fuit bonum teſtimonium populi ſemper ha-
bens. Hæc enim notitia excludit neceſſitatem tam
exacti, & rigoroſi examinis proceſſuum pro ipſius
Canonizatione. Qui enim notus eſt, non examinatur,
ſed ſine probatione recipitur. *Can. valdè, diſt. 94. c. Ad
Apoſtolica, de regular.* Panuinus *in d. Relat. Canoniz.
S. Bonauentura, part. 1. art. 9.* Molfeſius *ſuprà num. 30.*
132 *&* 41.

Pariter hæc omnia dici debent in caſu quo dd.
proceſſibus adiuncta ſint aliqua ſuperflua, ſeu non ne-
ceſſaria in rebus modicis, & non magni momenti.
Etſi enim ſuperfluitas ſemper euitanda ſit, vt per Car-
dinalem Tuſchum *pract. concluſ. tom. 7. litt. S. concluſ.
895. n. 36.* Menochium *conſ. 81. num. 32.* & alios habe-
tur; nihilominus potiùs toleratur ſuperfluitas, quàm
quod quis damnum indebitè patiatur. Tuſchus *ibid.
n. 56.* Surdus *dec. 36. num. 19. &* 20. Gonzales *ad re-
gul 8. Cancell. gloſ. 6. num. 32.* Præſertim quia hîc intrat
axioma illud commune: vtile per inutile non vitia-
tur, *l. 1. § Item quæritur, ff. de aqua quotidiana, & æſtiua,*
133 & communiter apud Iuriſtas.

Quorum omnium ratio eſt, quia ad alicuius ſerui
Dei Canonizationem duo tantùm ſunt ſubſtantialiter
neceſſaria, ſcilicet Sanctitas ipſius, ac miracula per
ipſum patrata, *Can. teneamus, 1. quæſt. 1.* Troylus *de
Canoniz. Sanct. dub. 3. num. 73.* Panuinus *ſupra* relatus.
Cùm hæc ergo duo coaſiſtere poſſint ſine dd. mini-
marum circumſtantiarum obſeruantia, vtique defectus
illarum non irritabit validitatem, ſeu releuantiam
proceſſuum. Cuius ſignum eſt, ſæpiſſimè Summos
Pontifices ad Canonizationem Sanctorum proceſſiſ-
ſe ſine prædictis minimis, & etiam maximis circum-
ſtantiis obſeruatis. Vt probat Molfeſius *ſupr. à n. 22.*
in Leone III. quoad Canonizationem Sancti Suiſber-
ti, Gregor. IV. in Canonizatione Solæ Abbatis, Adria-
no II. in Canonizatione S. Vualburgi, Alexandro III.
In Canonizationes S. Eduardi Regis, Ioanne XV. in
Canoniaatione S. Vdalrici. Et fuit obſeruatum in
Canonizatione S. Booauenturæ, vt dicit Panninus
in relatione de hac re *part. 2. art. 7. præcipuè circa fin.* 134
§. Hic autem Ordo.

Eſt etiam notandum, quod in dubio facti, an ſint
vel non ſint obſeruatæ omnes circunſtantiæ etiam
minimè pro fabricatione proceſſuum, ſtat præſumptio
pro parte Commiſſariorum, qui illum fabricarunt.
Non ſolùm propter vulgatiſſimum principium iuris,
quod in dubio de validitate actus iudicari debeat pro
ipſa, ſed ſpecialiter quia *in c. bona memoria, de elect.*
expreſsè habetur: *Pro his, quæ à Iudice ſunt acta, præ-
ſumitur.* Vnde *pro iudice ſemper iura præſumunt,* vt per
Marantam *de ord. iud. 2. p. 6. princ. tit 9. n. 21.* Menoch.
*conſ. 100. n. 1. & ſeqq & de præſumptionibus lib. 2. præ-
ſumpt 67.* & alios plures. Quod maximè procedit in
Iudice qualificato, qualis eſt Epiſcopus, cui regulari-
ter demandari ſolet hoc negotium. 135

Quia etiam pro qualificatione proceſſuum forma-
torum pro ſeruorum Dei Canonizatione poſtulari
ſolet à Summo Pontifice *releuantia hiſtoriarum,* ideo
notandum eam probari. Primò ex eo, quod authores
ipſarum veridici exiſtimentur. Etenim *quicquid verè,
& grauiter explicatur, hiſtoria dici poteſt.* Budeus *in
Comment. linguæ Græcæ.* Anima namque omnis hiſto-
riæ eſt veritas. Vnde rectè Strabo *lib. 1. Geographiæ t
Hiſtoriæ finis eſt veritas, nec oſtentationis, ſed fidei veri-
tatique ponitur. Ergo hiſtoria,* inquit ille, *non debet
egredi veritatem, & honeſtè factis veritas ſufficit.* Et
Polyb. *lib. 1. hiſtor. Per inde ac ſi quis oculos animantis
effoderit, quicquid ſupereſt corporis inutile fit, ita dem-
pta ex hiſtoria veritate, narratio omnis inutilis eſt.* For-
tunatus Scacchus *de not. & ſign Sanctit. lib. 1. ſect. 11.
c. 6.* Secundò ex eo, quod Authores illarum ſint noti
& certi, nec ignorentur ipſorum nomina. Ita enim
colligitur ex decreto Concil. Trid. *ſeſſ. 4.* vbi prohi-
bentur libri incerti authoris, & *cap. Sancta Romana
Eccleſia, diſt. 15.* quod eſt Gelaſij primi. Et decreto
Concilij 70. Epiſcoporum Romæ habiti, in quo cùm
ageretur de geſtis aliquorum Sanctorum Martyrum,
acta quæ de ipſis loquebantur, reiecta fuerunt eo
quod, vt ibidem dicitur: *Quia eorum, qui conſcripſere
nomina penitus ignorantur.* Fortunatus, etſi nec hoc ad-
mittatur ab omnibus, prout colligitur ex Ioanne An-
drea *in cap. vlt. ſub num. 12. de regul. iur. in 6.* Felinus
in c. 2. n. 49. in fin. de reſcriptis. Et in terminis Chroni-
cæ S. Franciſci ex Panuino *in relat. S. Bonauentura p. 2.
c. 18.* ac ex Bellarmino *tom. 1. lib. 1. c. 2. de libris apocr.*
Tertiò, ſi à maioribus fides illis adhibita fuerit, Bart.
in l. 1. n. 22. ff. ſi cert. pet. Felinus *in cap. 2. n. 49. de reſcr.*
Chaſſaneus *in Catalog. gloriæ mundi, p. 10. conſider. 45.*
Rota *deciſ. 718. num. 2. part. 4. diuerſ. & deciſ. 353.
num. 27. part. 5. recent.* Quartò, ſi tales hiſtoriæ com-
muni applauſu receptæ fuerint, *cap. cum cauſam, de
probat.* Abbas *ibi in principio.* Panuinus *in relatione
S. Bonauentura, part. 2. art. 8.* Contelorus *cap. 14. n. 11.*
& Rota *dicta deciſ. 353. num. 28. & 80.* Quintò ſi tales
hiſtoriæ ſcriptæ ſint ab eis, qui res in eis narratas vi-
dere, vel audire potuerunt. Iuxta illud Chriſti Ioan.
18. *Interroga eos, qui audierunt.* Et quia teſtes de vi-
ſu, & auditu ſunt maximè idonei. Fortunatus *ſupr.*
Idque colligitur ex *l. qui teſtamento, § fin.* vbi latè Bar-
tolus, & Doctores, *ff. de teſtament.* Maſcardo *de
probat. concluſ. 656. num. 2.* & aliis. Sextò, ſi longiſſi-
mo tempore fuerint approbatæ. Felinus *cap. ex parte,
num. 146. ff. de reſcriptis, & cap. inter dilectos, de fid.
inſtrum. num. 12.* Maſcardus *de probat. concluſ. 287.
num. 10.* poſt Bartolum, & Romanum. Multò ma-
gis ſi fuerint ſolemniter receptæ, aut in iudicio pro
legitimis habitæ. Rota *deciſ. 101. num. 1. & deciſ. 146.
n. 2. p. 7. & dec. 403. num. 1. & dec. 496. n. 1. part. 4. tom. 2.
recent.* Maſcardus *ſuprà concl. 1294.* Quod amplian-
dum itaut Chronicarum, & hiſtoriarum exemplum

(intellige,ſi habeant conditiones aſſignatas) etiam fi-
dem faciat. Bartolus, & Alexander *in l.1.ff. ſi certum
pet.* per *text.in cap.Cum cauſam,de probat.* Maſcard.*di-
cta concl.*287.*num.*1. ex pluribus aliis. Qui etiam *n.*2.
ampliat hoc procedere etiamſi author huiuſmodi hi-
ſtoriarum ex aliorum ſententia loquatur. Socin. *in
l.1.ff.ſi cert.pet.* & ibi Purpurat. *num.*156.affatim. Fe-
linus *in cap.cum cauſam,col.*1.*num.*5. *ſub fin. extra de
probat.* Septimò generaliter, ſi tales hiſtoriæ anti-
quæ fuerint, id eſt excedentes ſpatium centum an-
norum, tunc enim ratione antiquitatis venerabiles
ſunt, inducentes præſumptionem, exacta, & plena
probatione non egentes; coniecturis, & adminiculis
ſufficienter ſuffultæ, & cum debita ſolemnitate factæ
exiſtimandæ. Prout ex pluribus iuribus, & Doctori-
bus probat Maſcardus *de probationib. concl.*103.104.
105.*& ſequentibus.*
136 Nec obſtat hiſtoriarum releuantiæ, quod in ipſis
aliqui errores reperiantur, & quia, vt habet Pariſius
*conſ.*23.*numer.*253.*lib.*1. *Hiſtoricus in uno falſus in re-
liquis reputatur falſus.* Hoc enim ſolùm tenet verum
quando eſt error in parte ſubſtantiali, prout loqui-
tur Pariſius relatus, vel quando eſt error ex malitia,
non de erroribus accidentalibus ob inaduertentiam
incurſis. Aliàs nulla humana hiſtoria etiam à Sanctis
Patribus, & Doctoribus antiquis ſcripta fidem me-
reretur, cùm plus æquo conſtet hiſtorias omnes legen-
tibus nullam omninò eſſe, præter Sacras, & Canoni-
cas, in quibus non vnus, ſed plures errores per incu-
riam irrepſerint. Vnde Baronius *in not.ad Martyrolog.
die 9 Octobris,* inquit: *Quod ſi ob vnum errorem, vel al-
terum in vitis ſanctorum inventum, cætera quæ remanent
fide carere dixerimus, profectò omnes ferè Sanctorum Vi-
tas in maximum diſcrimen inducimus, cùm penè in omni-
bus aliquid notari poſſit, quod corrigendum videatur, ſit-
que Canonicarum tantum ſcripturarum ſingularis præ-
rogatiua, vt in eis cuncta vera, inconcuſſaque narrentur,
& præſertim quando in reliquis aliis habeant Adſtipu-
latores.*
137 Nec etiam obſtat, quod ſola antiquitas non præbeat
plenam fidem ſcripturis. Hoc enim ſolùm eſt verum de
hiſtoriis antiquis, non authenticis, neque adminicula-
tis, non verò de illis, ad quarum authenticationem non
ſolùm concurrunt ſuperiùs adducta, ſed vlteriùs quod
Sancti, de quibus in illis eſt ſermo, publico, & conti-
nuo cultu, veneratione, celebratione feſti, erectione
Capellarum, & Altarium, approbatione Sedis Apo-
ſtolicæ coluntur, eorumque hiſtoria multorum ſcripto-
rum ſequela comprobantur. Maſcardus *de probat.concl.*
287. Gratianus *diſcept. forenſ. c.*893. *n.*7. Rota *deciſ.*
718.*n.*2.*par.*4.*diu. & deciſ.*353.*n.*21.*part.*5.*recent.*
138 Nec etiam tollet releuantiam harum hiſtoriarum,
quod quandoque illarum authores ſint de hæreſi, vel
ſimili macula ſuſpecti. Si enim hoc eſſet, profectò cor-
rueret authoritas hiſtoriarum Origen. Tertullia-
ni, Euſebij Cæſarienſis, Ruffini, Palladij, Socratis,
Sozomeni, Caſſiani, & aliorum; ſiquidem Origenes, &
Tertullianus inter hæreticos cenſentur; Euſebius cre-
ditur Arrianus; Ruffinus, & Palladius ſuſpecti ſunt de
Origeniſmo; Socrates, & Sozomenus exiſtimantur No-
uatiani; & Caſſianus Pelagianus. Nihilominus Eccleſia
non reiicit hiſtorias, & vitas Sanctorum, quas ſcri-
bunt, ſed illis vtitur etiam in Breuiariis, Martyrologiis,
Menologiis, & aliis Tabulis communibus.
139 Caſu etiam dato, quod in formatione proceſſus pro
Canonizatione alicuius ſerui Dei aliqui defectus re-
perti fuerint, poteſt peti, & concedi noua Remiſſoria
pro ſupplendis talibus defectibus. Primò generaliſſi-
mè, quia Eccleſia procedit in huiuſmodi cauſis ordi-
140 ne iudiciario, prout ex D. Auguſtino *in libello de pœ-
nit.medicin.* elicit Angelus Rocca *de Canoniz. Sanct.
c.*34.& conſtat ex praxi, & ſtylo Sac.Congregationis
Rituum; Ordo autem iudicialis poſtulat vt parti con-
cedantur probationes, quando eas poſtulauerit, & fue-
rint neceſſariæ ad oſtenſionem ſuæ iuſtitiæ. Prout ex
multis quæ affert Farinacius *in praxi,q.*77.*cap.*1. elici-
tur. Ex eo etiam, quia aliàs veritas occultaretur. Se-
cundò, & generaliter, quia iſta cauſa Canonizationis 141
comparatur cauſæ ciuili, licet in ea cautiſſimè proce-
datur. Maluetius *de Canoniz. dub.*3.*numer.*65. Panui-
nus *in relat. S. Bonauentura, p.*2.*art.*4. Contelorius *de
Canoniz. cap.*18. *num.*25. In cauſis autem ciuilibus
concedendas eſſe Remiſſorias pro examine teſtium,
tam abſentium, quàm præſentium, habet latiſſimè
idem Farinacius *ſupra.* Addens *ibid.num.*4. quod à ne- 142
gatione talis Remiſſoriæ, ſi eam iudex in cauſa ciuili
denegauerit, detur appellatio. Et *n.*22. quod Remiſſo-
ria eſt concedenda, quando petitur ex iuſta cauſa iux-
ta *l.Iudices,* vbi DD. *C. de fide Inſtrument.* Tertiò, & 143
ſpecialiter, quia in cauſa Canonizationis non agitur
de præiudicio alicuius perſonæ, animæ, vel fidei,
ſed potius è contrario de augmento deuotionis, fi-
dei, &c. Maluetius *ſupr.num.*68. Contelorius *ſupr.n.*26.
Quartò, quia teſtis, qui nulliter eſt examinatus, poteſt 144
repeti, vt habent Felinus *in cap. per tuas* 48. *num.*2. *in
fin. de teſtib.* Butr. *ibid. num.*9. Imola *num.*3. & Rota
*dec.*720.*num.*1.*& fin. part.*2. *recent.* Similiter quando 145
examinatus eſt ſine interrogatorio, permittitur parti
petere, quod repetatur, vt habent Speculator *de te-
ſtib.*§.6.*num.*21.*part.*1. Innocentius, Bellameta, Fran-
cus, & multi alij apud Contelorium *ſupr.cap.*25.*n.*84.
Multò ergo magis in cauſa pia, qualis eſt iſta, repeti
etiam poſſunt iidem teſtes ad ſupplendum defectus,
ſi qui fuerunt in primo proceſſu, & dari Remiſſoria
ad illum de nouo formandum.
Conſequenter etiam, quando iura vigore primæ 146
Compulſationis, ſeu priorum litterarum Compulſo-
rialium extracta, non fuerunt legitimè compulſata,
concedi debet noua Compulſoria, ſeu nouæ litteræ
Compulſoriales. Ita enim expreſsè Rota coram Bu-
ratto *dec.*555. in Salernitana *prætenſæ contributionis.* 147
Quia, vt ibi dicitur, & applicari poteſt ad cauſas Ca-
nonizationis Sanctorum, *iniquum prorſus eſſet Monia-
les ſuccumbere ob defectum non iuris, ſed compulſationis
non benè facta.* Excipit tamen Rota caſum, in quo eſ-
ſet vehemens ſuſpicio, ſeu præſumptio de malo iure.
Sed ſpecialiter concedendam eſſe nouam Compulſo-
riam, quando teſtes ſunt nulliter examinati, aſſerit ex
Boccacio, Farinacio, & aliis Rotæ deciſionibus.
Pro quorum intelligentia nota, quod hoc nomen 148
Compulſatio, deriuatur à verbo *Compulſo*, quod iuxta
Calepinum ſignificat *vrtare vna coſa con l'altra.* Vnde
ſecundum vſum Curiæ ſumitur pro extractione, ſeu
exemplatione Iurium, Inſtrumentorum, ſeu ſcriptura-
rum ad cauſam pertinentium. Et proceſſus compulſo-
rialis eſt ille, qui datur ad effectum compulſandi, &
exemplandi omnes, & quaſcunque ſcripturas, do- 149
cumenta, & iura ad cauſam facientia. Contelorius
*de Canoniz. Sanct. cap.*24. *in princ.* Atque ita litteræ
Compulſoriales ſolent dari quando concurrunt hæc
duo, videlicet exiſtentia Iurium extrahendorum, &
releuantia eorum, prout habet Rota ſuprà relata co-
ram Buratto. Hinc etiam clauſula *Iuribus compulſatis,*
denotat Iura, Inſtrumenta, ſcripturas ſeu documenta 150
ad cauſam ſpectantia extracta eſſe, exemplata, & veri-
ficata. Ita colligo ex Rotæ deciſione coram Coccino
in Compoſtellana *Theſaurariæ* de anno. 1608. inter de-
ciſiones Coccini *dec.*404. *num.*1. & ex alia Burgenſi
Beneficij coram Coccino de ann. 1605. *num.* 1. inter de-
ciſiones ipſius *dec.* 262. ac ex alia Peruſina *Beneficij*
coram Remboldo de ann. 1619.
Quia tamen plura ex his, quæ à nobis dicta ſunt, 151
plura quoque alia peroptima ad intentum continentur
in grauiſſima, & omni eruditione plena S. Rotæ Ro-
manæ

manæ relatione ad Summum Pontificem Paulum V. facta pro Canonizatione noſtri S. Andreæ Corſini, quam ad litteram refert Abraham Bzouius *tom.14. Annal. circa ann. Chriſti* 1375. *num.9.* Ideo operæpretium, & pro ſtudioſis vtiliſſimum iudicaui dictam relationem hic apponere. Quæ talis eſt.

RELATIO S. ROTÆ.

Quam Paulo V. Pontifici Maximo dederunt tres Rotæ Auditores deputati, videlicet Franciſcus Sacratus Archiepiſcopus Damaſcenus, Ioannes Baptiſta Coccinus Decanus, Alphonſus Manzanedo. Super Proceſſu Canonizationis B. Andreæ Corſini Epiſcopi Feſulani.

152 BEatiſſime Pater. Relaturi S.V. vt ea nobis mandauit per ſuum reſcriptum, quid geſtum, quidque probatum ſit in cauſa Canonizationis bon.mem. Serui Dei Andreæ Corſini Epiſcopi Feſulani, animaduertimus ſæpè euenire in huiuſmodi relationibus, vt vna eademque propoſitio pluribus locis vſurpetur, repetitis rationibus, & argumentis, quibus ea confirmetur, quem laborem aut faſtidium, vt nos vitaremus, expedire viſum eſt præmittere generalia quædam principia huius materiæ, quæ verè totam Canonizationis rationem, in eo quod ad praxim ſpectat, conſtituunt, quibus ſemel adductis, ac probatis, vteremur deinde quoties opus eſſet, & ſuo loco exhiberemus quaſi regula quadam, & lapide lydio ad diſcernenda omnia quæ nobis oblata ſunt circa vitam, & miracula præclari huius famuli Dei, quo S. V. diſtinctiùs, & faciliùs rem totam cognoſcere, & quid ſibi ſuper Canonizatione viri iſtius ſtatuendum ſit, deliberare poſſit. Erunt igitur ſex partes relationis noſtræ. In prima agemus de Sanctitate Canonizandorum. In ſecunda de eorum miraculis. In tertia de modo probandi vtrumque. In quarta de Sanctitate B. Andreæ. In quinta de eius miraculis. In ſexta de actis huius cauſæ, & legitima illorum confectione.

PRIMA PARS.

De Sanctitate Canonizandorum.

153 VT quis pro Sancto Canonizari poſſit, ſanctum fuiſſe oportere indubitatum videtur, quandoquidem Canonizatio non dat Sanctitatem, ſed illam tantùm, quæ prius fuit in Canonizando declarat, & facit obſeruari, qua ratione, vt ad Canonizationem deueniri poſſit, probandam eſſe in primis ſanctitatem, concludunt omnes *in cap.1. de reliq. & vener. Sanct. in cap. Venerabilis, de teſt. & in cap. nec mirum* 26. *quæſt.5.* Videndum igitur quod primo loco ſe offert, quid ſit iſta ſanctitas, in quo conſiſtat, & quanta requiratur ad effectum, vt ſit locus Canonizationi.

154 Sanctitas, tam quoad comprehenſionem, quàm quoad intenſionem ſiue excellentiam, largè, & ſtrictè accipitur. Etenim quoad comprehenſionem ſanctitatis aliquando importat virtutem generalem continentem omnes virtutes. S. Aug. *lib. de doctrin. Chriſt.* S. Thom. 2.2. *q.81. art.8.* vbi latè Caietan. *in Comment.* aliquando refertur ad ſolam charitatẽ. S. Auguſt. *lib.1. de doctrin. Chriſt. c.27.* ibi, *ille ſanctè viuit, qui ordinatã habet charitatem*, &c. Aliquando ad ſolam iuſtitiam, 155 idem S. Auguſt. *lib de ſalut. docum.* ibi: *Sanctitas conſiſtit in operibus iuſtitiæ.* Aliquando ad ſolam munditiã, & temperantiam à ſordibus carnis. S. Thom *d.q.81. art.8.* Aliquando videtur conſiſtere in renunciatione

bonorum temporalium, & diſtributione illorum inter pauperes. Matth. cap.19. *Si vis eſſe perfectus, vade, & vende omnia, &c.* Aliquando denique diſtinguitur inter ſanctitatem animæ, & ſanctitatem corporis. S. Auguſt. *lib. de ſalut. docum. cap.9. Sanctitas*, inquit, *corporis eſt caſtitas, animæ verò charitas, & humilitas.*

Quo autem ad intenſionem ſiue excellentiam ſan- 156 ctitatis aliquando capitur ita ſtrictè, vt ſolus Deus Sãctus dici poſſit, iuxta illud quod canit Eccleſia: *Quoniã tu ſolus Sanctus: Tu ſolus Dominus: Tu ſolus altiſſimus Ieſu Chriſte.* Aliquãdo verò ita largè, vt quilibet iuſtus 157 Sanctus dicatur. Pſalm.17. ibi, *cum Sancto Sanctus eris.*

Quod ſpectat ad rem noſtram, Canoniſtæ locis ſu- 158 pra citatis capiunt ſanctitatem largè quoad *comprehenſionem*, vt ſcilicet canonizandus fuiſſe debeat præditus omnibus virtutibus, & ſtrictè quoad *excellentiam*, vt ſcilicet in illis fuerit valdè excellens. Fundant autem 159 eorum intentionem præcipuè Hoſtienſ. Innoc. Ioan. Andr. & Butr. *in d. cap.1. de reliq. & vener. Sanct.* in illo Eccleſiaſt. cap.44. *Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua, multam gloriam fecit Dominus magnificentia ſua à ſeculo. Dominantes in poteſtatibus ſuis, homines magni virtute, & prudentia ſua præditi, &c. Laudemus viros*, ecce Canonizatio Sanctorum, quã 160 facit Eccleſia, quia non iubet Spiritus Sanctus laudari mortuos ad finem humanum. *Parentes noſtros*, ecce quod ſoli fideles canonizantur, quia pauciſſimis exceptis, ſoli parentes Hebræorum tunc fuerant fideles. *Multam gloriam*, ecce excellentiam canonizandorum, quos non ſufficit eſſe ſimpliciter glorioſos, id eſt bonos, ſed debent eſſe multùm glorioſi, id eſt pluſquam boni. *Fecit Dominus*, ecce quod bonitas, & excellentia 161 debet eſſe à Domino, hoc eſt circa virtutes infuſas, nec ſufficiunt merè naturales, aut habituales. *Magnificẽtia ſua*, ecce neceſſitas gratiæ pluſquam ſufficientis, & particularis electionis, quia aliàs Dominus cum eis magnificè non egiſſet, ſed ſecundum ſuam ordinariam bonitatem. *A ſeculo*, quod exponunt, id eſt ab initio eorum conuerſionis vſque ad finem, ecce neceſſitas perſeuerantiæ. *Homines magni virtute, & prudentia ſua præditi*, ecce multiplicitas virtutum.

Ruſus quod Canonizandus pro Sancto debeat 162 fuiſſe præditus omnibus virtutibus, & in gradu excellenti quoad omnes virtutes, ſic probatur. Sancti ſunt membra Chriſti. S. Hieronymus *relat. in cap. Si quis hominem* 11. *quæſt.13.* membra verò debent eſſe benè ordinata erga ſuum corpus, aliàs eſſet monſtrum, iuxta illud, *Humano capiti ceruicem pictor equinam iungat, ſi* 163 *velit*, &c. vt quis autem dicatur benè ordinatus erga Chriſtum tanquam ſuum corpus, debet non ſolum eſſe benè ordinatus erga illum immediatè, ſed etiam mediatè, nempe erga proximum, & erga ſeipſum propter Deum, vt patet ex præceptis Decalogi, quorum aliqua ducunt hominem immediatè ad Deum, vt illud: *Non habebis Deos alienos coram me, &c.* aliqua verò ad proximum, *vt non furtum facies*, &c. aliqua demùm ordi- 164 nant illum erga ſeipſum, ſiue in ſeipſo tantum, vt, *non concupiſces*, &c. Sola enim concupiſcentia non nocet proximo, ſed ipſum tantùm concupiſcentem inordinat. Erga Deum immediatè ordinamur per virtutes Theologicas, quæ propter hoc à verbo θεὸς, Theologales dicuntur, erga proximum autem, & noſmetipſos per morales, quæ & Cardinales, id eſt principales vocantur, quarum vna præcipuè reſpicit proximum, quæ eſt iuſtitia, aliæ duæ noſmetipſos, nempe fortitudo, & temperantia; quarta tanquam moderatrix, & electiua medij in quo cõſiſtit virtus, vt per Philoſoph. 2. Ethic. c.6. reſpicit omnes tres. Quin etiã ipſiſmet Theologalibus famulatur, nam circa fidẽ poſſumus errare, porrigendo imprudenter aures falſis magiſtris, & ſophiſticis eorum argumẽtis; circa ſpem præſumendo de bonitate Dei pluſquam conuenit, putà quod nec etiam perſe-

uerantes in peccato ſit puniturus citra charitatem
per zelum indiſcretum, velut ſi quis priuatus exiſti-
maret ſe licitè poſſe occidere blaſphemantem San-
ctiſſimum Chriſti nomen, vel poſſe eum vno peccato
etiam veniali conuertere ad fidem chriſtianam totum
mundum.

165 Rurſus etiam tertiò probatur neceſſitas omnium
virtutum, quia virtutes ſunt arma, quibus armamur
contra tela hoſtis generis humani. S. Paulus 13. ad
Rom. *Induamur arma lucis*, & 6. ad Epheſ. *Induite vos
loricam, ſumentes ſcutum fidei*. Latius D. Hieronymus
166 relatus *cap. niſi 23. quaeſt. 5.* Cæterum, quia tela hoſtis
generis humani non ſunt omnia vnius naturæ, ſed
ſeptemplicis, ſingulæ enim virtutes habent ſua vitia
oppoſita, vt docet S. Anton. *in ſum. 1. part. tit. 1. cap. 1.*
ideo ſunt neceſſariæ omnes virtutes, quibus aduerſus
ſingula vitia nuſmetipſos tueamur, quia aliàs ſicut
vulnus illatum ab vno telo occidit totum corpus, ita
per lapſum in vno vitio omnium rei eſſemus, iuxta
illud S. Iacobi relati *in cap. Conſideret, d. 5.*

167 Vnde vnam virtutem ſine aliis eſſe non poſſe, con-
cludit S. Thom. 1. 2. *quaeſt. 65. art. 1.* & hunc ſenſum ha-
buerunt maiores noſtri in relatione S. Franciſcæ *in
fin. 1. art. part. 2.* vbi concluſerunt, illum verè ſanctum
dici poſſe, qui omnium virtutum generibus decoratur.

168 Quod autem præmiſimus de neceſſitate omnium
virtutum, explicauimus ſolùm in Theologicis, & mo-
ralibus, nam virtutes merè intellectuales, vt ſapientia,
ſcientia, & ſimiles, impropriè, & largo modo dicuntur
virtutes, cum non perficiant hominem quoad volun-
tatem, in quo conſiſtit vera virtus, & ſanctitas, ſed
tantùm quoad intellectum, vnde illas habentes poſ-
ſunt eſſe mali, vt latè explicat S. Anton. *in ſua ſum.
p. 4. in princ.*

169 Illud etiam non prætereundum exiſtimamus circa
neceſſitatem omnium virtutum, nempe quod circa
Theologicas quiſque Chriſtianus, nedum Sancti, eſt
obligatus operari, ex quo nunquam defuit obiectum,
hoc eſt ipſe Deus: circa verò morales diſtinguendum
eſt inter abſtinentiam, & operationem, in quibus con-
ſiſtũt iſtæ virtutes, iuxta illud Pſalm. 33. *Diuerte à ma-*
170 *lo, & fac bonum*. Circa abſtinentiam quiſque eſt obli-
gatus ſemper, & in omnibus eſſe virtute præditus, hoc
eſt nunquam cogitatione, verbo, vel opere declinare in
aliquod, quod ſit vni ex prædictis virtutibus contra-
rium, aliàs omnium reus eſſet, per ea, quæ diximus ſu-
prà. Circa operationem, ſubdiſtinguendum eſt, quia ad
aliquas operationes tenemur ſub pœna peccati, putà
ex præcepto Eccleſiæ, officio aſſumpto, neceſſitate
proximi, & ſimilibus, & tunc non ſolùm perfecti, ſed
171 quilibet Chriſtianus tenetur operari, aliàs diuinam
gratiam, & inde habitum virtutis amittit, aliquæ ve-
rò operationes non ſunt nobis iniunctæ ſub pœna
peccati, & tunc abſtinendo ab illis non amittimus
habitum virtutis, ſed benè deficimus in excellentia,
quæ requirit bonam operationem quotieſcumque ſe
offert occaſio, vt mox dicetur.

172 Circa excellentiam in virtutibus non eſt dubium
ſingulas virtutes habere ſuos gradus, itaut in illa vnus
dicatur excellentior altero, quin vna, & eadem perſo-
na poteſt in dies proficere in eadem virtute, vt latè
per S. Anton. *in ſum. p. 4. tit. 1. cap. 4.* & habetur *in
cap. Cum Sanctam, d. 2.*

Quod autem pro ſanctis non debeant canonizari
173 niſi perfecti, & excellentes in virtutibus, apparet, quia
Canonizatio fit vel immediatè ob gloriam Dei, iuxta
illud Pſalm. 67. *Mirabilis in Sanctis ſuis*, vel mediatè,
nempe vt illos inuocemus pro noſtris mediatoribus
apud Deum, vel vt imitemur eorum virtutes, non diſ-
fidentes poſſe homines ope diuina ad perfectionis gra-
dus peruenire, vel denique propter retributionem,
nempe in præmium, & retributionem ipſorummet
canonizandorum: quæ omnia tandem reſultant in
gloriam Dei, & hæc ſingula requirunt excellentiam in
virtutibus, & ſpeciale meritum, quia aliàs in ſimplici
virtute, & ordinario merito Deus non eſſet admirabi-
lis pluſquam ſit in numero infinito Beatorum, quos
certi ſcimus eſſe in Cœlis, iuxta illud Ioan. in Apoc.
cap. 7. *Poſt hæc vidi turbam magnam, quam dinumera-
re nemo poterat*. Nec iſti eſſent meliores interceſſores,
quàm illi, aut magis imitabiles; vel merentur iſtam
particularem gloriam.

Remanet igitur difficultas, vt videatur in quo con- 174
ſiſtat iſta excellentia. Et certum eſt illam conſiſtere
in charitate, quia *vinculum perfectionis eſt charitas*, vt
dicit S. Paulus III. ad Coloſſ. quod repetit Sanctus
Gregorius *lib. 7. Mor.* & alibi dicit idem D. Paulus fi-
nem præcepti charitatis eſſe verum, quia in hac Ec-
cleſia militanti ſunt neceſſariæ operationes. Iacob. c. 2.
& latè proſequitur Sotus 2. *de nat. & grat. à c. 3 vſque
ad 8 & de occultis non iudicat noſtra Eccleſia, c. 1. de
clandeſtina deſponſ.* Rom. *conſil.* 106. *n.* 11. Ideò illum 175
dicemus habere maiorem charitatem, atque inde per-
fectiorem, qui meliores operationes facit: quam præ-
clarè nos docuit Chriſtus magiſter in Euangelio Matth.
c. 7. *Ex fructibus eorum cognoſcetis eos.* Illas verò di-
cemus eſſe meliores operationes, quæ nobis minus
ſunt communes cum ethnicis, vt nos docuit idem Ma-
giſter noſter apud Matth. c. 5. ibi: *Nam & hoc ethnici
faciunt.* Iſtæ autem, quæ nobis minimè ſunt communes 176
cum ethnicis, erunt in primis omnes operationes, quæ
ſpectant ad virtutes Theologicas, quarum peritiam
minimè habent ethnici; & inter morales etiam ſunt
nonnullæ ſpecies, ſeu gradus virtutum, ad quos non
peruenerũt ethnici. Dominus apud Matth c. 5. ibi: *Ego
autem dico vobis, diligite, &c.* Item profunda humilitas, 177
quæ virtus fuit ignota ethnicis, vt docet Caietan. ſu-
per D. Thom. 2. 2. *q.* 161. *art.* 1. *in ſolut.* 1. & S. Auguſt. *de
Virgin. c.* 31. dicit ſolum Chriſtum fuiſſe illius magi-
ſtrum, & doctorem. Item Virginitas virtus chriſtiana
appellari poteſt, quandoquidem non modò apud Eth-
nicos minimè fuit in pretio, ſed neque apud Hebræos,
vt docet S. Thom. 3. *p. q.* 8 *art.* 4. per illud Exod. 23. *non
erit infœcunda, nec ſterilis in terra tua.* Et Deuter. *Non
erit apud te ſterilis vtriuſque ſexus.* Item maceratio
carnis, & caſtigatio proprij corporis ſunt virtutes,
quas non habuerunt ethnici, & ſignanter perſeueran-
tia, & quod quis fuerit in omnibus ſui ſimilis, eſt pro-
prium virtuti chriſtianæ; nam infidelis homo be-
nè poteſt viribus naturalibus facere aliquos actus vir-
tutis, & etiam acquirere habitum in aliqua ſpecie vir-
tutis, ſed non ſemper, & in omnibus, vt docet S. Ant.
in ſua Sum. p. 4 tit. 1. c. 1. §. De quo latè per eum.

Rurſus quod diximus de neceſſitate omnium vir- 178
tutum, & perſeuerantia in illis, intelligimus quoad il-
los, qui poſt ſuam conuerſionem habuerunt tempus
operandi; nam certum eſt multos ob vnum actum per-
fectiſſimæ charitatis in hora mortis fuiſſe canoniza-
tos, vt de bono Latrone, Sancto Maximo, & ianitore
4. Coronatorum, & aliis qui eodem tempore fuerunt
conuerſi ad fidem Chriſtianam, & paſſi martyrium,
legimus in martyrologio.

Adeſt alia ſpecies ſanctitatis, illorum ſcilicet, qui 179
nullum omninò actum virtutis operati ſunt, ſed ad-
huc infantes propter Chriſtum paſſi fuerunt marty-
rium, prout S. Innocentes, qui ſub Herode paſſi ſunt,
de quibus per S. Auguſt. *lib. ſerm. de Sanct. ſerm. 8. cum
tribus ſeqq.* & de cauſa illorum venerationis Specul.
in rational. diuin. lib. 7. cap. 42. ſuper quibus non inſi-
ſtimus, cùm non faciant ad caſum noſtrum, ſed iam
ad miracula properamus.

PARS

Digitized by Google

PARS SECVNDA.

De miraculis Canonizandorum.

180 VLtra excellentiam in virtutibus, requiri etiam
quod canonizandus fecerit miracula, concludunt
omnes *in d.cap.1.de reliq. & vener. Sanctor. & in cap.
venerab.de teſtib.* vbi ſatis hoc indicat littera in verbo
181 *miracula*, & ibi etiam notat gloſ. cuius rei duplex aſſi-
gnari poteſt ratio. Prima eſt, quod multi in hac vita
incedunt induti pellibus ouium, cùm tamen intus
ſint lupi rapaces. Matth.7. adeo vt nec martyrium
ſub prætextu Christi nominis ſupportatum, ſit con-
cludens argumentum ſanctitatis, cùm & hoc poſſe
fieri ob vanam gloriam, indicet S. Paulus relatus *in
cap. Vide 1. quaſt.1.* vbi Gloſ. Et proinde vbi maius
eſt periculum deceptionis, euidentiora argumenta re-
182 quiruntur, *cap. vbi periculum, de elect. in 6.cap 7.
quaſt.2.cap quieſcamus 42. d.* Secunda ratio eſt, quia
etiam ſuppoſita ſanctitate, non omnes ſanctos vult
Deus in hoc ſeculo canonizari, id eſt nominatim coli
pro ſanctis, fortè ne cultus, qui per homines debetur
Sanctis, multitudine Sanctorum, & aſſiduitate exer-
citij vileſcat, iuxta not. *in cap Epiſc.80.d. & in cap.
legitimus, ad finem 93.* Hoſtienſ. *in d. cap.1.num.10. de
reliq. & vener. Sanctor.* Gloſ. *in cap. vnic. verb.Sedis,
verſ 5.ne in infinitum, eod.tit. in 6.* Vnde infinitorum
martyrum, & aliorum Sanctorum nomina ſunt nobis
adhuc incognita.

183 Nec propterea tales ſancti non canonizati deſinunt
habere ſuam mercedem in cœlis, iuxta Auguſtinum
relatum *in cap. teneamus 1. quaſt.1. Erant quidam
Christiani*, &c. Expectandum igitur eſt, vt Deus ſuis
ſignis oſtendat, & quis verè fuerit ſanctus, & quem
velit pro tali in hac ſua Eccleſia militanti nominatim
coli.

184 Miraculum alij aliter diffiniere, nos autem diffi-
nimus, vt ſit *factum inſolitum ſupra vires, vel præ-
ter ordinem totius naturæ creatæ.* Diximus *factum*, ad
excluſionem nonnullarum illuſionum, per quas Dæ-
mones, ac etiam homines vafri faciunt nobis videri
factum, quod verè non eſt factum, de quo per S.
Thom.2.2. *quaſt.128. art.2. & in lib.3. contra Gentil.
cap.103. & 104. Inſolitum*, quia ſolita nec re, nec no-
mine conueniunt miraculo. Non re, quia miracula
præcipuè fiunt ad duplicem effectum, nempe vel ad
confirmationem prædicationis verbi Dei, iuxta illud
Matth. cap 16. *Illi autem profecti prædicauerunt vbique,
Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequenti-
bus ſignis.* Vel fiunt ad denunciandam facientis ſan-
ctitatem, vt infrà dicetur; ſolita autem neutrum ope-
rantur, nam ex apparentia ſolitorum neque confirma-
retur ſermo verbi Dei, nec oſtenderetur ſanctitas fa-
185 cientis, vt de ſe patet. Non etiam conueniunt nomine,
quia miracula dicuntur ab admiratione, quam ſecum
afferunt, vt per Archid. *in d.cap. Nec mirum, num.6.26.
quaſt.5.* Bartol. *tract. de teſtib. verſ. qualitas ſine ſub-
ſtantia, num.57.* ſolita autem non mouent admiratio-
nem, vnde S. Auguſtinus *lib.10. de Ciuit. Dei*, dicit
*miracula viſibilium naturarum, licet maiora ſint iis, quæ
rarò fiunt, attamen propter illorum aſſiduitatem non
mouere admirationem. Supra*, non contra, vt dicit Gloſ.
*in c.vnic. verb.Sedis Apoſtolicæ, verſ. ſecundo, quod ſit
contra naturam, de reliq & vener. Sanct in 6.cum con-
cord.* quia miracula fiunt à ſolo Deo, vt infra dicetur.
Natura autem non contrariatur ſuo creatori, ſed cum
illo eſt in ordine obedientiali, & illi libenter Cedit,
cap. Cum Marta §. requiſiſti, ibi, cedit natura mira-
culo, *de celebr. Miſſ.* not. in ſpecie S. Thom. *p.1.q.110.
art.2.* S. Auguſt. *lib.3.de Trinit. cap.8.* Archid. *in c.nec
mirum, n.6.verſ.* Et dicitur miraculum. Bellam. *n.3.26.
quaſt.5.* Ioan. Andr. *in cap.1.n 4* Butr. *num.7.de reliq. &
vener Sanct.* Ioan. Monach *in cap.1.num.11. de Confeſſ.
in 6.* Caſtellin. *in tract. de Canoniz. Sanct. quaſt.6.
princ. verſ ſecundum quod ſi*, Simonet. *in relat. S.* 186
Franciſci de Paula, §. Illud tamen. Vires, quia nihil eſt,
quod poſſit facere natura, quod miraculum dici poſ-
ſit, ſiue hoc procedat ex ſingulari artificio hominis,
prout de columba lignea volanti Architæ, & æneis
ſerpentibus ſibilantibus Boëtij, legitur apud Gellium
lib.10. cap.12. Caſſad. *lib.1. variar. epiſt.45.* ſiue hoc
fiat ex veloci operatione facta per dæmonem appli-
cando actiua paſſiuis, de quo per S.Thom. *p.1.q.114.
art 4 ad 2. Præter ordinem*, nam multa ſunt miracula,
quæ propriè non poſſunt dici ſupra vires naturæ, ſed
tantum præter ordinem, nam natura in dies illud
facit, ſed non eo ordine: exemplum eſt in febrici-
tante in inſtanti ſanato, quod pro miraculo eſt canoni-
zatum, & in ſocru Petri, de qua Luc. 4. & in multis
modernis canonizationibus. Natura enim in dies pel- 187
lit febrim, ſed non illo ordine, hoc eſt in inſtanti, de
quo infra in gradibus miraculorum agetur. *Totius na-
turæ*, quia multa præter ordinem vnius naturæ con-
tingunt, quæ non ſunt miracula, cùm ſint ſecundum
ordinem alterius naturæ: vnde non fuit miraculum
eleuatio Simonis Magi per aera, de quo per Egeſip.
lib.3.de excid. Hieroſolym.cap 2 Sur. *in vita Sanct. de
vita Sanct. Petri*: neque minus corporalis tranſporta- 188
tio ſtrigarum, de qua latè per bon. memor. Peniam
collegam noſtrum *in Direct.p.2. comm.68. lit.R.* nam
licèt hoc ſit præter, vel ſuper naturam humanam,
non eſt tamen præter, vel ſupra naturam dæmonis,
qui hoc operatur. *Creata*, quia nihil eſt ſupra vires
naturæ increatæ, id eſt Dei omnipotentis, vnde reſ-
pectu illius nihil poteſt dici miraculum, vt conclu-
dunt S.Thom. *part.1.quaſt.105. art 8.* Caſtell. *de Ca-
noniz. Sanct.q.6.verſ.interdum, in fin.* & maiores noſtri
*in relatione ſuper proceſſu S. Raymundi, art.6.verſ. Al-
terum, p.2.* Item diximus *creata*, quia non eſt dubium,
quod Deus poteſt creare nouas naturas, iuxta illud
Auguſtini *lib.21. de Ciuit. Dei Sicut non fuit Deo
impoſſibile, quas voluit naturas inſtituere, ita ei non eſt
impoſſibile*, inquit, *ſi voluerit, quas inſtituit mutare.*
Hæc ille. Vnde infertur, quod licet quando Domi-
nus noſter Ieſus Chriſtus inſtituit Sanctiſſimum Sa-
cramentum Euchariſtiæ, Baptiſmi, & aliorum, fece-
rit maximum miraculum, dando illam admirabilem
naturam, ſiue vim illis, *Hoc eſt corpus meum*, & illis,
Ego te baptizo, & aliis quæ in confectione Sacramen-
torum, quæ non poſſunt dici nouum miraculum,
quia ſunt effectus reſultantes ex antiqua inſtitutione
illius Sanctiſſimi Sacramenti.

Ex quibus poſſet reſolui quæſtio, quæ aliàs occur- 189
rit de facto, nempe an ebullitio ſanguinis S. Ianua-
rij in Ciuitate Neapolitana, vel fluxio mannæ ex ſe-
pulchro S. Nicolai Barenſis, vel exereſcens vnguis S.
Catharinæ Bono, ſeu mirabilis incorruptio, & ſuauis
odor, qui ex corpore plurimorum Sanctorum in dies
emanat, poſſit dici vnum miraculum, vel plura.

Item per præfata includuntur omnia requiſita ad 190
miraculum, de quibus Gloſ. *in cap. 5. de reliq. & ve-
nerat. Sanct.* Hoſtienſ. & Goffr. *in Summ. d. tit n.3.*
Bellam. *in cap.Venerabilis, de teſtib.num.3.* Chaſſan. *in
Cathal. gloriæ mundi, p.3. conſid.49.* Nam primum,
quod ſit *ex Deo*, reſultat eo ipſo, quod eſt verum mi-
raculum, quia ſolus Deus poteſt facere miracula, vt
ſuprà dictum eſt. Secundum requiſitum, quod ſit *ſu-
pra vires naturæ*, comprehenditur in verbis noſtræ
diffinitionis. Tertium, quod non *ex vi verborum*, in-
cluditur per illud, quod iam diximus ſuprà verbo
creata. Quartum, quod ad corroborationem fidei

Digitized by Google

veræ non videretur neceſſarium, cùm poſſit dari ca-
ſus, quo miracula fiant ad alium finem, nempe ad
denunciandam intercedentis ſanctitatem. Beda relat. *in
c. Quærendum de pœnit. diſt.*2. S. Thom. 2.2. *q.*178.
*art.*2. Bellam. *in cap. nec mirum* 26.*q.*5.*n.*10. qualia vi-
dentur eſſe miracula, quæ in dies fiunt inter Catho-
licos, quorum reſpectu miracula non eſſent neceſſa-
191 ria, iuxta illud Iſidor. *lib.*1.*de ſummo bono Miracula,*
inquit ille, *in ſignum ſunt non fidelibus, ſed infidelibus,
quia ſignum fidelibus non eſt neceſſarium, qui iam cre-
diderunt, ſed infidelibus, vt conuertantur. Vnde Paulus
pro non credentium infidelitate patrem Publij de infir-
mitate febris curat: infirmantem verò Timotheum fide-
lem non oratione, ſed medecinaliter curat, vt noueris mi-
racula pro incredulis, non pro fidelibus fieri.* Hæc ille.

192 Controuerſia eſt inter Doctores, an de ſubſtantia
miraculi ſit quod fiat in inſtanti, de quo per Archid.
*in cap. nec mirum, num.*8. *verſ. ſed quæro an ſit neceſſe.*
Bellam. *num.*5. *quæſt.*5. Gemin. *in cap. vnic. num.*17. *de re-
liq. & vener. Sanct. in* 6. Troil. Maluet. *tract. de Canon.
Sanct. dub.*3. *num.*51. latè Caſtell. *eod. tract. quæſt.*6. *verſ.*
193 *quæro an ſit neceſſe.* Nos fœdere diſtinctionis opinio-
nes conciliari poſſe exiſtimamus, nempe quod aut na-
tura cum proceſſu temporis poterat cauſare illud fa-
ctum, de quo quæritur, an ſit miraculum, putà ſa-
nare infirmitatem, & tunc de ſubſtantia miraculi eſt,
quod fiat continuò, ac ſtatim, aliàs non erit miracu-
lum, cùm poſſit eſſe quod ſanatio proceſſerit ex ope-
ratione naturæ. Ex qua poſſibilitate excluditur mira-
culum ſaltem quoad probationem *ad l. non hoc, C. vnde
legit. cum concordant.* vltra quod in iſto modo operan-
di non concurrit *inſolitum*, quod eſt vnum ex requiſi-
tis pro miraculis, vt ſupra demonſtratum eſt. Quod
tamen diximus, neceſſarium eſſe, quod fiat illico, in-
telligendum eſt cum temperamento, nempe ſufficc-
194 re, quod incontinenti recedat morbus principalis,
licet remaneat conſequentia morbi, putà laſſitudo,
cicatrix, & ſimilia, vt fuit ponderatum in pluribus
relationibus in hac materia factis; & ſignanter *in re-
latione S. Raymundi, part.*2. *art.*5. *verſ. quod ſi quan-
doque*: aut verò factum non erat tale, quod poſſet
per naturam ex interuallo temporis contingere, putà
illuminatio cæci à natiuitate, reſurrectio mortui, &
ſimilia, & tunc etiamſi intercedat interuallum tem-
poris, non videtur ceſſare vis miraculi, quia qualitas
corporis cùm minimè conferat ad actum, nullius eſt
conſiderationis, iuxta not. per Abb. *in cap. Ad aures,
num.*2. Dec. *num.*3. *de reſcript.* Calder. *conſ.*10. *eod.
tit.*

195 Et eadem diſtinctione ſolui poteſt alia quæſtio, An
de ſubſtantia miraculi ſit, quod nullum remedium
humanum omnino fuerit adhibitum, nempe, vt inſ-
piciatur an illud remedium eſſet aliquo modo pro-
portionabile ad producendum illum effectum: quod
ſi non eſt, minimè tollit vim miraculi, & proinde nec
puluis, qua vſus fuit Dominus noſter in illuminatio-
ne cæci, de qua per Ioan. *cap.*9. necnon pallium quo
vſus fuit S. Franciſcus de Paula, & S. Raymundus in
transfretando mari, ſuſtulerunt miraculi vim, quia
nullam habebant proportionem ad illa facta, & mul-
to minùs tollent vim miraculi remedia adhibita poſt
ſubſtantiam facti ad tollendum reliquias morbi, de
quo per Maluet. *tract. de Canon. Sanct.* 3. *dub. n.*92.

196 Similiter occurrit dubitare, an dolor, qui plerum-
que interuenit in miraculoſa ſanatione, vt euenisse in
modernis proceſſibus in hac materia factis, paſſim
legitur, tollat vim miraculi, & pro affirmatiua allega-
tur, quod Deus, qui ſolus facit miracula, non habet
opus ſeruare modum, quo natura plerumque vtitur in
expulſione morborum, vt ſcilicet fiant cum dolore, vt
ad propoſitum animaduertit Troyl. *tract. de Canoniz.
Sanct. dub.*3. *num.*52. & 54. Item quod Deus ſolet eſſe
in ſuis liberaliſſimus, & Spiritus Sanctus, cui princi-
paliter attribuuntur miracula, *cap. de Spiritu, de Conſe-
crat. d.*5. *cap. quærendum de pœnit. d.*2. Chaſſan. *Catal.
glor. mund. conſ.* 49. *verſic.*1. quòd ex Deo dicitur Spi-
ritus conſolationis; dicitur enim Paracletus quaſi
conſolator, *gloſſ. interlinearis ſuper Ioan. cap.*14. Vnde
poſſet dubitari, an tale factum proceſſerit operatione
diuina.

Contrarium tamen reſoluerunt maiores noſtri in 197
relatione ſuper proceſſu S. Caroli *p.*3. *mirac.*2. *poſt
mortem in fin.* & noſmetipſi in relatione ſuper proceſ-
ſu B. Thereſiæ *part.*4. *ſuper* 11. *mirac. poſt mortem, in
fin.* quod ſcilicet dolor non tollat vim miraculi, ex
quo nec cum dolore poteſt natura operari illud fa-
ctum, & dolor ea fortè ratione relinquitur, vt in me-
moria peccatorum, iuxta illud Geneſ. *cap.*3. *in dolore
paries filios*; quaſi quod ſic ſanati, debeant recordari
morbum illum ſibi contigiſſe ratione peccati, ſi non
actualis, ſaltem originalis.

Solent etiam Doctores ponderare gradus miracu- 198
lorum, vt ſcilicet illud maius dicatur miraculum, quod
magis excedit vires naturæ. S. Thom. 1. *part. quæſt.*105.
*art.*8. & maiores noſtri in relatione ſuper proceſſu S.
Raymundi *art.*6. *de grad. mirac. verſ. alterum, part.* 2.
S. Franciſcæ *part.*3. *verſ. quartò præmittendum eſt*, & S.
Caroli *par.*3. *de mirac.* Et conſequenter quanto maiora
erunt miracula concurrente probatione ſanctitatis, vt
diximus ſupra, tantò euidentiùs conſtabit & de ſan-
ctitate Canonizantium, & de voluntate Dei, quod
Canonizetur. Canoniſtæ conſtituunt duos gradus mi- 199
raculorum, vt primus ſit quoad factum, id eſt illud,
cui natura penitus repugnat, quod fiat, putà quod ſol
ſtet: alterum quoad modum, puta quod febricitans
confeſtim ſanetur, non enim repugnat naturæ, quod
febricitans ſanetur, cùm mille febricitantes ſingulis
menſibus ſanentur, ſed repugnat modo, hoc eſt, quod
extemplò ſanetur. ita Archid. *in cap. nec mirum* 26.
*quæſt.*5. quem alij paſſim ſequuntur. Theologi autem
inter iſtos duos conſtituunt vnum gradum medium,
quod vocant *in ſubiecto*, ſiue *in eo*.

In quo exemplum dant in reſuſcitatione mortui, & 200
illuminatione cæci; poteſt enim natura dare vitam,
& lumen, ſed non cæco, aut mortuo. Ita S. Thom.
*p.*1. *quæſt.*105. *art.*8. vbi Dominicus Bannes, idem S.
Thom. *lib.*3. *contra Gent. cap.*100. Priorem opinionem,
ſcilicet quod duæ ſint tantùm ſpecies, ſequutus fuit
Iac. Simonet. *in relat. ſuper proceſſ. S. Franciſci de
Paula.* Sed poſterior, quod ſcilicet ſint tres, placuit
maioribus noſtris in relatione S. Raymundi *p.*2. *art.*6.
& S. Franciſcæ *p.*3. *art.*1. *verſ. quartò præmittendum
eſt*, & S. Caroli *part.*1. *de mirac. in genere, verſ. quartò
licet*, & nobiſmetipſis *in relat. B. Thereſiæ*, vnde nunc
illam ſequimur.

Vlterius per S. Thom. *p.*2. *q.*114. *art.*4. *ad* 3. *arg.* 201
datur praxis diſcernendi vera miracula à non veris,
nempe *efficacia, vtilitate*, & *fine*, quam differentiam
bene explicat Toſtatus in Exod. *cap.*7. *quæſt.*11. *verſ.
differunt ſigna*, quibus credimus addi poſſe qualita-
tem perſonæ, quæ facit miraculum, nempe ſi ſit aliun-
de probata in Catholica fide, præſtans in operibus,
iuſta, in moribus excellens, quia tunc faciliùs con-
cludi poteſt, quod ſit miraculum Dei, non autem opus
Diaboli, cum quo tales homines non habent com-
mercium; immò, vt dicit S. Gregorius *lib.*24. *moral.
Diabolus illis tantò eſt infeſtior, quantò videt illos poſſe
ſua virtute aliis prodeſſe.* Et hæc in quantum dubitatur
an ſit opus Diaboli. Sed quando dubitatur an ſit opus
naturæ, exempli gratia quidam præcedente inuocatio-
ne alicuius, qui pro Sancto datur, reperitur ſanatus, du-
bitatur an ſit miraculum. Hoc pendet ab eo, an infir-
mitas ſecundum ordinem naturæ eſſet abſolutè incura-
bilis, vel ſaltē non eo modo curabilis, tunc dicimus, eſſe
recurrendum

Digitized by Google

recurrendum ad peritos, & illis ſtandum, iuxta notata per ſcribentes *in cap. fin. de frigid. & maleſic.* & ſi alia miracula eiuſdem inuocati fuerunt ætate probata, faciliùs admittitur & hoc fuiſſe miraculum, arguendo à conſoetis, vt per Scribentes *in cap. prudentia in princ. de offic. deleg. & in l. Si quis donatus*, vbi Gloſſ. *verb. vſitatum ff. de vſufr.*

201 Amplius quæritur, an miracula poſſint fieri per malos. Super quo illud in primis aduertendum, quod licet Doctores, & textus ipſe *in cap. 1. de reliq. & vener. Sanct.* paſſim vtantur hoc modo dicendi, quod homines faciant miracula; veritas tamen eſt, quod ſolus Deus facit miracula, & homo, cuius interceſſione fit, deſeruit tantùm pro inſtrumento. S. Thom. 2. 2. *q. 178. art. 1. ad 3. & art. 2. in corpor. & ad 2.* & facit illud *Pſalm.* 135. *Qui facit mirabilia ſolus.* Quod pertinet ad propoſitam quæſtionem, concluditur etiam malos quandoque facere vera miracula, *cap. teneamus*, vbi Archid. *num. 3.* Turrecrem. *n. 1.* Bellam. *num. 2. quæſt. 1.* S. Thom. 2. 2. *quæſt. 178. art. 2.* Gloſ. *in cap. vnico, verſ. Sedis Apoſtolica, verſ. 1. quod ex Deo de reliq. & venerat. Sanct. in 6.* Hoſt. & alij *ſupr. alleg. cap. 1. eod. tit.* Aretin. *in cap. venerabil. num. 2 de teſtib.* Chaſſan. *in Catalog. glor. mund. conſider. 49. verſic. 1.*

202 Quod prouenit vel ex omnimoda fide quæ poteſt ſine charitate operari miracula, iuxta illud D. Pauli 1. *ad Corinth. Et ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum*: vel ob virtutem Sanctiſſimi nominis Chriſti inuocati, vt per Hieron. ſuper illo Matth. cap. 7. *Nonne in nomine tuo multas virtutes fecimus.* Vel ob confuſionem, & iuſtiorem condemnationem facientis, vt de prophetia Caiphæ. S. Hieronymus vbi proximè *ſupra.* Quod tamen procedit in vita, nam poſt mortem nonniſi Sancti faciunt miracula, vt infra dicetur.

203 Occurrit etiam dubitare, an ſufficiat Canonizandum feciſſe vnum miraculum, vel potius requirantur plura. Et quicquid de iure dici poſſet, placuit praxis, quod debeant expectari plura, vt per Archid. *in cap. nec mirum 26. quæſt. 5 num. 7* vbi Bellam. *num. 4. verſ. & nota*, Maluet. *tract. de Canoniz. Sanct. dub. 3. n. 60.* Et tenuerunt maiores noſtri *in relat. ſuper proceſſu S. Hyacinthi, tit. de mirac. verſ. Iure etiam merito* Cuius ratio eſſe poteſt, quia *in geminatis non cadit error*, ſicut poteſt cadere in vno actu, vel circa ipſum factum, nempe quod verè ſit miraculum, vel circa interceſſorem, vel circa cauſam interceſſionis, quod ſcilicet miraculum minimè fuerit factum ad denotandam intercedentis ſanctitatem. Ad quæ faciunt *not. in l. Baliſtà, ff. ad Trebell. Gloſſ in §. Et hoc verò, auth vt null. Iud.*

204 *& in cap. 1 verſ. noſcatur, de conſtitut. in 6.* Ruſſus diſputari ſolet, an ſufficiant miracula facta per Canonizandum in eius vita, abſque eo quod probentur facta poſt mortem. Et in hoc placuit, quod non ſufficiant miracula in vita. quod etiam maiores noſtri ſequuti fuerunt *in relatione ſuper proceſſu S. Hiacynthi, c. 2 verſ. quibus addimus, & S. Franciſcæ part. 1. art. 1. verſ. quanto promiſſen* Et ratio eſt, quia in vita etiam mali quandoque faciunt miracula, vt ſuprà dictum eſt, vnde non eſt concludens argumentum ſanctitatis: poſt mortem autem non niſi ſancti faciunt miracula, vt videtur ſentire S. Thom. 2. 2. *quæſt. 178. art. 2.* Ceſſant enim rationes ſuprà ponderatæ, ob quas mali faciunt vera miracula, poſſet enim eſſe, quod non fuerint vera miracula, ſed illuſione diabolicæ, vt mediante illo ad cuius interceſſiones fiunt, homines adducantur in aliquem errorem, vt de geſtis per Simonem Magum, & de gerendis per Antichriſtum legitur. Poſt mortem autem ceſſat iſtud periculum, quando ille ad cuius inuocationem fiunt, nullum reliquit malum dogma, vel exemplum, per quæ poſſent fideles in errorem adduci. Præterea dato, quod miracula in vita fuerint vera miracula, & qui fecit, fuerit illo tempore in ſtatu perfectionis, potuit recedere à via ſalutis ante mortem: vnde legimus 3. *Reg. cap.* 3. de Propheta miſſo ad Roboam, qui apud illum fecit tria miracula, & poſtea ſeductus à quodam falſo Propheta contra præceptum Dei manducauit apud eundem Roboam, propter quam inobedientiam paulò poſt in itinere occiſus fuit à leone. Propterea concluditur requiri mira- 205
cula, quæ arguant ſanctitatem de tempore mortis. Ad illud autem, quod diximus, miracula non fieri per malos poſt mortem, non obſtat, quod textus *d. c. 1. de reliq. & vener. Sanct.* loquens de occiſo in ebrietate, ſubdat illa verba ibi, *etiamſi per eum miracula fierent.* Vnde videtur ſupponere, quod miracula per malos etiam poſt mortem poſſint fieri, quia textus ibi accipit *miraculum* largo modo, nempe pro portentu, & illuſione diabolica, quæ videntur miracula, cùm verè non ſint. Quod ſentit Gloſ. *ibi* ſuper verbo *miraculum*, quæ allegat pro concordia *text. in cap. teneamus quæſt. 1.* qui textus expreſsè loquitur de miraculis Magorum Pharaonis, & Simonis Magi; quæ certè non erant miracula. Demum illud omninò indicari volebat Papa *d. cap. 1.* non fuiſſe venerandum pro Sancto illum occiſum in ebrietate, etiamſi per eum ſibi viderentur fieri miracula, quia verè non fuerint miracula, ſed illuſiones diabolicæ fortè operatæ eo fine, vt populi non haberent pro malo ebrietatem, in qua ille homo occiſus fuerat; vel etiam Papa vſus fuit verbo *miraculo* ad tollendas iocculationes, quaſi dicat, ſiue ſit, ſiue non ſit verum miraculum, non licet vobis quemquam venerari pro Sancto ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ; ſed non proptereà ex ſuppoſito inferendum eſt ad aſſertionem affirmatiuam, quando ſequeretur abſurdus intellectus, *ad l. nam abſurdum, ff. de bon. libert. c. in Gen. de elect.*

206 Verùm licèt miracula in vita non ſint omninò concludens argumentum ſanctitatis illorum, tamen fuit ſemper habita magna ratio in Canonizationibus noſtri temporis, quia miracula regulariter non fiunt per malos, iuxta illud Ioan *c. 9. relat. in cap. verum, diſt. 2. Scimus, quia peccatores non exaudit Deus*, & dicit Beda relat. *in cap. quærendum, de pœnitent. diſt. 2.* quod Spiritus Sanctus illa operatur, vt interceſſores, quales intus ſunt, foris appareant; vnde quando operationes non diſcrepant, ſunt magnum argumentum Sanctitatis, vt dicit Anchar. *in cap. Venerabilis, num. 2. de teſtib.* Qua occaſione oritur alia dubitatio: An 207
vltra miracula poſt mortem de neceſſitate requirantur ad Canonizationem iſta miracula in vita, & licet gloſ. *in cap vnic. verb. Sedis Apoſtolica, verſ quærendum etiam eſt, de reliq. & vener Sanct. in 6.* Sylueſt. *in ſum. verb Canonizatio, num. 1. verſ. requiritur etiam,* Hoſtienſ. *in ſum de reliq. & vener. Sanct num. 1. verſ. item quærendum eſt* Bellam. *in c. Venerabilis, n. 2. verſ 4. nota. de teſtib.* Troyl. Maluet *tract. de Canon. ſanct. dub. 3. n. 37.* tenuerint pro affirmatiua, nos tamen credimus veriorem eſſe negatiuam, quam S. Thom. 2. 2. *quæſt. 178. art. 2 verſ 2.* Chaſſan. *Catal glor. mundi p. 3. conſ. 19. in princip.* Pacin. *in relat. Canonizat. S. Bernard. Senen. part. 1. art. 3.* & maiores noſtri *in relatione ſuper proc. S. Hiacynthi. cap. 3. verſ. quibus addimus, S. Raymundi p. 2. art. 7. verſ. nos licet, S. Franciſcæ, part. 1. art. 1. verſ. 5. permittendum. & S. Caroli part. 3. verſ. veritas eſt*, & etiam nos ipſi ſequuti fuimus in relatione ſuper proceſſu B. Thereſiæ *in princ. verſ. Et quamuis.* Cuius ratio eſſe poteſt illud, quod dicit S. Au- 208
guſtinus *lib. 83. qq. quæſt. 79. tom 4.* nempe quod in vita *Deus de facili non operatur miracula per interceſſionem Sanctorum, ne infirmi decipiantur, æſtimantes eſſe maius bonum miraculum, quàm opera iuſtitiæ, quæ iidem Sancti faciunt.* Vnde venerantur pro Sanctis Alexium

Romanum,

Digitized by Google

Romanum, & alios quoque, quorum Sanctitas fuit incognita, eorum vita durante, quod eſſe non poſſet ſi neceſſaria eſſet operatio miraculorum in vita, quod ſi illa fuiſſent, innotuiſſet illorum Sanctitas. Vnde prudenter etiam Eccleſia laudat virtutes Sanctorum in vita, & miracula poſt mortem illis carminibus:

Qui pius, prudens, humilis, pudicus,
Sobrius, caſtus fuit, & quietus,
Vita dum præſens vegetauit eius
Corporis artus.
Ad ſacrum cuius tumulum frequenter
Membra languentum modo ſanitati
Quolibet morbo fuerint grauata,
Reſtituuntur.

PARS TERTIA.

De modo probandi Sanctitatem, & miracula.

209 SAtis diximus de iis, quæ requiruntur in illo, qui pro Sancto debet Canonizari. Ceterum, quia in iure noſtro paria ſunt non eſſe, & non apparere, *l. penult. ff. de probat. cap. 1. iunct. cap. laudabili, de frigid. & malef.* & quod non eſt de actis rectè negatur eſſe in mundo. Caſtrenſ. *in l. ait prætor §. ſi Iudex, verſ. Et probo ff. de re iud.* Ideo ne quid in hac quæſtione deſideretur, neceſſarium videtur agere de probatione, non quidem in genere, & prout iſta materia eſt communis cum aliis, quia eſſet reuoluere immenſum pelagus probationum, ſed de quibuſdam ſingularibus, quæ occurrunt in materia Canonizationis.

In probationibus tria ſolent præcipuè conſiderari. Primum, quod probatio ſit legitimè propoſita, nempe coram habente poteſtatem illam recipiendi citatis citandis cum ſimilibus. Secundum, quod ſit perfecta in genere ſuo. Tertium eſt, quod eſt materia de cuius probatione agitur an ſit probabilis per illud genus ſeu gradum probationis.

§. I.

De prima conſideratione.

210 CIrca primum, quod ſcilicet probatio ſit legitimè propoſita. Primò occurrit dubitare, an probationes factæ coram Ordinario ſuffragentur ad effectum Canonizationis. Rationem dubitandi facit, quod actus Canonizationis ſine dubio eſt de reſeruatis Papæ *c. 5. & ibi gloſ. verſ. miracula.* Innoc *num. 2.* Hoſtien. *num. 3. & 7. cum pluribus ſeqq.* Pot. *num. 7. de reliq. & vener.* Gemin. *in cap. vnic. num. 11. eodem tit. in 6.* Bellam. & Aret. *in cap. Venerabilis, in 1. not. ante num. 1. de teſtib.* Caſtell. *tract. de Canoniz. Sanct. q. 1. verſ. per Papam,* & latiùs *q. 3. verſ. contrarium, cum plur. ſeqq.* Troyl. Maluet. *eod. tractat. dub. 2.* Vnde videtur, quod proceſſus tanquam neceſſarium antecedens Canonizationis (regulariter enim iudicatur ſecundum acta, & probata, *l. illicitas, §. veritas,* vbi Bart. & alij, *ff. de offic. præſid.*) ſit & ipſe reſeruatus, neceſſarium enim antecedens ſolet determinari ſicut ſuum conſequens, *l. 2. ff de Iuriſd. omn. Iud. l. illud, ff. de acquir. hæred.* Item cauſa propter quam Summis Pontificibus 211 ſit reſeruata Canonizatio, videtur eſſe ne in materia tam graui concomitetur error, verùm error Canonizationis poteſt oriri etiam ex proceſſu, quia regulariter Canonizationes fiunt ſecundum acta, & probata, vt dictum eſt, ergo id ius debet conſtitui circa proceſſum, quod circa Canonizationem, *ad l. Illud, ff. ad l. Aquil. cum concord.* In contrarium dicitur, quod Epiſcopus eſt iudex competens in qualibet cauſa occurrente in ſua diœceſi, *c cum contingat, de foro compet. c. conquerente,* & ibi Gloſ. *verb. Iuriſd. de offic. Iud. ordin. c. cum Epiſc. eodem tit. in 6. c. omnes Baſilic. 16. quæſt. 7.* Bellam. *conſ. 6. num. 4.* Verall. *deciſ. 306. p. 1.* Et proinde cùm non reperiatur Papæ fuiſſe reſeruatum pluſquam actum Canonizationis, cetera remanent in diſpoſitione Iuris, & ſic coram ordinario, *ad l. commodiſſimè ff. de liber. & poſthum.* Nec eſſe eandem rationem in proceſſu, quam in Canonizatione, quia in Canonizatione poteſt dici, quod ideò Papæ ſit reſeruata, quia debet facere ius in vniuerſa Eccleſia Catholica. Vnde non erat conueniens, quod fieret per particulares Epiſcopos, quibus extra ſuam diœceſim nulla debetur obedientia; & propterea potuiſſet euenire, quod quis in vna Diœceſi fuiſſet cultus pro Sancto, & in alia fuiſſet deteſtatus pro malo, quod eſſet mali exempli in Eccleſia Dei, & durum videtur dicere, quod diffidere debeamus de omnibus ordinariis, quibus ex diſpoſitione Diuina ſalus tot millium animarum eſt commiſſa. Et ad illud, quod ordinarij poſſint errare circa proceſſum, reſpondetur, quod ideo non errabit Papa in Canonizatione, quia verior videtur opinio, quod Pa- 212
pa cui aſſiſtit Spiritus Sanctus in iis, quæ concernunt ordinationem vniuerſalem Eccleſiæ Catholicæ, non poſſit errare in Faciendis Canonizationibus, de quo per Troyll. Maluet. *de Canoniz. §. Aggredior, num. 46.* latè Ambroſ. Cat. *de certa Sanct. glor. lib. 1. per tot.* Domin. Bannes 2. 2. *q. 1. art. 10 dub. 7.* Cardinal. Bellarm. *de Sanct. beatit. lib. 1. cap. 9.* Et propterea proceſſus Ordinarij poterunt deſeruire pro illa diligentia humana, quam Papa tenetur facere etiam circa ea, in quibus non poteſt errare, de quo per Bannes 2. 2. *q. 1. d. art. 10. dub. 3.*

Nos in hoc articulo ſequimur mediam opinionem, quam in effectu poſtremo loco ſequuti ſunt maiores noſtri *in relatione ſuper Canizatione S. Caroli, in verſ. Quia Mediolan.* quod ſcilicet probationes factæ coram ordinariis non reiiciantur, ſed cum illis ſolis non fiat Canonizatio, ſed addatur proceſſus Apoſtolica auctoritate fabricatus, qui ſi correſpondeat probatis coram Ordinario, ex omnibus ſimul iunctis proceditur ad Canonizationem. Hoc tamen, quod diximus habendam eſſe rationem proceſſus fabricati coram ordinario, intelligendum eſt, niſi Papa iam appoſuiſſet manus, quia tum non poteſt amplius inferior ſe intromittere. Mohed. *deciſ. 9. numer. 5. & 6. de prab.* Puteus *deciſ. 158. lib. 1.* Creſc. *deciſ. 2. de Paroch.* Quod autem diximus de non reiiciendis probationibus factis coram ordinario, procedere etiam in factis coram Vicario, tenuerunt maiores noſtri *in relat. ſuper proceſſu S. Raymundi, p. 1. art. 2. verſic quia omitto, & verſ. Ideoque, & verſ. Quod decretum.*

Secundò quæritur quis ſit ordinarius in iſtis mate- 213
riis, nempe vel ille in cuius diœceſi ſeruatur corpus Canonizandi, vel in cuius diœceſi extat fama Sanctitatis, ſiue ſucceſſit miraculum examinandi. Nos credimus vtrumque eſſe competentem Iudicem, quia materia Canonizationis eſt publica, cum reſpiciat gloriam diuinam, iuxta illud *Pſalm. 67. Mirabilis Deus in ſanctis ſuis,* & proinde videtur, quod iure ordinario poſſit recipere probationes, quæ occurrunt in ſua Diœceſi, cùm quælibet Diœceſis ſit ſub dominio illius, de cuius gloria agitur, iuxta illud Pſalmiſtæ: *Domini eſt terra, & plenitudo eius.*

Tertiò quæritur, an delegati per Summum Ponti- 214
ficem in hac cauſa poſſint ſubdelegare. Et in hoc non recedimus à regula Iuris, quod ſubdelegatus à Principe poteſt ſubdelegare, *leg. a Iudic. C. de Iudic.*

Clem.

Clem. vnic. de offic. deleg. c. is cui, eod. tit. in 6. nedum extraneum Iudicem, vt quotidie ſubdelegantur in remiſſorijs, ſed etiam poſſunt Iudices ſubdelegati ſe ad inuicem ſubdelegare, vt in ſpecie tradit Caſtill. *tract. de Canon. SS. q. 8. princ. §. quaro iuxta prædicta,* & fuit ſeruatum in proceſſu S. Didaci, de quo *in princ. relat. ſuper dict. proc. S. Franciſca in ſuis relat. p. 1. art. 3. verſ. 1. Itaque.*

215 Quartò quæritur, an in formando iſto proceſſu aliquis ſit citandus, & ſignanter Procurator Fiſcalis. Et in hoc ſequimur deciſionem Ægidij 731. *incip. Extra Rotam*, quam ſequuti fuerunt maiores noſtri, nempe in S. Hiacynthi, Raymundi, & aliis relationibus, & vltra rationes alias allegatas nos mouet, quod iſta materia reſpicit cultum diuinum, non autem intereſſe Fiſci repræſentatum per Procuratores Fiſcales.

216 Quintò quæritur, an Notarij Imperiali tantum authoritate poſſint rogari de proceſſibus Canonizationum. Quod dubium occurrit de facto in cauſa S. Didaci, S. Raymundi, & S. Franciſcæ, in quibus fuit tantum pro affirmatiua, ea ratione, quod rogatus non eſt actus Iuriſdictionis, cuius ſunt incapaces laici in materia Eccleſiaſtica, qualis eſt Canonizatio; ſed eſt mera probatio, vnde ſicut poſſunt laici teſtificari in cauſis Eccleſiaſticis, ita in eiſdem poteſt Notarius laicalis facere fidem de actitatis, *ad l. Domitius, ff. de teſtib.* Et quia iſtud non eſt niſi nudum miniſterium, quod laici præſtare poſſunt in cauſis Eccleſiaſticis, *cap. 1. de prabend. in 6.* Et quicquid dicendum foret, ſi Notarius Imperialis propria auctoritate ſe ingereret interrogando de actu Eccleſiaſtico, ceſſat difficultas in iſtis proceſſibus, in quibus ſemper interuenit auctoritas Iudicis Eccleſiaſtici, qui illum videtur approbare, vt conſiderarunt maiores noſtri in relatione S. Raymundi *p. 1. art. 2. in fin.*

217 Sextò quæritur, an poſſit in hac materia committi Notario examen, & receptio Iuramenti teſtium. Et licet ſtylus ſit quod delegati examinent per ipſos, vt fuit dictum in relatione S. Caroli, & paſſim fieri conſueuit, tamen ſoluitur examen teſtium factum à ſolo Notario, qui etiam recepit iuramentum, vt in relatione proceſſus S. Raymundi *p. 1. art. 2. verſ. Quia conſueuimus,* & S. Franciſcæ *p. 1. art. 4. in fin.* Ea fortè ratione, quod Notarius ſecundùm regulas Iuris poteſt hoc facere in aliis materiis. Mohed. *dec. 4. de teſt.* Ægid. *dec. 43.* Bald. *in l. Iudices, n. 1. verſ. Quaro nunc quid, C. de fid. Inſtrum.* Abb. *in cap. cùm cauſam, n. 2. in fin. de teſtib.* Veſtr. *in prax. lib. 6. cap. 1. num.* ergo, & in materia Canonizationis, cùm non reperiatur prohibitum *ad l. Commodiſſimè, ff. de liber. & poſthum.*

§. II.

De ſecunda conſideratione.

218 Circa ſecundam principalem conſiderationem, an probatio ſit perfecta in genere ſuo, vel ſuo gradu, ponderandum eſt, quod imperfectio poteſt contingere aut ex vitio extrinſeco, putà quod non adſit ſufficiens numerus teſtium, vel quod patiantur exceptiones, per quas de Iure non debebant admitti ad probandum; vt quia vel commodo, vel quæſtu, vel ſtudio diuturno, aut alia quacunque de cauſa, præterquam Sanctitatis, & diuinæ gloriæ; aut verò ex vitio intrinſeco, nempe quia teſtes non concludunt in dicto, vel articuli non complectuntur omnia probanda. Circa primum defectum occurrit dubitare, an teſtes de Religione Canonizandi ſint admittendi: & repetimus fuiſſe admiſſos in pluribus Canonizationibus, nempe S. Hiacynthi, S. Franciſcæ, & aliis, ea ratione, quia vel hæc non eſt cauſa particularis ſui Conuentus, ſed vniuerſæ Eccleſiæ Catholicæ, vel etiamſi eſſet, de iure poſſunt Religioſi examinari in cauſa ſui Monaſterij. Gloſſ. *in §. cogitandum, verb. teſtes, auth. de Monach.* Bald. *in c. tertio loco, n. 4. de probat.* Hentic. Bœc. *in cap. Inſuper, num. 11. & 15. de teſtib.* Dec. *conſ. 62. in princ.* Afflict. *deciſ. 400. n. 2.* Verum quidem eſt, liberum eſſe Iudici propter præſumptam affectionem, vel circunſtantias facti, aliquid minus tribuere illorum depoſitioni, ſicut diximus de teſtibus in cauſa ſuæ vniuerſitatis, qui propter præſuppoſitam illorum affectionem minùs probant. Dec. *in cap. Inſuper, num. 7. de teſtib.* Crauett. *de antiq. temp. part. 1. verſ. quod in libro, num. 8.* Menoch. *de arbitr. caſ. 106. in princ. & num. 9.* Afflict. *d. dec. 400. num. 4.*

Quoad ſecundum quæritur primò, an ſit perfecta probatio, quod teſtes deponunt in genere ſuper ſanctitate, putà quod quis fuerit communiter habitus Sanctus, vel potius ſit neceſſarium, quod deſcendant ad aliquas ſpecies virtutum. Pro affirmatiua facit quod poſitionem generis ſequitur poſitio ſpeciei, *l. ſi Chorus in princ. ff. de leg. 3. l. ſi ita vſus ff. de vſu, & habit.* & proinde probato in genere, quod quis fuerit Sanctus, erunt probatæ ſingulæ ſpecies virtutum contentæ ſub nomine Sanctitatis, vt diximus *ſupr. in 1. part.* Contra eſt, quod in exiſtimanda hac Sanctitate populi de facili decipiuntur non ſolum circa intrinſeca propter hypocriſim multorum, verùm etiam circa extrinſeca: nam omiſſis gentilibus quorum inſania illuc vſque deuenit, vt cui adulteria, ſtupra, & alia peiora attribuerent (ſcilicet Ioui) eundem optimum maximum appellarent, de populis fidelibus dicit Eccleſiaſt. cap. 8. *Vidi impios ſepultos, qui etiam cum adhuc viuerent, in loco ſancto erant, & laudabantur in Ciuitate quaſi bonorum operum.* Et Papa *in d. cap. de reliq. & vener. Sanct.* reprehendit quoſdam Chriſtianos, qui occiſum in potationibus, & ebrietate pro Sancto venerabantur. Nobis placuit praxis modernorum proceſſuum, quod deſcendatur ad ſpeciem per rationes proximè ponderatas, vt Summus Pontifex poſſit meliùs arbitrari an fuerit vera Sanctitas, vel ficta, aut à populis malè exiſtimata, probatio enim ſpecialis eſt magis certa, vnde ſemper præfertur generali. Innoc. *in cap. auditis, n. 4 de praſcript.* Alex. *conſ. 148. num. 4. lib. 2.* Cagnol. *in l. in tot. num. 2. ff. de reg. iur.* Crau. *conſ. 94. num. 3.* 219

Non tamen eſt omninò reiicienda iſta probatio generica, quia in iis, quæ referuntur ad virtutem nominis, multùm defertur communi reputationi. Bald. *in l. prouidendum, Cod. de poſtul.* propterea illius ſemper magnam rationem habuerunt noſtri maiores in modernis relationibus, maximè quando eſt continuata per magnum temporis ſpatium, quia non eſt veriſimile, quod in materia tam graui Deus permittat populos fideles errare per magnum temporis ſpatium, vt dixerunt maiores noſtri in relatione ſuper proceſſu S. Hiacynthi *ad fin. verſ. Ceterum*, & S. Raymundi *part. 2. art. 2. verſ. pro quibus.* Et ſicut ad probandum delicta in ſpecie multum defertur genericæ diffamationi, *l. de minore, §. tormenta.* & ibi Gloſ. *verb. examinationis,* Bart. *n. 4. ff. de quaſt. cum aliis* per Gomez *var. reſol. lib. 3. c. 13. num. 20.* ita è conuerſo ad probandum virtutes in ſpecie multum confert fama ſanctitatis in genere, vt contrariorum eadem ſit diſciplina, iuxta *not. in l. 1. ff. de iis, quæ ſunt ſui vel alieni iur, & in l. & ſi contra, ff. de vulg. & pupil.* 220

Secundò è conuerſo dubitatur, an ſit neceſſarium probare, quod Canonizandus excelluerit in ſingulis ſpeciebus virtutum, vel potius ſufficiat probare aliquam virtutem in ſpecie, & poſtea ſanctitatem in genere. In hoc placuit nobis ſententia poſterior; quia pro ſanctitate non eſt neceſſarium, quod 221

Canonizan-

Canonizandus ſe exercuerit in omni ſpecie virtutum, vt exemplo S. Pauli primæ Eremitæ, & aliorum latè probat Simoneta vir noſtri Collegij *in relat. S. Franciſci de Paula. verſ. poſtremò non omittens.* Et proinde ſi Canonizandus ſe non exercuit in omnibus, impoſſibile eſt probare omnes ſpecies, & excellentiam, quæ non niſi per actus exteriores dignoſcitur.

122 Tertiò ex iſtis reſultat quæſtio, an ſcilicet adſit aliqua virtus priuilegiata, ita vt ſit in ſpecie probanda. Nos fuimus in voto, quod ſaltem excellentia virtutum Theologicarum ſit in ſpecie probanda, cum in illis conſiſtat ſanctitas, vt latè explicauimus *ſup. part.* 1. & ſignanter viſa fuit neceſſaria probatio fidei non quia fides ſit maior cæteris, cum immò charitas ſit maior illa. S.Paul. 1. *Corinth. cap.* 3. & probauimus *dict. part.* 1. ſed quia etiam infideles prætendunt ſe habere virtutes, tam Theologicas, quàm morales, amant enim illum, quem credunt eſſe Deum, & ab illo ſperant bona, & propter hoc etiam aliquando benè ſe habent circa mores: cum tamen ex præfatis veras virtutes minimè conſequantur; nam ſine fide impoſſibile eſt habere veram ſpem, & veram charitatem, &c. quomodo enim poſſet quis ſperare in Deum, quem non credit, aut illum amare, vt dicit S.Greg. *in Ezechiel.* & quoad mores, vltra quod ſine fide Impoſſibile eſt multùm proficere in illis, vt probauimus *ſup. part.* 1. etiamſi viderentur optimi, ſine fide non erant virtutes, ſed falſa ſpecies illarum, vt probat S.Auguſtinus relat. *in cap. penult.* 28 *quæſt.* 1. Ex quibus apparet probationem fidei eſſe admodum neceſſariam in cognoſcendis aliis virtutibus. Vnde Canoniſtæ paſſim explicant excellentiam fidei, cæteras verò virtutes ſub vno nomine ſanctitatis vitæ, vel excellentiæ vitæ pertranſeunt. Ita Innoc. in ſæpe alleg. *cap.* 1. *de reliq. & vener. SS.* vbi Hoſtienſ. *num.* 5. Ioan. Andr. *num.* 4. Butr. *num.* 7. & alij. Cæterùm, quia excellentia fidei, ſicut aliæ, virtutes tanquam conſiſtentes in animo Canonizandi non poſſunt probari niſi per ſigna exteriora, quæ ſigna in eo quod ſpecialiter ſpectat ad fidem de facili non occurrunt, quando Canonizandus vixit inter Catholicos, quandoquidem inter iſtos non occurrit oſtendere ſe paratum martyrio, vel ardenter inſectari hæreſes, & ſimilia, quæ propriè ſpectant ad fidem, exiſtimamus ſufficere, quod appareat de Baptiſmo, & profeſſione nominis Catholici. Ex quibus probatur fides Catholica. Simonet. in relatoione ſuper proceſſu S. Franciſci de Paula *verſ. quod ſi æquus rerum Iudex.* Excellentiam autem fidei petendam eſſe, vel ex magna ſpe, & confidentia, vnde Centurio, & Cananæa, qui illas habuerunt, per Chriſtum fuerunt laudati de fide, Matth. *cap.* 8. Luc *cap.* 7. & è conuerſo Petrus, qui ambulans ſuper aquas in ea defecit, reprehenditur à Domino tanquam *modicæ fidei*, Matth. *cap* 8. vel ex contemptu rerum temporalium. S. Auguſtinus *ſuper illo Paul. ad Hebræos* 2. *fide Moyſis grandis factus.* S. Anton. *part.* 4. *cap.* 3. §. 7. Denique per excellentiam operum. Nam ſi verum eſt, vt eſt veriſſimum, quod *fides ſine operibus mortua eſt*, S. Iacobus *in epiſt.* & *qui bona opera non facit, Chriſtum dicatur negare*, S. Gregor. *in homil. Aſcenſionis* ſuper illo Matt. *cap.* 16. *Qui verò non crediderit condemnabitur*, vbi refert Paulum, & Ioannem ſic dicentes, erit etiam verum, quod quanto maiora erunt opera, maior erit fides, arguendo à contrariis, vt idem operetur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, de quo *in l. fin.* & ibi Bart. *ff. de legat.* 3. Bald. *in l.* 1. *num.* 3. *C. quando liceat ab emptione diſc.* Iaſ. *in l. ſi ex tot. num.* 1. *ff. de leg.* 1. Et quod fides ſe extendat ad operationem, docet S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 9. *art.* 3. Et ſignanter ad probandam excellentiam fidei multùm conferunt miracula operata per Canonizandum in vita, quæ regulariter procedunt à magna fide, iuxta illud Marci 11. & D. Pauli 1. *ad Corinth. cap.* 13. *Etſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam*, iuxta ponderata vbi ſuprà, S. Chryſoſt. *homil.* 19. dicit, *fidem eſſe matrem ſignorum.*

Non omittimus, quod fama ſanctitatis, & virtutum Canonizandi debet eſſe continuata poſt mortem. Vnde in proceſſu ſuper Canonizatione Sanctæ Franciſcæ, licet in proceſſibus fabricatis per multum tempus antè eſſet plenè probata fama ſanctitatis, & deuotio populorum erga illam, voluerunt tamen maiores noſtri, quod probaretur continuatio vſque ad diem reaſſumpti negotij, & proinde ſuper hoc fabricarunt nouum proceſſum, moti fortè ea ratione, quod licèt Deus per aliquod tempus permittat populos fideles errare in exiſtimatione ſanctitatis, vt exemplo ebrioſi de quo *in cap.* 1. *de reliq. & vener. SS.* ſuprà demonſtratum, & legitur de quodam inſtitutore hæreſis Fraticellorum; non tamen permittit hoc per valdè longum tempus. Simonet. *in d. relat.* ſuper proc. S. Franciſci de Paula, §. *Vltra hæc quæ ratione.* Nec eſſe properandum in Canonizationibus Sanctorum, docent Hoſtienſ. Io. Andr. Butr. & Auguſtin. Triumph. *tract. de Eccleſ. poteſt. quæſt.* 16. *art.* 12. & fuit dictum in relat. ſuper proceſſu S. Franciſcæ *part.* 3. *art.* 7. & hic applicatur, quod dicit Paulus *relat. in cap. quid eſt*, 78. *diſt. nemini citò manus imponas*, & Leonis Papæ *in cap. Miramur*, 60. *diſt.* quod *cæleſtes dignitates. & diuina munera non ſunt niſi ſpatio temporis diſpenſanda.* Et hæc quantum ad Sanctitatem, ſed circa miracula in hoc ſecundo eſp. occurrit. 123

Primò videre, quomodo teſtes poſſint concludere miracula in dicto, cum miraculum non habeat ſua principia, ex quibus perficitur cognitio, vt per Ioan. Andr. *in cap.* 1. *num.* 4. Monach. *n.* 12. *verſ quia directè.* Gemin. *num.* 8. *verſ. nam probatio, de confeſſ. in* 6. Archid. *in cap. nec mirum, num* 6. *verſ. quia directa*, Bellam. *num.* 3. *eod. verſ.* 26. *quæſt.* 5. Ad hoc reſpondetur, quod miracula non probantur directè, ſed indirectè, quippe cum videmus aliquid quod ad principia naturalia reduci non poteſt indirectè, & per conſequentiam miraculum dicimus. Ita Archid. *in dict. cap. nec mirum, num.* 6. Bellam. *num.* 3. *ver. ſed dico quod indirectè*, 26. *quæſt.* 5. Ioan. Monach. *d. cap.* 1. *n.* 12. & 13. Gemin. *num.* 8. *de confeſſ. in* 6. Caſtel. *tract. de Canoniz. quæſt.* 7. *in princ.* Simonet. *in relat. S. Franciſci de Paula*, §. *Illud tamen.* Hinc infertur, non ſufficere, quod teſtis dicat N. miraculosè fecit talem rem, ſed debet referre circumſtantias facti, ex quibus S. V. poſſit arbitrari, an verè illud factum fuerit miraculum, & hoc etiam non interrogatus, ex quo res non eſt perceptibilis ſenſu corporis ipſius teſtis, iuxta not. per Ab. poſt Innoc. *in l. cum cauſam* 1. 12. *num.* 6. Felin. *n.* 3. *verſ fallit* 2. *de teſtib.* Alex. *conſ.* 198. *n.* 5. *lib* 2. & tradunt in ſpecie Bald. *in l. Solam, n.* 11. *C. de teſtib.* auth. *in cap. vener. in fin. eod. tit.* Caſtell. *tract. de Canoniz. q.* 7. *verſ. adde etiam præfatos.* 124

Vnde etiam poteſt negatiuè reſolui alia quæſtio, an ſcilicet ſufficiat, quod teſtis deponat ſe ſcire, vel publicam vocem, & famam eſſe, quod N. fecit miracula, abſque eo quod deueniat ad miracula indiuidua. Pro quo faciunt ea quæ diximus ſuprà circa probationem ſanctitatis in genere in principio huius §. *in verſ. quoad* 2. Maiores tamen noſtri habuerunt ſemper rationem famæ miraculorum, & multitudinis tabellarum votiuarum, & donariorum, exiſtimantes impoſſibile eſſe, quod in exceſſiua quantitate illorum non adſint vera miracula; & quod tot fideles in eadem re fuerint decepti. Ita in relatione S. Hiacynthi *fol.* 24. *verſ. & quamuis*, ac *fol.* 51. *verſ. poſtremò*, & S. Raymundi *part.* 2. *art.* 2. *verſ. quæ continuata.* 125

Item

Digitized by Google

126 Item quæritur quomodo probetur miracula fuiſſe facta ad interceſſionem talis, vel talis; nam certum eſt non ſufficere ad effectum Canonizationis N. probare, quod fuerit factum miraculum, ſed oportet probare, quod fuerit factum ad interceſſionem dicti N. Reſpondetur interceſſionem probari quocunque modo dictus N. fuerit inuocatus, & ſtatim fuerit ſequutum miraculum, ſiue in perſona inuocantis, ſiue tertij, ſuper quo fuerit facta inuocatio, etiam in abſentia illius, iuxta illud Ioannis *cap. 4. de filio reguli*, in cius abſentia à Chriſto Domino noſtro ſanato: quin ex ſolo contactu Canonizandi probatur interceſſio ad exemplum Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Luc. *cap. 6. Virtus de illo exibat, & ſanabat, &c.* & in relatione Sanctæ Franciſcæ *part. 3. art. 2. mir. 10. in fin. & mirac.* 11. & B. Thereſiæ *mirac. 2. in vita.* Item ex contactu veſtium inuocati, vt in relatione ſuper procur. S. Franciſcæ *part. 3. art. 2. mirac.* 11. & S. Caroli *part. 3. mirac. 14. poſt mortem.*

§. III.

De tertia conſideratione.

127 Remanet tertia, & vltima conſideratio, quod ſcilicet materia ſit probabilis per illum gradum probationis, vnde occurrit videre, qui gradus probationis requirantur in hac materia. Et quidem quod ſufficiat minor ſemiplena, non eſt qui aſſerat, ſed an ſufficiat ſemiplena, ſtat difficultas. Pro affirmatiua adducitur, quod hic non agitur de præiudicio tertij, vt latè per Ægid. *deciſ. 672. & 673.* vbi autem non agitur de præiudicio tertij, ſolet ſufficere ſemiplena probatio Innoc. *in rubr. de conſecr. Eccleſ. num.* 1. Butr. *in cap. propoſuiſti, num.* 7. Ioan. Andr. *num.* 8. Abb. *num. 6. eod. tit.* ſeu dictum vnius teſtis, qui aliàs non facit niſi ſemiplenam probationem, vt per Bart. *in l. admonendi, num. 36. ff. de liber. & poſth* tradiderunt in ſpecie Bald. *in cap. licet vniuerſi, num.* 4. Felin. *in fin. de teſt.* Iaſ. *in repet l. admonendi, num. 198. ff. de iureiur.* Lap. *alleg. 104. in fin.* Cuius dicti illa ratio aſſignari poteſt, quod ceſſat omnis ſuſpicio ſubornationis, cum non adſit cuius interſit fieri Canonizationem, ceſſante verò commodo, debet ceſſare omnis præſumptio doli, & ſimulationis, *l. & eleganter, §. final.* vbi Bart. *in ſumm. ff. de dol.* Alex. *conſ. 127. num* 11. *lib.* 4. Crauett. *conſ.* 319. *num.* 3. Ruin. *conſil. 8. in fin. lib.* 4. Corn. *conſ. 3. num. 9. lib.* 3. Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt.* 130. *num.* 42. Confirmantur præfata: quia illa, quæ ad Canonizationem requiruntur, regulariter non niſi inter Catholicos eoſdem magis deuotos, ac Dei timoroſos eueniunt, vnde fit veriſimile, quod non velint peccare in eo, quod principaliter profitentur, *l. 1. C. de præd. decur. lib. 10. l. 2. de offic ciuil. iud.* Bald. *in l. accuſationis, num. 2. C. quod met. cauſ.* habemus exemplum Sancti Leonis Papæ Tertij, qui Canonizauit Sanctum Guilbertum cum ſolo libro ſcripto per Marcel. Presb. de quo teſtatur Sanctus Lugdelus *in epiſt. ad Perfridum Epiſcopum Traiecten. cap. 9.*

128 In contrarium, quod requiratur plena probatio, ſuadet in primis grauitas cauſæ, quia agitur de violando Chriſti corpore, nam vt dicit S. Hieronymus *relat. in cap. Si quis dixerit, 11. quæſt. 1. Si quis dixerit non iuſtum, iuſtum, abominabilis eſt Deo: ſi verò non Sanctum, Sanctum, Chriſti corpus violat.* Vbi ponderanda eſt illa diſtinctio inter Sanctum, & iuſtum, vt cognoſcamus non ſolum errare, qui dixerit non Sanctum, hoc eſt hominem præditum bonitate ordinaria, Sanctum, id eſt, perfectum: quod probatur ratiocinando ſecundum ſimilitudinem corporis, & membrorum, de quibus *in dict. cap. Si quis:* etenim ſicut violaretur corpus humanum non ſolùm per appoſitionem membri, quod non eſſet membrum humanum, ſed etiam per appoſitionem membri humani, loco tamen incongruo, purà ſi pes collocaretur loco manus, ita quantum in nobis eſt vitiaretur corpus Chriſti, non ſolum ſi non iuſtus inter iuſtos collocaretur: verum etiam ſi ſimpliciter iuſtus inter Sanctos, hoc eſt perfectos, & electiſſimos poneretur.

Secundò, quod requiratur plena probatio facit, quia multi in hac vita ſunt hypocritæ, & incedunt induti veſtimentis ouium, cum tamen intus ſint lupi rapaces. Matth. *cap.* 7. & propterea ſicut ſimulant ſanctitatem, ita poſſent etiam confingere miracula, niſi cautè procederetur. 129

Tertiò iſte videtur ſenſus Doctorum, dum ponunt antequam committatur cauſa ſuper Canonizatione, faciendum eſſe proceſſum informatiuum, an cauſa ſit committenda, & alia plura, de quibus per Hoſtienſ. *in dict. cap. 1. num.* 1. quem ſequuntur Ioan. Andr. *num.* 3. Butr. & Abb. *num. 5. de reliq. & vener. SS.* Chaſſan. *Catal. gloriæ mundi, conſider. 50. lat.* Troil. Malu. *de Canoniz. dub. 4. num. 7. cum plur. ſeqq.* quæ quidem diligentiæ minimè fiunt in cauſis ordinariis. Signum ergo eſt euidens, quod iſta materia non eſt leuiter tractanda, & cum ſemiplena probatione concludenda.

Ad primum contrarium argumentum, quod non agatur de præiudicio tertij, reſpondetur non agi de præiudicio hominis particularis, ſed Chriſti, & eius Eccleſiæ, cuius intereſt, ne quantum in nobis eſt, apponamus membrum Chriſto, quod verè non ſit, vel apponamus loco incongruo, & deformetur Eccleſiaſtica Hierarchia: vnde dicitur agi de præiudicio omnium, quia cauſa Religionis, & pietatis dicitur cauſa publica, *l. ſunt perſonæ*, vbi Albert. & alij, *ff. de relig. & ſumpt. funer.* 130

Ad ſecundum, quod non ſit veriſimile teſtes in hac materia, in qua nihil temporale poſſunt lucrari, vel ex ſe ipſis delaturos, vel ab aliis ſubornandos. Reſpondetur, hanc veriſimilitudinem non procedere reſpectu malitiæ, & pecuniæ, ſed reſpectu affectionis, & imperfectæ deuotionis aliquorum, qui exiſtimant bonum opus agere ſi addant aliquid de ſuo, in honorem illius, quem iam animo ſuo conceperunt pro Sancto. Præterea teſtis vnicus non ceſſat facere plenam probationem, ex eo ſolum quod dubitetur de illius fide, ſed etiam, quia dubitatur de eius ſenſu, & intellectu, quandoquidem docet experientia plures homines, vel propter copiam humoris melancholici, vel aliàs propter imbecillitatem humanam exiſtimare ſe vidiſſe, quod non viderunt. Vnde propter hanc etiam cauſam atteſtatio plurium deſideratur, vt conſideratur Rota in cauſa Calaguritana liquidationis 9. Iunij 1614. coram me Sacrato. 131

Ad tertium de exemplo Papæ Leonis Tertij, reſpondetur non conſtare, quod non adeſſet alia probatio, quàm illa, quæ habebatur in illo libro. Item poſſe eſſe, quod Papa fuerit ductus particulari impulſu Spiritus Sancti in illo caſu, iuxta illud Pauli relati *in cap. duæ ſunt.* Vnde caſus non eſt trahendus ad exemplum, & nos cum hac poſteriori opinione tranſimus, cum moderamine tamen, quod ſufficiat ſemiplena in caſu, in quo duo concurrunt, nempe quod plena haberi non poſſit, & quando miraculum eſt certum, & quæritur tantùm de interceſſore, vel circumſtantia. prout quando inuocatur Sanctus in corde ſolùm per illum, qui obtinuit miraculum, vel quando illi ſoli apparet viſio. Ita in relatione S. Franciſcæ *part. 1. art. 3. mirac. 8. ead. part 1. art. 3 mirac. 9.* Sancti Caroli *part. 3. mirac. 4. & 78 poſt mortem.* S Raymundi *part. 2. art. 2. verſ. nos autem*, quæ diſtinctio fundatur duplici ratione: prima, quia quando materia 132

de ſui natura eſt difficilis probationis, admittuntur probationes, quæ aliàs non admitterentur. Iaſon *in l.1. in 2. lect. num.48. in fin. & num.50. Cod. de Sum. Trinit. & fide Cathol.* Dec. *conſ.342. num.* 2. & 3. Grammat. *conſ. ciuil.*50. *num.*14. Secunda, quia circumſtantiæ, & qualitates faciliùs probantur, quam ipſa rei ſubſtantia, hoc eſt miraculum. Angel. *in l. ſi certis annis, num.* 11. *Cod. de pact.* Soc. *conſ.* 164. *num.*10. *lib.*2. Dec. *conſ.*442. *num.*22. Surd. *dec.*322. *num.*7.

233 Non tamen requiri pleniſſimam probationem exiſtimamus, ſed ſufficere vnum teſtem de certa ſcientia cum duobus de publica voce, & fama, vt fuit ſæpè firmatum per maiores noſtros in relatione S. Franciſci de Paula, §. *videri*, S. Hiacynthi *fol.*51. *verſ. Superioribus annis*, & in relatione S. Caroli, ac aliis.

234 Et propterea non requiri in hac materia qualitatem, quod teſtes probent omni exceptione carentes, ſed ſufficere, quod non appareat Canonicum impedimentum, vt euenit in relatione S. Hiacynthi *fol.*15. *verſ. quatenus ad teſtium qualitatem*, & alibi: & ſignanter fuit ſæpius reiecta opinio Vincentij, quod ſit neceſſarium omnes teſtes deponere de omnibus miraculis. Ita in relat. S. Franciſci de Paula, §. *non omitto*, in S. Hiacynthi *fol.*50. *verſ. nam præterquam.* Satis etiam fuit, & de bono, & de æquo in huiuſmodi cauſis, vt ſemper actum reperimus per maiores noſtros, & quantum fieri potuit, fuerunt ſaluati proceſſus, & probationes. Vnde in cauſa S. Hiacynthi fuerunt ſaluati teſtes, qui non concordabant de anno miraculi, vt legitur *fol.*48. *verſ. ſed leuem*, & in relat. S. Franciſcæ, qui non concordabant de verbis dictis à Canonizando, vt *part.3. art.2. mirac.*4. & ibidem *part.1. art.6. verſ. nec obſtare diximus*, & ſuper ſingulis articulis poſſe Notarium ſcribere, quod dixerunt omnes teſtes, & ſic ſcindere in partes depoſitionem, in eadem S. Franciſcæ *dict. verſ. neque obſtare*, & in S. Caroli *part.1. ſuper valid. proceſſus vig. remiſſ. verſ.* 3. *reſpectu iuramenti fuerunt ſaluati teſtes*, in quorum iuramento Notarius non dixerat, *tactis*, &c. ſtante, quod iuramentum fuerat præſtitum in præſentia Iudicum, ſicut etiam *ibid. verſ.*2. *Cenſuimus cum tribus ſeqq* fuerunt ſaluati teſtes non examinati ſuper omnibus interrogatoriis, ex quo interrogatoria erant irreleuantia, quoad articulos ſuper quibus illi teſtes erat examinandi, non obſtante, quod regula ſit, quod teſtes debeant examinari ſuper omnibus interrogatoriis, *cap per tuas*, vbi Abb. *num* 1. *verſ. & nota in quantum*, Felin. *num.*20. *verſ item fallit niſi dolo, de teſtib.* Alex. *conſ.*104. *in fin. lib.*5. & *in ead part.1. ſuper valid proc.vig. remiſſ. verſ. cæterum conſider.* admiſſi ſunt teſtes examinati ſuper articulis additionalibus datis in partibus pro explicatione cuiuſdam articuli dati in Curia. Rurſus *in eadem part.3. mirac.*18. *poſt mortem*, habetur ratio dicti cuiuſdam ſanati de iis, quæ illi euenerunt in infantia, & in S. Didaci, & S. Hiacynthi *fol.*22. multum defertur libro ſcripto de vita Canonizandi, & in eadem S. Hiacynthi *fol* 4. *cum trib. ſeqq.* ſaluatur proceſſus non exiſtens in forma probanti ex quibuſdam tantùm circumſtantiis, vt in S. Hiacynthi *fol.* 22. *verſ. nec eſt nouum, cum ſeqq.* & in S. Franciſcæ *p.* 2. *art.*12. enumerantur multæ Canonizationes factæ ex ſolitis libris.

PARS QVARTA.

De Sanctitate Beati Andreæ Corſini: principium.

Dicturi de ſanctitate huius ſerui Dei proponemus primo loco argumenta, ex quibus probatur ſanctitas in genere, quod quidem genus probationis multùm confert ad probandum Sanctitatem in ſpecie, vt diximus ſupra *part.*2. §.2. *verſ. quoad ſecundum.* Secundò proponemus argumenta ſuper particularibus virtutibus. Tertiò agemus in ſpecie de excellentia fidei. 235

§. I.

De Sanctitate in genere.

Sanctitas igitur in genere probatur primò ex communi opinione totius populi, & deuotione fidelium erga hunc Dei famulum, & concurſu ad eius ſepulturam, & inuocatione illius interceſſionis pro habendis gratiis cum affixione tabularum votiuarum, & ſignorum pro gratiis receptis, quæ omnia fuerunt continuata per ſpatium 240. annorum, quod factum probant 7.8 15.22.25.33.37. & plures teſtes iuxta 10. & ſuper 38. 39. & 40. de viſo, & certa ſcientia, quoad noſtræ memoriæ tempora, & publica voce, & fama, quoad antiqua, quæ publica vox, & fama ſufficit quoad antiqua. Bald. *in l propriet. num.3. Cod. de probat.* Alexand *in l. rem quæ, num.* 16. *de teſt.* Cranett. *de antiq. tempor.* §. *viſo in hac prima parte*, Caſſad. *deciſ.2. de probat.* Verall. *deciſ.* 344. *num.*3. & 347. *num.*4. *part.*3. Rot. *deciſ.* 178. *num.3. part.1. diuerſ.* accedente maximè pro adminiculo inſtantia Reipublicæ Florentinæ, quod iſte Canonizaretur pro Sancto, de qua conſtat ex diuerſis litteris miſſiuis ſcriptis, & inſtructionibus datis eius Oratoribus *in Proc. actor. fol.* 294. *& ſeqq.* & etiam præfata communis reputatio ſanctitatis probatur ex quamplurimis hiſtoriis, quarum aliquæ ſunt antiquæ, vltra 100. annos, & aliæ grauiſſimorum virorum, vnde illis multùm defertur in hac materia, *cap.1. in fin. de Sac. Vnct. gloſſ in cap inter dilectos*, §. *ſed contra, verb. magis*, & ibi Abb. *num.*13 *in fin. de fid. inſtrum.* Bart. *in l.1. num.*22. Iaſ. *num.*25. Dec. *num.* 2. *in fin.* Bologn. *num.*49 *ff. ſi cert. pet.* Felin. *in cap. ſecundò, num.*49. *de reſcript.* Mil. *in verſ. ſcriptura noui, & veteris, verſ. quædam enim*, Soc. *reg.*238. *incip Liber ſeu ſcriptura, fall.*2. Natt. *conſ.*636. *num.* 91. *lib.*3. & ſignanter in hac materia Canonizationis Caſtel. *tract. de Canoniz. quæſt.7. verſ. quæro an in Canonizatione Sanctorum Chronicis*, & maiores noſtri in relatione ſuper proceſſu S. Hiacynthi, *fol.*28. *verſ. nec prædictorum fides*, & S. Raymundi *p.2. art.2. verſ. hic verò, cum duobus ſeqq.* 236

Secundò habemus cultum publicum, & non niſi ſanctis debitum, ſiquidem dies eius obitus tanquam feſtus cum Miſſa, & officio proprio ante annum 144. vſque in præſens fuit ſemper celebratus in Eccleſia B. Mariæ de Monte Carmelo Florentiæ, in tota diœceſi Feſulana, vt probatur ex dicto officio relato in librum aſſeruatum in Sacrario Eccleſiæ Feſulanæ, & inde extracto in dicto proceſſu actorum, *fol.*252. & 238. & per 7.8.15.22.25.33.37. & alios teſtes, ſuper 37. quin hoc idem fuit obſeruatum in toto ordine Carmelitano, vt habetur in eius Miſſali, & Breuiario impreſſo vſque de anno .. Et cùm Epiſcopus Feſulanus anno 1537. (neſcitur de qua cauſa) conſuluerit fel. record. Gregorium XIII. ſuper celebratione huius feſti, 237

Cardinalis

Digitized by Google

Cardinalis Sirletus per ſuas literas reſpondit, Papam annuiſſe, vt poſſet celebrari Miſſa, & officium proprium iuxta Miſſale, & Breuiarium Carmelitanum, quod factum probatur ex literis eiuſdem Cardinalis Sirleti in proceſſu actorum *fol.* 271. aliàs 280. vt per teſtes ſupracitatos. Vlterius de anno 1440. Reſpublica Florentina ob memoriam Victoriæ partæ per huius ſerui Dei interceſſionem, vt commemorabimus infra cum de miraculis agetur, de licentia Eugenij Papæ quarti cum multis Cardinalibus tunc Florentiæ degentis, decreuit ſolemnem proceſſionem tam Eccleſiaſticorum, quam ſæcularium ab Eccleſia maiori ad Eccleſiam S. Mariæ de Carmine, vbi extat ſepulchrum huius Sancti viri, ibique celebrari Miſſam ſolemnem, prout hæc omnia facta cum concurſu populi, & Miſſæ aſtiterunt plures Cardinales, & fuit habita ſolemnis oratio de vita, & miraculis B. Andreæ, in qua orator de conſenſu Summi Pontificis Andream Sanctum, & Beatum ſemper nominauit, & denique cum luminaribus & thurificationibus, cantibus, & ſono organorum fuit oſtenſum corpus huius Beati, acclamante populo, *Sancte Andrea ora pro nobis, S. Andrea intercede pro nobis*: hoc factum referunt dict. Caſtan. Razz. *pag. penult.* & teſtes de publica voce, & fama *dict. art.* 29. quæ probatio ſufficit per ſupra allegata, & præbent maximum adminiculum iuxta mox dicenda.

239 Non contenta Reſpublica ordinauit, quod ſingulis annis in ſecunda Dominica Iunij, Domini Priores liberati, Vexillifer iuſtitiæ, & alij Magiſtratus deberent accedere ad Eccleſiam B. Mariæ de Carmine, & ibi cum cereis accenſis offerre donarium in honorem B. Andreæ. Cumque de anno 1466. per aliquot paucos annos dicta oblatio fuiſſet intermiſſa, fuerunt in Conſilio narrata hiſtoria reuelationis, & effectus victoriæ, ac dicta decreta tunc in memoriam beneficij in Conſilio facta, & fuit decretum ne memoria dictæ reuelationis omitteretur, quod loco dictæ oblationis veſtirentur 10. nouitij dicti Monaſterij B. Mariæ de Carmine, qui proceſſionaliter ire deberent ad Eccleſiam S. Petri maioris, & inde ad dictam Eccleſiam de Carmine, quod vſque ad præſens ſeruatur, vt in dicto decreto, de quo *in d. proceſſ. fol.* 289. & referunt Caſtan. *pagin. fin. verſ. & appreſſo ordinato*, & vt deponunt 7.8.15.22.25.33.37. & alij teſtes ſub 29. & 30.

240 Inſuper adeſt in d. Eccleſia B. Mariæ de Carmine Altare cum icone huius B. in quo apparet pictum miraculum illuminationis cæci, vbi etiam conſeruantur mitra, baculus paſtoralis & calceamenta, & catena ferrea, quibus vtebatur iſte Dei vir, & tanquam reliquiæ à populo habentur in veneratione, vt conſtat ex viſitatione DD. Iudicum Remiſſoriæ, de qua in prima parte *proceſſ. remiſſ. fol.* 147. quæ omnia tendunt ad cultum publicum, vt habetur ex S. Trident. Concil. *ſeſſ.* 25. *tit. de Inuoc. & venerat. reliq. Sanct.* & per D. Cardinalem Bellarminum *de Sanct. Beatid. cap.* 10. *lib.* 1. Ex hoc cultu publico huic B. exhibito de conſenſu Summorum Pontificum inſurgit magnum fundamentum ſanctitatis; ſiquidem cultus publicus non debetur niſi Sancto, *cap.* 2. *de reliq. & vener. Sanct.* & ibi DD. Cardinal. Bellarminus *de Sanct. Beat. lib.* 1. & Pontifices, qui illum permiſerunt, non feciſſent hoc niſi tunc fuiſſent ſibi exhibita magna ſigna ſanctitatis, vt fuit ponderatum *in relat. S. Hiacynthi, fol.* 33. *verſ. & quamuis.*

241 Tertium generale argumentum ſanctitatis huius Beati præbent miracula per illum tam in vita, quàm in morte operata, de quibus infra ſuo loco. Licet enim miracula in vita non ſint concludens argumentum ſanctitatis, vt *ſuprà in* 2. *part.* demonſtratum eſt, attamen, vt ibi diximus, magno argumento ſunt Miracula verò poſt mortem, ſi verè ſunt miracula, concludunt ſanctitatem, vt ibidem latè explicauimus.

Quartum generale argumentum ſunt duo, quæ præceſſerunt natiuitatem huius ſerui Dei, quorum primum illud eſt, quod cum Nicolaus, & Peregrina eius parentes Nobiles Florentini, Dei timorofi, per multum tempus ſimul cohabitarent ſine prole, vterque altero inſcio, eadem die, & anno, ſcilicet circa principium anni 1301. & in eadem Eccleſia Carmelitanorum ante eandem Iconem B. Virginis orauit pro ſuſcipienda prole, & vouit ſe Deo, & ipſi B. Virgini dicarunt primum filium, quem ſuſcipere contingeret, domumque reuerſi votum ſimul cum admiratione communicauerunt, & ratum eſſe voluerunt: nec ita multò poſt Peregrina prægnans huius partus euaſit. Secundum fuit, quod ipſa Peregrina dum eſſet prægnans orans ad Deum obdormiuit, viſaque eſt ſibi in ſomnis apparere lupum, qui ingrediens Eccleſiam ſtatim candidus agnus euaſit. Hoc factum probatur per eos, qui eius vitam ſcripſerunt; videlicet Caſtan. *in d. proc. alt. fol.* 304. *in fin. verſ. Cum igitur, & ſeq.* Vorag. *circa princip.* Sur. *cauſa princ.* Flam. *cauſa princip. verſ. Erano queſti.* Franc. Archid. *fol.* 54. *in princip.* Maff. *poſt princ. verſ. Ma vn giorno innanzi.* Raz. *cauſa princ. verſ. Onde hauendo vna volta.* Et de fama per 4.5.7.8.15. & alios teſtes ſub per 2. & 3. Vtrinque ex prædictis effectus eſt ſubſequutus; nam B. Andreas ex illa prægnantia natus, anno decimoquinto ſuæ ætatis ante Iconem B. Virginis antequam fuerit factum dictum votum præſentibus, & auctorizantibus eiſdem parentibus ſe Deo, & B. Virgini, ingrediens Religionem Carmelitanorum dicauit, & etiam idem Andreas vſque ad ingreſſum Religionis lupus fuit, ſiquidem parentibus inobediens, canes alere, conuerſationes parare, rixas quærere conſueuit, vt tradunt iidem, de quibus proximè ſupra. Poſt ingreſſum verò agnus candidus fuit, vt infra, cùm de eius virtutibus in particulari agetur, demonſtrabitur: huiuſmodi ſignis natiuitatem Sanctorum ſuorum ſolet Deus omnipotens præmonſtrare, vt legimus de S. Dominico, S. Brigitta, S. Arnulpho, S. Alberto Carmelita, S. Elia, pariter Carmelità, S. Nicolao, & aliis. 242

Quintum argumentum eſt admirabilis vocatio huius ſerui Dei ad munus Epiſcopale, quæ ſic ſe habuit: anno 1348. vacante Eccleſia Feſulana per obitum ſui Prælati, Capitulum nemine diſcrepante elegit B. Andream, quo audito per Andream humiliter exiſtimantem ſe tanto oneri imparem fugit ad Carthuſienſes, ibique latitauit: facta autem per electores diligentia de illo reperiendo, cum eum non inueniſſent, cogitauerunt de alio: quamobrem dum eſſent denuò congregati, puer 4. annorum dixit eis: *Elegit Deus Andream in Sacerdotem ſibi, de alio non cogitetis, ad Carthuſienſes iter arripite, & ibi orantem inuenietis.* Et ita præcisè euenit, & Andreas agnoſcens Dei voluntatem, onus ſuſcepit. Hoc factum probatur ex relatione eorumdem hiſtoricorum, videlicet Caſtan. *fol.* 314. *tit. quomodo factus fuit Epiſcopus.* Vorag. *col* 3. *verſ. Onde eſſendo molto, &c.* Sur. *pag.* 3. *verſ. non longè poſt, &c.* Flam. *pag.* 4. *verſ. dopò ch'egli hebbe, &c.* Alat. *pag.* 2. *ante fin. verſ.* 4. *eſt, & extremum.* Maff. *pag.* 11. *verſ. Era in quei giorni, &c.* Razz. *p.* 6. *verſ. Paſſato poi certo tempo, &c.* & de fama per dd. 4.5.7.8.15. & alios teſtes ſub 16 &c. quæ ſpecies probationis ſufficit, per ea quæ diximus ſupra in primo argumento, vbi illud etiam addunt, puerum candidũ apparuiſſe B. Andreæ, illumque adhortatum fuiſſe, ne timeret ſubire onus Epiſcopale, quia ipſe illius cuſtos, & Maria in adiutorium futuri erant. 243

244 Sextum argumentum ſanctitatis facit qualitas mortis huius ſerui Dei, cum enim in principio anni 1374. in nocte Natiuitatis Domini B. Andreas antequam primam Miſſam cantaſſet in Eccleſia Beatæ Mariæ Feſulan. poſt celebrationem Miſſæ demoraret, apparuit ei B. Virgo, prædixitque illi futurum, vt in nocte Epiphaniæ immediatè ſequenti, eſſet animam Deo redditurus, promiſitque ſe ad eum venturam, & eius animam ad Cœlum aſſociaturam, quo nuncio B. Andreas tanto gaudio perfuſus eſt, vt ſtatim facies eius roſæ, & Cherubino ſimilis euaſerit. Cum autem die ſequenti febris ſuperuenitſſet viſionem cuidam Canonico reuelauit, in nocte autem Epiphaniæ, cum ciues ſuos ad pacem hortatus fuiſſet, ſymbolumque fidei deuotè recitaſſet, cubiculum in quo iacebat factum fuit luminoſum ſicut in meridie, & poſt ſpatium vnius horæ dicto Cantico *Nunc dimittis*,anno 72. ſuæ ætatis obdormiuit in Domino, eiuſque anima ab aliquibus deuotis viſa fuit aſcendere ad cœlum, hoc factum probatur ex vita Beati Andreæ, & in ſpecie Caſtag. *fol.318.tit. de ſuo glorioſo obitu.* Votag. *col.4. verſ. Con queſte ſorti, &c.* Suti *pag.4. verſ. anno igitur, &c.* Flam. *pag.5. verſ. nell'anno,&c.* Alvarez *ante finem,verſ.anno igitur ætatis, &c.* Maſ. *pag.14. verſ. Con ſimil paſſi, &c.* Raxz. *pag.8. verſ. l'anno adunque, &c.* & de fama per 7.8. 15.22.25.33.37. & alios teſtes ſuper 26. & 27. & ex lib. Monaſterij S. Mariæ de Carmine in *d. proc.act. fol.*303.releuantia de ſe paret.

245 Vltimum generale argumentum pro ſanctitate huius ſerui Dei deducitur ex miraculoſo odore, & incorruptione illius corporis, nam teſtes & hiſtoriæ ſupra proximè citatæ dicunt corpus B. Andreæ poſt mortem remanſiſſe ita odoriferum, vt ex tali odore multi ex ſuis infirmitatibus fuerint liberati, & ad hoc adeſt viſitatio corporis per peritos ex ordine delegatorum Apoſtolicorum facta, de qua in primo *proceſſu remiſſ. fol.*149. in qua fuit dictum corpus repertum integrum, & immaculatum perinde ac ſi hodie defunctus fuiſſet, & prætereà eſſe odoriferum, quæ omnia medici, qui partes dicti corporis diligentes inſpexerunt, & tetigerunt,non ſine miraculo fieri poſſe retulerunt. Hoc factum maximè ad ſanctitatem pertinere videtur, quia hoc ſigno ſolet Deus poſt mortem honorare corpora, quæ in vita præbuerunt illi fidelè miniſterium, vt legitur de cadauere Sanctæ Euphemiæ apud Nicephor. *lib.15 cap.14.*Sancti Ottimarij,S.Alberti Rotomagenſis, S. Maximi Regin. & fuit ponderatum in relatione Sancti Raymundi *p.a. art.11 miracul.8.* & nouiſſimè per noſmetipſos *in Relat.Beata Thereſia.*

§. II.

De virtutibus particularibus B. Andreæ.

246 Circa virtutes particulares Andreas poſt ſuam conuerſionem ad Deum, cum lacrymis, & ſingultibus, vt dicunt Caſtag. & alij authores, & teſtes ſupra relati *comprobat.4. argumenti generalis*, ſanctum Monaſterium ingreſſus tanta fuit humilitate, vt viliora quæque Monaſterij officia inſeruiendo,vel ipſi etiam coquo obiret, per ciuitatem cum ſporta oſtiatim quærere eleemoſynam à notis præcipuè, & conſanguineis non erubeſcens, quas ob res cùm ab ipſis irriſiones, iniurias, & probra pateretur, non ſolùm non iraſcebatur, ſed etiam gaudebat, & ſe illis vltro ob Dei amorem offerebat. Pluribus viſionibus B. Virginis, & Angelorum quas habuit, non modo non elatus eſt, ſed in humilitate ſua magis confirmatus euaſit. In oratione fuit ſemper aſſiduus, & contemplationi deditus, itaut
ſæpè fratres coram ſe aſtantes, & Pſalmos canentes
neque videret, neque audiret, contra mundi, carnis,
& diaboli tentationes fortis, & inuictus; vnde legi-
tur diabolum illi quandoque in forma humana appa-
ruiſſe, multiſque argumentis vitæ mutationem ſua-
ſiſſe, ſed ſigno Crucis expulſum abiiſſe, quod &
ipſum accidit eius conſanguineis illum ab incepto ab-
ducere ſtudentibus, contra quos illud Pſalmiſtæ S.
vir pronunciauit, *diſcedite à me omnes, qui operamini
iniquitatem, quoniam exaudiuit Dominus vocem fle-
tus mei.* Nullius fuit vnquam maior erga ſuperiores
ſuos obedientia, ſicut nec maior abſtinentia, & ma-
ceratio carnis, quandoquidem non tantùm ieiunia ab
Eccleſia, & Religione ſua indicta obſeruauit, ſed ex
ſeptem prætereà diebus hebdomadæ *in* 2.4.& 6.feriis,
& in die Sabbathi in honorem B. Mariæ Virginis in
pane, & aqua continuò ieiunauit: addidit inſuper 247
lectum ſtramineum, diſciplinas, & cilicia, & cate-
nam ferream quæ ad hæc vſque tempora piè conſer-
uantur. Obſeruator regulæ ante omnes alios, primus
ſiquidem fuit ſemper in choro, & aliis regulæ ſuæ
functionibus, quibus non reperitur, quod vna tan-
tum vice defuerit. Illius caſtitas, & pudicitia eò vſ-
que euaſit, vt nedum exterarum mulierum, ſed etiam
propriæ ſororis colloquia extimeſceret, quod ſi al-
loqui illam neceſſitas ferret, hoc nonniſi defixis ad
terram oculis exequeretur, vnde cæcus, ſurdus, &
mutus à fratribus ſuis fuit quandoque appellatus. Si-
lentium, & ſolitudinem præcipuè adamauit, ſola cel-
la, choros, & hortus fuerunt eius deliciæ; nunquam
ſine neceſſitate verbum fecit cum aliquo. Non caruit
etiam S.vir literarum præcipuè ſacrarum ſcientia, &
bonarum artium diſciplina, quibus nedum per ali-
quod tempus,nempe grammaticæ, & humanitati ante
ingreſſum Religionis operam dedit, ſed etiam poſt
ingreſſum aliis ſcientiis, ac Theologiæ præſertim
per triennium Pariſiis. Quantum fuerit contemptor
rerum huius ſeculi ex eo facilè dignoſci poteſt, quod
vitam nobilis, & diuitis, vnde primarios Reipubli-
cæ Florentinæ honores præſidio amicorũ, & conſan-
guineorum, quibus affluebat, ſperare poterat, cum
humili,inopiæque obedientiali,vita commutauit,quin
etiam Apoſtolicæ Sedis honores de facili ſperare po-
tuiſſet, ſicut alios de eadem familia ad illa vſque
tempora conſequutos fuiſſe legimus. Quandoquidem 248
de Petro Cardinali Corſino per illa tempora in Ci-
uitate Auenionenſi commorante, ad quem cauſa vi-
ſitationis acceſſit iſte Dei amabilis à ſtudio Pariſio-
rum reuertens, mentionem faciunt in eius vita Ca-
ſtag. *in proc. fol.*312.*verſ.eo tempore*, Sut. aſſerens D.
Cardinalem ibi legationis officio functum fuiſſe in
verſ.poſt paucos annos, &c. Idem Votag. *in verſ. Stu-
diò nell'Vniuerſita.* Ioan. Auer.*in verſic. poſt paucos an-
tem annos,* & Flam. *in verſ. Di là non molto.* Rax. *in
verſ. Paſſati poi non molt'anni.* Et Maff *in verſic. De
quali fauori.* Nec mediocre fuit indicium oblatam ſibi 249
dignitatem Epiſcopalem reſpuiſſe, fugaque, & la-
tebris, quantum in ſe fuit, euitaſſe, ſicut ſupra
demonſtratum eſt. Indicibile eſt quanta fuerit il-
lius charitas in curandis infirmis, & ſedandis fra-
trum etiam ciuium controuerſiis, cui negotio
ſpecialiter ſemper incubuit; in diſtribuendis poſt-
quam Epiſcopus factus fuit redditibus ſuis inter
Chriſti pauperes etiam iis, quibus egebat pro
vſu proprio, qua occaſione contigit inſigne mira-
culum multiplicationis panis, de quo infrà ſuo lo-
co. Vnde etiam, & ex contemptu rerum ſecularium,
& alacritate in morte, de quibus ſupra, firmiſſima
eius ſpes, & confidentia in Deo colligi poteſt.
Admirabilis fuit ſemper iſtius viri prudentia, ſin-
gulariſque in rebus gerendis dexteritas, qua ratio-
ne, & media in quibuſcunque rebus ſemper inuenit,
&

& Prælaturas ſuæ Religionis, & Epiſcopale munua ſumma cum omnium comprobatione adminiſtrauit, ciuileſque populorum enntionei ſias penitus extinxit, edocuitque hæc eſſe opera dæmonum, quod & ſignis comprobauit. Etenim quodam die cùm in pla-
250 tea Feſulana aſtantibus quibuſdam Florentinis verbum Dei prædicaret, & incidiſſet in ſermonem de Florentinorum diſcordiis: *Surgite*, inquit, *& leuate capita veſtra, & videte vnde Florentinorum diſcordia procedunt*. Et ſurgentes viderunt infinitam coruorum & meluorum ſuper Ciuitate Florentiæ prælantium quantitatem, quos eſſe dæmones non fuit qui dubitaret. Hanc viri prudentiam, & ſpecialem dexteritatem agnoſcens Vrbanus Papa Quintus, illum ad ſedandas Bononienſium controuerſias deſtinauit. Verùm eùm altera pars in non parendo mandatis Apoſtolicis ſe nimium pertinacem oſtenderet, ſanctus vir, cui pectus virile non deerat, contumaces excommunicauit, verum illi nequiores facti B. Andream in carcerem, & compedes coniecerunt, eiuſque familiares extra Ciuitatem eiecerunt, quam iniuriam vir Dei ſumma cum patientia pertulit, ſed Deus Opt. Max. ſceleris authores intenſiſſimo renum, & brachiorum dolore percuſſit, itaut nulla humana arte poſſet dolor leuari, vel aliqua ex parte diminui, quamobrem illi in ſe reuerſi virum Dei è carcere eduxerunt, illique obedientiam præſtantes, corporis, & animæ medelam obtinuerunt. In prædicto vitæ tenore famulus Dei perſeuerauit ab eius conuerſione vſque ad obitum, quin in virtutibus ſemper auxit; nam poſtquam creatus fuit Epiſcopus, non ſolùm remiſit aliquid de ſua humilitate, & maceratione, ſeu vitæ auſteritate (quod plerique faciunt,) ſed in illis ſemper maior factus, lauando in qualibet feria quinta pedes pauperum, eiſdemque propriis manibus cibum miniſtrando, panemque diſtribuendo. Solita ieiuniis addidit totalem abſtinentiam ab eſu carnium, & certum pondus cibo, & potui, qui erat aquæ modico vino tinctæ, ordinauit: lectulus qui erat prius ſtraminum, factus fuit ſermentorum, cilicia nouo cingulo ferreo, catenaque ſtrinxit, & ligauit. Hæc facti ſeries circa virtutes particulares B. Corſini modo ſupra immediatè narrato probatur ex Caſtag. Vorag. Turio, Nat. Flam. Maff Razz. & multis aliis, qui eius vitam ſcripſerunt. Hier. Plat. *de bon. ſtat. Relig. lib. 2. c. 29. reg. in d. proceſſ. act. fol.* 304. & ex fama publica, de qua per 4. 5. 7. 8. 15. 22. 25. 33. 37. & alios teſtes ſuper 8. 9. 10. 12. 14. 15. 19. 25. & 23. Quæ ſpecies probationum ſufficiunt in materia antiquiſſima, vt probauimus *ſuprà*, ac *eadem part.* 4.

251 Quod autem ex iſtis proximè recitatis, vltra latè deducta in ſuperiori §. remaneat probata Sanctitas, iuxta requiſita, de quibus per nos *in* 1. *part.* huius noſtræ relationis, res ipſa demonſtrat. Siquidem ex hac facti ſerie apparet, in hoc Dei viro omnes virtutes, & quidem in gradu excellenti, emicuiſſe.

§. III.

De excellentia fidei B. Andreæ Corſini.

252 EX deductis *in* 1. §. ſatis patet, in hoc ſeruo Dei emicuiſſe omnes virtutes, & præcipuè ſpem, & charitatem: reſtat vt de excellentia in fide, iuxta ordinem per nos *ſup. p.* 3. §. 3. præſcriptum, aliquid dicamus. Quod igitur fuerit Chriſtianus, & Catholicus, nullum dubitandi locum relinquunt hæc quæ ſequuntur, nempe ipſum natum fuiſſe inter Catholicos, ex piis, & Catholicis parentibus, & ſe talem vbique profeſſum, & pro tali ad Sacros ordines, culmenque Epiſcopalis dignitatis admiſſum, quandoquidem ex iſtis maximè ſimul iunctis probatur fides Catholica, *c. veniens, de presb. non baptiz.* Hoſtienſ. *in ſum. eod. tit. n.* 2. *verſ. Sed quis*, Caſtell. *de Canoniz at. q.* 4. *princ. verſ.* 2. *per textum.* Simonet. *in relat. Sancti Franciſci de Paula*, §. *quod ſi aquus rerum index.*

Quo verò ad excellentiam in fide, illa perſonali- 253
ter remanet probata ex generali probatione ſanctitatis ex multitudine bonorum operum, & ex miraculis, quibus ſimul iunctis probatur excellentia in fide, vt latè demonſtratum eſt *ſup. part.* 3. §. 3. ſed vlteriùs concurrunt in iſto ſeruo Dei quatuor argumenta, quæ ſpecialiter inferunt ad excellentiam in fide, iuxta S. Anton. *ſum.* 4. *p. tit* 8. *cap.* 3. § 7. nempe primò, quod quis alta de Deo ſentiat. Secundò, quod tranſitoria pro præmio æterno contemnat. Tertiò, vt in aduerſis in Deo confidat. Quartò, vt à bono opere non deſiſtat: nam quantum ad primum ſicut Centurio (qui datur pro exemplo per S. Anton. *vbi ſup.*) credidit Filium Dei potuiſſe ſanare puerum ſuum abſque eo quod tectum ſuum ingrederetur, ita credidit iſte Beatus, poſſe eundem Dominum ſanare plures infirmos, & cum modico pane ſatiare turbas, vt infrà cum de miraculis huius ſerui Dei agetur. Quod iſte contempſerit tranſitoria pro præmio æterno, *ſupra in proximo* §. *demonſtratum eſt*. Tertiò de confidentia in aduerſis, patet ex dictis *in eodem* §. tam circa ſuperatas tentationes, quàm circa ſupportatos carceres & compedes, & alacritate in morte. Quartò de perſeuerantia vſque ad extremum vitæ ſpiritum pariter probatum remanet ex iis, quæ diximus ſupra ab ingreſſu Religionis vſque ad felicem obitum.

PARS QVINTA.

De miraculis Beati Andreæ Corſini principium.

EXpediti de Sanctitate B. Andreæ Corſini, deueni- 254
mus ad illius miracula, & licèt probatio miraculorum in genere non ſufficiat, & miracula in vita non ſint neceſſaria, vt diximus ſupra *in* 3. *part.* nihilominus cum vtrumque conducat ad effectum, de quo agimus, vt ibidem explicauimus, de vtroque agemus, & ſic iſta 5. pars erit diuiſa *in* 3. §. in quorum primo agemus de miraculis in genere, *in* 2. de miraculis particularibus in vita, *in* 3. de miraculis particularibus poſt mortem.

§. I.

De miraculis in genere.

PRobatur in genere iſtum Dei famulum multa fe- 255
ciſſe miracula. Primò, ex pluribus hiſtoriis ſupra narratis, quæ vno ore affirmant iſtum Beatum multa feciſſe miracula, quæ hiſtoriæ in antiquiſſimis plenè probant, vt diximus *ſup. p.* 4 §. 1.

Secundò confirmatur iſta probatio ex epitaphio 256
antiquo ſuper eius Beati ſepulchro, *in proc. fol.* 336. quod inter alia habet hæc carmina.

Qui qualis fuerit, miracula multa fatentur,
Quæ Deus oſtendit corporis ad tumulum.

Iſtis enim epitaphiis de iure multum defertur. Bart, 257
& Bald, *in l. monumentum*, *C. de relig. & ſumpt. funer.* Angel. Aret. *in* § *nihil autem, Inſt. de teſtam.* Calcan. *conſ.* 90. *n.* 7. Rot. *in cauſ. Viterbien. Caſtrol.* 29. Aprilis 1613. coram me Sacrato, & in iſtis terminis Pamin. *in relat. ſuper Canoniz. S. Bonauentura, p.* 2. B. Iacob. Caſtel. *tract. de Canoniz. quaſt.* 7. *c. fin.* & Auditores noſtri in Canonizat. S. Raymundi *part.* 3. *art.* 2. huius rei in noſtris terminis ſpecialis ratio

aſſignati poteſt, nempè quod Ordinarij, qui præſumuntur eſſe ſoliciti de his, quæ ſpectant ad eorum officium, Rot. *deciſ.6. num.2.3. & 11. de iur. patr. in nou.* Put. *deciſ.243. in fin. lib.2.* non permiſiſſent iſtas aſſertiones affigi in loco publico, & per longiſſimum tempus permanere, ſi non eſſent veræ, prout in ſimili de ſignis, & marboribus enunciantibus iuſpatronatum Eccleſiæ, tradunt Bald. *in conſ.310. lib.5.* Dec. *conſ.*1305. *num.*1. Ioan. de Anna *conſ.86. n. fin.* Ferret. *conſ.293. n.9.*

258 Tertiò conducit ad probationem miraculorum in genere magnus numerus votiuarum tabellarum, & ſignorum æreorum, & argenteorum ad ſepulchrum huius Beati appenſorum, vt conſtat ex viſitatione, de qua *in proc. act. fol.*318. quibus illi qui affixerunt, teſtantur ſe per interceſſionem huius Dei viri fuiſſe miraculosè à diuerſis infirmitatibus ſanatos, licet enim non ſit credendum omnia fuiſſe vera miracula, attamen è contra redditur omninò inueriſimile, quod inter illa non adſint aliqua, quæ verè fuerint miracula, & quod tot homines in eadem re fuerint decepti, vel Deus omnipotens, qui cuſtodit mentes, & corda fidelium, permiſerit illos errare, vt ponderauimus *ſup. p.4. §.1.*

259 Quartò adeſt communis opinio, publica vox, & fama, quod iſte Beatus fecerit miracula, quod genus probationis in antiquiſſimis planè probat, vt diximus *ſup. d.p.4. §.1.* & præbent inſigne adminiculum antiquiſſimæ litteræ Reipublicæ Florentinæ, de quibus *in proc. act. fol.* 298. *& ſeqq.* in quibus aſſeritur, iſtum Beatum feciſſe multa miracula, & etiam quoddam inſtrumentum extractum ex protocollo Ser. Pauli Laurentij Notarij publici Florent. de quo *in proc. act. fol.*228. vbi narrantur duo miracula interceſſione huius famuli Dei facta, alterum ſcilicet de anno 1438. & alterum de anno 1440.

§. II.

De particularibus miraculis B. Andreæ Corſini in vita.

260 INter miracula in vita illud primo loco ſe offert, quod B. Andreas cum Ioanne Corſino agnato ſuo lupæ morbo laborante operatus eſt. Cum enim dictus Ioannes à præfato morbo in cute per dies, noctesque vehementer cruciaretur, vt minus ſentiret cruciatum, quocunque genere ludorum vti conſueuerat, itaut eius domus ludorum porticus appellaretur; huius rei miſertus vir Dei ſic fertur fuiſſe Ioannem alloquutus. Ioannes ſi meis conſiliis acquieſcas priſtinæ ſaluti reſtitueris, & ab hoſtium tuorum inſidiis diuino numine liberaberis. Ioannes licet vix crederet Andream in conſpectu Dei talem gratiam inueniſſe, vt eius interceſſione tales infirmitates curari poſſent: attamen motus deſiderio recuperandæ ſanitatis, pollicitus eſt ſe facturum quidquid Andreas imperaret; tunc ait Andreas: Opus imprimis eſt, vt omnes has ludorum conſuetudines abiicias, poſt hæc, vt ieiuniis vacando Virginem Mariam ſummis precibus dies octo flectere nitaris. Ioannes perfecit, quod ſibi imperatum fuit, & finitis octo diebus à ſua infirmitate omninò liber euaſit, itaut ſicut per prius in lecto ſemper iacebat, ita poſtea ſine aliqua difficultate vbique liberè ambularet, & vbi prius carnes erant corroſæ vſque ad os, factæ fuerunt veluti pueri paruuli. Hoc factum referunt Pet. Caſtag. *fol.*309. *in fin.* Iacob. de Volag. *fol.*103. *in princip. Auctor.* Arn. *relat. per Sur. tom.1. de Vit. Sanctor. die 6. Ian. pag.* 148. *aliàs* 144. *verſ. ea tempeſtate.* Gab. Flamin. *lib.1. de Vit. Sanct. die 6. Ianuar. fol.29. verſ. Era all, hora in Fiorenza*, Sylueſt. Razz. *fol.560. verſ. in quei tempi*, & nouiſſimè Ioan. Pet. Maff. *de vit. 17. confeſſ. Chriſti, fol.490. verſ. E non laſciana, &c.* & teſtes de publica voce, & fama ſuper 11. articulo; ex quibus ſimul iunctis in materia antiquiſſima erit plena probatio, per ea, quæ diximus *ſupr. p.4. §....* Hoc idem aſſeritur in Breuiario Carmelitano in feſto huius ſerui Dei, *in 5. lect.* Et præbet adminiculum lata probatio miraculorum in genere, de quibus in proximo §. & probatio aliorum miraculorum in ſpecie, de quibus infra, quia vnum factum alteri eiuſdem ſpeciei adminiculatur, vt conſiderauimus *ſup. p.3. §.2.* Quod autem hoc factum ſit miraculum, non videtur dubitandum, quia hoc genus morbi inueteratum non videtur curabile ſaltem per breue tempus 8. dierum, vt tradit Galen. *lib. de atrabile, cap.3.* & ſignanter non videtur, quod tam breui ſpatio caro potuerit creſcere, & fieri quaſi pueri paruuli: vnde hoc pro magno prodigio in curatione Nahaman connumeratur à Scriptura *lib.4. Regum, cap.5. num.1.* Quod autem fuerit operatum interceſſione huius ſerui Dei, probatur ex præcedenti illius promiſſione cum effectu ſubſequuto.

Pro ſecundo miraculo in vita illud refertur, quod 261
cum in Ciuitate Florentiæ quidam nobilis, & diues eius vnicam haberet filiam hectica febri laborantem, pro qua ſananda, cum iuxta conſilium medicorum omnia poſſibilia feciſſet, nihilque profuiſſet, tandem ad puellam conuerſos illam percunctari cœpit, num aliquod aliud remedium amplius deſideraret eius anima, ſe enim nullo pacto eius deſiderio defuturum: tunc puella reſpondit ſe in ſolo auxilio, & glorioſæ Virginis præſidio ſpem ſalutis habere, & propterea deſiderare, vt Frater Andreas de Corſinis aduocaretur, vt manibus ſuis ſanctiſſimis ſibi cibum præpararet: ſeruus Dei acceſſitus venit, & præuia oratione propinauit cibum puellæ, & ſtatim obdormiuit puella, & paulo poſt excitata petit veſtimenta, quoniam ab Andrea vocabatur, illis itaque induta, pedibus ſuis ſine alicuius auxilio Deo gratias actura libera, & ſana, cunctis mirantibus, & Deum laudantibus, properauit. Andreas verò, vt fieret monialis S. Annæ curauit, & obtinuit.

Hoc factum referunt auctores ſupra in proximo miraculo celati, & teſtes de publica voce, & fama *ſuper* 13. *art.* & concurrunt eadem adminicula de quibus proximè ſupra. Quod hoc factum fuerit miraculum apparet, quia per prius fuerunt adhibita omnia remedia, quæ non profuerant, item quia morbus agnoſcebatur pro incurabili. Item quia curatio fuit in inſtanti, quod non facit natura, vt ponderauimus *ſupr. p.3.* Et denique, quia nedum incontinenti receſſit febris, ſed infirma recuperauit vires, & facultates ambulandi, quod non ſolet contingere in morbis longis, & diuturnis. Quod autem miraculum contigerit per interceſſionem huius ſerui Dei, apparet ex firma ſpe infirmæ, quod per illius interceſſionem erat liberanda, ex propinatione cibi, & oratione ſuper infirma per B. Andream facta, per ea, quæ diximus *ſup. p.3. §.2.*

Tertium locum obtinet inſigne miraculum illumi- 262
nationis cæci, quod ſic ſe habuit: Cum reuerteretur ſeruus Dei à ſtudio Pariſienſi, applicuiſſetque Auenionem viſendi cauſa Petrum Cardinalem Corſinum gentilem ſuum, cuius mentionem fecimus *ſupra p.4. §.2.* viſitaretque Eccleſias, & loca pia eiuſdem Ciuitatis in Eccleſia S. Mariæ de Donis, hora meridei inuenit ante oſtium dictæ Eccleſiæ cæcum quendam eleemoſynam petentem, quem cum interrogaſſet, quomodo cæcus euaſiſſet, reſpondit cæcus, artem ſuam fuiſſe purgare aurum, & argentum, qua vxorem, & filios ſuſtentare conſueuerat: cumque vt ars ferebat fixis, oculis in igne continuò permanere cogeretur, ſe calore, & nimio lumine

offenſum

offenſum cæcum cuaſiſſe, ſeque dolere vehementer non tam propter ſe, quàm propter filios, qui tam paruuli erant, vt non poſſent ſibi victum quærere,& propterea ſe rogare Andream, vt pro eo ad Dominum intercederet. Non potuit ſeruus Dei continere lacrymas, reſponditque: *Deus qui eſt vera lux te illuminare dignetur, vt valeas ad ſui laudem filios tuos nutrire.* Quibus prolatis, cum Eccleſiam introiſſet, & ante altare maius prætentus per modum Crucis procubuiſſet, ac per ſpatium vnius ferè horæ permanſiſſet, inde conſurgens ad hominem cæcum properauit quē aqua benedicta aſperſit,dixitque:*Deus,& Dominus noſter Ieſus Chriſtus,qui cæcū à natiuitate illuminauit, & lumen cæco in via reddidit, ſua virtute, & potentia lumen tibi reddat.* Iſtis verbis prolatis, ſtatim cæcus aperuit oculos, & clarè vidit, & gratias Deo agens per vniuerſam Ciuitatem, vt debuit, publicauit. Hoc factum tanquam verum miraculum recenſuit Petr. de Caſtag. Auct. ann. relat. per Sut. Iacob. de Vorag. Gaſp. Flam. Sil. Mag. Ioan. Petr. Maff. *locis ſupra allegatis*, & vltra illos Franciſcus Nat. *de vit. Sanct. fol.35. verſ. poſt paucos annos*, & concurrit publica vox, & fama per teſtes ſuper 14. art. quæ probationes ſufficiunt, per ea quæ diximus in proximis miraculis. Quod illuminatio cæci ſit miraculū,non indiget probatione; & quod euenerit per interceſſionem huius ſerui Dei, conſtat ex ſerie facti, videturque hoc miraculum commemorandum in ſecundo gradu miraculorum, per ea, quæ diximus *ſup. p.2. verſ. ſolent etiam.*

263 Quartum non minùs illuſtre, quam tertium ſe offert, nempe de multiplicatione panis, quod ſic refertur. Poſtquam B. Andreas Epiſcopus fuit, in quadam magna annonæ penuria ſingulis diebus panem inter pauperes diſpenſare conſueuerat: cum quadam die pauperes in tanto numero multiplicaſſent, vt ſolitus panis non ſufficeret, pluriesque ad locum vbi panis aſſeruabatur reuerti opus fuiſſet, neque hoc ſufficeret, ſeruus Dei cuſtodi panis, vt denuò panem afferret imperauit, cuſtos reſpondit ſe 15. tantum panes reſeruaſſe, qui erant neceſſarij pro prandio, & proptèrea illos afferre recuſauit. Seruus Dei quaſi non crederet deeſſe panem, ſuum cuſtodem ad arcam panis venire iuſſit, quò vbi fuit peruentum, cum cuſtos arcam claue aperuiſſet, inuenta fuit arca plena pane recenti, & calido, qui panis inter pauperes diſpenſatus fuit. Hoc factum recenſent auctores in proximo miraculo citati, & habetur in Breuiario Carmelitano in facto huius ſerui Dei,in octaua lectione.

Et ſuper hoc adſunt teſtes ſuper 18. art. de publica voce, & fama, quæ probationes ſufficiunt per ea, quæ diximus in proximis miraculis: nec videtur elaborandum in probando, quod multiplicatio panis ſit miraculoſa, cum inter inſignia, & illuſtria miracula referatur tam in veteri, quàm in nouo teſtamento, vt habetur de multiplicatione panis facta per Eliſeum *lib.4. reg. c.4. in fin.* & per D. N. Ieſum Chriſtum *Matth. c.14. Marc. cap.6. Luc. c.9.* Vnde non immeritò ſimilem multiplicationem in altiori gradu miraculorum connumerauimus in relatione B. Thereſiæ *cap.4.* Quod miraculum euenerit interceſſione B. Andreæ, agnouit ipſemet cuſtos, & referunt prædicti auctores, deponunt iidem teſtes ſuper 8. art.& habetur in Breuiario Carmelitano, & ipſamet facti ſeries oſtendit.

264 Quintum miraculum de paupere habente tibias putrefactas integrè ſanato, non videtur omittendum, cum maximè patefaciat profundam ſerui Dei humilitatem,& poſſit non magis iuuare exemplo,quàm mouere admirationem miraculo. Conſueuit B. Andreas, vt dictum fuit *in 4. part.* §.5. in ſingulis quibuſcunque hebdomadis in 5. feria lauare pedes pauperum, & illis propriis manibus cibum ſubminiſtrare: quadam die cum ſeruus Dei poſtquam lauaſſet pedes aliquorum, ad vnum deueniſſet, recuſauit ille ſe poſſe ab Epiſcopo lauari, interrogatus de cauſa, reſpondit ſe habere tibias adeo putrefactas, vt indignum ſit tantum virum illas videre, nedum tangere, aut lauare, cui Beatus Epiſcopus, veni, inquit, frater, & confide de potentia, & miſericordia Dei, quoniam ipſe ſanabit omnes infirmitates tuas; obediuit pauper, miſitque pedes, & tibias in peluim, Epiſcopus autem eas lauit, terſit, & cum lachrymis oſculatus fuit, quo pretioſo lachrymarum vnguento æger ſtatim ſanus euaſit. Hoc factum legitimè probant auctores in proximis miraculis citati, & concludunt teſtes de publica voce, & fama ſuper 2. art. & habetur in eodem Breuiario Carmelitano, in feſto huius B. *in 9. lection.* Quod ſit miraculum denotat ſubitanea ſanatio, quod ex interceſſione Beati, de quo loquimur, ipſa facti ſeries demonſtrat.

§. III.

De particularibus miraculis B. Andreæ Corſini poſt mortem.

Reſtat,vt iuxta ordinem per nos in principio huius quintæ partis præſcriptum agamus de miraculis, quæ poſt felicem Andreæ obitum D. O. M. per eius interceſſionem operari dignatus eſt,& ad hæc vſque tempora operatur, ita tamen vt priùs referantur miracula antiqua, deinde verò recentiora. 265

Primo loco ſe offert, quod concorditer ſcribunt hiſtorici ſupià in hac quinta parte enumerati de ſuaui odore, qui ex corpore B. Andreæ defuncti emanauit, itaut non ſolum mirum in modum oblectaret ſenſum odoratus, verùm etiam multi ex diuerſis languoribus, ac morbis fuerint liberati. Hoc factum videtur legitimè probatum auctoritate prædictorum auctorum, & ex teſtibus de publica voce, & fama ſuper 27.art. qui etiam deponunt de odore, qui exalauit ex eodem corpore tempore tranſlationis eius de Eccleſia Feſulana ad Ciuitatem Florentiæ, quod genus probationis in antiquiſſimis, concurrentibus adminiculis continuationis, deuotionis, & aliorum,ſufficere latè probauimus *ſup. p.4.* Quod autem ſit miraculum, quod corpus defuncti exhalet ſuauem odorem, & talem per quem curentur infirmi,ſatis per ſe patet,cum ex cadaueribus peſſimus odor, & ex illo infirmitates, & peſtilentiæ oriri ſoleant, & ſimilis caſus inter miracula fuit computatus in relat. S. Raymundi *p.2. art. 10. mirac.8.* & nouiſſimè per nos in alia B. Thereſiæ *in 4. mirac. poſt mortem.*

Secundum miraculum recenſetur in perſona cuiuſdam D. Bertæ,quæ cum anno 1440. careret vſu brachij ſiniſtri, & ſimiliter parte ſiniſtra capitis, quod non poterat erigere, nec aure ſiniſtra audire, dum in Eccleſia plebis Sanctæ Mariæ de Prato audiret quendam Magiſtrum Petrum prædicantem miracula ſerui Dei Andreæ Corſini, firma ſpe concepta eius ſe meritis liberari poſſe, mente conuerſa ad Beatum Corſinum, illum ex toto corde rogauit, vt apud Deum pro ſua ſanitate intercedere dignaretur, quo facto fuit ſomno correpta, & obdormiuit per ſpatium medietatis horæ dum præfatus Magiſter Petrus perſequitur ſuam concionem, dumque obdormiret, viſum ſibi fuit aliquid deſcendere de capite, & brachio, & expergefacta ſanam ſe eſſe deprehendit, quam ſanitatem tanquam miraculosè acceptam per interceſſionem huius ſerui Dei agnouit, & propalauit, & deſuper inſtrumentum publicum rogatis Notario, & teſtibus conficei voluit, quod fuit regiſtratum in hoc proceſſu. Factum igitur probatur per aſ- 266

ſertionem i firmæ, de qua in præfato proceſſu, & hoc idem recenſuit Caſtag. in vita huius ſerui Dei circa finem, quod genus probationis in materia antiquiſſima viſum fuit ſufficere; miraculum apparet ex inſtantanea ſanatione ſine remedio humano, quod per intercesſionem ſerui Dei operatum, ipſa facti ſeries demonſtrat; nempe inuocatio, & ſtatim ſubſequuta liberatio.

Tertium miraculum nobilitate operis, multiplicitate factorum, & claritate probationis ſuperat omnia alia, & ſic ſe habet. *Anno Incarnationis Domini* 1440. *Eugenio Papa IV. Florentiæ commorante, Philippus Maria Mediolani Dux Summo Pontifici, & Florentinis bellum intulit, ac per Nicolaum Piccininum præfectum ſuæ militiæ Florentinorum oppida deuaſtare cœpit. Cumque multa deuaſtaſſet, & iamiam exercitus loca Ciuitati Florentinæ propinqua occupaſſet, tamque Florentinos, Cardinaleſque ac Summum Pontificem magnus terror inuaderet, hiſque rebus permota Ciuitas trepidare, armiſque diffidere cœpiſſet; fuerunt electi decem viri, qui rebus bellicis præpoſiti darent operam, ne quid mali Reſpublica pateretur. Collectis itaque per eos vndique militibus, paratiſque quantum pro temporis anguſtia fieri potuit legionibus, cum iam tanto belli diſcrimine eorum animi in ambiguo verſarentur, quippe quia videbant ſe imparatos aduerſus magnas, forteſque hoſtium copias, euenit vt cum ex maxima deuotione, quam tunc temporis vniuerſa Ciuitas habebat erga iſtum ſeruum Dei, populus ad Eccleſiam, vbi illius corpus requieſcit, & adoleſcens quidam præcipua erga illum deuotione vnà cum cæteris adueniret, apparuit ei B. Antiſtes dicens, Adoleſcens propera ad viros bello præfectos, meaque hæc verba referas: Deus qui Iſrael de manu Pharaonis eripuit ipſe confringet aduerſarios veſtros, ne timeatis cum hoſte congredi, nam Deus diſſipabit vires illorum: itaque audacter 5. die a proximo feſto S. Ioannis Babtiſtæ, quod intra dies 8. celebrabitur, cum hoſte congredimini, quia de illis victoriam reportabitis. Paruit adoleſcens, & præfectis militiarum, quæ Sanctus apparens ſibi dixit, nunciauit. Præſentibus auditis Magiſtratus fidem adhibuit, & die præfixo cum hoſte conflixit, cumque multum hinc inde pugnatum fuiſſet, tandem pro Florentinis ſtetit victoria, hoſtiumque copiæ vndique fuſæ ſunt, præcipui ex magno hoſtium exercitu fuga euaſeruat, vixque Piccininus eorum Dux; quam victoriam tanquam miraculoſam, & per interceſſionem huius ſerui Dei agnoſcentes Florentini, duxerunt proceſſionem ad Eccleſiam Carmelitanorum, vbi fuit habita ſolemnis oratio de ſanctitate vitæ huius ſerui Dei, & illius corpus cum funalibus, & thurificatione oſtenſum,* vt dictum eſt *ſuprà in 4. p. in* §. 1. Hoc factum ſicut ſuprà narratum, concorditer referunt ſcriptores vitæ huius ſerui Dei, nempe Andr. Caſt. Iacob. Deuerard. Gabr. Flam. Sil. Raz. Franc. Catan. Sur. & Ioan. Tomag. *p. 2. hiſt. mundi, lib. 9.* narrat factum de magno exercitu exiguis Florentinorum copiis fuſo, licet non narret interceſſionem ſerui Dei, tanquam illud, quod non erat ſui inſtituti. Corroboratur probatio iſtius facti per decretum Reipublicæ Florentinæ factum anno 1446. & ſic per 6. annos poſt, de quo *ſupr. p. 4.* §. 1. per quod fuit ordinatum magiſtratibus, quod in memoriam accepti beneficij à ſeruo Dei Corſino, ſingulis annis impenſis communitatis 20. pauperes veſtirentur, ac paulò poſt fuit etiam ordinatum vt decem Nouitij profeſſi Conuentus S. Mariæ de Carmine, vbi aſſeruatur corpus iſtius Beati, veſtirentur, & quædam alia præſtarentur, de quibus in proceſſu actorum *fol. 289. alias* 299. & teſtes ſuper 29. & 31. Quod autem factum contineat miraculum, immò plura miracula, non videtur poſſe negari, conſideratis circumſtantiis, nempe apparitione ſerui Dei, prædictione victoriæ, quæ ſucceſſit in die præfixo, & quod cum paruo exercitu ex gentibus collectitiis, & inexpertis comparato ſuperatus fuerit exercitus magnus, & veteranus, & illuc vſque victor, & ductus ab Imperatore inter inſignes illius temporis, & quod mirabile eſt, minimo victorum damno, adeò vt iuxta Tarend. decem, & ſecundum alios vnus tantum vir, nec quidem armis inimicorum, ſed caſu perierit; ſunt enim illius verba hæc. *Dell'eſercito vincitore non ne morirono più che dieci: alcuni vogliono, che in tutta la battaglia più che vno ſolo huomo non ſi moriſſe, ne già di ferite, ma cadute da cauallo, e calpeſtrato dagli altri.* In ſacris litteris extant exempla ſimilia, inter quæ nobis retuliſſe ſat erit de exercitu Gedeonis *lib. 1. Iud. cap. 7.* vbi paruus exercitus innumerabilem fudit gentium copiam, nullo de victore interfecto, quod miraculo attributum eſt. Vt ſimiliter miraculo tribui poteſt prophetia, ſiue prænunciatio huius facti in die præciſo, cùm prophetare ſit miraculum, iuxta illud Petri *c. 1. non enim voluntate humana eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti Dei homines.* S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 172. probat etiam adminiculum, quod fuerit miraculum illud, quod pro tali à maioribus vſque ad minores habitum fuit, vt apparet ex ſolemni gratiarum actione, de qua ſupra: etenim pluſquam inueriſimile eſt, quod tantus numerus, qui interuenit facto, & vidit circumſtantias, errauerit in habendo pro miraculo illud, quod non erat. Quod autem miraculum ſucceſſerit interceſſione ſerui Dei, apparet per præfatam eius viſionem, prædictionem, & communem totius Senatus, populique Florentini reputationem, quin etiam D D. Cardinalium, Prælatorum, & Curiæ, qui interuenerunt præfatæ ſolemni gratiarum actioni, vt dictum eſt *ſup. 4. p.* §. 1. ac etiam ipſiuſmet Pontificis, qui eas modo ita ſolemni agi permiſit, & ſignanter ex præcedenti totius populi inuocatione, & concurſu ad illius ſepulchrum pro gratia habenda, cùm iſte ſit vnus ex modis probandi interceſſionem, vt diximus *ſupr. p. 3.* Alia iiſdem miracula inter antiqua narrat Petr. Andr. Caſtag. *lib. de quo ſupr.* nempe de quadam Bilia muliere Florentina, graui infirmitate ſanata; de quodam Petro Victorio ab alta Turri cadente, ope ſerui Dei liberato; & de infantula patiente morbum vermium; & de punitione cuiuſdam Nicolai, qui irridebat eos, qui venerabantur ſeruum Dei; & de curatione cuiuſdam Leonardæ ab infirmitate brachij; & de liberatione Marci Antonij ab infirmitate, & dolore decennali in tibia; & liberatione Prouincialis Carmelitani à febri, & à dolore capitis, quæ non fuerunt per nos reiecta, ſed tanquam minùs neceſſaria, & non ita clara, vt ſuperiora probata, illa voluntariè prætermiſſa, iudicauimus tamen poſſe ſeruire pro adminiculo.

Quartum locum, licet longo interuallo inter miracula poſt mortem, obtinebit ſanatio Bonauenturæ 168
infantis duorum annorum filij Caſſandræ quondam Angeli Ricci. Quandoquidem iſte de menſe Auguſti 1607. ſtetit per dies ſeptemdecim in cuna, & in vltimis tribus diebus, neque cibum, neque potum ſumpſit, adeo vt Parochus, & Medicus illum pro mortuo declarauerint; quibus permota eius mater curauit ad puerum perferri reliquias B. Andreæ, prout factum fuit 25. eiuſdem menſis Auguſti, & admotis ad puerum reliquiis, & recitatis nonnullis orationibus, puer ſtatim expertectus fuit, vocando *Mamma*, quæ puerum in brachiis accepit ſuis, & cum tunc per viam tranſiret quidam dicens, *pira cotta*, puer ſubiunxit: *Mamma pere cotte*, cumque mater dediſſet illi vnum ex dictis piris, puer illud manducauit, & alios deinde cibos ſuſcepit, voluit veſtiri, & in viam adduci ad ludendum cum aliis pueris, & nullum aliud malum amplius ſenſit. Hoc factum probant tres teſtes iuxta 12.
&

Digitized by Google

& deponunt de viſu, nempe Caſſandra mater pueri, Catharina mater Caſſandræ, & Ginevra ſoror eiuſdem Caſſandræ, qui teſtes plenè probant factum iuxta illud, in ore duorum vel trium, &c. nec illud quod ſint conſanguinei pueri liberati tollit aliquid de earum fide, cum non agatur de intereſſe liberati iuxta not. per Bald. *in l qui teſtam §. quacunque, col. 2. in fin. verſ. tu autem dic.* Alb. *num. 5.* Aret. *pariter num. 5. ff. de teſtam.* Abb. *in c. ſuper eo, il 2. num 2. & nota 4. de teſtib.* Gabr. *concl. 17. n. 11. eo tit.* Miraculum reſultat ex inſtantanea liberatione à longa infirmitate ſine aliquo remedio humano, & totali abſtinentia à cibo per tres dies, & ſignanter ex ſubita recuperatione virium, itavt potuerit ſe regere pedibus, & ludere cum aliis. Interceſſio probatur ex deuotione matris, & admotione reliquiarum.

269 Quintum miraculorum locum obtinet caſus ſororis Angelicæ de Caſtro de Rio. Hæc mulier portauerat manus leproſas per 30. annos continuos, & pro ſanatione adhibuerat omnia remedia medicinalia, aſſumendo vſque aquam ligni, ſed fruſtra omnia fuerunt; quo viſo, cum audiret fieri multa miracula per B. Andream, recurrit ad eum, & rogauit, vt vellet à Deo impetrare ſanitatem, promittens illaturam ſe duas manus votiuas, quæ ſtatim cœpit conualeſcere, & infra octo dies fuit penitus mundata, & nunquam amplius malum huiuſmodi ſenſit. Hoc factum recenſet ipſa Soror Angelicæ 28. teſtis, omnes iuxta 12. nempe Angelica de facto proprio, & aliæ de viſu. Probatio legitima oritur ex depoſitione trium teſtium. Miraculum ex inſtantanea liberatione à morbo habituali 30. annorum, non curato per remedia medicinalia adhibita, & licet interceſſerint octo dies, attamen attenta ſubita melioratione, & quod octo dies non erant tempus ſufficiens ad curationem tanti morbi, nullo maximè adhibito remedio exteriori, viſum fuit non ceſſare vim miraculi per ea quæ diximus 1. p. 2. *verſ. nos fœdere diſtinctionis.* Interceſſio probatur per eoſdem teſtes.

270 Sextò loco ſuccedit liberatio Ginevræ q. Angeli Ricci de anno 1596. quæ in partu filij maſculi incidit in infirmitatem, quæ durauit per tres menſes, & curatio medicorum priuauit eam lacte, & beneficio menſtruorum, & conſequenter mentis ſanitate, itavt amiſerit omnium cognitionem, & faceret multas fatuitates, in quo ſtatu medicus conſuluit mutationem aëris, & Caſſandra eius ſoror illam portare fecit ad locum Camalduli, vbi ipſa habitabat, & dicta Ginevra ibi adducta faciebat maiora, & omnia proiiciebat per terram, & retineri non poterat, quæ videns ſoror Caſſandra recurrit pro auxilio ad Beatum Andream, & eius ſanctas reliquias ad d. locum portari curauit, quibus ſupra dictam Ginevram poſitis, incontinenti recuperauit cognitionem, & in ſpatio trium horarum penitus liberata fuit. Hoc factum probant ipſa Ginevra 31. teſtis, quantum ſibi licuit percipere, & clarius Caſſandra 3. teſtis, Catharina 10. teſtis, omnes iuxta 12. & deponunt de viſu, quia fuerunt præſentes, factum legitimè probatur ex præfato numero teſtium; miraculum ex inſtantanea liberatione, interceſſio ex depoſitione eorundem teſtium.

271 Septimum miraculum contigit in perſona Eliſabethæ de Cenanella infirma febri continua, & morbo comitiali, quo cadebat per quatuor vices in qualibet die cum omni aſperitate; cumque hæc mala portaſſet per 30. menſes, nullo adhibito remedio ob ſui paupertatem, quadam die audiens, quod in domum vicinam debebant portari reliquiæ B. Andreæ pro quadam puella infirma, rogauit vt poſtea etiam ad ipſam portarentur, & interim toto corde orauit ad B. Andream, vt dignaretur pro ea impetrare à Deo ſanitatem, & portatæ fuerunt reliquiæ ad orantem, & poſitæ ſuper lectulo, ſuper quo iacebat infirma, quæ ſtatim remanſit libera à febri, & morbo comitiali, & ſanata ſurrexit, & ſic per annos quatuor cum dimidio vſque ad examen tranſactos conſeruata fuit. Factum ſic vt ſuprà narratum eſt, deponunt ipſamet Eliſabetha 65. teſtis, Dominicus q. Thomæ eius maritus 91. teſtis. Magdalena Nicolai 67. teſtes omnes de viſu, & præſentia iuxta 12. Factum probatur ex præfato numero teſtium; miraculum ex inſtantanea liberatione à longo morbo præſertim comitiali, & hæc abſque vllo remedio humano, interceſſio Beati ex illius inuocatione, & admotione reliquiarum.

Octauum miraculum ſucceſſit in perſona Flammettæ Iacobi Ferri Florentini. Hæc mulier in veſperis D. Petri anno 1603. in propria domo cadens in terram confregit ſuum brachium ſiniſtrum, & pro eo curando, ſtante ſua paupertate, acceſſit ad hoſpitale S. Mariæ nouæ, vbi dictum brachium fuit illi curatum, & data illi quædam medicamenta, cum quibus mederi brachium deberet, cum iſtis domum ſuam reuerſa expectauit per ſeptem hebdomadas, & cum non ſolum dicta medicamenta brachium non ſolidauerint, verùm etiam manum retraxerint, & dolores extremos induxerint, poſtquam pluries ſe B. Andreæ commendauerat, quadam die audiens Miſſam in Eccleſia de Carmine ad Altare eiuſdem B. Andreæ, poſuit dictum Brachium confractum ſuper d. Altari, & ex corde eum rogauit, vt vellet à Deo impetrare, vt poſſet cum d. brachio laborare, & ſua negotia peragere, quo facto refert ipſa, vt infra *all'hora mi ſenti una coſa, che mi toccò il bracchio, è mi pareua, che mi diceſſe va via, che adoperarai il tuo braccio, è ſei guarita.* Et ſic rediit domum, & vſa fuit d. brachio in ſuis negotiis, & nihil aliod mali in eo habuit: de hoc facto deponit ipſa Flammetta 169. teſtis, & ſunt conteſtes Iacobus Ferrus eius maritus 82. teſtis, & Magdalena q. Iacobi 72. teſtis, omnes iuxta 12. factum probatur ex præfato ſufficienti numero teſtium, miraculum ex ſubitanea liberatione à morbo, cui non profuerant remedia humana; interceſſio ex eiſdem teſtibus, & ſignanter admotione brachij ſuper Altare eius Beati. 272

Poſtremum miraculorum legitimè probatorum locum obtinet illud, quod contigit in Catharina vxore Iulij del Garbo. Hæc per longum tempus ſurda, & nihil audiens permanſit, cumque illi per nutus ſignificatum fuiſſet, quod in die Aſcenſionis proxima debebat oſtendi populo corpus B. Andreæ, in Vigilia de ſeto contulit ſe ad Eccleſiam Carmelitarum, & fratri qui aſcendebat ad ſepulchrum ad admouendas coronas, cum maxima deuotione, & fiducia dedit ſuam coronam, & poſtquam frater deſcendit, illam ſibi reſtitutam deuoluta fuit, & facta oratione granum illius immiſit in ſuas aures, & incontinenti *ſi ſenti una coſa, che li calò abbaſſo*, & auditum recuperauit, & nunquam dum vixit ſurdidtatem paſſa fuit. De huiuſmodi facto deponunt Soror Maria Hicyntha eius filia 95. teſtis, Margarita Ioan. eius famula 98. teſtis, & Benedictus de Raiſtors 108. teſtis, omnes iuxta 12. qui ſufficiunt quoad numerum, & concludunt miraculum in ſubitanea liberatione à morbo inueterato ſine remedio humano, & probatur interceſſio ex ipſamet ſerie facti. 273

PARS SEXTA.

De actis cauſæ, & legitima illorum confectione.

275 DIximus ſupra in principio tertiæ partis circa probationes tria ſolere conſiderari. 1. quod ſint legitimè propoſitæ. 2. quod ſint perfectæ in genere ſuo. 3. quod materia ſit probabilis per illud genus, ſeu gradum probationis. De iis quæ pertinent ad 2. & 3. conſiderationem diximus in 4. & 5. parte, dum diſſeruimus de ſanctitate, & Miraculis B. Corſini, vnde reſtat tantum prima conſideratio, ſub qua cadit legitima ratio proceſſuum in hac cauſa factorum.

276 Duo tantum reperiuntur fabricati proceſſus in hac cauſa, primus de anno 1602. coram Ordinario Feſulano ex ſua poteſtate, coram quo fuerunt extracta plura iura, & examinati 181. teſtes. Secundus fuit fabricatus per Subdelegatos ab Auditoribus Rotæ à fel. record. Clement VIII. in hac cauſa deputatis, nempe à bon.mem. Penia, & Iuſto, & D. Millino nunc S.R.E. Cardinali meritiſſimo, in quorum locum ſucceſſiuè fuimus poſtea nos tres per S.V. ſubdelegati.

277 Super primo proceſſu non potuit per nos fieri fundamentum, quia fuit repertum fel. rec. Paulum PP. II. & Sixtum PP. IV. prius in hac cauſa appoſuiſſe manus committendo illum tribus Cardinalibus, vt patet ex pluribus litteris, & inſtructionibus Reipublicæ Florentinæ per illa tempora datis, de quibus in 2. proceſſu actorum fol 294. vſque ad fol. 300. quæ in materia antiquiſſima viſa fuerunt probare dictam manus appoſitionem, ad tradita per Alex. *conſ.* 90. *n.* 1. *lib.* 6. Aretin. *conſ.* 42. *num.* 1. Soc. *conſ.* 86. *n.* 2. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 13. *num.* 8. Crauett. *de antiqu. tempor. p.* 1. *verſ ampliatur nunc*, *num.* 12. *cum duobus ſeqq.* quæ manus appoſitio operatur, vt inferior ex poſt non poſſit ſe intromittere, vt diximus *ſup. p.* 3. §. 1. *in* 1. *dub.* nec poteſt dici inſtantiam per lapſum 150. annorum fuiſſe peremptam, quia de iure Canonico per lapſum temporis minimè perimitur inſtantia, *c. venerab. de iudic.* exiſtimarunt tamen prædeceſſores noſtri, per quos iſte articulus fuit diſputatus ſub die Sabbati 21. April. 1607. priuatum proceſſum poſſe deſeruire pro adminiculo.

278 Circa ſecundum proceſſum adfuit modica difficultas, quia concurrunt omnia per nos firmata *ſuper p.* 3. §. 1. *per tot.* Etenim de iuriſdictione præfatorum Rotæ Auditorum conſtat ex commiſſionibus Apoſtolicis, de quibus in d. proc. fol. 11. & in actis Notarij cauſæ, & præfatas commiſſiones præceſſerunt magnæ inſtantiæ apud Sedem Apoſtolicam, nempe Henrici IV. Francorum Regis, & Mariæ eius vxoris, necnon Ferdinandi Magni Etruriæ Ducis, totius Carmelitarum Religionis, & denique nobilis Corſinorum familiæ, vti patet ex dictis commiſſionibus. Ad fuit etiam in ſubſtantia dictus proceſſus generalis informatiuus, cum pro illo deſeruierit fabricatus poteſtate ordinaria, & interuenerunt alia de quibus per ſcribentes *in c.* 1. *de reliq. & vener. Sanct.* licet non ſint omninò neceſſaria, & teneat proceſſus etiamſi talis ordo non fuerit ſeruatus, vt per Hoſtienſ. *d. c.* 1. *num.* 5. & Ioan. Andr. *num.* 3. *circa fin.* quos alij ſequuti fuerunt.

279 De ſubdelegatione facta per dd. Auditores, de Iudicibus, qui examinarunt teſtes, & extraxerunt iura, ſuper quibus eſt fundata quarta, & quinta pars huius noſtræ relationis, conſtat ex litteris Remiſſorialibus, de quibus *in d. proc. fol.* 11. Aduertendum eſt, quod vnus ex tribus ſe excuſauit, vt poterat iuxta formam Remiſſoriæ, vt in eius requiſitione, de qua *in proc. fol.* 8. & in litteris miſſiuis 16. *fol.* 36. De deputatione Notarij, qui de prædicto proceſſu fuit rogatus, conſtat in eius actis. De acceptione facta per Iudices circa examen teſtium, reperimus fuiſſe per dd. Iudices proceſſum ſeruatis ſeruandis, nempe præuio iuramento, congruis modo, loco, & tempore præſtito, iuxta *not. in l. Iuriſiurandi*, *cum ibi not. C. de teſt.* citatio verò fiſci, vel alterius pro illo non fuit habita pro neceſſaria, per ea, quæ diximus ſupra *in* 3. *p.* §. 1. Teſtes fuerunt examinati, primò ſuper interrogatoriis, & poſtea ſuper articulis, iuxta formam Remiſſoriæ, & quilibet de per ſe, & ſecretò, iuxta not. *in c. cùm venerabili, de teſt.* & fuit per nos dictum *d. p.* 3. §. 1.

280 Quoad extractionem iurium cum proceſſu actorum ordinarij ſaluato pro adminiculo, vt diximus ſupra, reperiuntur omnia iura ad cauſam facientia. Procurator Religionis cum DD. de Corſinis die 14. Aprilis 1606. produxit d. proceſſum coram præfatis Dominis Archiepiſcopo Florentino, & Epiſcopo Feſolano Iudicibus Remiſſorialibus, ac petiit, ac ab eis obtinuit mandari coram ſe exhiberi originalia iurium inſtrumentorum, literarum, aliarumque ſcripturarum in d. proceſſu regiſtratarum, illaque recognoſci, & cum eis exempla d. proceſſus collationari, vt in d. proceſſu Remiſſoriali *p.* 3. *fol.* 1.

281 Et die 17. eiuſdem in archiuio publico reformationum Florentin. à cuſtodibus fuerunt præfatis DD. Iudicibus exhibiti liber prouiſionum, & liber minutarum literarum Reipublicæ Florentinæ de anno 466. & à duobus teſtibus medio iuramento fuerunt recogniti pro libris in dicto archiuio conſeruatis pro libris Reip. & legalibus, & ſucceſſiuè tenores literarum, & decretorum d. Reipublicæ in d. proceſſu inſerti fuerunt collationati cum dd. originalibus, & concordantes reperti *in d.* 3. *p. fol.* 5. *& ſeq.*

282 Poſtea die 19. eiuſdem coram eiſdem DD. Iudicibus ſcriba, & cuſtos Curiæ Epiſcopalis Feſulan. & eius ſcripturarum exhibuit librum memoriale Epiſcopi nuncupatum, manuè B. Andreæ, & alios libros dictæ Curiæ, & literas miſſiuas à B. Andrea eius Vicario ſcriptas. Inſtrumentum duorum miraculorum de annis 1438. & 1440. & tranſumptum literarum bonæ memoriæ Cardinalis Sirleti, quæ iura pariter à duobus ſaltem teſtibus eo modo, quo potuit, fuerunt recognita, & cum illis copiæ regiſtratæ in d. proceſſu fuerunt collationatæ, & concordatæ, vt *in d.* 3. *p. fol.* 10. *& ſeqq.* 14. *&* 16.

283 Deinde eadem die D. Gaudentius Canonicus Feſulanus exhibuit coram DD. Iudicibus præfatis librum Sacriſtæ Eccleſiæ Feſulanæ, in quo relatum eſt officium B. Andreæ, qui à legitimo numero teſtium fuit recognitus, & copia dicti officij ſcripta in d. proceſſu fuit collationata, & concordata cum d. originali, vt *in d.* 3. *p. fol.* 19. Quod autem dd. Iudices habuerint facultatem non ſolùm examinandi teſtes ſuper dictis articulis, ſed etiam compellendi ad exhibenda iura, examinandi teſtes ſuper illorum recognitione, eademque tranſumptandi, patet ex literis Remiſſorialibus, de quibus *in* 1. *p. proc. fol.* 11.

284 Neque obſtare viſum fuit, quod teſtes in recognitione dd. ſcripturarum antiquarum non dicant cognouiſſe manum, quia fuit reſponſum, quod impoſſibilitas ob maximam antiquitatem operatur, quod ſufficiat recognitio librorum Archiuij, & per comparationem literarum, de quibus agitur, ad trad. per Bald. *in auth. quas actiones, num.* 18. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Alex. *conſil.* 101. *num.* 9. *&* 10. *lib.* 7. Afflict. *deciſ.* 251. *num.* 7. Put. *deciſ.* 151. *lib.* 1. Rot. *deciſ.* 54. *part.* 1. *diuerſ.*

Hiſtorias

285 Hiſtotias verò impreſſas, qnas allegauimns *ſupr. in 4. & 5. part.* non viſum fuit eſſe opus produeere, vel recognoſcere, eùm ſint nototiæ, ex quo omnes illas ſeiunt, vel de facili ſcire poſſunt, inxta not. per Bart. *in l. ſcriptus, num.2. verſ. ſed dicas, ff. de relig. & ſumpt. fun. verſ. verum notorium.* Menoch. *de arb. caſ.166. num.7.* Et peopterea ſufficit illas ſimplicitee allegare, nec opos eſt probare illarum exiſtentiam. Gloſ. *in Clem. appellanti, verb. alias cauſa, de appell.* Innoe. *in cap.sua not, num.2. & de cohabit. Cler.* Bald. *in l.ſi vero, §.qui pro rei, num.1. ff. qui ſatiſd.cog. cum concord.*

286 Ex quibns concluſimus proceſſus eſſe legitimè confectos, & generaliter cauſam eſſe in eo ſtatu, vt poſſit S. V. quotieſcumque ſibi placuerit, deuenire ad ſolemnem huius ſerui Dei Canonizationem, & in Albo Sanctorum deſcriptionem ad laudem Dei omnipotentis, &c.

CONSVLTVM II.

De Sanctis Religionum non Canonizatis, nec expreſsè beatificatis, quoad celebrationem Officij de ipſis.

SVMMARIVM.

1 *De conſuetudine faciendi officia de Sanctis Religionum.*
2 *Cultus Sanctis non tribuitur Papa authoritate.*
3 *Hac eſt ex cauſis maioribus Eccleſia.*
4 *Competebat olim, ſed non modò Epiſcopis.*
5 *De Canonizatis non ſit officium ſine nouo decreto.*
6 *Etiamſi in Bulla Canonizationis id videatur conceſſum.*
7 *Quia non præſcribitur ritus.*
7 *De beatificatis qui facere poſſint officium.*
9 *Dubium eſt de aliis.*
10 *De illis, de quibus eſt conſuetudo, fieri poteſt.*
11 *Conſuetudo æquipollet veritati.*
12 *Parem habet vim cum lege.*
13 *Poteſt introducere quod Princeps.*
14 *Et quod priuilegium.*
15 *Aliæ ipſius proprietates.*
16 *Maximè reſpectu vtentium Bren.Rom.*
17 *Ex Gregorio XIII.*
18 *Quid de Religionibus vtentibus alio Breuiario.*
19 *Quid de Carmelitis.*
20 *Ex decreto S.Congregationis.*
21 *Maximè ſi inſerti ſint Martyrologio Romano.*
22 *Quid de non inſertis.*
23 *De aliis Martyrologiis.*
24 *Obſtantia ex Bulla Pij V.*
25 *Diſpoſitio generalis reſtringitur ex ratione particulari.*
26 *Reſcripta Summorum Pontificum quomodo exponenda.*
27 *Semper cautum eſt in Eccleſia, ne de falſis ſanctis fiat officium.*
29 *Quid in præſenti.*
30 *De Sanctis Prouinciarum, Eccleſiarum, &c.*
31 *Conſuetudinis legitima conditiones.*
32 *Vrbani VIII. decretum.*
33 *Ordinarij nomen in illo, quid importet.*
34 *Quæ feſta dicantur* ſolemniter *celebrari*
35 *Vbi verba non conueniunt, diſpoſitio non habet locum.*
36 *Verbum* ſolemniter *quid importet.*
37 *Singularem aliquem cultum.*
38 *Quæ officia facienda.*
39 *Opinio Rodriguez.*
40 *De Sanctis Carmelitarum.*
41 *Decretum Capituli Generalis.*
42 *Antiqua Ordinis conſuetudo.*
43 *Pij V. Bulla.*
44 *Inſtitutio Religionis.*
45 *Ordinis hiſtoria.*
46 *Sancti contenti in Martyrologiis.*
47 *Reſumpti ſub Paulo V.*
48 *Kalendarium Romæ impreſſum.*
49 *Non obſtantia ex Bulla Gregorij XIII.*
50 *Solutio illius.*
51 *Bulla verba.*
52 *Breuiarij Carmelitani correctio quomodo facta.*
53 *Quem ob finem.*
54 *Plures Sancti omiſſi.*
55 *Ratio omiſſionis.*
56 *An propter officium paruum B.Virginis.*
57 *An religio renunciauerit iuri ſuo.*
58 *Quid requiratur ad renunciationem.*
59 *Quomodo ſibi derogauerit.*
60 *Renunciatio ſtrictè explicanda.*
61 *S.Rotæ deciſio.*
62 *Exemplum PP.Diſcalceatorum.*
63 *Auditorum Rotæ vota.*
64 *Sacræ Congregationis decretum.*
65 *Verba talis decreti.*
66 *Inſerta ea officia in Breuiariis.*
67 *Sanctitas quid ſit.*
68 *Sanctitatis ſigna multa recenſentur.*
69 *Quia ſunt ſupra naturam.*
70 *Quomodo id accipiendum.*
1 *Votum DD. Auditorum S.Rotæ.*

IESVS MARIA.

QVÆRITVR an conſuetudo recitandi officium, & dicendi Miſſam de Sanctis Religionum, qui Canonizati non ſunt ab Eccleſia, aut expreſsè Beatificati, retineri poſſit. 1

Reſponſio.

Præmittendum primò, cultum, aut reuerentiam 2
Sancti non poſſe alicui tribui, quantumuis miracula per eum fieri dicantur, ſine Papæ authoritate. Ita enim habetur expreſsè *cap. Audiuimus, & cap. cum ex eo, de Reliquiis, & vener. SS.* vbi DD. communiter. Specialiter Innocentius, Butrius, Hoſtienſis, & Ioannes Andreas *in dict. cap. Audiuimus*, & docent S.Antoninus *in Summ. part.3. tit.22. cap 5. §.5.* Tabiena, & alij Summiſtæ *verbo Canonizatio.* Bellarm. *de Sanct.Beatitud. tom.1. part.2. lib.1.cap.8.* Contilorius *de Canonizatione cap.8.num.1. & 2. & c.22.* aſſerens duo Diplomata Vrbani V. quibus præcipit acriter procedendum contra quoſdam Religioſos, qui cultum Sancti tribuebant aliquibus ſine conſenſu
Papæ. Vide Directorium Inquiſitor. *part.2.comment.* 3
51. Et meritò, quia hæc eſt vna ex cauſis maioribus, quæ ad Sedem Apoſtolicam ſpectare debent, iuxta *cap.maiores, de Baptiſmo*, cùm Eccleſiæ eſſet valdè nocens, publicè colere vt Sanctum, qui verè ſanctus non eſt. S.Congregatio Rituum die 12. Martij, teſte Sellio *in Select. Canonic. cap.1. num.22.* Gloſſ. *in cap. vnic. de Reliq. & venerat. Sanct. in 6.* Layman. *lib.4. tract.7. cap.5. num.1.* Vnde eſto olim id competeret
Epiſcopis ex tacito conſenſu Eccleſiæ Romanæ, Bel- 4
larminus, & Laymanus *ſuprà*, modò tamen hoc nequeunt facere. Iacobus Caſtellanus *de Canonizat. SS. quæſt.3.*

quæſt. 3. art. 1. Felia Contelorus in Addit. ad illum, apud Barboſam in collectan. DD. ad dict. cap. Aadiuimus, nam.6. & in tract. de Canonizatione Sanctor. cap.4. num. 4. & ſequentib. Nec eriam Legati à latere. Iacob. Caſtellanus ſuprà artic.2. num.3. & Barboſa num.7.

5 Præmittendum ſecundò, quod nec de ſanctis Canonizatis fieri poteſt officium, aut celebrari Miſſa ſine nouo decreto S.Congregationis diſtincto à Bulla, ſeu decreto Canonizationis, prout dixi tom.1. Summa, cap.2. num.37. ex Gauanto, & Barboſa aſſerentibus decretum eiuſdem S.Congregationis, ſub die 9.Decembris 1618. circa hoc.

6 Non obſtante, quod in Bullis Canonizationis concedi ſoleat generaliter facultas celebrandi officium eorum quolibet anno in die obitus ipſorum, prout in inſtrumento Canonizationis S. Andreæ Corſini his verbis expreſſit Vrbanus VIII. anno 1629. *Ad honorem S. & indiuiduæ Trinitatis, & exaltationem fidei Catholicæ, & Chriſtianæ Religionis augmentum, authoritate eiuſdem Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & noſtra, de Fratrum noſtrorum conſilio decernimus, & definimus bonæ memoriæ Andream Corſinum Florentinum Ordinis Carmelitarum, & Epiſcopum Feſulanum Sanctum eſſe, ac Sanctorum Cathalogo aſcribendum, ipſumque Cathalogo huiuſmodi aſcribimus, ſtatuentes, vt ab vniuerſali Eccleſia anno quolibet in die obitus dicti Andreæ feſtum, & officium ipſius ſicut pro vno Confeſſore Pontifice deuote, & ſolemniter ce-*

7 *lebretur.* Ratio verò huius eſt, quia quamvis ex vi decreti, ſeu Bullæ Canonizationis concedatur generaliter cunctis facultas celebrandi officium, & feſtum Sancti Canonizati, non tamen præſcribitur ritus, quo celebrari debeat, an ſcilicet ſub duplici, ſemiduplici, &c. nec id exprimitur in Rubricis Breuiarij, & proptereà neceſſarium eſt nouum Papæ decretum de tali ritu; quia iuxta cap. glorioſus Deus, de reliq. & vener. Sanctorum, ſolus Papa poteſt vnum Sanctum præ aliis extollere, ac proinde facere decretum de tali ritu. Contelorius ſuprà, cap.1. num.22. Gauant. Comment. in rubric. Breuiar Rom. ſect.2. cap.2. num.30. referens decretum S.Congr. Rituum in hoc ipſo caſu interrogatæ. Et ita praxi receptum eſt in tota Eccleſia, cum conſtet non fieri generaliter ab omnibus officia de Sanctis omnibus Canonizatis, ſed ſolùm de aliquibus.

8 Præmittendum tertiò, quod de Sanctis Beatificatis, nec ab aliis perſonis, nec alio die, aut loco quàm deſignantur in Bulla Beatificationis, fieri poteſt officium, aut celebrari Miſſa. Ratio eſt, quia cultus Sancti Beatificati omnibus eſt prohibitus, niſi iis, quibus expreſsè eſt conceſſus; nam incluſio vnius eſt excluſio alterius, l. cum prætor, ff. de iudic. & l. Maritus, Cod. de procurat. Torres 2.2. tom.1. cap.13. dub.8. Molfeſius in Summ. tom. 1. tract.11. cap.6. num.5 & Diana part.2. tract.15. reſol.55. & ego loco relato ex tom. 1. Summæ; ſicque determinatum dicitur per Theologos Salmanticenſes. Fauet Bordon. reſol.30. num.26.

9 Dubium ergo præſens ſolùm eſt de Sanctis non Canonizatis, nec ſpeciali Bulla, aut decreto Beatificatis, de quibus tamen ea conſuetudine Religionum fieri ſolet officium, an ſcilicet talis conſuetudo retineri poſſit.

10 Et reſpondendum affirmatiuè, prout tenent Thomas de Ieſu in Regul. Carmelitar. part. 3. cap.7. dub.3. Rodrig. tom.2. qq. Regular. quæſt.69. art.5. referentes ex Doctoribus Complutenſibus Franciſcum Martinez, Vaſquez, Salzedom, & Felicianum. Idem ſequitur alter Rodrig. in Compend. reſolut.65. num 10. & fauet Bordonus ſup. num.36. & Anellus tract. de Horis Canonic. cap.6. dub.3. n.11. Ac etiam Molfeſius tom.2. in Addition. ad qq. vſual. caſ 45. n.75. & ſeqq. aſſerens reſponſiones Clementis VIII. & Pauli V. circa ſimiles conſuetudines colendi Sanctos non Canonizatos.

Conſtat id primò ex vi, & natura conſuetudinis, 11
quæ Primò æquipollet veritati, l.1. ff. de ſeruit. & aqua, Bald. conſ.289. in princip. lib.4. Cardin. Thuſc. concl. 806. num.17.

Secundò, parem vim habet cum lege, l. de quibus, 12
ff. de legibus, § ex non ſcripto, Inſtit. de iur. nat. gentium, c. fin. de conſuet. c. conſuetudo, 1. diſt. l. 2. Cod. quæ ſit longa conſuetudo, Guido ſingular.83. Bellettus diſquiſ. Cleric. p.1. tit. de fauore Clericor. §.3. n.10.

Tertiò, quidquid poteſt Princeps concedere, po- 13
teſt conſuetudo inducere, l. ſi quiſquam, ff. de diuerſ. & tempor. præſcript. & l.1. Cod. de feud. cap. ſuper quibuſdam, § præterea, de verbor. ſignificat. Henricus Boich. in cap. quanto, de iureiurand. diſt.2. Minſing. centur.4. ſing. obſeru.24. Moron. in reſponſis, reſponſo 3. num.7.

Quartò ad idem, poteſt introducere quidquid po- 14
teſt priuilegio concedi. Oldradus conſil.172. in princ. & conſ. 146. in fin. & conſ. 254. num.8. Anchatan. conſil.50. Baldus conſ.49 lib. 1. Ex quibus, & aliis proprietatibus conſuetudinis, ſcilicet, quod faciat
de non licito licitum; quod ſit optima legis interpres, 15
quod tollat omne ius, quod non ſit naturale, vel diuinum, & ſimilibus, de quibus Doctores, rectè eliciunt, quod de Sanctis, de quibus eſt conſuetudo faciendi officium, poſſit fieri, etiamſi Canonizati, aut beatificati non fuerint.

Id maximè conſtat reſpectu Religioſorum vten- 16
tium Breuiario Romano ex ipſomet Breuiario, *vbi in Rubrica 1. de officio duplici*, ſic dicitur: *Officium ſit duplex, &c.* & poſt alia: *Et in feſtis Sanctorum, qui apud quaſdam Eccleſias, Religiones, vel Congregationes conſueuerunt ſolemniter celebrari, cum officiis propriis à Sede Apoſtolica approbatis, aut ex eiuſdem Sedis authoritate receptis, vel recipiendis (ſeruata tamen forma huius Breuiarij) alioquin de communi, etſi prædicta feſta in hoc Kalendario non ſint deſcripta.* Et iam quomodo ipſummet Breuiarium approbat con-
ſuetudinem faciendi officium (etiam ſub ritu duplici) 17
de Sanctis, qui *apud Religiones conſueuerunt ſolemniter celebrari*, quales ſunt Sancti earum Religionum. Thomas de Ieſu, & Rodriguez cum aliis ſupra. Idem quoque ſupponitur in Bulla Gregorij XII. quæ præmittitur Martyrologio Romano, & de qua infrà.

Reſpectu autem Religioſorum vtentium aliis Bre- 18
uiariis diſtinctis à Breuiario Romano, procedunt ea quæ diximus de conſuetudine. Hæc enim etiam extenditur ad diuinorum officiorum celebrationem, & ritum (accidentalem) Sacramentorum. Abbas in cap. paſtoralis, num.9. de offic. iud. ordinar. Moronus
in Reſponſis, reſponſo 47. num.10. iuxta cap. Trina, de 19
conſecrat. diſt.4. Et reſpectu noſtrorum Carmelitarum vtentium Breuiario particulari iuxta vſum antiquum Eccleſiæ Hieroſolymitanæ ſpecialiter ea rubrica 2. genet. eiuſdem Breuiarij, vbi dicitur: *Item ſit officium duplex minus de Sanctis, tam contentis in Kalendario, quam non contentis, quorum corpora, aut notabilis reliquia eſt in Eccleſiis noſtris: vel quibus intitulata fuerint. Capella, ſeu quorum feſta in noſtris celebrantur ſolemniter Eccleſiis.* Per quæ poſteriora verba denotari videntur Feſta Sanctorum Religionum, cum illa ſint, quæ principaliter celebrantur ſolemniter in Eccleſiis Regularium.

Generaliter etiam ex decreto S. Congregationis 20
Rituum, quod referunt Sellius in ſelect. Canonic. cap.33. num. 18. & Barboſa in Collect. Bullar. verbo

officium

officium diuinum 1. *& in Apoſtolic. dec. collectan.* 5132. *num.* 11. vbi in vna Viſenſi 21. Iunij 1605. ſic dixit eadem S.Congregatio. *Officium pro ſanctis etiam non Canonizatis poteſt recitari de communi, vbi viget conſuetudo immemorialis recitandi.* Vidi etiam eiuſdem Sac.Congregationis decretum pro Fratribus tertij Ordinis S.Franciſci, in quo idem, quod in Rubrica Breuiarij Romani conceditur, ipſis indulgetur. Fauet etiam Decretum Vrbani VIII. in generalis, & vniuerſalis Inquiſitionis Congregatione de anno 1625. quod retuli *tom.* 1. *Summa, cap.* 12. *num.* 39. & cuius verba referam infra.

21 Quod maximè procedit ſi tales ſancti inſerti ſint in Martyrologio Romano; eo enim ipſo cenſeri debent approbati, vt de illis fiat officium reſpectiuè in Eccleſiis, Religionibus, &c. Vnde Gregorius XIII. in Bulla *Emendatio iam*, præmiſſa eidem Martyrologio præcipit omnibus, *Vt in peragendo diuino in choro officio*, eo tantum vtantur. Quod etiam, vt inquit idem

22 Pontifex, cupit vt fiat ab *iis*, qui horas Eccleſiaſticas priuatim dicunt. Ne autem è contra exiſtimaretur, quod non poſſit fieri officium de ſanctis, qui non ſunt in Martyrologio, adiungit Pontifex: *Si quos alios habuerint ſanctos in ſuis Eccleſiis aut locis celebrari ſolitos, eos in hunc librum ne inferant, ſed ſeparatim deſcriptos habeant.* Quo etiam approbat id quod diximus, ſcilicet celebrari poſſe in Eccleſiis, aut locis Sanctos *celebrari ſolitos*.

23 Idem quod diximus de Martyrologio Romano, dici etiam poteſt non ſolùm de Martyrologiis antiquis Bedæ, Flori, Vſuardi, Adonis, &c. ſed etiam reſpectiuè de modernis Ioannis Molani, & Philippi Ferrarij Alexandrini; quia & à viris doctis conſcripta, & conformiter ad Eccleſiarum, & Religionum laudabilem conſuetudinem. Licet enim in ordine ad Canonizationem, vel beatificationem ſeruorum Dei, qui in ipſis referuntur, parum efficax argumentum deſumi teſtetur Fortunatus Scacchus *in lib. de cult. & venerat. ſeruor. Dei, ſect.* 11. *cap.* 4. nihilominus quoad recitationem officij Sanctorum, ſi adſit talis conſuetudo, procedit eadem ratio.

24 Nec obſtat contra dicta, quod Pius V. in Bulla *Quod à nobis*, anno 1568. edita, decreuerit, quod recitantes officium conformari deberent Breuiario Romano, non obſtantibus quibuſcumque conſuetudinibus in contrarium. Nam primò, ſolùm loquitur cum eis, qui receperunt illud Breuiarium, non cum aliis quos in eadem Bulla excipit. Secundò, idem Pontifex in eodem Breuiario apponit Rubricam, de qua ſuprà, & in qua conceditur celebratio Sanctorum, qui ea conſuetudine celebrantur: Ne ergo dicamus Pontificem ſibi ipſi eſſe contrarium in eadem diſpo-

25 ſitione, dicendum non excludere conſuetudines illas poſitas in Rubrica. Quia diſpoſitio generalis reſtringitur ex ratione particulari, *l. cum prætor. §. dulciſſimis, ff. de legat.* 1. *l. ſi de certa re, C. de tranſact.* Gironda *de priuileg ſeu exempt. ſignific. num.* 277. Surdus *conſ.* 389. *num.* 9. *& ſeqq.* Et non comprehendit caſum ſpecialiter definitum, *l. cum in teſtamento, §. final. ff. de hæred. inſtit. l. ſeruo manumiſſo, ff. de pecul. leg.* Barboſa *in Axio-*

26 *mat. iur. axiom.* 73. *n.* 9. Tertiò, quia reſcripta Summorum Pontificum exponi debent iuxta iuris communis regulas, *cap. cum cauſam, de reſcript. cap. licet, de prabend.* Rubricæ autem Breuiarij ſunt veluti iuris communis totius Eccleſiæ regulæ. Thomas de Ieſu *ſup. §. Secundò quia reſcripta.*

27 Nec etiam obſtat, ſi ſecundò dicatur, huiuſmodi conſuetudines Religionum faciendi officium de Sanctis non Canonizatis, aut Beatificatis ab Eccleſia, expoſitas eſſe magno periculo falſitatis, & cultus falſi exhibiti iis, qui verè ſancti non ſunt, nec in cœlo. Prout ſæpè contigit in Eccleſia, ſpecialiter in caſu

cap. Audiuimus, de reliquiis, & vener. SS. relato, qui fuit de quibuſdam, qui hominem quendam in potatione, & ebrietate occiſum, quaſi ſanctum venerabantur: & in alio, quem refert Seuerus Sulpitius *in vita S. Martini Turonenſis*, de aliis, qui colebant vt Martyrem quendam latronem; ad quod accedit illud S. Auguſtini: *Multorum corpora honorantur in terris, quorum animæ torquentur in gehenna.* Vnde pro- 28
pterea ſemper in Eccleſia magna diligentia cautum eſt, vt falſis ſanctis veneratio aliqua non exhibeatur; vt patet ex Concil. Carthag. 1. *c.* 2. Laodiceno *cap.* 9. *&* 34. Gangrenſi *cap.* 20. Carthag. 5. *c.* 14. Bracarenſi *c.* 5. *aliàs* 6. Mogunt. *c.* 51. Lateranenſi ſub Innoc. III. & maximè Tridentino *ſeſſ.* 25. *in tit. de Inuoc. Venerat. & reliq. SS.* quæ refert Carena *de offic. S. Inquiſit. p.* 2. *tit.* 17. *§.* 12. *num.* 41. Hoc, inquam, non obſtat, non 29
ſolùm, quia caſus relati, & alij ſimiles fuerunt particulari Dei prouidentiâ manifeſtati, & verba illa S. Auguſtini vel in ipſo non reperiuntur, vel caſu quo reperiantur, intelligi debent de peccatoribus qui ſumptuoſiſſimis ſepulchris honorantur in terris; cum eorum animæ ardeant in infernis; vel de Donatiſtis hæreticis, qui ſuos colebant vt Martyres, vt habet 30
Bellarminus *tom.* 2. *lib.* 1. *de Beatitudine Sanctorum, cap.* 9. ſed etiam, quia ſi argumentum propoſitum efficax eſſet, probaret etiam ſolùm canonizatos, aut beatificatos ab Eccleſia Romana, & eius capite Summo Pontifice haberi debere vt ſanctos, cum infallibilitas proponendi ea, quæ pertinent ad cultum vniuerſalem Sanctorum ſolùm ad Romanam Eccleſiam, & Summum Pontificem ſpectet; conſtat autem innumeros coli, vt ſanctos in particularibus Eccleſiis, Prouinciis, Regnis, &c. ſine canonizatione, aut beatificatione Eccleſiæ Romanæ, imò ſine expreſſo conſenſu eiuſdem Eccleſiæ, aut Pontificis; ſed ſolùm tacito, & implicito, quem etiam dici poteſt adeſſe cum adeſt conſuetudo legitima, prout in præſenti loquimur. Nam iuxta dicta *tom.* 4. *verbo leges Regularium,* 31
num. 55. ad conſuetudinem legitimam introducendam requiritur non ſolùm, quod ſit rationabilis, vniuerſalis, voluntaria, longæua, & inducta ab iis, qui legem ſeruare tenentur, ſed etiam, quod adſit conſenſus, ſaltem tacitus Principis. Et ſanè, cum iſta conſuetudo in Religionibus non ſit introducta niſi per totam Religionem, ac per conſequens ſit vniuerſalis, & conſuetudines vniuerſales non cenſeantur ignotæ à Principe, *cap.* 1. *de conſtitut. in* 6. fundari debent in ſcientia, & tacito conſenſu Papæ; ac per conſequens habent eam moralem certitudinem, quæ in hac re eſſe poteſt. Vnde Vrbanus VIII. 32
in Congregatione S. & vniuerſalis Inquiſitionis ann. 1625. habita, quam retuli ſupra, prohibens venerationem, & cultum hominibus cum ſanctitatis, vel martyrij fama defunctis, expreſsè declarauit: *Quod per ſupraſcripta præiudicare in aliquo non vult, neque intendit iis, qui aut per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum, aut per patrum, virorumque Sanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientia ac tolerantia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarij coluntur.* Ecce iam quomodo abſque 33
expreſſa Canonizatione, aut beatificatione alicuius Sancti permittitur ipſis cultus, & veneratio, propter longiſſimi temporis ſcientiam, ac tolerantiam Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarij. Cuius, ſcilicet Ordinarij, nomine venire poſſunt Prælati ſupremi Religionis, ſcilicet Generalis, ac maximè Capitula Generalia, propter dicta tum ex iure communi, tum ex aliquibus priuilegiis Religionum *tom.* 3. *mea Summa, in Mari magno Carmel. n.* 399. *&* 479.

Quia tamen tam in Rubricis Breuiarij Romani, 34
quam Carmelitani, dum conceditur facultas celebrandi feſta Sanctorum, quæ conſueuerunt celebrari

etiamſi in Kalendariis contenta non ſint, eſt ſermo
de feſtis, quæ *ſolemniter* celebrantur, ideò hæc con-
ceſſio ſuffragari non poterit Religionibus, niſi talia
feſta *ſolemniter* celebrare conſuerint. Siue enim dica-
mus hoc eſſe ius commune, ſiue priuilegium, cõmune
eſt omni diſpoſitioni, quod vbi verba non conue-
niunt, diſpoſitio non habet locum, *l. 4. §. toties, ff. de
damno infecto, l. quod conſtitutum, ff. de milit. teſtam.*
Bartol. *in d. l. 4. §. Prætor ait,* Gemin. *conſ. 65. in princ.
num. 2.* latè Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. Libertis, num. 2.
C. de reuocand. donat.* vbi *num. 3. cum ſeqq.* intelligit in
legibus, ſtatutis, & omni alia diſpoſitione, Cardin.
Tuſch. *tom. 8. litt. V. concl. 89. à princ.* Mar. Anton. *var.
reſol. lib. 3. reſol. 9. num. 4.* Quid autem importet ver-
bum *ſolemniter,* Gauant. *ſupr. num. 29.* inquit, quod
reſpectu Cleri ſæcularis ſignificat feſtiuitatem, aut
populi, aut Clericum pompa exteriori; puta proceſ-
ſione, apparatu, concurſu, & huiuſmodi, & ita de-
clarauit Sacra Rituum Congregatio die 28. Augusti
1628. Reſpectu verò Regularium, & Congregatio-
num ſignificat ſingularem quendam cultum commu-
nem aliis Feſtis de Calendario. Cæterum credo dicen-
dum ſignificare ſingularem aliquem cultum vltra
communem aliis Sanctis, aliàs eſſet ſuperfluum tale
verbum: cum tamen verba debeant aliquid operari,
& non eſſe ſuperflua in omni diſpoſitione, *l. in princ.
ff. de iniur. l. ſi quando 109. de legat. 1. l. fin. ff. ne quid in
loco publico, c. ſi Papa, in fin. de priuil. lib. 6. c. ſi à Iudice,
de appell. eod. lib.* Felin. *in cap. qualiter, & quando, n. 25.
de accuſ.* Alex. *conſ. 214. Ponderatis, num. 10. & ſeqq.
lib. 6.*

39 Quia etiam in dicta Rubrica Breuiarij Romani di-
citur: *Cum officiis propriis à Sede Apoſtolica appro-
batis, aut ex eiuſdem Sedis auctoritate receptis, vel
recipiendis, alioquin de communi;* ideò officia dictorum
Sanctorum, qui apud Religiones *conſueuerunt celebra-
ri,* accipienda ſunt de communi, niſi adſint officia
propria à Sede Apoſtolica approbata. Quod enim in-
quit Rodriguez, non ſolùm *tom. 2. quæſt. regular. q. 69.
art. 5.* relato, ſed etiam *tom. 1. quæſt. 42. art. 21.* ſcilicet
*poſſe in Religionibus recitari officia propria de his San-
ctis, etiamſi hæc officia à Sede Apoſtolica non ſint ap-
probata, dummodo digna ſint, vt approbentur, vel Re-
ligio eis vtatur animo ea à Sede Apoſtolica confirman-
di:* probans id ex prædictis verbis Rubricæ, in qua
dicitur, *ex eiuſdem Sedis auctoritate receptis, vel re-
cipiendis.* Defendi non poteſt, nam illa verba prædictæ
Rubricæ *recipiendis,* non intelliguntur, antequam re-
cipiantur, ſed pro tunc quando officia fuerint rece-
pta, & non ante. Ita docet Layman. *tom. 2. lib. 4. tract. 1.
cap. 5. num. 6. dicto 2.* quem ſequitur Bonacina *tom. 1.
tract. de Hor. Can. diſp. 1. q. 4. punct. 1. n. 22.* in impreſ-
ſione Lugdunenſi, & Anellus *ſupra n. 13.*

40 Ex quibus omnibus obiter colligitur quo iu-
re Carmelitæ officium faciant de Sanctis Elia, Eli-
ſeo, Dionyſio Papa, Gerardo Epiſcopo, & Martyre,
Petro Thoma Epiſcopo etiam, & Martyre, Angelo
Martyre, Anaſtaſio Martyre, Cyrillo Alexandrino,
Andrea Corſino, Serapione, Spiridione, & Alberto
Epiſcopis; Alberto quoque alio, Cyrillo Doctore,
Bertholdo, Brocardo, Simone, Auertano Confeſſori-
bus; Euphraſia, Euphroſina, Thereſia, & Magda-
lena de Pazzi Virginibus. Vt enim prætermittamus
Thereſiam, & Magdalenam poſteriores (ex quibus
Thereſia non ſolùm ratione Canonizationis, ſed &
ſpecialis conceſſionis Sedis Apoſtolicæ; Magdalena
verò ratione ſpecialis beatificationis à noſtris cele-
brantur) pro aliorum Sanctorum celebrando officio
in Capitulo Generali Ordinis Romæ celebrato anno
1564. in Conuentu S. Martini in Montibus factum
41 fuit decretum huiuſmodi: *Sancti Ordinis noſtri redi-
gantur in Catologum, ſeu Calendarium Sanctorum, &
de illis fiat officium duplex.* Ex vi cuius decreti eodem
anno Romæ apud Antonium Bladum Impreſſorem
Cameralem typis mandatum eſt Calendarium officio-
rum recitandorum in ordine, in quo prædicta Feſta
Sanctorum continentur. Ex eo autem, quod prædi- 42
cta Sanctorum Feſta in Catalogum redacta ſint Ro-
mæ apud Impreſſorem Cameralem, venia à ſuperiori-
bus conceſſa, vt dicitur in fine illius libelli, infertur
antiquam fuiſſe Ordinis conſuetudinem ex antiquio-
ribus Capitulis vſuque Religioſorum receptam, præ-
dicta officia recitare, neque enim alio modo Capitu-
lum Generale id præciperet, aut Romani Reuiſores
illud Calendarium imprimi permitterent, maximè
ſub S. Cardinali Borromeo Ordinis tunc Protectore,
& Romæ exiſtente, ſine cuius aſſenſu, & conſilio nihil
Capitulo actum (maximè in rebus tanti momenti)
credi debeat.

Deinde ex Pio V. in Bulla *Quod à nobis,* anno 1568. 43
edita (tribus ſcilicet annis poſt prædictum decretum,
& Calendarium, in quo prædicta feſta Sanctorum
erant, typis mandatum.) In qua cum Breuiarium
Romanum reformaſſet Papa, & alia Breuiaria non
approbata reprobaſſet, ea tamen permiſit, quæ erant
in vſu in Religionibus, ſeu Monaſteriis, *quæ ab ipſa
prima inſtitutione à Sede Apoſtolica approbata, vel
conſuetudine, quæ, vel ipſa inſtitutio ducentos annos an-
tecedat, aliis certis Breuiariis vſa fuiſſe conſtiterit.*
Cum ergo inſtitutio noſtræ Religionis ſupra ducen- 44
tos, & multò plures annos ante Pium quintum fue-
rit; Breuiarium noſtrum, in quo prædicta feſta San-
ctorum ex decreto relati Capituli Generalis inſerta,
vel, inſerenda erant, & ipſa feſta Sanctorum ab ipſo
Pio V. approbata virtualiter dici debent. Vnde Dida-
cus de Curia noſtri Ordinis eo tempore Scriptor
lib. 12. cap. 10. affirmat Pium V. approbaſſe, & confir-
maſſe prædicta feſta Sanctorum Ordinis noſtri illi à
Generali Baptiſta Rubeo præſentata, & in Bulla pro 45
Breuiario Romano recipiendo, & aliis reprobandis,
noſtrum Breuiarium excepiſſe, & approbaſſe, abs du-
biè propter dicta.

Accedit, quod prædicti ſancti, vel continentur in 46
Martyrologio Romano, prout ſunt Elias, Eliſeus,
Angelus, Cyrillus Alexandrinus, Albertus, Anaſta-
ſius, Dionyſius Papa, Gerardus, Serapion, Spiridion,
Euphraſia, & Euphroſina; vel in Martyrologio Ioan-
nis Molani Antuerpiæ apud Philippum Nutium an-
no 1583. vt ſunt Albertus Epiſcopus, Petrus Thomas
Martyr, Cyrillus, Bertholdus, Brocardus, & Simon
Confeſſores. Auertanus autem in Catalogo Sancto-
rum Philippi Ferrarij Alexandrini doctiſſimi Autho-
ris, qui dicit ex Molano *in addit.* illum ſumpſiſſe.
Iure ergo de prædictis Sanctis officium celebrari po-
teſt, ſiquidem eo ipſo, quod in Martylogiis recenſen-
tur, digni videntur iſto cultu.

Præſertim tertiò, quia quamuis in correctione Bre- 47
uiarij Carmelitani, & illius reſtitutione, & accom-
modatione ad Breuiarium Romanum facta ſub Gre-
gorio XIII. anno 1585. plures ex prædictis Sanctis
ſint prætermiſſi, nec poſiti in dicto Breuiario, vt in-
frà dicetur, propter rationes ibi aſſignandas, nihilo-
minus ſub Paulo V. anno 1610. illos reſumpſit Re-
ligio authoritate Apoſtolica, prout conſtat ex breui
Catalogo, ſeu Kalendario Romæ impreſſo eo anno
apud Iacobum Maſcardum ſuperiorum permiſſu, cu-
ius titulus eſt: *Officium Sanctorum Ordinis glorioſiſ-* 48
*ſimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo, quod olim in
dicto Ordine recitabatur, nunc denuò auctoritate Apo-
ſtolica reaſſumptum.* Quod obtinuiſſe Henricum Sil-
uium eo tempore Ordinis Generalem, ſupponunt
Franciſcus Cheraſcus in vita ipſius, & Auguſtinus Biſ-
caretus in MS. cui titulus eſt *Palmites vineæ Carmeli,*
dum agit de Henrico Siluio.

Nec

Digitized by Google

49 Nec obſtat ſi dicatur, quod cum in Breuiario Car-
melitano, de quo dictum eſt, correctum, & reſtitu-
tum fuiſſe ad normam Breuiarij Romani, & quod
authoritate Gregorij XIII. approbatum fuit per Bul-
lam *Vt Breuiarij*, anno 1584. prædicto Breuiario præ-
miſſam, non contineantur multi ex prædictis San-
ctis aut feſtiuitates ipſorum, imò in dicta Bulla præ-
cipiatur Carmelitis, vt illo ſolo Breuiario vtantur,
nec illi aliquid addere præſumant, nullatenus fuit
poſtea in poteſtate Religionis reaſſumere Sanctos
illos Apoſtolica authoritate illis ſublatos, aut eos
Breuiario inſerere. Nam hæc ablatio Sanctorum ea
dicto Breuiario non fuit facta ab ipſo Gregorio,
quaſi ipſe Pontifex ex ſe ipſo voluerit de prædictis
Sanctis celebrari non poſſe à Carmelitis. Conſtat
enim euidenter contrarium ex ipſa Bulla, in qua ha-
betur, ea decreto Capituli Generalis tunc proximè
Romæ celebrati ſtatutum fuiſſe, quod Ioannes Caſ-
ſardus tunc temporis Prior Generalis Ordinis curam
50 ſuſciperet Breuiarij corrigendi, idque egiſſe adhi-
bitis aliis piis, & doctis eiuſdem Ordinis Profeſſori-
bus, illud reſtituendo ad normam Breuiarij Roma-
ni, quantum fieri potuit, cùm antea prædictum Bre-
uiarium iuxta Hieroſolymitanæ Eccleſiæ conſuetu-
dinem confectum fuerit, Pontificemque Gregorium
prædictam reſtitutionem, correctionem, & emen-
dationem approbaſſe, Breuiarioque ſic reſtituto, &
emendato ſolum in poſterum illis vti præcepiſſe. Hæc
51 enim ſunt verba Bullæ: *In Generali Capitulo poſtre-
mò Romæ celebrato ſtatutum fuit, vt dilectus filius Io-
annes Baptiſta Caſſardus Prior Generalis dicti Ordi-
nis tunc electus, Breuiarij ipſius corrigendi curam ſuſci-
peret. Quod cum ipſe (ſicut nobis relatum eſt) adhibi-
tis aliis piis, & doctis eiuſdem Ordinis Profeſſoribus
diligenter ſit exequutus*, &c. Et infrà, *Nos reſtitutionem*
52 *prædictam*, &c. Ex quibus manifeſtè elicitur corre-
ctionem prædicti Breuiarij reſtitutione ipſius ad nor-
mam Romani, & omiſſionem feſtiuitatum prædicto-
rum Sanctorum, de quibus in præſenti, non fuiſſe fa-
ctas præcipiente, mouente, aut cogente Summo Pon-
tifice, ſed ſpontanea, libera, & vltronea voluntate Re-
ligionis volentis complacere Summo Pontifici, qui
Breuiarium Romanum a cunctis Eccleſiis recipi cu-
piebat. Ac per conſequens, re poſteà melius perſpecta,
potuiſſe dictas feſtiuitates reaſſumere, non ſolum acce-
dente authoritate Apoſtolica, qua ea reaſſumptio dici-
tur facta in relato Kalendario, ſed etiam authoritate
propria, vt inferiùs dicetur. Prædictas autem feſtiui-
tates Sanctorum non ideò omiſſas, aut prætermiſſas
eſſe à Religione Carmelitarum, eo quod dubitaret de
ipſorum Sanctorum ſanctitate, conſtat.
53 Primò, ea eo quod inter illos multi ſunt indubi-
tatæ ſanctitatis, vt ſunt Dionyſius, Serapion, Spiri-
dion, Euphraſia, Euphroſina, & Gerardus, qui
proptereà in Martyrologio Romano collocantur, alio-
rum autem ſanctitas, etſi non tam manifeſta ſit, ve-
runtamen tam ex hiſtoriis, quàm ex miraculis ab ip-
ſis reſpectiuè factis, vſuque antiquo illos colendi, ta-
cito, vel expreſſo Eccleſiæ accedente conſenſu, ſuf-
ficienter conſtat etiam.
54 Secundò ex eo, quod etiam omiſerunt, ſeu præ-
termiſerunt in prædicta correctione Breuiarij quam-
plures alios Sanctos indubitatæ Sanctitatis, qui in
antiquo Calendario Carmelitanorum decreto prædi-
cti Capituli generalis anno 1564. edito contineban-
tur, vt ſunt Teleſphorus Papa, & Martyr, Paulus
primus Eremita, Barbaſianos Epiſcopus, & martyr;
Leander Epiſcopus; Herculanus Epiſcopus, & mar-
tyr, Victor Papa, & martyr; Anaſtaſius Papa, &
martyr; Ioannes Papa, & martyr; Honuphrius Here-
mita, Melchiades Papa, & Martyr, Lazarus Epiſcopus
& martyr, & alij plures, quos etiam omiſerunt.

Ratio ergo talis omiſſionis Sanctorum ea fuit, 55
quam diximus, ſcilicet vt conformarentur Breuia-
rio Romano, quod Eccleſia Romana, quæ eſt mater
aliarum Eccleſiarum ſuſcipit, & vt complacerent
Summo Pontifici Gregorio, qui prædictam reductio-
nem deſiderabat; inſuper vt iuxta intentionem Ec-
cleſiæ officia feriarum celebrare poſſent. Niſi etiam 56
dicatur, ideò Sanctos illos, tam ſui Ordinis, quàm
alios omiſiſſe, quia Carmelitas vt veros filios Vir-
ginis Mariæ adſtringere volebant ad recitandum offi-
cium paruum ipſius Virginis, quod aliàs non recita-
rent, ſaltem ea obligatione, & præcepto, ſi de illa
multitudine Sanctorum, quam omiſerunt, officia fa-
cerent.
Nec obſtat ſi dicatur, Religionem renunciaſſe iuri 57
ſuo in omiſſione talium Sanctorum, quando ſuum
Breuiarium corrigens non poſuit in eo ipſorum of- 58
ficia; ac proinde poſteà nequiuiſſe iterum reaſſumere
eorum feſtiuitates. Primò enim reſponderi poteſt,
quòd cum recitatio prædictorum Sanctorum fuerit
ea vi decreti Capituli generalis, conſuetudinis Reli-
gionis, & Bullæ Pij V (prout dictum eſt) talis omiſ-
ſio non fuit renunciatio priuilegij, atque ita non pro-
cedere in præſenti communem regulam, ſcilicet *quod
priuilegia amittantur per ipſorum renunciationem.* Se- 59
cundò dicendum, eſto quod Religio derogauerit ſibi
prædicta omiſſione quantum ad hue, quod eſt dictos
Sanctos in corpore Breuiarij collocari, non tamen 60
quoad hoc, quod eſt de illis poſſe facere officium. Re-
nunciatio enim strictè eſt interpretanda, vt minus læ-
dat renunciantem, quàm fieri poſſit, *l. ſi domus, ff. de
ſeru. vrb. præd.* Bocc. *conſ.* 111. *ſub num.* 31. Surd. *conſ.*
446. *num.* 22. Rot in vna Alexandrina *Archipresbyte-
ratus*, coram Merlino 1627. Quæ etiam addit ſequen-
tia, quæ ad intentum noſtrum deſeruiunt. *Liberè* 61
*cedens, & renuntians, licet dicatur perdere dominium,
& poſſeſſionem, ſaltem de iure: attamen ſi poſteà incum-
bat de facto, & realiter inhæreat poſſeſſioni, adhuc ad
ſtatum eſt manutenendus, imò & reintegrandus ſi ſpolie-
tur.* Innoc. *in c. ſuper hoc. de renuntiat.* Calderin. *conſ.* 4.
eod. tit. & ſequitur Rota *deciſ.* 5. *n.* 2. *in nouis*, Caſſad. *de-
ciſ.* 4. *de reſtit. ſpoliat. n.* 2. & 4. *verſ. credit tamen.*
Accedit ad hæc; ſaltem à ſimili, quod cùm Patres 62
noſtri Diſcalceati ea vi Quinterni Sanctorum Reli-
gionis illis ſub Sixto V. conceſſi, non poſſent facere
officium de omnibus illis Sanctis Ordinis, de quibus
modò eſt ſermo, ſed ſolùm de aliquibus, illis ſcilicet,
qui in dicto Breuiario Carmelitano, quod ſub Grego-
rio XIII. ad normam Breuiarij Romani reſtitutũ erat,
continebantur; nihilominus poſteà innitentes tum
ipſorum ſanctitati, vſui, ſeu conſuetudini faciendi
feſta ipſorum, & authoritati Capitulorum genera-
lium, eoſdem vt beatos approbantium, ac præcipuè
voto Illuſtriſſimorum Dominorum Auditorum Rotæ 63
Franciſci Peñæ, Horatij Lancellotti, & Dionyſij Si-
monis de Marquemont (quod apud me habeo au-
thenticum) officia etiam aliorum Sanctorum, qui in
dicto Quinterno non continebantur, celebrare cœ-
perunt. Potuit ergo etiam totum corpus Religionis id
efficere, propter ſimiles rationes.
Denique iis omnibus prætermiſſis, præfata officia 64
à noſtris Carmelitis celebrari poſſe, & debere, conſtat
clarè ex conceſſione, & approbatione S. Congrega-
tionis Rituum ſub Vrbano VIII. die 12. Iunij anni
1628. in qua cùm Quinternum Sanctorum Religionis,
inter quos hi, de quibus eſt controuerſia, erat, eidem
Sacræ Congregationi proponeretur, edidit hoc decre-
tum in fine dicti Quinterni impreſſum. *Officia ſupra-
ſcripta Sanctorum Ordinis Carmelitarum ad inſtan-
tiam Generalis eiuſdem Ordinis, & fratrum Refor-
matorum, quos Diſcalceatos vocant, qui Breuiarium
Romanum acceptarunt, ad vſum dicti Breuiarij Romani* 65

Digitized by Google

reformata, ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſ. Cardinali
de Torres recognita, & ſubſcripta, & quorum aliqua
aliàs ſub die 20. *Iunij* 1609. *ab Illuſtriſſ. ac Reueren-*
diſſ. Cardinali Bellarmino de mandato Sac. Rituum Con-
gregationis reuiſa, & approbata fuerunt, eadem S. Con-
gregatio, vt ab vniuerſo Carmelitarum ordine liberè,
& licitè recitari, ac etiam pro maiori commoditate im-
primi poſſint, licentiam, & facultatem dedit, & con-
ceſſit. Die 12. *Iun.* 1628. *Caſ. Cardinalis de Torres. F.*
66 *Fuluius Benign Secret. Locus † ſigilli.* Ex cuius decreti
vi non ſolum ea recitat tota Religio, ſed & iuata
conceſſionem in ipſo factam, inſerta ſunt in Breuia-
riis Carmelitanis poſteà impreſſis.

67 Quia autem ſæpius de iſtorum Dei ſeruorum non
Canonizatorum, nec beatificatorum ab Eccleſia ſan-
ctitate inquiritur, & dubitatur an de ipſis officium
fieri poſſit, præter dicta Conſulto primo, quæ ad
hoc intentum deſeruiunt, monendi Religioſi, quod
etſi ſanctitas ſecundum D. Dionyſium *cap.* 12. *de di-*
uin. nominib. ſit omninò immaculata munditia ab om-
ni immunditia libera; ſeu ſecundum S. Thomam 2. 2.
quæſt. 81. *art.* 8. *ad* 1. ſit generalis virtus complectens
omnium virtutum actus in Deum relatos. Troilus
Maluetius *de Canonizat. SS dub.* 1. *n.* 5. Felix Contelo-
68 rus *de Canonizat. SS. cap.* 14. *num.* 3. Nihilominus
ſigna ſanctitatis non ſolum ſunt miracula, & Marty-
rium, vt alibi diximus; ſed etiam primò odor ſua-
uis è corpore defuncti manans. Rota *in relatione B.*
Paſchalis Bailon, & in relatione S Iſidori Matriten-
ſis, & in relatione S. Thereſiæ. Graſſius *lib.* 5. *conſil. de*
ſent. excommunicat. conſ. 17. Contel. *ſuprà num.* 19.
Secundò, liquor odoriferus manans è corpore ſerui
Dei. Rota *in relatione B. Paſchalis, & in relatione*
S. Andreæ Corſini, & conſtat in eo liquore manante
è corpore S. Nicolai Barenſis. Contelorius *ſuprà*
num. 20. Tertiò, conuerſatio in vita cum Angelis.
Rota *in relatione S. Raimundi, & in relatione S. Fran-*
ciſca, & S. Iſidori. Contelorius *ſuprà num.* 21. Quar-
tò, ſplendor, ſeu fulgor in facie relucens dum viue-
ret. Rota *in relatione S. Ignatij, & in relatione B. Ber-*
trandi. Contelorius *ſupr. n.* 22. Quintò, & multò magis,
ſi id contingat poſt mortem. Rota *in relatione B. Ber-*
trandi, Graſſius, & Contelorius *ſupr.* Sextò, harmo-
nia cœleſtis audita in loco vbi defuncti corpus poſt
mortem adſeruatur. Rota *in d. relatione B. Bertrandi.*
Contelorius *n.* 25. Septimò, ecſtaſis, raptus, ſeu ele-
uatio à terra. S. Thomas 2. 2. *q.* 175. *art.* 1. & 5. Rota
in relatione S. Xauerij, Contelor. *n.* 27. Octauò Pro-
phetia. S. Thom. 2. 2. *q.* 171. *art.* 4. Auguſtinus Trium-
phus *de poteſt. Eccleſ. quæſt.* 15. *art.* 5. Rota *in relatio-*
ne B. Paſchalis. Nonò, habere reuelationes diuinas. S.
Thom. 2. 2. *q.* 172. *art.* 6. Toſtatus *in Matth. c.* 25. *q.* 144.
Antiochus Blondus *in Apocalypſ diſp.* 2. *q.* 1. Decimò,
quod irrationalia obediant ſeruis Dei contra natura-
lem inclinationem, vt ſi aues, piſces, arbores, flumina,
vel alia huiuſmodi aliquid agant, vel patiantur ſupra
ipſorum naturas. Rota *in relatione S. Raimundi*,
Pauinus in relatione S. Bonauenturæ. Vndecimò,
ebullitio ſanguinis, vel fluxus illius longo tempore
poſt mortem, vel quod corpus ſit ita flexibile, vt
poſſit in quamcunque partem verti. Vnguium, vel
capillorum continua augmentatio. Rota *in relatione*
S. Xauerij, Contelor. *ſup. n.* 35. 36. & 37. Et illi qui
loquuntur de S. Ianuario, cuius ſanguis ebullit ſæ-
69 pius Neapoli. Hæc porrò omnia, & ſimilia ſunt ſigna
ſanctitatis, eo quòd cum ſint ſupra naturam, debent
aſcribi miraculo, iuxta Rotam *in relationibus S.*
Franciſca, S. Caroli, S. Andreæ Corſini, & S. Hyacin-
thi, ex doctrina S. Thomæ, & aliorum Theologo-
rum, ac Gloſſæ *in cap.* 1. *verb. Sedis Apoſtolicæ, de re-*
liq. & venerat. Sanctor. in 6. & Pauini *in relatione*
S. Bonauentura.

Hæc porrò ſigna non eſſe ſemper infallibilia, niſi 70
quando ſunt adminiculata, & ex circumſtantiis ma-
nifeſtatiua ſanctitatis, eo quòd ferè ſimilia contin-
gere poſſint per illuſionem, aut arte dæmonis, ſeu
magorum, rectè oſtendit Fortunatus Scacchus *in li-*
bro relato de notis, & ſignis ſanctitatis. Vnde non
propter aliquod, vel aliqua ipſorum moueri poſſunt
Religioſi ad faciendum officium pro aliquo putato
Dei ſeruo, niſi ſeruatis aliàs ſeruandis, præſertim Se-
dis Apoſtolicæ conſenſu. Pro qua materia legendus
eſt Andreas Molfeſius *in Add. ad quæſtiones vſuales,*
conſil. 45. Vbi multa eruditè, etſi cautè legenda, quia
author non vidit decreta nouiſſima S. Congregationis
ſub Vrbano VIII.

Votum porrò Illuſtriſſimorum D D. S. Rotæ Ro- 71
manæ Auditorum per Auditorem Cameræ authen-
ticatum, de quo *ſupra num.* 63. mentionem fecimus,
hic placuit adiungere, quia ex ipſo nonnulla ad in-
tentum noſtrum depromere poterit ſtudioſus lector.

VOTVM D. D. AVDITORVM

S. Rotæ Romanæ.

IN nomine Sanctiſſimæ, & Indiuiduæ Trinitatis,
Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. Noue-
rint Vniuerſi, & ſinguli hoc præſens publicum tran-
ſumpti Inſtrumentum viſuri, lecturi, pariterque au-
dituri. Quod Nos Petrus Paulus Creſcentios Proto-
notarius Apoſtolicus, vtriuſque ſignaturæ Sanctiſ-
ſimi Domini Noſtri Papæ Referendarius, necnon
Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Au-
ditor, Romanæque Curiæ Iudex ordinarius, ſenten-
tiarumque, & cauſarum tam in eadem Romana Cu-
ria, quàm extra eam latarum, ac litterarum Apoſtoli-
carum quarumcunque vniuerſalis, & merus Exe-
quutor ab eodem Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa
ſpecialiter deputatus, ex parte, & ad inſtantiam R.
Patris Ferdinandi à Sancta Maria Vicarij Generalis
ordinis Diſcalceatorum Beatæ Mariæ de Monte Car-
melo, per publicum edictum, vt moris eſt, citari man-
dauimus, & fecimus omnes, & quoſcumque ſua
communiter, vel diuiſim intereſſe putantes ad di-
cendum contra infra dicenda iura in actis exhibi-
ta, & accipiendum quicquid volunt, & poſſunt, illa-
que adjici videndum, ac per infraſcriptum Curiæ No-
ſtræ Notarium tranſumi, & exemplari, & in publi-
cam tranſumpti formam redigi mandari: qua qui-
dem citatione coram Nobis reproducta, vigore il-
lius comparuit idem R. Pater Ferdinandus Vicarius
Generalis, & repetiit Dubium propoſitum cum re-
ſolutionibus factis à Reuerendiſſimo Domino Fran-
ciſco Penia vtriuſque Signaturæ Sanctiſſimi Domi-
ni Noſtri Papæ Referendario, & Sacræ Rotæ Audi-
tore, & Decano, & Reuerendiſſimis D D. Horatio
Lancellotto, & Dionyſio Simone de Marquemontio
pariter vtriuſque Signaturæ Sanctiſſimi D. N. Papæ
Referendariis, ac Sacræ Rotæ Auditoribus, in calce
dicti dubij annotatis ſub infraſcripto tenore. V. S.
in Religione Carmelitana ſunt plures Sancti diutur-
na temporum ſerie exiſtimati, & ita in Chronicis
eiuſdem antiquis, in Martyrologio Vſuardi, & aliis
auctoribus vocati, nondum tamen Canonizati, de
quibus in Breuiariis eiuſdem Ordinis à quadraginta
circiter annis ex auctoritate expreſſa, vel Capi-
tulorum generalium, vel ipſorum generalium fue-
runt recitata Diuina officia; at an auctoritate Apo-
ſtolica, non conſtat: quæ conſuetudo celebrandi
eorum feſta perſeuerauit vſque ad annum 1584. quo
dum Breuiarium Carmelitanum ad normam Romani
emendaretur

emendaretur, nullo monente, vel cogente, omiſſi ſunt ab ipſis Religioſis Correctoribus plures ex eiſdem ſanctis, & authoritate fel. rec. Gregorij Papæ Decimi tertij fuit dicta Correctio ita confirmata, vt nihil addi, detrahi, vel immutari liceret: Regulares verò eiuſdem ordinis Diſcalceati, accepto Breuiario Romano, & auctoritate Apoſtolica retentis iiſdem Sanctis in dicta Breuiarij Carmelitani correctione poſitis vi Rubricæ primæ eiuſdem Breuiarij Romani, quod eo vtentes Regulares poſſint etiam ritu duplicis officij celebrare feſta Sanctorum, qui apud ipſorum Religiones conſueuerunt ſolemniter celebrari, licet prædicta feſta in Calendario Romano non ſint deſcripta, reaſſumpſerunt dictorum Sanctorum emiſſorum feſta, & in eorum poſtremo Capitulo generali ſtatuerunt de illis tantùm celebranda feſta, quorum certa haberetur fides fuiſſe Carmelitanæ Religionis profeſſores, poſteà anno 1602. Clem. Papa octauus facultatem faciens generali dicti Ordinis Calceatorum Breuiarium Carmelitanum prædictum de nouo corrigendi, & conformandi quantum fieri poterit ad normam noui Breuiarij Romani, conceſſit quod præfati ordinis Breuiarium noua adhibita diligentia accuratius debeat inſpici, examinari, & ſi quæ deprauata aut omiſſa, præſertim circa feſta Sanctorum dicti ordinis eſſe, & recognitione indigere videbitur, ad prædicti Noui Breuiarij Romani normam emendari, & reſtitui procuretur. Quæritur an in huiuſmodi emendatione liceat reſtituere prædictos Sanctos, de quibus recitabatur Diuinum officium, & an, licet non ſint Canonizati, vigore tamen prædictæ conſuetudinis ex decreto Capitulorum Generalium, vel ipſorum fortè tantum generalium inductæ, liceat etiam, vt prius de illis horas Canonicas, & Diuinum officium recitare. Pro affirmatiua videtur ſentiendum, quia nihil de nouo inducitur, ſed ſolùm, quod olim obſeruabatur in Religione B. M. de Monte Carmelo retinetur, & licet non appareant Apoſtolica diplomata ſuper eorum Canonizatione, concurrunt tamen tria, quæ eam arguunt, chronica vetuſta, & aliquot martyrologia eos Sanctos appellantia, auctoritas Capitulorum generalium eoſdem beatos approbantium, nec eſt veriſimile, quod leuiter fuerint inducti Patres ad eos recipiendos, & eorum officium recitandum, & denique obſeruantia ſubſecuta, quia ſine contradictione multis temporibus eorum officium fuit receptum, & recitatum, noua diſputatio, & inquiſitio à Sanctiſſimo D. N. Clemente Papa Octauo inſtitutum ſuper præcauenda veneratione hominum mortuorum nondum Canonizatorum, aut Beatificatorum non, comprehendit beatos, de quibus hic quæritur, quia Sanctiſſimus expreſsè præſeruat antiquos, atque ita ſentio in hac facti ſpecie, Ego Franciſcus Peńa Rotæ Auditor ſub cenſura tamen Sanctiſſimi, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Romæ, die 11. Auguſti 1603. Et ego Horatius Lancellottus Rotæ Auditor ſub cenſura Sanctiſſimi ſuſcribo me ſupradictæ ſententiæ R. P. & D. mei Decani, maximè reſpectu Congregationis Fratrum Diſcalceatorum, apud quos fuit ſemper in vſu, & conſuetudo, quæ etiam huc vſque ſeruatur recitandi prædicta officia, & prædictorum Sanctorum feſtiuitates celebrandi; quod videtur conforme Rubr. primæ, & ſecundæ Breuiarij Romani, die 26. Martij 1609. Horatius Lancellottus, &c. Et ego Dionyſius Simon de Marquemont Rotæ Auditor ſub cenſura Sanctiſſimi ſubſcribo me ſupradictæ ſententiæ RR. PP. & DD. mei Decani, & Lancellotti, maximè reſpectu Congregationis Fratrum Diſcalceatorum, ex ratione per D. M. Lancellotum conſiderata, die 18. Martij 1609. Dionyſius Simon. de Marquemont. D. Ioan. Maria Lucidus de Calderola medietatis recognouit manus retroſcriptorum RR. PP. DD. Franciſci Peniæ, & Horatij Lancellotti in forma hac, die 30. Auguſti 1610. Illuſtr. Bartolomæus Francus Tiraſſonen. Diœceſis medietatis, &c. recognouit ſupradictas manus retroſcriptorum RR. PP. DD. Franciſci Peniæ, & Horatij Lancellotti S. Rotæ Auditorum in forma omni, &c. Illuſtriſſ. & R. D. Ioan. Lumbrer. presbyter Cæſarauguſtanus medietatis, &c. recognouit per ſimilitudinem manus retroſcriptorum RR. PP. DD. Franciſci Peniæ, & Horatij Lancellotti in forma, ſub die 30. Auguſti 1610. Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. P. D. Baldus Morſcius de Camerino V. I. D. Franciſcus Saſſola Clericus Linconenſis med. &c. recognouerunt manum retroſcriptorum DD. Dioniſij, Marci Montij in forma dicta die. Poſtmodum verò, idem R. Pater Vicarius petijt prædicta omnia tranſumi, & exemplari, & in publicam tranſumpti formam redigi, mandari. Nos igitur attendentes requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam, & rationi conſonam, quodque iuſta petenti non eſt denegandus aſſenſus, prædicta omnia tranſumi, & exemplari, & in publicam tranſumpti formam redigi mandauimus, decernernentes, & ſtatuentes, quod huic Noſtro publico tranſumpto talis, & tanta fides in iudicio in Curia, & extra, & vbique locorum detur, & adhibeatur, quanta daretur, & adhiberetur ſi ipſamet originalia in medium exhiberentur, ſuper quibus omnibus, & ſingulis tanquam ritè, rectè & legitimè geſtis, & factis noſtram, noſtrique officij auctoritatem pariter, & decretum interponendum duximus, & interpoſuimus. Et in quorum omnium, & ſingulorum fidem, &c. Datum. Romæ ex Ædibus Noſtris, anno Domini. Milleſimo ſexcenteſimo decimo, Indictione octaua, die verò Vigeſima Menſis Septemb. Pontific. Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Pauli Diuina Prouidentia Papæ Quinti. Anno ſexto. Subſcr. M. Burattus, &c.

Loco † Sigilli appenſi, Iulius Oliuellus Cur. earum Cameræ Apoſtolicæ Notarius.

Præſens copia extracta fuit ex ſuo originali in carta pergamena ſcripto propter R. P. Vicarium generalem ordinis Diſcalceatorum B. M. de Monte Carmelo exiſten. cum quo collationata concordat.

In fidem hac die 12. Septembris 1635.

Ita eſt. Franciſcus M. Belgius Notarius.

CONSVLTVM III.

De officio S. Eliæ Prophetæ.

SVMMARIVM.

1 *Senibus reuerentia debita.*
2 *Ex Cicerone, Solone, & aliis.*
3 *Elias quaſi in ius vocatus.*
4 *Quæ notare deberent, qui eum vocant.*
5 *Honor Regis iudicium diligit.*
6 *Facultas faciendi eius officium antiqua.*
7 *Approbatum à Gregorio XIII.*
8 *Breuiarum Carmelitanum iuxta Ieroſolymitanum.*
9 *Et à Sixto V.*
10 *Conſuetudine Religionis.*
11 *A Clemente VIII.*
12 *Pro Græcis.*
13 *Sub Paulo V.*
14 *A S. Congregatione.*
15 *Iterum ab eadem.*
16 *Conſequenter à Sede Apoſtolica.*
17 *De alio Eliano officio.*
18 *De alio antiquiſſimo, Chryſoſtomi tempore.*
19 *De Breuiario Angrienſi.*

20 *De Miſſarum ſolemniis.*
21 *In antiquo Miſſali Carmelitano.*
22 *In alio ſub Rabeo Generali.*
23 *In alio Bibliotheca Vaticana.*
24 *Qaàm antiquum ſit.*
25 *Argumentum petitum ex Elia ſanctitate.*
26 *Ex rubricis Breuiarij.*
27 *Emanuelis Rodriguez doctrina.*
28 *Ex antiqua conſuetudine.*
29 *Ex iuribus talis conceſſionis.*
30 *Secundùm aliquos eſt verè beatus viſione Dei.*
31 *Duo errores fugiendi.*
32 *Non eſt mortuus.*
33 *Docent hoc Patres.*
34 *Apocalypſis locus.*
35 *Elias ſeptimus humana vita continuator.*
36 *Hebraorum placita.*
37 *Non eſt corpore glorificatas.*
38 *Argumentis probatur.*
39 *Vbinam ſit.*
40 *Ex Paribus.*
41 *Regis Anglia opinie.*
42 *Tertalliani, Irenai, & Iaſtini verba.*
43 *Eorum intentio.*
44 *An videat Deum.*
45 *Affirmant aliqui*, & oum.46. & 47.
48 *Conſonant alij.*
49 *A Patribus indicatum, & num. ſeqaentibas.*
57 *Et ab illis, qui dicunt ia cœlum eſſe receptum.*
58 *Qui tales ſint; & nam ſequentibus.*
65 *Alij Authores, & num. ſeqq.*
69 *Maximè Gregorius Hieromonachus.*
70 *Item qui Eliam* Beati *nomine decorant.*
71 *Qui hi ſint, & num. ſeqq.*
75 *Beati nomen pro fælici vſurpatur.*
76 *Crebriùs pro eo, qui Deum videt.*
77 *Seneca teſtimonium.*
78 *Eccleſia teſtimonia, & aum. ſeqq.*
82 *Miſſale antiquiſſimum.*
83 *Zacharia III. teſtimonium.*
84 *Martyrologia.*
85 *Elia feſtinitas.*
86 *Sedis Apoſtolica approbationes.*
87 *Templa ſab titulo Elia, & num. ſeqq.*
90 *Pro pluuia ipſius precibus impetranda.*
91 *Rabbi Salomonis traditio.*
92 *Fauet textus.*
93 *Conuenientia Elia cum aliis Diais.*
94 *An viſione beatifica fruatur.*
95 *Ex temporis diuturnitate.*
96 *Ex rei amata abſentia.*
97 *Metaphraſtes quid ſentiat.*
98 *Quid Chryſoſtomus.*
99 *Negant plures Eliam frui Dei viſione.*
100 *Poteſt coli, & inuocari.*
101 *Ex Paribus oſtenditur.*
102 *Poteſt intercedere pro inuocantibus ipſam.*
103 *Ex Patribus probatar.*
104 *Ex Theologis.*
105 *Ex Eccleſia teſtimoniis.*
106 *Curam de ſuis deuotis habet.*
107 *Ex 4. Reg. 2. teſtimonio.*
108 *Ex illo* Pater mi, Pater mi, &c.
109 *Ex Rabbi Salomone.*
110 *Ex Hebraorum traditionibus*, & n.111.
112 *Ex illo* Eli, Eli lammaſabactani.
113 *Fx illo* Eliam vocat iſte.
114 *Theophylacti expoſitio.*
115 *Hebraorum precationes.*
116 *S. Ioannis Euangeliſta exemplum.*
117 *An ſit mortuus.*
118 *Sanctis viuentibus templa dicata.*
119 *Qaid de animabas Purgatorij.*
120 *De animabus Lymbi.*
121 *Elia Prophetia de duratione mundi.*
122 *A Patribas comprobata.*
123 *Congruentia ipſius.*
124 *Incerta duratio mundi.*
125 *Relatio apparitionum Elia.*
126 *Hiſtoria S. Patritij Hiberni.*
127 *Chryſoſtomi verba.*
128 *An Elias conſeri debeat à Deo Canonizatus.*
129 *Poteſt Canonizari.*
130 *Non obſtat, quod ſit ſuperſtes.*
131 *Titali, quibus id fieri poteſt.*
132 *Quid à S. Congregatione determinatum.*
133 *Hymnus Elia Sclauonicas.*

IESVS MARIA.

Occaſio ſcribendi hoc Conſultum.

SENES non debere in ius *ſine venia* 1
vocari lex eſt, ad quam non tam docti,
quàm facti, non inſtituti, ſed imbuti
ſumus. Præſcribitur hoc *in l. generaliter,*
ff. de in ius voc. Hinc apud Homerum
lib. 3. Iliad. Neptunus Iouis ex vtroque parente fra-
ter ipſum Iouem reueretur, nec audet illi palam ob-
ſiſtere, quòd eſſet maior natu. Et Cicero diſertè di-
xit, *miſeram eſſe ſenectutem, qua ſe oratione defende-*
ret, quaſi indigna non ſit huiuſmodi adminiculis,
quæ de ſe venerabilis eſt. Solon Atheniensis legiſla-
tor, cum ex eo aliquando Piſiſtratus quæreret, qua 2
tandem ſpe fretus ſibi tam audacter obſiſteret, *Sene-*
ctute, reſpondit, Authore Tullio *de ſenect.* Marcus
Caſtritius, dum Placentiæ magiſtratum gereret, Cn.
Carbone Conſule iubente decretum fieri, quo ſibi
obſides à Placentinis darentur, nec ſummo eius Im-
perio obtemperauit, nec maximis viribus ceſſit, at-
que etiam dicenti, *ſe multos gladios habere*, reſpon-
dit: *Et ego annos.* Teſtis eſt Valerius *lib. 6. cap. 2.*
Tarteſij adeò ſenectutem venerabantur, vt non liceret
minori contra oato maiorem teſtimonium dicere. 3
Tradit Stobæus *cap. 42.* Sed & Phariſæi, vt à Philo-
ne proditum, maiores natu ſic venerabantur, vt
nec contrarium alicui reſpondere auſi eſſent. Elias ta-
men venerabiliſſimus ſenex, longævus, annoſus,
probatus, quaſi in ius vocatur his diebus. Sed non
ſine venia, quia non niſi à piis, doctiſque, dum in
dubium vertitur, quo iure Carmelitana familia eiuſ-
dem Eliæ feſtum, Miſſarumque ſolennia, ritu an-
nuo celebret. Optari ſanè deberet perdoctos Theolo-
logos aſpexiſſe, quæ Liuius quondam 1. *Dec. lib. 1.*
dixit, *Antiquitas humana diuinis miſcuit*: & *lib. 5.*
Antiquis in rebus, ſi qua veris ſimilia, pro veris acci-
piantur: & 4. Dec. *lib. 4. nihil notum ex antiquo pro-*
babile eſt. Ac ſi diceret, aotiqua omnia certa, quod 4
dixit Papa Gregorius *ſuper 7. Pſ. Antiquorum geſta*
nobis Prophetia ſunt. Hæc enim animaduertentes fa-
cilè crederent, antiquum ritum celebrandi Eliana ſo-
lemnia in Carmelitana familia non ſine magno fun-
damento viguiſſe. *Nobilia ingenia* (Baronius dicebat)
tom. 12. in Appendic. ad tom. 1. magis laborent, quo-
modo quod per tot annos oſtenditur in Eccleſia eſſe
receptum conſtare poſſit; & vt firmum perſiſtat, qua-
que aduerſantia recepta conſuetudini corrigant, &
emendent. Quia vt ipſe *ibid.* ex Auguſt. *epiſt. 128.*
optimè: *Ipſa mutatio conſuetudinis etiam qua adiuuat*
vtilitate, nouitate perturbat. Quapropter qua vtilis
non eſt, perturbatione infructuoſa, conſequenter noxia
eſt. Quid ſi dicamus vetuſtatem ipſam vim probatio-
nis habere, vel teſte Ouidio *lib. 4. Faſtor.*

Pro

Digitized by Google

——————*Prò magno teſte vetuſtas*
————*Creditur*

Et *lib.* 1. *Metamorph.*

Saxa quis hoc credat ? niſi ſit pro teſte vetuſtas Ponere duritiam expere.

Quia tamen boni zelatores rationem petont fidei, qua hucuſque Elianum feſtum Canonicis precibus
5 celebrauimus, totique Eccleſiæ Eliam inuocandum egimus, rationem reddere fas ſit; *honor enim Regis iudicium diligit. Pſ.98.* Maximeque ſi cauſa agatur paterna, de qua *cura habenda vſque ad vltimum ſpiritum* (inquit Chryſoſtomus *hom.24.in Ioan.*)

Reſponſio.

6 Dicimus, quod antiqua eſt, & venerabilis, ſæpiuſque confirmata facultas à Sede Apoſtolica, facta Patribus Carmelitanis recitandi officium Sancti Prophetæ Eliæ, prout ex Breuiariis, Quinternis, & aliis antiquis monumentis Religionis conſtare poterit. Primò enim in Breuiario antiquo Venetiis apud
7 Iuntas anno 1585. approbato à Gregorio Decimotertio, & iuſſo Prioris Generalis Magiſtri Ioannis Baptiſtæ Caſardis de Senis edito, inter alia feſta, & officia Sanctorum, Elianum hoc officium, etiam cum octaua à fol. 80. reperitur. Approbatio autem Gregorij Decimitertij eſt in Bulla *Vt Breuiarij* in principio eiuſdem ſita, anno 1584. edita, vbi inter alia ſic habetur. *Nos reſtitutionem prædictam à diligentibus, & ſcientiâ præditis viris, quibus eius recognoſcenda munus demandauimus, probari intelligentes, ne eiuſdem ordinis Fratres in diuino officio, alio, atque alio modo recitando vagentur, eorumque quaſi fluctuet deuotio, prædictum Breuiarium, ſicut præfertur, recognitum, & reformatum Authoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, omni alio vſu*
8 *dem. eps omnibus interdicto.* Cum verò conſtet prædictum Breuiarium Carmelitanum iuxta Hieroſolymitanæ Eccleſiæ conſuetudinem à multis ſeculis fuiſſe in vſu Religionis (vt ipſemet Gregorius Decimuſtertius in principio prædictæ Bullæ teſtatur dicens, *Vt Breuiarij, quo dilecti filij Fratres Ordinis Beatæ Mariæ Carmelitarum, iuxta Hieroſolymitanæ Eccleſiæ conſuetudinem multis ſæculis vtantur, &c.* videtur inferri officium Sancti Eliæ recitatum fuiſſe à tota Religione Carmelitana à tot ſæculis, vt horum principium propter antiquitatem aſſignari non poſſit.

9 Quidquid hoc ſit. Deinde Sixtus Quintus in Bulla, *Eximium quod in nobis, anno 1589 die 27. Iunij* edita, & habetur *in 2. tom. Bullar pag. 665.* approbat officia Sanctorum Ordinis Carmelitarum pro Patribus Diſcalceatis eiuſdem Ordinis, *dummodò*, inquit Pontifex, *tam in Miſſa, quàm in recitandis horis Canonicis diurnis, ac nocturnis, modum, & formam deſcriptam in Quinterno, ſeu libello per dilectos Filios noſtros Antonium Sanctorum, Ioannem, & Paul. Garraſam, & Vincentium Sanctæ Mariæ in via titulorum Presbyteros Cardinales Montis Regalis nuncupatos, de mandato noſtro reuiſo, correcto, & approbato, inde obſerueris, & nihil penitus addatis, aut minuatis.* Cum autem in hoc Quinterno, ſeu libello Officium Sancti Patris Eliæ reperiatur fol. 18. in impreſſione Segobienſi, pro comperto eſt, prædictum officium à Sixto Quinto approbatum eſſe, vtpote de mandato ipſius
10 reuiſum, correctum, & approbatum. Similiter cum in prædicta bulla dicatur, *Quia vetus iam diu viget in veſtro ordine laudabilis conſuetudo dies feſtos in honorem Beatæ Mariæ, & quorundam Sanctorum ſolemniter celebrandi.* Cum inter illa prædictum feſtum Sancti Eliæ contineatur, conijcitur id quod, & ſupra diximus, ex antiqua, & laudabili Religionis conſuetudine tale feſtum celebratum fuiſſe.

Præterea Clemens Octauus in bulla, quæ incipit, 11
Romanus Pontifex, ſub dat. Ferrariæ *die* 30. *Iulij* 1598. conceſſit, & indulſit Presbyteris, & Monachis Græcis, præſertim Ordinis S. Baſilij, vt vti poſſent Breuiario quodam Græco, Græciſque litteris, & characteribus impreſſo, in quo officium Sancti Eliæ Prophetæ *pag* 459. continetur. Fuit autem prædictum Breuiarium ab Antonio Arcudio Archipresbytero Soleti Hydrunt. Diœceſis ex mandato Cardinalis Iulij S. Seuerinæ in compendium redactum, & abſolutum, ad ipſumque Clementem Octauum per prædictum Arcudium Archipresbyterum dedicatum, vt ex Epiſtola ipſius in principio talis Breuiarij conſtat.
Ex hoc autem habetur Elianum officium, præter ap- 12
probationes ſupradictas, habere etiam illam à Sede Apoſtolica, & Clemente Octauo pro Presbyteris, & Monachis Eccleſiæ Græcæ.

Præſertim quartò, ſub Paulo Quinto anno 1609. 13
Sac. Rituum Congregatio pro eiſdem Patribus Carmelitanis Diſcalceatis approbauit Officia propria Sanctorum Ordinis Carmelitarum contenta in quodam libello, ſeu Quinterno Romæ impreſſo apud Guillelmum Faciotum prædicto anno 1609 de mandato eiuſdem Sacræ Congregationis diligenter recognita, & ſubſcripta à Cardinali Bellarmino, prout in fine prædicti Quinterni habetur. In eo autem *pag.* 65. reperitur feſtum, & Officium Sancti Eliæ Prophetæ cum ſua Octaua pro vigeſima die Iulij, & ſe-
quentibus. Ac per conſequens clarè conſtat illud à 14
Sede Apoſtolica, & Sac. Congregatione Rituum iam iterum approbatum, recognitum, & reuiſum.

Poſt quæ ad inſtantiam Patris Generalis noſtri Or- 15
dinis Magiſtri Gregorij Canalis Veneti eadem Sacra Rituum Congregatio approbauit alium Quinternum, ſeu libellum Romæ ex Typographia Rev. Cameræ Apoſtolicæ 1629. vt conſtat ex ipſius Sacræ Congregationis decreto, die 12. Iunij 1628. edito, & ſubſcripto à Coſma Cardinali de Torres. In eo autem à pag. 107. reperitur idem officium, ac feſtum Sancti Eliæ cum octaua pro vigeſima die Iulij, & ſequenti-
bus. Vnde clarè conſtat officium hoc non ſemel, aut 16
bis, ſed ſæpius à Sede Apoſtolica, Sacraue Congregatione approbatum extitiſſe, re maturiſſimè, vt ſolitum eſt, reuiſa, & diſcuſſa.

Veruntamen, de alio quoque Eliano officio, anti- 17
quo ſanè, vtporè, quod ante Concilium Florentinum in vſu apud incolas Cretenſis Inſulæ videtur fuiſſe, agit Gregorius Hieromonachus Magnus protoſincellus *in reſponſionibus ex variis Sanctorum ſententiis ad epiſtolam Marci Epheſij, in reſponſione ad obiectionem contra Beatitudinem Sanctorum*, aſſerens incolas prædictæ Inſulæ rogaſſe Venerabilem Epheſi Præſulem, *vt ſermonem ſcriberet, quem annua Sancti Eliæ celebritate in officio legerent*, annuiſſeque petitioni ipſorum, *non abſque mercede*, inquit, *tum à Sancto ipſo exigenda, tum exacta per vinum in vaſe, quod vulgo Barilem vocant*; ſcripſiſſeque ſermonem cuius principium tale eſt, *Opus profectò, &c.* Huius verò Authoris liber 4. *tom Concil. impreſſionis Coloinenſis*, poſt acta Concilij Florentini extat impreſſus. Quod ſine dubio pluſquam mediocris Authoritatis eſſe declaratur, & officium Elianum apud veteres illos Eccleſiæ Græcæ Chriſtianos in vſu fuiſſe, ſiue Eccleſiæ Romanæ aſſenſu, & permiſſu, ſiue ſuorum Antiſtitum Catholicorum conceſſu, moris antiquitus erat.

Quod tamen celebrati officij, ſolemniſque feſti 18
Eliani apud veteres Chriſtianos maximum indicium præſtat, id eſt, quod antiquiſſimus Eccleſiæ Doctor. S. Ioannes Chryſoſtomus, qui circa ann. Dom. 400.

floruiſſe noſcitur, homilias, conciones, ſeu ſermo-
nes tres de Elia Sancto ſcripſerit, vt ex 5. *tom. oper.*
eiuſdem Chryſoſtomi, vbi habentur, liqueſcit. Ha-
rum enim homiliarum, ſeu concionum declamatio
fiebat in Sanctorum ſolemniis, quæ populus ritu an-
nuo celebrabat, in natalitiis præſertim diuorum. Si-
meon quoque Metaphraſtes, qui ante ann. 859. San-
ctorum homilias, aut ſermones ſcripſit, pro Eliæ
quoque natali homiliam ſcripſiſſe conſtat, quam Su-
rius Latinam pro die 20. Iulij habet. In ea autem de
Eliano feſto verba faciens dicit: *Hunc diem habentes*
admirabilem, nobis complanantem eam, quæ ad ipſum
ducit ſemitam, & ad cæleſtia deducentem taberna-
cula. Quibus Elianum feſtum, & officium publicè ab
Eccleſia receptum fuiſſe, non incongruè elicitur.
Nec inde parum roboris noſtrum intentum deſumit.
Hinc fortè ortum habere potuit, quod in Breuia-
19 rio Eccleſiæ Angrienſis in Hungaria, quod in Bi-
bliotheca Collegij S. Alberti Carmelitarum Hiſpali
reſeruatur, fuitque Venetus ann. 1514. typis editum,
pro die 20. Iulij Antiphonæ, & Orationes ſequen-
tes, quas refert Muñozius *in propugnaculo Eliæ, lib. 3.*
tr. 2. cap. 2. art. 3. num. 5. habetur Antiph. ad Bene-
dict. *Cæleſtis lætitiæ fac nos quæſumus participes tuis*
ſanctis precibus, Iordanis qui flumina ſicco pede tranſ-
meaſti, & in curru igneo per turbinem cœlum aſcendere
meruiſti. Antiph. ad Magnif. *Vatum ſummè, in hoc*
mundo qui fuiſti, vir piloſus, zona pellicea cinctus re-
nibus, nos ad ſumma trahe poſt te ſuperna gratia. Ora-
tio: *Deus, qui Beatum Eliam Prophetam tuum va-*
riis virtutibus decoratum igneo curru ad cœlum ſuble-
uaſti, tribue fidelibus tuis ipſius meritis adiuuari, &
patrociniis communiri, &c. Alia in fine huius conſulti
ex Eccleſia Sclauonica habebit lector ad intentum.
20 Sed quoad ſolemnia Miſſarum de ipſo Sancto Pro-
pheta Elia, præter Miſſas Officiis ſupra relatis reſpon-
dentes, quæ in Miſſalibus, ſeu Quinternis à Sede
Apoſtolica approbatis in vſu Carmelitanæ Religio-
nis ſunt. Extant quoque antiquiora Miſſalia in qui-
bus Miſſa de eodem Sancto Propheta ſæpius recepta
conſpicitur. Primò enim in antiquo Miſſali Carmeli-
21 tano, quod in Biblioteca S. Mariæ Tranſpontinæ de
Vrbe reſeruatur, Venetiis impreſſo tempore Iulij ter-
tij anno 1551. habetur Miſſa de eodem Sancto Pro-
pheta Elia folio 230. Cum autem in principio Miſſa-
lis dicatur illud *ſecundum vſum Hieroſolymitanæ Ec-*
cleſiæ confectum fuiſſe, percipi datur hanc Miſſam
22 antiquam in Eccleſia eſſe. Eadem quoque Miſſa ha-
betur in alio eiuſdem ordinis antiquo Miſſali ſub
Ioanne Baptiſta Rubeo Generali Venetiis impreſſo,
ad ritum etiam, & ſecundum vſum Eccleſiæ Hiero-
ſolymitanæ. Cum autem prædicta Miſſa, etiam ante
tempora Gregorij decimitertij in vſu fuerit in or-
dine, manifeſtò liquet Gregorium Decimumter-
tium, aut Sixtum Quintum non fuiſſe primos qui
hanc Miſſam Religioni conceſſerant, ſed credi par
eſt, ab aliis antiquioribus illam accepiſſe, niſi dica-
mus à tempore, cuius principij memoria non extat,
hanc inoleuiſſe conſuetudinem.
23 Sed quod maioris antiquitatis euidentiora ſigna
præſtat, illud eſt, quod in antiquiſſimo Miſſali in
Sacra, & Apoſtolica Bibliotheca Vaticana reperto,
antiquis, & vetuſtis literis manuſcripto, & membra-
nis compacto, Miſſa in natali S. Eliæ Prophetæ ſub
die 17. Iunij habetur. Ipſius verò introitus eſt idem,
qui pro Miſſis SS. Confeſſorum aſſignantur ab Ec-
cleſia, videlicet: *Os iuſti meditabitur ſapientiam.* Verſ.
Noli æmulari, &c. Numerus folij, ſeu paginæ eſt 159.
24 Orationes quoque illius non leuiter S. Eliam compre-
henſorem eſſe indicant, vt infra oſtendetur. Quo
autem tempore Miſſale hoc deſcriptum fuerit, aut
in prædicta Bibliotheca ad cuſtodiam repoſitum, nec
ſuſpicari licet; Credere tamen fas eſt, ipſum ex vſu
communi (non incerto, aut apocrypho) extra-
ctum, prædictæ Bibliothecæ ad cuſtodiam traditum
fuiſſe. Nec de authoritate huius Miſſæ, & Miſſalis
dubitet quiſpiam, quod pro 17. Iunij aſſignetur, cum
alias frequenter pro 20. die Iulij talis Miſſa Eliana in
aliis Miſſalibus conſpiciatur. Hoc enim euenire po-
tuit ex varietate opinionum circa diem, quo raptus
Eliæ ad Paradiſum contigit: licet enim tam in Græca,
quam in Latina Eccleſia communiùs die 20. Iulij eue-
niſſe credatur, hoc tamen apud omnes certum non
eſt, cum conſtet in Martyrologio Molani ſub die 17.
Iunij reponi. Hac ergo forſan de cauſa prædicta die
talis Miſſa in dicto Miſſali fuit poſita. De hoc tamen
quidquid ſit, negari non poteſt Miſſam in vetuſtiſ-
ſimo Miſſali repertam, & in Vaticana Bibliotheca
aſſeruatam, magnum authoritas pondus, pro cauſa,
quam diſquirimus, habere.
Nec omitti iure poteſt, quod ſuppoſita Eliæ no- 25
tiſſima ſanctitate, quam ſolus Hæreticus negare po-
terit, cum ex Sacra Scriptura ſæpiſſimè, Eccleſiæ
traditione, Patrum, Theologorumque teſtimonio
roborata, liquidò cunctis innoteſcat; cùm Carme-
litana Religio eum, vt ſingulariſſimum Ordinis Pa-
trem, & patronum ſemper habuerit, vt ex Summo-
rum Pontificum bullis, officiis approbatis, aliiſque ex
humana authoritate petitis fundamentis, facilè de-
monſtrari poteſt, videtur potuiſſe, etiam ſecluſa ſpe-
ciali conceſſione Eccleſiæ, de ipſo officium Eccle-
ſiaſticum celebrari, in eoque inniti conſuetudinem
ipſius feſtum colendi, rituque Eccleſiaſtico honoran-
di. Ex rubricis namque Breuiarij Romani, *in §. de of-* 26
ficio duplici, feſtum duplex celebrari conceditur de
Patronis Titularibus, vel Sanctis, *qui apud quaſdam*
Eccleſias, Religiones, vel Congregationes conſueuerunt
ſolemniter celebrari. Adiungiturque id fieri poſſe *et-*
iam ſi prædicta feſta in Calendario non ſint deſcripta.
In Carmelitano quoque Breuiario *in rubr. 1. de officio*
duplici maiori, tale feſtum celebrari præcipitur: *In fe-*
ſto Patroni vnius, vel plurium alicuius loci, vel titu-
laris Eccleſiæ. Vnde Emanuel Rodriguez *tom. 1. quæſt.* 27
Regul. q. 42. art. 21. aſſerit poſſe Religiones recitare
officia Sanctorum, qui Patroni, vel Titulares Ec-
cleſiæ fuerint, etiamſi prædicta officia à Sede Apo-
ſtolica non ſint approbata (intellige ſpecialiter) dum-
modò digna ſint vt approbentur, & conſuetudo ſit
talia officia celebrandi. Quæ omnia in Sancti Eliæ
officio concurrunt, cum & ipſe ſit Religionis Patro-
nus multarum Eccleſiarum titularis, dignus vt tali
officio decoretur (vt conſtat ex adductis &, addu-
cendis) ſitque conſuetudo in Religione illud recitan-
di. Ac perinde videtur, etiam ceſſante ſpeciali Eccle-
ſiæ conceſſione, poſſe de ipſo Eccleſiaſticum offi-
cium celebrari. Pro quo etiam faciunt dicta Conſul-
to ſecundo.
Habetur iam ex dictis, Elianum officium, Miſſa- 28
rumque ſolemnia in Carmelitana Familia celebrari
ſolita, Summorum Pontificum, Sacrarumque Con-
gregationum conceſſionibus ac Breuiariorũ Rubricis
inniti, roburque & firmitatem longa conſuetudine id
faciendi accepiſſe. Cum enim antiqua ſit, vim præ-
ſcriptionis quaſi induit, quæ vt Iuriſconſultis per-
ſpicuum eſt, *Excludit omnem actionem contra rem*
præſcriptam; habet vim aſſenſus Superioris, ipſa eſt
Titulus, vel ita efficax, ac ſi titulus eſſet, ac tandem
habet vim Priuilegij à Principe conceſſi. Satisfactum-
que putamus piis zelatoribus de titulo, quo Carme-
litanus Ordo prædictum officium celebrare conſueuit.
Nunc iam in ſequentibus, qualiter Sanctus Elias di- 29
gnus ſit tali officij celebratione tot Iuribus illi,
nobiſque conceſſa, enucleatiùs expendamus.
Inter huius autem priuilegij titulos primum obti- 30
nere

nere locum poteſt, quod iuxtà plurium ſententiam
(quos inferiùs adducemus) viſione fruatur beatifica
in Paradiſo, ſeu alio loco, in quo à Deo viuus ſer-
uatur; de quo, quid ſentiendum, inferius quoque di-
cemus.

31 In præſenti autem extremos duos errores fugere
compellimur, vt per illorum medium permeantes,
tanquam inter Carybdim, & Scyllam, veritatis por-
32 tum attingere poſſimus. Primus eſt quorumdam Ra-
binorum, qui (vt Genebrardus de illis ſcribit *lib.1.*
Chronolog.) putant, *Eliam in illo ſuo raptu laxatum*
corpore, & in ſua ſolutum elementa, vbi ad ignis ſphæ-
33 *ram perueniſſet.* Vnde verè mortuum iam eſſe He-
bræi iſti credunt. Eorũ tamen error nõ modò aliis pe-
ritioribus ex Hebræis contrarius eſt, ſed (quod ponde-
ris) Eccleſiæ Patrum venerandæ cohorti contradi-
cit. Hi ſunt Irenæus *lib.5. aduerſus hæreſes cap.5. &*
lib.4. cap.30. Iuſtin. Philoſoph. & Mart. *in quæſt. ad*
Orthodoxos, q.85. Tertull. *lib. aduerſ. Iudæos cap.2. &*
libro de anima, cap.35. & 50. & lib. de reſurrectione
cap.58. Clemens Romanus *lib.5. conſtit. Apoſt. c.8.*
D. Cyprian. *lib de montibus Sion, & Sina.* D. Hieron.
epiſt. 61. ad Pammachium, & lib.3. contra Pelagianos,
& in epiſt. ad Marcell. D. Baſil. *hom.11. in Hexamer.*
D. Chryſoſt. *hom.21. in Geneſim, & hom.22. in epiſt.*
ad Hebr. D. Ambroſ. *lib. de Paradiſo, cap.3. lib 4. de*
fide cap.1. & lib.2. in Luc. Epiph. *lib.1. aduerſ hære-*
ſes, Hæreſi 64. D. Aug. *lib.9. de Gen. ad litteram, c.6.*
& lib.1. de peccatorum meritis, & remiſſione, cap.3.
Theodor. *lib. quæſt. in Gen. quæſt.45.* D. Gregor. *lib.9.*
Moral. cap.4. & lib.21. Mor. cap.36 Eucher. *lib.1.*
in Gen. c.18. D. Anſelmus, Theophyl. Oecum. D.
Thom. *in cap.11. epiſt. ad Hebræos*, & alij Hiſtorio-
graphi etiam, qui res in mundo geſtas diligentiſſimè
exquiſierunt, veritatem hanc communiter amplexati
ſunt. Ex millibus vnum, vel alterum proferam. Vi-
delicet Otton. Friſingenſ. *in Chron. cap.30.* & Her-
man. Contrac. *circ. ann. mundi 3064.* Quod ille prior
conceptis ſic expreſſit verbis. *Elias igneo curru in aera*
viuus tranſvectus, adhuc manere creditur ſuperſtes. Et
poſterior ſic. *Elias curru igneo rapitur quaſi vſque in*
cælum. Clariùs Gotfridus Viterbienſis in Chron. p.8.
ſic. *Igneus eſt currus ſubmiſſus ab æthere cæli, viuus*
Elias quo, ſcripto perhibente, reſedit, viuere perpetuò
cui Deus ipſe dedit. Et merito ſanè prædicti omnes
Eliam Sanctum nondum mortuum tradiderunt; cum
Sacra ſcriptura id non obſcurè ſubindicet, cum eum *4.*
Reg.2. in Cœlum tranſlatum referat & *Eccleſiaſt.48.*
receptum dicat *in turbine, & inſcriptum in Iudiciis*
temporum, lenire iracundiam Domini, &c. Accedit,
34 quod de communi Patrum, Doctorumque ſententia,
duo illi teſtes Chriſti, de quibus *Apoc.11.* dicitur, *Hi*
ſunt duæ oliuæ, & duo Candelabra in conſpectu Domi-
ni terræ ſtantes, Elias, & Enoch ſunt. De illis autem
paulò poſt docet à beſtia, ideſt Antichriſto, occiden-
dos. *Et cum finierint teſtimonium ſuum, beſtia, quæ*
aſcendit de abyſſo, faciet aduerſum eos bellum, & vin-
cet illos, & occidet eos. Si autem occidendi ſunt, ergo
nunc ſuperſtites, & inter viuos numerantur, non-
35 dum vita priuati. Melius ergo ſapiunt Hebræorum alij,
qui Eliam, *ſeptimum humanæ vitæ continuatorem* di-
cunt, eſtque illorum traditio, ſeptem viris omnem
à mundi principio vſque in finem, vitam humanam
continuatam eſſe. Primus eſt Adam, cuius vita vſque
ad Mathuſalem peruenit. Secundus hic Matuſalem,
qui vixit vſque ad Sem filium Noe. Sem iſte, qui fuit
tertius, peruenit vſque ad Iacob. Quartus Iacob vſque
ad Amram patrem Moyſis. Hic Amram quintus in
hac continuatione Abiam Silonitem attigit. Sextus
Abias vſque ad Eliam, qui ſeptimus vſque in finem
mundi eſt victurus. Ita ex Sixto Senenſi *in Bibliothe-*
ca Sancta, lib.2. in verbo Elias, extrahimus.

Quin etiam, ſi hac de re hoſtium Chriſtianæ Reli- 36
gionis Iudæorum teſtimonia audire cupimus (nam
veritas quæ ab inimico pectore, & ore interdum ex-
torquetur, gratior eſſe ſolet) qui poſt alios ſcribens
ſuam, & præcedentium ſententiam explicauit, Rab-
binus Dauid Pomarius, hæc habet in Tſemach Da-
uid: *Sapientes locum vbi delicientur Iuſti, necnon &*
acceptionem mercedis ipſorum, Gan Eden, ideſt Deli-
ciarum hortum vocauerunt. Alij Pardes, ſeu paradi-
ſum appellitant, eo quòd Hortus ille, quem Deus planta-
tauit, in Eden fuit, in quo collocauit primum Homi-
nem. Et locus iſte eligibilior eſt toto mundo proculdu-
bio, idcircò iſtas delicias Gan Eden, ideſt Deliciarum
hortum nominarunt. Et ſunt, qui interrogant dicentes,
poſtquam notum eſt locum illum in terra eſſe, qui Eden
appellatur, de quo & ſigna prodit Scriptura, quod ſit
in Eden verſus Orientem, qui fiat, quod non extiterit
vllus homo, qui eo in loco fuerit, viderítque hunc locum,
& hortum iſtum? Reſponſio. Non eſt Chanoch, & Elias,
verùm quotquot eò venerunt, non ſunt reuerſi propter
multas delicias, quæ inueniuntur ibi. Quis enim tam
ſtultus, qui inde denuò diſcederet? Quin potius eo in
loco remaneret. Aut fortaſſis acceſſum prohibet flamma
gladij verſatilis, vt in Geneſi habetur, quæ adhuc ho-
die ibi perſeuerat, vnde nemo eſt (nolente Deo) qui
poſſit ingredi. Hæc ille. Ex quibus ad intentum no-
ſtrum id ſolum accipimus, nugis aliis Iudaicis exploſ-
ſis, quod Elias noſter, etiam Hebræis aſſentientibus,
terreſtris Paradiſi incola ſuperſtes ſit. Quod etiam
Galilæos quoſdam (circunciſorum abs dubiè) Mo-
nachos tradidiſſe, qui poſt longam trium annorum
nauigationem ad terreſtris Paradiſi mœnia, vti fabu-
loſè narratur, peruenere, ex libro quodam in Eccleſia
Sancti Matthæi vltra Britanniam reperto, apud Got-
fridum Viterbienſem *in Chronic. p.2.* habetur.

Secundus error in hac parte vitandus eſt quorumo- 37
dam, qui nedum mortuum Eliam dicunt, ſed anima,
& corpore glorificatum, cœleſtem Ciuem credunt. A
Caluiniſtis forſan hunc hauſit errorem Iacobus ſex-
tus Angliæ Rex, qui de Enoc, & Elia hæc protulit.
Quî poſſit hoc, cum Theologia, vel ratione conſiſtere,
vt hæc duo glorificata corpora de Paradiſo, cæloue de-
ſcendant, prædicent, pugnent contra Antichriſtum, &
interficiantur ab eo? Quod rurſus confirmat hoc di-
lemmate. *Nunc oportet illos, aut in Cælo eſſe, aut in*
Paradiſo. Si in Cælo (quod haud dubiè verum eſt) glo-
rificata ſint corpora eorum oportet, cum nihil corrupti-
bile eo poſſit penetrare. Apoc.20. Quod ſi ſunt in terre-
ſtri Paradiſo, primum ſcire oportet, vbi ſit ille Para-
diſus? Hoc vero Regis dogma ſine errore non poſſe 38
defendi, conuincitur ex vniuerſali Sacræ Scripturæ
Regula, quæ latè habetur, nullum hominem cæle-
ſtem gloriam, cæleſtemve Paradiſum, aut patriam
ante Chriſtum primum propalatorem aſcendiſſe: id
docuit Ipſe Chriſtus Ioan.3. dicens: *Nemo aſcendit*
in Cælum, niſi qui deſcendit de Cælo, & Paulus ad
Hebr.10. *Habentes itaque fratres fiduciam in introitu*
Sanctorum in ſanguine Chriſti, quam initiauit nobis
viam bonam, ideſt vt Theophilactus exponit, *Nouam*
viam fecit, per quam primus iuit. Vnde ipſe Chriſtus
Apoſtolis, & omnibus fidelibus Ioan.14. dixit, *Vado*
parare vobis locum. Ac ſi Chriſtus pro ingreſſu Ho-
minum in Cœlos ipſorum præcurſor eſſet, prout con-
ceptis verbis id expreſſit Paulus ad Hebr.6. *vbi præ-*
curſor pro nobis introiuit Ieſus. Meritò ergo ait Innocē-
tius tertius in cap. Maiores de Baptiſmo, *regnum Cæ-*
lorum vſque ad mortem Chriſti fuiſſe omnibus obſera-
tum. Et Eccleſia in hymno *Te Deum laudamus*, quem
Lutherus hæreticorum omnium impudentiſſimus reii-
cere non eſt auſus, dicit: *Tu deuicto mortis aculeo*
aperuiſti credentibus regna cælorum. Immeritò ergo
Rex Iacobus Eliam noſtrum cæleſtem incolam credit. 39

Si

Si verò quærat vbinam ſunt? In primis dicimus,
quæſtionem hanc curioſam pluſquam neceſſariam
eſſe. Sic reſpondet Auguſtinus *lib.2. de peccat. orig.
cap.23.* Et Chryſoſt. *hom.21.in Gen.* de Enoc loquens.
Ne tamen Eliam, & Enoc *veredariorum more vltro,
citroque cœlum inter, & terram curſitantes*, vt Rea,
quaſi irridendo dixit, faciamus; dicimus ipſos Pa-
radiſi Terreſtris incolas eſſe, in eoque nunc exiſtere.
40 Quod præterquã quod ab innumeris Patribus, Sacriſ-
que Theologis aſſeritur, quos longum eſſe recenſere,
ex eo conuincitur, quod D.Irenæus 5. *aduerſus Hæ-
reſes, cap.5.* dixit, *hanc traditionem ſe à Preſbyteris,
qui Apoſtolos audierunt, accepiſſe.* Quare mirum eſt,
quod Rea Iacobus, qui antiquam fidem Eccleſiæ di-
cit ſe profiteri, hanc veritatem rejiciat. *Sed*, inquit,
*blaſphemum eſſet credere, ex quo Adam ab illo Para-
diſo eiectus eſt, aliquem ex Adami poſteris illuc perue-*
41 *niſſe.* Hoc verò ſi de acceſſu ad Paradiſum propria
virtute diceretur, tolerabile foret; de acceſſu tamen
non propria virtute humana, ſed diuina, vel ſaltem
Angelica, qua Eccleſia, & Patres Eliam in Paradi-
ſum ſubuectum fuiſſe credunt, non blaſphemum,
ſed pium, & religioſum dogma à fidelium cœtu repu-
tatur.
42 Nec refert ſi dicatur, Patres quoſdam Enoc, &
Eliam immortalitate donatos credere, ſic enim Ter-
tullianus *lib de reſurrect. carn. cap.58.* ipſos appellat
Æternitatis candidatos. Iren. *lib.1. cap.5. Coauſpican-
tes incorruptelam*, & Iuſtinus Martyr *quæſt. 85. ad
Orthodoxos*, manere *in immortalitate.* Horum enim
43 Patrum ſenſus eſt, Diuos iſtos, etſi mortali carne ve-
ſtitos, mortalitatis tamen ærumnis, fame ſcilicet,
ſiti, æſtu, intemperieque orbatos. Ideo enim Ter-
tullianus ipſos *Æternitatis candidatos* dixit, non
Conſules, vt Bellarm. *in Apolog.* aduertit, Irenæus *co-
auſpicantes*, non habentes, id eſt auſpicia, non per-
fectionem incorruptelæ poſſidentes: & Iuſtinus *in
immortalitate*, non immortales. Nec etiam quem-
quam moueat, quod Elias *in cœlum* raptus 4.Reg.2.
deſcribatur: verbum enim *cœlum*, vel aëris regio-
nem, quæ ſupra nos eſt, deſignat, vt cuique aut
mediocriter in ſacris Paginis edocto viſum eſt, vel
idem eſt *in cœlum*, ac *quaſi vſque in cœlum*, vt gra-
phicè Hermannus Contractus in ſuo Chronico circa
ann.mundi 3064. edixit. Abeant ergo proteſtantes,
qui cum Rege Eliam, & Enochum cœleſtis Paradiſi
Colonos, corporeque glorioſos efficiunt; nos enim
Catholicæ Eccleſiæ traditioni credentes, illos Para-
diſi terreſtris ſolummodò incolas veneramur.
44 In hoc ergo loco (vel eſto ſit in alio extra cœ-
lum, ſi alicui placuerit) graues quidam Theologi
aſtruunt, Diuos iſtos Eliam, & Enochum animæ bea-
titudine, viſione ſcilicet, fruitioneque beata gaude-
re. Hi ſunt Procopius Gazæus *in Geneſ.* Ambroſius
45 Catharinus *in libello de conſum. Gloriæ Chriſti*, Augu-
ſtinus Eugubinus *in cap.2. Geneſ.* Quam etiam ſen-
tentiam Benedictus Pererius *lib.7. in Geneſ. quæſt.5.*
probabilem putat, licet vt probabiliorem ſibi oppo-
ſitam teneat. Clarè etiam Eliam Sanctum viſione
Dei, vt verum comprehenſorem, modò potiri pro-
bat Petrus Thomas Saracenus de Bononia *in vita
S. Eliæ.* Qui tamen clariſſimè hanc ſententiam de-
46 fendunt, Sanctos Eliam, & Enoch verè beatos, &
comprehenſores eſſe probantes, ſunt ex recentiori-
bus duo grauiſſimi, qui ſoli, ſi alij authores non eſ-
ſent, illam probabilem redderent. Primus eſt Al-
phonſus Salmeron *tom.11. tract.32.* circa verba *Ioan.
24. Sic eum volo manere, &c.* vbi clarè docet Enoc,
& Eliam *in Paradiſo terreſtri ſeruatos iam beatitudi-
ne viſionis Dei, ac fruitionis ſecundum animas do-
natos eſſe*, (ſic enim loquitur.) Referens pro eadem
ſententia Beatum Antoninum, & alios. Probanſque
illam tum ex eo, quod ab Eccleſia inuocantur, tum
quia illis eſſet iniuria quodammodo à Deo irrogata,
ſi poſt tanta merita Beatitudinis, remunerationem
tanto tempore ipſis diſtuliſſet. Eam etiam probat ex
teſtimonio D.Auguſtini *lib. de Aſſumpt. Mariæ*, infe- 47
riùs adducendo. Secundus eſt Sebaſtianus Barradas 4.
tom. hiſt. Euang. lib.9. cap.4. vbi eandem ſententiam
eiſdem quoque fundamentis comprobat, concludens
non voluiſſe Deum *priuare Sanctiſſimos hos viros vi-
ſione ſua, quâ digniſſimi ſunt per tot annos.*
His adde nobilis notæ Theologos, & inter alios 48
Thom. de Maluenda Dominicanum *lib.9. de Anti-
chriſto, cap.5.* Franciſcum Suarez *tom.2. in 3 part. diſp.
55. ſect.1.* & Gabriel. Vaſquez 1.2. *diſp.216. num.37.*
aſſerentes Enoc, & Eliam eſſe extra ſtatum merendi,
neque modo quicquam apud Deum mereri, donec
tempore Antichriſti aduerſus ipſum pugnaturi in
mundo conſpiciantur. Hoc enim iſtorum Theologo-
rum aſſertum neſcio qua probabilitate affirmari poſ-
ſit, niſi dicatur Sanctus iſtos viros, Eliam præſertim,
faciali Dei viſione potiri: ſi enim vt Patres, & Theo-
logi ferè communiter aſtruunt in altiſſima Dei con-
templatione, & quod exindè, ſequitur feruidiſſimis
charitatis actibus viri iſti ſancti, ad minus ſemper
inſiſtunt, quo iure merendo dignitatem ab illis tol-
lunt? & quod communibus iuſtis Catholici contra
Caluiniſtas concedunt, iuſtiſſimis, ſanctiſſimis,
heroiciſque viris denegare præſumunt. Certè non
alio medio, niſi quia ipſos credunt extra communem
hominum etiam Sanctorum Regulam viuere, quaſi
calicos ciues illos reputantes, nec communi menſu-
ra aliorum iuſtorum, communibuſque regulis Sacræ
Scripturæ metiendos. Quod ſanè odoraſſe viſus eſt
Gotfridus Viterbienſis *in ſuo Chronico, part.2.* loquens
de Enoch, de quo ſic metricè cantat. *Inter iniquorum
turbas, & geſta malorum, gemma Beatorum fit Enoch,
& forma bonorum; quem legimus ſolum tunc meruiſſe
polum.*
Nec mirum hos Theologos in hanc ſententiam de 49
Beatitudine Sancto Eliæ concedenda irruiſſe (quid-
quid ſit de ipſius veritate, de qua poſteà) cum ipſa
non leuiter à Patribus indicata fuerit. Primò enim
Sanctus Epiphanius *hæreſ.64.* de Elia ſic loquitur.
Aſſumptus eſt in curru igneo, & eſt adhuc in carne. 50
*Carne autem ſpirituali, & non opus habente, vt per
coruos nutriatur, velut cum in hoc mundo fuit, & vt
de torrente Chorat bibat, & pellem ouilem induat: ſed
vt nutriatur alio quodam ſpirituali alimento, cuius
ſuppeditator eſt, qui occulta cognoſcit, & inuiſibilia* 51
*creauit, Deus Ambroſium quemdam, ac incorru-
ptibilem cibum habens.* Gregorius Nazian. *orat.2. de
Theolog.* de Enoch (de quo eadem quoad hoc militat
ratio, ac de Elia,) ſic loquitur. *Enochus autem tranſ-
latus eſt ille quidem, nondum tamen liquet, naturam-* 52
*ne Dei iam comprehendat, an adhuc comprehenſurus
ſit.* Diuus Hieronym. clarius loquitur *in epiſt. ad
Pammachium*, ſic. *Enoch tranſlatus eſt in carne, Elias
carneus raptus eſt in Cœlum, necdum mortui, & Pa-
radiſi iam coloni, habent quoque membra, cum quibus
rapti ſunt, atque tranſlati. Quod nos imitamur ieiu-
nio, illi poſſident Dei conſortio. Veſcuntur cœleſti pane,
& ſaturantur omni verbo Dei, eundem habentes Do-
minum, quem & cibum.* Sequitur Bern. *ſermone 6.* de
Aſcenſ. Domini. Sic de Elia, & Enoch ſermonem
inſtituens. *Felices nimirum viri illi, per quos Domi-* 53
*nica Aſcenſio legitur præſignata Enoch raptus, tranſ-
latus Elias. Felices planè, qui ſoli iam Deo viuunt,
ſoli vacant intelligendo, diligendo, fruendo. Neque
enim corpora, quæ corrumpuntur, illas aggrauant animas,
aut terrena inhabitatio ſenſus eorum, tanquam multa
cogitantes deprimit, qui cum Deo ambulaſſe noſcuntur.
Factum eſt impedimentum omne de medio, occaſio*
vniuerſa

Digitized by Google

vniaerſa ſablata ; materies nulla relicta eſt , quæ eorum
affectum aggrauet , vel deprimat intellectum. Nec mo-
dus loquendi Auguſtini ſententiam iſtam rejicit , ſed
potius amplecti videtur, dum *lib.* 9 *de Geneſi ad litte-*
ram, de Elia ſic loquitur *cap.* 6. *Neqae arbitraadum*
eſt , Eliam vel ſic eſſe iam , ſicut eraat Sancti quando
54 *peracto operis die denarium accepturi ſaat , vel ſic*
quemadmodum ſunt homines, qai nondum ex hac vita
migrarunt , de qua tamen ille non morte , ſed tranſla-
tioae migraait. Vbi cum Eliæ medium quemdam ſta-
tum concedat , illo quem habent Sancti in Terris
ſuperiorem , eo autem , quem habent in cœlis infe-
riorem , non leuiter ſuſpicari permittit , ipſum beati-
tudinem animæ , non verò corporis , Eliæ Sancto tri-
buere. Hoc etiam indicare videtur in iis , quæ imme-
diatè ſubiungit, videlicet : *Iam itaqae aliquid melius*
habet , qaàm in hac vita poſſet ; non ergo Dei ſola
contemplatione , quæ eſt per fidem , fruitur , cum illa
ſæpius in hac vita potitum fuiſſe credatur. Quæ verò
ſubiecit , ſcilicet : *Quamvis aondum habeat , quod ex*
55 *hac vita rectè geſta in fine habiturus eſt ; pro nobis*
enim meliora proaiderunt , ne ſine aobis perficereatur,
ex ſe ipſis manifeſtant loqui de gloria corporis , qua
ſimul omnes in cœlo donabimur. Clarius id habet
idem Auguſt. *in lib. de Aſſumpt. Mariæ* (Alphonſ.
Salmer. referente, vt ſuprà) per hæc verba : *Nihil*,
inquit , *de Elia, & Enoch , poſtqaam rapti ſunt ,*
vita felicitate commendat , cunctis liqaidò ſcieatibus
eos beatè viuere , qaos Domiaas ex hinc ia futurum
ſaluandos volait rapere. Hæc Auguſtinus. Fauet &
Ambroſius , qui *lib. de Nabath, cap.* 15. Cum Elia cur-
ru , & equitibus quaſi ad cœlum vecto ſic fatur. *Con-*
ſtantia merito hos accepiſti. curras hos equos ad diaiaa
56 *curreates , qaia moderatorem te hamaaarum meatum*
Dominus comprobauit , ideo tanquam boai auriga cer-
taminis victor aterao præmio coronaris. Quorum ver-
borum vltima ſententiæ præiactæ abs dubie adſtipu-
lantur. Idem etiam Ambroſius *lib. de Paradiſo, cap.* 5.
inter eos , *qui operati iaſtitiam perceperuat repromiſ-*
ſiones, Eliam connumerat *Et lib.* 1. *de Cain , & Abel,*
c. 2. dicit , *Eliam cum Dei Filio eſſe.*

57 Poſſumus his Patribus alios adiungere idem pro-
poſitum amplectentes , eo quòd Enoch , & Eliam in
Cœlum eſſe receptos , atque ibidem nunc degere, exi-
ſtimare viſi ſint. Cum enim de vero Cœlo Empyreo
intelligi non poſſint (cum ea , quæ adduximus, erro-
neum hoc dogma eſſe oſtendant ,) metaphoricè lo-
quutos credendum eſt itaut per Cœlum , locum in
quo Deus faciliter , & ſine ænigmate cognoſcitur
denotare velint. Hoc in ſenſu prouerbialiter apud mul-
tos dicitur , *vbi Rex , ibi aula regia.* Et (ſecuodum
aliquos) Chriſtus ad latronem dixit , *Hodie mecum*
eris in Paradiſo. Quod eſt , vt illi volunt , *clarè Dei*
videbis eſſentiam. Hoc etiam forſan ſenſu loquitur
Hermanus Contractus *in ſao Chron. circa anao* 3064.
Elias carru igneo rapitur quaſi vſqae in cælum. Ver-
bum enim *quaſi in cælum*, iuuare pro præſenti cauſa
videtur. Clariuſque opitulantur quæ ſuprà ex Got-
fridò Viterbienſi attulimus. Ergo ad intentum , hos
58 Diuos aſſumptos in Cœlum ideo iſti Patres dicent,
quia eo loco , in quo ſunt , Dei viſione fruantur. Ho-
rum primus eſt Sanctus Ambroſius loco adducto *ex*
libro de Paradiſo , & epiſt. ad Simpliciaaum, dicens :
Diues Enoch , qui quod habuit, ſecum tranſtulit , &
omnem illum ſua bonitatis cenſum cæleſtibus intulit
receptaculis. Diues Elias , qui virtatam ſuaram the-
ſauros curru igneo ſublimis ſedibus athereis inuexit.
59 Et *libro de Pœnitentia , cap.* 5. *Qaia deſcenſurus erat*
è Cælo , & in Cælam aſcenſurus , Eliam ad Cælam
leuauit , inde cum terris placito tempore rediturus.
Legatur etiam *ſerm.* 84. Secundus eſt Diu. Hierony-
mus *epiſt.* 152. *ad Minerium , & Alexandram* , vbi
refert Theodorum quendam Heracleotem ſic loquen-
tem. *Enoch , & Elias mortis neceſſitate ſuperata , ita*
vt erant ia corporibus de terrena conaerſatione ad cæle-
ſtia regna tranſlati ſunt. Idem quoque de Apollinario
referens ibidem , ſubiungit Hieronymus : *Quod nanc*
de Enoch, & Elia credimus , quo non longè abeſſe ab
hac ſententia demonſtrare videtur. Accedit tertius
Chryſoſtomus verbis inferiùs afferendis. *Homilia* etiam 60
de Aſcenſione Eliæ, ſic loquitur : *Mirum prorſus , &*
incredibile penè ſpectaculum eqais currere ſupiais, vti-
que ad regna cæleſtia tendentibus. Item ibidem clariſſi-
mum ſe huius partis fautorem oſtentat , inquiens :
Quod ſi , quod credere magis libet , quia hac iter ad
Cælum eſt , ſammum Regem viſurus aſcendis ? Rur-
ſus , Deum cum Elia ante raptum ſic loquentem indu-
cit. *Impeccabiles coatuberaiones poſthac habiturus es, in-*
ter Angelorum Choros habitare te faciam. Quæ ſi re- 61
ctè librentur, non leuiter huic parti fauent. Clariſſimè
quoque Dorotheus *ia ſyaopſi Proph. in vita Eliæ*
inquiens. *Hic Elias primas ex hominibus eſt , qui ho-*
minibus curſum ad cælos ſubmoaſtrauit , primus , & ex
hominibus , vnam Angelorum , & hominum viam oſtea-
dit , qui terra faerat ſortitus domicilium Cælum quo-
qae ſubitò penetrauit, qui mortalis factus fuerat : cum
immortalibus conaerſatar , qai humi incedebat . inſtar 62
ſpiritus cum Angelis in Cælis agit. Mirum ſanè eſt,
quam clarè , & libenienter Eliam cœli incolam, Ange-
lorum collegam credat Dorotheus. Sanctus etiam
Ephrem Syrus *ſerm de Transfigurat.* ſic ait : *Imperauit*
Chriſtus Cælo , & Eliam deduxit : innuit terra , & 63
Moyſen ſaſcitauit. Fauet & S. Auguſtinus *ſerm.* 1. *de*
Dominic. 1. *Quadrageſ.* per hæc : *Elias poſt qaadra-*
ginta dierum ieiunia ad ſuperaa cælorum de hoc mun-
do tranſlatas eſt. Et S. Gregorius *lib.* 20. *moral. cap.* 16.
dicens : *Ad cælum raptus Elias eſſe perhibetur.* Quo 64
etiam loquendi modo Sibyllina oracula ſic de Elia ra-
tiocinabantur.

Taac quoqae cæleſti curru deaectus inibit
Terras de cælo Theſbytes, ſigaaque trina
Oſtendet toti maado vita pereuntis.

Alij quoque authores in Eccleſia celebres , inteque in- 65
ter Patres numerandi , eadem phraſi Eliam cœlum,
cœlique ſedes aſcendiſſe credunt. Et vt omittatur Mi-
chaeł Pſellus non ſatis notus author , de quo apud
Steuchum *in cap.* 2 *Geneſis*, Sedulius inſignis Chriſtianus
Poeta aſſumptionem Eliæ hoc pacto metricè deſcripſit 66
lib. 1. *oper. Paſchal.*

Aurea flammigeris euectus in aſtra quadrigis,
Qua leuis athereos non exprimis orbita ſulcos,
Sidereum peaetrauit iter , curruque coraſco
Dexteriora petens , ſpatio maiore triumphum
Duxit , & humani metam noa contigit aui.

Alcimus Auitus de Elia , & Enoch cauens, in cœleſtes 67
& ſupernas habitationes ſubuectos, ſic dicit, & primò
de Enoch *lib.* 4. *de diluu. c.* 6.

——Qaem priſca fides , & conſcia virtus
In cælum morte tulit , ſic celſa petenti.

De Elia autem.

Quamquam qaò Noë proaaus conſcenderat Enoch
Elias curſu poſt tempora longa ſecutus
Scribitur ignitis ſcandeas penetraſſe quadrigis.

Claudius quoque Marius Victor de Enoch hæc car- 68
mina cecinit *lib.* 2. *Carm. in Geneſ.* quæ etiam Eliæ aptè
congruunt, cum vterque , Eccleſia plaudente , in euo-
dem locum aſcenderit.

Cains de ſerie polleat virtutibus Enoch
Deſcendens , meritis noa etiam imparaaitis,
Redditus in ſedes Patrias , orbemque beatum
Viuit adhuc , & habet vita iam regna futura.

Sed liceat quoque inter huiuſmodi Patres alium ſpe-
ciatim referre , qui nedum Eliam cœli incolam credit,
ſed & ipſum Dei viſione , & fruitione gaudere,
clariſſimè

claríſſimè tuetur, Grogorium ſcilicet Hieromona-
chum magnum Protoſyncelum, & à confeſſionibus
Summi Pontificis, qui poſteà Patriareba, & Romæ
ſepultus miraculis claruiſſe dicitur. Hic *ia reſponſioni-
bus ad Epiſtolam Marci Epheſij*, prout habetur in fi-
ne Concilij Florentini 4. *tom. Concil.* ex typis Colo-
nienſibus, cum Marcus ille beatitudinem Sanctorum,
velut hæreticus, & ſchiſmaticus negare videretur, ac
proinde *S*anctorum intereeſſionem refragari, illum
impugnans, & vtrumque errorem falſitatis conuin-
cere contendens, hæc habet de Elia noſtro, cuiuſdam
quoque Epheſij Præſulis, quem ipſe venerabilem
vocat, verba referens. *Opus profectò eſſe no-
bis ſermo granditate verboram targidus, atque in cœle-
ſtia peruolans, dum cupimus per eum vna cum Sancto
Doi aſpecta dignato* (Elia ſcilicet) *ſublimia petero.* Et
inferiùs: *Ego verò licero quidem ipſi, ſicut & anima-
bus Sanctorum qaocanque voluerit per tempus ſeſo con-
ferre, vbiqae dicata templa inuiſero, atque ad eos ac-
cedere, qui eius opem implorant, neceſſarium arbitror,
& verum eſſe. Non samen propterea dixerim abeſſe il-
lum à Cœlis, & micantibus illic ſplendoribus, ut cum
Angelis, & ipſum non aſſiſtere Domino; ita enim fie-
reſ, vt caeteris Sanctis minas haberet, qui ferò omni-
bus aateit, ſi quia carnem geſtat, orbatus eſſet eorum
conſortio, & clara Dei viſione aoa frueretur, cuius
pracipua fruitionis aon carnis per totum vita curricu-
lam.* Hæc ille inter alia, à quibus ſi tollas hoc ſolum,
quod Eliam Cœli incolam facere videatur (quod ſo-
lum metaphoricè intelligendum credo) quoad reli-
qua, & pium Theologum, Eliæque propugnatorem
illum Patrem ex Græcis habemus.

70 His porrò Patribus, & Theologis conſonant
etiam aliorum quoque Patrum dicta, quibus San-
ctum Eliam ſæpius *Beatum* appellare ſolent; Beati
autem nomen veram animæ beatitudinem ſonare om-
nibus innoteſcit. Ex quibus Chryſoſtomus *hom. 2. ad
populum Antiochenum*, ſic de Elia. *Noai quod iuſtum
illum Beatum pataris, & velletis quiſque eſſe vt ille.*
Et *hom. 15. ex variis in Matth. Abiit ergo beatus Elias.*
Deinde *hom 41. ia Geneſis c. 18. Talis erat*, inquit, *Beatus
Elias.* Item *ſerm. in Eliam Prophetam, qui tomo primo
habetar. Violentia, quam Beato Elia, Deus omnium
71 Dominus propter illos fecit.* S. Ambroſius *lib. 2. Of-
ficioram, cap. 4.* de Elia loquens. *Numquid ideo minus
Beatus, quia pauper eras ſibi? Minimè. Immò eò ma-
gis Beatus, qaia Deo diues.* Quæ ſi librentur non pa-
rum adſtipulantur, & cum ſequentibus cohærent:
*Meritò ibi volebat Petrus eſſe, vbi iſtos videbat. Meri-
tò in monte cum Chriſto in gloria apparaerunt.* Item
lib. 1. de Iacob, cap. 8. Neque enim, inquit, *minus Beatus
Elias quàm Moyſes.* D. Hieronymus etiam in vita
Pauli Eremitæ, titulo *Beati* Eliam nominat. Ioannes
72 quoque Hieroſolymitanus Patriarcha in libro ſæpius
à nobis inferiùs afferendo *de Inſtitutione Monacho-
rum, cap. 2.* eodem *Beati* titulo ipſum exornat. Cyril-
lus etiam Alexandrinus *lib. 3. contra Iulianum*, Enoch,
cui ſemper conſors eſt Elias, *Beatiſſimum* appellat.
Baſilius Seleucienſis Chryſoſtomi coætaneus, *oratio-
ne 15. de Elia.* illum vocat *Beatum illam, & magnum
Eliam.* Et inferius, *O beate Elia.* Veniamus ad Au-
guſtinum, qui mirus eſt in hac parte pro titulo hoc
Elianæ magnitudinis: ſermone enim 201. *de Tempo-
73 ro, qui eſt ſermo ſecundùs de Dominica tertia poſt Tri-
nitatem*, vix duabus lineis interiectis, eodem Beati
nomine ipſum bis compellat, dicens. *Beati enim Elias
typum habuit Domini Saluatoris. Sicut enim Elias à Iu-
dais perſecutionem paſſus eſt, ita & verus Elias Domi-
nus noſter ab ipſis reprobatus eſt, & contemptus. Elias
reliquit gentem ſuam, & Chriſtus deſerait Synagogam.
Elias abiit in deſertum, & Chriſtus venit in Mundum.
Elias in deſerto coruis miniſtrantibus paſcebatur, &
Chriſtus in deſerto Mundi huius gentium fide reficitur:
Corui enim illi, qui Beato Elia, iubente Domino, mi-
niſtrabant, gentium popalum figurabant.* Sed quid mo-
ramur, idem *Beati* cognomen ab Auguſtino Eliæ eſſe
conceſſum octies, aut decies in illo vno ſermone, le-
genti comprobatur. Diuus Eucherius etiam 4. *lib in li-* 74
bros Regum, eodem titulo cohoneſtat Eliam. *Habebat*,
inquit, *Beatus Elias.* Rupertus quoque Abbas *in li-
bros Reg. lib. 5. cap. 19.* explicans illud, *Currus Iſrael*,
ſimili *Beati* titulo Eliam decorat. *Currus*, inquit, *qao
moris erat Reges, ac Principes vectari, dignitatem ſi-
gaificat Beati viri.* Ex Patribus alia curioſus inueſti-
gator non difficilè elicíet, à nobis autem adducta ſat
erunt. Ex eis verò non contemnendum pro hac parte
de Beatitudine Eliæ argumentum confici videtur. Etſi
enim Beati nomen non modò apud prophanos, ſed
& apud ſacros etiam Authores, pro illo ſæpius in- 75
culcetur, qui fœlix vel Fortunatus alioquin dicitur,
quo ſenſu Iuuenal *Satyr. 1.*

Nunc via proceſſus vetala veſica beata.

Et Horat. *lib. 2. Carm. od 4.*

Neſcias an te generum beati
Phyllidis flaua decoreat parentes.

Et *ia Odis.*

Nihil eſt ab omni parte beatum.

In Sacra quoque Pagina non rarò idem conſpici poſ-
ſet. *Luc. 3. Beata ſteriles & ventres.* Et 3. *Reg. 10. Beati
ſerui tai.* Eſai. *Beati qui ſeminant ſuper omnes aquas.*
Ex vſu tamen Eccleſiæ, quem non ignorant Patres, 76
quin ex illis, Auguſtino præſertim, loquendi modu-
los aucupari ſoleat, *Beati* nomen crebriùs pro animæ
gloria, & Deum videntium felicitate vſurpatur. Ea
enim ſola eſt, quæ ſtrictjori titulo (forſan & pro
priori) hoc ſibi nomen vendicat. Cum iuxta Boë-
tium ſit ipſa *ſtatus omniam bonorum aggregatione per-
fectus.* Quod etiam ſubodorari viſus eſt ſapiens ille,
licet ethnicus, Seneca *lib. 6. epiſt.* dicens. *Hoc nos do-* 77
*cet beatum non eum eſſe, quem valgus appellat, ad quem
pecunia magna confluxit. Sed illum, cui bonum omne in
animo eſt erectum, & mirabilia calcantem. Qui nemi-
nem videt, cum quo ſe commutatum velit, qui homi-
nem ea ſolùm parte exiſtimat, qua homo eſt, qui natu-
ra magiſtra vtitur, ac illius legi componitur, ſic vi-
uit quomodo illa praſcripſit, cui bona illa nulla vis ex-
cutit, qui mala in bonum conuertit, certus iudicij, in-
concuſſus, intrepidus, quem ſi aliqua vis mouet, nulla
perturbat, quem fortuna cum in eum, quod habuit te-
lum nocentiſſimum vi maxima intorſit, pungit, non vul-
nerat. Sed talem hacteaas videre haud licuit. Nemini
enim ſumma illa Beatitudo, niſi exuto corporis impedi-
mento poteſt contingere, adeo vt veriſſima videatur So-
lonis illa apud Poetam ſententia, ſcilicet*

Vltima ſemper
Expectanda dies homini eſt, dicique beatus
Ante obitum nemo, ſupremaque funera debet.

Hæc ille. Ergo cum Patres non hoc ignorent, cum
Beati titulum Eliæ concedunt, animæ gloriam per il-
lum ſumere videntur.

Sed ſoli Patres hoc *Beati* titulo Sanctum inſi- 78
gniunt Eliam? Nonne & Eccleſiæ officia. Si illa nam-
que conſulamus, idem quoque reperiri pro compert-
to erit. Ergo in Miſſa *S.* Eliæ in Miſſali illo antiquo
apud Tranſpontinæ Bibliothecam reperto, in collecta
Miſſæ ſic habetur. *Deus, qui Beatum Eliam Prophe-
tam per turbinem mirabiliter curru igneo ſubleuaſti ad
Cœlum, quique Beato Eliſeo ſpiritum duplum petenti
tribuiſti, interueniente Magiſtro: da nobis ita viuere,
vt ad eandem requiem mereamur peruenire.* Ecce non
ſolum *Beati* titulum Eliæ conceſſum, ſed & per il-
lum denotari animæ gloriam, quam omnes ambimus,
expoſitum. In oratione etiam, quæ *ſecreta* dicitur,
in eadem Miſſa, ſic legitur: *Praſta nobis qaaſumus
omnipotens*

omnipotens Deus, vt noſtra humilitatis oblatio, & pro
tuorum grata ſit honore Sanctorum, & intercedente
Beato Elia, &c. In oratione etiam poſt communio-
nem ſic, *Clementiſſime Deus noſtra ignoſce delicta qui*
79 *Beato Elia orante*, *&c.* Inſuper in officio Eliano ſæ-
pius, vt diximus, ab Eccleſia approbato, oratio,
quæ pro laudibus, Veſperis, & aliis horis habetur,
ſic dicit. *Praſta quaſumus omnipotens Deus, vt ſicut*
Beatum Eliam Prophetam tuum ante communem mor-
tem curru igneo aereum eleuaſti ad cœlum, ita nos fa-
cias, eo interueniente, dum viuimus à terrenis ſemper
ad caleſtia ſpiritu ſubleuari, & cum eo in reſurrectione
iuſtorum pariter gaudere. Eadem oratio pro collecta
Miſſæ reperitur. Inſuper in illa, quæ poſtcommunio
vocatur, ſic habetur. *Deus, qui per Sanctum Ange-*
lum tuum Beato Elia Propheta tuo cibum, & potum
80 *tribuiſti*, *&c.* Idem etiam reperiri conſtat in Miſſa
quoque alia extraordinaria, & votiua pro SS. Pro-
phetis Elia, & Eliſeo, in Miſſali quoque Carmelitano
ab Eccleſia approbato reperta; in orationibus etenim
eodem titulo *Beati* decoratur. Cum ergo *Beati* no-
men à Beatitudine, quæ ſanctis viris conceditur, vſur-
petur, propriè, illam inneſſe videtur Eccleſia Sancto
Eliæ competere, cum ſimili nomine illum inſignit.
81 Maximi tamen momenti, grauiſſimæque Auctori-
tatis pondus affert, quod in Miſſali illo vetuſtiſſimo
in Sacra, & Apoſtolica Bibliotheca Vaticana reperto,
de quo ſuprà diximus, in Oratione quadam Miſſæ
Sancti Eliæ, quæ ſub die 17. Menſis Iunij in prædicto
Miſſal reponitur &, incipit autem, *Quaſumus aterne*
Deus (quæ an ſignificet per orationem, vel præfa-
tionem, liquido conſtare non poteſt ob antiquitatem
Miſſalis, inſolitoſque characteres) in fine ipſius ſic
habet, præcedentibus prætermiſſis, quæ nullatenus
intelligi valuerunt. *Vbi etiam beatiſſimus Prophetas*
tuus Elia (manifeſtus eſt hic error ſcribentis, pro
Beatiſſimus Propheta tuus Elias) *ſociatas exultat. Pe-*
timus ergo vt memor ſit miſericordiarum tuarum, & de
tua miſericordia nobis impetret beatitudinis ſua conſor-
82 *tium.* Vbi cum Elias Sanctus non modò *beatiſſimus*
compellerur, ſed etiam *ſua Beatitudinis conſortium* à
nobis per ipſius interceſſionem petatur, manifeſtum
videtur, antiquiſſimam videri, & in Eccleſia rece-
ptam ſententiã illam, quæ ipſum viſione, & fruitione
Beatifica potiri ſuſtinet. Alioquin nec prædicta verba
in ſano ſenſu dici potuiſſent, nec Miſſale antiquitatis
maximum monumentum ea contineret.
83 Nec minoris ponderis eſt, quod in officio, ſeu
Menologio Græcorum (quod quantæ auctoritatis
apud omnes ſit, doctis in promptu eſt) in Hymno,
ſeu Oratione, vbi Sancti Eliæ laudes referuntur, ſic
dicitur. *Propheta praco Chriſti, qui nunquam à Throno*
Maieſtatis ſepararis, ſeu vt Gregorius ille ſupra ad-
ductus legebat, *Propheta Chriſti praco, tu nunquam*
à Sede Maieſtatis abiungeris. Hæc verò themati no-
ſtro fauere ambiget nemo. Quod enim de Diuo ali-
quo, cum in eius officio, ſeu precibus ab Eccleſia
receptis dicitur, *à Sede, Throno Maieſtatis non ſepa-*
rari, aut non abiungi, intelligi non valet, niſi illum Dei
præſentia conſortioque frui. Nec credi difficile erit
verba hæc, vel ſimilia ex Sacra Scriptura mendicare
potuiſſe Græcorum Eccleſiam. *Zachar. namque 4.* ſic
de Elia, & Enoch iuxta D. Hieronym. Gregorium,
Aretam, & alios vaticinatur Propheta. *Iſti ſunt duo*
filij Dei, qui aſſiſtunt dominatori vniuerſa terra. Et *Apo-*
calypſ. 11. Hi ſunt dua oliua, & duo candelabra in conſ-
pectu Domini terra ſtantes. Quid enim eſt aſſiſtere, aut
ſtare *in conſpectu Domini*, quod in his locis deſcribitur
quàm *à Throno Maieſtatis* non ſeparari, aut abiungi,
vt Græci laudes Eliæ referentes canũt? An autẽ ex his
Zachariæ, & Ioannis teſtimoniis id quod in præſenti
intenditur, eliciatur, S. videlicet Eliam, Dei præſentia,
viſionéque beata potiri, doctiores iudices ſunto. Hoc
ſolùm addimus, ſi prædicta teſtimonia hoc ſenſu ac-
cipiantur, propriiſſimè, & rigoroſè ſumi, cum verbum
aſſiſtere, & *in conſpectu Domini ſtare*, luculenter vi-
ſioni beatorum adaptari poſſit.
Ad idem quoque intentum de Eliæ beatitudine Ec- 84
cleſiæ Martyrologia non leuiter iuuant, cum in illis
ſolùm de verè comprehenſoribus Diuis memoria no-
bis proponi ſoleat. Martyrologium ergo Romanum
authoritate Greg XIII. roboratum, & ad hoc (vt
Pontifex inquit) inſtitutum, *vt in peragendo diuino offi-*
cio, ipſo vti poſſint Eccleſiæ, die 20. Iulij ſic habet. *In*
Monte Carmelo S. Elia Propheta. In Martyrologio
Molani, & additionibus ad Vſuardum die 17. Iunij, ſic:
In Arabia raptus in cœlum S. Elia Propheta Domini, &
Carmelitana Religionis Patriarcha, qui tantam inuenit
coram Domino gratiam, vt verbo clauderet, & aperiret
cœlum. In Menologio etiam Græcorum ex Bibliothe-
ca, & interpretatione Guilielmi Sirleti Cardinalis, die
20. Iulij ſic dicitur. *Natalis B. Propheta Elia, qui de*
cœlo ignem detulit, pluuiam detinuit annis tribus, &
menſibus ſex, duos quinquagenarios combuſſit, in monte
Choreb Deum vidit, Iordanem ſcidit melote, & in cœlum
curru igneo aſſumptus eſt. Item in Kalendario Ruthe-
norum, quo Ruſſia, & Moſcouia vtitur, & de quo Poſ-
ſeuinus in *Appar. tom. 3. verbo Rutheni*, pro ea die 20.
Iulij etiam habet, *S. Elia Propheta* Ex alio etiam Græ-
corum Menologio die 20. Iulij, hæc accepimus *Elias*
Thesbites Propheta. Idemque haberi in veteribus Me-
nologiis, & Martyrologiis Græcorum, ex relatu R. D.
Fortunati Scacchi S.D.N. Sacriſtæ, traditum tenemus.
Ex eo autem redit argumentum f[illegible]tum de Eliana bea-
titudine non leuiter comprobanda, eo vel maximè,
quod ex Menologio Sirleti Cardinalis nomen Beati
Eliæ conceſſum conſpiciatur.
Fauet præterea, quod de S. Elia non modò Eccle- 85
ſiaſticum officium, vt vidimus, ſed & ſolemne feſtum
ab Eccleſia Græca, nec quoad hoc à Latina correcta,
celebretur. Vt enim conſtat ex Emmanuelis Imperato-
ris conſtitut. apud Theodorum Balſamonem *in nomoc.*
Photij, tit. 7. c. 11. & refert Baronius *in addit. ad Mar-*
tyrolog. Rom. die 20. Iuly, Græci prædictam diem ſic
colunt, vt in eo abſtineant ab operibus ſeruilibus. Vn-
de Simeon Metaphraſtes in hom. huius diei, illum *ad-*
mirabilem appellat, *nobis complanantem qua ad illum*
ducit ſemitam, & ad caleſtia deducentem tabernacula.
Quibus non modò Eliam comprehenſorem facit, ſed
diem quoque natalem ipſius à multis ſæculis in Ec-
cleſia ſolemnem oſtendit, cum Metaphraſtes circa ann.
Dom. 800. claruerit. Eodem die feſtum hoc commen-
dant Genebrardus in Calendario, & Thomas Mal-
uend. *lib. 9. de Antichr. cap. 12.* Luitprandus quoque,
ſeu ſi mauis, Eutrandus *in lib. ſua legat.* refert ſe in-
uitatum ab Imperatore Nicephoro interfuiſſe Con-
ſtantinopoli ſolemniſſimæ celebritati Eliæ incredibili
pompa, ſpectaculis, & iubilo demonſtratæ. Ex eo au-
tem ad intentum ſic elicitur Eliana beatitudo. Nam
feſta Sanctorum, ea maximè in quibus fideles ab ope-
ribus ſeruilibus vacant, ideo ab Eccleſia ſtatui, & de-
finiri ſolent, vt ipſorum Diuorum beatitudine, Deique
viſione, qua perfruuntur allecti, *imitari non pigeat,*
quod celebrare delectat. Etenim, vt inquit Auguſtinus
ſerm. 47. de Sanct. *Qui Sanctos vel in quantum potue-*
rit, noluerit imitari, ad eorum beatitudinem non pote-
rit peruenire. Solum ergo Sanctorum verè beatorum
feſta ab Eccleſia celebranda proponuntur, ac perin-
de cum Eccleſia Latina (vt ex Gregorij XIII. Sixti V. 86
& Sacrarum Congregationum approbationibus, quæ
adductæ ſunt, conſtat) & Græca feſtum S. Eliæ ce-
lebrandum à fidelibus ſtatuant, credi par eſt, ipſum
verè viſione beatifica fruentem reputari, veréque com-
prehenſorem eſſe. Vnde Franciſcus Suarez *tom. 2.*

in 3.p.diſput.55.ſect.3. probat S. Ioannem Euangeli-
ſtam eſſe Beatum,quia Eccleſia celebrat feſtum ipſius:
*Cum tamen,*inqoit,*neminem colat, niſi beatum,Deoque
fruentem.* Quæ verba accuratè ſunt perlibranda ad
intentum noſtrum, vtpotè à doctiſſimo hoius temporis Theologo prolata.

87 Ad quod prætetea deſeruit, quod cum, nedum in
Græca, ſed in Latina quoque Eccleſia, templa Deo
ſub titulo S. Eliæ dedicata ſint quaſi in hoc ſenſo
accipiens illud Petri ad Chriſtum Matth.17.*Faciamus
hic tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, & Eliæ
vnum)* ipſo facto eadem Eccleſia innuere videtur ip-
ſum beatitudine animæ gaudere, Deique præſentia in-
tuitiua frui,in loco ſibi ad Dei beneplacitum deſigna-
to. Ea enim eſt,& ſemper fuit Eccleſiæ conſuetudo,vt
nunquam templa Deo, niſi io honorem Sanctorum
verè beatorum erigerentur (loquor de illis,qui ex ho-
minum conſortio ſunt aſſumpti; nam aliquibus inter
viuos commorantibus templa, & Eccleſia dicata fuiſ-
ſe conſtabit ex dicendis.) Idemque argumentum ſit
de altaribus ipſi S. Eliæ dedicatis, quorum multa in
Chriſtiano Orbe repetiuntur; nunquam enim Deo
altaria,ſicut nec templa eriguntur in honorem eorum,
quos nondum viſione ipſius Dei potiri credat Eccle-
88 ſia,vt patebit per ſingula diſcurrendo. Porrò templa S.
Eliæ dedicata fuiſſe euidens eſt,de Æde namque Eliæ,
nomine *Dominicum* nuncupata, extat Epigramma S.
Gregorij Nazianz.*in edit.Leunencl.* Deinde de templo
Eliæ per Baſilium Imperatorem reſtituto meminit Ce-
drenus *in Compendio Hiſt. in Baſil.* & Genebradus
Chronolog. lib.1. anno 3284. de Elia loquens ſic: *Et
poſt raptum Synagoga, ſiue Sacellum in Carmelo monte
(vulgatæ ipſius habitaculo) habitum eſt, in quo vige-
bat oraculum, de quo Sueton. in Veſpaſ.cap.5.apud In-
daam Carmeli,Dei oraculum conſulentem Veſpaſianum
ita confirmauere ſortes, vt quidquid cogitaret,pollicere-
tur.* Hic,vt credo,philoſophatus quondam fuit Pytha-
goras, Gemblico auctore apud Lypomanum *in pſ.4.*
De hoc autem templo Eliæ poſt raptum erecto Ioan-
nes de Ieſu *in Comp.vit.S.Thereſia.ad Paul.V.*& Tho-
mas Sarrazenus *in Menolog. de Elia.* Inſuper Nice-
phorus Callixtus *lib.8.hiſt.c.30.*ſcripſit Imperatricem
Elenam Ædem, ſiue Eccleſiam Eliæ Theſbitæ dedi-
caſſe, quod & tradidit Adricomius *in Theatro Terra
Sancta, in Tribu Iſſachar,n.91.* In tribu etiam Ephra-
im de Torrente Carith loquens, dicit eo loco ean-
dem Elenam poſtea Eccleſiam erexiſſe, quam abs du-
biè in Eliæ honorem dicatam locus ipſe Prophetæ
ſacer demonſtrat. Inſuper in Tribu Zabulon *n.95.* de
Thabor monte, vbi transfiguratus eſt Chriſtus lo-
quens, Elenam Petro, Iacobo, & Ioanni Apoſtolis
templum extruxiſſe affirmat,ſubiungitque: *huic tem-*
89 *plo acceſſerunt poſtea duo monaſteria, vt hic eſſent qua-
ſi tria ex Petri deſiderio tabernacula. Quorum vnum
inuenio eſſe Græcorum, atque D. Eliæ conſecratum. Ve-
riſimile autem eſt, alterum fuiſſe Moyſi dedicatum.
Vtrumque autem videtur habuiſſe Abbatem.* De hoc au-
tem Græcorum monaſterio Eliæ ſanctitati erecto for-
ſan loquitur Nicolaus Eluchen *in ſuo Itinerario,*dum
illud cum pulchra Eccleſia, in loco, vbi raptus fuit
Elias,extructum fuiſſe commemorat. Præterea Hiero-
ſolymorum ciuitatem deſcribens Adricomius *n.121.*
de alia quadam Eccleſia proculdubio etiam in hono-
rem Eliæ erecta hæc dicit: *Domus Eliæ, in qua Elias
Propheta aliquando habitaſſe perhibetur, vbi etiam po-
ſtea conſtructa eſt Eccleſia.* Sed & de celebri alio tem-
plo, & monaſterio Græcorum Monachorum ſub in-
ſigni etiam titulo Eliæ inſtituto in itinere Hieroſoly-
mæ verſus Bethlehem mentio ſit apud quoſdam. Vi-
deantur Sacerdos Gallicus *in ſuo Peregrin*, Ægidius
Camart.*lib.de geſt.Elia cap.5.ſect.2.* In Concilio quo-
que Conſtantinopolitano de Monaſterio Eliæ habe-
tur mentio, quod forſan fuit aliquod ex prædictis.
Inter Patrum namque illius Concilij ſubſcriptiones
hæc habetur.*Silas Dei miſericordia Preſbyter,& Prior
monaſterij Eliæ.* Benjaminus quoque Iudæos *in Iti-
ner. p.38.* ſic habet: *Littori maris ex latere vno mons* 90
*Carmeli imminet, ad montiſque radices Iſraelitarum
quamplurimorum ſepulchra ſunt; inque ipſo monte Eliæ
Propheta antrum viſitur, iuxta quod Chriſtiani ſacel-
lum conſtruxerunt S.Eliæ dicatum.* Legatur Salianus *in
Annal ann.3127.* Ex fideli quoque relatu Reuerendiſ-
ſimi noſtri D. Petri Veſpæ in Cypri partibus Epiſco-
pi, & Sedis Apoſtolicæ ibidem Legati,accepimus in
prædicta Cypri Inſula Eccleſiam Sancto Eliæ dicatam
reperiri; quod etiam de Inſula Zanthes ſub dominio
Veneto, & de alia Eccleſia ſub titulo S. Eliæ in poſ-
ſeſſione Patrum Dominicanorum ibidem exiſtenti re-
tulit. In Inſula etiam Sardiniæ, & Diœceſi Turritana
duas alias Eccleſias rurales ſub inuocatione S. Eliæ
eſſe, & eas maximo populorum concurſu, deuotio-
nis ergò, frequentari, ex authentico teſtimonio Il-
luſtriſſimi illius Archiepiſcopi, quod apud me habeo,
compertum eſt. Alia quoque templa in Eliæ hono-
rem dicata fuiſſe pro certo eſt, cum & Iranenſis Ar-
chiepiſcopalis Eccleſia in Apulia ſub Eliæ nomine
inſignis extet, & apud Litium eiuſdem Apuliæ ci-
uitatem ad quatuor milliaria Eccleſiam aliam Eliæ
Sancto erectam, ex fide digno relatu acceptum ſit.
Quin ad hanc Elianam domum populum ariditate ter-
ræ ſauciam, pluuiam poſtulantem accedere ſolitum,
non ſine fructu Propheticæ interceſſionis, ab illius
regionis incolis haud ignoratur. Quod idem aſſe-
ritur de Terra Cryptalcarum in eadem Prouincia,
propter ſimilem Eccleſiam eidem magno Eliæ dica-
tam.

Quàm iuſtè verò templa, aut oratoria Deo in Eliæ 91
Sancti honorem dedicata ſint, vbi pro pluuia, aut
imbre Dominum precentur fideles eiuſdem Eliæ pa-
trociniis innixi, nunc obiter ex quadam, nec inepta
Hebræorum traditione, ex magno apud illos Docto-
re Rabbi Salomone, Lyra,& aliis non refragantibus,
emendicata, placuit confirmare. Aſſerit enim Rabbi-
nus iſte, quod cùm Elias 3. *Reg.18.* in celebri illa
contra Baaliſtas pro Dei cultu ſuſcepta paleſtra, cu-
rauit,accedente ad ſe populo,altare quod deſtructum
fuerat, *fecitque* (vt ſacer textus loquitur) *aquadu-
ctum quaſi per duas aratiunculas in circuitu altaris,*iu- 92
bens, vt ibidem etiam habetur, vt duodecim hydriæ
aquæ ſuper holocauſtum funderentur; tunc Eliſeo
miniſtro Eliæ vnam ex illis hydriis effundente,aquam
ſuper manus Eliæ cecidiſſe, quæ ſic diuinitus multi-
plicata eſt, vt cum magno incremento in foſſam de-
cidens, nedum ipſa impleretur, ſed & aquæ circum
altare abundè effluerent. Sic enim textus ſacer loqui-
tur: *Et currebant aqua circum altare, & foſſa aqua-
ductus repleta eſt.* Quî enim tam paucæ hydriæ aquæ
alucos efficere,& magnam foſſam implere abundè poſ-
ſent (inquit Salomon) niſi quia aqua ipſa Eliæ ma-
nus primò tangens, indè ſic diuinitus aucta efflueret,
vt affluens,& redundans per altare, & foſſam cernere-
tur. Fauet huic Hebræorum placito, quod dum Vul- 93
gatus noſter loco adducto habet, fecitque aquædu-
ctum quaſi *per duas aratiunculas in circuitu altaris,*ex
Hebræo ſic legat iſte Salomon: *Fecit in circuitu foſ-
ſam quinquaginta cubitos patentem.* Tam grandis enim,
ſeu profunda cauerna impleri duodecim aquæ hydriis
neutiquam poſſet. Hoc etiam ſenſu illud 4. *Reg.3.*
quando ſeruus Ioſaphat Regis, tribus Regibus ſiti
pereuntibus, & Prophetam, qui aquam præberet,
quæritantibus dixit: *Eſt hic Eliſeus filius Saphat, qui
fundebat aquam ſuper manus Eliæ,*accipiendum eſſe di-
cunt.Quaſi diceret: Quemadmodum iſte Eliſeus olim
aquam in manus Eliæ fundens,aquæ fluenta inundare

feeit

ciet, ſic & nunc aquam è terræ latebris erumpentem
nobis miniſtrabit. Traditio hæc Hebræorum à Lyra-
no, Petro Thoma Sarrac. *in vit. S. Eliæ*, Franciſco Men-
doza *in* 1. *Reg. c.* 4. *n.* 18. & aliis relata, nedum confir-
mat Eccleſiæ vſum, pluuiam à Deo Eliæ meritis poſtu-
lantem, ſed & iure quoque ad illam obtinendam
templa in ipſius honorem dicata fuiſſe. Ex quo etiam,
& ad noſtri capitis intentum, meritò dixiſſe compro-
bator S. Chryſoſtom. *ſerm.* 2. *de Elia: Clauis cœli fit ſer-
mo Eliæ, iubet, & clauditur cœlum, orat poſtmodum, &
aperitur, vt Sanctorum meritum monſtraretur, non ſo-
lum in terris poſſe, quod volunt, ſed in cœleſtibus poſſe
impetrare quodcunque petierit.*

93 Ad quod præterea expendi oportet, nullam vn-
quam Eccleſiam, inter Sanctum Eliam, alioſque
Diuos Dei viſione gaudentes, diſtinctionem feciſſe,
diſcrimenve appoſuiſſe, neque aliquod ſignum, quo
Sanctum Eliam nondum Beatum crederet, adhibuiſſe,
Sicut enim beatis aliis Canonica officia præſtitit, ſic
& Eliæ, vt conſtat ex dictis. Si ſub Diuorum aliorum
titulis templa, aras, & altaria Deo dicauit, ſic quoque
ſub titulo Eliæ. Si aliis Sanctis imagines cum radiis,
Diadematibus, inſignibuſque Beatitudinis appoſuit,
idem permiſit Eliæ. Sanctos alios inuocandos eſſe Ec-
cleſia concedit, Sanctum quoque Eliam inuocandum
fidelibus proponit, præſertim Carmelitis, qui in lita-
niis in Breuiario à Gregorio Decimotertio approba-
to illum inter Prophetas poſt Sanctum Ioannem Ba-
ptiſtam retinent. Aliorum Diuorum reliquias religio-
sè veneratur Eccleſia, & Eliæ noſtri partem pallij ſum-
ma obſeruantia cuſtodit arca Ouetana, quæ in Hiſpa-
niam per S. Fulgentium Epiſcopum Aſtigianum fuit
adducta, authore Sebaſtiano Epiſcopo Salmanticenſi
94 *in ſua hiſtoria*, ſeptingentis, & plus annis retrò literis
commendata. Videtur ergo quaſi per traditionem ab
Eccleſiis receptum, indicari, Sanctum Eliam eo loco
quo à Deo reſeruatus creditur, ſicut & Diuos alios in
Cœlo Dei viſione quidditatiua perfrui. *Si autem eſt
traditio* (inquit Chryſoſtomus *hom.* 4. *ſup. c.* 2. *ad Theſ-
ſalonic.* 2.) *nihil aliud quæras.*

95 Ad id vltimò deſeruit, quod cum Deus, iuxta Theo-
logicum proloquium, *pronior ſit ad præmiandum quàm
ad puniendum, promptior ad miſericordiam, quàm ad
iram*, cur per tam longum tempus Sanctiſſimum, ſibi-
que chariſſimum Eliam beatitudinis mercede, tot,
tantis, tamque eximiis operibus promerita priuabit?
Quorſum tanta, tamque diuturna, & longæua debiti
denarij procraſtinatio apud eum, qui *Leuitici* 19. di-
xit: *Non morabitur opus mercenarij tui apud te vſque
mane*, & *Tobiæ* 4. *Quicumque tibi aliquid operatus fue-
ris, ſtatim & mercedem reſtitue, & merces mercenarij
tui apud te omninò non remaneat.* Et *Eccleſiaſt.* 7. *Non
lædas ſeruum in veritate operantem, neque mercenarium
dantem animam ſuam?* Hac autem ratione vtuntur
Salmeron, & Barradas ſuperius adducti, & verè efficax
96 videtur ad intentum. Quorſum enim munificentiſ-
ſimus, & miſericordiarum Pater Deus per duo millia,
& quingentos annos, & eo fortè amplius, quo Eliam
ab hominibus tranſtulit, viſione ſui tantopere deſide-
rata orbari permiſit. Rei amatæ abſentia quantum-
que temporis moram vnum ſæculum æſtimat. Hinc
noſtri temporis Poeta.

Si credis amanti,
Quolibet in ſpatio ſæcula mille traho.

Quid ſupra duo mille, & quingentos annos ſuper-
ſtes dicet Elias? Iure, & meritò Gregorius ille Hiero-
monachus fidei Catholicæ Concilio Florentino pro-
pugnator iam adductus dixit. *Ita fieret, vt cæteris San-
ctis minus haberet, qui ferè omnibus anteit, ſi quia
carnem geſtat, orbatus eſſet eorum conſortio, & clara Dei
viſione non frueretur.* Abs dubiè clamare poſſet Elias
Sanctus cum Dauide: *Heu mihi, quia incolatus meus
prolongatus eſt, quando veniam, & apparebo ante fa-
ciem Dei?* Et ſi longitudine dierum repleuit me Deus,
quare non eſt mihi oſtenſum ſalutare ipſius? & ſimi-
lia. Vnde Metaphraſtes 20. *die Iulij, in ſermone de Elia*, 97
hunc locum pſalmi in ipſo adimpletum fuiſſe, & ſen-
tentiam quam intendimus de eius beatitudine, ſic pro-
fitetur: *Elias ne in hodiernum quidem diem mortis fe-
cit periculum ſed aſſumptus manet expers ſenij, qui vt
arbitror, vnà verſatur cum Angelis, quorum incorru-
ptionem, & materiæ vacuitatem per puram vitam eſt
imitatus, de quo maximè à Dauide quoque dictum eſt,
longitudine dierum eum eſſe impletum, & Dei ſalutare
ei eſſe oſtenſum*

Sed tandem pro Eliæ cauſa Chryſoſtomum patro- 98
num producamus, eiuſque verba ex homilia quadam
de ipſo Elia, ex tom. 1. operum eiuſdem Chryſoſtomi
excerpta, noſtroque propoſito concinnè apta audian-
tur. *Apud quoſdam veteres Reges moris erat, vt ſi quis
fortiter pro Rege feciſſet in bello, & corpus & animam
periculis obiicere non timuiſſet, curru, atque aliis Regiæ
dignitatis inſignibus donaretur. Igitur ſi Reges terreni,
atque mortales, ita ſibi deuotiſſimos remunerare conſue-
uerunt. Quanto magis omnipotens Deus, qui Rex Re-
gum, & Dominus Dominorum eſt, Eliam ſuum tota ſe
corporis, & animæ deuotione zelantem, poſt multorum
laborum ſudores, poſt dirarum perſecutionum grauiſ-
ſimas fatigationes, poſt tantorum bellorum magnas, illu-
ſtreſque victorias, opima de mundo, & Diabolo ſpolia re-
ferentem, igneo curru, atque equis flammantibus impoſi-
tum, triumphali gloria præfulgente ad ſua regna voluit
peruenire? Oportebat namque errantis populi rectorem,
gubernatorem ſacrorum, moderatorem diſcrepantium vo-
luptatum, Iſraelis aurigam, qui ad iugum timoris Dei
laſciuos, & vagos animos reuocauit, frenis, loriſque
aſtrinxit, & ad iter diſciplinæ recto tenore currendum
concordi quadam copulatione compoſuit, ad regna cœle-
ſtia curru, atque equis tranſuolaret euectus.* Si ex his
Chryſoſtomi verbis illa, *ſua regna*, & *regna cœleſtia*,
beatitudinem ſolum animæ Eliæ demonſtrent, & noſtræ
intentioni, & veritati congrua, facile æſtimari poſ-
ſunt.

Quamuis autem probabiliter ſanè fundamenta ad- 99
ducta comprobare videantur Eliam noſtrum quoad
animæ gloriam comprehenſorem eſſe, prout etiam
relati authores tenuerunt, meritoque proinde in pu-
blicis diſputationibus, & grauiſſimis Gymnaſiis, in-
offenſo pede ſetentia hæc à noſtris ſit propugnata;
quia verò multi, nec infimæ notæ Theologi, pro-
pter generales S. Paginæ locutiones, quibus Dei vi-
ſio negatur hominibus in hac vita degentibus, & quia
hoc videtur fuiſſe peculiare Chriſti Seruatoris pri-
uilegium, ſicut quod ſimul eſſet viator, & compre-
henſor, Dei viſionem Beatis Eliæ, & Enoch con-
cedere renuunt, nos huius litis deciſionem fidei Cen-
ſoribus remittimus, iudicium noſtrum interponere
nolentes, ſed Vaticani Reſponſa expectare. Ne tamen
prædicta Pontificia conceſſio de officio Eliæ dubiæ
opinioni inniti credatur, ideò in ſequentibus, etiamſi
Elias Sanctus comprehenſor nullo modo ſit, nec Dei
fruatur intuitiua, claraque viſione, nihilominus tali
Officio Canonico ab Eccleſia honeſtari potuiſſe, pro
virili oſtendetur, ex eo ſanè fundamento, quod in eo
ſtatu, quo eſt, ab Eccleſia coli, venerari, & inuocari
poſſit.

Cùm enim Elias (vt communis conſenſus Eccle- 100
ſiæ tenet, omneſque Theologi, etſi non explicitè, im-
plicitè tamen ſuffragantur) in altiſſimo ſanctitatis
gradu, donoque perſeuerantiæ, & confirmatione in
gratia (prout ſpecialiter tradunt Franciſcus Suarez 3.
p. diſp. 55. *ſect.* 1. §. 2. & Blaſius Viegas *in Apocalyp.
cap.* 11. *ſect.* 4. Ægidus Camartus *de geſtis Eliæ, cap.* 3.
ſect. 17. Sanch. *lib.* 4. *Reg. cap.* 2. *n.* 33. & ante eos Abu-
lenſis

lenſis *ibid. quæſt.* 14., conſtitutus ſit, & à Spiritu ſancto in Sacra Scriptura ſæpius ob ſigna, miracula, & portenta prodigioſa ab ipſo patrata Canonizatus, & dubium non erit, quin poſſit ab Eccleſia nedum coli, venerari, & inuocari, ſed medio quoque canonico eius intercesſio apud Deum pro nobis piè poſtulari.

101 Id etiam indicant ex Patribus non modò illi, qui Sanctum Eliam cœlicolam, cœlique ciuem putare videntur, quales ſunt Ambroſius, Hieronymus, Chryſoſtomus, Dorotheus, Auguſtinus, Ephrem, Gregorius, Sedulius, Alcimus, & Marius Victor relati (ſi enim Eliam cum Beatis aliis cœli palatia aſcendiſſe credunt, abs dubiè eadem qua Diuorum cæteros, veneratione colendum affirmabunt) ſed & alij quoque, qui etſi Eliam terreſtris Paradiſi colonum æſtiment, eum tamen ſtatu quaſi cœlecti politi profitentur, ac proinde quaſi cœleſtem hominem venerari poſſe. Ex quibus Author Auguſtini nomine glorioſus *de mirab. Sac. Script. lib.* 1. Eliam dicit, *ab hominibus commutatum ad ſublimiorem ſtatum euectum.* Abulenſis 4. *Reg.* 2. *q.* 24. ſic ad intentum. *Elias, & Enoch aſſumpti ſunt ad ſtatum tam perfectum, & iam potius ſunt cœleſtes, quàm humani viri.* Fauet & Tertullian. *de reſurrect. carn. cap.* 58. ſic. *Enoch, & Elias nondum reſurrectione diſpuncti, quia nec morte functi, quo tamen de orbe tranſlati, & hoc ipſo iam æternitatis candidati, ab omni vitio, & ab omni damno, & ab omni iniuria, & contumelia immunitatem carnis ediſcunt.* Et infrà. *Credi operte: hæc futuræ integritatis eſſe documenta.* Adſtipulatur etiam Sanctus Martyr Irenæus *lib.* 5. *c.* 5. ſic habens: *Plantauit Deus Paradiſum in Edem contra Orientem, & poſuit ibi Hominem, quem plaſmauit, & inde proiectus in hunc mundum, non obediens: quapropter dicunt Preſbyteri, qui ſunt Apoſtolorum diſcipuli, eos qui tranſlati ſunt, ſcilicet Enoch, & Eliam, illuc tranſlatos eſſe. Iuſtis enim hominibus, & Spiritum habentibus præparatus eſt Paradiſus, & ibi manere eos, qui tranſlati ſunt vſque ad conſummationem, coauſpicantes incorruptelam.* Dorotheus in *Synopſi. Elias, qui terra ſortitus fuerat domicilium, cœlum quoque ſubitò penetrauit; qui mortalis factus erat, cum immortalibus conuerſatur; qui humi incedebat, inſtar ſpiritus cum Angelis in cœlis agit.* Lege Hieronymum, Epiphan. & Bernardum ſupra relatos. Hæc ergo, & alia, quæ ex Patribus cuique obuia erunt, eum ſtatum cœleſtem, aut quaſi cœleſtem, & ſupra terrigenas Eliæ concedant, abs dubiè indicant, illum, ſicut & cœlites alios à nobis venerari poſſe.

102 Porrò ipſum poſſe pro illis, qui eius interceſſionem petunt intercedere, ac perinde ab omnibus inuocari, à Theologis ſupponitur. Ex quibus Thomas Maluenda iam relatus, de illo, & Enoch ſic loquitur. *Quod autem ad bona animi attinet, non haſitamus aſſerere, eoſdem vitam innocentiſſimam traducere, in precibus, Orationibus, Meditationibus, ac laudibus Dei perpetuò verſantes, pro Eccleſiæ ſtatu continuas ad Deum preces effundere.* Et eodem *lib. cap.* 14. explicans vaticinium *Zachariæ* 4. *Iſti ſunt duo filij olei, qui aſſiſtunt Dominatori vniuerſæ terræ,* de Enoch, & Elia, ſequens Diuum Hieronymum, Victorinum, Gregorium, Andream, Aretam, & alios, dicit: *Ideo hos Diuos dici aſſiſtere Domino, quia ſtant in conſpectu Domini orantes pro gente Iudæorum, pro felici ſtatu Eccleſiarum Chriſti, &c.* Si tamen ab illo petamus, vnde preces ad ipſos fuſas percipere poſſunt Enoch, & Elias, quaſi reſpondens ſubiungit, *Frui frequenter colloquiis Angelorum, diuinis imbui reuelationibus;* ac ſi diceret mediis illuſtrationibus, & reuelationibus diuinis preces ad ipſos fuſas cognoſcere poſſe. Cui accinit Franciſcus Suarez *vt ſuprà,* ſic inquiens. *Tertiò colligo, maximis Dei conſolationibus, diuiniſque illuſtrationibus, ac frequentibus reuelationibus gaudere, de iis ſaltem rebus quæ eorum ſtatui conſentaneæ ſunt.* Cum autem nihil magis conſentaneum Eliæ ſtatui videatur, quàm quod preces illæ, & orationes, quibus ipſius interceſſio, & patrocinium apud Deum poſtulatur, exaudiat mediis reuelationibus, & illuſtrationibus diuinis, quibus à Deo decoratur, certum videtur tales orationes exaudire, preceſque, quæ ad ipſum funduntur, cognoſcere, ac proinde poſſe vicem pro illis rependendo, Dominum exorare. Optimè etiam, & maximè ad intentum noſtrum Gaſpar Sanchez doctus, & pius Bibliorum Interpres *ſup. lib.* 4. *Reg. cap.* 2. hæc ſcripſit. *Satis ergo habent viri illi ſanctiſſimi* (ſcilicet Enoch, & Elias) *dum Angelicis fruuntur alloquiis, miriſque rerum illuſtrationibus fruuntur, quo ſe oblectent, & quo diuturnam illam moram non ſolùm patienter, ſed etiam perquàm ſuauiter ducant. Quod ſi illi humana curant adhuc, neque humanarum rerum ſtatum edocentur ab Angelis, qui non ſemper optimus eſt, ſemper varius, neque deeſſe poterit materies, de qua familiaris inſtituatur ſermo, neque quid doleat, aut curet Dei & gentis ſuæ maximus Zelator Elias, qui licet abſtractus à ſuis, non tamen de illorum ſalute curam abiecit.* Et paucis interiectis, quæ nos inferius inſeremus. *Nec eſt veriſimile, ignorare duos hoſce Principes, quid rerum fiat in mundo, in quo adhuc ipſi morabantur.* Habeatur ergo ex hiſce Theologis, Eliam, & Enoch in eo ſtatu eſſe, quo mundiales non ignorent res, quin de illis, diuinis illuſtrationibus irradientur, ac perinde preces noſtras audire, & illos dirigi poſſe.

Ex patribus id quoque ſupponit D. Baſilius *homil.* 40. dicens: *Fortaſſis aliquem pium aduocabis, vt precibus, velut Propheta Theſbytes Elias, remiſſionem tibi malorum impetres.* Clarius S. Gregorius *in* 9. *cap. Iob, n.* 12. hoc de Elia encomium proferens. *Qui furorem Dei placat aliis per interceſſionem.* Adhuc clarius antiquus author Metaphraſtes *in ſerm. de Elia,* apud Surium die 20. *Iulij. Scit enim ille, vel aſſumptus magna largiri iis, qui ei germanè, & ſincerè adhærent: quoniam ille accepit à Deo omnium maxima.* Vnde in eodem ſermone ſic ab ipſo inuocatur. *Is quoque adſit orationi, & proponatur argumentum, & maximè cum ſit eius dies, quem iam celebramus.* Idque indicare viſus eſt Drogus Hoſtienſis Epiſcopus *in ſerm.* 1. *de paſſion.* dum dicebat: *Noli obliuiſci pallium Eliæ, alioquin torrens tibi ſine illo non diuidetur.* Alludens ſanè ad factum Eliſei, dum fluenta Iordanis pallio Eliæ, ipſiuſque inuocatione diuiſit, vt & dicemus inferius *n.* 8. Omnium tamen enucleatius rem attigit Gregorius ille Hieromonachus *c. præced. n.* 10. relatus, verbis illis, *ex* 4. *tom. Concil.* poſt Concilium Florentinum depromptis. *Ego verò licet quidem ipſi, ſicut & animas ſanctorum, quocunque voluerit per tempus ſeſe conferre, ſibique dicata templa inuiſere, atque ad eos accedere qui eius opem implorant, neceſſarium arbitror, & verum eſſe.* Quæ ſi librentur, noſtrum intentum clarè roborare cernuntur. 103

Idipſum confirmat communis plurium Theologorum conſenſus *circa q.* 12. 1. *p. S. Th.* aſſerentium, preces, & orationes, quæ ad Beatos in cœlo exiſtentes à nobis viatoribus funduntur, ab ipſis cognoſci, non quidem ex vi viſionis Beatæ, vt dicitur, quaſi id neceſſariò talis viſionis natura exigat, cum poſſet bene ſine illo conſiſtere; ſed vel per particulares reuelationes extra viſionem factas, vel per eandem concomitanter viſionem, itaut quæ ſuaptè natura ad Dei eſſentiam ſolùm terminabatur, ex voluntate, & peculiari Dei concurſu ad tales orationes cognoſcendas terminetur. Hocque ita contingit, eo quòd talium precum, & orationum notitia ad ſtatum Beatorum pertineat. Cum ergo ad ſtatum etiam Sancti Eliæ Prophetæ ſpectet, preces quæ ad ipſum funduntur cognoſcere, illas dicendum erit intelligere ex illis reuelationibus & illuſtrationibus, quibus à Deo perfruitur. Non 104

enim.

enim apparet cuius alterius obiecti congruentius diuinæ reuelationes ipſi fiant, niſi de illis, quæ ab ipſo per orationes poſtulantur. Si autem illas cognoſcit, cur non pro poſtulantibus exorare poterit, cum id & eximia ipſius charitas, & noſtra neceſſitas efflagitare videatur?

105 Deinde ipſum Sanctum Eliam pro nobis intercedere, preceſque noſtras, & orationes exaudire poſſe ex iis, quas Eccleſia in officiis pro ipſo approbatis ad ipſum fundit, intelligere poſſumus. Neque enim cum illo loquens petitiones ſuas vnquam Eccleſia proferret, niſi eas noſcere, & audire certò putaret. Ex iis autem plura ex prædictis officiis excipi valent. Primò enim in officio ipſius ſæpè, vt diximus, ab Eccleſia Carmelitanis conceſſo, in hymno ad Primas Veſperas ſic dicitur.

O Pater ſalue, placidus tuoſque
excipe alumnos.

Clarius in hymno laudum.

Nos nunquam auxilium deſtituat Pater,
Optatuſque tuus perpetuò fauor,
Nobis quin potius munera ſpiritus
Augeri prece poſtula.

Et in hymno pro ſecundis Veſperis.

Nos tui ſerues clypeo fauoris,
Ac tua magna bonitate fretos,
Supplices dextra famulos benigna
Protege ſemper.

In officio etiam B. Petri Thomæ ab Eccleſia quoque, & Sacra Congregatione Eminentiſſ. DD. approbato, lect. 5. dicitur, quod cum ille pro ſui Ordinis conſeruatione, & augmento frequentius exoraret, reſponſum acceperit à B. Virgine: *Confidito Petre, Religio enim Carmelitarum in finem vſque ſeculi eſt perſeueratura. Elias namque eius inſtitutor iam olim etiam à filio meo id impetrauit.* Ecce Eliam pro ſuis exorantem deuotis.

In Menologio etiam Græcorum, vbi ſunt orationes, preces, & lectiones pro ſanctis, quorum feſtiuitates celebrantur (inter quas, vt diximus ex approbatione Clementis Octaui habetur de Sancto Elia ſub die 20. Iulij) in quadam oratione quæ ad Chriſtum dirigitur, ſic ſubditur: *Huius deprecationibus ſalua nos.* Et in alia, de qua etiam mentionem facit Gregorius ille Hieromonachus iam adductus, ſic dicitur: *Propheta præco Chriſti, qui nunquam à Throno Maieſtatis ſepararis, & vnicuique infirmo praſto es, in altiſſimis miniſtrans, mundum benedicis, vbique glorificatus, pete propitiationem animabus noſtris.* Alij aliter vertere videntur ſic.

Propheta Chriſti præco,
Tu nunquam à Sede maieſtatis abiungeris,
Et ſingulis ægrotantibus ſemper ades:
In Eccleſiis fundens pro omnibus preces
Orbi terrarum beneficia tribuis
Et laudibus vbique celebraris.

Et poſt dictum *Gloria Patri*, &c. in alia oratione, quæ ſubditur, ſic habetur. *Eius precibus* (ideſt Eliæ) *Chriſte Deus miſerere noſtri.* Et in oratione quæ ſedendo dicitur. *Propterea ad te clamamus* (ſupple ad Eliam) *intercede apud Chriſtum Deum, vt delictorum remiſſionem concedat.* Demùm in alia Oratione hæc habentur. *Propheta, & præniſor magnalium Dei noſtri, Elia celeberrime, qui tuo dicto firmaſti imbriferas nubes, intercede pro nobis apud hominum amatorem,* ideſt Chriſtum, vel Deum. Omittimus, quod in oratione, ſeu collecta pro officio Latino, & eius Miſſa, eius interceſſio poſtulatur, dum à Deo petimus: *Eo interueniente dum viuimus à terrenis ſemper ad cœleſtia ſpiritu ſubleuari, & cum eo in reſurrectione iuſtorum pariter gaudere.* Idem conſpicitur in aliis orationibus Miſſarum eiuſdem. Omitti tamen non debet, quod in Miſſa, quæ in antiquo illo Miſſali in Bibliotheca Tranſpontinæ reperto, ſic habetur in verſu poſt Alleluia. *Propheta venerande obſecra Omnipotentem, vt pluuiam nobis tribuat congruentem.* Multoque minus omittendum erit, quod in antiquiſſimo Miſſali illo in Vaticana Bibliotheca reperto, de quo ſuperius diximus, Orationes Elianæ Miſſæ etiam ipſius interceſſionem apud Deum interpellant. Vnde in illa, quam retulimus, *vt nobis impetret ſuæ Beatitudinis conſortium,* ab eo poſtulatur. Quantum verò ipſius oratio pro vbertate terræ, ſeu pluuia pro ipſa poſtulanda fidelibus proficiat, ex allatis ex veteri illa Rabbi Salomonis traditione à Catholicis non reiecta, conſpici valet, vt meritò exclamare cum D. Chryſoſtomo *ſerm. 1. de Elia* poſſimus: *Clauis cæli fit ſermo Eliæ Sanctiſſimi, iubet enim, & clauditur cœlum: orat poſtmodum, & aperitur.* Quod expenditur *Iacobi 5.* dum dicitur *Elias homo erat ſimilis nobis, paſſibilis, & oratione orauit vt non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres, & menſes ſex, & rurſum orauit, & Cælum dedit pluuiam, & terra dedit fructum ſuum.*

Item Eliam noſtrum in eo ſtatu, in quo modò eſt, poſt raptum curam de ſuis amicis, & deuotis habere, non incongruè ex Sacra ſcriptura habetur 2. *Paralip. 21.* vbi ad Regem Ioramum allatæ ſunt litteræ ab Elia Propheta miſſæ, in quibus (vt Hebræi tradunt,) quæ ipſi euentura erant, explicabat, nimirum plagam totius Populi, & Vxorum, ac filiorum, morbum viſcerum ipſius, & quemadmodum etiam tradunt Ioſephus *lib. 2. Antiquitatum, cap. 2.* Aben Eſdra *in 4. Malach.* Lyranus in prædictum locum, Genebrardus *libro 1. Chronolog.* Acoſta *lib. 3. de nouis temp. cap. 7.* Tornellius *in 5. ætat. circa annum* 3139. Sacer autem textus ſic habet. *Allatæ ſunt autem ei litteræ ab Elia Propheta, in quibus ſcriptum erat: Hæc dicit Dominus Deus,* &c. Ex quibus literis ab Elia Miſſis inferunt Sebaſtianus Barradas *tom. 1. lib 5. cap. 11.* Gaſpar Sanchez *4. lib. Reg.* & Thomas Maluenda *vt ſupra cap. 2.* curam habere Sanctum Eliam in eo ſtatu, in quo eſt, de rebus ad ſe ſpectantibus. Ex quo etiam infertur neceſſariò, eas cognoſcere, ac per conſequens ad ipſum poſſe preces noſtras fundi, vt interceſſio ipſius ſit apud Dominum. Imò & Genebrardus vt ſupra, ex his Elianis literis infert: *Ita Sanctis mortuis res viuorum ſunt curæ;* manifeſtè ſubindicans Eliam noſtratum curam gerere rerum. 106

107 Efficaciùs tamen, vt credimus, Eliæ in Paradiſum euecti merita, & interceſſionem ab hominibus implorari poſſe, ex alio loco Sacræ ſcripturæ, quem vt Herculeum nodum Aduerſariis ſoluendum offerimus, animaduertere poſſumus. Ergo, cum Eliſeus Sanctus pij parentis Eliæ in cœlum euectioni teſtis oculatus aſtitiſſet, ne quid bonus hæres ex inteſtati bonis non ſuſciperet, vt ait Sacra pagina 4. *Reg. 2. leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei.* Poſtque: *Reuerſuſque ſtetit ſupra ripam Iordanis, & Pallio Eliæ, quod ceciderat ei, percuſſit aquas, & non ſunt diuiſa, & dixit; vbi eſt Deus Eliæ. Etiam nunc.* Seu, vt Caldæus habet; *Suſcipe petitionem meam, Domine Deus Eliæ, etiam ipſe.* His enim conſpicuè ſanè demonſtratur, Eliſæum, cùm pallio Eliæ ſibi derelicto Iordanis aquas in prima percuſſione non ſcidiſſet, ad Deum orando meritis, & fauore Eliæ fidenter recurriſſe, vt quod propriis demeritis ſibi à Deo, ſancta humilitate, denegatum credebat, Eliæ Sanctiſſimi opitulatione adipiſceretur. Neque enim alia de cauſa Deum Eliæ compellaret, niſi quia Eliæ opem, & auxilium apud Deum pro futura non diffidebat. Hæc eſt expoſitio Carthuſiani verba illa, *Vbi eſt Deus Eliæ?* ſic interpretantis: *Hoc eſt, non meritis meis, ſed pietate, & gratia Dei, meritiſque Eliæ precor hanc Iordanis impetrare diuiſionem.* Quidam etiam ex 70. legunt. *Vbi eſt Deus, & Elias,*

Google

in quo conſpicuè Eliæ interceſſio à Diſcipulo poſtulatur. Fauet huic expoſitioni Ambroſius *in Pſalmum* 37. Ex eo enim putat Eliſeum Deum Eliæ inuocaſſe, quia *præſentiam eius in beneficiis requirebat.* Clarius Toſtatus *quæſt.* 18. *ſuper hunc textum*, quærens enim cur in prima percuſſione non fuerint diuiſæ Iordanis aquæ, cauſam ſubiungit: *Vt compelleretur orare ad Dominum, non fuerunt diuiſa in prima vice. Item factum eſt hoc, vt crederet Eliſeus, non meritis ſuis ſe iſta obtinere, ſed meritis Eliæ, ideo non diuiſa ſunt aquæ quouſque dixit, Vbi eſt Deus Eliæ? Et tunc illicò diuiſa ſunt. In quo manifeſtè apparuit ſanctitas Eliæ.* Ideo ſequitur Iacobus Salianus 4. *tom. Annal. ſuper hunc locum lib. Reg.* Cæteris tamen breuius, & clarius Cardinalis Caietan. ibidem. *Quia non fuerant,* inquit, *aquæ Iordanis diuiſæ à Pallio Eliæ, ad merita Eliæ inuocanda apud Deum confugit, & ſic altera percuſſione diuiſæ ſunt aquæ.* Dixerat autem idem Caietanus ſuperius, ideò Deum per Eliam Eliſeo petenti duplicem Spiritum ipſius, reſpondiſſe, *Si videris me erit tibi quod petiſti*, ſcilicet, *vt accenderetur magis Eliſei mens, & præpararetur ad tantum donum, & ipſius Eliæ preces creſcerent pro Eliſeo.* Quo nihil maius pro Eliæ interceſſione extollēda dici potuit, vtpotè cùm Deus, quaſi illius deſiderio ardeat, ipſamque cupidè expectat.

108 Nec minus fauet themati nobis præfixo locus ille 4. *Reg.* 2. vbi parentem Eliam per Æthera volantem ſuſpiciens Eliſeus clamabat, *Pater mi, Pater mi, currus Iſraël, & auriga eius*; quo celebri encomio nihil aliud, vt putamus, ſignificari aptius poteſt, quam Eliam Sanctum, magnum, ſummumque præſidium, amicorumque columen, & anchoram, ſiue dum cum viuis moraretur, ſiue cum modò extra illorum contubernium exiſtit, eſſe. Explorarunt hoc doctè huius loci Interpretes, Hebræorum iſtud eſſe prouerbium putantes, ſimile illi Horatij *lib.* 2. *Ode* 17. quod de ſuo Mœcenate dixit.

Grande decus, columenque rerum.

Quod multis Maro aſſecutus non eſt verbis *lib.* 12. *Æneid.* apud quem ſic Latini vxor ad Turnum.

——— Spes tu nunc vna ſenectæ,
Tu requies miſeræ, decus, imperiumque Latini,
Te penes, in te omnis domus inclinata recumbit.

Id etiam elatè, concinnè, & aptè ad intentum expreſſit Chaldæus, quem ſequitur Vatablus, dum ita reddit. *Qui melior erat Iſraeli oratione tua curribus, & equitibus.* Fauet Caietanus, adſtipulaturque Theodoretus, dum *quæſt.* 8. inquit: *Ea de cauſa magnum Eliam appellauit, & currum, & equitem Iſrael, vt qui ſolus ſufficeret ad profligandos, & fundendos hoſtes, & ad dandam alienigenis victoriam.* Auſpicem quoque habemus Gregorium hom. 22. *in Ezech.* aientem: *Quid eſt quod Elias Currus, & Auriga Iſrael dicitur, niſi quia Auriga agitat, currus portat?* Et rurſus: *Currus quia tolerando portat, Auriga quia exhortando agitat. Currus quia mala ſuſtinet, & Auriga quia Populum bonis admonitionibus exercet.* Fauet quoque huic prouerbiali formæ loquendi verbum, *Currus.* Is enim languidos portat, laſſos ſubleuat, frumenta conuehit, in acie milites ſuſtinet, ac demum humanæ naturæ magna, multaque ſubſidia ſubminiſtrat. Ergo Eliam Currum, & Aurigam (ideſt *Equitem*, prout Hebraica vox ſonat ab Eliſeo nuncupatum, idem ſonat, ac ipſius interceſſionis, fauoriſque erga populum fidelem ſibi deuotum explicatiſſimum encomium. Adſtipulatur Hebræus textus ex Abulenſi 4. *Reg.* 2. q. 19. ſic legens: *Currus eſt Iſrael, militia eius.* Quod ſic exponit Rabbi Salomon apud eundem Abulenſ. *Quod ipſe Elias erat currus Iſrael, & militia eius. Quaſi dicat, Gentes quando pugnant, confidunt in curribus, & in militia; Iſrael autem habebat Eliam, dum viueret inter eos loco curruum, & militiæ, quia preces eius erant ſufficientes magis ad defendendum Iſrael, quàm currus, & arma.* Ex quo quantum roboris noſtri capitis intentum reſumat, cunctis liquidò noteſcit.

Nec minus corroborat intentum eiuſdem Rabbi Salomonis Hebræorum præcipui ſententia affirmans (vt apud Abulenſem *quæſt.* 18. liquet) ideo Eliſeo ab Elia magiſtro duplicem ſpiritum petenti reſponſum eſſe, *Si videris me, erit tibi, quod petiſti. Innuens Elias* (inquit Salomon,) *quod quando manebat cum ipſo, non poterat ei conferre gratiam; poſtquam verò recederet, poterat conferre. Motiuum autem eſt, quia Elias quando manebat inter homines, erat in minori ſtatu; cum verò raptus eſſet, erat in excellentiori gradu, ideo poterat aliqua facere, quæ prius non poterat. Hoc autem intelligendum eſt* (inquit Abul.) *per modum orationis, & meriti.* Ex iis verò maxime concluditur, ex Hebræorum etiam mente Eliam in loco, in quo modò eſt, poſſe pro nobis intercedere, necdum vt antea poterat, ſed & plus etiam, & efficaciùs. 109

Ad id quoque deſeruiunt aliæ Hebræorum traditiones, quibus apud eos notiſſimum eſſe conſtat, Eliam Sanctum rerum noſtrarum non paruam, aut modicam gerere curam; ac proinde iure à nobis in noſtrarum miſeriarum ſubſidium interpellari poſſe. Primò ergo *in Seder Olam, c.* 17. (Genebrardo referente) ſic habent. *Elias poſt raptum ſcribit geſta omnium ætatum, & temporum.* In Chronologia autem maiori, quæ *Seder Olam Rabba* inſcribitur: ſic legitur. *Reconditus eſt Elias, neque comparebit, donec veniat Chriſtus. Tum etiam apparebit, & recondetur ſecundò, donec prodeat Gog, & Magog. Nunc interim ſingularum ætatum res, & acta conſcribit.* Adeo quoque recepto conſenſu tenent Eliam Sacræ ſcripturæ nodos, ac difficultates explanaturum, vt vulgariter hoc prouerbium vſurpent: *Thiſbi ſoluet dura*; hoc eſt quæſtiones, & dubia, perplexitates, & ambiguitates paginæ ſacræ, vt notant Ioannes Cellarius, & Ioannes Quinquarboreus *in abbreuiationibus Hebræorum.* Inſuper recepta traditione putant Hebræi, Eliam cunctis Iudæorum circumciſionibus præſentem aſſiſtere. Tradunt enim Deum hac gratia Eliam ornaſſe, vt nullam circunciſionem apud ipſos fieri contingeret, cui Elias præſens inuiſibiliter non adeſſet. Quapropter ſtatuiſſe Magiſtros Hebræorum, vt quoties circuncīſio alicuius Infantis facienda eſſet, duæ ornatiſſimæ ſedes pararentur, vna pro infante recepturo, alia pro Elia futuro ibidem præſenti. Mentionem huius traditionis faciunt Talmudici *in tract. Berachoth*, Kimchius *in Malachiæ* 4. *& alibi*, & aliquot ex noſtris, vt Galatinus *lib.* 10. *de Arc. Cath. ver. cap.* 6. Genebraedus *lib.* 1. *Cronograph. pag.* 115. Vnde inſignis quidam Rabbinus Iudas exponens, cur dicatur à Moſe panis ille, qui coram Domino proponebatur, *Panis facierum*, hæc ait apud Galatinum *lib.* 10 *cap.* 6. *Quia transmutabitur ex ſubſtantia Panis, cùm ſacrificabitur in ſubſtantiam Corporis Meſſiæ, qui deſcendet de Cælis, eritque inuiſibilis & impalpabilis. Cuius rei fidem facit ſedes Eliæ.* Hæc ipſe acutè ſanè; nam ſicut Elias præſens in ſella ſedebat (vt iſti putant) diuerſis ſimul locis, vbi contingebat fieri infantium circunciſiones, ita Chriſtus ſimul præſens adeſt diuerſis Hoſtiis, in diuerſis locis ſub Euchariſtia. Hæc ex Hebræis attulimus, non quia ipſorum traditiones apud nos indubitatas generent fidem, cum conſtet eas ſolùm veritatem continere poſſe, quæ fidei normæ non aduerſantur, ſed vt ex iis liquidò innoteſcat, totum hunc Populum Iudaicum in hoc vnum confluere videri, vt credant, Eliam Sanctum in Paradiſo degentem, noſtrarum rerum ſolicitum indagatorem, prouiſoremque eſſe, ac proinde piè, & rectè ab Eccleſia eius interceſſionem apud Deum inuocari poſſe. 110 111

Nec

112 Nec omitti debet id non leuiter ex Sacræ paginæ contextu, ſi rectè expendatur, elici poſſe. Conſtat enim ex *Matth. cap. 17.* Chriſto Domino in Cruce poſito voce magna clamante, *Eli Eli lammaſabacthani*, hoc eſt latinè, *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Quidam illic ſtantes, & audientes dicebant, Eliam vocat iſte, & continuò currens vnus ex eis acceptam ſpongiam impleuit aceto, & impoſuit arundini, & dabat ei bibere; cæteri verò dicebant, ſine videamus an veniat Elias liberans eum.* Ex qua Euangelica hiſtoria non incongruè credi poteſt, Eccleſiaſio illam populi Hebraici putaſſe, Chriſtum iam ferè exanimem Eliæ adiutorium poſtulaſſe, ideoque illorum vnum acceptam ſpongiam, & aceto plenam Chriſti ori obtuliſſe, vel vt citiùs moreretur, vt Theophilactus, & Recentiores volunt, antequam Elias ſuppetias Chriſto dediſſet, vel vt accepto aceto recrearetur, vitamque vſque ad Eliæ aduentum differret, vt Maldonatus exponere viſus eſt. Quodcunque autem horum dicatur, intentum noſtrum non leui ſuſpicione ſuadetur, nempe, vt credamus Eliam in eo ſtatu à populo Iudaico ſemper reputatum eſſe, quo ab ho-
113 minibus inuocari, & illis opitulari poſſet. Quod adhuc corroborat ſententia à Hieronymo, & Beda non improbata, exiſtimantium verba illa, *Eliam vocat iſte*, non ab imperito Hebræorum vulgo, vt Theophilactus aſſeruit, ſed à Doctis Iudæorum Sacerdotibus, nempe Scribis, & Pariſæis prolata fuiſſe. Quin, etſi diceremus Romanos milites, qui inter Iudæos morabantur, Eliam inuocaſſe Chriſtum credidiſſe, vt putant Hieronymus, Beda, Strabus, & Euthimius, adhuc ſuſpicioni adductæ locus relinquitur. Cùm enim gentiles illi Hebræorum opinionem cognitam haberent de Eliæ inuocatione, & patrocinio poſtulando, poterant ſimul cum illis, cum Chriſtus *Eli Eli lammaſabacthani* protulit, credidiſſe, Eliam compellaſſe, vt ſibi adiutorium moribundo præberet. Ex quo, vt diximus, non leuidenſe indicium habetur, Iudæorum Synagogam conſtanti ſemper traditione tenuiſſe, Eliam ab illis compellari, & ipſis in anguſtia poſitis ſuffragari poſſe. Maximè quoque hoc confirmat intentum, quod cum Chriſtus Seruator in Transfiguratione, de morte, & paſſione ſibi futura in Hieruſalem cum Moyſe, & Elia colloqueretur, Petrus ob nimiam erga Chriſtum dilectionem ipſum à morte eripere contendens, dixit: *Domine, bonum eſt*
114 *nos hic eſſe. Matth. 17.* Ac ſi clariùs, vt Theophilactus hìc exponit, *Bonum eſt hoc loco manere, & non deſcendere, & occidi. Nam ſi quis huc venerit, habemus & Moyſem, & Eliam nos adiuuantes. Moyſes quidem Ægyptios deuicit, Elias autem ignem è cælo deduxit. Tales erunt in inimicos, ſi qui huc contra nos venturi ſunt.* Ecce concordem populi Hebraici mentem, Eliam hominibus opitulari, & patrocinari poſſe.

115 Sed quid plura. Nonnè id liquidò conſtat ex Diuorum precationibus, quas populus iſte incredulus, & recutitus adhuc retinet? In illis namque, prout videre eſt apud Genebrardum, qui illas collegit poſt finem ſuæ Chronologiæ, ſic habet. *Iniquitatis in proximum, & præuaricationis in Deum ne recorderis; recordare autem obſecro Eliæ, atque Eliſei.* Et rurſus: *Qui exaudiſti Eliam in monte Carmelo, exaudi nos.* Adeò quoque Eliæ nomen Iudæi venerantur, vt eum eo venturum, & glorioſum Meſſiam futurum credant, apud Inanoem Pfeferkor olim Iudæum. Hinc diebus Sabbathi ei menſam ſtratam relinquunt, vt refert Antonius Margarita. Mirabilis quoque eſt verſio illa Chaldæi circa locum *Thren. 4. Impleta eſt iniquitas tua filia Sion, non addet vltra vt transmigrare te faciat.* Sic enim vertit Chaldæus. *Poſtea finire faciet iniquitatem tuam, ô Synagoga Sion, & redimeris per Chriſtum, & Eliam ſacerdotem Magnum.* Quibus nedum huius capitis intentum, ſed qualiter Elias apud Hebræos in maxima quoque veneratione ſemper fuerit, liqueſcit.

Sed hæc ex Hebraicis traditionibus miſſa facien- 116
tes, ex aliis capitibus propoſitum nobis thema, videlicet de officio Eccleſiaſtico iure Eliæ Sanctitati ab Eccleſia conceſſo, quin eſto quod viſionis beatæ præmio à Deo decoratus non ſit, nihilominus, & à fidelibus coli, & honorari, officioque prædicto ipſius interceſſionem poſtulari poſſe, ex ſimili ferè alio exemplo in Eccleſia reperto, non leuiter confirmare liceat. Cum enim de fide certum non ſit, Sanctum Ioannem Euangeliſtam mortuum eſſe, ac perinde nec verè diuinitatis comprehenſorem (quod eſt apud Antagoniſtas noſtros euidens argumentandi genus) nihilominus Eccleſia feſtum ipſius indubitanter celebrat, abs dubiè credens, ad hoc, quod aliquis Sanctus ab Eccleſia ſolemni ritu officij diuini colatur, neceſſarium non eſſe, illum eſſe mortuum, comprehenſorem, aut beatum; ſed verè Sanctum, in gratia confirmatum, & in tali ſtatu, quo fidelium preces, quæ ad Deum per eius interceſſionem funduntur, exaudire poſſit. Quæ cùm Sancto Eliæ, vt probatum eſt in ſuperioribus, competant, neutiquam videtur negandum, illum tali honore ab Eccleſia decorari poſſe. Si verò obnixè aliqui contendant, de fide certum eſſe
Ioannem Euangeliſtam è viuis exceſſiſſe, non verò 117
Eliam, attendant obſecro tot Patres, & Theologos nondum mortuum eſſe, Ioannem aſſerere, vt dogma iſtud de fide non eſſe manifeſtè conuincant. Hi ſunt Hippolytus Martyr *oratione de conſum. Mundi.* Sanct. Ambroſ. *in 7. cap. Lucæ*, indicantque Theophilactus *Ioan. 21.* illis verbis, *Sic eum volo manere donec veniam*, & Euthim. *in Matth. 17.* Eandemque ſententiam docuiſſe inueniuntur Theophilus, & Ioannes Dominici Cardinalis vir ſanctitate, & doctrina ſuo tempore clarus, apud Sanctum Antoninum 4. *part. Theolog. tit. 13. cap. 4. §. 3.* Abbas Ioachim *in 10. Apocalyp.* Treculphus *in Chronico, tit. 2. lib. 2. cap. 9.* Sibellicus *lib. 1. de dictis, & factis memorabilibus, cap. 8.* Georgius Trapezuntius *peculiari libello in dictum Domini Ioan. 21. Sic eum volo manere, &c.* Catharinus *in 2. Geneſ.* Vielmius *de ſex dieb. conditi orbis, lectione 20.* Pineda *in Eccleſiaſtica Monarchia lib. 10. cap. 38. §. 4.* & alij, inter quos Alphonſus Salmeron, & Sebaſtianus Barradas relati ſuperius id clarius defendunt.

Hoc idem confirmat non diſſimile argumentum 118
ex variis, & antiquis Hiſtoriarum monumentis deſumptum. Ex quibus liquidò innoteſcit, Hominibus Sanctis adhuc in hac vita degentibus, templa, & Eccleſias à fidelibus dedicata fuiſſe, vel vt melius, & rigoroſiùs loquamur, Deo in honorem ipſorum. Primò enim de Eccleſia Beato Petro viuenti Senonis erecta mentionem facit Lyranus *in pſ. 18. & Matth. 24.* & adſtipulantur Adrianus Phinus *lib. 5. flagelli, cap. 10.* Petrus Caniſ. *lib. 5. de Maria, cap. 23.* Deinde Martham, & Sororem eius Mariam intemeratæ Deiparæ adhuc viuenti Eccleſiam apud Maſſiliam eſtruxiſſe, annales Francorum referunt, & notant Caniſius *vt ſup.* & Vincentius Bellouacenſis *lib. 8. ſpecul. cap. 29.* Apud Antaradum inſulam in mari Phœniceo, Sanctum Petrum Apoſtolum ædificaſſe ſacellum Diuæ Virgini adhuc in humanis agenti, in quo primum idem Apoſtolus Miſſæ ſacrificium peregerit, ex incolarum fideli traditione acceperunt, qui cum Gotthifredo Bullonio in memorabilem illam Terræ ſanctæ expeditionem profecti ſunt, & literis commendarunt Marinus Sanutus Torſellus *in lib. 3. part. 14. cap. 2.* & Iacobus de Vitriaco *in hiſt. Ieroſolymit. cap. 46.* Iam quis neſcit, quàm certa, conſtanſque ſit Cæſaraugustanæ Eccleſiæ, ac totius cum primis Hiſpaniæ

fidelis traditio, Sacroſanctam Dei parentem, cum adhuc Ieroſolymis in vita ſuperſtes eſſet, Iacobo Apoſtolo Zebedæi filio in Hiſpaniis prædicanti, & ad tipes amnis Iberi Cæſarauguſtæ oranti ſuper Iaſpideam columnam apparuiſſe, moxque ab eodem Apoſtolo Mariæ monitu, ipſi Diuæ Deiparæ Templum, ſeu Sacellum conſtructum, conſecratum fuiſſe, quod nunc dicitur *Nueſtra Señora del Pilar*, ac totius orbis veneratione celebratur: vt cuncti Hiſpaniarum Annales etiam teſtantur. Præterea Sanctum Marcum primum Alexandriæ Epiſcopum in eadem Vrbe Eccleſiam nomine Sancti Petri ſui Magiſtri nondum defuncti fundaſſe, teſtatur Gelaſius Papa Primus *in Concil. Rom.* & Petrus etiam Damianus *ſerm. de S. Marco.* Apud Clementem quoque Romanum Pontificem *lib. 10. Recognit. cap. vlt.* legitur, Theophilum nobilem quemdam Ciuem Antiochenum à Petro Apoſtolo ad fidem conuerſum, domum ſuam Eccleſiam in honorem eiuſdem Apoſtoli viuentis conſecrari feciſſe, in eaque Petri Cathedram collocaſſe. Ad hæc celebrem apud Germanos vigere traditionem, vetereſque Colonienſis, & Treuerenſis Eccleſiæ docere Annales, Maternum ex primis Petri Apoſtoli diſcipulis non procul à Molsheim propè Argentinam, templum in eiuſdem Petri nondum defuncti honorem extruxiſſe, *domum Petri*, ſiue Germanicè *Thompeter*, appellatum, Caniſius teſtatur *lib. 5. de B. Virgine, c. 23.* Agit de Materno Rom. Martyrolog. 14. *Septemb.* Denique Epheſi Baſilicam Ioanni Apoſtolo, & Euangeliſtæ in terris adhuc viuenti erectam, auctor apud Abdiam Babylonium *in vitis Apoſtolorum* narrat. Ex his autem non incongruum pro cauſa quam defendimus ſumitur patrocinium. Si enim hominibus adhuc in hac vita degentibus eò præcisè, quia ipſos Sanctos, & in gratia confirmatos Eccleſia putabat, Aræ, & templa dedicata fuerunt, quidni de Elia idem affirmari poſſit.

119 Nec contemptibilis ea ratio habebitur, quæ à ſimilitudine animarum Purgatorij ſumitur. Etſi enim illarum ſtatus, cum ſatisfactorius, & pœnalis ſit, iure non mereatur, vt Eccleſia illis feſtum, aut ſolemnitatem officij Eccleſiaſtici concedat, verumtamen piè inuocari poſſe à fidelibus multi Theolog. affirmant vt Gabriel *in Can. lect. 58.* Medina *Codice de Orat. quæſt. 4. & 5.* Bellarm. *lib. 2. de Purg. c. 15.* Valent. 3. *tom. diſp. 6. quæſt. 2. punct. 6.* Quod fieri credibile, conſtat ex D. Greg. *lib. 4. Dialog. cap. 40.* Apud quem animæ Paſchaſij, & Seuerini miracula operabantur, etiam in Purgatorio exiſtentes, quod euidens indicium affert, ipſas fidelium precibus motas Dei auxilium impetraſſe pro illis. Legatur Petrus Damianus Cardin. *in epiſt. de miraculis ſui temporis.* Si autem Sanctorum Animæ in carcere, & tribulationibus detentæ eò apud Deum ponderis, & valoris habentur, vt propter earum interceſſionem beneficia ſua aliis elargiatur, quid cenſendum ſit de Sanctiſſimo Propheta Elia, non in carcere tribulationis, ſed in Paradiſo exultationis, non in terra miſeriæ, & tenebrarum, ſed in ſplendidiſſimo, & amœniſſimo totius orbis habitaculo conſtituto, dicere fas eſt? Certè nullus, (vt credimus) Theologus inficiari poterit, quin ipſius interceſſio apud Deum pluri-
120 mùm, & pro plurimis donis à Deo impetrandis valeat. Idem argumentum, vel ſimile conficere licet ex eo, quod Animæ Sanctorum non in Paradiſo, ſed in Limbo Patrum detentæ ante Chriſti Aduentum pro fidelis Populi ſtatu, & augmento Dominum exorabant, vt fidei Dogma eſt ex Sacra pagina 2. *Machab. cap. 15.* vbi de Onia ſummo Sacerdote dicitur, *orare pro omni Populo Iudæorum*, & de Ieremia Propheta, *Hic eſt fratrum amator, & populi Iſrael: hic eſt, qui multum orat pro populo, & vniuerſa Sancta Ciuitate.* Liceat ergo, pij Theologi, idem de altero Sancto Dei Propheta, non in Limbi cuſtodia, ſed in terreſtris Paradiſi gaudio exiſtente, catholicè ſentire. Ac proinde dignum æſtimare quod ab Eccleſia officij Canonici precibus interceſſio ipſius apud Dominum interpellari poſſit. Quod expendens Gaſpar Sanchez egregius Bibliorum interpres, *Reg. 4. cap. 2.* dicebat: *Si enim Ieremias in loco, & ſtatu non magis ad orandum idoneo, in ſinu videlicet Abrahæ, orabat tamen pro laborante populo, cur non idem de Elia, qui adhuc erat in viuis, licet à viuis procul, exiſtimandum?*

Nec multùm à rhematis propoſiti tramite deuia- 121
re cenſebimur, ſi vt intentum anteà præiactum, de cura videlicet, ingentique ſolicitudine, qua Sanctus Elias totius mundi res, acta, geſtaque librat, aliquid vlterius adiungamus. Eſt enim peruulgata quædam, celebriſque traditio, Eliam Sanctum de fine, conſummatione, & duratione mundi prophetaſſe. De hac ex monumentis Hebræorum accepta agens Rabbi Iacob filius Salomonis, hæc ait: *Docet domus*, hoc eſt Schola, vel Academia, ſeu ſecta Eliæ: *Sex mille annis erit mundus. Duobus mille inanitas: Duobus mille lex: Duobus mille dies Chriſti. At propter iniquitates noſtras, quæ multiplicata ſunt, elapſi ſunt hi quos præteriſſe cernimus.* Ita ex Thalmud *tract. Sanhedrin, cap. Helec*, interprete Genebrardo accipitur. Etſi enim Eliam iſtum, non Theſbytem, & Prophetam noſtrum fuiſſe, ſed Rabbinum quemdam Caballicum, aut Talmudicum, ſeu vt alij credunt, grammaticum, plures exiſtimarint cum Genebrardo *lib. 1. Chronol. part. 1.* & alij cum Fino *lib. 1. c. 11.* & Coſto *in typo Meſſiæ*, prædictam traditionem adſcribant Filio viduæ Sareptanæ ex mortuo ad vitam ab Elia reuocato, poſteaque ipſius ſocio, & diſcipulo, qui ſecundum Hieronymum *in præfatione Commentarij ad Ionam*, fuit ipſe Ionas Propheta. Aliorum tamen ſententia eſt, nec contemnendæ authoritatis, Eliam Theſbytem, Prophetam magnum, huius propheticæ traditionis primum authorem extitiſſe. Hi ſunt inter alios Stratonicus Cumarum Epiſc. *in Collectaneis*, Franc. Georgius *Harmonia Mundi Can. 3. tom. 7. c. 7.* Ludou. Viues *in lib. 20. de Ciuitate Dei, cap. 7.* Sixtus Senenſis *lib. 2. Biblioth. in Helia, & lib. 5. annot. 190.* & alij. Valeat ergo iſtorum aſſertio, non vt certa, & indubitatæ fidei (ſed vt probabilis dumtaxat.) Eo præſertim, quod inter Thalmudica dogmata reperitur deſcripta, inter quæ nugas, & mendacia multa con-
ſpici Catholicis pro comperto eſt. Illud tamen anno- 122
tare licebit, in ora quoque magnorum Eccleſiæ Patrum traditionem hanc de ſex millenaria duratione mundi irrepſiſſe, hi ſunt Iuſtin. Martyr *in quæſt. ad Gentiles, quæſt. 71.* Irenæus *libr. 5. aduerſus Hæreſes, cap. 28.* Andreas Cæſarienſ. *in Apoc.* Lactantius Firm. *lib. 7. c. 14.* D. Hieronym. *in expoſitione pſalm. 89. ad Cyprianum*, clariſſimè, elucidans namque illud Dauidis, *Quoniam mille anni ante oculos tuos ſicut dies heſterna, quæ præterijt*, hæc ſcribit: *Ego arbitror ex hoc loco, & ex Epiſtola, quæ nomine Petri inſcribitur, mille annos pro vna die ſolitos appellari, vt ſcilicet quia mundus in ſex diebus fabricatus eſt, ſex millibus tantum annorum credatur ſubſiſtere, & poſteà venire ſeptenarium numerum, & octenarium, in quo verus exercetur Sab-
batiſmus, & Circumciſionis puritas redditur.* Nec de- 123
ſunt rationes, aut coniecturæ probabili apparentià non penitus deſtitutæ, quibus ſex millenaria hæc mundi duratio ſuaderi videatur. Prodit eas magni nominis Rabbinus Iſaac. *Gen. 1.* in hanc ferme ſententiam. *Prima, quia primus verſus Geneſis, qui continet ſummam operis Domini, & fabricæ mundi, Hebraicè conſcriptus, ſexies litteram Aleph exprimit Aleph autem in notis numerorum mille ſignificat. Deindè ſicut Deus ſex diebus fabricauit, & abſoluit mundum, & ſeptimo*

requieuit

requieuit ac Sabbatum conſecrauit, ita cum mille anni apud Deum ſint vna dies, par eſt, vt labor generationis humanæ, & mundi opificij in ſex millibus annorum conſummetur, & ſeptimo millenario conquieſcat. His accedit quod ſenarius laboris, & ſeptenarius requiei, tam in diebus, quam in annis diuina lege corroboratur; nam ſex dies hebdomadæ ad opera exercenda lege conceduntur, ſeptimus verò requiei dedicatur: ſex annis pro agris colendis indultis, ſeptimo tam agro, quam cultori requies inducitur. Non mirum igitur, ſi poſtquam per ſex millia annorum variis ærumnis, ac diuerſis magniſque agitationibus concuſſum laborauerit genus humanum, atque adeo ipſa Chriſti Eccleſia ſub gladio Satanæ vehementer ingemuerit, tandem in ſeptimo millenario ſub felici illo venturi ſeculi ſtatu ſabbatizet. Denique ſex primi parentes humani generis Satores, nempe Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Iared mortui ſunt, ſeptimus vero Ennoc viuit ad hunc vſque diem in quempiam locum tranſlatus; ſic etiam poſt ſex millenarios annorum quibus labor, & mors in mundo viguerit, ſeptimus millenarius erit initium quietæ, immortalis, atque

124 *beatæ vitæ.* Hæc ideo à nobis adducta ſunt, non vt credamus mundi conſummationem alicui vnquam ſine Dei reuelatione innotuiſſe, cum *de die illo vel hora nemo ſciat, neque Angeli in Cælo*, ſed ne laneis, aut arondineis nixa fundamentis appareat ſententia tenens Eliam Sanctum Dei Prophetam authorem eſſe traditionis de ſex millenaria Mundi duratione. Ex ea verò id ſolùm ad noſtrum intentum deducimus, prædictum S. Eliam, & noſtrarum rerum curam, memoriamque retinere, nec omninò à mundi conſortio extortem, aut exulem putandum, ac perinde (quod conſectarium erit) noſtris precibus iure ipſius fauorem interpellari poſſe.

125 Propius ad thema propoſitum accedere volentes, quæ ex fideli traditione pij, & Religioſi viri accepimus, hic placuit inſerere. Ex eis enim liquidò innoteſcere quibit, qualiter Elias Sanctus, huius mundi, ſibique deuotorum præcipuè, curam ſollicitè gerat, vt meritò proinde ab Eccleſia poſſit eius patrocinium apud Deum precibus, & officio Canonico poſtulari. Ergo vt ex prædicti Religioſi, qui apud Perſas diu commoratus eſt, relatu, teſtimonioque ſubſcripto, & ſigillato à R. P. Sacerdote Arabum, vel Chaldæorum apud Perſidem quoque commorantium, ſub datis die 17. Martij 1608. hic Romæ commorantes perſpeximus, celebris eſt, & peruulgata opinio apud Gentes illas, S. Eliam illis ſæpè apparuiſſe, ſub eiuſque tutela quendam locum ibi exiſtentem eſſe, multis indiciis crebrò ſubmonſtraſſe. Eſt autem apud illam Perſidis Regionem ciuitas quædam nobilis, vulgò *Aſpahano* nominata, Regis, & Principum magnifica ſedes. Extra quam verſus meridianam partem à tergo hortorum Regis, *Chiarbach* vulgò, parua quædam habitatio, ſeu domus (*ſerraglio* apud illos) ſub dominio Emir Raſſiadit Mehomed Califfæ eſt, quam Rex pro retinendis quibuſdam Caldæorum familiis in bello Turcico captis concefferat. Ad cuius ianuam, & manum læuam à parte interiori, eſt locus quidam aptus ad ſedendum, vbi, illis hominibus teſtimonium ferentibus, ſæpius variis ſub formis S. Elias apparuit. Primò enim vnus ex maioribus, *Anna* nomine, in quiete vidit S. Eliam cum duobus aliis verſus portam illius habitationis venientem, treſque papiliones, cortinas, ſeu vela coloris viridis inde quaſi remouentem, ipſique præceptum, locum luminibus, & incenſo in poſterum venerari. Quidam alius *Abdal Æt* relato ſomnio illudens, nocte ſequenti ab Elia Sancto ſtrangulari ſe vidit: veniam popoſcit, ſubitoque liber extitit. *Nuri* quidam ab alio ſaxo percuſſus, & auriculæ vulnere infirmatus, morbo inualeſcente, voluit in loco Eliæ dicato vel paululum requieſcere, vt ab infirmitate liber eſſet: illum ergo veſte viridi indutum, & tribus vicibus pedem ſupra læſam auriculam ponentem in modum crucis vidit, & ſanus factus eſt continuò. Fœmina etiam quædam nomine *Can Betk* Sanctum vidit Prophetam venientem cum alio quodam, veſtibus albis indutos, lanceas manibus geſtantes, & equos ſuper quos aſcenderant, ipſi tradentes: ingreſſoſque prædictum locum diſpatuiſſe. Quædam alia *Sanaiz* nomine teſtata eſt ſe vidiſſe Eliam ſupra pellem quandam ſedentem, legentique Euangelium duos alios aſtitiſſe manus ſupra pectus cancellatas in ſignum obedientiæ tenentes, Eliamque protuliſſe: *Ego ſum Elias ille, adhuc viuens: curato ne huic loco incenſa, aut lumen deſint.* Quidam nomine *Iuſuf*, cum alio litigans, pro arbitro iusiurandum in loco Eliæ dicato elegere: vbi cum *Iuſuf* falsò iuraſſet, os ſibi verſus collum, & poſteriorem capitis retortum pro ſupplicio recepit, donec poſt ſex menſes humiliter in eodem loco ſanctum deprecatus ad priſtinam ſanitatem reſtituitur. Mulier etiam quædam Suriana *Anna* nomine, inter Chriſtianos illos ſolita cognatos inuiſere, dum per portam domus exiret, Sanctum Eliam habitu, & barba albicantibus obuium habuit, interrogatuſque quis eſſet, reſpondit: *Ego ſum Elias, meus locus eſt iſte.* Cum quidam iuuenis Armenus, loci Sancto ſacri inſcius, rem ibi indecoram facere aggreſſus eſſet, ab Elia ſub ſpecie iuuenis robuſti reprehenſus, per vnum menſem infirmatus, & ferè moribundus, cum facti pœnituiſſet, ſanus effectus fuit. *Abdalla* quoque quidam cum alio altercatus, domumque ſuam mœſtus reuerſus, cum dormitum iret, vidit S. Eliam barbam prælongam, & albam habentem, candidaque veſte indutum: cui duo alij ſocij aſſiſtebant, imberbis vnus, alter nigra barba, veſteque albicante ornatus, cereiſque accenſis in manu. Illum Elias conſolatus, quòd poſt *Annam* locum ſibi ſacrum venerari cœperit, vindictam de inimico promiſit: quod poſt decem dies euenit. Demum illorum Chriſtianorum Pater, ſeu Parochus, nomine *Caſſis Petrus*, qui horum miraculorum examen (cum P. Ioanne Carmelitano ex Diſcalceatis, qui Sedis Apoſtolicæ benedictone in illis Perſiæ partibus ad Chriſti Euangelium prædicandum aſſiſtunt) faciebat, eum locum S. Eliæ ſacrum inuiſeret quadam die, ad auroram de illo exeuntem, habitu Carmelitano indutum, & verſus Ciuitatem iter facientem recognouit. Hæc verò cum aliis, quæ ex prædictorum Patrum Diſcalceatorum relatu accepimus, non incongruè, S. Eliam huius mundi rerum curam gerere, ipſiuſque auxilium poſtulantibus præſto aſſiſtere, ſuadere videntur, rectéque ab Eccleſia vniuerſali inuocari poſſe, & per officium Canonicum eius interceſſionem exorari, confirmant.

Accedit quod in hymno quodam, ſeu ſequentia de S. Patritio Hyberno, ex vetuſto Miſſali manuſcripto deprompta, quam in florilegio Sanctorum Hyberniæ Thom. Meſioghamus tranſcripſit, ſic dicatur. 126

Opprimens per triduum
Satan hunc vexauit
Sed Elias artuum.
Robur reparauit.

Quorum verborum hic eſt ſenſus, quod cum ſemel S. Patritius Satanæ vexatione in membris ſuis torqueretur, Eliam Prophetam inuocans, ad eum veniens ab inimici preſſura liberauit, artuum, ſenſuum, & membrorum robur reſtituendo. Habetur hoc *in vita eiuſdem S. Patritij cap. 19.* prout à prædicto Meſinghamo ſcribitur. Ex quo inſtantum de fauore Eliam inuocantibus ab ipſo præſtito clarè innoteſcit.

127 Audiatur circa hos os aureum Eccleſiæ (Chryſoſtomum

mum dico) cuius hæc ſunt notanda verba *in ſermone quodam de S. Elia*, quibus quantum apud Deum ipſius interceſſio ponderis ſit, liquidò innoteſcet. *Stabat* (inquit) *Elias medius inter Deum, & populum; ſtabat inquam inter ſacrilegos Sanctus, inter peccatores iuſtus, inter prophanos deuotus: Aduocationem populis cunctis præſtaturus, obiurgat populum, exorat Deum, iram Domini auertit, & errantem populum à Dei cultu ad Dei latriam reuocauit. Coniungit Dominum populo, & Deo populum. Fit per Eliam vna concordia inter Deum, & hominem, inter populum, & genitorem. Et vt vniuerſi dicerent: Verè Dominus Deus ipſe eſt Deus, Clauis cœli fit ſermo Eliæ Sanctiſſimi. Iubet enim, & clauditur: orat poſtmodum, & aperitur. Claudit, inquam, cœlum, & aperit, ligat, & ſoluit, reſerat quod concluſit, vt ſanctorum meritum monſtraretur, non ſolum in terris poſſe quod voluit, ſed & in cœleſtibus poſſe impetrare quodcunque petierit.* Expendantur illa, *Aduocationem populis cunctis præſtaturus.* Et *Clauis cœli fit ſermo Eliæ*, quibus nihil aptius vel deſiderari poteſt. Ex ſermone quoque alio eiuſdem Chryſoſtomi adeò eximia extrahi poſſent, vt ſeipſum in Elianis laudibus energia verborum, efficaciaque Eliæ interceſſionis memoranda ſuperare credatur. En pauca: *Viuit Dominus, inquit, & non erunt per annos illos ros, & pluuia. Deinde cum Deus ei reſponderet: Quid ergo ſi pænitentes illi mihi blandientur, ſi lacrymas offerentes ſpectem, ſi à delictis reſipiſcentes videam, ſtatimne debeo dare pluuiam? Minimè, inquit, viuit Dominus, niſi per os meum. Non viuit Dominus, illi Idolis ſe addixerunt: ego per deitatem tuam iuro. Oſtende mihi, quod iuramentum hoc, & contra te valeat, vt & per hoc Idolorum infirmitas declaretur. Non viuit Dominus, non erit tribus annis ros, & pluuia, niſi per ſermones oris mei. Non quando tibi videbitur pœna finem facias. Tibi enim pro clementia tua ſemper videtur miſericorditer agendum. Sed tunc quando ego pro eis orauero, & iudicauero, quod dignam animæ ſuæ curam gerant, probeque reſipiſcant. Igitur propheticam ſententiam veneratus eſt Deus, & honorem iuramento illi dedit.* O verè ſingulariter miranda verba! quibus ſimilia in laudem alicuius apud nullum ex Patribus reperiri queant. *Propheticam ſententiam* (ſcilicet Eliæ) *veneratus eſt Deus, & honorem iuramento illi dedit.* Et rurſum. *Non quando tibi videbitur pœna finem facias* (inquit Elias) *ſed quando ego pro eis orauero, & iudicauero.* Quibus, ni fallimur, ſumma ferè efficacitas orationis, & interceſſionis Eliæ clarè demonſtratur, ſimulque quanto iure à fideli populo inuocari poſſit, ac debeat, & quod exindè ſequitur, Eccleſiaſtico officio decorari non leuiter ſuadetur.

128 Rem concludit, quod Catholicè loquendo Sanctus Dei propheta Elias à Deo Canonizatus cenſeri debet: ac proinde, quod nullus remaneat ſcrupulus quominus à fidelibus inuocari poſſit, & ab Eccleſia officio Canonico celebrari. Canonizatum porrò Eliam eſſe, ſic habemus ex Bellarmino *tom. 3. lib. 1. de Sanctor. beatitud. c. 7. § His ergo*, vbi ſic: *Vtile eſſe Sanctos Canonizari, his argumentis demonſtrari poteſt. Primò, quia Deus ipſe voluit à Sanctis ſcriptoribus annotari in particulari glorioſam vitam & mortem eorum, qui tempore ipſorum floruerunt, vt patet de Eccleſiaſtico qui cap. 44. & ſequentibus Canonizauit plurimos Sanctos, vt Henoch, Noe, Abraham, Iſaac, Iacob, Moyſem, Aaronem, Phinees, Ioſue, Chaleb, Samulem, Dauidem, Heliam, & Heliſeum*, &c. Ergo ex mente Bellarmini Elias Canonizatus eſt ab Eccleſiaſtico *cap. 44. & ſequentibus*, vbi illum, & prædictos numerando præmiſit eorum laudes, dicens: *Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua, &c.* quod etiam tenet Conrelorius *de Canonizat. Sanctor. c. 3.* & Gaſpar Sanch. *in d. cap. 44. Eccleſiaſtici, verſ. 1. 5. Triplex hæc gloria*, loquens de cõmendatione hac Sanctorum veteris teſtamenti relata ab Eccleſiaſtico, & inquiens: *Hæc fuit prima martyrum, ſanctorumque Canonizatio, quam deindè ſecuta eſt particularis illa, & ſolemnis, quæ de more fit à Pontificibus.* Prudenter etiam Iacobus Granados *in 2. 2. contro. 1. de fide, tract. 7. diſp. 3. ſect. 2. n. 10.* de Enoch, & Elia inquit. *Si attendatur quod de illis S. Scriptura teſtatur, & quod habet perpetua Eccleſiæ traditio, conſtat eos gratos eſſe Deo, & in loco ſpeciali nunc degere vitam ſanctiſſimam, à qua nunquam excident, licet in fine mundi redituri ſint ad conuerſationem humanam, & nouo triumpho nouam coronam reportaturi, quod ſatis ſuperque eſt, vt Dei teſtimonio canonizati cenſeri debeant.* Pro quo refert ſe ad Azorium *tom. 2. lib. 5. cap. 1. q. 4.* & ad ſeipſum *3. part. in contro. de nouiſſimis ferè in initio*, Fauet etiam Lucas Caſtel. *de dilatione Canonizationis, p. 16.* ſequens Iacobum Caſtellanum, & Ianſenium.

Immò poteſt Elias Sanctus ab Eccleſia Canonizari 129
canonizatione illa ſolemniſſima, qua alios Sanctos Canonizare ſolet. Ita enim de ipſo, & aliis ſanctis veteris teſtamenti, etſi luſtrali lauacro regenerati non ſint, tenet Panuinius *in Relatione S. Bonauenturæ*, quem refert Caſtellan. *de Canonizat. q. 4. § quæro*, & ſequitur Conrelor. *ſupra c. 11. n. 11.* Eo quod in Cantico Ambroſij & Auguſtini nominentur, ibi: *Te Prophetarum laudabilis numerus*, Et in Litaniis inuocentur, ibi: *Omnes Sancti Patriarchæ, & Prophetæ orate pro nobis.* Et quia ab Eccleſiaſtico 44. illis verbis: *Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua*, &c. canonizantur, vt dictum eſt.

Nec obuiat huic Canonizationi faciendæ, ſicut 130
nec cultui, aut officio Canonico illi ab Eccleſia conceſſo, quod adhuc in vita ſuperſtes ſit. Nam tranſlatio illius in Paradiſum, ſeparatio à communi conſortio hominum, vitæque incorruptio, eum facit quaſi ciuiliter, moraliter & politicè mortuum, ſeu defunctum, vt optimè Abulenſis *4. Reg. 2. q. 24.* de ipſo, & Enoch dixerit: *Elias & Enoch aſſumpti ſunt ad ſtatum tam perfectum, & iam potius ſunt cœleſtes quàm humani viri.* Et Iacobus Salian. *4. tom. Annal. circa annum mundi 3139.* ita de ipſo Elia: *Abiit ab hominibus, & quamuis ſine morte, perinde tamen fuit tam ſuis, quam alienis, ac ſi iam vitam ſicut ceteri, cum morte commutaſſet.* Sequitur Bonacina *de Incarnat. diſput. 3. quæſt. 1. punct. 1. § ſecundo*, dicens de Elia, & Enoch: *Non ſunt propriè viatores, & quodammodo ſunt extra viam.* Rectè etiam Iacobus Granados *ſupra diſp. 3. ſect. 1.* reiicit definitionem Canonizationis traditam à Bellarmino, videlicet: *Canonizatio eſt publicum Eccleſiæ teſtimonium de vera Sanctitate, & gloria alicuius hominis iam defuncti, &c.* inquiens: *In hac definitione illud non omninò placet, quod minus generalis ſit; complectitur enim ſolos Canonizatos ab Eccleſia, cum tamen alij ſint ipſius Scripturæ, aut traditionis authoritate Canonizati: & præterea nullum adhuc viuentem comprehendit, cum tamen Enoch, & Elias, qui adhuc viuunt, ſint abſolutè Sancti, & de hoc ſecundo recitetur, in illiuſque honorem offeratur ſacrificium à religioſis Ordinis Carmelitarum, & licet S. Ioannes Euangeliſta nondum mortuus fuiſſet, vt aliqui, licet falsò, putauerunt, cenſeri deberet Canonizatus.* Quibus etiam fauent plurima Patrum, & Doctorum teſtimonia de ipſo Elia, quorum aliqua ſunt iam relata, alia verò in Patribus, & Doctoribus, aliiſque Sacræ paginæ expoſitoribus obuia ſunt; ipſorum autem quædã in *tom. 1.* noſtrorũ Annal. habet Lector.

Tituli porrò, motiua, ſeu rationes, quibus Ec- 131
cleſia Sancta permota Canonizationis ſolemniſſimæ, & vſualis gratiam Eliæ concedere potuit; ſicut etiam cultum, & officium Canonicum iampridem, vt ſæpius oſtenſum eſt, conceſſit, ferè innumera ſunt: ita vt Ouidianum illud *Metam. 15. Meritis expendite cauſam*, dicere poſſimus. Præſertim cùm

Eccleſiaſticus

Eccleſiaſticus 48. *cap.* de ipſo dicat: *Quis poteſt ſimiliter ſic gloriari tibi?* Et alibi: *Amplificatus eſt Elias in mirabilibus ſuis.* Fuit etenim expreſſiſſima Chriſti figura; Sacerdos, & Propheta; Virgo, & Virginitatis in veteri lege primus Archimandrita; zelantiſſimus diuinæ legis prædicator, inſigniumque miraculorum patrator. In fine quoque mundi Chriſti præcurſor futurus eſt, & Martyr: Immò, iuxta plures, Apoſtoli quoque munere dignus. Hæc, & alia paſſim in Patribus reperiet Lector, & aliqua in noſtris Annalibus loco relato.

132 Quibus rectè, & diligenter recognitis, & expenſis, à Sacra Congregatione ſancitum eſt, vt præfatum officium S. Eliæ à noſtris quotannis, more ſolito, celebraretur, impoſito veluti perpetuo ſilentio piis zelatoribus, qui in illud impegerant. *Trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* Nec ſine ſpecialiſſimæ Dei prouidentiæ ſigno, vt dicebatur. Quod iuſtis de cauſis ſilentio inuoluimus. In tantæ ergo victoriæ trophæum hymnum eiuſdem S. Eliæ ex Sclauonico idiomate in Latinum tranſlatum, qui vel ob ſingularem raritatem Lectori placebit, hic apponimus.

HYMNVS
DE S. ELIA PROPHETA,

Ex Sclauonico in Latinum Tranſlatus.

Cuilibet Strophæ accinitur verſiculus:

Propheta Domini ora Deum pro nobis.

133 VInere cupientes Heliæ miracula, ignitam virtutem, in fortitudine Spiritus ſpecie ignis apparentis, linguæ merito conuenimus.

O Deifer, aperi os ignorantis linguæ, humilitatem quoque, & paupertatem vocis, virtute illius, qui in te eſt, Spiritus, perfice ad cantanda miracula tua.

O Sanctiſſime, vox fuiſti Verbi. Propterea voces noſtras ad te directas ſuſcipe Propheta Elia, liberans nos à malis intereeſſione tua.

O Propheta, vt electus ciborum Miniſter, ipſe à coruis ſuſtentatus, omnes cibas procurrentes ad te.

Gratias agimus Benefactori, & Diſpenſatori, qui Viduam, & Prophetam cibauit indicibili prouiſione.

Ille, qui concluſit plenas imbribus nubes ne pluerent, deficiente cibo Sareptæ, reliquias ciborum indeſinenter manare fecit.

Sapientiſſime Propheta, malitiam ad radicem excidiſti, bona opera verò plantaſti, propterea Te benedicimus.

Reprehendit te verbis fœmina, & exprobrauit mortem, Pueri Reſurrectionem credens.

Figurans Gloriam Trinitatis expreſsè, terna inſpiratione Matri filium viuum donauit.

O Helia, lex Patrum te laudat, vt Deprecatorem, conuertentem naturas rerum, & Sanctum ſacrificium aquis comburentem.

Confudiſti excellenter, vt ſeruus veritatis, Prophetas abominabiles, Sanctiſſime Helia, expreſsè deſignans Trinitatis virtutem.

Verbo gratiæ ſanctificans, occidiſti Sacerdotes improbos, Innocentibus manibus, Sicut igne Zelo conſumptus.

O Helia, Deifer miraculoſiſſime, fuiſti columna Pietatis, & Caſtimoniæ, Plantator Caſtitatis, ſimilis Archangelis.

O miraculoſe Helia, ita commotus es in Propheticidam fœminam, qui potuiſti ligare, & ſoluere.

Aſcendiſti, genua incuruaſti (intellectus altiſſimus oculus) prece excellenti ſoluens Cœlos, & glebas terræ inebriaſti tempeſtate.

Glorioſè induiſti tibi præparatam Diuinam virtutem, jeiunio quadraginta dierum; reliquiſti falſam viam. Atque ita in monte Horeb cecinisti: *Benedictus Deus Patrum noſtrorum.*

Sibilum auræ tenuis oſtendit tibi Dominus, dum zelas pro omnipotente: neque Te terret Spiritus vehemens, neque terræ motus, neque ignis. Propterea mitiſſimo Ieſu accinuiſti: *Benedictus Deus Patrum noſtrorum.*

Dignus factus es viſionis Diuinæ, & Prophetiæ, vt magnus Moyſes, Prophetas, & Reges vngens Spiritu, & gloriam Chriſti in monte Tabor videns clamaſti: *Benedictus Deus Patrum noſtrorum.*

Excellentem probauit Achab Heliæ gloriam, de homicidio Prophetæ reprehenſionem, turpis homicidij abominabilem inuentionem. Thesbites verò ignito intellectu creatorem laudabat.

Ignis Te Cœleſtis glorificauit Helia, comburens quinquagenarios, vt Dei electum ſeruum.

Secretarium Te fecit Chriſtus, vt Plantatorem Caſtitatis, Virginitatis diuina propago. Diuinæ Incarnationis, & Diuinitatis lux incomprehenſibilis, in ſua Carne, in monte Tabor, ſeipſum tibi reuelauit.

Innocentes vias cum hominibus in terra abſoluens, virtute Pallij flumina Iordanis tranſit Theſbites: per aërem viam in cœlum reperit.

Pietatis zelo correptus Thesbites, ſupra igneum currum aſſumitur, pallium verò relinquens, & Eliſeum cooperiens, dat illi gratiam Diuinam.

Miraculum, Thesbytes Deum videns, cum Moyſe videt, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor terrigenarum aſcendit, Incarnatum Deum omnipotentem in monte Thabor.

CONSVLTVM IV.

De Epiſcopo intromittente ſe in gubernio cuiuſdam Monaſterij Monialium Mendicantium, & acceptante obedientiam ipſarum.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, ſeu factum.*
2 *Monaſterium de Scotiis ſub Generalis poteſtate inſtitutum.*
3 *Bona Mendicantium ſubjiciuntur Papæ immediatè.*
4 *Contra ius Papæ eſt ſubjicere dictum Monaſterium Epiſcopo.*
5 *S. Rotæ pulchra deciſio.*
6 *Bona Mendicantium ſunt in ius, & proprietatem Sancti Petri.*
7 *Non potuerunt Moniales ſubjicere ſe Epiſcopo.*
8 *S. Rotæ deciſio.*
9 *Oblata efficiuntur Eccleſiæ cui offeruntur.*
10 *Quid ſi Epiſcopus eſſet Legatus Sedis Apoſtolicæ. & n. 11.*
12 *Monaſterium illud ſemper fuit ſub Generali, & n. 13. & 14.*
15 *Priuilegium Sixti IV.*
16 *Conceſſum dicitur, quod non prohibetur.*

Exceptio

Google

17 *Exceptio firmat regulam.*
18 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*
19 *Latè patet hoc axioma.*
20 *Authoritas ordinarij valdè priuilegiata.*
21 *Exemptio ab Ordinario odioſa.*
22 *Bulla Sixtina.*
23 *Praxis Religionis.*
24 *Decretum Vrbani VIII. & S.Congregationis.*
25 *Breue eiuſdem Vrbani.*
26 *S.Congregationis declaratio.*
27 *Sixtina declaratio.*
28 *Protectio quid denotet.*
29 *Plenam iuriſdictionem.*
30 *Ordinario ſolet demandari cauſa ſui ſubditi.*
31 *Tunc excitatur iuriſdictio ipſius.*
32 *Exponitur Sixtina.*
33 *D.Epiſcopus eſt conſeruator.*
34 *Conſeruatoris iuriſdictio eſt delegata.*
35 *An ſit Iudex Apoſtolicus.*
36 *An ſit reuocata per Gregorium XV.*
37 *Non eſt ſublata iuriſdictio Generalis.*
38 *Non cenſetur Papa derogare Ordinario niſi, &c.*
39 *Moniales non ſe potuerunt ſubjicere Epiſcopo.*
40 *Etiamſi eſſet ſimplex Legatus.*
41 *Et illi mandata iuriſdictio ſolum ſub conditione.*
42 *Clauſula* aliis neceſſariis, *quid importet.*
43 *Clauſula generales reſtringuntur ad expreſſa.*
44 *Non ad non veriſimilia.*
45 *Dictio* alius *eſt repetitiua ſimilium.*
46 *An D.Epiſcopus tranſgreſſus fuerit Bullas.*
47 *De electione Prioriſſa,* & n.49 & 50.
48 *De admiſſione Monialium ad profeſſionem,* & n.51. *ac ſequentibus.*
55 *De ingreſſu in dictum Monaſterium, & n.ſeqq.*
63 *Quid de Confeſſariis deſignatis pro dictis Monialibus, & num. ſequentibus.*
67 *Authoritas D. Epiſcopi ſolum ſubſidiaria.*
68 *De facultate conceſſa cum qualitate.*
69 *Debebat requiri à Monialibus per modum collegij.*
70 *Decretum Concilij Tridentini.*
71 *Authoris proteſtatio.*

IESVS MARIA.

Caſus, ſeu factum.

1 MONASTERIVM Monialium de Scotiis nuncupatum, in partibus Galliarum à prima ſui fundatione fuit ſub obedientia Generalis Ordinis N. cuius Ordinis ſunt dictæ Moniales. Volentes autem aliquæ ipſarum à Generalis obedientia ſe eximere, D. Epiſcopi N. ſe ſubjecere, & ipſe aliquos actus iuriſdictionis in dictum Monaſterium exercuit, vt propterea res ad S.Congregationem Epiſcoporum, & Regularium venerit, pluresque declarationes circa eam emanauerint. Quæritur de iure dicti D. Epiſcopi, & Monialium.

Reſponſio.

2 Subſiſtit immobiliter, parte etiam aduerſa id, licet inuita, fatente, monaſterium de Scotiis in Galliis nominatum ſub Generalis poteſtate inſtitutum fuiſſe. Ex quo proinde ſequitur, nec moniales dicti monaſterij ſubmittere ſe potuiſſe iuriſdictioni D.Epiſcopi N.Ordinarij illius diœceſis, nec ipſum D.Epiſcopum potuiſſe acceptare huiuſmodi ſubmiſſionem. Certò enim iure quoad bona &, loca, monaſteria, ac perſonæ ordinum mendicantium immediatè ſubjiciuntur Papæ, prout conſtat ex Marimagno Eremitarum S.Auguſtini §.31. propter priuilegium Bonifacij Papæ
confirmatum à Sixto IV. *ibid.* §.42. & ex Marimagno Carmelitarum, propter priuilegia Ioannis XXII. & Clementis VI. *ibid.* §.5. & 6. relata, & approbata à Sixto IV. *ibid.* §.60. Ex hoc enim infertur 3
contra ius Papæ eſſe dictum monaſterium, aut ſanctimoniales ipſius iuriſdictioni Epiſcopi ſe ſubjicere. Sicut eſſet contra ius Epiſcopi, quod Clerici, aut Eccleſia aliqua illi ſubiecta immediatè alteri Epiſcopo ſubjicerentur. *cap. ſignificaſti, de for. compet.* Pro 4
quo maximè iuuat Rotæ deciſio in vna Vliſſipon n. *monaſterij*, coram Coccino, 19. Nouemb.1625. vbi in caſu renunciationis cuiuſdam monaſterij monialium Ordinis minorum deciditur, & probatur, non ſolùm ipſas moniales non potuiſſe ſe ſubjicere iuriſdictioni Ordinarij, ſed neque Prælatum regularem illius Mo- 5
naſterij potuiſſe illud renunciare, ex eo ſcilicet, quod illæ moniales exemptæ eſſent à iuriſdictione Ordinarij, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectæ. Confirmatur, quia perſonæ, bona, & loca Mendicantium non ſolùm ſunt immediatè ſubiecta Sedi Apoſtolicæ, 6
ſed etiam ſunt in ius, & proprietatem B. Petri, & Apoſtolicæ Sedis aſſumpta, prout conſtat ex Marimagno Eremitarum S.Auguſtini, §. 31. propter Priuilegium Ioannis XXII. & ex Marimagno Seruitarum §. 6. propter priuilegium Vrbani VI. Ex hoc enim infertur, non potuiſſe dictas moniales ſubjicere ſe Epiſcopo, aut Epiſcopum illas recipere, quia hoc eſt contra ius ipſius Sedis Apoſtolicæ, & S.Petri, cui traditæ ſunt. Ad quod iuuat Sacræ Rotæ deciſio in vna Salisburgenſi *exemptionis Propoſitura*, coram 7
Seraph. anno 1593. vbi ex eo quod aliquod monaſterium fundatum ſit ſub tuitione Sedis Apoſtolicæ, in- 8
fertur acquiſitum fuiſſe Eccleſiæ Romanæ, cui oblatum fuit ad text. *in cap. dilectiſſimis*, §. *omnes veras*, & c. *Videntes*, 12. *quaſt.* 1. ac proinde eſſe effectum iuris B.Petri, & Eccleſiæ Romanæ per hanc oblationem, ita quod ad aliam Eccleſiam ſpectare non poteſt. Oblata enim efficiuntur eius Eccleſiæ cui offe- 9
runtur, *cap.1. de ſtat. Monach. cap. cum inter vos, de verb.ſign.* Fauet valdè *cap.cum tempore, de arbitr.in fin.& c.de in integr.reſtit.& c.cùm olim, de priuilegiis*, Gloſſa, Burtius, Panormitanus, Felinus, Ioannes Andreas, Iaſon, Mandoſius, Tuſcbus, Rodrig. Cuchierus, & Tambutinus, quos retuli *tom.5. mea Summa*, in Marimagno Carmelitarum, *n.264.* Et nouiſſimè Franciſcus Ceſpedes *in tract.de exempt. Regul. c.23.* ex Portello.

Quod etiam verum eſſet adhuc pro caſu quo D. 10
Epiſcopus ſimplex Legatus Sedi Apoſtolicæ eſſet. Propter eadem fundamenta, & exemptionem, quam ab huiuſmodi Legatis habent in ſuis priuilegiis Mendicantes, Carmelitæ præſertim, vt patet ex Marimagno Prædicatorum §.17. Minorum §.15.16.& 17. Carmelitarum noſtrorum §.35.46. & 88. Seruitarum §.60. & Minimorum §.10. Quod etiam ex *c.Si Abbatem, de elect. in 6. & c. 1. de verbor. ſignificat. in 6.* firmat Sanch. *tom.2.conſil. moral.lib.3.c.9. dub.1. n.19.* poſt Silueſtrum, Angelum, Tabienam, Roſellam, 11
Antoninum, Imolam, Panormitanum, Hoſtienſem, Franciſcum, & alios, quos refert, longo Rodriguez *tom.2. qq.Regul. quaſt.63.art.4.* vbi affert priuilegium Sixti IV. pro Carmelitis, quod *nullus Ordinarius, ſeu legatus quavis authoritate vtens, quamcunque ſuperioritatem ſuper prodictos fratres ſibi vendicare præſumat* (quæ etiam affert nouiſſimè Pellizzar. *tom.2. tract 8. cap.6. ſect.1. num.2.*) & *art.5.* vbi refert priuilegium Eugenij IV. pro Monialibus Minoriſſis, quo per communicationem fruuntur Carmelitanæ, & quo eximuntur *ab omni iuriſdictione, ac dominio, & poteſtate quorumcunque Legatorum, & Prælatorum Eccleſiaſticorum.*

Quod autem, prout ſupponitur, dictum Monaſte- 12
rium

Digitized by Google

tium ſit, ſemperque ſub obedientia, gubernio, & iuriſdictione Generalis Ordinis Carmelitarum fuerit, omnino compertum eſt, nec vnquam ſub lite. Conſtat enim ex litteris Sixti IV. datis Romæ apud S.Petrum ann. 1483. Franciſcam Britanniæ quondam Duciſſam, & tunc temporis Prioriſſam dicti Monaſterij, aliaſque Sorores expoſuiſſe Papæ, qualiter dicta Franciſca Monaſterium fundaſſet propè Ciuitatem Veneteuſem *ſub dicti Ordinis B. Mariæ de Mon-*
13 *te Carmelo obſeruantia*; dictio namque *ſub*, poteſtatem, & iuriſdictionem indicat, vt colligitur ex *l.Pronunciatio*, §.1.*ff. de verbor. ſignif.* & ex vſu communi Latinorum. Subiungitur etiam in dictis litteris expreſſius eandem Franciſcam *profeſſionem per Sorores eiuſdem Ordinis emitti ſolitam emiſiſſe*. Quod & denotat
14 intentum; nam profeſſio fratrum, & ſororum Carmelitarum eſt ſub expreſſa obedientia Generalis, illis verbis: *Deo, & B. M. Virgini de Monte Carmelo, & Reuerend. P. N. Priori Generali*; &c. Clarius inferiùs: Cum enim dixiſſet dictum Monaſterium authoritate Apoſtolica tranſlatum fuiſſe ad locum *de Scotiis* nominatum, vbi modò eſt, ſubiunxit: *Et præfata Franciſca, quæ iam ad ſenium vergit, quando dictum Ordinem intrauit, per Priorem Generalem, & Religioſos dicti Ordinis de vera obſeruantia, &c. reformari, & viſitari intendebat.* Reformatio enim, & viſitatio facienda à Generali proculdubio veram ipſius poteſtatem, & iuriſdictionem in tale Monaſterium demonſtrat. Adhuc preſſiùs, & clariùs inferiùs: cum enim propter dubium, quod habebant dicta Franciſca, & aliæ ſorores, quod præfatum Monaſterium per Prouincialem, & fratres Conuentuales viſitari, & reformari deberet, à Papa poſtulaſſet, *Vt eas, & earum quamlibet, nec non domum de Scotiis huiuſmodi, & quaſcunque perſo-*
15 *nas tam intra, quam extra dictam domum nunc, & pro tempore exiſtentes ſub generalis Prioris dicti Ordinis protectione perpetuò ponere, & deputare, & ipſas, ac earum quamlibet, necnon perſonas prædictas ab omni iuriſdictione, & ſuperioritate Prouincialium, Priorum, & quorumcunque aliorum inferiorum dicti Ordinis pro tempore exiſtentium perpetuò eximere, & liberare dignaretur*: Pontifex hoc totum illis conceſſit eiſdem verbis, quibus ab ipſo poſtulatum fuit. Ex hoc enim, niſi cæci ſimus, manifeſtè colligitur, dictum Monaſterium, & perſonas illius relictas eſſe ſub obedientia, iuriſdictione, & gubernio Generalis, excluſis ſolum Prouincialibus, & aliis inferioribus dicti Ordinis. Quod euidenter demonſtratur. Primò, quia conceſſum
16 dicitur quidquid expreſsè non prohibetur, *l. necnon*, §. *quod eius*, *ff. ex quibus cauſis maiores*. Campanile *in diuerſor. iur. Canonic. rubric.* 7.*c.*5. *n.*1. Cum ergo hic non prohibeatur expreſsè Generali authoritas, & iuriſdictio, quam aliàs habebat, cenſetur ea conceſſa. Secundò, quia exceptio firmat regulam in contrarium, *l.quæſitum*, § *denique ff. de fundo inſtruct.* Gloſſa
17 *in rubric. de regul. iur. in* 6. vbi Dynus, Bartolus *in l.*1. *in fin.* vbi Dec. *num.*10. & Cagnolus *num.*31. & 34. *ff. eod. tit.* Exceptio ergo Prouincialium, & inferiorum Religioſorum à poteſtate, & iuriſdictione ſuper dictas Moniales firmat eam, quam habet iure communi Generalis. Tertiò ad idem, quia *incluſio vnius eſt ex-*
18 *cluſio alterius*, *l. Cum Prætor*, *ff. de iudic. l. cum maritum*, *C. de Procuratorib. l. Quamuis*, *C. de pignorib.* Cum ergo in iſta exemptione Monialibus his conceſſa ſolum includantur Prouinciales, & inferiores alij Generali, rectè infertur, Generalem non eſſe comprehenſum, ſed relictum in ſuo iure. Præſertim cum hoc axioma
19 in omni diſpoſitione, priuilegio, & præſcriptione includente certum locum, tempus, rem vel perſonas, locum habeat, vt ex pluribus firmat Barboſa *in Axio-*
20 *matib. iuris, axiomat.* 120. *n.* 2. Ad quod maximè quartò deſeruit, quod cum authoritas ordinarij Prælati

ſit priuilegiatiſſima, tum iure communi, *cap. cum contingat, de foro compet. cap.* 1. *de offic. ordinar. cap. cum venerabilis, de Religioſis domib.* & aliis iuribus, tum etiam propter innumera priuilegia Mendicantium, nunquam cenſeri debet excluſa, niſi expreſsè ſit di- 21
catur. Eo etiam quintò, quia cum exemptio à iuriſdictione Ordinarij, qualis eſt Generalis, ſit valdè odioſa, & ſtrictè interpretanda, vt quam fieri poſſit, minus noceat, nunquam eſt admittenda, niſi ſit clara, & manifeſta. *cap. paſtoralis, de priuilegiis.* Francus *in cap.* 1. *de priuileg. in* 6. *not.* 3. Cukier *de iuriſdict. exemptor. part.* 1. *q.* 3. *n.* 7. cum aliis multis.

Vnde propterea in eadem Sixtina expreſsè decla- 22
ratur hæc authoritas Generalis ſupra dictum Monaſterium, illis verbis. *Cum omnimoda poteſtate, quam præfatus Prior Generalis in eas* (ſcilicet Moniales illius Monaſterij) *habet*. Et illis: *Poſſitque nihilominus Prior Generalis præfatus per ſeipſum*, &c. *viſitare*, intellige dictum Monaſterium. Et in caſu amotionis fratrum pro ſeruitio dicti Monaſterij, infrà. *Solum per Priorem Generalem, vel Viſitatorem præfatos amoneantur.* Ac inferiùs. *Quodque in euentu, quo præfatus Prior Generalis commodè non valeret, aut non vellet in præmiſſis, vt præmittitur, prouidere.* Propterea etiam à tergo talis diplomatis hæc poteſtas Prioris Generalis, eiuſque iuriſdictio etiam ex vi illius ſic declaratur. *Exemptio monaſterij Monialium de Scotiis Ordinis B. M. de Monte Carmelo Nannetenſis Diœceſis de Obſeruantia à Iuriſdictione Prouincialium, & omnium inferiorum, & repoſitio ſub protectione, & iuriſdictione ſolius Generalis Prioris, & Magiſtri dicti Ordinis.*

Tollitur autem omnis ſcrupulus, ſi quis poteſt eſſe, 23
non ſolum, quia ab eo tempore, per 170. circiter annos Monaſterium illud ſemper fuit ſub obedientia, regimine, & iuriſdictione Generalium, illud viſitando, prout perſonaliter fecit Generalis Nicolaus Audeth, vel Viſitatorem mittendo, prout fecit Generalis Ioannes Baptiſta Caffardus, qui anno 1587. Petrum Bertault Prouincialem Turoniæ pro Viſitatore deſignauit, vt narrat Auguſtinus Bucarretus in libro, cui titulus *Palmites vineæ Carmeli*, dum de eadem Franciſca loquitur, vbi etiam expreſsè habet, quod à Sixto IV. (vtique propter hoc diploma) conſtitutæ ſunt illæ Moniales *ſub immediata obedientia Prioris Generalis*; ſed etiam, & præcipuè, quia Vrbanus VIII. anno 1639. litteris datis Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, pro die 7. Iun. approbauit, & confirmauit decretum S. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, in quo inter alia dicebatur: *Dictas Moniales cum*
fratribus illis inſeruientibus iuxta formam dictorum pri- 24
uilegiorum immediatè ſubiectas fore & eſſe Patri Generali pro tempore dicti Ordinis. Priuilegia autem iſta, de quibus Pontifex, & S. Congregatio, ſunt ea, de quibus in hac Bulla Sixti IV. & in aliis Innocentij VIII. Alexandri VI. Iulij II. Leonis X. & Pauli III. de quibus ibi fit mentio. Additur etiam in eadem Vrbani Bulla: *Decretum prædictum cum omnibus, & ſingulis ad quos ſpectat*, &c. *non obſtantibus*, &c. *priuilegiis, indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Monialibus*, &c. *conceſſis, confirmatis, & innouatis*. Quibus verbis derogaretur Bullæ Sixtinæ, ſi in ipſa exemptæ eſſent dictæ Moniales à iuriſdictione Generalis.

Item in alio Breui eiuſdem Vrbani de ann. 1642. 25
edito, vbi hæc ſunt verba ad eundem Epiſcopum directa: *Cum aliàs debuiſſes temerarios præfatarum monialium rebellium, & inobedientium auſus reprimere & pro eorundem priuilegiorum tuitione, & conſeruatione tuam authoritatem interponere, occaſionem ſumpſiſti vſurpandi eiuſdem monaſterij iuriſdictionem*, &c. *Memineris te non poſſe in eiuſdē monaſterij gubernio ingerere, & non poſſe ſuperiores præfatos iure ſibi attributo ſpoliari*. Quæ cum 26

clariſſima ſint, eapoſttione non egent. Quibus etiam
acceſſit declarario alia S. Congregationis Epiſcopo-
rum, & Regularium, quæ Eminentiſſ. D. Cardinali de
Spada referente an. 1646. die 27. Iulij, diait Moniales
illas eſſe ſubiectas Generali Ordinis ſui, & ordinetue
tribus Epiſcopis, vt eas protegerent, & defenderent a
moleſtiis per Ordinatiunr illatis, ſeu inferendis.

27 Nee contia hanc certiſſimam Generalis authorita-
tem obſtat, qnod in ea Sixtina dieatur, *Sorores prædi-
ctas, & earum quamlibet, necnon domum, & perſonas
huiuſmodi ſub Generalis Prioris dicti Ordinis prote-
ctione perpetuò ponimus, & deputamus.* Ea enim quæ
adducta ſunt, tum ex ipſa Bulla Sixti, tum ex alijs
Vrbani, & decreto S. Congregationis, tum ea vſu,
& ptaxi Religionis, quâ conſtat Generales ſemper
eaeteuiſſe authoritatem, & iuriſdictionem in prædi-
ctum monaſterium, manifeſtè conuineunt hanc pro-
tectiooem non debere ſumi eo modo, & cum ea re-
ſtrictione, & natura, quâ accipitur in DD. Cardina-
libus Protectotibus Religionum, qui delegatam in
certis tantum caſibus authoritatem habent ſuper Re-
ligioſos ipſarum, de iure ſpeciali, & exorbitanti, vt
conſtat ex eorum Protectoriis, ſeu Bullis, quarom
plures extant in Bullario communi; ſed accipi de-
bere in latiori acceptione, pro ſpeciali ſcilicet com-
mendatiooe facta poteſtati, & iuriſdictioni ordi-
natiæ, & quæ de iure ordinario competit ipſi Gene-
rali, & propterea latius interpretanda, vtpote de
iure communi competens. Ad eum ſanè modum
quo ſubditus aliquando dicitur recipi ſub protectione
ſui ſuperioris, non quidem, vt excludat ſubiectio-
nem, ſed vt ſuperior promptiùs, & diligentiùs atten-
dat ad eius defenſionem, quoties ab aliquo iniuſtè gra-
28 uatus fuerit. Ita pulchrè Abbas *in cap. recepimus,
num. 5. de priuileg.* Et Ancharanus *ibi, num. 4.* notans
propterea, quod licet omnes Eccleſiæ ſubſint Papæ,
tamen Papa quandoque recipit aliquas ſub ſua prote-
ctione ſpeciali, vt magis timeantur, & gaudeant ali-
qoo ſpeciali priuilegio, vtqoe Sedes Apoſtolica
promptius eaciterur ad eis ſuceurrendum. Nec ialis
protectio eſt inutilis, quia vt Gloſſa *cap. Ex parte,
de priuileg. verbo Subtrahuntur*, inquit: *Solet plus
timeri quod ſpecialiter pollicetur, quàm quod generali-
ter impetratur.* Et ſanè ſi poni præfatum Monaſterium
ſub protectione Generalis, arguit eacludi ab eius pote-
ſtate, & iuriſdictione, pari licentia dicere poſſet ali-
quis, quod cùm Papa recipit Religiones (prout de
facto recipit plures) ſub ſua protectione, ceſſerit do-
minio, iuriſdictioni, & poteſtati, quas ſuper illas
habet, quo nihil abſurdius.

29 Vnde protectio hoc loco deſignat plenam iuriſdi-
ctionem Generalis in dictum Monaſterium, iuxta do-
ctrinam Baldi *in l. vnic. num. 9. C. ſi quis prædic. poteſt.*
vbi notat, quod nomine protectionis plena iuriſdi-
ctio continetur. Et ita Baldum intelligit Natta *conſ. 36.
num. 98.* & colligitur ex Rota apud Seraphinum
deciſ. 1025.

30 Accedit, nouum non eſſe, quod Papa mandet ſeu
committat alieni Ordinario cognitionem cauſarum
ſuorum ſubditorum, in quibus alias iuriſdictionem
ordinariam habebat, ac proinde mirum non eſſe quod
Sixtus Papa in illa Bulla committat, ſeu mandet Ge-
nerali Carmelitarum ſpecialem protectionem illius
Monaſterij. Quemadmodum ergo per tale mandatum,
aot commiſſionem nullatenus cenſetur derogari iuriſ-
dictioni Ordinarij, nec illi delegare iuriſdictionem,
ſeu nouam ipſi concedere; ſed potiùs antiquam, &
31 ordinariam ipſius eacitare, prout ex *cap. licet, de offic.
ordin.* communiter eliciunt DD. ſpecialiter ibi Abbas
num. 3. Felinus *num. 1. & 4.* idem Abbas *in c. relatum,
de offic. delegati,* Iaſon *in l. ius ciuile, num. 2. ff. de iuſt.
& iure,* Cenedus *ad decret. collect. 157. num. 1.* Menoch.
de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 16. num. 24. ſic etiam in
præſenti per protectionem demandatam Generali à
Papa nullatenus alterata, aut diminuta eſt eius po-
teſtas, aut iuriſdictio ordinaria, ſed ſolum excitata,
& vocata ad ſpecialem protectionem, & curam illius
Monaſterij. Præſertim, eum non addat Pontifex, clau-
ſulam *authoritate noſtra*, vel *tanquam delegatus à no-
bis*, aut ſimilem, per quam quandoque ſuperior ſolet
iuriſdictionem ordinariam inferioris mutare in dele-
gatam, iuxta textum *in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, verſ.
cum adijcitur, ff. de verb. oblig.* & DD. quos refert, &
ſequitur Barboſ. *de clauſ. vſu frequent. clauſ. 12. n. 3.*

Patitet nec obſtat quod idem Siatus in ea Bulla 32
poſt quædam priuilegia dictis Monialibus conceſſa,
quorum aliqua ſublata ſunt à S. Congregatione, &
Vrbano VIII. in Bulla relata) dicat: *Quodque in
euentum quo præfatus Prior Generalis commodè non va-
leret, aut non vellet in præmiſſis, vt præmittitur, pro-
uidere, Epiſcopus Nannetenſis pro tempore exiſtens,
quoties pro parte Prioriſſæ, & Sororum prædictarum
ſuper hoc requiſitus fuerit, in omnibus, & ſingulis præ-
miſſis, & alias neceſſariis authoritate Apoſtolica, & ſub
cenſuris Eccleſiaſticis prouidere valeat, eadem autho-
ritate tenore præſentium concedimus pariter, & indul-
gemus.* Etenim ex his ſolum habetur præfatum Nan- 33
netenſem Epiſcopum conſtitutum eſſe à Papa Sixto
Conſeruatorem dicti Monaſterij, & Monialium ipſius
pro eaecutione dictorum priuilegiorum illis conceſſo-
rum. Quod luce elariùs conſtat ex ſequentibus, ibi:
*Eiſque tam in præmiſſis, quàm quorumcunque priuile-
giorum, libertatum, & iurium dictæ domus conſerua-
tione, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtens faciat Prio- 34
riſſam pro tempore, & Moniales ac perſonas præfatas,
&c. pacifica poſſeſſione gaudere, non permittentes eas,
ſeu ipſarum aliquam contra exemptionem, liberationem,
&c. impediri, ſeu moleſtari, &c.* Si enim expendatur
clauſula illa *in Conſeruatoria*, & quod omnes aliæ
clauſulæ ibi contentæ generaliter, & communiter ap-
ponuntur in alijs Bullis Conſeruatoriis Religionum,
euidentiſſimè conſtabit ſolum præfatum Epiſcopum
deſignatum à Papa fuiſſe Conſeruatorem dicti Mona- 35
ſterij pro ſuorum priuilegiorum executione. Quod
clarè etiam denotatur in Breui illo relato Vrbani de
anno 1642. ibi: *Cùm aliàs debuiſſes, &c. Pro eorundem
priuilegiorum emiſſione, & conſeruatione tuam authorita-
tem interponere.* Cum autem iuriſdictio Conſeruato-
rum ſit delegata, & determinata ſolùm pro certis cau-
ſis particularibus, *c. 1. & vlt. de offic. delegat. in 6.* vbi
DD. communiter, quorum plures allegat Barboſa
de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 106. num. 2. & 3. Quo
iure, aut fundamento affirmare poteſt pars contraria
Epiſcopum conſtitutum eſſe ſuperiorem Ordinarium
dicti Monaſterij? Vnde nec in rigore poteſt vocari
Iudex delegatus à Sede Apoſtolica, propter multas,
& varias differentias, quæ ſunt inter Iudices Conſer- 36
uatores, & Iudices delegatos, de quibus DD. *in d.
c. 1. & vlt. de offic. deleg. in 6.* Azorius *tom. 2. Inſtit.
moral. lib. 5. c. 34. quæſt. 5.* Ludouic. Miranda *in Man.
Prælat. tom. 2. quæſt. 47. art. 3. concl. vnic.* & Barboſa *ſupr.
num. 6.* Imò cum authoritas hæc Epiſcopo conceſſa
ſolùm ſit Iudicis Conſeruatoris, videtur dici poſſe
(quod tamen ſapientiſſimo iudicio S. Congregationis
relinquo) reuocatam, & caſſatam eſſe per Gregorium
XV. in Bulla *Sanctiſſimus*, vbi reuocantur, & caſſan-
tur omnes electiones Iudicum Conſeruatorum Reli-
gionum, Monaſteriorum, &c. vſque ad illud tempus
factas, in vim quorundam priuilegiorum, etiam
Apoſtolica authoritate conceſſorum, & additur:
Seu aliàs quocumque iure, vel titulo hactenus factas.
Quibus denotari videtur caſſari, & annullari etiam
conſeruatorias à Papa datas, qualis eſt, de qua in
præſenti.

Caſu

37 C.ſu etiam dato, & nullatenus conceſſo, quod per
verba relaaara in Sixtina fingeremus conceſſam eſſe
præfato Epiſcopo authoritatem, & iuriſdictionem
ordinariam in dictum Monaſterium, adhuc tamen
nullo pacto cenſeri deberet ſublata iuriſdictio, &
poteſtas etiam ordinaria, quam Generalis habet in
illud. Certi enim iuris eſt, quod ſemper in dubio iu-
riſdictio cenſetur data *cumulatiuè*, & non *priuatiuè*,
reſpectu ſuperioris ordinarij; cùm Papa nunquam
cenſeatur derogare voluiſſe Ordioarij iuriſdictioni, ni-
ſi hoc exprimat, quod non facit in præſenti. Ita Abbas
in cap. Caterum, num. 7. de indic. Bartolus *in l. 1. ff. de*
38 *offic. præfecti Vrb.* Afflictus *deciſ.* 41. Menochius *de*
arbitr. q. 20. à num. 1. Rota apud Farinacium *dec. 121.*
n. 4. p. 1. rec. & dec. 30. num. 3. p. 2. & plures alij DD.
apud Barboſam *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 124. *n. 1.*
Ac propterea in tali caſu daretur locus præuentioni,
prout ex Guttier. *lib. 3. pract. q. 24.* & aliis habet idem
Barboſa.

39 Ea quibus penitus corruit exiſtimatio partis con-
trariæ dicentis, potuiſſe Moniales dicti Monaſterij
ſubjicere ſe præfato Epiſcopo, cum, vt oſtenſum eſt,
hoc ſit in præiudicium non ſolùm Religionis, & le-
gitimorum Prælatorum eiuſdem, ſed etiam ipſius Se-
dis Apoſtolicæ, & talis Epiſcopus ſit merus conſer-
uator, & ſolùm pro cauſa particulari, ſcilicet conſer-
uatione priuilegiorum Monaſterij, ita vt nec debeat
vocari propriè loquendo Iudex delegatus Apoſtolicæ
Sedis, & caſu quo eſſet talis, imò Ordinarius, nihil
agere poſſit in præiudicium Generalis, qui eſt magis
legitimus ordinarius, vtpote qui praxi, & vſu habet
fundatam ſuam intentionem, quam non habet Epiſ-
copus, cum nunquam illam exercuerit. Vnde non
40 releuat, quod dicitur ab aduerſariis, quod quamvis
exemptus non poſſit ſe ſubjicere Papæ delegato, eo
quod iſte Papam repræſentet; hoc etenim ſolùm ad-
mitti poteſt de Papæ delegato ad vniuerſitatem cau-
ſarum, ſeu ſine limitatione, qualis ſolet eſſe Legatus à
latere, non de eo, qui eſt merus conſeruator, & non
delegatus, niſi pro aliqua cauſa particulari, & indiui-
dua, ſcilicet pro priuilegiis alicuius Monaſterij exe-
cutioni mandandis, prout contingit in præſenti. Eo
41 etiam quod talis limitata auctoritas non eſt ipſi de-
mandata, niſi prout dicitur in dicta Siatina. *In euen-*
tu, quo præfatus Prior Generalis commodè non valeret,
aut non vellet in præmiſſis, vt præmittitur, prouidere.
Cum enim iſta conditio faciat diſpoſitionem condi-
tionalem, ea non ſubſiſtente, nec diſpoſitio ſortitur
ſuum effectum, *l. qui hæredi, l. Manius, ff. de condit. &*
demonſtrat. DD. ibid. Tiraq. *de retract. tit. 2. §. 1. gl. 1.*
num. 3. & 4. Rota *deciſ. 315. num. 3.* apud Farinacium
part. 1. recent. Non ſubſiſtit autem iſta conditio, quia
ſemper Generalis vult conſeruari dicto Monaſterio
ſua priuilegia, & ſemper poteſt, ſaltem per Vica-
rios, aut Commiſſarios ſuos, qualis eſt in præſenti
P. Leo à S. Ioanne Commiſſarius tum Apoſtolicus,
tum Generalis in illis partibus. *Poſſe enim dicitur qui*
facit quo minus poſſit, l. ſi bona fide, 12. ff. de noxalib.
actionib.

42 Minimè etiam obſtat clauſula illa dictæ Siatinæ, *&*
aliis neceſſariis, ex qua nimis abuſiuè pars contraria
prætendit præfatum Epiſcopum eſſe verum ſuperio-
rem illius Monaſterij, & potuiſſe acceptare obedien-
tiam, quam aliquæ Moniales per ignorantiam, forſan
per dolum illi exhibere voluerunt. Non ſolùm, quia,
vt dictum, eſt ſolum id poſſet eſſe pro caſu quo Ge-
43 neralis non poſſet, aut nollet prouidere, quod non
ſubſiſtit, quia ſemper vult, & poteſt. Sed etiam, quia
clauſulæ generales, qualis eſt iſta, reſtringuntur ſo-
lum ad expreſſa, & enunciata. Riccius *in collect. deciſ.*
44 *part. 4. collect.* 1100. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 795.*
num. 18. Rota in Romana *ſocietatis officij*, 13. Ianuar.
1600. coram Iuſtu. Marta *de clauſulis, part. 4. clau-*
ſul. 1. num 8. & 9. Et non extenduntur ad non veriſi-
milia, quale eſt intentum partis aduerſæ, prout ex
pluribus probat Barboſa *in tract. de clauſul. clauſul. 61.*
num. 14. Eo quoque, quod dictio *aliis*, denotata ibi 45
aliis neceſſariis, eſt relatiua, & repetitiua ſimilium in
ſubſtantia, & qualitate, pro quo ſunt innumeri DD.
apud Barboſam *in tract. de dictionib. dict. 26. num. 1.*
3. 4. & 9. Quod & notatur ſæpiſſimè a Rota, vt in
vna Romana *Cenſuum*, 24. Februarij 1612. coram
Gregorio XV. & apud Paulum de Rub. *deciſ. 104.*
num. 10. tom. 3. diu. & in alia Rom. *Menſæ nummula-*
ria 30. Iun. 1614. coram Cocc. & in Carpentoract.
penſionis 29. Maij 1602. coram Lancelloto. Videant
ergo modo aduerſarij quo inter clauſulam illam *Aliis*
neceſſariis, ex determinata materia, quæ eſt executio
priuilegiorum illius Monaſterij, amplient ad rem tam
diuerſam in ſubſtantia, & qualitate, & tam exorbi-
tantem, qualis eſt quod propter illam dictus Epiſco-
pus cenſeatur habere poſſe iuriſdictionem ordina-
riam, & acceptare obedientiam Monialium, aut eam
ipſi dari poſſe.

Vnde, ſalua reuerentia tum S. Congregationis, tum 46
huic Domino Epiſcopo debita, videtur dicendum, quod
exigendo aut etiam recipiendo obedientiam à prædi-
ctis Monialibus, imò vſurpando, vt colligitur ex
verbis Vrbani in Breui de anno 1642. relaris, tranſ-
greſſus fuerit præceptum Alexandri Quarti in Mari-
magno Carmelitarum, *n. 38.* quo præcepit Prælatis
Eccleſiarum, ne ab ipſis obedientiam contra teno-
rem ſuorum priuilegiorum exigere, vel accipere præ-
ſumerent, ſub pœna *indignationis Dei, & Apoſtolorum*
Petri, & Pauli, quæ peccatum mortale arguit, prout
dixi *tom. 3. verb. clauſula, n. 34. & 35.* Imò etiam incur-
riſſe excommunicationem Papæ reſeruatam, quam
impoſuit Eugenius IV. in fauorem Congregationis
Montis Oliueti contra perturbatores Iuriſdictionem
Religionis; & Iulij Secundi pro Auguſtinianis con-
tra occupantes ipſorum bona: quæ priuilegia propter
communicationem priuilegiorum competunt etiam
Religioni ad quam pertinet Monaſterium Monialium,
de quo in præſenti, & de illis dixi *tom. 2. cap. 19. n. 51.*
ex Rodriguez, & Portello.

Ex quo etiam patet, quid reſpondendum ſit ad ali- 47
quos caſus, qui propter obedientiam acceptatam ab
hoc Domino Epiſcopo contigerunt. Primus eſt, quod
cum Generalis præcepiſſet dictis Monialibus ne pro-
cederent ad electionem Prioriſſæ ſub pœna excom-
municationis latæ ſententiæ ipſis intimata, nihilomi-
nus ad electionem proceſſerunt. Secundus, quod ad-
miſit aliquas ex dictis Monialibus ad profeſſionem. 48
Tertius, quia extra caſum viſitationis ingreſſus fue-
rit clauſuram dicti Monaſterij. Quartus, quod illis
deſignauit confeſſarios ſibi beneuiſos, non approba-
tos, neque receptos à Superioribus Religionis.

Etenim ad primum dicendum, Moniales iſtas 49
contra præceptum formale ſui Generalis ad ele-
ctionem procedentis tranſgreſſas fuiſſe dictum præ-
ceptum, ac proinde incidiſſe in excommunicatio-
nem latæ ſententiæ à Generali impoſitam. Ratio
eſt, quia cum Generalis ſit verus, & legitimus
ipſarum ſuperior, ac Prælatus, & id quod præ-
ceperit, fuerit de materia licita, & honeſta, ac
conuenienti ipſarum regimini: & ex alia parte Prælati
Regulares, maximè Generales, qui ſunt ſupremi
Prælati Religionum, propter Iuriſdictionem, quam
habent in vtroque foro, poſſint per cenſuras pro-
cedere contra ſibi ſubditos, iuxta ea, quæ dixi
tom. 1. meæ Summæ, cap. 18. num. 22. & tom. 3. verbo
Cenſura Eccleſiaſtica, num. 2. nullus relinquitur lo-
cus dubitandi, quin potuerit Generalis imponere
illud præceptum ſub pœna excommunicationis latæ

ſententiæ, & quod Mohiales illud tranſgredientes in
illam eeciderint.

50 Per accidens tamen aliquæ illarum, ſimplicioees
præſertim, excuſari poterunt, ſaltem in foro conſcien-
tiæ, ab excommunicatiooe, ſi ex ignorantia, vel timore
cadente in virum conſtantem ad electiones proceſſe-
runt, iuata doctrinam generalem de requiſitis ad in-
currendas cenſuras, de quibus aliqua dixi eo *verbo
Cenſura Eccleſiaſtica, n.*11.

51 Ad ſecundum dico, profeſſiones illas emiſſas à
Monialibus, omninò inualidas, & irritas eſſe. Ratio
eſt, quia iuxta ea, quæ dixi *tom.*1. *cap.* 2. *num.* 25.
*& tom.*4. *verbo profeſſio Regularis, num.*15. ad validi-
tatem profeſſionis requiritur authoritas, ſeu poteſtas
in admittente, ſeu acceptante; Dominus aotem Epiſ-
copus talem authoritatem non habebat, non ſolum
quia illi denegata eſt per Breuia relata Vrbani Octa-
vi, quibus declaratur non debere ſe in eius Monaſte-
rij gubernio ingerere, & præcipitur, ne vſurpet iu-
riſdictiooem Ordinis, aut ipſum exſpoliet iure, quod
habet ſupra dictum Monaſteriom; ſed etiam, quia
profeſſio, eum ſit contractus oneroſus vltro, citro-
que obligatorius, quo profeſſus fidem ſuam aſtrin-
git Deo, obligaturque Religioni, & Religio ipſa
obligatur Religioſo ad retinendum eum, & alendum,
& tractandum iuxta Religionis inſtitutum, ſola Reli-
gio, vel ea ipſius commiſſione aliquis alius habet ta-
lem authoritatem, ſeu poteſtatem.

52 Confirmatur, quia cùm dictus Dominus Epiſcopus
non ſit Prælatus illius Monaſterij, vipote exempti
omnino ab ipſius iuriſdictione, nullum omnino ius
habet ad recipiendum moniales in ipſum, prout con-
ſtat ex cap. *Porrectum, de Regularibus*. Et *cap. ad
Apoſtol. eod. tit.* & docent Abbas, *& cap. porrectum,
num.*12. Roſella *verbo Nouitius, num.*21. Angel. *verb,
Profeſſio, num.*1. Syluest. *verbo Religio* 3. *quaſt.* 14.
Armilla *verb. Nouit. num.* 11. & ibi Tabiena *quaſt.*8.
53 *num.*9. Nauarr. *lib.*3. *conſ. tit. de Regularibus, in* 1. *edit.
conſ.*6. *à num.*2. *vſque ad* 6. *in* 2. *conſ.*40. *à num.*2. *vſ-
que ad* 6. Antonius Cuchus *lib.*3. *Inſtitution. tit.*1.
*n.*62. Rodriguez *tom.*3. *qq. Reg. q.*17. *art.*12. Azor. *lib.*2.
*Iuſtit. moral. c.*5. *q.*4. Sanch. *in Decalog. lib.*3. *c.*4. *n.*74.
Præſertim, quia admittere nouitias ad profeſſionem
ſolùm eſt illius ſuperioris, qui poteſt illas Religioni
incorporare, quod ſolùm competit ſuperiori Regu-
lari, non autem Epiſcopo, vt docent Rodriguez
*ſuprà art.*11. Azor. *ſup.* Bonacina *de clauſ. q.*2. *punct.*10.
*§.*5. *diff.*2. *n.*4. Tambur. *de Iur. Abbatiſſ. diſp.*6. *quaſt.*5.
num 6.

54 Confirmatur ſecundò ex pluribus priuilegiis Reli-
gionibus conceſſis, quibus gaudent, vel propter com-
municationem ampliſſimam priuilegiorum moniales
dicti Monaſterij, & quibus ſubjiciuntur ſolùm Præla-
tis Religionum, & eximuntur omnimodè à ſubiectio-
ne Epiſcoporum. Specialiter Greg. XIII. pro Moniali-
bus S. Benedicti, in Bulla quæ incipit, *Ex noſtri*, &
Pij V. pro Ciſtercienſibus, in Bulla quæ incipit *In
eminenti*, & Pauli V. pro Fulienſibus reformatis in
Bulla, quæ incipit *Qua Regulares*, & pro Moniali-
bus ordinis Minorum ex diuerſis priuilegiis Summo-
rum Pontificum apud Confectium *in Eugenio IV.
Bulla* 1. *&* 2. Rodriguez *tom.*1. *qq. regul. q.*17. *art.*8. Lu-
cam Vvadingum *tom.*1. *Annal. in fin. in regiſtr. Pontif.
Conſtit.*35. *Innocentij IV.* & Tamburinum *de iure
Abbat. diſp.*14. *q.*1. *n.*4.5.6. *&* 7. Fauet & priuilegium
Nicol. V. apud Mirandam *tract. de Monialib. q.*8. *art.*1,
Hieron. Rodrig. *in Compend. reſolut.* 101. *num.*2. Ex
quo habetur nullam fœminam admitti poſſe ad habi-
tum, vel profeſſionem, niſi de ſuorum ſuperiorum li-
centia. Vnde in vna deciſione Rotæ Vlysbonenſis
Monaſterij coram Coccino, 19. Nouembris 1625. ex-
preſsè habetur, Moniales S. Claræ eſſe exemptas à
iuriſdictione Ordinarij, Sedi Apoſtolicæ immediatè
ſubiectas, & ſub gubernio Prælatorum Ordinis. Et in
alia Marſicana *Iuriſdictionis*, coram Comitolo ann.
1589. inter deciſiones ipſius *num.*83. deciditur illas
eſſe ſub gubernio Abbatis priuatiuè quoad Epiſco-
pum. Hinc etiam Rodriguez eius Compendiator *d.
reſolut.*101. *num.*2. expreſsè ait receptionem Mo-
nialium omnium Religionum pertinere ad ſupe-
riores illarum, intellige, priuatiuè ad alios quoſ-
cunque.

Ad tertium dico, videri vnum Epiſcopum ingre-
dientem præfatum Monaſterium ſine neceſſitate, & 55
legitima licentia Superioris Regularis eiuſdem Mo-
naſterij incidiſſe in excommunicationem poſitam à
Concilio Trident. *ſeſſ.*25. *c.*5. illis verbis: *Ingredi au-
tem intra ſepta Monaſterij nemini liceat cuiuſcunque
generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerint, ſine
Epiſcopi, vel Superioris licentia in ſcriptis obtenta, ſub
excommunicationis pœna incurrenda.* Etenim ſub De- 56
creto iſto Concilij includi Epiſcopos ingredientes
Monialium Monaſteria ſibi non ſubdita ſine Superio-
ris licentia in ſcriptis, reſoluunt Nauar. *Comment.*4.
de regul. in c. Statuimus, 19. *q.*3. *n.*39. *verſ. quartus.* Gra-
tianus *diſcept. forenſ. c.*593. *n.*5. *&* 20. Barboſa *de offic.
& poteſt. Epiſc. alleg.*102. *n.*42. *& in collect. ſuper hunc
locum Concilij, num.*61. Tamburinus *de iure Abbatiſ.
diſp.*24. *q.*9. *n.*1. & reſolutum eſſe in vna Ianuenſi 10. 57
Maij 1641. reſoluit Aldana *in Compend. Canonic. reſol.
lib.*3. *tit.*25. *num.*8. Similiter perſonæ aliæ cuiuſcun-
que ſexus fuerint, ingreſſæ dictam clauſuram, incurre-
runt eandem excommunicationem. Cùm ea genera-
liter omnes comprehendat, prout patet ex verbis
relatis. Quamvis autem hæc excommunicatio à Con-
cilio impoſita reſeruata non ſit ab ipſo Concilio, re- 58
ſeruata tamen poſtea fuit à Greg. XIII. in Bulla: *Vbi
gratia.* Vbi etiam contra tranſgreſſores imponuntur
pœnæ *priuationis dignitatum, beneficiorum, & offi-
ciorum ſuorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in
poſterum obtinenda.* Additur etiam in eadem Bulla:
*Quin etiam ſub eiſdem pœnis ipſo facto incurrendis
prohibemus, atque interdicimus omnibus, & quibuſ-* 59
*cunque perſonis Eccleſiaſticis, & ſacularibus, ac
etiam Ordinum quorumcunque, etiam Mendicantium
Regularibus, ne prætextu licentiarum ab Epiſcopis,
vel Superioribus quibus illas concedendi in caſibus ne-
ceſſariis tantum ex decreto Concilij Tridentini tribuitur,
Monaſteria ipſa Monialium pro libito, ſed neceſſita-
tibus vrgentibus dumtaxat ingredi, neve Moniales
ſub eiſdem pœnis illos aliter admittere præſumant.* Ex
iis autem vltimis verbis elicitur, eaſdem pœnas incur- 60
riſſe Moniales ianuas aperientes, & conſentientes in-
greſſui. Quia tamen Pontifex vtitur *verbo præſumant*,
ideò perſonæ ſeculares ingredientes, & Moniales illas
admittentes ex bona fide licentiæ Epiſcopi, non incur-
rent illas. Cum enim in aliqua lege, ſeu Conſtitutio-
ne ponitur hoc verbum, denotatur ſolum per dolum,
& præſumptionem, non per bonam fidem incurri 61
culpam, & pœnam talis Conſtitutionis, vt benè notant
Rodrig. *tom.*3. *qq. regul. q.* 47. *art.*1. Suarez *de Cenſur.
diſp.*22. *ſect.*6. *n.*14. Nauar. *in Manual. c.*27. Azor. 1. *part.
inſtit. moral. lib.*13. *c.*8. *q.*6. Ludouicus Beia *reſponſ. caſ.
conſcient. part.*1. *caſ.*30. Campanile *in diuerſ. iur. can.
rub.*12. *c.*16. Armend. *in addit. ad recopil. leg. Nauarr.
lib.*2. *tit.*18. *l.*7. *de religioſibus, n.*10. Vgolin. *de offic.
Epiſcopi c.*21. *§.*5.

Addo etiam, quod caſu quo Epiſcopus prætende- 62
ret curam, & regimen illius Monaſterij ad ſe pertinere
non potuiſſet ingredi ipſius clauſuram, niſi in caſibus
neceſſitatis, & à paucis, iiſque ſenioribus, ac religioſis
perſonis comitatus, ſub grauiſſimis pœnis, & cenſu-
ris impoſitis ab eodem Gregorio XIII. in Bulla *Du-
biis quæ emergunt*, anno 1581. vbi ſic: *Declaramus*

Prælatos

Prælatos omnes, tam ſæculares, quam regulares, quibus cura, & regimen monaſteriorum Monialium quouis modo incumbit, facultate ſibi ex officio attributa ingrediendi Monaſteria prædicta ita demum vti poſſe, ſi id faciant in caſibus neceſſitatis, & à paucis, iiſque ſenioribus, ac religioſis perſonis comitati. Quocirca vniuerſos, & ſingulos Epiſcopali, ſeu maiori, ac etiam Cardinalatus dignitate præditos, necnon quorumuis Ordinum Abbates, Priores, Miniſtros, & alios quoſcumque Superiores regulares ſeriò monemus, vt facultate huiuſmodi, qui eam habeat, præterquam in caſibus, vt refertur, neceſſariis, nunquam vtantur. Quod ſi contrafecerint ſtatuimus qui Pontificalis dignitatis fuerint, pro prima vice qua contrafecerint Eccleſiæ ingreſſu interdictos, pro ſecunda à munere Pontificali & à diuinis ſuſpenſos, ac deinceps ipſo facto abſque alia declaratione excommunicatos exiſtere; regulares verò omni officio, ac miniſterio priuatos excommunicationi ſimiliter ſubiacere.

63 Ad quartum conſtat ex dictis Epiſcopum nullatenus potuiſſe deſignare Confeſſarios dictarum Monialium, nec ipſos Confeſſarios earum confeſſiones audire, aut ipſas eum ipſis confiteri, & confeſſiones factas irritas, & nullas eſſe. Certi enim iuris eſt, Monialium Confeſſarios eos ſolùm eſſe, qui à ſuis legitimis Superioribus licentiam habent ad earum Confeſſiones audiendas, Dominus Epiſcopus autem iſte non ſolum non erat legitimus earum ſuperior, eo quod ipſæ eſſent ſub gubernio Religionis, ſed & ſpecialiter ex declaratione Vrbani Octaui in Breui relato. Ergo non potuit in eius Monaſterij gubernio ſe ingerere, ac proinde nec de Confeſſariis illis prouidere. Accedit
64 ad hoc conceſſio Sixti Quarti in Marimagno Prædicatorum, §. 29. & 30. Et in Marimagno Minorum, §. 31. & 32. Et in Marimagno Carmelitarum, §. 97. & 98. Et Iulij Secundi in Marimagno Minimorum, §. 24. in quibus locis Pontifices præcipiunt, vt ſubditi dictarum Religionum ſolùm Prælatis ipſarum, & ab eis facultatem habentibus confiteri poſſint ſua peccata, & inhibent Prælatis Eccleſiarum, ne circa eorum Confeſſiones ſe intromittant. Quæ conceſſiones de iure
65 communi competunt ipſis Prælatis Religionum, cum ipſi ſint legitimi Paſtores ſibi ſubditorum, & non Epiſcopi. Caſu verò quo illæ aliquod priuilegium continerent, extenditur etiam ad Moniales, etſi ibi non exprimatur, quia certum eſt ipſas gaudere priuilegiis fratrum, prout ex variis Declarationibus, & Doctoribus dixi 5. *tomo*, *part*. 2. *in Marimagno Carmelitarum*, *num*. 385. Et ſpecialiter circa confeſſiones faciendas *in eodem Marimagno Carmelitarum*, §. 371. & 372. Idque manifeſtè ſupponitur à Gregorio XV. in Bulla *Inſcrutabili*, vbi ſolum declaratur, dictos Confeſſarios Monialium ſubditarum Religionibus non poſſe earum confeſſiones audire, niſi præmiſſo examine, & approbatione Epiſcoporum. Legantur Sorbus *in Annotationib. ad Compend. Mendicantium*, *verb. Quod præter*. Azor. *part*. 1. *lib*. 13. *cap*. 9. *quæſt*. 2. Campan. *in diuerſ. Iuris Canon. lib*. 16. *rubr*. 1. *num*. 53. Tamburin. *de Iur. Abbatiſſ. diſp*. 16. *quæſt*. 2. Quod adeò
66 verum eſt, vt nec Confeſſarius extraordinarius aſſignari poſſit ab Epiſcopo Monialibus exemptis è ſua iuriſdictione, ſed ſolum à Prælatis ipſarum, vt probant Zipæus *de Iur. Pontif. nouo*, *lib*. 5. *n*. 3. Pollac. *de Confeſſario Monial. n*. 4. *verſ. Monialibus*, etiam ex Decreto S. Congregationis ad Epiſcopum Antuerpienſem anno 1609. & ſequitur Tamburinus *d. diſp*. 16. *quæſt*. 2. *a*. 3. dicens: *In hac re non amplius immorandum eſt, cum praxis hodierna vbique obſeruata, & Romæ præſertim, doceat, vt diximus, Confeſſarium, tam ordinarium, quam extraordinarium dandum, proponendum, & præſentandum eſſe à propriis Prælatis Monialium Ordinario loci, à quo debeant approbari, & admitti ad præſcriptum ſupradictæ Bullæ.*

Addendum pro coronide caſu, quo D. Epiſcopus 67
intromittere ſe poſſet in gubernium dicti Monaſterij, hoc ſolum eſſet ſubſidiariè, & conditionatè, id eſt, poſito quod generalis non poſſet, aut nollet id facere. Vt dictum eſt, & patet ex illis verbis Sixtinæ: *In euentu quo præfatus Prior Generalis commodè non valeret, aut non vellet in præmiſſis procedere.* Vnde oporteret quod conſtaret D. Epiſcopo de impoſſibilitate, aut non voluntate Generalis. Quia facultas alicui data
cum certa qualitate, aut conditione, antequam conſtet 68
de illa qualitate, ſeu adimpletione conditionis, non poteſt exerceri. Felinus *in c*. 1. *n*. 2. *verſ. dicant*, *de offic. delegati*, Socinus *in c. ſignificaſti*, *n*. 21. *de for. compet*. Eo quod facultas data ſub conditione ante impletionem conditionis non ſubſiſtit actu, ſed habitu, vel ſpe. Gloſſa *in c. cum plures*, *de offic. delegati in* 6. Socinus *conſil*. 99. *n*. 10. *lib*. 3. Hoc autem non conſtabat, nec conſtare potuit D. Epiſcopo.

Similiter, cùm in dicta Sixtina dicatur, *Quoties* 69
pro parte Priorisſæ, & Sororum prædictarum ſuper hoc requiſitus fuerit, quæ verba referuntur ad Prioriſſam, & Moniales coniunctim, & in eis agatur de commodo, ſeu intereſſe totius Monaſterij, vtique denotant quod Capitulariter, & non vt ſingulæ deberent facere huiuſmodi requiſitionem, iuxta pulchram doctrinam Antonij de Buttrio *in cap. ſi diligenti*, *num*. 11. *de foro compet*. & Rotæ in Toletana *Iuris celebrandi* 20. Februarij 1620. Quia ergo non eſt facta ſecundum hanc formam, ſed à nonnullis Monialibus particularibus nullatenus ſuffragari poteſt D. Epiſcopo. Quia ipſæ non conſtituunt aliquod corpus niſi inſimul conueniant. Abbas *in cap. ſcriptum*, *num*. 6. *in fin. de elect*. Imola *ibi num*. 6. Felinus *in cap. Paſtoralis*, *num*. 9, *de conſtit*.

Claudat hoc conſultum decretum Sacri Concilij 70
Trident. *ſeſſ*. 25. *de Regul. c*. 9. ibi, *Monaſteria ſanctimonialium, &c. quæ à deputatis in Capitulis Generalibus, vel ab aliis Regularibus reguntur, ſub eorum cura, & cuſtodia relinquantur.*

Quia tamen hæc cauſa in S. Congregatione Epiſ- 71
coporum, & Regularium agitata eſt, etiam ſi non viderim eiuſdem S. Congregationis deciſionem, proteſtor nihilominus nullatenus ab ipſa velle diſcedere, ſed promptè, & humiliter acquieſcere tali deciſioni, ſi quæ fuerit, iuxta ipſius S. Congregationis mentem, quam ſemper ſequi deſidero.

CONSVLTVM V.

De quadam profeſſione cuiuſdam nobilis Equitis S. Ioannis Ieroſolymitani.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, ſeu factum.*
2 *Videtur ſuſtinenda profeſſio in vtroque foro.*
3 *Actus in dubio debet interpretari validus.*
4 *Omnis interpretatio admittitur vt ſuſtineatur.*
5 *Interpretatio quæ fit pro validitate actus eſt Regina interpretationum.*
6 *Superat hæc præſumptio omnes alias præſumptiones.*
7 *Maximè cùm agitur de validitate profeſſionis.*
8 *S. Rota conſentiente.*
9 *Verbum* Oportet *denotat decentiam.*
10 *Quid de dictione* Neceſſe eſt.
11 *Circa ſubiectam materiam interpretanda.*
12 *Non ponitur in ſtatuto clauſula irritans.*

Barboſ.in tract. var. in tract. de Axiomat. Iur. Axio-
*mat.*12.*n.*17.18.*&* 19.
7 Procedit autem efficaciùs hæc regula in præſenti,
quia agitur de validitate, non cuiuſlibet actus, ſed
profeſſionis,quæ inſtar matrimonij eſt omnium indiſ-
ſolubilis, niſi propter vrgentiſſimas cauſas: itaut in
dubio de validitate profeſſionis iudicandum ſit,quod
valeat, vt docent *Barbat. conſ.*59.*n.*1. *poſt med. vol.*2.
*Nau.lib.*3.*conſ.*13.*n.*10.*in* 2.*edit. de regul. Sanchez de*
*matrim.lib.*7.*diſp.*37.*n.*12.*ad fin.Steph Grat.tom* 3. *diſ-*
*cept.forenſ.c.*413.*n.*17. *Suarez tom.* 2 *de Relig.lib.*7.*c.*2.
8 *n.*6.*Leſſ.lib.*2.*c.*41.*dub.*7.*n.*66. Ideircò Rota adhærens
huic opinioni dixit, profeſſionem in dubio præſumi
validam, niſi contrarium probetur. Ita habetur *in*
*dec.*1361.*n.*7. *coram Cardin. Seraph.* & dictum etiam
fuit in vna *Roman.Profeſſionis*,23.*Iunij* 1623.*coram R.*
P.D. Remboldo. Quæ omnia tradit *Barthol. de Vecch.*
*in prax.nouit.diſp.*13.*dub.*11.*n.*22.
Caſu autem dato, & non conceſſo, quod pro vali-
ditate actus,etiam profeſſionis, iudicari non debeat in
dubio illius, adhuc ſuppetunt plura, propter quæ dici
debet profeſſionem præfatam validam fuiſſe. Primò,
quia cum ſolum in eo ſtatuto habeatur illud verbum,
9 *E neceſſario*, illudque ſit idem quod, *oportet*; & ver-
bum,*Oportet*, denotet ſolum decentiam, & honeſta-
tem, *vt per Gloſ. etiam verb. oportere, in can.* 1. 25.
*q.*1.*vbi Archid.n.vnic.Turrecr.num.*2.*& poſt Felin.* &
*Soc. notat Steph. Gratian. c.*14.*n.*18. *Salon.*2.2.*q.*77.
*art.*1.*controu.*8.*col.*5. *verſ. ex quibus ſequitur,Carbo de*
*legib.lib.*7 *diſp.*4 *ad fin. Sanchez in precept. Decalog.*
*tom.*2.*lib.*6.*c.*4.*n.*37. *verſ. Ac verius*: Solum ex eo in-
fertur,congruum, decens, & conſentaneum fuiſſe id
quod ibi dicitur de enſe accingendo. Idem dicendum
eſt, ſi verbum illud,*E neceſſario*,idem importet, quod
neceſſe eſt. Dictio enim iſta potius indicat conſilium
10 & honſtatem,quàm præceptum, & neceſſitatem ſim-
pliciter,prout colligitur ex *c.Tuæ fraternitati,de ſponſ.*
*Suar.de legib.lib.*3.*c.*15.*n.*10.*Sanchez de matrim.lib.*2.
*diſpus.*31.*n.*6.*& alij.*Caſo verò quo talis dictio *neceſſe*
11 *eſt*,importare deberet omnimodam neceſſitatem præ-
cepti, id ſolùm eſſet iuxta ſubiectam materiam, & in
re grauiſſima,qualis non eſt ceremonia iſta accidenta-
lis de enſe accingendo,de quo *Giurb. deciſion.*53.*n.*2.
12 Admiſſo etiam quod verbum illud *è neceſſario*, im-
portaret neceſſitatem, obligationem, & præceptum;
cum in dicto ſtatuto non apponatur clauſula irritans,
& annullans profeſſionem factam, non accincto enſe,
aut cingulo militari profeſſuto, non eſt aliquod fun-
damentum ad credendum eam eſſe nullam. Tritum
enim eſt illud *ex Ad Apoſtolicæ.de Regul.deſumptum*:
Multa fieri prohibentur, quæ ſi facta fuerint, obtinent
roboris firmitatem,gloſ.in cap.penult. de deſponſ.impub.
13 *Suarez de legib. lib.*5. *cap.*29. *num.*1. Eo præſertim,
quod non ſolum in dicto ſtatuto nulla ſit clauſula
irritans, ſed quod *in ſtatut.*17. *de receptione fratrum*,
etiam habetur idem verbum, *è neceſſario*, vt petens
admitti ad *gradum militarem probet ſe genitum paren-*
tibus nobilibus: & nihilominus eſt certum quod ſi
iſte talis profiteatur in eo gradu cum falſis probatio-
nibus nobilitatis, non proptetea corruit eius profeſ-
ſio ſimpliciter, vt colligitur ex *ſtatuto* 24. *&* 25. Ex
hoc enim manifeſtè colligitur, verbum illud ſolum
denotare prohibitionem actus, non autem ipſius irri-
rationem. Eo quoque præcipuè, quod quando in illis
ſtatutis decernitur aliquid cum irritatione actus con-
trarij, id decernitur cum clauſula irritanti: ergo dum
hic non apponitur,ſignum eſt talem ceremoniam non
eſſe eſſentialem, aut ſubſtantialem profeſſioni, ſed poſ-
ſe ſine illa conſtare.
14 Nec dici poteſt, in eo ſtatuto poſitam eſſe formam
recipiendi Profeſſuros ad profeſſionem, ac proindè
debere obſeruari ad vnguem, itaut ſi non ſeruetur,
actus corruat,*l.cum hi* § *ſi Prætor ff de tranſact.l.tra-*
ditionibus, C. de pact.c. cum dilecta de reſcript.c.quia
*propter de elect.c.*1.*de reb. Eccleſ. non alien. in* 6.*c.quæ*
contra de reg.iur.in 6.
Hæc enim procedunt in forma ſuſtantiali,& eſſen- 15
tiali, non in accidentali: accidentalis namque forma
ſolum eſt quædam ſolemnitas, aut circumſtantia ex-
trinſeca, quæ etiamſi deficiat, non proptèrea corruit
actus, vt patet in Sacramentis, matrimonio, electio-
ne, iuramento, &c. Hunc autem cingulum militiæ,
aut enſem,&c. præſcriptum in tali ſtatuto non perti-
nere ad formam ſubſtantialem, ſed ſolùm ad acciden-
talem, colligitur ex eo, quod quoties datur alicui fa-
cultas ad faciendum id, quod antea poterat facere, 16
præſcribendo modum, ſeu formam, quo id fieri de-
bet, talis modus, ſeu forma eſt accidentalis, *c. dile-*
ctus 2.*de præbend.l.*1.*C. de appell.l. penult. Cod. de ſent.*
*Gloſ.in Clem.*1.*de inrepatr. verb. Inhibentes. Felin.* &
alij, quos refert, & ſequitur *Suar. de legib. lib* 5 *c.*31.
*n.*10.quos, & alios ſequutus ſum 4. *tom.Sum.verb.le-*
*ges Regularium, n.*46. Per huiuſmodi autem ſtatutum 17
dari facultatem faciendi aliquid, quod antea fieri po-
terat, & præſcribi ſolum in illo modum, quo id fieri
deberet, certò conſtat, cum ſit factum pro Religione,
quæ à primæua ſui inſtitutione facultatem habebat re-
cipiendi ad illam,& admittẽdi ad profeſſionẽ equites.
Ex pluribus etiam aliis capitibus colligitur men- 18
tem illius ſtatuti non fuiſſe præſcribere in eo aliquam
formam ſubſtantialem pro profeſſione, & ſine qua
non ſubſiſteret,ſed ſolum accidentalem ſolemnitatem.
Primò quidem,quia vt patet ex illis verbis ſtatuti, *ſe-*
condo la forma de gli ſtatuti,e conſuetudine,ſolum vide-
tur mens illius hunc eſſe vſum, & conſuetudinem
laudabilem Religionis; non autem formam ſubſtan-
tialem profeſſionis. Secundò expendendo illa verba,
E neceſſario che ſia ornata del Cingolo della Militia;
ſe però da alcuno Principe Cattolico, ò vero de altro,
che habbia authorità di concedere il grado di Caualle-
ria, non hauer à ottenni gli ornamenti della Militia.
Ex his enim infertur manifeſtè, talem impoſitionem
cinguli non eſſe de ſubſtantia profeſſionis, cum id 19
quod de ſubſtantia profeſſionis eſt,ſolum in profeſſio-
nis actu exerceri debeat, non antea. Videndum ergo,
quoad factum ſpectat, an ab aliquo Principe eo cin-
gulo fuerit antea decoratus. Quod factum non fuiſſe,
ab ipſo eſt probandum, qui ſe fundat in negatiua,
maximè cum Religio ſit in poſſeſſione ſuæ profeſſio-
nis, & validitatis illius. Tertiò, quia cum ad legis, 20
ſeu conſtitutionis explicationem maximè conducat
proœmium, ſeu præfatio, quibus legiſlator in ea
condenda vtitur, quia vtplurimum cauſam finalem
illius continet,*l.fin.ff. de hæred.inſtit.l.Titia.* §.*idem re-*
ſpondit, ff. de verb.oblig.& l.Item quia.§.*fin.ff.de pact.*
Cum in hoc ſtatuto in principio ſolum exprimatur 21
agere de differentia graduum, qui ſunt in Religione
Hieroſolymitana, *Triplice è la differenza de noſtri fra-*
telli; percio che alcuni ſono Caualieri, altri Sacerdoti,
& altri Seruenti. Di più l'ordine de Sacerdoti è Ser-
uenti, è diuiſo in due gradi, cioè quello de Sacerdoti 22
conuentuali, e Sacerdoti deobedienza; e quello de Ser-
uenti,in ſeruenti d'arme, cioè riceruti in Conuento,e ſer-
uenti d'oſtaggio, ò ſia d'officio. Colligi videtur mentem
huius ſtatuti ſolum fuiſſe aſſignare huiuſmodi di-
ſtinctionem graduum, munera, & fines, ad quæ
ſunt inſtituti, non aliud ſpectans ad formam ſub-
ſtantialem profeſſionis. Idem quoque colligitur
ex titulo talis ſtatuti, qui talis eſt: *Della diuiſione* 23
d'egradi d'efratelli dell'Ordine noſtro. Quartò, quia 24
cum habitus non faciat Monachum, prout habe-
tur *cap. Porrectum, de regul. Conc. Trid. ſeſſ.*14. *de*
*Reform. cap.*6. deſignatio habitus pro profeſſione
religioſa (quod maximè procedit in eo quod eſt

ſolùm pars habitus . & non totus habitus, prout in
præſenti caſu contingit (non poteſt denotare formam
ſubſtantialem profeſſionis, ſed merè accidentalem, &
25 extrinſecam. Vnde communiter DD. poſt *Abb. in d.*
cap. Porrectum,n.13 ſpecialiter Sylueſt.verb. Religio 3.
q.1.& 18.in fin. Azor tom.1 inſtit mor.lib.12 cap.5.q.7.
in fin.Sanch.in Decal.lib.5.cap.3 num.4. poſt alios, &
Barboſ.in d.cap.Porrectum,n.9 expreſſe tenent , quod
quamuis Religionis regula certam profitendi formam
præſcribat , non ſunt ea verba ita neceſſaria , vt aliàs
facta profeſſio ſit irrita , ſed quibuſcumque aliis facta
valebit.

26 Quintò , nec minus efficaciter colligitur , non eſſe
mentem illius ſtatuti , talem cinguli poſitionem eſſe
ſubſtantialem, aut eſſentialem formam profeſſionis,ex
eo quod non ſolum profeſſio dumtaxat ſupponit pro
emiſſione trium votorum ex deliberatione , & obla-
tione ſpontanea voluntatis in manibus ſuperioris , &
non pro alio quocumque, prout habetur ex *cap. Cum*
ad monaſterium, de ſtat. Monach & cap. vnic. de voto
in 6. & cap 2. de regul. eod. lib. Rota in Tiraſonen.
Penſionis, coram Seraphino , anno 1576. num.8. & in
Neapolitana profeſſionis coram Bubalo,anno 1584. n.4.
& in Meſenſi profeſſionis coram Vbaldo , anno 1614.
num.1. & in alia eiuſdem tituli coram Carillo anno
1636. Sed maximè ex vſu, acceptatione,ſtylo, & con-
ſenſu Religionum. Etſi enim apud omnes fermè ſint
ſtatuta, quibus decernitur forma profeſſionis cum tali
vel tali habitu, tali vel tali modo, aut talibus ceremo-
niis, aut benedictionibus benedicto , aut conſecrato;
nihilominus vix auditum vnquam fuit, quod propter
defectum impoſitionis alicuius partis habitus,benedi-
ctionis , vel conſecrationis ipſius , profeſſio cenſea-
tur nulla, vel irrita,aut profeſſus propterea reclamaue-
rit. Cur ergo hoc tam ſcrupuloſè accipiendum eſt in
ſola Religione Hieroſolymitana ſancti Ioannis , quæ
in genere Religionis minus ſtricta , & rigoroſa eſt
quamplurimæ aliæ.

27 Accedit , quod in Religionibus , in quibus eſt di-
ſtinctus habitus Clericorum , & Conuerſorum, vt in
Dominicana, in qua Clerici geſtant Scapulare album,
& Conuerſi nigrum ; ſi ex aliquo accidenti continge-
ret, quod in profeſſione Clerici non daretur illi ſca-
pulare album , ſed nigrum , nullus Theologus dicet
profeſſionem illam eſſe inualidam : ſicut nec è contra
quando Conuerſus in ſua profeſſione reciperet Scapu-
lare album pro nigro ex aliquo accidenti. Idem dico
ſi caſu aliquo Clericus non profiteretur cum corona
clericali , vel Conuerſus cum illa Et ſanè cum Eques
Hieroſolymitanus poſſit à Religione propter culpas
priuari gradu militari , manente nihilominus vero re-
ligioſo , ſicut in aliis Religionibus propter culpas
poſſunt ex ſtatu Clericorum deiici ad ſtatum,& habi-
tum Conuerſorum;manifeſte conuincitur gradū,& ha-
bitum in Religione Sancti Ioannis , & gradum, habi-
tumque particularem in aliis Religionibus , non di-
uerſificare eſſentialiter illas , ac proinde nec deſigna-
tionem determinati habitus in ordine ad gra-
dum importare conditionem intrinſecam , aut eſſen-
tialem.

28 Inſuper accedit, quod ceremonia iſta creandi Equi-
tes Sancti Ioannis cum enſe, calcaribus , &c. non eſt
præſcripta in vltimis Ceremonialibus pro Pontifica-
tibus Clementis VIII. Leonis XI. Pauli V. Gregorij
XV. & Vrbani VIII. (quo tempore dictus N. profeſ-
ſionem ſuam fecit) nec practicata ſaltem generaliter,
id teſtante Magiſtro Ceremoniarum Sanctiſſ.D.N.In-
nocentij X ex hoc enim manifeſtè infertur, Romam,
quæ eſt Caput Vrbis, magiſtra veritatis,& in qua re-
ſidet & gubernat Summus Pontifex , qui eſt Genera-
liſſimus omnium Religionum , qui & poteſt tollere,
abrogare , & præſertim explicare ,& declarare om-
nium illarum ſtatuta , non exiſtimaſſe hanc ceremo-
niam dandi cingulum militare , ſeu enſem Equitibus
Religionis S.Ioannis, eſſe eſſentialem , aut ſubſtantia-
lem,ſed potiùs accidentalem,nec neceſſariam.

Nec releuatur inualiditas profeſſionis ex eo , quod 29
in noua ordinatione reformatorum ſtatutorum huius
Religionis innouetur *ſtatutum de receptione fratrum,*
ſupra relatum,& dicatur,quod ſi ſecus fiat, *ita nullum*
fore, vt ſemper de inualiditate , & nullitate profeſſionis
impugnari poſſit, &c. quod denotare videtur irritatio-
nem profeſſionis aliter factæ,ac per conſequens iſtius,
in qua deficit ceremonia illa de cingulo, vel enſe , de
qua in dicto ſtatuto. Hoc enim nihil probat , quia
cum illud ſtatutum habeat duas partes , in quarum
prima tractat de gradibus huius Religionibus, in qui-
bus fratres ſunt recipiendi : in altera de modo , ſeu
ceremoniis, quibus recipi debent : dicta ordinatio ſo- 30
lùm innouat illud ſtatutum , quantum ad primum,
non quantum ad ſecundum , ac proinde clauſula illa
irritans trahi non debet niſi ſolùm ad primum : ita
ſcilicet, vt qui recipiuntur in ea Religione, ſolum re-
cipi debeant in aliquo ex tribus gradibus ibi aſſigna-
tis : non verò ad ſecundum , ſcilicet de ceremoniis,
quibus recipi debent ad illos gradus. Et quod hoc ſic
ita dicendum,colligitur primò ex his quæ dixi tom.3. 31
*verb.clauſula,num.3.*ſcilicet quod clauſula in fine po-
ſita (qualis eſt iſta de irritatione) *referatur ad omnia*
præcedentia, quando eſt eadem ratio in ipſis, & quando
ſalua recta ratione ad illa referri poteſt , aliàs ſolum
refertur ad id quod poteſt de iure determinari. De quo
etiam *Sard.deciſ.88 num.13.Peroir. de poteſt.elig.c.11.*
num.27. Tuſc concl.291. num.7. Rot. deciſ.231.num.1.
*part.1.diuerſ. & deciſ.767. num.5 part.2. recent.*Mani-
feſtum autem eſt , non eſſe eandem rationem de di-
ſtinctione graduum in hac Religione, ac de Ceremo-
niis , quibus ad illos recipi debent fratres ; cum pri-
mum ſit ſubſtantialiſſimum , & eſſentialiſſimum Re-
ligioni , ſecundum verò nimis extrinſecum , & ac-
cidentale. Secundò , quia ſalua recta ratione, non po-
teſt dicta clauſula irritans referri ad illud ſecundum :
nam ſi referretur, vtique neceſſariò dici deberet,ipſa-
met ſtatuta ſibimet contraria eſſe , ſiquidem cap.24.
decernunt , *vt qui præter formam ſtatutorum receptus*
fuerit, ſi fuerit frater miles , redigatur in fratrem ſer-
uientem armorum , ſitque inhabilis ad bona Religionis.
Hoc enim ſtatutum pœnale manifeſtè , & ſine tergi-
uerſatione denotat defectum formæ commiſſum in
receptione fratrum, culpabilem quidem eſſe , ſed non
irritare profeſſionem : quomodo ergo fieri poteſt , vt
irritetur in d. ordinatione talis profeſſio , quæ à Re-
ligione aliàs admittitur ? Præſertim cum iura iuribus
debeant concordare , & iurium correctio ſemper ſit
vitanda, *cap. cum expediat, de elect. in 6. Sard deciſ.28.* 32
numer.19.Tuſc pract. concl.tom.2 litt. C, concluſ.1036.
Pichard. ad princip. Inſtit. de leg. Falcid.num.34. Ce-
phal. conſ.323. num. 18. vol.3. Omitto id colligi ex
verbis ipſius ordinationis, ibi : *Declarant , & man-*
dant , ne de cætero tam in Conuentu , quàm extra , ali-
quis ad habitum noſtrum ſuſcipiendum alio quocumque
modo, gradu, ſeu denominatione admittatur , niſi in tri-
bus diſtinctis gradibus declaratis in ſtatutis 2.29.& 30.
de recept. fratr. Et poſtea ponitur clauſula irritans.
Item quod finis talis legis, vt colligitur *ex ſtatuto 29.* 33
ſolùm fuit reprimere aliquos , qui prætextu alicuius
ſeruitij in ſuis commendis exhibiti recipiebant ad
habitum Ordinis in gradibus inſolitis , & diuerſis à
tribus aſſignatis.Item quod Apoſtil.dictæ ordinationis
cognoſcendo ſubſtantiam illius ſolùm conſiſtere in
prohibitione recipiendi fratres in gradibus non ex-
preſſis , ſic epilogauit ipſum. *Veru no può eſſere ri-*
ceuuto nella Religione , ſe non in grado di fra Caua-
liere . ò di fra Capellano , ò di fra Seruente ; altri-
mento

Digitized by Google

mente ſia nulla profeſſione, e ſia coſtretto a depor l'habito. Quòd cum fueritimpreſſum de mandaro Capituli Generalis, optimè oſtendit qualis fuerit eius ſenſus in dicta ordinatione. Claré ergo ex dictis elicitur ordinationem, quatenus clauſulam irritatoriam continet, ſolum trahi debere ad ſtatutum relatum, quantum ad id, quod in eo habetur de non admittendis fratribus, niſi ſolum in tribus illis gradibus; non verò quantum ad alia, quæ ſolum acceſſoriè in eo ponuntur.

35 Eneruatur etiam vis dictæ ordinationis, non ſolū ex eo, quia non fuit facta à toto Capitulo, ſeu Religione, ſed à ſexdecim Capitularibus (condere autem legem perpetuam ſolùm ſpectat ad totam Communitatem, vel ad eum qui authoritatem habet ab ipſa, iuxta doctrinam *S.Thom.1.2.q.90.art.3.* Sexdecim verò illos nec conſtat ab illa habuiſſe hanc facultatem; vnde Rota in vna Mileuitana *Commenda de Mazara, 15.Iunij 1635. coram Merinanno numer.23.* expreſsè habet quod Religio Hieroſolymitana ſolum per Capitulum Generale, non verò per ſexdecim Equites Capitulares repræſentatur.) ſed etiam, & ſpecialiter eo quod dato quod illi ſexdecim Equites poſſent ordinationem facere, adhuc ipſa non ſubſiſtet: nam ordinationes factæ in iſta Religione in vno Capitulo generali, ſolum durant vſque ad aliud Capitulum generale, nec trahuntur vltra, niſi rurſus in nouis Comitiis confirmentur, vt tradit Rota *in vna Mileuitana*
36 *Penſionis 29.Maij 1637.coram Ghiſlerio,n.1.* Et quamuis confirmata fuerit in vltimo Capitulo generali anni 1631. hæc tamen confirmatio eodem modo claudicat, ſicut prima ordinatio, quia fuit facta non à toto Capitulo, ſed à ſexdecim illis; & præſertim, quia talis confirmatio robur non habet, niſi à Sede Apoſtolica confirmetur, eo quod Vrbanus VIII. ſolùm ſub iſta conditione id conceſſit, & idem Capitulum eam expreſsè reſeruauit; nunquam autem hæc confirmatio à Sede Apoſtolica facta eſt, & conſtans veritas eſt, quod cum beneplacitum Apoſtolicum eſt reſeruatum (maximè ſi alias eſt de iure neceſſarium, prout contingit in propoſito, propter Vrbani VIII. decretum) ſi non habeatur, deciſio fruſtratur, vt colligitur *ex Rota in Piſana Bonorum, 28. Octobris 1585. coram Brauo, & in Aretina Capellania 16.Ianuarij 1616. coram Buratto, & in Ferrarien. Decimarum 23. Iunij 1617. coram D. Patriarcha Pamphilio, & coram Greg. deciſ.182. num.1.* Et in materia alienationis bonorum Eccleſiæ, ſupponitur communiter ab eadem Rota ſpecialiter *in Treneren. bonorum coram Dunozetto 15. Martij 1621.num.11.& 12. & in Romana, ſeu Viterbien.Ceſſionis bonorum, coram Buratto anno 1619.n.1.*

37 Nec prætermittendum, ſed expendendum ad intentum, quod caſu dato, & nullatenus conceſſo, quod præfatus N. ratione defectus Cinguli militaris legitimus profeſſus non eſſet, nec profeſſio ipſius valeret in ratione profeſſionis Equitis militaris; nihilominus valere deberet in ratione profeſſionis in altero gradu, & è tribus, qui reperiuntur in dicta Hieroſolymitana Religione. Veriſſima enim eſt regula illa, quæ ſumitur ex *c. vnic. de deſponſ. impub. in 6.* ſcilicet, *quod quando actus non valet eo modo quo fit, valet eo modo quo valere poteſt*, quam approbat *Sanch. libro 5. in*
38 *Decalog.cap.3.num.104.* in profeſſione inualida: & neceſſariò admitti debet in caſu matrimonij inualidi, quia hic eſt caſus illius textus. Ex hac autem regula ad intentum applicata elicitur, quod etiamſi profeſſio à N. facta non valeret in ratione profeſſionis ad gradum Equitis, propter illum defectum; nihilominus deberet valere in ratione profeſſionis ad aliquem alium gradum Religionis. Quod maximè corroboratur ex eo, quod in dictis ſtatutis, *ſtat.24. de recept. fratr.* dicatur, *admiſſum ad gradum contra formam ſtatutorum, eſſe reducendum ad inferiorem gradum.* Ex hoc enim euidenter infertur, quod ſi profeſſio ſit inualida ad aliquem gradum ob defectum aliquem, debeat cenſeri valida in ordine inferiorem gradum, ad quem non requiritur illa forma.

Quibus omnibus addendum, quod caſu gratis 39
dato, quod profeſſio expreſſa ab N. ob dictum defectum inualida eſſet, nullatenus tamen negari poteſt tacitam profeſſionem emiſiſſe, quæ per Conc. Trid. ſublata non eſt, & ſæpiſſimè à S. Rota. Canonizata; ſpecialiter in vna coram *Greg. XV. deciſ. 385.num.6. & in Metenſi profeſſionis coram Vbaldo ann.1615. & in Vlyſbonenſi profeſſionis coram Merlino anno 1622. num.7.& in alia Metenſi profeſſionis coram Carillo anno 1636. num. 3. & 7.* Hanc verò tacitam profeſſionem emiſiſſe N. euidenter conſtat ex eo, quod illam emiſit duplici illo modo, quo iure commodi 40
inducitur, ſcilicet, delatione habitus profeſſorum, iuxta *cap. ad noſtrum, de Regul. & cap. conſtit. eod. tit. in 6.* & per exercitium actuum, qui proprij ſunt profeſſorum, iuxta *cap. vidua, de regul.* Etenim prædictus N. Crucem geſtauit in Pallio: Crux autem illa eſt habitus profeſſorum, & per quam diſtinguuntur à Nouitijs, vt *in ſtatut.3. de recept. fratr.* habetur. Similiter actus proprios profeſſorum fecit, vocando ſe in actibus publicis, & priuatis fratrem Religionis Hieroſolymitanæ, & acceptando eum titulum à Religione, & Religioſis ipſi conceſſum. Item acceptando commiſſionem ipſi 41
delegatam à Religione pro faciendis probationibus nobilitatis cuiuſdam petentis admitti ad illam. Delegationem autem iſtam, & acceptationem ſolis profeſſis propriam eſſe colligitur *ex ordinatione 19.* Similiter cum vocatus eſſet ad Inſulam Melitenſem, & non comparuiſſet, Religio eum adnotauit inter profeſſos contumaces: ipſe verò non negans ſe eſſe profeſſum, ſed potiùs id admittens, excuſationes adduxit. Præterea iudicialiter confeſſus eſt ſe eſſe profeſſum, etiam facto ipſo petendo, & obtinendo aſſignationem ſibi debitam in caſu emiſſæ profeſſionis. Partis autem confeſſionem efficaciſſimam eſſe ad probandum, conſtat ex *Paul. leg.1. ff. & C. de Confeſſ.* vbi quod *confeſſus pro iudicato eſt*: ipſamque eſſe fortiſſimam probationem, elicitur ex *l. generaliter, de probat. c. per tuas, de offic. ordin. cap. ſi ſacerdos, de inter. act.l.1.§.fin.*

Nec poteſt dici, non iotrare in hoc caſu tacitam 42
profeſſionem, eo quòd N. ignorauerit nullitatem expreſſæ. Conſtat enim ipſum eſſe virum ſcientem, & prudentem, & per conſequens nullatenus præſumendum de ipſo, ignorare ea, quæ ſubſtantialiter ſpectabant ad profeſſionem ſuam. Eo vel maximè, quod ex litteris per ipſum receptis ab Equite quodam Vecchietto, ſciuerit ob prætenſum defectum non fuiſſe ſuam profeſſionem à Vicecancellario regiſtratam inter alias cum cingulo emitti ſolitas. Habuit ergo ipſe ſufficientem cauſam dubitandi de validitate profeſſionis. Cum ergo perſeuerauerit in illa, deferendo habitum, & exercendo opera propria profeſſorum per quinquennium, procul dubio intrauit de plano ratificatio profeſſionis, & profeſſio tacita: Hæc enim eſt cauſa, quare Concil. Trid. *ſeſſ.25. de regul.cap.19.* non admittit reclamationem profeſſi poſt quinquennium; quia ſcilicet præſupponit, ac præſumit, illum eo tempore ratificaſſe ſuam profeſſionem, ſeu tacitè illam emiſiſſe, prout dixi *tom.4. verſ. Profeſſ.regul.numer.21.*

Dato etiam, quod ad validitatem huiuſmodi ra- 43
tificationis, ſeu tacitæ profeſſionis, requiſitus ſit nouus conſenſus Religionis (de quo variæ extant DD. ſententiæ) procul dubio adfuit in præſenti.

Tum

Tum quia, vt conſtat ex præfatis litteris Equitis Vec-
chietti, fuit hoc delatum ad Cancellarium, & Of-
ficiales Religionis; & nihilominus Religio non ſo-
lum permiſit N. in ea manere, ſed etiam illi tribuit
ea, quæ ſolùm profeſſis conuenire poterant; ſcilicet,
delegare illi commiſſionem ad faciendum informatio-
nes pro nobilitate cuiuſdam: vocare, ſeu citare illum
ad comparendum ad Inſulam Melitenſem, adnotando
illum inter profeſſos contumaces ob non comparitio-
nem, & admittendo poſtea ipſius excuſationem. Tum
etiam, quia cùm eademmet Religio cap.24. *de recept.
fratr.* diſponat, *quod receptus contra formam ſtatuto-
rum, ſi fuerit Eques, reducatur ad ſtatum fratris
Seruientis: Si frater Capellanus ad fratrum Obedien-
tiæ. Si frater Seruiens, ad ſeruitutem officij, quod-
que ſit inhabilis ad omnem adminiſtrationem, & bona
Ordinis*; manifeſtè ſupponit vnum de duobus: vel
44 quod ex inobſeruantia formæ ſtatutorum Ordinis non
erat inducta nullitas profeſſionis; vel quod ipſa Re-
ligio approbat tacitam profeſſionem illius, qui illam
expreſsè emiſit, non obſeruata forma ſtatutorum.
Aliàs enim, quomodo non profeſſum expreſsè, aut
tacitè puniret, redigendo illum ad ſtatum inferiorem,
& inhabilitando ipſum ad bona communia Ordinis?
45 Expreſſio enim dictæ pœnæ & ſupponit eum, cui
infligitur, ſubditum eſſe; & declarat validè profeſ-
ſum. Bald. *in l. non dubium, C. de legib. num.* 18. Abb.
in cap. 2. *num.* 5. *circa med verſ. ſi autem nullitas*, ibi-
que Felin. *ſub. num.* . *verſ. ſed inter alios. de teſtib.*
Card. in Clem. 1. *num.* 2. *poſt med verſic. ſed ſi punis fa-
ctum, de reſcript.* vbi eſt. *in ſum. verb. lex, n* 28. *ante fin.
verſ ſecundò Cardinalem.*

Nec aliquid refert, quod Vicecancellarius (vt di-
46 citur) noluerit regiſtrare profeſſionem factam à N.
propter defectum in ea aſſertum cinguli militiæ, aut
Inſignium militarium. Cùm enim hoc ſit factum par-
ticulare cuiuſdam perſonæ, non poteſt derogare pro-
feſſioni factæ, & acceptatæ auctoritate Apoſtolica, &
ratificatæ tum ab ipſo profitente, tum à Religione ipſa,
vt oſtenſum eſt; præſertim cùm pro illa facienda non
deſideraretur eſſentialiter talis ceremonia, vt etiam
oſtenſum eſt ex ſtatutis eiuſdem Religionis. Sicut nec
derogat baptiſmo, aut matrimonio aliquorum, quod
Parochus propter aliquam cauſam non ſcripſerit illos,
prout tenetur, in libris ad hoc deſignatis. Ad quod
47 accedit, quod ipſe Vicecancellarius, prout conſtat
ex literis ipſius datis Melitæ 2. Decembris 1645. vide-
tur id feciſſe authoritate propria, non verò ſupremi
Generalis Religionis, prout requirebatur pro re tanti
ponderis, qualis eſt reprobare profeſſionem factam
in Religione, quæ profeſſiones factas cum ſimili de-
fectu approbat, & ratificat, taliter profeſſos, vt legi-
timè profeſſos tractans, & reputans. Quod clarius, &
manifeſtius procedit, loquendo de profeſſione tacita,
ad quam nullatenus requiruntur tales, aut ſimiles cere-
moniæ regiſtrationis, &c.

Sic pro conſcientia, & veritate interrogatus ſentio
Doctiorum cenſuræ me ſubmittens. Romæ apud Tran-
ſpontinam 6. Ianuarij 1647.

48 Quia tamen pro contraria parte addocebatur no-
uum motiuum, ideo iuſſus illi ſatisfacere, hoc etiam
votum ſcripſi.

49 Interrogatus pro conſcientia, An ſubreptiones,
vel obreptiones prætenſæ in Breui fel. record. Vrbani
VIII, conceſſo ad inſtantiam N. illuſtriſſimi Equitis
Ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani, vt poſſet emittere
profeſſionem in manibus Eminentiſſimi Cardinalis
Antonij Barberini, illud reddant irritum, & caſſum, ac
per conſequens etiam profeſſionem ex vi illius emiſſam
nullam, & irritam faciant. Cenſeo dicendum contra-
rium, ita vt Breue illud Vrb. VIII. legitimum credam, &
profeſſionẽ ex vi illius factã validam. Quod ſic oſtendo.

Nam tales ſubreptiones, vel obreptiones (ſi fue- 50
runt in tali Breui) vtique eſſent affectatæ, malitioſæ,
& doloſæ; quia erant de rebus, quas impetrans igno-
rare non poterat, ſcilicet de complemento Nouitia-
tus, & conditionibus requiſitis ad profeſſionem fa-
ciendam, quæ quidem notiſſima ſunt Nouitiis Reli-
gionum ex praxi quotidiana illarum, lectione ſtatuto-
rum, & inſtructione ſuorum Magiſtrorum. Hoc autem 51
nullatenus credi debet de viro probo, qualis eſt præ-
dictus illuſtriſſimus, non ſolùm quia bonus quilibet in
dubio præſumitur, *l. merito, ff. pro ſocio. l. quoties, §. qui
dolo, de probat, c. vnic de ſcrutin. in ordin. fac. cap. Du-
dum, & cap. vlt. de præſumpt.* & ibi DD. ſed etiam, quia
delictum in dubio non præſumitur, & ideo actus qui 52
poteſt ſonare in delictum, & non delictum, ſemper in-
terpretatur vt abſit delictum, *l. merito, ff. pro ſocio, l.
Prætor, §. decere, ff. de vi bon. rap. c. Eſtote, de reg. iur.
in decret.* & ibi etiam DD. Adeo vt interpretatio ſem- 53
per facienda ſit, vt excludat delictum, Abbas *in c. Cum
tu, de teſtib.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 496. Farin. *in
prax. crimin. p.* 3. *q.* 83. *n.* 1.

Quod maximè procedit, cum agitur de perſona de 54
bono genere nata, qualis eſt prædictus Illuſtriſſ. Tho-
mas de Thom. *in florib. leg. reg.* 67. Et bonæ educatio-
nis, qualis etiam eſt. Farinacius *in prax. p.* 1. *q.* 47.
num. 282. Ac præcipuè cum agitur de ſalute animæ.
Menochius *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 2. *num.* 29. Et 55
magis ad intentum noſtrum, quando agitur de profeſ-
ſione religioſa, quæ eſt veluti alter baptiſmus, & per
quam pleniſſima omnium criminum commiſſorum
condonatio conceditur, vt D. Hieronymus, Bernardus,
Anſelmus, & alij Patres, & Doctores demonſtrant.
Prorſus ergo incredibile eſt prædictum Illuſtriſſ. ea 56
occaſione voluiſſe grauiſſimè peccare mortaliter Pa-
pam decipiendo, prædictos defectus doloſè, & mali-
tioſè in Breui permittendo, aut profeſſionem fictè emit-
tendo.

Secundò, quia tales defectus doloſi, & malitioſi pro- 57
culdubio nihil iuuare poſſunt ipſum ad intentionem
inualiditatis ſuæ profeſſionis, dolus enim nemini de-
bet patrocinari, *l. nec ex dolo, ff. de dol. l.* 3. *ff. de tranſ-
act. l. is qui dolo, ff. de rei vendic. l. pen. in fin. ff. de iur.
dot. l. Si ex dolo, ff. de re Iudic. l. etiam, §.* 1. *ff. ſolut. ma-
trim. c. audiuimus, de colluſ. deteg.* Et caſu quo illi aliqua- 58
tenus patrocinari poſſet, hoc non poteſt eſſe ſi id ce-
dat in damnum alterius, Religionis videlicet Hieroſo-
lymitanæ, & alterius partis intereſſe habentis in vali-
ditate profeſſionis illius, propter renunciationem illi fa-
ctam de bonis ipſius. Dolus enim vnius non debet al-
teri nocere, *l. eleganter, in princ. ff. de dol.* Card. Tuſ-
cus *pract concluſ. tom* 2. *litt. D. concluſ.* 582. vbi *num.* 1.
poſt Caſtr. *conſ.* 412. *viſo facto, n.* 3. *lib.* 1. Verum qui- 59
dem eſt Religionem potuiſſe non acceptare dictam
profeſſionem factam ex vi Breuis ſic doloſi (ſi tale eſ-
ſet,) & cogere impetrantem ad ratificandum il-
lam, iuxta doctrinam Baſilij Pontij de Leone *lib.* 2.
de matrim. cap. 5. *num.* 11, *& lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 10. &
ſi id non fecerit, ſed potiùs acceptauerit, vt dixi in
alio ſcripto de hac re; ipſi tamen impetranti dictum
Breue dolus, & malitia ipſius nullatenus ſuffragari
poſſunt.

Tertiò arma retorquendo contra eundem Il- 60
luſtriſſimum. Si enim Breue concedens gratiam
emittendi profeſſionem extra Conuentum in
manibus Eminentiſſimi Cardinalis Antonij red-
ditur nullum, & ſubreptitium ob falſitatem ab
eo expoſitam, vel ex eo quod non expreſſit ea quæ
exprimere debebat; ſequitur etiam manifeſtè ſub-
reptitium quoque eſſe aliud Breue eiuſdemmet
Summi Pontificis Vrbani VIII. quo illi conceſ-
ſit gratiam reſtitutionis in integrum ad reclaman-
dum contra profeſſionem, non obſtante lapſu
quinquennij

quinquennij ad id requiſiti à Concilio Tridentino, ac
proinde nullatenus audiri poſſe in hac cauſa inualidi-
tatis profeſſionis ſuæ. Etenim in poſtulatione gra-
tiæ huius ſecundi Breuis exponere debebat ſubreptio-
61 nes, & obreptiones, quæ erant in primo Breui, vel
ſaltem (quod ſine dubio videtur) exponere ſe velle
impugnare profeſſionem propter nullitatem proue-
nientem ex dolo, malitia, & fraude ſua. Procul du-
bio, namque ſi hoc expoſuiſſet, ſiniſtrum aliquod de
illo ſuſpicatus fuiſſet Summus Pontifex, & non con-
ceſſiſſet facultatem reclamãdi contra profeſſionem, ſed
ex vi illius factam, potius illum puniret pœnis à iure
taxatis, c. *ad falſariorum in fin. de crim. falſ.* contra de-
cipientes Papam, & impetrantes malitiosè, & dolosè
literas Apoſtolicas.

62 Et caſu quo non puniret, ad minus non concederet
nouam gratiam, non ſolùm quia indignus eſſet ea, ſed
etiam quia in eo, quo quis peccat, in ipſo puniri debet,
*c. quanto, de tranſlat. Epiſc. cap. Cum olim, de offic. &
poteſt. Iudic.* & ibi DD.

63 Siue autem dicatur prædictos defectus Breuis con-
tigiſſe ex dolo, & malitia poſtulantis, ſiue ex igno-
rantia, & bona fide ipſius, adhuc dicendum perſeue-
rare illius validitatem propter conſenſum eiuſdem im-
petrantis, qui ex vi illius profeſſionem emiſit, &
milles poſtea ratificauit, verbis, & factis continuatis
per quinquennium, appellando ſe fratrem, gerendo
Crucem in pallio (qui eſt proprius, & characteriſticus
habitus profeſſorum) commiſſiones ſibi, vt profeſſo
delegatas acceptando, & exequendo, ac reum ſe co-
gnoſcendo in tranſgreſſione præceptorum Religionis
circa acceſſum ad Inſulam pro illius defenſione, &
demùm ab eadem Religione ſupplicando pro abſolu-
tione à contumacia incurſa propter tranſgreſſionem
talium præceptorum, vt patet in Summariis. Etenim,
64 vt habet Theſaurus vir doctiſſimus, & Pœnitentia-
rius Apoſtolicus S. Petri de Vrbe *in prax. Eccleſ.
part. 2. verb. Gratia, cap. 8. §. Limita etiam*, ſubreptio
literarum Apoſtolicarum in præiudicium tertij ſanatur
conſenſu eius, de cuius intereſſe agitur, ad quod ad-
fert Rotam Seraphini *deciſ.* 268. vbi *num.* 6. habetur,
eum qui acceptauit gratiam ſibi factam, ea vtendo
ſibi præiudicaſſe, & hoc præiudicium non tam ex
Principis diſpoſitione, quàm ex ipſius conſenſu oriri,
iuxta doctrinam Pariſij, & Socini: & *num.* 7. quod
65 gratia etiam in præiudicium tertij facta teneat, ipſo
tertio volente, etiamſi ſuperueniat voluntas poſt gra-
tiam, iuxta doctrinam Deciani, Antonij de Butrio,
& aliorum. Ad quod deſeruit regula illa, factum pro-
prium nemo impugnare poteſt, *l. poſt mortem, ff. de
adopt. l. & per fundum, ff. de ſeruit. ruſtic. præd. l. ſi-
cut, ff. de action. & obligat. l. cum à matre, Cod. de rei
vend. l. generaliter, §. fin. ff. de non numer. pecun. l. non
idcirco, Cod. de contrah. empt. l. ſi creditoribus, Cod. de
ſeru. com. pig. dat. l. cum profitearis, C. de reuoc. donat. l. 1.
C. de remiſſ. pign. c. veniens, de fil. Presbyt. c. cum ſuper,
de conceſſ. præbend.* Thomas de Thomaſſ. *in florib. leg.
regul.* 16.

66 Maximè etenim procedit hæc regula, *factum pro-
prium nemo impugnare poteſt*, in præſenti, eo quòd
prorſus euidens videatur, quod caſu dato, & nullate-
nus conceſſo, quod profeſsio expreſſa iſtius Illuſtriſſi-
mi valida non fuerit propter hos, vel alios defectus
prætenſos; nihilominus negari non poteſt, quin pro-
pter ratificationem illius, & tacitam profeſsionem,
quam fecit modis ſuprà aſsignatis, de quibus in alio
meo ſcripto de hac profeſsione (accedente præſer-
tim conſenſu Religionis eandem profeſsionem appro-
bantis, primò eum adnotando inter Profeſſos in li-
bris communis Ærarij. Secundò eidem delegando
commiſsionem vti Profeſſo. Tertiò, & imperando
tanquam profeſſo, vt ad Inſulam veniret. Quartò eum
inter contumaces referendo ob non acceſſum; ac de-
mum quintò eum abſoluendo, & inter Profeſſos ab-
ſolutos referendo) ſit verè, & legitimè profeſſus,
& pro tali ſemper iudicandus, & habendus: maximè 67
cùm agatur de validitate profeſsionis, in qua quando
res eſt dubia, aut probabilis, ſemper iudicandum eſt
pro valore illius, vt oſtendi in meo ſcripto relato.

Rebus tandem vtrinque diligentiſſimè diſputatis, & 68
prout decebat, maturiſſimè diſcuſſis, S. Rota die Vene-
ris 10. Decembris 1646. coram Illuſtriſſimo D. Rojas
hanc edidit deciſionem. In cauſa Mileuitana *nullitatis
Profeſſionis.*

Ob defectum integri anni Nouitiatus requiſiti à 69
Sacro Concilio Trident. ſeſſ. 25. cap. 15. de Regul. &
per Statutum Religionis Hieroſolymitanæ cap. 28. ſub
tit. de recept. fratr. ac ob omiſſionem ornatus Cinguli
Militaris contra diſpoſitionem dicti Statuti ſub cap. 2.
eod. tit. diu controuerſa profeſſione D. Petri Corſini
coram Eminentiſſimis DD. Ginetto, Cæſio, & Vid-
man; placuit Sanctiſſimo committere, vt ipſi procede-
rent de voto Rotæ, & hodie diſcuſſa cauſa, profeſſio-
nem eſſe validam DD. reſponderunt.

Nam defectus integri anni Nouitiatus ex facto tol- 70
litur, dum certum eſt profitentem permanſiſſe ante
profeſſionem, non ſolùm ſpatio vnius anni iuxta diſ-
poſita per Sacrum Concilium Tridentinum, & Sta-
tutum prædictum, ſed ſpatio 21. menſium, ex quo
admiſſus fuit in Conuentu 6. Februarij 1637. à quo
ſolùm diſceſſit 4. Nouembris 1638. Et licèt dicatur à
Petro, quod poſt dictum tempus diſceſſerit è Conuen-
tu non emiſſa profeſſione cum licentia Magni Magi-
ſtri habente conditionem redeundi infrà terminum
duorum annorum ad Nouitiatus annum peragendum,
& cum tempus probationis fuerit prorogatum, debe-
bat ante profeſſionem nouum annum perficere; nihil
obſtat, dum prædicta conditio in omnibus licentiis
apponi ſolita non importat obligationem peragendi
nouum annum, ſed ſolùm illum perficiendi, quate-
nus non eſſet completus, cum hoc denotet verbum
peragere, quod ſignificat perfectionem, & comple-
mentum anni ſuſcepti, non autem reiterationem, vt
notat *Gloſſ. in l. qui procuratorem, ſub verb. peragere,
& ibi Angel. & Caſtr ff. de procurat.* & probat text.
*in l. non diſtinguimus, §. Item ſi quis Romæ, ff de recept.
arbitr. l. filius, §. multò magis, de inoffic. teſtament.
Rebuf. in l. 3. verb. peragendum, ff. de verb. ſignific.*
Stante perfectione anni Nouitiatus, & vltrà validè
poterat profeſſionem emittere, maximè quia receſſus
à Conuentu etiam ſine licentia Superioris, non tamen
animo dimittendi habitum, non obligat ad reiteran-
dum annum Nouitiatus, vt firmant *Sylueſt. in verb.
Religio 5. quæſt. 4. Rodrig. q. regul. 5. art. 10. ad fin.
Sanch. ad decalog. lib. 5. cap. 4. num* 34. ſed admittitur
ad profeſſionem qui peracto Nouitiatus anno extra
Conuentum commoratus fuit, niſi aliud obſtet, vt
cenſuit Sacra Congregatio Concilij relata per Barb. *de
iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 42. num. 129. & collect. deciſ.
collect. 525. num. 8. & collect. 612. num. 4.* Imò nec mi-
nus per huiuſmodi receſſum annus interrumpitur, vt
admittit *Suar. de Religion. tom. 3. lib. 5. cap. 15. num. 6.
ad fin. Dian. part. 3. tract. 2. reſ. 84. ad fin. & part. 5.
tract. 5. reſ. 19. circa fin. verſ. ſi verò, Bordon. de profeſ.
regul. cap. 14. quæſt. 13. ſub verſ. Galuanus, & quæſt. 19.*
Hocque comprobatur ex fide Equitum atteſtantium
huiuſmodi licentias cum hac conditione ſolitas eſſe
expediri, tam pro Nouitiis, qui impleuerant annum
Nouitiatus, quàm pro illis, qui eum non perfecerant;
ſed iſta conditio arctat ſolùm eos ad Nouitiatus an-
num perficiendum, qui eum non compleuerunt, non
autem alios, qui illum iam perfecerunt; idcircò non
obligat in caſu propoſito, dum prædictus annus per-
fectus remanſit.

Defectus

fidelis traditio, Sacroſanctam Dei parentem, cum
adhuc Ieroſolymis in vita ſuperſtes eſſet, Iacobo Apo-
ſtolo Zebedæi filio in Hiſpaniis prædicanti, & ad ri-
pas amnis Iberi Cæſaraguſtæ oranti ſuper Iaſpideam
columnam apparuiſſe, moxque ab eodem Apoſtolo
Matris monitu, ipſi Diuæ Deiparæ Templum, ſeu Sa-
cellum conſtructum, conſecratum fuiſſe, quod nunc
dicitur *Nueſtra Señora del Pilar*, ac totius orbis ve-
neratione celebratur: vt cuncti Hiſpaniarum Anna-
les etiam teſtantur. Præterea Sanctum Marcum pri-
mum Alexandriæ Epiſcopum in eadem Vrbe Eccle-
ſiam nomine Sancti Petri ſui Magiſtri nondum de-
functi fundaſſe, teſtatur Gelaſius Papa Primus *in Con-
cil. Rom.* & Petrus etiam Damianus *ſerm. de S. Marco.*
Apud Clementem quoque Romanum Pontificem
lib. 10. *Recognit. cap. vlt.* legitur, Theophilum nobi-
lem quemdam Ciuem Antiochenum à Petro Apoſto-
lo ad fidem conuerſum, domum ſuam Eccleſiam in
honorem eiuſdem Apoſtoli viuentis conſecrari feciſ-
ſe, in eaque Petri Cathedram collocaſſe. Ad hæc ce-
lebrem apud Germanos vigere traditionem, vetereſ-
que Colonienſis, & Treuerenſis Eccleſiæ docere An-
nales, Maternum ex primis Petri Apoſtoli diſcipulis
non procul à Molsheim propè Argentinam, templum
in eiuſdem Petri nondum defuncti honorem extruxiſ-
ſe, *domum Petri*, ſiue Germanicè *Thompeter*, appel-
latum, Caniſius teſtatur *lib.* 5. *de B. Virgine, c.* 23. Agit
de Materno Rom. Martyrolog. 14. *Septemb.* Deni-
que Epheſi Baſilicam Ioanni Apoſtolo, & Euangeli-
ſtæ in terris adhuc viuenti erectam, auctor apud Ab-
diam Babylonium *in vitis Apoſtolorum* narrat. Ex his
autem non incongruum pro cauſa quam defendimus
ſumitur patrocinium. Si enim hominibus adhuc in
hac vita degentibus eò præcisè, quia ipſos Sanctos,
& in gratia confirmatos Eccleſia putabat, Aræ, &
templa dedicata fuerunt, quidni de Elia idem affir-
mari poſſit.

119 Nec contemptibilis ea ratio habebitur, quæ à ſi-
militudine animarum Purgatorij ſumitur. Etſi enim
illarum ſtatus, cum ſatisfactorius, & pœnalis ſit, iu-
re non mereatur, vt Eccleſia illis feſtum, aut ſolem-
nitatem officij Eccleſiaſtici concedat, verumtamen
piè inuocari poſſe à fidelibus multi Theolog. affirmant
vt Gabriel *in Can. lect.* 58. Medina *Codice de Orat.
quæſt.* 4. *&* 5. Bellarm. *lib.* 2. *de Purg. c.* 15. Valent. 3.
tom. diſp 6. *quæſt.* 2. *punct.* 6. Quod fieri credibile, con-
ſtat ex D. Greg. *lib.* 4. *Dialog. cap.* 40. Apud quem
animæ Paſchaſij, & Seuerini miracula operabantur,
etiam in Purgatorio exiſtentes, quod euidens indi-
cium affert, ipſas fidelium precibus motas Dei au-
xilium impetraſſe pro illis. Legatur Petrus Damia-
nus Cardin. *in epiſt. de miraculis ſui temporis.* Si
autem Sanctorum Animæ in carcere, & tribulatio-
nibus detentæ eò apud Deum ponderis, & valoris
habentur, vt propter earum interceſſionem bene-
ficia ſua aliis elargiatur, quid cenſendum ſit de San-
ctiſſimo Propheta Elia, non in carcere tribulationis,
ſed in Paradiſo exultationis, non in terra miſeriæ, &
tenebrarum, ſed in ſplendidiſſimo, & amœniſſimo
totius orbis habitaculo conſtituto, dicere fas eſt?
Certè nullus, (vt credimus) Theologus inficiari
poterit, quin ipſius interceſſio apud Deum pluri-
120 mùm, & pro plurimis donis à Deo impetrandis va-
leat. Idem argumentum, vel ſimile conficere licet
ex eo, quod Animæ Sanctorum non in Paradiſo, ſed
in Limbo Patrum detentæ ante Chriſti Aduentum
pro fidelis Populi ſtatu, & augmento Dominum
exorabant, vt fidei Dogma eſt ex Sacra pagina 2. *Ma-
chab. cap.* 13. vbi de Onia ſummo Sacerdote dicitur,
orare pro omni Populo Iudæorum, & de Ieremia Pro-
pheta, *Hic eſt fratrum amator, & populi Iſrael: hic
eſt, qui multum orat pro populo, & vniuerſa Sancta*
Ciuitate. Liceat ergo, pij Theologi, idem de altero
Sancto Dei Propheta, non in Limbi cuſtodia, ſed in
terreſtris Paradiſi gaudio exiſtente, catholicè ſentire.
Ac proinde dignum æſtimare quod ab Eccleſia officij
Canonici precibus interceſſio ipſius apud Dominum
interpellari poſſit. Quod expendens Gaſpar Sanchez
egregius Bibliorum interpres, *Reg.* 4. *cap.* 2. dicebat: *Si
enim Ieremias in loco, & ſtatu non magis ad orandum
idoneo, in ſinu videlicet Abrahæ, orabat tamen pro la-
borante populo, cur non idem de Elia, qui adhuc erat in
viuis, licet à viuis procul, exiſtimandum?*

Nec multùm à thematis propoſiti tramite deuia- 121
re cenſebimur, ſi vt intentum anteà præiactum, de cu-
ra videlicet, ingentique ſolicitudine, qua Sanctus
Elias totius mundi res, acta, geſtaque librat, aliquid
vlterius adiungamus. Eſt enim peruulgata quædam,
celebriſque traditio, Eliam Sanctum de fine, conſum-
matione, & duratione mundi prophetaſſe. De hac ex
monumentis Hebræorum accepta agens Rabbi Ia-
cob filius Salomonis, hæc ait: *Docet domus*, hoc
eſt Schola, vel Academia, ſeu ſecta Eliæ: *Sex mille
annis erit mundus. Duobus mille inanitas: Duobus
mille lex: Duobus mille dies Chriſti. At propter ini-
quitates noſtras, quæ multiplicatæ ſunt, elapſi ſunt hi
quos præteriſſe cernimus.* Ita ex Thalmud *tract. Sanhe-
drin, cap. Helec*, interprete Genebrardo accipitur.
Etſi enim Eliam iſtum, non Theſbytem, & Prophe-
tam noſtrum fuiſſe, ſed Rabbinum quemdam Cabal-
licum, aut Talmudicum, ſeu vt alij credunt, gram-
maticum, plures exiſtimarint cum Genebrardo *lib.* 1.
Chronol. part. 1. & alij cum Fino *lib.* 5. *c.* 11. & Coſto *in
typo Meſſiæ*, prædictam traditionem adſcribant Filio
viduæ Sareptanæ ex mortuo ad vitam ab Elia reuoca-
to, poſteaque ipſius ſocio, & diſcipulo, qui ſecun-
dum Hieronymum *in præfatione Commentarij ad
Ionam*, fuit ipſe Ionas Propheta. Aliorum tamen ſen-
tentia eſt, nec contemnendæ authoritatis, Eliam Theſ-
bytem, Prophetam magnum, huius propheticæ tra-
ditionis primum authorem extitiſſe. Hi ſunt inter
alios Stratonicus Cumarum Epiſc. *in Collectaneis*,
Franc. Georgius *Harmonia Mundi Can.* 3. *tom.* 7. *c.* 7.
Ludou. Viues *in lib.* 20. *de Ciuitate Dei, cap.* 7. Sixtus
Senenſis *lib.* 2. *Biblioth. in Helia, & lib.* 5. *annot.* 190.
& alij. Valeat ergo iſtorum aſſertio, non vt certa, &
indubitatæ fidei (ſed vt probabilis dumtaxat.) Eo
præſertim, quod inter Thalmudica dogmata reperitur
deſcripta, inter quæ nugas, & mendacia multa con-
ſpici Catholicis pro comperto eſt. Illud tamen anno- 122
tare licebit, in ora quoque magnorum Eccleſiæ Pa-
trum traditionem hanc de ſex millenaria duratione
mundi irrepſiſſe, hi ſunt Iuſtin. Martyr *in quæſt. ad
Gentiles, quæſt.* 71. Irenæus *libr.* 5. *aduerſus Hæreſes,
cap.* 28. Andreas Cæſarienſ. *in Apoc.* Lactantius Firm.
lib. 7. *c.* 14. D. Hieronym. *in expoſitione pſalm.* 89. *ad
Cyprianum*, clariſſimè, elucidans namque illud Dauidis;
*Quoniam mille anni ante oculos tuos ſicut dies heſterna,
quæ præterit*, hæc ſcribit: *Ego arbitror ex hoc loco, &
ex Epiſtola, quæ nomine Petri inſcribitur, mille annos
pro vna die ſolitos appellari, vt ſcilicet quia mundus
in ſex diebus fabricatus eſt, ſex millibus tantum anno-
rum credatur ſubſiſtere, & poſtea venire ſeptenarium
numerum, & octonarium, in quo verus exercetur Sab-
batiſmus, & Circumciſionis puritas redditur.* Nec de- 123
ſunt rationes, aut coniecturæ probabili apparentiâ
non penitus deſtitutæ, quibus ſex millenaria hæc mun-
di duratio ſuaderi videatur. Prodit eas magni nominis
Rabbinus Iſaac. *Gen.* 1. in hanc fermè ſententiam. *Pri-
ma, quia primus verſus Geneſis, qui continet ſummam
operis Domini, & fabrica mundi, Hebraicè conſcri-
ptus, ſexies litteram Aleph exprimit Aleph autem in
notis numerorum mille ſignificat. Deindè ſicut Deus
ſex diebus fabricauit, & abſoluit mundum, & ſeptimo*

requieuit

requieuit ac Sabbatum conſecrauit, ita cum mille anni apud Deum ſint vna dies, par eſt, vt labor generationis humanæ, & mundi opificij in ſex millibus annorum conſummetur, & ſeptimo millenario conquieſcat. Hic accedit quod ſenarius laboris, & ſeptenarius requiei, tam in diebus, quam in annis diuina lege corroboratur; nam ſex dies hebdomadæ ad opera exercenda lege conceduntur, ſeptimus verò requiei dedicatur: ſex annis pro agris colendis indultis, ſeptimo tam agro, quam cultori requies inducitur. Non mirum igitur, ſi poſtquam per ſex millia annorum variis ærumnis, ac diuerſis magniſque agitationibus concuſſum laborauerit genus humanum, atque adeo ipſa Chriſti Eccleſia ſub gladio Satanæ vehementer ingemuerit, tandem in ſeptimo millenario ſub felici illo venturi ſeculi ſtatu ſabbatizet. Denique ſex primi parentes humani generis Satores, nempe Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Iared mortui ſunt, ſeptimus vero Enoc viuit ad hunc vſque diem in quempiam locum tranſlatus; ſic etiam poſt ſex millenarios annorum quibus labor, & mors in mundo viguerit, ſeptimus millenarius erit initium quietæ, immortalis, atque

124 *beatæ vitæ.* Hæc ideo à nobis adducta ſunt, non vt credamus mundi conſummationem alicui vnquam ſine Dei reuelatione innotuiſſe, cùm *de die illo vel hora nemo ſciat, neque Angeli in Cælo*, ſed ne leuibus, aut arundineis nixa fundamentis appareat ſententia tenens Eliam Sanctum Dei Prophetam authorem eſſe traditionis de ſex millenaria Mundi duratione. Ex ea verò id ſolùm ad noſtrum intentum deducimus, prædictum S. Eliam, & noſtrarum rerum curam, memoriamque retinere, nec omninò à mundi conſortio extorrem, aut exulem putandum, ac perinde (quod conſectarium erit) noſtris precibus iure ipſius fauorem interpellari poſſe.

125 Propius ad thema propoſitum accedere volentes, quæ ex fideli traditione pij, & Religioſi viri accepimus, hic placuit inſerere. Ex eis enim liquidò innoteſcere quibit, qualiter Elias Sanctus, huius mundi, ſibique deuotorum præcipuè, curam ſollicitè gerat, vt meritò proinde ab Eccleſia poſſit eius patrocinium apud Deum precibus, & officio Canonico poſtulari. Ergo vt ex prædicti Religioſi, qui apud Perſas diu commoratus eſt, relatu, teſtimonioque ſubſcripto, & ſigillato à R. P. Sacerdote Arabum, vel Chaldæorum apud Perſidem quoque commorantium, ſub datis die 17. Martij 1608. hic Romæ commorantes perſpeximus, celebris eſt, & peruulgata opinio apud Gentes illas, S. Eliam illis ſæpè apparuiſſe, ſub eiuſque tutela quendam locum ibi exiſtentem eſſe, multis indiciis crebrò ſubmonſtraſſe. Eſt autem apud illam Perſidis Regionem ciuitas quædam nobilis, vulgò *Aſpahano* nominata, Regis, & Principum magnifica ſedes. Extra quam verſus meridianam partem à tergo hortorum Regis, *Chiarbach* vulgò, parua quædam habitatio, ſeu domus (*ſerraglio* apud illos) ſub dominio Emir Raffiadir Mehomed Califfæ eſt, quam Rex pro retinendis quibuſdam Caldæorum familiis in bello Turcico captis conceſſerat. Ad cuius ianuam, & manum læuam à parte interiori, eſt locus quidam aptus ad ſedendum, vbi, illis hominibus teſtimonium ferentibus, ſæpius variis ſub formis S. Elias apparuit. Primò enim vnus ex maioribus, *Anna* nomine, in quiete vidit S. Eliam cum duobus aliis verſus portam illius habitationis venientem, treſque papiliones, cortinas, ſeu vela coloris viridis inde quaſi remouentem, ipſique præceptum, locum luminibus, & incenſo in poſterum venerari. Quidam alius *Abdal Aet* relato ſomnio illudens, nocte ſequenti ab Elia Sancto ſtrangulari ſe vidit: veniam popoſcit, ſubitoque liber extitit. *Nuri* quidam ab alio ſaxo percuſſus, & auriculæ vulnere infirmatus, morbo inualeſcente, voluit in loco Eliæ dicato vel paululum requieſcere, vt ab infirmitate liber eſſet: illum ergo veſte viridi indutum, & tribus vicibus pedem ſupra læſam auriculam ponentem in modum crucis vidit, & ſanus factus eſt continuò. Fœmina etiam quædam nomine *Can Betk* Sanctum vidit Prophetam venientem cum alio quodam, veſtibus albis indutos, lanceas manibus geſtantes, & equos ſuper quos aſcenderant, ipſi tradentes: ingreſſoſque prædictum locum diſparuiſſe. Quædam alia *Sanaiz* nomine teſtata eſt ſe vidiſſe Eliam ſupra pellem quandam ſedentem, legentique Euangelium duos alios aſtitiſſe manus ſupra pectus cancellatas in ſignum obedientiæ tenentes, Eliamque protuliſſe: *Ego ſum Elias ille, adhuc viuens: curate ne huic loco incenſa, aut lumen deſint.* Quidam nomine *Iuſuf*, cum alio litigans, pro arbitro iuſiurandum in loco Eliæ dicato elegere: vbi cum *Iuſuf* falsò iuraſſet, os ſibi verſus collum, & poſteriorem capitis tortum pro ſupplicio recepit, donec poſt ſex menſes humiliter in eodem loco ſanctum deprecatus ad priſtinam ſanitatem reſtituitur. Mulier etiam quædam Suriana *Anna* nomine, inter Chriſtianos illos ſolita cognatos inuiſere, dum per portam domus exiret, Sanctum Eliam habitu, & barba albicantibus obuium habuit, interrogatuſque quis eſſet, reſpondit: *Ego ſum Elias, meus locus eſt iſte.* Cum quidam iuuenis Armenus, loci Sancto ſacri inſcius, rem ibi indecoram facere aggreſſus eſſet, ab Elia ſub ſpecie iuuenis robuſti reprehenſus, per vnum menſem infirmatus, & ferè moribundus, cum facti pœnituiſſet, ſanus effectus fuit. *Abdalla* quoque quidam cum alio altercatus, domumque ſuam mœſtus reuerſus, cum dormitum iret, vidit S. Eliam barbam prælongam, & albam habentem, candidaque veſte indutum: cui duo alij ſocij aſſiſtebant, imberbis vnus, alter nigra barba, veſteque albicante ornatus, cereiſque accenſis in manu. Illum Elias conſolatus, quòd poſt *Annam* locum ſibi ſacrum venerari cœpetit, vindictam de inimico promiſit: quod poſt decem dies euenit. Demum illorum Chriſtianorum Pater, ſeu Parochus, nomine *Caſſis Petrus*, qui horum miraculorum examen (cum P. Ioanne Carmelitano ex Diſcalceatis, qui Sedis Apoſtolicæ benedictione in illis Perſiæ partibus ad Chriſti Euangelium prædicandum aſſiſtunt) faciebat, eum locum S. Eliæ ſacrum inuiſeret quadam die, ad auroram de illo exeuntem, habitu Carmelitano indutum, & verſus Ciuitatem iter facientem recognouit. Hæc verò cum aliis, quæ ex prædictorum Patrum Diſcalceatorum relatu accepimus, non incongruè, S. Eliam huius mundi rerum curam gerere, ipſiuſque auxilium poſtulantibus præſto aſſiſtere, ſuadere videntur, rectéque ab Eccleſia vniuerſali inuocari poſſe, & per officium Canonicum eius interceſſionem exorari, confirmant.

Accedit quod in hymno quodam, ſeu ſequentia de S. Patritio Hyberno, ex vetuſto Miſſali manuſcripto deprompta, quam in florilegio Sanctorum Hyberniæ Thom. Meſinghamus tranſcripſit, ſic dicatur. 126

Opprimens per triduum
Satan hunc vexauit
Sed Elias artuum.
Robur reparauit.

Quorum verborum hic eſt ſenſus, quod cum ſemel S. Patritius Satanæ vexatione in membris ſuis torqueretur, Eliam Prophetam inuocans, ad eum veniens ab inimici preſſura liberauit, artuum, ſenſuum, & membrorum robur reſtituendo. Habetur hoc *in vita eiuſdem S. Patritij cap.* 19. prout à prædicto Meſinghamo ſcribitur. Ex quo intentum de fauore Eliam inuocantibus ab ipſo præſtito clarè innoteſcit.

127 Audiatur circa hos os aureum Eccleſiæ (Chryſoſtomum

mum dico) cuius hæc ſunt notanda verba *in ſermone quedam de S. Elia*, quibus quantum apud Deum ipſius interceſſio ponderis ſit, liquidò innoteſcet *Stabat* (inquit) *Elias medius inter Deum, & populum; ſtabat inquam inter ſacrilegos Sanctus, inter peccatores iuſtus, inter prophanos deuotus: Aduocationem populis cunctis præſtaturus, obiurgat populum, exorat Deum, iram Domini auertit, & errantem populum à Dei cultura ad Dei latriam reuocauit. Coniungit Dominum populo, & Deo populum. Fit per Eliam vna concordia inter Deum, & hominem, inter populum, & genitorem. Et vt vniuerſi dicerent: Verè Dominus Deus ipſe eſt Deus, Clauis cæli fit ſermo Eliæ Sanctiſſimi. Iubet enim, & clauditur: orat poſtmodum, & aperitur. Claudit, inquam, cælum, & aperit, ligat, & ſoluit, reſerat quod concluſit, vt ſanctorum meritum monſtraretur, non ſolum in terris poſſe quod volunt, ſed & in cæleſtibus poſſe impetrare quodcunque petierit.* Expendantur illa, *Aduocationem populis cunctis præſtaturus.* Et *Clauis cæli fit ſermo Eliæ*, quibus nihil aptius vel deſiderari poteſt. Ex ſermone quoque alio eiuſdem Chryſoſtomi adeò eximia extrahi poſſent, vt ſcipſum in Eliacis laudibus energia verborum, efficaciaque Eliæ interceſſionis memoranda ſuperare credatur. En pauca: *Viuit Dominus, inquit, & non erunt per annos illos ros, & pluuia. Deinde cum Deus ei reſponderet: Quid ergo ſi pœnitentes illi mihi blandiemur, ſi lacrymas efferentes ſpectem, ſi à delictis reſipiſcentes videam, ſtatimne debeo dare pluuiam? Minimè, inquit, viuit Dominus, niſi per os meum. Non viuit Dominus, illi Idolis ſe addixerunt; ego per deitatem tuam iuro. Oſtende mihi, quod iuramentum hoc & contra te valeat, vt & per hoc Idolorum infirmitas declaretur. Non viuit Dominus, non erit tribus annis ros, & pluuia, niſi per ſermones oris mei. Non quando tibi videbitur pœna finem facias. Tibi enim pro clementia tua ſemper videtur miſericorditer agendum. Sed tunc quando ego pro eis orauero, & indicauero, quod dignam animæ ſuæ curam gerant, probeque reſipiſcant. Igitur propheticam ſententiam veneritus eſt Deus, & honorem iuramento illi dedit.* O verè ſingulariter miranda verba! quibus ſimilia in laudem alicuius apud nullum ex Patribus reperiri queant. *Propheticam ſententiam* (ſcilicet Eliæ) *veneritus eſt Deus, & honorem iuramento illi dedit.* Et rurſum. *Non quando tibi videbitur pœnæ finem facias* (inquit Elias) *ſed quando ego pro eis orauero, & indicauero.* Quibus, ni fallimur, ſumma ferè efficacitas orationis, & interceſſionis Eliæ clarè demonſtratur, ſimulque quanto iure à fideli populo inuocari poſſit, ac debeat, & quod exindè ſequitur, Eccleſiaſtico officio decorari non leuiter ſuadetur.

128 Rem concludis, quod Catholicè loquendo Sanctus Dei propheta Elias à Deo Canonizatus cenſeri debet: ac proinde, quod nullus remaneat ſcrupolus quominus à fidelibus inuocari poſſit, & ab Eccleſia officio Canonico celebrari. Canonizatum porrò Eliam eſſe, ſic habemus ex Bellarmino *tom. 2. lib. 1. de Sanctor. beatitud. c. 7. §. His ergo*, vbi ſic: *Vtile eſſe Sanctos Canonizari, his argumentis demonſtrari poteſt. Primò, quia Deus ipſe voluit à Sanctis ſcriptoribus annotari in particulari glorioſam vitam & mortem eorum, qui tempore ipſorum floruerunt, vt patet de Eccleſiaſtico qui cap. 44. & ſequentibus Canonizauit plurimos Sanctos, vt Henoch, Noe, Abraham, Iſaac, Iacob, Moyſem, Aaronem, Phinees, Ioſue, Chaleb, Samuelem, Danidem, Heliam, & Heliſeum*, &c. Ergo ex mente Bellarmini Elias Canonizatus eſt ab Eccleſiaſtico *cap. 44. & ſequentibus*, vbi illum, & prædictos nomerando præmiſit eorum laudes, dicens: *Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua, &c.* quod etiam tenet Contelorius *de Canonizat. Sanctor. c. 3.* & Gaſpar Sanch *in d. cap. 44. Eccleſiaſtici, verſ. 1. 5. Triplex hæc gloria*, loquens de cōmendatione hac Sanctorum veteris teſtamenti relata ab Eccleſiaſtico, & inquiens: *Hæc fuit prima martyrum, ſanctorumque Canonizatio, quam deindè ſecuta eſt particularis illa, & ſolemnis, quæ de more fit à Pontificibus.* Prudenter etiam Iacobus Granados *in 2. 2. contro. 1. de fide, tract. 7. diſp. 3. ſect. 2. n. 10.* de Enoch, & Elia loquit. *Si attendatur quod de illis S. Scriptura teſtatur, & quod habet perpetua Eccleſiæ traditio, conſtat eos gratos eſſe Deo, & in loco ſpeciali nunc degere vitam ſanctiſſimam, à qua nunquam excident, licet in fine mundi redituri ſint ad conuerſationem humanam, & nouo triumpho nouam coronam reportaturi, quod ſatis ſuperque eſt, vt Dei teſtimonio canonizati cenſeri debeant.* Pro quo refert ſe ad Azorium *tom. 2. lib. 5. cap. 1. q. 4.* & ad ſeipſum *3. part. in contro. de nouiſſimis ferè in initio*, Fauet etiam Lucas Caſtel.[s] *de dilatione Canonizationis, p. 16.* ſequens Iacobum Caſtellanum, & Ianſenium.

Immò poteſt Elias Sanctus ab Eccleſia Cannonizari canonizatione illa ſolemniſſima, qua alios Sanctos Canonizare ſolet. Ita enim de ipſo, & aliis ſanctis veteris teſtamenti, etſi luſtrali lauacro regenerati non ſint, tenet Panuimos *in Relatione S. Bonauenturæ*, quem refert Caſtellan. *de Canonizat. q. 4. §. quæro*, & ſequitur Contelor. *ſupra c. 11. n. 11.* Eo quod in Cantico Ambroſij & Auguſtini nominentur, ibi: *Te Prophetarum laudabilis numerus*, Et in Litaniis inuocentur, ibi: *Omnes Sancti Patriarchæ, & Prophetæ orate pro nobis* Et quia ab Eccleſiaſtico 44. illis verbis: *Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua*, &c. canonizantur, vt dictum eſt. 129

Nec obuiat huic Canonizationi faciendæ, ſicut nec cultui, aut officio Canonico illi ab Eccleſia conceſſo, quod adhuc in vita ſuperſtes ſit. Nam tranſlatio illius in Paradiſum, ſeparatio à communi conſortio hominum, vitæque incorruptio, eum facit quaſi ciuiliter, moraliter & politicè mortuum, ſeu defunctum, vt optimè Abulenſis *4. Reg. 2. q. 24.* de ipſo, & Enoch dixerit: *Elias & Enoch aſſumpti ſunt ad ſtatum tam perfectum, & iam potius ſunt cæleſtes quàm humani viri.* Et Iacobus Salian. *4. tom Annal. circa annum mundi 3139.* ita de ipſo Elia: *Abiit ab hominibus, & quamuis ſine morte, perinde tamen fuit tam ſuis, quam alienis, ac ſi iam vitam ſicut ceteri, cum morte commutaſſet.* Sequitur Bonacina *de Incarnat. diſput. 3. quæſt. 1. punct. 1. §. ſecundo*, dicens de Elia, & Enoch: *Non ſunt propriè viatores, & quodammodo ſunt extra viam.* Rectè etiam Iacobus Granados *ſupra diſp. 3. ſect. 1.* reiicit definitionem Cannnizationis traditam à Bellarmino, videlicet: *Canonizatio eſt publicum Eccleſiæ teſtimonium de vera Sanctitate, & gloria alicuius hominis iam defuncti, &c.* inquiens: *In hac definitione illud non omninò placet, quod minus generalis ſit; complectitur enim ſolos Canonizatos ab Eccleſia, cum tamen alij ſint ipſius Scripturæ, aut traditionis authoritate Canonizati: & præterea nullum adhuc viuentem comprehendit, cum tamen Enoch, & Elias, qui adhuc viuunt, ſint abſolutè Sancti, & de hoc ſecundo recitetur, in illiuſque honorem offeratur ſacrificium à religioſis Ordinis Carmelitarum, & licet S. Ioannes Euangeliſta nondum mortuus fuiſſet, vt aliqui, licet falsò, putauerunt, cenſeri deberet Canonizatus.* Quibus etiam fauent pluſima Patrum, & Doctorum teſtimonia de ipſo Elia, quorum aliqua ſunt iam relata, alia verò in Patribus, & Doctoribus, aliiſque Sacræ paginæ Expoſitoribus obuia ſunt; ipſorum autem quædā in *tom. 1.* noſtrorū Annal. habet Lector. 130

Tituli porrò, motiua, ſeu rationes, quibus Eccleſia Sancta permota Canonizationis ſolemniſſimæ, & vſualis gratiam Eliæ concedere potuit; ſicut etiam cultum, & officium Canonicum iampridem, vt ſæpius oſtenſum eſt, conceſſit, ferè innumera ſunt: itavt Ouidianum illud *Metam. 15. Meritis expendite cauſam*, dicere poſſimus. Præſertim cùm 131

Eccleſiaſticus

Digitized by Google

Eccleſiaſticus 48. *cap.* de ipſo dicat: *Quis poteſt ſimiliter ſic gloriari tibi?* Et alibi: *Amplificatus eſt Elias in mirabilibus ſuis.* Fuit etenim expreſſiſſima Chriſti figura; Sacerdos, & Propheta; Virgo, & Virginitatis in veteri lege primus Archimandrita; zelantiſſimus diuinæ legis prædicator, inſigniumque miraculorum patrator. In fine quoque mundi Chriſti præcurſor futurus eſt, & Martyr: immò, iuxta plures, Apoſtoli quoque munere dignus. Hæc, & alia paſſim in Patribus reperiet Lector, & aliqua in noſtris Annalibus loco relato.

132 Quibus rectè, & diligenter recognitis, & expenſis, à Sacra Congregatione ſancitum eſt, vt præfatum officium S. Eliæ à noſtris quotannis, more ſolito, celebraretur, impoſito velut perpetuo ſilentio piis zelatoribus, qui in illud impegerant. *Trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* Nec ſine ſpecialiſſimæ Dei prouidentiæ ſigno, vt dicebatur. Quod iuſtis de cauſis ſilentio inuoluimus. In tantæ ergo victoriæ trophæum hymnum eiuſdem S. Eliæ ex Sclauonico idiomate in Latinum tranſlatum, qui vel ob ſingularem raritatem Lectori placebit, hic appoſuimus.

HYMNVS
DE S. ELIA PROPHETA,

Ex Sclauonico in Latinum Tranſlatus.

Cuilibet Strophæ accinitur verſiculus:

Propheta Domini ora Deum pro nobis.

133 Videre cupientes Heliæ miracula, ignitam virtutem, in fortitudine Tiſbitis ſpecie ignis apparentis, linguæ merito conuenimus.

O Deifer, aperi os ignorantis linguæ, humilitatem quoque, & paupertatem vocis, virtute illius, qui in te eſt, Spiritus, perfice ad cantanda miracula tua.

O Sanctiſſime, vox fuiſti Verbi. Propterea voces noſtras ad te directas ſuſcipe Propheta Elia, liberans nos à malis interceſſione tua.

O Propheta, vt electus ciborum Miniſter, ipſe à coruis ſuſtentatus, omnes cibas procurrentes ad te.

Gratias agimus Benefactori, & Diſpenſatori, qui Viduam, & Prophetam cibauit indicibili prouiſione.

Ille, qui concluſit plenas imbribus nubes ne pluerent, deficiente cibo Sareptæ, reliquias ciborum indeſinenter manare fecit.

Sapientiſſime Propheta, malitiam ad radicem excidiſti, bona opera verò plantaſti, propterea Te benedicimus.

Reprehendit te verbis fœmina, & exprobrauit mortem, Pueri Reſurrectionem credens.

Figurans Gloriam Trinitatis expreſſè, terna inſpiratione Matri filium viuum donauit.

O Helia, lex Patrum te laudat, vt Deprecatorem, conuertentem naturas rerum, & Sacrum ſacrificium aquis comburentem.

Confudiſti excellenter, vt ſeruus veritatis, Prophetas abominabiles, Sanctiſſime Helia, expreſſè deſignans Trinitatis virtutem.

Verbo gratiæ ſanctificans, occidiſti Sacerdotes improbos, Innocentibus manibus, Sicut igne Zelo conſumptus.

O Helia, Deifer miraculoſiſſime, fuiſti columna Pietatis, & Caſtimoniæ, Plantator Caſtitatis, ſimilis Archangelis.

O miraculoſe Helia, ita commotus es in Propheticidam fœminam, qui potuiſti ligare, & ſoluere.

Aſcendiſti, genua incuruaſti (intellectus altiſſimus oculus) prece excellenti ſoluens Cœlos, & glebas terræ inebriaſti tempeſtate.

Glorioſè induiſti tibi præparatam Diuinam virtutem, ieiunio quadraginta dierum; reliquiſti falſam viam. Atque ita in monte Horeb cecinisti: *Benedictus Deus Patrum noſtrorum.*

Sibilum auræ tenuis oſtendit tibi Dominus, dum zelas pro omnipotente: neque Te terret Spiritus vehemens, neque terræ motus, neque ignis. Propterea mitiſſimo Ieſu accinuiſti: *Benedictus Deus Patrum noſtrorum.*

Dignus factus es viſionis Diuinæ, & Prophetiæ, vt magnus Moyſes, Prophetas, & Reges vngens Spiritu, & gloriam Chriſti in monte Tabor videns clamaſti: *Benedictus Deus Patrum noſtrorum.*

Excellentem probauit Achab Heliæ gloriam, de homicidio Prophetæ reprehenſionem, turpis homicidij abominabilem inuentionem. Thesbites verò ignito intellectu creatorem laudabat.

Ignis Te Cœleſtis glorificauit Helia, comburens quinquagenarios, vt Dei electum ſeruum.

Secretarium Te fecit Chriſtus, vt Plantatorem Caſtitatis, Virginitatis diuina propago. Diuinæ Incarnationis, & Diuinitatis lux incomprehenſibilis, in ſua Carne, in monte Tabor, ſeipſum tibi reuelauit.

Innocentes vias cum hominibus in terra abſoluens, virtute Pallij flumina Iordanis tranſit Thesbites: per aërem viam in cœlum reperit.

Pietatis zelo correptus Thesbites, ſupra igneom currum aſſumitur, pallium verò relinquens, & Eliſeum cooperiens, dat illi gratiam Diuinam.

Miraculum, Thesbytes Deum videns, cum Moyſe videt, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor terrigenarum aſcendit, Incarnatum Deum omnipotentem in monte Thabor.

CONSVLTVM IV.

De Epiſcopo intromittente ſe in gubernio cuiuſdam Monaſterij Monialium Mendicantium, & acceptante obedientiam ipſarum.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, ſeu factum.*
2 *Monaſterium de Scotiis ſub Generalis poteſtate inſtitutum.*
3 *Bona Mendicantium ſubijciuntur Papæ immediatè.*
4 *Contra ius Papæ eſt ſubijcere dictum Monaſterium Epiſcopo.*
5 *S. Rota pulchra deciſio.*
6 *Bona Mendicantium ſunt in ius, & proprietatem Sancti Petri.*
7 *Non potuerunt Moniales ſubijcere ſe Epiſcopo.*
8 *S. Rota deciſio.*
9 *Oblata efficiuntur Eccleſia cui offeruntur.*
10 *Quid ſi Epiſcopus eſſet Legatus Sedis Apoſtolicæ, & n. 11.*
12 *Monaſterium illud ſemper fuit ſub Generali, & n. 13. & 14.*
15 *Priuilegium Sixti IV.*
16 *Conceſſum dicitur, quod non prohibetur.*

Exceptio

17 *Exceptio firmat regulam.*
18 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*
19 *Latè patet hoc axioma.*
20 *Authoritas ordinarij valdè priuilegiata.*
21 *Exemptio ab Ordinario odioſa.*
22 *Bulla Sixtina.*
23 *Praxis Religionis.*
24 *Decretum Vrbani VIII. & S.Congregationis.*
25 *Breue eiuſdem Vrbani.*
26 *S.Congregationis declaratio.*
27 *Sixtina declaratio.*
28 *Protectio quid denotet.*
29 *Plenam iuriſdictionem.*
30 *Ordinario ſolet demandari cauſa ſui ſubditi.*
31 *Tunc excitatur iuriſdictio ipſius.*
32 *Exponitur Sixtina.*
33 *D.Epiſcopus eſt conſeruator.*
34 *Conſeruatoris iuriſdictio eſt delegata.*
35 *An ſit Iudex Apoſtolicus.*
36 *An ſit reuocata per Gregorium XV.*
37 *Non eſt ſublata iuriſdictio Generalis.*
38 *Non cenſetur Papa derogare Ordinario niſi, &c.*
39 *Moniales non ſe potuerunt ſubijcere Epiſcopo.*
40 *Etiamſi eſſet ſimplex Legatus.*
41 *Et illi mandata iuriſdictio ſolùm ſub conditione.*
42 *Clauſula* aliis neceſſariis, *quid importet.*
43 *Clauſula enerales reſtringuntur ad expreſſa.*
44 *Non ad non veriſimilia.*
45 *Dictio* alius *eſt repetitina ſimilium.*
46 *An D.Epiſcopus tranſgreſſus fuerit Bullas.*
47 *De electione Prioriſſa*, & n.49.& 50.
48 *De admiſſione Monialium ad profeſſionem*,& n.51. *ac ſequentibus.*
55 *De ingreſſu in dictum Monaſterium, & n.ſeqq.*
63 *Quid de Confeſſariis deſignatis pro dictis Monialibus , & num. ſequentibus.*
67 *Authoritas D. Epiſcopi ſolùm ſubſidiaria.*
68 *De facultate conceſſa cum qualitate.*
69 *Debebat requiri à Monialibus per modum collegij.*
70 *Decretum Concilij Tridentini.*
71 *Authoris proteſtatio.*

IESVS MARIA.

Caſus , ſeu factum.

1 MONASTERIVM Monialium de Seotiis nuncupatum, in partibus Galliarum à prima ſui fundatione fuit ſub obedientia Generalis Ordinis N. cuius Ordinis ſunt dictæ Moniales. Volentes autem aliquæ ipſarum à Generalis obedientia ſe eximere , D. Epiſcopi N. ſe ſubjecere , & ipſe aliquos actus iuriſdictionis in dictum Monaſterium exercuit , vt propterea res ad S.Congregationem Epiſcoporum, & Regularium venerit , pluresque declarationes circa eam emanauerint. Quæritur de iure dicti D. Epiſcopi , & Monialium.

Reſponſio.

2 Subſiſtit immobiliter , parte etiam aduerſa id , licet Inuita , fatente , monaſterium de Seotiis in Galliis nominatum ſub Generalis poteſtate inſtitutum fuiſſe. Ex quo proinde ſequitur , nec moniales dicti monaſterij ſubmittere ſe potuiſſe iuriſdictioni D.Epiſcupi N.Ordinarij illius diœceſis , nec ipſum D.Epiſcopum potuiſſe acceptare huiuſmodi ſubmiſſionem. Certò enim iure quoad bona &, loca , monaſteria, ac perſonæ ordinum mendicantium immediatè ſubjiciuntur Papæ , prout conſtat ea Marimagno Eremitarum S.Auguſtini §.35.propter priuilegium Bonifacij Papæ confirmatum à Sixto IV. *ibid.* §.42. & ex Marimagno Carmelitarum , propter priuilegia Ioannis XXII. & Clementis VI. *ibid.* §.5. & 6. relata , & approbata à Sixto IV. *ibid.* §.60. Ea hoc enim infertur 3
contra ius Papæ eſſe dictum monaſterium , aut ſanctimoniales ipſius iuriſdictioni Epiſcopi ſe ſubjicere. Sicut eſſet contra ius Epiſcopi , quod Clerici , aut Eccleſia aliqua illi ſubiecta immediatè alteri Epiſcopo ſubjicerentur. *cap. ſignificaſti , de for. compet.* Pro 4
quo maximè iuuat Rotæ deciſio in vna Vliſſipon n. *monaſtery*, coram Coccino, 19. Nouemb.1625. vbi in caſu reounciatioois cuiuſdam monaſterij monialium Ordinis minorum deciditur , & probatur,non ſolùm ipſas moniales non potuiſſe ſe ſubjicere iuriſdictioni Ordinarij , ſed neque Prælatum regularem illius Mo- 5
naſterij potuiſſe illud renunciare , ex eo ſcilicet,quod illæ moniales exemptæ eſſent à iuriſdictione Ordinarij , & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectæ. Confirmatur , quia perſonæ , bona , & loca Mendicantium non ſolùm ſunt immediatè ſubiecta Sedi Apoſtolicæ, 6
ſed etiam ſunt in ius , & proprietatem B. Petri , & Apoſtolicæ Sedis aſſumpta, provt conſtat ea Marimagno Eremitarum S.Auguſtini, §. 31. propter Priuilegium Ioannis XXII. & ex Marimagno Seruitarum §. 6. propter priuilegium Vrbani VI. Ea hoc enim infertur,non potuiſſe dictas moniales ſubjicere ſe Epiſcopo , aut Epiſcopum illas recipere, quia hoc eſt contra ius ipſius Sedis Apoſtolicæ , & S.Petri , cui traditæ ſunt. Ad quod iuuat Sacræ Rotæ deciſio in vna Salisburgenſi *exemptionis Prepoſitura* , coram 7
Seraph. anno 1593. vbi ex eo quod aliquod monaſterium fundatum ſit ſub tuitione Sedis Apoſtolie,æin- 8
fertur acquiſitum fuiſſe Eccleſiæ Romanæ , cui oblatum fuit ad text. *in cap. dilectiſſimis* , §. *omnes verat*, & c. *Videntes*,1. 2. *queſt.* 1. ac proinde eſſe effectum iuris B.Petri , & Eccleſiæ Romanæ per hanc oblationem , ita quod ad aliam Eccleſiam ſpectare non poteſt. Oblata enim efficiuntur eius Eccleſiæ cui offe- 9
runtur , *cap.2. de ſtat. Monach. cap. cum inter vos , de verb.ſign.* Fauet valdè *cap.cum tempore , de arbitr.in fin.& c de in integr. reſtit.& c.cùm olim, de priuilegiis*, Gloſſa , Butrius , Panormitanus , Felinus , Ioannes Andreas , Iaſon , Mandoſius, Tuſchus , Rodrig. Cochierus , & Tambutinus , quos retuli *tom.* 5. *mea Summa*, in Marimagno Carmelitarum, *n*.264. Et nouiſſimè Franciſcus Ceſpedes *in tract.de exempt. Regul. c*.23. ex Portello.

Quod etiam verum eſſet adhuc pro caſu quo D. 10
Epiſcopus ſimplex Legatus Sedi Apoſtolicæ eſſet. Propter eadem fundamenta , & exemptionem , quam ab huiuſmodi Legatis habent in ſuis priuilegiis Mendicantes , Carmelitæ præſertim , vt patet ex Marimagno Prædicatorum §.17. Minorum §.15.16.& 17. Carmelitarum noſtrorum §.35.46. & 88. Seruitarum §.60. & Minimorum §.10. Quod etiam ex *c.Si Abbatem, de elect. in* 6. & *c.* 1. *de verbor, ſignificat, in* 6. firmat Sanch. *tom.2.conſil.moral.lib.3.c.9. dub.1.n.19.* poſt Silueſtrum , Angelum , Tabienam , Roſellam, 11
Antoninum , Imolam , Panormitanum , Hoſtienſem, Franciſcum , & alios , quos refert. Iungo Rodriguez *tom.2. qq.Regul. queſt.63.art* 4. vbi affert priuilegium Sixti IV. pro Carmelitis , quod *nullus Ordinarius, ſeu legatus quavis authoritate vtens,quamcunque ſuperioritatem ſuper prædictos fratres ſibi vendicare præſumat* (quæ etiam affert nouiſſimè Pellizzar.*tom.2. tract* 8. *cap.6.ſect.1, num.2.*) & *art.5.* vbi refert priuilegium Eugenij IV. pro Monialibus Minoriſſis , quo per communicationem fruuntur Carmelitanæ , & quo eximuntur *ab omni iuriſdictione , ac dominio , & poteſtate quorumcunque Legatorum,& Prælatorum Eccleſiaſticorum.*

Quod autem , prout ſupponitur, dictum Monaſte- 12
rium

Digitized by Google

tium ſic, ſemperque ſub obedientia, gubernio, & iuriſdictione Generalis Ordinis Carmelitarum fuerit, omnino compertum eſt, nec vnquam ſub lite. Conſtat enim ex litteris Sixti IV. datis Romæ apud S. Petrum ann. 1485. Franciſcam Britanniæ quondam Duciſſam, & tunc temporis Prioriſſam dicti Monaſterij, aliaſque Sorores expoſuiſſe Papæ, qualiter dicta Franciſca Monaſterium fundaſſet propè Ciuitatem Venetenſem *ſub dicti Ordinis B. Mariæ de Mon-* 13 *te Carmelo obſeruantia*; dictio namque *ſub*, poteſtatem, & iuriſdictionem indicat, vt colligitur ex *l. Pronunciatio, §. 1. ff. de verbor. ſignif.* & ex vſu communi Latinorum. Subiungitur etiam in dictis litteris expreſſius eandem Franciſcam *profeſſionem per Sorores eiuſdem Ordinis emitti ſolitam emiſiſſe.* Quod & denotat 14 intentum; nam profeſſio fratrum, & ſororum Carmelitarum eſt ſub expreſſa obedientia Generalis, illis verbis: *Deo, & B. M. Virgini de Monte Carmelo, & Reuerend. P. N. Priori Generali; &c.* Clarius inferiùs: Cum enim dixiſſet dictum Monaſterium authoritate Apoſtolica tráſlatum fuiſſe ad locum de *Scotiis* nominatum, vbi modò eſt, ſubiunxit: *Et præfata Franciſca, quia iam ad ſenium vergit, quando dictum Ordinem intrauit, per Priorem Generalem, & Religioſos dicti Ordinis de vera obſeruantia, &c. reformari, & viſitari intendebat.* Reformatio enim, & viſitatio facienda à Generali procul dubio veram ipſius poteſtatem, & iuriſdictionem in tale Monaſterium demonſtrat. Adhuc preſſiùs, & clariùs inferiùs: cum enim propter dubium, quod habebant dicta Franciſca, & aliæ ſorores, quod præfatum Monaſterium per Prouincialem, & fratres Conuentuales viſitari, & reformari deberet, à Papa poſtulaſſet, *Vt eas, & earum quamlibet, nec non domum de Scotiis huiuſmodi, & quaſcumque perſo-* 15 *nas tam intra, quam extra dictam domum nunc, & pro tempore exiſtentes ſub generalis Prioris dicti Ordinis protectione perpetuò ponere, & deputare, & ipſas, ac earum quamlibet, necnon perſonas prædictas ab omni iuriſdictione, & ſuperioritate Prouincialium, Priorum, & quorumcunque aliorum inferiorum dicti Ordinis pro tempore exiſtētium perpetuò eximere, & liberare dignaretur*: Pontifex hoc totum illis conceſſit eiſdem verbis, quibus ab ipſo poſtulatum fuit. Ex hoc enim, niſi excecimus, manifeſtè colligitur, dictum Monaſterium, & perſonas illius relictas eſſe ſub obedientia, iuriſdictione, & gubernio Generalis, excluſis ſolum Prouincialibus, & aliis inferioribus dicti Ordinis. Quod euidenter demonſtratur. Primò, quia conceſſum 16 dicitur quidquid expreſsè non prohibetur, *l. necnon, §. quod eius, ff. ex quibus cauſis maiores.* Campanile *in diuerſor. iur. Canonic. rubric. 7. c. 5. n. 1.* Cum ergo hic non prohibeatur expreſsè Generali authoritas, & iuriſdictio, quam aliàs habebat, cenſetur ea conceſſa. Secundò, quia exceptio firmat regulam in contrarium, *l. quæſitum, § denique ff. de fundo inſtruct.* Gloſſa 17 *in rubric. de regul. iur. in 6.* vbi Dynus, Bartolus *in l. 1. in fin.* vbi Dec. *num. 10.* & Cagnolus *num. 31. & 34 ff. eod. tit.* Exceptio ergo Prouincialium, & inferiorum Religioſorum à poteſtate, & iuriſdictione ſuper dictas Moniales firmat eam, quam habet iure communi Generalis. Tertiò ad idem, quia *incluſio vnius eſt ex-* 18 *cluſio alterius, l. Cum Prætor, ff. de iudic. l. cum maritum, C. de Procuratorib. l. Quamuis, C. de pignorib.* Cum ergo in iſta exemptione Monialibus his conceſſa ſolum includantur Prouinciales, & inferiores alij Generali, rectè infertur, Generalem non eſſe comprehenſum, ſed relictum in ſuo iure. Præſertim cum hoc axioma 19 in omni diſpoſitione, priuilegio, & præſcriptione includente certum locum, tempus, rem vel perſonam, locum habeat, vt ex pluribus firmat Barboſa *in Axio-* 20 *matib. iuris, axiomat. 120. n. 2.* Ad quod maximè quartò deſeruit, quod cum authoritas ordinarij Prælati ſit priuilegiatiſſima, cum iure communi, *cap. cum contingat, de foro compet. cap. 1. de offic. ordinar. cap. cum venerabilis, de Religioſis domib.* & aliis iuribus, tum etiam propter innumera priuilegia Mendicantium, nunquam cenſeri debet excluſa, niſi expreſsè id di- 21 catur. Eo etiam quintò, quia cum exemptio à iuriſdictione Ordinarij, qualis eſt Generalis, ſit valdè odioſa, & ſtrictè interpretanda, vt quam fieri poſſit, minus noceat, nunquam eſt admittenda, niſi ſit clara, & manifeſta. *cap. paſtoralis, de priuilegiis.* Francus *in cap. 1. de priuileg. in 6. not. 3.* Cukier *de iuriſdict. exemptor. part. 1. q. 3. n. 7.* cum aliis multis.

Vnde propterea in eadem Sixtina expreſsè declaratur hæc authoritas Generalis ſupra dictum Mona- 22 ſterium, illis verbis. *Cum omnimoda poteſtate, quam præfatus Prior Generalis in eas* (ſcilicet Moniales illius Monaſterij) *habet.* Et illis: *Poſſitque nihilominus Prior Generalis præfatus per ſeipſum, &c. viſitare*, intellige dictum Monaſterium. Et in caſu amotionis fratrum pro ſeruitio dicti Monaſterij, infrà. *Solum per Priorem Generalem, vel Viſitatorem præfatos amoueantur.* Ac inferiùs. *Quodque in euentu, quo præfatus Prior Generalis commodè non valeret, aut non vellet in præmiſſis, vt præmittitur, prouidere.* Propterea etiam à tergo talis diplomatis hæc poteſtas Prioris Generalis, eiuſque iuriſdictio etiam ex vi illios ſic declaratur. *Exemptio monaſterij Monialium de Scotiis Ordinis B. M. de Monte Carmelo Nanneteñſis Diœceſis de Obſeruantia à Iuriſdictione Prouincialium, & omnium inferiorum, & repoſitio ſub protectione, & iuriſdictione ſolius Generalis Prioris, & Magiſtri dicti Ordinis.*

Tollitur autem omnis ſcrupulus, ſi quis poteſt eſſe, 23 non ſolum, quia ab eo tempore, per 170. circiter annos Monaſterium illud ſemper fuit ſub obedientia, regimine, & iuriſdictione Generalium, illud viſitando, prout perſonaliter fecit Generalis Nicolaus Audeth, vel Viſitatorem mittendo, prout fecit Generalis Ioannes Baptiſta Caffardus, qui anno 1587. Petrum Bertault Prouincialem Turoniæ pro Viſitatore deſignauit, vt narrat Auguſtinus Bucartetus in libro, cui titulus *Palmites vineæ Carmeli*, dum de eadem Franciſca loquitur, vbi etiam expreſsè habet, quod a Sixto IV. (vtique propter hoc diploma) conſtitutæ ſunt illæ Moniales *ſub immediata obedientia Prioris Generalis*; ſed etiam, & præcipuè, quia Vrbanus VIII. anno 1639. litteris datis Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, pro die 7. Iun. approbauit, & confirmauit decretum S. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, in quo inter alia dicebatur: *Dictas Moniales cum fratribus illis inſeruientibus iuxta formam dictorum pri-* 24 *uilegiorum immediatè ſubiectas fore & eſſe Patri Generali pro tempore dicti Ordinis.* Priuilegia autem iſta, de quibus Pontifex, & S. Congregatio, ſunt ea, de quibus in hac Bulla Sixti IV. & in aliis Innocentij VIII. Alexandri VI. Iulij II. Leonis X. & Pauli III. de quibus ibi eſt mentio. Additur etiam in eadem Vrbani Bulla: *Decretum prædictum cum omnibus, & ſingulis ad quos ſpectat, &c. non obſtantibus. &c. priuilegiis, indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Monialibus, &c. conceſſis, confirmatis, & innouatis.* Quibus verbis derogaretur Bullæ Sixtinæ, ſi in ipſa exemptæ eſſent dictæ Moniales à iuriſdictione Generalis.

Item in alio Breui eiuſdem Vrbani de ann. 1642. 25 edito, vbi hæc ſunt verba ad eundem Epiſcopum directa: *Cum aliàs debuiſſes temerarios præfatarum monialium rebellium, & inobedientium auſus reprimere & pro eorundem priuilegiorum tuitione, & conſeruatione tuam authoritatem interponere, occaſionem ſumpſiſti vſurpandi eiuſdem monaſterij iuriſdictionem, &c. Memineris te non poſſe in eiuſdē monaſterij gubernio ingerere, & non poſſe ſuperiores præfatos iure ſibi attributo ſpoliari.* Quæ cum 26

clariſſima ſint, expoſitione non egent. Quibus etiam
acceſſit declaratio alia S. Congregationis Epiſcopo-
rum,& Regularium , quæ Eminentiſſ. D.Cardinali de
Spada referente an.1646. die 27. Iulij, dixit Moniales
illas eſſe ſubiectas Generali Ordinis ſui , & ordinetur
tribus Epiſcopis , vt eas protegerent, & defenderent a
moleſtiis per Ordinarium illatis, ſeu inferendis.

27 Nec contra hanc certiſſimam Generalis authorita-
tem obſtat, quod in ea Sixtina dicatur, *Sorores prædi-
ctas , & earum quamlibet , necnon domum , & perſonas
huiuſmodi ſub Generalis Prioris dicti Ordinis prote-
ctione perpetuò ponimus , & deputamus.* Ea enim quæ
adducta ſunt , tum ex ipſa Bulla Sixti , tum ex alia
Vrbani , & decreto S. Congregationis , tum ex vſu,
& praxi Religionis , quâ conſtat Generales ſemper
exercuiſſe authoritatem , & iuriſdictionem in prædi-
ctum monaſterium , manifeſtè conuincunt hanc pro-
tectionem non debere ſumi eo modo , & cum ea re-
ſtrictione , & natura , quâ accipitur in DD.Cardina-
libus Protectoribus Religionum , qui delegatam in
certis tantum caſibus authoritatem habent ſuper Re-
ligioſos ipſarum , de iure ſpeciali , & exorbitanti , vt
conſtat ex eorum Protectoriis , ſeu Bullis , quarum
plures extant in Bullario communi ; ſed accipi de-
bere in latiori acceptione , pro ſpeciali ſcilicet com-
mendatione facta poteſtati , & iuriſdictioni ordi-
nariæ , & quæ de iure ordinario competit ipſi Gene-
rali , & propterea latius interpretanda , vtpote de
iure communi competens. Ad eum ſanè modum
quo ſubditus aliquando dicitur recipi ſub protectione
ſui ſuperioris , non quidem , vt excludat ſubiectio-
nem , ſed vt ſuperior promptiùs, & diligentiùs atten-
dat ad eius defenſionem,quoties ab aliquo iniuſtè gra-
28 uatus fuerit. Ita pulchrè Abbas *in cap. recipimus,
num.5. de priuileg.* Et Ancharanus *ibi, num.4.* notans
propterea, quod licet omnes Eccleſiæ ſubſint Papæ,
tamen Papa quandoque recipit aliquas ſub ſua prote-
ctione ſpeciali , vt magis timeantur , & gaudeant ali-
quo ſpeciali priuilegio , vtque Sedes Apoſtolica
promptius excitetur ad eis ſuccurrendum. Nec talis
protectio eſt inutilis , quia vt Gloſſa *cap. Ex parte,
de priuileg. verbo Subtrahuntur* , inquit : *Solet plus
timeri quod ſpecialiter pollicetur , quàm quod generali-
ter impetratur.* Et ſanè ſi poni præfatum Monaſterium
ſub protectione Generalis,arguit excludi ab eius pote-
ſtate , & iuriſdictione , pari licentia dicere poſſet ali-
quis , quod cùm Papa recipit Religiones (prout de
facto recipit plures) ſub ſua protectione , eſſerit do-
minio , iuriſdictioni , & poteſtati , quas ſuper illas
habet , quo nihil abſurdius.

29 Vnde protectio hoc loco deſignat plenam iuriſdi-
ctionem Generalis in dictum Monaſterium, iuxta do-
ctrinam Baldi *in l.vnic. num.9. C ſi quis prædit. poteſt.*
vbi notat , quod nomine protectionis plena iuriſdi-
ctio continetur. Et ita Baldum intelligit Natta *conſ.36.
num. 98.* & colligitur ex Rota apud Seraphinum
deciſ.1025.

30 Accedit, nouum non eſſe , quod Papa mandet ſeu
committat alicui Ordinario cognitionem cauſarum
ſuorum ſubditorum , in quibus alias iuriſdictionem
ordinariam habebat,ac proinde mirum non eſſe quod
Sixtus Papa in illa Bulla committat , ſeu mandet Ge-
nerali Carmelitarum ſpecialem protectionem illius
Monaſterij. Quemadmodum ergo per tale mandatum,
aut commiſſionem nullatenus cenſetur derogari iuriſ-
dictioni Ordinarij , nec illi delegare iuriſdictionem,
ſeu nouam ipſi concedere ; ſed potiùs antiquam , &
31 ordinariam ipſius excitare , prout *ex cap.licet , de offic.
ordin.* communiter eliciunt DD. ſpecialiter ibi Abbas
num.3. Felinus *num.1. & 4.* idem Abbas *in c.relatum,
de offic. delegati*, Iaſon *in l.ius ciuile, num.2. ff. de iuſt.
& iure*, Cenedus *ad decret.collect.157.num.1.* Menoch.
de præſumpt. lib.2. præſumpt.16. num.24. ſic etiam in
præſenti per protectionem demandatam Generali à
Papa nullatenus alterata , aut diminuta eſt eius po-
teſtas , aut iuriſdictio ordinaria , ſed ſolum excitata,
& vocata ad ſpecialem protectionem , & curam illius
Monaſterij. Præſertim, cum non addat Pontifex,clau-
ſulam *authoritate noſtra* , vel *tanquam delegatus à no-
bis*, aut ſimilem , per quam quandoque ſuperior ſolet
iuriſdictionem ordinariam inferioris mutare in dele-
gatam , iuxta textum *in l.1. §. ſi quis ſimpliciter,verſ.
cum adjicitur, ff.de verb. oblig.* & DD. quos refert, &
ſequitur Barboſ. *de clauſ.vſu frequent. clauſ.12.n.3.*

Pariter nec obſtat quod idem Sixtus in ea Bulla 32
poſt quædam priuilegia dictis Monialibus conceſſa,
quorum aliqua ſublata ſunt à S. Congregatione , &
Vrbano VIII. in Bulla relata) dicat : *Quodque in
euentu quo præfatus Prior Generalis commodè non va-
leret , aut non vellet in præmiſſis , vt præmittitur , pro-
uidere , Epiſcopus Nannetenſis pro tempore exiſtens,
quoties pro parte Prioriſſæ , & Sororum prædictarum
ſuper hoc requiſitus fuerit , in omnibus, & ſingulis præ-
miſſis , & aliis neceſſariis authoritate Apoſtolica, & ſub
cenſuris Eccleſiaſticis prouidere valeat , eadem autho-
ritate tenore præſentium concedimus pariter , & indul-
gemus.* Etenim ex his ſolum habetur præfatum Nan- 33
netenſem Epiſcopum conſtitutum eſſe à Papa Sixto
Conſeruatorem dicti Monaſterij, & Monialium ipſius
pro executione dictorum priuilegiorum illis conceſſo-
rum. Quod luce clariùs conſtat ex ſequentibus , ibi:
*Eiſque tam in præmiſſis , quàm quorumcunque priuile-
giorum , libertatum , & iurium dictæ domus conſerua-
tione, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtens faciat Prio-* 34
*riſſam pro tempore , & Moniales ac perſonas præfatas,
&c. pacifica poſſeſſione gaudere , non permittentes eas,
ſeu ipſarum aliquam contra exemptionem,liberationem,
&c. impediri , ſeu moleſtari , &c.* Si enim expendatur
clauſula illa *in Conſeruatione* , & quod omnes aliæ
clauſulæ ibi contentæ generaliter,& communiter ap-
ponuntur in aliis Bullis Conſeruatoriis Religionum,
euidentiſſimè conſtabit ſolum præfatum Epiſcopum
deſignatum à Papa fuiſſe Conſeruatorem dicti Mona- 35
ſterij pro ſuorum priuilegiorum executione. Quod
clarè etiam denotatur in Breui illo relato Vrbani de
anno 1642. ibi : *Cùm aliàs debuiſſes,&c. Pro eorundem
priuilegiorum tuitione,& conſeruatione tuam authorita-
tem interponere.* Cum autem iuriſdictio Conſeruato-
rum ſit delegata, & determinata ſolùm pro certis cau-
ſis particularibus, *c.1.& vlt. de offic. delegat. in 6.* vbi
DD. communiter , quorum plures allegat Barboſa
de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 106. num.2. & 3. Quo
iure, aut fundamento affirmare poteſt pars contraria
Epiſcopum conſtitutum eſſe ſuperiorem Ordinarium
dicti Monaſterij ? Vnde nec in rigore poteſt vocari
Iudex delegatus à Sede Apoſtolica , propter multas,
& varias differentias , quæ ſunt inter Iudices Conſer- 36
uatores , & Iudices delegatos , de quibus DD. *in d.
c.1. & vlt. de offic. deleg. in 6.* Azorius *tom.2. Inſtit.
moral. lib.5. c.34. quæſt.5.* Ludouic. Miranda *in Man.
Prælat.tom.2.quæſt.47.art.3.concl.vnic.*& Barboſa *ſupr.
num.6.* Imò cum authoritas hæc Epiſcopo conceſſa
ſolùm ſit Iudicis Conſeruatoris , videtur dici poſſe
(quod tamen ſapientiſſimo iudicio S. Congregationis
relinquo) renocatam , & caſſatam eſſe per Gregorium
XV. in Bulla *Sanctiſſimus*, vbi reuocantur , & caſſan-
tur omnes electiones Iudicum Conſeruatorum Reli-
gionum, Monaſteriorum , &c. vſque ad illud tempus
factas , in vim quorundam priuilegiorum , etiam
Apoſtolica authoritate conceſſorum , & additur :
Seu aliàs quocumque iure , vel titulo hactenus factas.
Quibus denotari videtur caſſari , & annullari etiam
conſeruatorias à Papa datas , qualis eſt , de qua in
præſenti.

Caſu

37 Caſu etiam dato, & nullatenus conceſſo, quod per
verba relaxata in Sixtina fingeremus conceſſam eſſe
præfato Epiſcopo authoritatem, & iuriſdictionem
ordinariam in dictum Monaſterium, adhuc tamen
nullo pacto cenſeri deberet ſublata iuriſdictio, &
poteſtas etiam ordinaria, quam Generalis habet in
illud. Certi enim iuris eſt, quod ſemper in dubio iu-
riſdictio cenſetur data *cumulatiuè*, & non *priuatiuè*,
reſpectu ſuperioris ordinarij; cùm Papa nunquam
cenſeatur derogare voluiſſe Ordinarij iuriſdictioni, ni-
ſi hoc exprimat, quod non facit in præſenti. Ita Abbas
in cap. Cæterum, num. 7. de iudic. Bartolus *in l. 1. ff. de*
38 *offic. præfecti Vrb.* Afflictus *deciſ.* 41. Menochius *de*
arbitr. q. 20. à num. 1. Rota apud Farinacium *dec.* 121.
n. 4. p. 1. rec. & dec. 30. num. 3. p. 2. & plures alij DD.
apud Barboſam *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 124. *n.* 1.
Ac propterea in tali caſu daretur locus præuentioni,
prout ex Gutteir. *lib. 3. pract. q.* 24. & aliis habet idem
Barboſa.

39 Ex quibus penitus corruit exiſtimatio partis con-
trariæ dicentis, potuiſſe Moniales dicti Monaſterij
ſubjicere ſe præfato Epiſcopo, cum, vt oſtenſum eſt,
hoc ſit in præiudicium non ſolùm Religionis, & le-
gitimorum Prælatorum eiuſdem, ſed etiam ipſius Se-
dis Apoſtolicæ, & talis Epiſcopus ſit merus conſer-
uator, & ſolùm pro cauſa particulari, ſcilicet conſer-
uatione priuilegiorum Monaſterij; ita vt nec debeat
vocari propriè loquendo Iudex delegatus Apoſtolicæ
Sedis, & caſu quo eſſet talis, imò Ordinarius, nihil
agere poſſit in præiudicium Generalis, qui eſt magis
legitimus ordinarius, vtpote qui praxi, & vſu habet
fundatam ſuam intentionem, quam non habet Epiſ-
copus, cum nunquam illam exercuerit. Vnde non
40 releuat, quod dicitur ab aduerſariis, quod quamvis
exemptus non poſſit ſe ſubjicere Papæ delegato, eo
quod iſte Papam repræſentet; hoc etenim ſolùm ad-
mitti poteſt de Papæ delegato ad vniuerſitatem cau-
ſarum, ſeu ſine limitatione, qualis ſolet eſſe Legatus à
latere, non de eo, qui eſt merus conſeruator, & non
delegatus, niſi pro aliqua cauſa particulari, & indiui-
dua, ſcilicet pro priuilegiis alicuius Monaſterij exe-
cutioni mandandis, prout contingit in præſenti. Eo
41 etiam quod talis limitata auctoritas non eſt ipſi de-
mandata, niſi prout dicitur in dicta Sixtina. *In euen-*
tu, quo præfatus Prior Generalis commodè non valeret,
aut non vellet in præmiſſis, vt præmittitur, prouidere.
Cum enim iſta conditio faciat diſpoſitionem condi-
tionalem, ea non ſubſiſtente, nec diſpoſitio ſortitur
ſuum effectum, *l. qui hæredi, l. Mænius, ff. de condit. &*
demonſtrat. DD. ibid. Tiraq. *de retract. tit. 2. §. 1. gl. 1.*
num. 3. & 4. Rota *deciſ.* 315. *num.* 3. apud Farinacium
part. 1. recent. Non ſubſiſtit autem iſta conditio, quia
ſemper Generalis vult conſeruari dicto Monaſterio
ſua priuilegia, & ſemper poteſt, ſaltem per Vica-
rios, aut Commiſſarios ſuos, qualis eſt in præſenti
P. Leo à S. Ioanne Commiſſarius tum Apoſtolicus,
tum Generalis in illis partibus. *Poſſe enim dicitur qui*
facit quo minus poſſit, l. ſi bona fide, 12. ff. de noxalib.
actionib.

42 Minimè etiam obſtat clauſula illa dictæ Sixtinæ, *&*
aliis neceſſariis, ex qua nimis abuſiuè pars contraria
prætendit præfatum Epiſcopum eſſe verum ſuperio-
rem illius Monaſterij, & potuiſſe acceptare obedien-
tiam, quam aliquæ Moniales per ignorantiam, forſan
per dolum illi exhibere voluerunt. Non ſolùm, quia,
43 vt dictum, eſt ſolum id poſſet eſſe pro caſu quo Ge-
neralis non poſſet, aut nollet prouidere, quod non
ſubſiſtit, quia ſemper vult, & poteſt. Sed etiam, quia
clauſulæ generales, qualis eſt iſta, reſtringuntur ſo-
lum ad expreſſa, & enunciata. Riccius *in collect. deciſ.*
44 *part. 4. collect.* 1100. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 795.
num. 18. Rota in Romana *ſocietatis officij*, 13. Ianuar.
1600. coram Iuſto. Marta *de clauſulis, part. 4. clau-*
ſul. 1. num. 8. & 9. Et non extenduntur ad non veriſi-
milia, quale eſt intentum partis aduerſæ, prout ex
pluribus probat Barboſa *in tract. de clauſul. clauſul.* 62.
num. 14. Eo quoque, quod dictio *aliis*, denotata ibi 45
aliis neceſſariis, eſt relatiua, & repetitiua ſimilium in
ſubſtantia, & qualitate, pro quo ſunt innumeri DD.
apud Barboſam *in tract. de dictionib. dict. 26. num.* 1.
3. 4. *&* 9. Quod & notatur ſæpiſſimè à Rota, vt in
vna Romana *Cenſuum*, 24. Februarij 1612. coram
Gregorio XV. & apud Paulum de Rub. *deciſ.* 104.
num. 10. tom. 3. diu. & in alia Rom. *Menſa nummula-*
ria 30. Iun. 1614. coram Coec. & in Carpentoracten.
penſionis 29. Maij 1602. coram Lancelloto. Videant
ergo modo aduerſarij quo iure clauſulam illam *Aliis*
neceſſariis, ex determinata materia, quæ eſt executio
priuilegiorum illius Monaſterij, amplient ad rem tam
diuerſam in ſubſtantia, & qualitate, & tam exorbi-
tantem, qualis eſt quod propter illam dictus Epiſco-
pus cenſeatur habere poſſe iuriſdictionem ordina-
riam, & acceptare obedientiam Monialium, aut eam
ipſi dari poſſe.

Vnde, ſalua reuerentia tum S. Congregationis, tum 46
huic Domino Epiſcopo debita, videtur dicendum, quod
exigendo aut etiam recipiendo obedientiam à prædi-
ctis Monialibus, imò vſurpando, vt colligitur ex
verbis Vrbani in Breui de anno 1642. relatis, tranſ-
greſſus fuerit præceptum Alexandri Quarti in Mari-
magno Carmelitarum, *n.* 38. quo præcepit Prælatis
Eccleſiarum, ne ab ipſis obedientiam contra teno-
rem ſuorum priuilegiorum exigere, vel accipere præ-
ſumerent, ſub pœna *indignationis Dei, & Apoſtolorum*
Petri, & Pauli, quæ peccatum mortale arguit, prout
dixi *tom. 3. verb. clauſula, n. 34. &* 35. Imò etiam incur-
riſſe excommunicationem Papæ reſeruatam, quam
Impoſuit Eugenius IV. in fauorem Congregationis
Montis Oliueti contra perturbantes Iuriſdictionem
Religionis; & Iulij Secundi pro Auguſtinianis con-
tra occupantes ipſorum bona: quæ priuilegia propter
communicationem priuilegiorum competunt etiam
Religioni ad quam pertinet Monaſterium Monialium,
de quo in præſenti, & de illis dixi *tom. 2. cap. 19. n.* 51.
ex Rodriguez, & Portello.

Ex quo etiam patet, quid reſpondendum ſit ad ali- 47
quos caſus, qui propter obedientiam acceptatam ab
hoc Domino Epiſcopo contigerunt. Primus eſt, quod
cum Generalis præcepiſſet dictis Monialibus ne pro-
cederent ad electionem Prioriſſæ ſub pœna excom-
municationis latæ ſententiæ ipſis intimata, nihilomi-
nus ad electionem proceſſerunt. Secundus, quod ad-
miſit aliquas ex dictis Monialibus ad profeſſionem. 48
Tertius, quia extra caſum viſitationis ingreſſus fue-
rit clauſuram dicti Monaſterij. Quartus, quod illis
deſignauit confeſſarios ſibi beneuiſos, non approba-
tos, neque receptos à Superioribus Religionis.

Etenim ad primum dicendum, Moniales iſtas 49
contra præceptum formale ſui Generalis ad ele-
ctionem procedentis tranſgreſſas fuiſſe dictum præ-
ceptum, ac proinde incidiſſe in excommunicatio-
nem latæ ſententiæ à Generali impoſitam. Ratio
eſt, quia cum Generalis ſit verus, & legitimus
ipſarum ſuperior, ac Prælatus, & id quod præ-
ceperit, fuerit de materia licita, & honeſta, ac
conuenienti ipſarum regimini: & ex alia parte Prælati
Regulares, maximè Generales, qui ſunt ſupremi
Prælati Religionum, propter Iuriſdictionem, quam
habent in vtroque foro, poſſint per cenſuras pro-
cedere contra ſibi ſubditos, iuxta ea, quæ dixi
tom. 1. meæ Summæ, cap. 18. num. 12. & tom. 3. verb.
Cenſura Eccleſiaſtica, num. 2. nullus relinquitur lo-
cus dubitandi, quin potuerit Generalis imponere
illud præceptum ſub pœna excommunicationis latæ

ſententiæ, & quod Moniales illud tranſgredientes in
illam reciderint.

50 Per accidens tamen aliquæ illarum, ſimpliciores
præſertim, excuſari poterunt, ſaltem in foro conſcien-
tiæ, ab excommunicatione, ſi ex ignorantia, vel timore
cadente in virum conſtantem ad electiones proceſſe-
runt, iuxta doctrinam generalem de requiſitis ad in-
currendas cenſuras, de quibus aliqua dixi eo *verbo*
*Cenſura Eccleſiaſtica, n.*11.

51 Ad ſecundum dico, profeſſiones illas emiſſas à
Monialibus, omninò inualidas, & irritas eſſe. Ratio
eſt, quia iuxta ea, quæ dixi *tom.*1. *cap.*2. *num.*25.
*& tom.*4. *verbo profeſſio Regularis, num.*13. ad validi-
tatem profeſſionis requiritur authoritas, ſeu poteſtas
in admittente, ſeu acceptante; Dominus autem Epiſ-
copus talem authoritatem non habebat, non ſolum
quia illi denegata eſt per Breuia relata Vrbani Octa-
vi, quibus declaratur non debere ſe in eius Monaſte-
rij gubernio ingerere, & præcipitur, ne vſurpet iu-
riſdictionem Ordinis, aut ipſum ea ſpoliet iure, quod
habet ſupra dictum Monaſterium; ſed etiam, quia
profeſſio, cum ſit contractus oneroſus vltro, citro-
que obligatorius, quo profeſſus fidem ſuam aſtrin-
git Deo, obligaturque Religioni, & Religio ipſa
obligatur Religioſo ad retinendum eum, & alendum,
& tractandum iuxta Religionis inſtitutum, ſola Reli-
gio, vel ex ipſius commiſſione aliquis alius habet ta-
lem authoritatem, ſeu poteſtatem.

52 Confirmatur, quia cùm dictus Dominus Epiſcopus
non ſit Prælatus illius Monaſterij, vtpote exempti
omnino ab ipſius iuriſdictione, nullum omnino ius
habet ad recipiendum moniales in ipſum, prout con-
ſtat ex cap. *Porrectum, de Regularibus.* Et *cap. ad*
Apoſtol. eod. tit. & docent Abbas, *& cap. porrectum,*
num. 12. Roſella *verbo Nouitius, num.*21. Angel. *verb.*
*Profeſſio, num.*1. Syluest. *verbo Religio* 3. *quæſt.* 14.
Armilla *verb. Nouit. num.*11. & ibi Tabiena *quæſt.*8.
53 *num.*9. Nauarr. *lib.*3. *conſ. tit. de Regularibus, in* 1. *edit.*
*conſ.*6. *à num.*2. *vſque ad* 6. *in* 2. *conſ.*40. *à num.*2. *vſ-*
que ad 6. Antonius Cuchus *lib.*3. *Inſtitution. tit.*1.
*n.*61. Rodriguez *tom.*3. *qq. Reg. q.*17. *art.*11. Azor. *lib.*2.
*Inſtit. moral c.*5. *q.*4. Sanch. *in Decalog. lib.*3. *c.*4. *n.*74.
Præſertim, quia admittere nouitias ad profeſſionem
ſolùm eſt illius ſuperioris, qui poteſt illas Religioni
incorporare, quod ſolùm competit ſuperiori Regu-
lari, non autem Epiſcopo, vt docent Rodriguez
*ſuprà art.*11. Azor. *ſup.* Bonacina *de clauſ. q.*2. *punct.* 10.
§. 5. *diff.* 2. *n.*4. Tambur. *de Iur. Abbatiſſ. diſp.*6. *quæſt* 5.
num 6.

54 Confirmatur ſecundò ex pluribus priuilegiis Reli-
gionibus conceſſis, quibus gaudent, vel propter com-
municationem ampliſſimam priuilegiorum moniales
dicti Monaſterij, & quibus ſubjiciuntur ſolùm Præla-
tis Religionum, & eximuntur omnimodè à ſubiectio-
ne Epiſcoporum. Specialiter Greg. XIII. pro Moniali-
bus S. Benedicti, in Bulla quæ incipit, *Ex noſtri*, &
Pij V. pro Ciſtercienſibus, in Bulla quæ incipit *In*
eminenti, & Pauli V. pro Fulienſibus reformatis in
Bulla, quæ incipit *Quæ Regulares*, & pro Moniali-
bus ordinis Minorum ex diuerſis priuilegiis Summo-
rum Pontificum apud Confectium *in Eugenio IV.*
Bulla 1. *&* 2. Rodriguez *tom.*1. *qq. regul. q.*17. *art.*8. Lu-
cam Vvadingum *tom.*1. *Annal. in fin. in regiſtr. Pontif.*
*Conſtit.*35. *Innocentij IV.* & Tamburinum *de iure*
*Abbat. diſp.*14. *q.*1. *n.*4. 5. 6. *&* 7. Fauet & priuilegium
Nicol. V. apud Mirandam *tract. de Monialib. q.*8. *art.*1.
Hieron. Rodrig. *in Compend. reſolut.* 101. *num.*2. Ex
quo habetur nullam fœminam admitti poſſe ad habi-
tum, vel profeſſionem, niſi de ſuorum ſuperiorum li-
centia. Vnde in vna deciſione Rotæ Vlysbonenſis
Monaſterij coram Coccino, 19. Nouembris 1625. ex-
preſsè habetur, Moniales S. Claræ eſſe exemptas à
iuriſdictione Ordinarij, Sedi Apoſtolicæ immediatè
ſubiectas, & ſub gubernio Prælatorum Ordinis. Et in
alia Marſicana *Iuriſdictionis*, coram Comitolo ann.
1589. inter deciſiones ipſius *num.*83. deciditur illas
eſſe ſub gubernio Abbatis priuatiuè quoad Epiſco-
pum. Hinc etiam Rodriguez eius Compendiator *d.*
*reſolut.*101. *num.*2. expreſsè ait receptionem Mo-
nialium omnium Religionum pertinere ad ſupe-
riores illarum, intellige, priuatiuè ad alios quoſ-
cunque.

Ad tertium dico, videri vnum Epiſcopum ingre-
dientem præfatum Monaſterium ſine neceſſitate, & 55
legitima licentia Superioris Regularis eiuſdem Mo-
naſterij incidiſſe in excommunicationem poſitam à
Concilio Trident. *ſeſſ.*25. *c.*5. illis verbis: *Ingredi au-*
tem intra ſepta Monaſterij nemini liceat cuiuſcunque
generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerint, ſine
Epiſcopi, vel Superioris licentia in ſcriptis obtenta, ſub
excommunicationis pœna incurrenda. Etenim ſub De- 56
creto iſto Concilij includi Epiſcopos ingredientes
Monialium Monaſteria ſibi non ſubdita ſine Superio-
ris licentia in ſcriptis, reſoluunt Nauar. *Comment.*4.
de regul. in c. Statuimus, 19. *q.*3. *n.*39. *verſ. quartus.* Gra-
tianus *diſcept. forenſ. c.*393. *n.*5. *&* 20. Barboſa *de offic.*
*& poteſt. Epiſc. alleg.*102. *n.*42. *& in collect. ſuper hunc*
*locum Concilij, num.*61. Tamburinus *de iure Abbatiſ.*
*diſp.*24. *q.*9. *n.*1. & reſolutum eſſe in vna Ianuenſi 10. 57
Maij 1641. reſoluit Aldana *in Compend. Canonic. reſol.*
*lib.*3. *tit.*25. *num.*8. Similiter perſonæ aliæ cuiuſcun-
que ſexus fuerint, ingreſſæ dictam clauſuram, incurre-
runt eandem excommunicationem. Cùm ea genera-
liter omnes comprehendat, prout patet ex verbis
relatis. Quamvis autem hæc excommunicatio à Con-
cilio impoſita reſeruata non ſit ab ipſo Concilio, re- 58
ſeruata tamen poſtea fuit à Greg. XIII. in Bulla: *Vbi*
gratia. Vbi etiam contra tranſgreſſores imponuntur
pœnæ *priuationis dignitatum, beneficiorum, & offi-*
ciorum ſuorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in
poſterum obtinenda. Additur etiam in eadem Bulla:
Quin etiam ſub eiſdem pœnis ipſo facto incurrendis
prohibemus, atque interdicimus omnibus, & quibuſ- 59
cunque perſonis Eccleſiaſticis, & ſæcularibus, ac
etiam Ordinum quorumcunque, etiam Mendicantium
Regularibus, ne prætextu licentiarum ab Epiſcopis,
vel Superioribus quibus illas concedendi in caſibus ne-
ceſſariis tantum ex decreto Concilij Tridentini tribuitur,
Monaſteria ipſa Monialium pro libito, ſed neceſſita-
tibus vrgentibus dumtaxat ingredi, neve Moniales
ſub eiſdem pœnis illos aliter admittere præſumant. Ex
iis autem vltimis verbis elicitur, eaſdem pœnas incur- 60
riſſe Moniales ianuas aperientes, & conſentientes in-
greſſui. Quia tamen Pontifex vtitur *verbo præſumant*,
ideò perſonæ ſeculares ingredientes, & Moniales illas
admittentes ex bona fide licentiæ Epiſcopi, non incur-
rent itas. Cum enim in aliqua lege, ſeu Conſtitutio-
ne ponitur hoc verbum, denotatur ſolum per dolum,
& præſumptionem, non per bonam fidem incurri 61
culpam, & pœnam talis Conſtitutionis, vt benè notant
Rodrig. *tom.*3. *qq. regul. q.*47. *art.*1. Suarez *de Cenſur.*
*diſp.*32. *sect.*6. *n.*14. Nauar. *in Manual. c.*27. Azor. 1. *part.*
*inſtit. moral. lib.*13. *c.*8. *q.*6. Ludouicus Beia *reſponſ. caſ.*
*conſcient. part.*1. *caſ.*30. Campanile *in diuerſ. iur. can.*
*rub.*12. *c.*16. Armend. *in addit. ad recopil. leg. Nauarr.*
*lib.*2. *tit.*18. *l.*7. *de religionibus, n.*10. Vgolin. *de offic.*
*Epiſcopi c.*21. §. 3.

Addo etiam, quod caſu quo Epiſcopus prætende- 62
ret curam, & regimen illius Monaſterij ad ſe pertinere
non potuiſſet ingredi ipſius clauſuram, niſi in caſibus
neceſſitatis, & à paucis, iiſque ſenioribus, ac religioſis
perſonis comitatus, ſub grauiſſimis pœnis, & cenſu-
ris impoſitis ab eodem Gregorio XIII. in Bulla *Du-*
biis quæ emergunt, anno 1581. vbi ſic: *Declaramus*

Prælatos

Prælatos omnes, tam ſæculares, quam regulares, quibus cura, & regimen monaſteriorum Monialium quovis modo incumbit, facultate ſibi ex officio attributa ingrediendi Monaſteria prædicta ita demum vti poſſe ſi id faciant in caſibus neceſſitatis, & à paucis, iiſque ſenioribus, ac religioſis perſonis comitati. Quocirca vniuerſos, & ſingulos Epiſcopali, ſeu maiori, ac etiam Cardinalatus dignitate præditos, necnon quorumvis Ordinum Abbates, Priores, Miniſtros, & alios quoſcumque Superiores regulares ſeriò monemus, vt facultate huiuſmodi, qui eam habent, præterquam in caſibus, vt refertur, neceſſariis, nequaquam vtantur. Quod ſi contrafecerint ſtatuimus qui Pontificalis dignitatis fuerint, pro prima vice qua contrafecerint Eccleſiæ ingreſſu interdictos, pro ſecunda à munere Pontificali & à diuinis ſuſpenſos, ac deinceps ipſo facto abſque alia declaratione excommunicatos exiſtere; regulares verò omni officio, ac miniſterio priuatos excommunicationi ſimiliter ſubiacere.

63 Ad quartum conſtat ex dictis Epiſcopum nullatenus
potuiſſe deſignare Confeſſarios dictarum Monialium,
nec ipſos Confeſſarios earum confeſſiones audire, aut
ipſas cum ipſis confiteri, & confeſſiones factas irritas,
& nullas eſſe. Certi enim iuris eſt, Monialium
Confeſſarios eos ſolùm eſſe, qui à ſuis legitimis Superioribus
licentiam habent ad earum Confeſſiones
audiendas, Dominus Epiſcopus autem iſte non ſolum
non erat legitimus earum ſuperior, eo quod ipſæ eſſent
ſub gubernio Religionis, ſed & ſpecialiter ex
declaratione Vrbani Octaui in Breui relato. Ergo non
potuit in eius Monaſterij gubernio ſe ingerere, ac
proinde nec de Confeſſariis illis prouidere. Accedit
64 ad hoc conceſſio Sixti Quarti in Marimagno Prædicatorum,
§. 29. & 30. Et in Marimagno Minorum, § . 31.
& 32. Et in Marimagno Carmelitarum, § . 97. & 98. Et
Iulij Secundi in Marimagno Minimorum, § . 24. in
quibus locis Pontifices præcipiunt, vt ſubditi dictarum
Religionum ſolùm Prælatis ipſarum, & ab eis facultatem
habentibus confiteri poſſint ſua peccata, &
inhibent Prælatis Eccleſiarum, ne circa eorum Confeſſiones
ſe intromittant. Quæ conceſſiones de iure
65 communi competunt ipſis Prælatis Religionum, cum
ipſi ſint legitimi Paſtores ſibi ſubditorum, & non
Epiſcopi. Caſu verò quo illæ aliquod priuilegium continerent,
extenditur etiam ad Moniales, etſi ibi non
exprimatur, quia certum eſt ipſas gaudere priuilegiis
fratrum, prout ex variis Declarationibus, &
Doctoribus dixi 5. *tomo, part. 2. in Marimagno Carmelitarum, num. 385.* Et ſpecialiter circa confeſſiones
faciendas *in eodem Marimagno Carmelitarum*, § . 371.
& 372. Idque manifeſtè ſupponitur à Gregorio X V.
in Bulla *Inſcrutabili*, vbi ſolum declaratur, dictos
Confeſſarios Monialium ſubditarum Religionibus
non poſſe earum confeſſiones audire, niſi præmiſſo
examine, & approbatione Epiſcoporum. Legantur
Sorbus *in Annotationib. ad Compend. Mendicantium, verb. Quod præter,* Azor. *part. 1. lib. 13. cap. 9. quæſt. 2.*
Campan. *in diuerſ. Iuris Canon. lib. 16. rubr. 1. num. 53.*
Tamburin. *de Iur. Abbatiſſ. diſp. 16. quæſt. 2.* Quod adeò
66 verum eſt, vt ne Confeſſarius extraordinarius aſſignari
poſſit ab Epiſcopo Monialibus exemptis è ſua
Iuriſdictione, ſed ſolum à Prælatis ipſarum, vt probant
Zipæus *de Iur. Pontif. nouo, lib. 3. n. 3.* Pollac. *de Confeſſariis Monial. n. 4. verſ. Monialibus*, etiam ex
Decreto S. Congregationis ad Epiſcopum Antuerpienſem
anno 1609. & ſequitur Tamburinus *d. diſp. 16. quæſit. 2. n. 3.* dicens: *In hac re non amplius immorandum eſt, cum praxis hodierna vbique obſeruata, & Romæ præſertim, doceat, vt diximus, Confeſſarium, tam ordinarium, quam extraordinarium dandum, proponendum, & præſentandum eſſe à propriis Prælatis Monialium Ordinario loci, à quo debent approbari, & admitti ad præſcriptum ſupradictæ Bullæ.*

Addendum pro coronide caſu, quo D. Epiſcopus 67
intromittere ſe poſſet in gubernium dicti Monaſterij,
hoc ſolum eſſet ſubſidiariè, & conditionatè, id eſt, poſito
quod generalis non poſſet, aut nollet id facere.
Vt dictum eſt, & patet ex illis verbis Sixtinæ: *In euentu quo præfatus Prior Generalis commodè non valeret, aut non vellet in præmiſſis prouidere.* Vnde oporteret
quod conſtaret D. Epiſcopo de impoſſibilitate, aut
non voluntate Generalis. Quia facultas alicui data
cum certa qualitate, aut conditione, antequam conſtet 68
de illa qualitate, ſeu adimpletione conditionis, non poteſt
exerceri. Felinus *in c. 1. n. 5. verſ. dicant, de offic. delegati*, Socinus *in c. ſignificaſti, n. 21. de for. compet.* Eo
quod facultas data ſub conditione ante impletionem
conditionis non ſubſiſtit actu, ſed habitu, vel ſpe.
Gloſſa *in c. cum plures, de offic. delegati in 6.* Socinus
conſil. 99. n. 10. lib. 3. Hoc autem non conſtabat, nec
conſtare potuit D. Epiſcopo.

Similiter, cùm in dicta Sixtina dicatur, *Quoties* 69
pro parte Priorissæ, & Sororum prædictarum ſuper hoc requiſitus fuerit, quæ verba referuntur ad Prioriſſam, & Moniales coniunctim, & in eis agatur de commodo, ſeu intereſſe totius Monaſterij, vtique denotant quod Capitulariter, & non vt ſingulæ deberent facere huiuſmodi requiſitionem, iuxta pulchram doctrinam Antonij de Butrio *in cap. ſi diligenti, num. 12. de foro compet.* & Rotæ in Toletana *Iuris celebrandi* 20. Februarij 1620. Quia ergo non eſt facta ſecundum hanc formam, ſed a nonnullis Monialibus particularibus nullatenus ſuffragari poteſt D. Epiſcopo. Quia ipſæ non conſtituunt aliquod corpus niſi inſimul conueniant. Abbas *in cap. ſcriptum, num. 6. in fin. de elect.* Imola *ibi num. 6.* Felinus *in cap. Paſtoralis, num. 9. de conſtit.*

Claudat hoc conſultum decretum Sacri Concilij 70
Trident. *ſeſſ. 25. de Regul. c. 9.* ibi, *Monaſteria ſanctimonialium, &c. quæ à deputatis in Capitulis Generalibus, vel ab aliis Regularibus reguntur, ſub eorum cura, & cuſtodia relinquantur.*

Quia tamen hæc cauſa in S. Congregatione Epiſ- 71
coporum, & Regularium agitata eſt, etiam ſi non viderim eiuſdem S. Congregationis deciſionem, proteſtor nihilominus nullatenus ab ipſa velle diſcedere, ſed promptè, & humiliter acquieſcere tali deciſioni, ſi quæ fuerit, iuxta ipſius S. Congregationis mentem, quam ſemper ſequi deſidero.

CONSVLTVM V.

De quadam profeſſione cuiuſdam nobilis Equitis S. Ioannis Ieroſolymitani.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, ſeu factum.*
2 *Videtur ſuſtinenda profeſſio in vtroque foro.*
3 *Actus in dubio debet interpretari validus.*
4 *Omnis interpretatio admittitur vt ſuſtineatur.*
5 *Interpretatio quæ fit pro validitate actus eſt Regina interpretationum.*
6 *Superat hæc præſumptio omnes alias præſumptiones.*
7 *Maximè cùm agitur de validitate profeſſionis.*
8 *S. Rota conſentiente.*
9 *Verbum* Oportet *denotat decentiam.*
10 *Quid de dictione* Neceſſe eſt.
11 *Circa ſubiectam materiam interpretanda.*
12 *Non ponitur in ſtatuto clauſula irritans.*

Barboſ.in tract. var. in tract. de Axiomat. Iur. Axio-
mat. 12.*n.*17.18.*&* 19.

7 Procedit autem efficaciùs hæc regula in præſenti,
quia agitur de validitate, non cuiuſlibet actus, ſed
profeſſionis, quæ inſtar matrimonij eſt omnino indiſ-
ſolubilis, niſi propter vrgentiſſimas cauſas: itaut in
dubio de validitate profeſſionis iudicandum ſit, quod
valeat, vt docent *Barbat. conſ.*59 *n.*1. *poſt med. vol.*2.
*Nau.lib.*3.*conſ.*13.*n.*10.*in* 2.*edit. de regul. Sanchez de*
*matrim.lib.*7.*diſp.*37.*n.*12.*ad fin.Steph Grat.tom* 3. *diſ-*
*cept.forenſ.c.*413.*n.*17. *Suarez tom.* 2. *de Relig.lib.*7.*c.*2.
8 *n.*6.*Leſſ.lib.*2.*c* 41.*dub* 7.*n.*66. Ideircò Rota adhærens
huic opinioni dixit, profeſſionem in dubio præſumi
validam, niſi contrarium probetur. Ita habetur *in*
*dec.*1361.*n* 7. *coram Cardin. Seraph.* & dictum etiam
fuit in vna *Roman.Profeſſionis*, 23.*Iunij* 1623.*coram R.*
P.D. Remboldo. Quæ omnis tradit *Barthol. de Vecch.*
*in prax.monit.diſp.*13.*dub.*12.*n.*22.

Caſu autem dato, & non conceſſo, quod pro vali-
ditate actus, etiam profeſſionis, iudicari non debeat in
dubio illius, adhuc ſupperunt plura, propter quæ dici
debet profeſſionem præfatam validam fuiſſe. Primò,
quia cum ſolum in eo ſtatuto habeatur illud verbum,
9 *E neceſſario*, illudque ſit idem quod, *oportet*; & ver-
bum, *Oportet*, denotet ſolum decentiam, & honeſta-
tem, *vt per Gloſ. etiam verb. oportere, in can.* 1. 25.
*q.*1.*vbi Archid.n.vnic.Turrecr.num.*2. *& poſt Felin. &*
*Soc. notat Steph. Gratian. c.*14.*n.*18. *Salon.*2.2. *q.*77.
*art.*1.*contron.*8.*col.*5. *verſ. ex quibus ſequitur, Carbo de*
*legib.lib.*7 *diſp.*4 *ad fin. Sanchez in præcept. Decalog.*
*tom.*2.*lib.*6.*c.*4.*n.*37. *verſ. Ac verius*: Solum ex eo in-
fertur, congruum, decens, & conſeotaneum fuiſſe id
quod ibi dicitur de enſe accingendo. Idem dicendum
eſt, ſi verbum illud, *E neceſſario*, idem importet, quod
neceſſe eſt. Dictio enim iſta potius indicat conſilium
10 & honſtatem, quàm præceptum, & neceſſitatem ſim-
pliciter, prout colligitur ex *c.Tua fraternitatis, de ſponſ.*
*Suar.de legib.lib.*3.*c.*35.*n.*10.*Sanchez de matrim.lib.*2.
*diſput.*31.*n.*6.*& alij.* Caſu verò quo talis dictio *neceſſe*
11 *eſt*, importare deberet omnimodam neceſſitatem præ-
cepti, id ſolum eſſet iuxta ſubiectam materiam, & in
re grauiſſima, qualis non eſt ceremonia iſta accidenta-
lis de enſe accingendo, de quo *Giurb. deciſion.*13.*n.*2.

12 Admiſſo etiam quod verbum illud *è neceſſario*, im-
portaret neceſſitatem, obligationem, & præceptum;
cum in dicto ſtatuto non apponatur clauſula irritans,
& annullans profeſſionem factam, non accincto enſe,
aut cingulo militari profeſſuro, non eſt aliquod fun-
damentum ad credendum eam eſſe nullam. Tritum
enim eſt illud *ex Ad Apoſtolica, de Regul. deſumptum*:
Multa fieri prohibentur, quæ ſi facta fuerint, obtinent
roboris firmitatem, gloſ. in cap.penult. de deſponſ.impub.
13 *Suarez de legib. lib.*5. *cap.*29. *num.*1. Eo præſertim,
quod non ſolum in dicto ſtatuto nulla ſit clauſula
irritans, ſed quod *in ſtatut.*17. *de receptione fratrum*,
etiam habetur idem verbum, *è neceſſario*, vt petens
admitti ad *gradum militarem probet ſe genitum paren-*
tibus nobilibus: & nihilominus eſt certum quod ſi
iſte talis profiteatur in eo gradu cum falſis probatio-
nibus nobilitatis, non propterea corruit eius profeſ-
ſio ſimpliciter, vt colligitur ex *ſtatuto* 24. *&* 25. Ex
hoc enim manifeſtè colligitur, verbum illud ſolum
denotare prohibitionem actus; non autem ipſius irri-
tationem. Eo quoque præcipuè, quod quando in illis
ſtatutis decernitur aliquid cum irritatione actus con-
trarij, id decernitur cum clauſula irritanti: ergo dum
hic non apponitur, ſignum eſt talem ceremoniam non
eſſe eſſentialem, aut ſubſtantialem profeſſioni, ſed poſ-
ſe ſine illa conſtare.

14 Nec dici poteſt, in eo ſtatuto poſitam eſſe formam
recipiendi Profeſſuros ad profeſſionem, ac proindè
debere obſeruari ad vnguem, itaut ſi non ſeruetur,
actus corruat, *l.cum hi* § *ſi Prætor ff. de tranſact.l.tra-*
ditionibus, C. de pact.c. cum dilecta de reſcript.c.quia
*propter de elect.c.*1.*de reb. Eccleſ. non alien. in* 6.*c.quæ*
contra de reg.iur.in 6.

Hæc enim procedunt in forma ſubſtantiali, & eſſen- 15
tiali, non in accidentali: accidentalis namque forma
ſolum eſt quædam ſolemnitas, aut circumſtantia ex-
trinſeca, quæ etiamſi deficiat, non propterea corruit
actus, vt patet in Sacramentis, matrimonio, electio-
ne, iuramento, &c. Hunc autem cingulum militiæ,
aut enſem, &c. præſcriptum in tali ſtatuto non perti-
nere ad formam ſubſtantialem, ſed ſolùm ad acciden-
talem, colligitur ex eo, quod quoties datur alicui fa-
cultas ad faciendum id, quod antea poterat facere, 16
præſcribendo modum, ſeu formam, quo id fieri de-
bet, talis modus, ſeu forma eſt accidentalis, *c. dile-*
ctus 2 *de præbend.l.*1.*C. de appell.l. penult. Cod. de ſent.*
*Gloſ.in Clem.*1.*de iurepatr. verb. Inhibentes. Felin.* &
alij, quos refert, & ſequitur *Suar. de legib. lib* 5 *c.*31.
*n.*10.quos, & alios ſequutus ſum 4.*tom.Sum.verb.le-*
*ges Regularium, n.*46. Per huiuſmodi autem ſtatutum 17
dari facultatem faciendi aliquid, quod antea fieri po-
terat, & præſcribi ſolum in illo modum, quo id fieri
deberet, certò conſtat, cum ſit factum pro Religione,
quæ à primæua ſui inſtitutione facultatem habebat re-
cipiendi ad illam, & admittēdi ad profeſſionē equites.

Ex pluribus etiam alijs capitibus colligitur men- 18
tem illius ſtatuti non fuiſſe præſcribere in eo aliquam
formam ſubſtantialem pro profeſſione, & ſine qua
non ſubſiſteret, ſed ſolum accidentalem ſolemnitatem.
Primò quidem, quia vt patet ex illis verbis ſtatuti, *ſe-*
condo la forma de gli ſtatuti, e conſuetudine, ſolum vide-
tur mens illius hunc eſſe vſum, & conſuetudinem
laudabilem Religionis; non autem formam ſubſtan-
tialem profeſſionis. Secundò expendendo illa verba,
E neceſſario che ſia ornata del Cingolo della Militia:
ſe però da alcuno Principe Cattolico, ò vero de altro,
che habbia authorità di concedere il grado di Caualle-
ria, non hauer à ottenuti gli ornamenti della Militia.
Ex his enim infertur manifeſtè, talem impoſitionem
cinguli non eſſe de ſubſtantia profeſſionis, cum id 19
quod de ſubſtantia profeſſionis eſt, ſolum in profeſſio-
nis actu exerceri debeat, non antea. Videndum ergo,
quoad factum ſpectat, an ab aliquo Principe eo cin-
gulo fuerit antea decoratus. Quod factum non fuiſſe,
ab ipſo eſt probandum, qui ſe fundat in negatiua,
maximè cum Religio ſit in poſſeſſione ſuæ profeſſio-
nis, & validitatis illius. Tertiò, quia cum ad legis, 20
ſeu conſtitutionis explicationem maximè conducat
prooemium, ſeu præfatio; quibus legiſlator in ea
condenda vtitur, quia vtplurimum cauſam finalem
illius continet, *l.fin.ff. de hæred.inſtit.l. Titia. §.idem re-*
ſpondit, ff. de verb.oblig.& l. Item quia.§.fin.ff.de pact.
Cum in hoc ſtatuto in principio ſolum exprimatur 21
agere de differentia graduum, qui ſunt in Religione
Hieroſolymitana, *Triplice è la differenza de noſtri fra-*
telli; percio che alcuni ſono Caualieri, altri Sacerdoti,
& altri Serventi. Di più l'ordine de Sacerdoti è Ser-
uenti, è diuiſo in due gradi, cioè quello de Sacerdoti 22
conuentuali, e Sacerdoti de obedienza; e quello de Ser-
uenti, in ſeruenti d'arme, cioè riceuuti in Conuento, e ſer-
uenti d'oſtaggio, ò ſia d'officio. Colligi videtur mentem
huius ſtatuti ſolum fuiſſe aſſignare huiuſmodi di-
ſtinctionem graduum, muneris, & fines, ad quæ
ſunt inſtituti, non aliud ſpectans ad formam ſub-
ſtantialem profeſſionis. Idem quoque colligitur
ex titulo talis ſtatuti, qui talis eſt: *Della diuiſione* 23
d'egradi d'efratelli dell'Ordine noſtro. Quartò, quia
cum habitus non faciat Monachum, prout habe- 24
tur *cap. Porrectum, de regul. Conc. Trid. ſeſſ.*14. *de*
*Reform. cap.*6. deſignatio habitus pro profeſſione
religioſa (quod maximè procedit in eo quod eſt

*mente ſia nulla profeſſione. e ſia coſtretto a depor l'ha-
bito.* Quòd cum fuerit impreſſum de mandato Capi-
tuli Generalis, optimè oſtendit qualis fuerit eius ſen-
ſus in dicta ordinatione. Clarè ergò ex dictis elicitur
ordinationem, quatenus clauſulam irritatoriam conti-
nar, ſolum trahi debere ad ſtatutum telarom, quantum
ad id, quod in eo babetur de non admittendis fratri-
bus, niſi ſolum in tribus illis gradibus; non verò
quantum ad alia, quæ ſolum acceſſoriè in eo po-
nuntur.

35 Eneruatur etiam vis dictæ ordinationis, non ſolù ex
eo, quia non fuit facta à toto Capitulo, ſeu Religio-
ne, ſed à ſeadecim Capitularibus (condete autem
legem perpetuam ſolùm ſpectat ad totam Communi-
tatem, vel ad eum qui authoritatem habet ab ipſa,
iuxta doctrinam *S.Thom.*s.2.q.90.*art.*3. Sexdecim ve-
rò illos nec conſtat ab illa habuiſſe hanc facultatem;
vnde Rota in vna Mileuitana *Commenda de Mazara,*
15.*Iuny* 1635. *coram Motmanno numer.*23. expreſsè
babet quod Religio Hieroſolymitana ſolum per Ca-
pitulum Generale, non verò per ſexdecim Equites
Capitulares repræſentatur.) ſed etiam, & ſpecialiter
eo quod dato quod illi ſeadecim Equites poſſent
ordinationem facere, adhuc ipſa non ſubſiſtet: nam
ordinationes factæ in iſta Religione in vno Capitulo
generali, ſulum durant vſque ad aliud Capitulum ge-
nerale, nec trahuntur vltra, niſi turſus in nouis Co-
mitiis confirmentur, vt tradit Rota *in vna Mileuitana*
36 *Penſionis* 29.*May* 1637.*coram Ghiſlerio,n.*1. Et quam-
uis confirmata fuerit in vltimo Capitulo generali
anni 1631. hæc tamen confirmatio eodem modo clau-
dicat, ſicut prima ordinatio, quia fuit facta non à
toto Capitulo, ſed à ſeadecim illis: & præſertim, quia
talis confirmatio robur non habet, niſi à Sede Apo-
ſtolica confirmetur, eo quod Vrbanus VIII. ſolùm
ſub iſta conditione id conceſſit, & idem Capitulum
eam expreſsè reſeruauit; nunquam autem hæc con-
firmatio à Sede Apoſtolica facta eſt, & conſtans ve-
ritas eſt, quod cum beneplacitum Apoſtolicum eſt
reſeruatum (maximè ſi alias eſt de iure neceſſarium,
prout contingit in propoſito, propter Vrbani VIII.
decretum) ſi non habeatur, deciſio fruſtratur, vt
colligitur ex *Rota in Piſana Bonorum*, 18. *Octobris*
1585. *coram Brauo, & in Aretina Capellania* 16.*Ian-
uarij* 1616. *coram Buratto, & in Ferrarien. Deci-
marum* 23. *Iunij* 1617. *coram D. Patriarcha Pam-
philio, & coram Greg. deciſ.*181. *num.*1. Et in mate-
ria alienationis bonorum Eccleſiæ, ſupponitur com-
muniter ab eadem Rota ſpecialiter *in Treueren. bono-
rum coram Dunozetto* 15. *Martij* 1621.*num.*11.*&* 12.
*& in Romana, ſeu Viterbien. Ceſſionis bonorum, coram
Buratto anno* 1619.*n.*1.

37 Nec prætermittendum, ſed expendendum ad in-
tentum, quod caſu dato, & nullatenus conceſſo, quod
præfatus N. ratione defectus Cinguli militaris legiti-
mus profeſſus non eſſet, nec profeſſio ipſius valeret
in ratione profeſſionis Equitis militaris; nihilominus
valere deberet in ratione profeſſionis in altero gradu,
& è tribus, qui reperiuntur in dicta Hieroſolymitana
Religione. Veriſſima enim eſt regula illa, quæ ſu-
mitur ex *c. vnic. de deſponſ. impub. in* 6. ſcilicet, *quod
quando actus non valet eo modo quo fit, valet eo modo
quo valere poteſt*, quam approbat *Sanch. libro* 5. *in*
38 *Decalog. cap.*3. *num.*104. in profeſſione inualida: &
neceſſariò admitti debet in caſu matrimonij inualidi,
quia hic eſt caſus illius textus. Ex hac autem regula
ad intentum applicata elicitur, quod etiamſi profeſ-
ſio à N. facta non valeret in ratione profeſſionis ad
gradum Equitis, propter illum defectum; nihilo-
minus deberet valere in ratione profeſſionis ad ali-
quem alium gradum Religionis. Quod maximè cor-
roboratur ex eo, quod in dictis ſtatutis, *ſtat.*24. *de
recept. fratr.* dicatur, *admiſſum ad gradum contra for-
mam ſtatutorum, eſſe reducendum ad inferiorem gra-
dum.* Ex hoc enim euidenter infertur, quod ſi pro-
feſſio ſit inualida ad aliquem gradum ob defectum ali-
quem, debeat cenſeri valida in ordine inferiorem gra-
dum, ad quem non requiritur illa forma.

Quibus omnibus addendum, quod caſu gratis 39
dato, quod profeſſio expreſſa ab N. ob dictum defe-
ctum inualida eſſet, nullatenus tamen negari poteſt
tacitam profeſſionem emiſiſſe, quæ per Conc. Trid.
ſublata non eſt, & ſæpiſſimè à S. Rota. Canonizata;
ſpecialiter in vna coram *Greg. XV. deciſ.* 385.*num.*6.
& *in Metenſi profeſſionis coram Vbaldo ann.* 1615. *&
in Vlysbonenſi profeſſionis coram Merlino anno* 1622.
*num.*7.*& in alia Metenſi profeſſionis coram Cariſo an-
no* 1636. *num.* 3. *&* 7. Hanc verò tacitam profeſſio-
nem emiſiſſe N. euidenter conſtat ex eo, quod il-
lam emiſit duplici illo modo, quo ipſe commodi 40
inducitur, ſcilicet, delatione habitus profeſſorum,
iuxta *cap. ad noſtrum, de Regul. & cap. conſtit. eod.
tit. in* 6. & per exercitium actuum, qui proprij
ſunt profeſſorum, iuxta *cap. vidua, de regul.* Ete-
nim prædictus N. Crucem geſtauit in Pallio: Crux
autem illa eſt habitus profeſſorum, & per quam di-
ſtinguuntur à Nouitiis, vt *in ſtatut.*3. *de recept.
fratr.* habetur. Similiter actus proprios profeſſorum
fecit, vocando ſe in actibus publicis, & priuatis
fratrem Religionis Hieroſolymitanæ, & accep-
tando eum titulum à Religione, & Religioſis ipſi
conceſſum. Item acceptando commiſſionem ipſi 41
delegatam à Religione pro faciendis probationibus
nobilitatis cuiuſdam petentis admitti ad illam. Dele-
gationem autem iſtam, & acceptationem ſolis pro-
feſſis propriam eſſe colligitur *ex ordinatione* 19. Si-
militer cum vocatus eſſet ad Inſulam Melitenſem,
& non comparuiſſet, Religio eum adnotauit inter
profeſſos contumaces: ipſe verò non negans ſe eſſe
profeſſum, ſed potiùs id admittens, excuſationes ad-
duxit. Præterea iudicialiter confeſſus eſt ſe eſſe pro-
feſſum, etiam facto ipſo petendo, & obtinendo aſ-
ſignationem ſibi debitam in caſu emiſſæ profeſſio-
nis. Partis autem confeſſionem efficaciſſimam eſſe ad
probandum, conſtat ex *Paul. leg.*1. *ff. & C. de Con-
feſſ.* vbi quod *confeſſus pro iudicato eſt*: ipſamque eſſe
fortiſſimam probationem, elicitur ex *l. generaliter, de
probat. c. per tuas, de offic. ordin. cap. ſi ſacerdos, de inter.
act. l.*1. *§. fin.*

Nec poteſt dici, non intrare in hoc caſu tacitam 42
profeſſionem, eo quòd N. ignorauerit nullitatem
expreſſæ. Conſtat enim ipſum eſſe virum ſcientem,
& prudentem, & per conſequens nullatenus præſu-
mendum de ipſo, ignorare ea, quæ ſubſtantialiter
ſpectabant ad profeſſionem ſuam. Eo vel maximè,
quod ex litteris per ipſum receptis ab Equite quodam
Vecchietto, ſciuerit ob prætenſum defectum non
fuiſſe ſuam profeſſionem à Vicecancellario regiſtra-
tam inter alias cum cingulo emitti ſolitas. Habuit
ergo ipſe ſufficientem cauſam dubitandi de validi-
tate profeſſionis. Cum ergo perſeuerauerit in illa,
deferendo habitum, & exercendo opera propria pro-
feſſorum per quinquennium, procul dubio intrauit
de plano ratificatio profeſſionis, & profeſſio tacita.
Hæc enim eſt cauſa, quare Concil. Trid. *ſeſſ.*25. *de
regul. cap.*19. non admittit reclamationem profeſſi
poſt quinquennium; quia ſcilicet præſuppoit, ac
præſumit, illum eo tempore ratificaſſe ſuam profeſſio-
nem, ſeu tacitè illam emiſiſſe, prout dixi *tom* 4. *verſ.
Profeſſ. regul. numer.*21.

Dato etiam, quod ad validitatem huiuſmodi ra- 43
tificationis, ſeu tacitæ profeſſionis, requiſitus ſit
nouus conſenſus Religionis (de quo variæ extant
DD. ſententiæ) procul dubio adfuit in præſenti.

Tum

Tum quia, vt conſtat ex præfatis litteris Equitis Vecchietri, fuit hoc delatum ad Cancellarium, & Officiales Religionis; & nihilominus Religio non ſolum permiſit N. in ea manere, ſed etiam illi tribuit ea, quæ ſolùm profeſſis conuenire poterant; ſcilicet, delegare illi commiſſionem ad faciendum informationes pro nobilitate cuiuſdam: vocare, ſeu citare illum ad comparendum ad Inſulam Melitenſem, adnotando illum inter profeſſos contumaces ob non comparitionem, & admittendo poſtea ipſius excuſationem. Tum etiam, quia cùm eademmet Religio cap. 24. *de recept. fratr.* diſponat, *quod receptus contra formam ſtatutorum, ſi fuerit Equus, reducatur ad ſtatum fratris Seruientis: Si frater Capellanus ad fratrum Obedientia. Si frater Seruiens, ad ſeruitutem officij, quodque ſit inhabilis ad omnem adminiſtrationem, & bona Ordinis*; manifeſtè ſupponit vnum de duobus: vel
44 quod ex inobſeruantia formæ ſtatutorum Ordinis non erat inducta nullitas profeſſionis; vel quod ipſa Religio approbat tacitam profeſſionem illius, qui illam expreſsè emiſit, non obſeruata forma ſtatutorum. Aliàs enim, quomodo non profeſſum expreſsè, aut tacitè puniret, redigendo illum ad ſtatum inferiorem, & inhabilitando ipſum ad bona communia Ordinis?
45 Expreſſio enim dictæ pœnæ & ſupponit eum, cui infligitur, ſubditum eſſe; & declarat validè profeſſum. Bald. *in l. non dubium, C. de legib. num.* 18. Abb. *in cap.* 2. *num.* 5. *circa med verſ. ſi autem nullitas*, ibique Felin. *ſub. num. . verſ. ſed inter alios, de teſtib. Card. in Clem.* 1. *num.* 2 *poſt med verſic. ſed ſi punit factum, de reſcripſ.* Syl eſt. *in ſum. verb. lex. n* 28. *ante fin. verſ ſecundò Cardinalem.*

Nec aliquid refert, quod Vicecancellarius (vt di-
46 citur) noluerit regiſtrare profeſſionem factam à N. propter defectum in ea aſſertum cinguli militiæ, aut Inſignium militarium. Cùm enim hoc ſit factum particulare cuiuſdam perſonæ, non poteſt derogare profeſſioni factæ, & acceptatæ auctoritate Apoſtolica, & ratificatæ tum ab ipſo profitente, tum à Religione ipſa, vt oſtenſum eſt; præſertim cùm pro illa facienda non deſiderareturæ eſſentialiter talis ceremonia, vt etiam oſtenſum eſt ex ſtatutis eiuſdem Religionis. Sicut nec derogat baptiſmo, aut matrimonio aliquorum, quod Parochus propter aliquam cauſam non ſcripſerit illos,
47 prout tenetur, in libris ad hoc deſignatis. Ad quod accedit, quod ipſe Vicecancellarius, prout conſtat ex literis ipſius datis Melitæ 1. Decembris 1645. videtur id feciſſe authoritate propria, non verò ſupremi Generalis Religionis, prout requirebatur pro re tanti ponderis, qualis eſt reprobare profeſſionem factam in Religione, quæ profeſſiones factas cum ſimili defectu approbat, & ratificat, taliter profeſſos, vt legitimè profeſſos tractans, & reputans. Quod clarius, & manifeſtius procedit, loquendo de profeſſione tacita, ad quam nullatenus requiruntur tales, aut ſimiles ceremoniæ regiſtrationis, &c.

Sic pro conſcientia, & veritate interrogatus ſentio Doctiorum cenſuræ me ſubmittens. Romæ apud Tranſpontinam 6. Ianuarij 1647.

48 Quia tamen pro contraria parte adducebatur nouum motiuum, ideo iuſſus illi ſatisfacere, hoc etiam votum ſcripſi.

49 Interrogatus pro conſcientia, An ſubreptiones, vel obreptiones prætenſæ in Breui fel. record. Vrbani VIII. conceſſo ad inſtantiam N. illuſtriſſimi Equitis Ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani, vt poſſet emittere profeſſionem in manibus Eminentiſſimi Cardinalis Antonij Barberini, illud reddant irritum, & caſſum, ac per conſequens etiam profeſſionem ex vi illius emiſſam nullam, & irritam faciant. Cenſeo dicendum contrarium, ita vt Breue illud Vrb. VIII. legitimum credam, & profeſſioné ex vi illius factã validam. Quod ſic oſtendo.

Nam tales ſubreptiones, vel obreptiones (ſi fue- 50
runt in tali Breui) vtique eſſent affectatæ, malitioſæ, & doloſæ; quia erant de rebus, quas impetrans ignorare non poterat, ſcilicet de complemento Nouitiatus, & conditionibus requiſitis ad profeſſionem faciendam, quæ quidem notiſſima ſunt Nouitiis Religionum ex praxi quotidiana illarum, lectione ſtatutorum, & inſtructione ſuorum Magiſtrorum. Hoc autem 51
nullatenus credi debet de viro probo, qualis eſt prædictus Illuſtriſſimus, non ſolùm quia bonus quilibet in dubio præſumitur, *l. merito, ff. pro ſocio. l. quoties, §. qui dolo, de probat, c. vnic de ſcrutin. in ordin. fac. cap. Dudum, & cap. vlt. de præſumpt.* & ibi DD. ſed etiam, quia delictum in dubio non præſumitur, & ideo actus qui 52
poteſt ſonare in delictum, & non delictum, ſemper interpretatur vt abſit delictum, *l. merito, ff. pro ſocio, l. Prætor, §. docere, ff. de vi bon. rap. c. Eſtote, de reg. iur. in decret.* & ibi etiam DD. Adeo vt interpretatio ſem- 53
per facienda ſit, vt excludat delictum, Abbas *in c. Cum tu, de teſtib.* Maſcard. *de pobat. concluſ.* 496. Farin. *in prax. crimin. p.* 3. *q.* 85. *n.* 1.

Quod maximè procedit, cum agitur de perſona de 54
bono genere nata, qualis eſt prædictus Illuſtriſſ. Thomas de Thom. *in florib. leg. reg.* 67. Et bonæ educationis, qualis etiam eſt. Farinacius *in prax. p.* 1. *q.* 47. *num.* 282. Ac præcipuè cum agitur de ſalute animæ. Menochius *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 1. *num.* 29. Et 55
magis ad intentum noſtrum, quando agitur de profeſſione religioſa, quæ eſt veluti alter baptiſmus, & per quam pleniſſima omnium criminum commiſſorum condonatio conceditur, vt D. Hieronymus, Bernardus, Anſelmus, & alij Patres, & Doctores demonſtrant. Prorſus ergo incredibile eſt prædictum Illuſtriſſ. ea 56
occaſione voluiſſe grauiſſime peccare mortaliter Papam decipiendo, prædictos defectus doloſè, & malitioſè in Breui permittendo, aut profeſſionem fictè emittendo.

Secundò, quia tales defectus doloſi, & malitioſi pro- 57
culdubio nihil iuuare poſſunt ipſum ad intentionem inualiditatis ſuæ profeſſionis, dolus enim nemini debet patrocinari, *l. nec ex dolo, ff. de dol. l.* 3. *ff de tranſact. l. is qui dolo, ff. de rei vendic. l. pen. in fin. ff. de iur. dot. l. Si ex dolo, ff. de re Iudic. l. etiam, §.* 1. *ff. ſolut. matrim. c. audiuimus, de colluſ. deteg.* Et caſu quo illi aliqua- 58
tenus patrocinari poſſet, hoc non poteſt eſſe ſi id cedat in damnum alterius, Religionis videlicet Hieroſolymitanæ, & alterius partis intereſſe habentis in validitate profeſſionis illius, propter renunciationem illi factam de bonis ipſius. Dolus enim vnius non debet alteri nocere, *l. eleganter, in princ. ff. de dol.* Card. Tuſcus *pract concluſ. tom.* 2. *lit. D. concluſ.* 582. vbi *num.* 2. poſt Caſtr. *conſ.* 412. *viſo facto, n.* 3. *lib.* 1. Verum qui- 59
dem eſt Religionem potuiſſe non acceptare dictam profeſſionem factam ex vi Breuis ſic doloſi (ſi tale eſſet,) & rogere impetrantem ad ratificandum illam, iuxta doctrinam Baſilij Pontij de Leone *lib.* 2. *de matrim. cap.* 5. *num.* 11. *& lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 10. & ſi id non fecerit, ſed potiùs acceptauerit, vt dixi in alio ſcripto de hac re; ipſi tamen impetranti dictum Breue dolus, & malitia ipſius nullatenus ſuffragari poſſunt.

Tertiò arma retorquendo contra eundem Il- 60
luſtriſſimum. Si enim Breue concedens gratiam emittendi profeſſionem extra Conuentum in manibus Eminentiſſimi Cardinalis Antonij redditur nullum, & ſubreptitium ob falſitatem ab eo expoſitam, vel ex eo quod non expreſſit ea quæ exprimere debebat; ſequitur etiam manifeſtè ſubreptitium quoque eſſe aliud Breue eiuſdemmet Summi Pontificis Vrbani VIII. quo illi conceſſit gratiam reſtitutionis in integrum ad reclamandum contra profeſſionem, non obſtante lapſu

quinquennij

quinquennij ad id requiſiti à Concilio Tridentino, ac
proinde nullatenus audiri poſſe in hac cauſa inualidi-
tatis profeſſionis ſuæ. Etenim in poſtulatione gra-
tiæ huius ſecundi Breuis exponere debebat ſubreptio-
61 nes, & obreptiones, quæ erant in primo Breui, vel
ſaltem (quod ſine dubio videtur) exponere ſe velle
impugnare profeſſionem propter nullitatem proue-
nientem ex dolo, malitia, & fraude ſua. Procul du-
bio, namque ſi hoc expoſuiſſet, ſiniſtrum aliquod de
illo ſuſpicatus fuiſſet Summus Pontifex, & non con-
ceſſiſſet facultatem reclamãdi contra profeſſionem, ſed
ex vi illius factam, potius illum puniret pœnis à iure
taxatis, *c. ad falſariorum in fin. de crim. falſ.* contra de-
cipientes Papam, & impetrantes malitioſè, & doloſè
literas Apoſtolicas.

62 Et caſu quo non puniret, ad minus non concederet
nouam gratiam, non ſolùm quia indignus eſſet ea, ſed
etiam quia in eo, quo quis peccat, in ipſo puniri debet,
*c. quanto, de tranſlat. Epiſc. cap. Cum olim, de offic. &
poteſt. Iudic.* & ibi DD.

63 Siue autem dicatur prædictos defectus Breuis con-
tigiſſe ex dolo, & malitia poſtulantis, ſiue ex igno-
rantia, & bona fide ipſius, adhuc dicendum perſeue-
rare illius validitatem propter conſenſum eiuſdem im-
petrantis, qui ex vi illius profeſſionem emiſit, &
milles poſtea ratificauit, verbis, & factis continuatis
per quinquennium, appellando ſe fratrem, gerendo
Crucem in pallio (qui eſt proprius, & caracteriſticus
habitus profeſſorum) commiſſiones ſibi, vt profeſſo
delegatas acceptando, & exequendo, ac reum ſe co-
gnoſcendo in tranſgreſſione præceptorum Religionis
circa acceſſum ad Inſulam pro illius defenſione, &
demùm ab eadem Religione ſupplicando pro abſolu-
tione à contumacia incurſa propter tranſgreſſionem
talium præceptorum, vt patet in Summariis. Etenim,
64 vt habet Theſaurus vir doctiſſimus, & Pœnitentia-
tius Apoſtolicus S. Petri de Vrbe *in prax. Eccleſ.
part. 2. verb. Gratia, cap. 8. §. Limita etiam*, ſubreptio
literarum Apoſtolicarum in præiudicium tertij ſanatur
conſenſu eius, de cuius intereſſe agitur, ad quod ad-
fert Rotam Seraphini *deciſ.* 268. vbi *num.* 6. habetur,
eum qui acceptauit gratiam ſibi factam, ea vtendo
ſibi præiudicaſſe, & hoc præiudicium non tam ex
Principis diſpoſitione, quàm ex ipſius conſenſu oriri,
iuxta doctrinam Pariſij, & Socini: & *num.* [illegible] quod
65 gratia etiam in præiudicium tertij facta teneat, ipſo
tertio volente, etiamſi ſuperueniat voluntas poſt gra-
tiam, iuxta doctrinam Deciani, Antonij de Buttio,
& aliorum. Ad quod deſeruit regula illa, factum pro-
prium nemo impugnare poteſt, *l. poſt mortem, ff. de
adopt. l. & per fundum, ff. de ſeruit. ruſtic. præd. l. ſi-
cut, ff. de action. & obligat. l. cum à matre, Cod. de rei
vend. l. generaliter, §. fin. ff. de non numer. pecun. l. non
idcirco, Cod. de contrah. empt. l. ſi creditoribus, Cod. de
ſeru. com pig. dat. l. cum profitearis, C. de reuoc. donat. l. 1.
C. de remiſſ. pign. c. veniens, de fil. Presbyt. c. cum ſuper,
de conceſſ. præbend.* Thomas de Thomaſſ. *in florib. leg.
regul.* 26.

66 Maximè etenim procedit hæc regula, *factum pro-
prium nemo impugnare poteſt*, in præſenti, eo quòd
prorſus euidens videatur, quod caſu dato, & nullate-
nus conceſſo, quod profeſſio expreſſa iſtius Illuſtriſſi-
mi valida non fuerit propter hos, vel alios defectus
prætenſos; nihilominus negari non poteſt, quin pro-
pter ratificationem illius, & tacitam profeſſionem,
quam fecit modis ſuprà aſsignatis, de quibus in alio
meo ſcripto de hac profeſſione (accedente præſer-
tim conſenſu Religionis eandem profeſſionem appro-
bantis, primò eum adnotando inter Profeſſos in li-
bris communis Ærarij. Secundò eidem delegando
commiſſionem vti Profeſſo. Tertiò, & imperando
tanquam profeſſo, vt ad Inſulam veniret. Quartò eum
inter contumaces referendo ob non acceſſum; ac de-
mum, quintò eum abſoluendo, & inter Profeſſos ab-
ſolutos referendo) ſit verè, & legitimè profeſſus,
& pro tali ſemper iudicandus, & habendus: maximè 67
cùm agatur de validitate profeſsionis, in qua quando
res eſt dubia, aut probabilis, ſemper iudicandum eſt
pro valore illius, vt oſtendi in meo ſcripto relato.

Rebus tandem vtrinque diligentiſſimè diſputatis, & 68
prout decebat, maturiſſimè diſcuſſis, S. Rota die Vene-
ris 10. Decembris 1646. coram Illuſtriſſimo D. Rojas
hanc edidit deciſionem. In cauſa Mileuitana *nullitatis
Profeſſionis*.

Ob defectum integri anni Nouitiatus requiſiti à 69
Sacro Concilio Trident. ſeſſ. 25. cap. 15. de Regul. &
per Statutum Religionis Hieroſolymitanæ cap. 28. ſub
tit. de recept. fratr. ac ob omiſſionem ornatus Cinguli
Militaris contra diſpoſitionem dicti Statuti ſub cap. 2.
eod. tit. diu controuerſa profeſſione D. Petri Corſini
coram Eminentiſſimis DD. Ginetto, Cæſio, & Vid-
man; placuit Sanctiſſimo committere, vt ipſi procede-
rent de voto Rotæ, & hodie diſcuſſa cauſa, profeſſio-
nem eſſe validam DD. reſponderunt.

Nam defectus integri anni Nouitiatus ex facto tol- 70
litur, dum certum eſt profitentem permanſiſſe ante
profeſſionem, non ſolùm ſpatio vnius anni iuxta diſ-
poſita per Sacrum Concilium Tridentinum, & Sta-
tutum prædictum, ſed ſpatio 21. menſium, ex quo
admiſſus fuit in Conuentu 6. Februarij 1637. à quo
ſolùm diſceſſit 4. Nouembris 1638. Et licèt dicatur à
Petro, quod poſt dictum tempus diſceſſerit è Conuen-
tu non emiſſa profeſſione cum licentia Magni Magi-
ſtri habente conditionem redeundi infrà terminum
duorum annorum ad Nouitiatus annum peragendum,
& cum tempus probationis fuerit prorogatum, debe-
bat ante profeſſionem nouum annum perficere; nihil
obſtat, dum prædicta conditio in omnibus licentiis
apponi ſolita non importat obligationem peragendi
nouum annum, ſed ſolùm illum perficiendi, quate-
nus non eſſet completus, cum hoc denotet verbum
peragere, quod ſignificat perfectionem, & comple-
mentum anni ſuſcepti, non autem reiterationem, vt
notat *Gloſſ. in l. qui procuratorem, ſub verb. peragere,
& ibi Angel. & Caſtr. ff. de procurat.* & probat text.
*in l. non diſtinguimus, §. Item ſi quis Romæ, ff. de recept.
arbitr. l. filius, §. multò magis, de inoffic. teſtament.
Rebuf. in l. 3. verb. peragendum, ff. de verb. ſignific.*
Stante perfectione anni Nouitiatus, & vltrà validè
poterat profeſſionem emittere, maximè quia receſſus
à Conuentu etiam ſine licentia Superioris, non tamen
animo dimittendi habitum, non obligat ad reiteran-
dum annum Nouitiatus, vt firmant *Syluest. in verb.
Religio 5. quæſt. 4. Rodrig. q. regul.* [illegible] *5. art. 10. ad fin.
Sanch. ad decalog. lib. 5. cap. 4. num* 34. ſed admittitur
ad profeſſionem qui peracto Nouitiatus anno extra
Conuentum commoratus fuit, niſi aliud obſtet, vt
cenſuit Sacra Congregatio Concilij relata per Barb. *de
iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 42. num. 129. & collect. deciſ.
collect. 525. num. 8. & collect. 612. num. 4.* Imò nec mi-
nus per huiuſmodi receſſum annus interrumpitur, vt
admittit *Suar. de Religion. tom 3. lib. 5. cap. 15. num. 6.
ad fin. Dian. part. 3. tract. 2. reſ. 84. ad fin. & part. 5.
tract. 5. reſ. 19. circa fin. verſ. ſi verò. Bordon. de profeſ.
regul. cap. 14. quæſt. 13. ſub verſ. Galuanus, & quæſt. 19.*
Hocque comprobatur ex fide Equitum atteſtantium
huiuſmodi licentias cum hac conditione ſolitas eſſe
expediri, tam pro Nouitijs, qui impleuerant annum
Nouitiatus, quàm pro illis, qui eum non perfecerant;
ſed illa conditio arctat ſolùm eos ad Nouitiatus an-
num perficiendum, qui eum non compleuerunt, non
autem alios, qui illum iam perfecerunt; idcircò non
obligat in caſu propoſito, dum prædictus annus per-
fectus remanſit.

Defectus

71 Defectus verò Cinguli Militaria, quem prætendebant eſſe neceſſarium in actu profeſſionis emittendæ nullo modo illius omiſſio reddere poteſt inualidam pſam profeſſionem ex duplici ratione. Primò, quia dictus Cingulus non eſt de ſubſtantia profeſſionis, quæ conſiſtit ſolum in obligatione directa Deo per emiſſionem trium votorum, non autem in habitu, vel aliis actibus extrinſecis, *cap. porrectum, de regul. vbi Abb.num.* 13. *Suarez de relig.tom.*3 *lib* 6 *cap.*12 *n.*24. *Caſtropal.sper.moral.p.*3.*tr. de ſuſcept. relig.ſtat.diſp.*3. *punct.*1.*num.*1 *in fin.& punct.*6 *num.*9 *cum aliis relatis per Rotam deciſ.*116 *num.*3 *p.*2 *diuerſ & in Viysbor ca. nullitatis profeſſionis*, 29. *Iannar.*1646. *coram R.P.D. meo Arguelles.*

72 Nec refert, quod ſtatutum *in dictis cap.*2.*de recept. fratr* diſponat, quod Eques ante receptionem habitus, & emiſſionem profeſſionis neceſſe eſt, vt decoratus ſit Cingulo militari, vnde dicta ſolemnitas ornatus, vti de neceſſario requiſito omitti non poterat abſque vitio nullitatis, attento præſertim decreto irritanti appoſito *in ordinatione* 2. *de recept frat.* Tum quia dicta verba vti præceptiua non ſufficiunt pro nullitate profeſſionis, *Abb. in cap. quia in inſulis*, *n.*4. *& c.porrectum n.*13. *de regul. Azor. inſtit. moral. par.*1. *lib.*12.*cap.*5.*q.*7. *in fin.Sanch. in decalog lib* 5.*c* 3.*n.*4 *Suarez de legib. lib.*5. *cap* 29. *num.*7. *Mirand. in manual. Prælat. quæſt.*24 *concluſ.*2 *num* 2. *cum aliis per modernum de profeſſ. cap.*2. *q.*49. & hanc ſententiam amplexa fuit Sac. Congregatio Concilij Tridentini, vt refert *Peyrin.de prælat reg.q.*3.*c.*1.§.6. *n.*178.*tom.*2. *Barboſ.de poteſt. Epiſc. part.*3. *allegat.* 101. *num.*105. *& in collect ad Concil.dicta ſeſſ.*25 *cap.* 15.*n.*12. *& ſeq.* vt in ſimili dicitur de Coniugibus abſque licentia Epiſcopi profitentibus, contra diſpoſitionem *cap. ſi vir, & vxor*, 27. *quæſt.*1. vbi prohibetur huiuſmodi profeſſio ſine licentia, & tamen abſque illa facta valet, vt refert *Sanchez de matrim. lib.*7. *diſp.*32. *num.*3. *verſ quantum ad primum*, & de Nouitia profeſſionem emittente non præcedente examine ſuæ voluntatis, contra formam traditam a Sacro Concilio Tridentino ſeſſ.25. cap.17. de reg. & tamen dicta profeſſio eſt valida, vt aduertit *Menoch. conſil.* 396. *numer.* 22. *Sanch. in decalo*. *lib.* 5. *cap.* 4. *numer.* 84. *Pelizzar. de monial. cap.*3. *ſeſſion. prima, num.*3.

73 Tum etiam, quia dicta ſolemnitas Cinguli, vt Domini ponderarunt, inducta dumtaxat fuit ad diſtinctionem graduum militum, non autem pro validitate profeſſionis, dum in *c.*1. *dicti ſtatuti de recept. fratr.* vbi tribuitur certa forma in profeſſione facienda à Militibus, nunquam legitur, quod profitens debeat eſſe Cingulo militari decoratus vel decorandus, in ſecundo verò capite ordinato ſolummodò ad diſtinctionem graduum militum dicitur, quod ſolum Eques Iuſtitiæ decoratus ſit dicto Cingulo, quem non requirit in aliis Equitibus Sacerdotibus, & ſeruientibus. Vnde infertur, quod dictus Cingulus requiritur ſolùm ad diſtinguendos milites, vt apparet ex lectura tam rubricæ dicti cap. ibi, *della diuiſione de gradi de fratelli del noſtro Ordine*, ex hac enim colligitur quænam fuit mens diſponentis, & cauſa diſpoſitionis, vt firmant *Roman.conſ.* 16.*num.*4. *Curt. iun. conſil.* 107.*n.*2. *Hoaded.conſil.*14.*num.*13.*lib* 1 *Maſcard de gen ſtatut. interp. concluſ.*2.*n.*192. *& dixit Rota coram me in Fanen. nullitatis apocha*, 13. *Martij* 1648 §. *Prima,enim.* Quam ex verbis dicti cap. ibi, *Triplice è la differenza de noſtri Fratelli, perciò che altri ſono Sacerdoti, altri Seruienti, & altri Caualieri: Hora chi trouandoſi idoneo demandara d'eſſer riceuuto in grado di Caualiero, prima che pigli l'abito, è neceſſario, che ſia ornato del Cingulo della militia, però li Capellani, e Seruienti non è neceſſario ornardirli tali Inſegne militari.* Idcirco dici debet, quod ornatus Cinguli neceſſarius non eſt pro validitate profeſſionis faciendæ, ſed ſolum ad diſtinctionem militum, maximè quia de illo nulla prorſus fit mentio in dictu primo cap. quod dat certam formam profitendi. Ideo non poteſt ex illius omiſſione induci nullitas profeſſionis, vt dicitur de profitente abſque habitu Religionis, cuius omiſſio non inualidat profeſſionem, cum non habitus, ſed profeſſio faciat Monachum, *ad text. in d.c.porrectum de Regular.*

Itaque non afficit decretum irritans appoſitum in *ordinat. prima de recept. fratr.* vbi cum decreto irritanti prohibetur, ne aliquis ad habitum admittatur, niſi in tribus diſtinctis gradibus recenſitis *in dicto cap.*2. ſit factis, & exhibitis probationibus Nobilitatis, & legitimitatis. Quia dictum decretum reſpicit ſolum caſum admiſſionis in alio, quàm in tribus gradibus relatis, & non facta legitima, & valida probatione Nobilitatis, & legitimatis, de quibus dumtaxat in illo fit mentio, ideo dictum decretum non eſt extendendum ad omiſſionem Cinguli, ſed ſolum ad caſum expreſſum, cum agatur de annullatione actus, in qua ſtrictiſſima fieri debet interpretatio *l. ſancimus, C. de teſtam. Durand. deciſ.*48.*n.*14.*Seraphin. deciſ.*627. *num.*10. præſertim quia decretum irritans non egreditur terminos caſus expreſſi, ſed regulatur ſecundum naturam diſpoſitionis, cui adiicitur. *Put. deciſ.*301. *num.*2. *lib.*1. *Mantica deciſ.*359 *ſub num.*4. *Comitol. deciſ.*19.*num.*11. *Duran.dicta deciſ* 48.*num.*22. *& deciſ.*632.*num.*45.*part.*3.*diuerſ.* ac firmatum fuit *in Tarraconen Parochialis*, 10. *Nouembris* 1634. *coram Eminentiſſimo Panzirolo*, §. *quibus non obſtat, in Hiſpalen. matrimonij*, 22. *Iunij* 1644. *coram Reu. P.D. meo Cerrado*, §. *Quoniam ille, ac in Monaſterien. Canonicatus*, 10 *Iunij* 1648 *coram Reuerendiſſimo Dom.Terracinen.* §. *non obſtat.* Idque comprobatur ex fide Epiſcopi Melitenſis, & Prioris Eccleſiæ, ac ex depoſitionibus Teſtium atteſtantium, profeſſos omiſſa etiam dicta ſolemnitate ornatus Cingoli, pro veris Religioſis habitos fuiſſe, & haberi. 74

Secundò, quia quamuis omiſſio prædictæ ſolemnitatis irritaret profeſſionem factam, quod tamen ex deductis expreſsè refellitur, nihilominus prædicta locum ſibi vendicant ſolummodò in ſolitis profeſſionibus faciendis in Conuentu, non autem in hac profeſſione in Vrbe emiſſa coram Eminentiſſimo Cardinali Antonio Barberino Delegato Apoſtolico, in qua ſatis fuit pro eius validitate obſeruare formam præſcriptam in Pontificiali Romano confirmato per Clementem Octauum de anno 1596. in quo ſub *tit.de creat.milit. regul.* non requiritur dicta ſolemnitas in actu profeſſionis, quod comprobauit ſubſequuta obſeruantia, vt teſtantur Magiſtri Ceremoniarum. Quapropter quamuis non interuenerit dicta ſolemnitas Cinguli, illa tamen neceſſaria non erat, ex recepta concluſione, quod in ſolemnitatibus attendenda eſt diſpoſitio Conſtitutionis illius loci vbi actus celebratur. *Anchar. in repet.cap.*1. *de Conſtit.quæſt.*12. *in princ. Maſcard. de gener. ſtatut. interpret.concl.*7.*num.*41.*verſ.ſextò quia ſolemnitas* 75

Et ita vtraque, &c.

CONSILIVM

CONSVLTVM VI.

De ſtatutis Religionum à Papa confirmatis.

SVMMARIVM.

1 *Caſus ſeu factum.*
Breue Vrbani VIII. ibid.
2 *Dubium circa illud.*
3 *In rebus leuibus, frequentibus, & propriis diſpenſant Prælati Religionum.*
4 *Authores id fatentur.*
5 *Colligitur ex Concilio Tridentino.*
6 *Item ex D. Bernardo.*
7 *Tales Prælati diſpenſant in præceptis Eccleſiaſticis.*
8 *Voluntas Papæ præſumitur.*
9 *Diſpenſatio in iſtis eſt neceſſaria pro bono regimine religionis.*
10 *Quæ cauſa ſunt neceſſaria ad iſtam diſpenſationem.*
11 *Prima eſt* tempus.
12 *Secunda* vtilitas.
13 *Tertia* qualitas perſonæ.
14 *Quarta* neceſſitas.
15 *Quinta* pietas.
16 *Sexta* euitatio ſcandali.
17 *Septima* euitatio offenſæ.
18 *De obſeruantiis aliis Regulæ, & conſtitutionum à Sede Apoſtolica confirmatarum.*
A quibus diſpenſari poſſint. ibid.
19 *Inferior non poteſt in legibus ſuorum ſuperiorum.*
20 *Regula eſt veluti anima religionis.*
21 *Conſtitutiones ordinantur ad obſeruantiam regulæ.*
22 *Priuilegia quoad hoc.*
23 *Priuilegia Congregationis Caſſinenſis.*
24 *Quomodo intelligenda.*
25 *An ſublata per breue Vrbani Octaui.*
26 *Clauſulæ derogatoriæ quid reſpiciant.*
27 *Regulæ Sanctorum, etiamſi ſine diſpenſatæ, dici poſſunt obſeruari.*
28 *Differentia inter abrogationem, ſeu derogationem, ac diſpenſationem.*
29 *Diſpenſatio non eſt caſſatio legis.*
30 *Dictæ Conſtitutiones dici poſſunt perpetuò obſeruari, quamuis diſpenſentur.*
31 *An in vim Iuris communis.*
32 *Obligatio legis humanæ inducitur voluntate ſuperioris.*
33 *Colligitur ex* cap. cum ad monaſterium.
34 *Ex Gloſſa ibidem.*
35 *Efficax argumentum.*
36 *Fauet Canon Monachi.*
37 *Axiomata Iuris.*
38 *Non prohibita ſunt permiſſa.*
39 *Talis diſpenſatio non eſt prohibita.*
40 *Sententia Doctorum in caſu neceſſitatis diſpenſationis.*
41 *An in illo poſſit illam dare Congregatio Caſſinenſis.*
42 *Doctrina Sancti Thomæ.*
43 *An extra caſus neceſſitatis.*
44 *Confirmatio talium Conſtitutionum eſt in forma communi.*
45 *Habet rationem cauſæ acceſſoriæ.*
46 *Ad inſtantiam Religionis.*
47 *Eſt gratia, & priuilegium.*
48 *Non eſt eſſentialis.*
49 *Non facit leges Papales.*
50 *Signum huius quid eſt.*
51 *Non obſtant verba Breuis.*
52 *Pontifex non abſtulit iſtam facultatem.*
53 *Non obſtat clauſula* irritum, & inane.
54 *Quam vim habeat illa clauſula.*
55 *Ad quæ referatur.*
56 *Quid ex ea colligi poſſit.*

IESVS MARIA.

CASVS.

CONGREGATIO Caſſinenſis Ordinis S. Benedicti habet quaſdam Conſtitutiones, ac declarationes ſuper Regula S. Benedicti, factas in quodam Capitulo Generali eiuſdem Congregationis, approbatas, & confirmatas ab Vrbano VIII. litteris datis Romæ apud S. Petrum, 27. Martij 1642. his verbis: *Conſtitutiones, & declarationes prædictas in dicto Capitulo generali, vt petitur, correctas, & declaratas, dummodò tamen SS. Canonibus, ac Concilij Tridentini decretis, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis non aduerſentur, atque ſint reuocatæ, aut ſub aliqua reuocatione comprehenſæ, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos, tam; iuris, quàm facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint, ſupplemus, atque Conſtitutiones, & declarationes huiuſmodi in eadem Congregatione perpetuò obſeruari, ſicque per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obſtantibus, &c.* 1

Quæritur modò, an alia Congregatio Generalis, ſeu Diffinitores Capituli, ſeu Congregationis Generalis eiuſdem Congregationis Caſſinenſis poſſint, non obſtante dicta approbatione, ſeu confirmatione dictarum Conſtitutionum, & declarationum à Papa obtenta, ſine Sedis Apoſtolicæ authoritate in iiſdem diſpenſare, ſi aliquando ratio publici boni, vel alia vrgens, & rationabilis cauſa ſuper illis diſpenſari poſtulauerit. 2

Reſponſio.

Dicendum primò, quod ſi ſermo ſit de rebus *leuibus*, id eſt, paruis obſeruantiis, ſiue in Regula, ſiue in conſtitutionibus huius Religionis à Sede Apoſtolica modo relato approbatis, & ſimplici ordinatione intimatis; ſiue de rebus *frequentibus*, iis videlicet, quæ ordinariè, & fermè quotidie contingunt; ſiue *de propriis*, illis nempe, quæ ſunt propria, peculiaria, & veluti municipalia alicuius conuentus, non ſolùm Congregatio Generalis, ſed etiam inferiores Prælati, & Abbates reſpectiuè poſſunt in ipſis diſpenſare, cauſa iuſta, & rationabili ſubſiſtente. 3

Ita communiter Doctores, ſpecialiter Caietanus 1. 2. *quæſt.* 97. *art.* 4. Sotus *lib.* 1. *de iuſtit. quæſt.* 7. *art.* 3. Rodrig. *tom.* 1. *quæſt. Regular. quæſt.* 27. *art.* 5. Val. *tom.* 2. *diſp.* 7. *quæſt.* 5. *punct.* 9. Suar. *de legibus lib.* 6. *cap.* 14. *à num.* 9. Peirinis *tom.* 1. *de ſubdito, quæſt.* 1. *cap.* 8. §. 5. Tamburinus *de iure Abbat. tom.* 3. *diſp.* 4. *quæſit.* 8. & alij. Colligitur primò ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 1. *de Regularib.* vbi præcipiens Religioſis, Superioribus præſertim, obſeruantiam Regulæ, & præceptorum, ſubiungit: *Cùm compertum ſit ab eis non poſſe ea, quæ ad ſubſtantiam Regularis vitæ pertinent, relaxari. Si enim illa, quæ baſes ſunt, & fundamenta totius Regularis diſciplinæ, exactè non fuerint conſeruata, totum corruat ædificium neceſſe eſt.* Ex 4 5

quibus, eum iuxta commnne illud, *Exceptio firmat*
regalnm in coatrarium, & à contrario ſenſu (ex quo
validum ſumitur argumentum, *l.1. § huius rei, ff. de*
officio eias, l. qai teſtamento, § mulier, ff. de teſtament.
l ſi procnratorem, §. ſi ignorantet, ff. mnndati, & aliis
iuribus, & DD.) colligitur Superiores Religionum
diſpenſare poſſe in illis, quæ non pertinent *ad ſab-*
6 *ſtaatiam Regularis vitn*, nec. ſunt *baſes*, *nui funda-*
menta Regularis diſciplinn, prout ſunt iſta *leuia*, *fre-*
quentin, & propria. Secundò ex D.Bernardo *in lib. de*
precept. & diſpeaſne. ibi: *Patet ergo qaod magna ex*
parte Regularis traditio ſubeſt ei, qui præeſt, etſi noa vo-
luntati, certè diſcretioni. Intellige, quoad iſta minoris
momenti. Vnde de illis etiam habet: *Ita neceſſarin*
7 *dixerim, vt eis miaimè præiudicetur neceſſariis, rntiona-*
bilibuſque diſpeaſationibas. Tertiò, quia tales Prælati
diſpenſant cum ſuis ſubditis in præceptis Eccleſiaſti-
cis, ieiunij videlicet, abſtinentiæ, &c. prout communi-
ter docent Theologi, præſertim Suarez infrà referen-
dus *c.12. à aum.18.* Ioannes de Cruce *lib.1. de Voto*
obedientin, c.6. dub.21. Tamburinus *ſap. q.8. mum.8.* &
ego *tom.1. Sammn, c.18, nam.55.* tum propter ius com-
8 mune, quia ſcilicet habent iuriſdictionem velut Epiſ-
copalem ſupra ſubditos: tum propter multa priuilegia
Religionum. Multo ergo magis poſſunt in huiuſmodi
obſeruantiis diſpenſare. Quas ò ratione, quia eo ipſo
qood huiuſmodi ſunt *leaia, freqaeatin*, & non com-
munia toti Religiuni, ſed *propria* alicuius Monaſte-
rij, prudentiſſimè creditur nolle Papam (multò ma-
gis alios Prælatos) eſſe ſibi reſeruata, ſed commiſſa
cuicunque Prælato etiam inferiori, eo ipſo quod illi
commiſſa eſt cura Religioſorum, qui de ipſis, vtpote
accidentibus, quæ poſſunt adeſſe, vel abeſſe Reli-
gioni, pro bono communi, vel malo aliquo euitan-
do, *vt prudens, & fidelis diſpenſator, qaem conſtitnit*
9 *Dominas ſaper familiam ſuam*, Luc 12 prouidere
poſſit. Rodriguez *ſap q 26. art.1.* Tambur. *ſ p.* inni-
tentes D. Bernardo, D. Thomæ, Sylueſtro, & Soto.
Quæ omnia eo vel maximè procedunt, quia diſpen-
ſatio in iſtis frequenter eſt neceſſaria pro bono regi-
mine Religionis; & ſi ea non eſſet Prælatis conceſſa,
non eſſet ſufficienter Regulari vitæ prouiſum. Suarez
4. tom. de Relig. trnct.8. lib 2. c 12. nam.26. ex his ergo
poterit Congregatio Caſſinenſis, & Prælati ipſius diſ-
penſare, non obſtante dicta confirmatione ab Vrbano
Papa emanata.

10 Porrò cauſæ iſtæ ad diſpenſandum ſuper huiuſmo-
di obſeruantiis Regulæ, vel Conſtitutionum *leuibas*,
ſcilicet *freqaentibus*, & *propriis*, prout relati DD.
11 loquuntur, communiter ſunt prima, *tempus*, quando
videlicet propter ſolemnitatem alicuius feſti oporteat
12 Regulæ rigorem mitigari. Secunda, *vtilitas*, maximè
ſpiritualis, vt ſi contingat, quod ſi cum aliquo Reli-
gioſo rigidius, iuxta Regulam, vel Conſtitutiones pro-
cedatur, timetur deſperatio, vel aliquod magnum
peccatum ipſius; tunc enim mitius cum ipſo eſt
13 agendum. Tertia, *qnalitas perſonæ*, ſic enim cum Re-
ligioſo graui, & benemerito de Religione diſpenſari
poteſt in aliquibus punctis, v. g. de cœna in refecto-
rio, & cum occupato in ſtudiis de aſſiſtentia ad cho-
rum, prout Clemens VIII. ordinauit *ia decretis pro*
14 *reformat. Regular.* Quarta, *neceſſitas*; ipſa enim ſicut
caret lege, ſic petit vt quando adeſt, diſpenſetur in
15 ieiuniis, abſtinentiis, & ſimilibus. Quinta, *pietas*; ſic
enim diſpenſari poteſt eum Religioſo, vt in vtilita-
16 tem propriorum parentum aliqua efficiat, quæ alias
ſecundum Regulam, & conſtitutiones fieri non de-
berent. Sexta, *euitatio ſcandali*, propter quam pru-
denter Prælatus parcit alicui Religioſo pœnam ipſi
17 debitam, ne ſcilicet in ciuitate ſcandalum oriatur.
Septima, *euitatio offenſæ*, alicuius nempe extranei ma-
gnæ authoritatis, qui offenderetur, ſi rigor Religionis

io aliquibus caſibus obſeruaretur. De his tamen & ſi-
milibus Syluester, Angelus, Armilla, Roſella, Piſanel-
la *verbo Diſpenſatio*, Miranda *in Maanal. Prnla. tom.2.*
q.30. art.5. Salas *de legibus, diſp.20. ſect.8.* Peirinis *ſap.*
§.5. concl.4. Tamburinus *ſup. p.10.*

Loquendo autem de aliis obſeruantiis, tam Regu- 18
læ, quam Conſtitutionum prædictarum à Sede Apo-
ſtolica modo dicto approbatarum, & confirmatarum,
quæ non ſunt *leaes freqneates*, & *proprin*, alicuius
Monaſterij, ſed graues, notabiles, extraordinariæ, &
communes toti Congregationi, quamvis diſpenſari
non poſſint à communibus Prælatis ipſius, probabi-
lius tamen cenſeo (ſub eiuſdem S. Sedis cenſura) poſ-
ſe diſpenſari à Congregatione Generali, non ob-
ſtante dicta confirmatione, ſeu approbatione Vr-
bana.

Primæ partis ratio eſt, quia inferior non poteſt in 19
legibus ſuorum ſuperiorum diſpenſare. *Can. inferior 21.*
diſt. cap. Cam inferior, de maior. & obed. Clem. ne Ro-
maai, de elect. l. fin. C. de legibus, l formam, Cod. de
officio Præfecti, & ibi DD. communiter. Regula autem,
& Conſtitutiones Religionum maximè à Sede Apo-
ſtolica approbatæ ſunt leges Superiorum, ſcilicet fun-
datoris, vel inſtitutoris, vel Capitulorum Genera- 20
lium, non ergo poſſunt in illis inferiores Prælati diſ-
penſare. Salas *de legib diſp.8. ſect.16. mum.68.* Bonacina
de legib diſp.1. q.2. punct.1. n.12. Tamburinus *ſap. q.7.*
nnm.15. Procedit autem hoc præcipuè in Regula, eo
quod ipſa ſit veluti anima, ſeu forma ſubſtantialis
Religionum. Etenim S. Gregorius Nazianzenus *Iamb.*
15. Officium religioſi complexus dicebat: *Quid eſt*
monachus? Eſt qai viuit, & reguin, & Deo. Vt pro-
pterea communiter teneant DD. Prælatum non poſſe
diſpenſare ſuper regula, niſi quantum illi à Regula
permittitur, vel priuilegio, vel à iure. Innoc. *ia c. 1. de*
eo qui fart. ord. recept. & in c. fin. de poſtnl. Prælnt. fin.
Abbas *ia c At ſi clerici, § de adulteriis, a.13. de iudic.* 21
& *c. Officij, de elect a.4.* Angelus *verb. diſpenſatio, a.7.*
Syluester *eod. q.14. num.20. & q 4. a 8.* D. Thomas *prima*
2. quæſ.97. art.4 ad 3. Roſella *verb. Diſpenſatio, n. vlt.*
Peirinis *ſupr. §.5. coacl.1.* Suo etiam modo procedit
in Conſtitutionibus, ſeu ſtatutis Religionum, eo
quod ordinata ſint ad Regulæ obſeruantiam, & per-
tineant ad perfectionem, ſeu complementum Reli-
gionum.

Ratio autem ſecundæ partis deſumi poteſt ex pri- 22
uilegiis non ſolùm aliarum Religionum, cum quibus
(vt credo,) communicationem habet Cõgregatio Caſ-
ſinenſis, ſed ſpecialiter tum ex priuilegio ampliſſimo
Eugenij IV. ſub dat. anno Incarnationis Dominicæ
1432. quod incipit *Etſi ex ſolicitadinis debito.* Tum
ex altero conſimili, & maiori Alexandri VI. dato
anno 1501. incipiente *Inter cæteros Religionis Mona-*
ſticæ profeſſores. Qui duo Summi Pontifices conce-
dunt diffinitoribus Capitulum Generale repræſentan- 23
tibus, non ſolum facultatem inſtituendi, ordinandi, in-
terpretandi, declarandi omnia, & ſingula, quæ regulæ
ſtatum, obſeruantiam, & indemnitatem, tam in ſpiri-
tualibus, quàm in temporalibus concernunt, verùm
etiam ſic inſtituta, ordinata, interpretata, vel declara- 24
ta in toto, vel in parte, prout rerum, ac temporum
qualitas exegerit *alterandi*, & *amoueadi*, abſque ta-
men ipſius Regulæ variatione ſubſtantiæ. Ex his enim
elici datur, concedi dicto Capitulo Generali faculta-
tetem diſpenſandi in iis, quæ pertinent ad Regulæ
ſtatum, qualia ſunt dictæ conſtitutiones. Verba enim
alternndi, & *amoacadi* hæc important, cum diſpen-
ſatio ſine dubio ſit quædam legis alteratio, & amotio
illius, quoad obligationem.

Nec dicatur, hæc, & ſimilia priuilegia ſublata eſſe 25
in dicto Breui Vrbani VIII. illis verbis: *Non ob-*
ſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis,
&

by Google

& quatenus opus ſit quibus aliis Ordinis, & Congrega-
tionis huiuſmodi, etiam iuramento, confirmatione Apo-
ſtolica, vel alia quauis firmitate roboratis ſtatutis, &
conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.
26 Etenim, præter dicenda inferius (& omiſſo, an per
clauſulas tam generales derogari poſſit priuilegiis
priuilegiatiſſimis Religionum, quæ requirere videntur
ſpecificam derogationem) huiuſmodi derogatoriæ
clauſulæ ſolùm reſpiciunt contenta in ipſo Breui, ſci-
licet tollere ea quæ impedire poſſent, quod dictæ con-
ſtitutiones non ſint approbatæ, & confirmatæ à Sede
Apoſtolica, quod non habeant Apoſtolicæ firmitatis
robur, &c. Non tamen quod in aliqua illarum ratio-
nabili ſubſiſtente cauſa, diſpenſari à Capitulo gene-
rali non poſſit. Etſi enim decernatur dictas Conſtitu-
tiones, & declarationes in ea Congregatione *perpe-*
27 *tuò obſeruari*, hoc tamen non tollit dictam diſpenſa-
tionem. Certum enim eſt, regulas Sanctorum Baſilij,
Auguſtini, Benedicti, Franciſci, & Alberti dici *perpe-*
tuò obſeruari à Religionibus, quæ ſub illis militant,
etiamſi, vt conſtat, obſeruentur cum aliquibus diſpen-
ſationibus.
28 Declaratur hoc ex differentia quæ eſt inter abroga-
tionem, ſeu derogationem legis ex vna parte, ac diſ-
penſationem ex alia: quod videlicet abrogatio eſt
ceſſatio totius legis, tam quoad materiam, quàm
quoad perſonas. Derogatio verò eſt ceſſatio legis pro
aliquo tempore, vel pro aliqua parte communitatis,
vel legis. Conſtat *ex l. derogatur 102. ff. de verbor. ſi-*
gnific. & ex l. derogatur, ff. de regul. Iuris, ibi: *Deroga-*
tur legi cum pars detrahitur, abrogatur cum prorſus
tollitur Sanch. *lib. 8. de matrim diſp. 1. num. 1.* Salas *de*
legib. diſp. 20. ſect. 1. Baſilius Legion. *de matrim lib 8.*
29 *cap. 1. num 5.* At verò diſpenſatio nullo pacto eſt ceſſa-
tio legis, neque in toto, neque in parte, ſed relaxatio
illius, ſeu exemptio ab ipſius obligatione. Sic colli-
gitur *ex cap. de multa, de prabend. cap. neceſſaria, cap.*
diſpenſationes, cap. tanta, cap. Si qua, 1. q. 7. quibus in
locis vocatur diſpenſatio relaxatio, ſeu moderatio Ca-
nonum, & *in cap. ipſa pietas, §. ſi inquirat, 23. q. 4.* vnea-
tur ab Auguſtino *vulnus contra integritatem ſeuerita-*
tis. Denotans ſanè, quod per diſpenſationem ſolùm
vulneratur lex, non corrumpitur; relaxatur, non caſ-
ſatur; moderatur, non tollitur. Salas *ſupr.* Legion.
30 *ſup n. 3.* Suarez *lib. 6. de legib. c. 10. n. 7.* Caſtrus Palaus
p. 1. tract. 3. diſp. 6 punct. 1. n. 3. & alij communiter. Ergo
ad intentum noſtrum, etiamſi aliqua Conſtitutio ex
prædictis diſpenſari poſſit, aut diſpenſetur, non propte-
rea tollitur quominus dictæ Conſtitutiones dici poſ-
ſint *perpetuò obſeruari*, prout Pontifex Vrbanus de-
cernit.
31 Quicquid tamen ſit de hac diſpenſatione in vim
Priuilegiorum, nihilominus in vim iuris communis
poſſe Capitulum generale dictæ Congregationis in
dictis Conſtitutionibus, aliquibus videlicet ipſarum
diſpenſare, colligitur ex eo quod certi iuris eſt, pote-
ſtatem diſpenſandi in legibus competere legiſlatori
32 ipſarum. Quia obligatio legis humanæ inducitur pro
voluntate legitimi Superioris præcipientis. Ergo
etiā per ipſius voluntatē poteſt auferri, iuxta illud *Res*
per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. Quod
habetur ex *Can. omnis 27. quaſt. 2.* & *cap. Omnis res,*
de reg. Iur. Et ſic tenent communiter omnes, ſpeciali-
ter Vaſqu. *de legib. diſp. 178. cap. 2.* Azor. *tom. 1.*
lib. 5. cap. 15. quaſt. 5. Salas *ſup. diſp. 20. ſect. 3. n. 16.* Bo-
nacina *de legib. diſp. 1. quaſt. 2. punct. 1. num. 3. & 4.*
33 Caſtrus Palaus *ſupr. punct. 4. num. 1.* Cùm ergo Capitu-
lum Generale dictæ Congregationis has leges, ſeu
conſtitutiones condiderit, poterit in illis in iure com-
muni ſtando diſpenſare. Colligitur etiam hoc ex *cap.*
Cum ad Monaſterium, de ſtat. monach. §. In Refectorio
verò, vbi poſtquam eſus carnium monachis prohi-
betur, ſubditur: *Quamuis ex indulgentia poſſit Abbas*
interdum aliquos fratrum, nunc hos, nunc illos (prout
neceſſitas poſtulauerit) aduoca e, ipſiſque ſecum in Ca-
mera ſua melius, & plenius exhibere. Vnde Gloſſa ibi 34
verb. Indulgentia, non ſolum in hoc caſu, ſed etiam
in aliis, ait poſſe diſpenſare Abbatem. Dicit enim: *Sic*
ergo Abbas poteſt diſpenſare in regula Monachali quan-
tum ad vſum carnium, vt hic, & argum de Conſecrat.
diſt 5. Carnem Item in Cella ſpeciali conſtituenda, 20.
q. vlt. Monachum Item diſpenſat in Ordine, infra de eo,
qui fur. ord. recepit, cum Hoſtienſi. Itē diſpenſat cum eo
qui excommunicatus ordines ſuſcepit, infra de ſent. ex-
comm. cum illorum. Ex quibus efficax argumentum 35
deſumitur ad intentum. Si enim Abbas, qui eſt Præ-
latus particularis, poteſt in Regula Religionis, &
aliis aſſignatis à Gloſſa diſpenſare, certè, & multò
magis Capitulum generale, quod totam Religionem
repræſentat, id poterit facere. Fauet etiam *Can. Mona-*
cho, 20. q. 4. vbi conceditur Abbati facultas tollendi,
ſiue diſpenſandi in votis factis à ſuis ſubditis. Si enim 36
in obligatione voti, quæ eſt de iure diuino, & veluti
naturali, poteſt diſpenſare Abbas, cur generalis
Congregatio, quæ eſt Superior omnibus Abbatibus,
non poterit diſpenſare in legibus à ſe latis.
Accedunt ex axiomatibus Iuris commune illud: 37
Prohibitum quod non inuenitur per legem, conceſſum
cenſetur, l. necon 28. poſt princ. ibi: *Sed ſi lex non pro-*
hibeat, & §. quod eis, iuncta gloſ *verb. prohibeant, ff. ex*
quibus cauſis, l maior. 1. ff. de teſtib. l. mutus, §. quaritur,
ff de procur. l. ab ea parte, ff. de probat. l. Statuas, C. de
relig. & ſumpt. funer. cap. omnes, & ibi gloſ. 3. *diſtinct.*
cap. 1 de tranſlat. Pralat. vbi gloſ. *verb. non inuenitur,*
c. nuper 29. verſ. in ſecundo, c. cum illorum 32. de ſentent.
excomm & ibi DD. ex quibus plurimos refert Barboſa
in axiom. Iuris, axiom 193. n. 7. Item aliud ipſi ſimile,
videlicet: *Permiſſa eſſe cenſentur omnia, quæ non ſunt*
prohibita. Oldradus *conſ. 228.* Anchar. *conſ. 243.* Ale-
xand. *conſ. 57. n 2. lib. 1.* quos refert Tuſch *pract. concl.*
tom. 6. litt. P, concl. 298. n. 1. Quod adeo inualuit inter 38
Doctores, vt lege non prohibitum cenſeri prohibi-
tum, ſuperſtitioſa prætenſio dicatur, prout ex Simon
conſ. 173. n. 72. & *conſ. 222. num 5.* elicit Barboſa *ſupr.*
axiom 178. n. 5. Ex his porrò validum etiam argumen-
tum pro præſenti deſumitur. Nam cum talis diſpen- 39
ſatio nullo modo ſit prohibita in aliquo Iuris Cano-
nici loco, cenſeri debet permiſſa, & tolerata Capitulo
generali, quod habet ſummam authoritatem in Reli-
gione poſt Papam, non ſolum de iure communi, ſed
& ex particulari religionum, iuxta priuilegia Innocen-
tij VIII. pro Ciſterc ienſibus, Martini V. Eugenij IV.
& Leonis X pro Camaldulenſibus. Rodriguez *tom 1.*
qq. Regular. q. 41. art. 2. Suar. *4. tom. de Relig. tract. 10.*
Accedit præterea ſententia plurium DD. qui ge- 40
neraliter loquentes volunt quemlibet Prælatum poſſe
diſpenſare in legibus ſuorum Superiorum, etiam Papæ,
quando neceſſitas vrgens magna eſt & eſt, periculum
in mora, vel impotentia adeundi Superiores, vel Pa-
pam; tunc enim ex rationabili interpretatione volun-
tatis eorum Superiorum, & etiam Summi Pontificis,
cenſentur habere eam poteſtatem. Prout tradunt Pa-
normitanus, Felinus, Rebuffus, Syluester, Angelus,
Armilla, Nauarrus, Sanchez, & alij, quibus ſubſcri-
bit Suar. *de legib. lib. 1. cap. 14. in fin.* Ex hac enim do-
ctrina ſaltem elici valet, poſſe dictam Congregationem
Caſſinenſem in prædictis caſibus magnæ neceſſi- 41
tatis, periculi in mora, & impotentiæ adeundi
Papam, in aliqua ex prædictis conſtitutionibus diſ-
penſare.
Quod præcipuè firmatur ex alia doctrina generali
S. Th. 1-2. q. 97. art. 4. vbi etiam expoſitores ipſius, 42
quod ſcilicet Doctores multitudinis poſſint in le-
gibus diſpenſare. Hæc enim generalis doctrina; ad

minus applicari poteſt ad caſus *leues*, *frequentes*, &
proprios, iuxta dicta ſuperiùs, & etiam ad caſus ex-
traordinarios, in quibus dictæ circumſtantiæ neceſſi-
tatis, periculi, & impotentiæ concurrunt.
43 Generaliter autem, & extra iſtos caſus poſſe Con-
gregationem, Capitulum videlicet Generale ipſius in
dictis conſtitutionibus, aliqua videlicet, vel aliqui-
bus ipſarum diſpenſare, non obſtante approbatione,
ſeu confirmatione illarum à Sede Apoſtolica, & Vr-
44 bano VIII. facta, colligitur ex multis. Primò qui-
dem, quia dicta confirmatio ſolum eſt in forma com-
muni, non in forma ſpeciali, id eſt, ex certa ſcien-
tia, motu proprio, ac de plenitudine poteſtatis, vt patet
ex contextu Bullæ, ſeu Breuis; ac proinde etiamſi fa-
ciat quod dictæ conſtitutiones ſint maioris authori-
tatis, intra limites conſtitutionum Religionis, & ma-
gis timeantur, *cap. quamquam 23. diſt.* quia funiculus
triplex difficile rumpitur, *cap. 1. de treuga, & pace*;
45 non tamen propterea facit quod illæ cenſeantur leges
Papales, aut eas extrahit à ratione conſtitutionum
Religionis. Eo quòd habet rationem cauſæ acceſſo-
riæ, ac per conſequens ſequitur naturam principa-
lis, cui adiungitur, iuxta illud commune: *Acceſſo-
rium ſequitur naturam ſui principalis*, quod deſumi-
tur *ex l. etiam, C. de iure dotium*, & ex Regula *Acceſ-
ſorium, de regulis iuris in 6*. Sic fermè Rodrig. *tom. 1.
quæſt. Regular. quæſt. 68 art. 5.* iuxta doctrinam Baldi,
& Decij, & eius Compendiator alter Rodriguez *in
Comp. qq. regul. reſol. 90. num. 35.* ac Suar. *lib. 6. de le-
gib. cap. 26. num. 22.* Secundò id colligitur ex eo, quod
dicta confirmatio non tam videtur facta in fauorem
Religionis, quàm in fauorem eorum, qui tales con-
ſtitutiones fecerunt, ſcilicet Capituli Generalis, vt
46 patet ex contextu Breuis Vrbani.
Poſtquam enim in eo retulit Pontifex Gregorium
de Parma Ordinis Procuratorem Generalem illi ex-
poſuiſſe dictas conſtitutiones, & Regulæ declaratio-
nes factas fuiſſe in quodam Capitulo Generali, ſub-
iungit: *Nos igitur eundem Gregorium ſpecialibus fa-
uoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis
excommunicationis, &c. abſoluentes, &c. huiuſmodi
ſupplicationibus inclinati, Conſtitutiones, & declara-
tiones prædictas, in Capitulo Generali, vt petitur, cor-
47 rectas, &c. confirmamus, & approbamus, &c.* Hæc ergo
confirmatio, & approbatio conſtitutionum, fauor, gra-
tia, & priuilegium eſt, conceſſa à Papa illis qui dictas
conſtitutiones, & declarationes fecerunt, ſcilicet Ca-
pitulo Generali, in quo id factum eſt. Si autem eſt
gratia ſeu priuilegium, ergo poteſt illi renunciari ab eo
cui eſt conceſſum. Generaliter enim quilibet poteſt
priuilegio, & fauori ſuo renunciare, *cap. ſi terra, cap.
accedentibus, de priuileg. cap. ad Apoſtolic. de Regula-
rib. l. ſi quis in conſcribendo, C. de pactis*, DD. *ibid.* &
Summiſtæ *verbo priuilegium*. Cum ergo conceſſum
ſit Capitulo Generali dictæ Congregationis, poterit
illi renunciare, & diſpenſare in ſuis conſtitutioni-
48 bus, ac ſi non eſſent à Sede Apoſtolica confirmatæ. Ita
in terminis Rodrig. *tom. 1. quæſt. Regular. quæſt. 10.
art. 4.* iuxta doctrinam Bartoli, Miranda *2. tom. Man.
Prælat. q. 29. art. 8.* quos ſequor *tom. 1. mea Summa,
cap. 8. num. 22.* Emmanuel Sà *in Summa, verbo lex, n. 30.*
Portellus *in Dub. Regular. verbo ſtatutum, num. 51.*
Tertiò, & ad idem, quia dicta confirmatio non eſt,
vt inquiunt D D. eſſentialis, ſed tantùm accidenta-
lis. Quod eſt dicere, non eſt talis, vt per ea velit
Pontifex vt dictæ conſtitutiones obſeruentur veluti
nomine ſuo, & vt ab ipſo factæ, prout eſſent ſi per
49 modum decreti, aut mandati ab ipſo confirmaren-
tur; ſed ſolùm laudauit, approbauit, & confirmauit
illas, prout factas à Religione, ac proinde non ſunt
leges Papales, ſed merè municipales, & Religio-
ſæ. Sic colligo ex Bonacina *de legibus diſp. 1. quæſt. 2.
punct. 1. num. 15. & 16.* Tamburino *de iure Abbat.
tom. 3. diſp. 3. quæſit. 7. num. 6.* quos etiam retuli loco
citato in vltimis impreſſionibus Venetis. Iunge Sua-
rez *de legibus lib. 6. cap. 26. num. 16.* ex multis aliis, Sa-
las *de legibus diſp. 20. ſect. 3. num. 29.* Baſilium de
Leone *lib. 8. de matrim. cap. 5. num. 6.* Caſtrum Pa- 50
laum *part. 1. tract. 3. diſp. 6. punct. 4. num. 6.* Confir-
mationis autem accidentalis, & non ſubſtantialis ſi-
gnum eſt, quod tales leges fieri potuerunt à Religio-
ne, & ab illa habere poteſtatem obligandi. Tunc
enim denotatur confirmationem non fuiſſe à Papa pe-
titam ad hoc quod ipſe dictas Conſtitutiones ſuas fa-
ceret, ſed ad hoc quod illæ maiorem authoritatem,
& robur acciperent, intra limites tamen Conſtitutio-
num municipalium. Sic fermè Suarez, Bonacina, Ca-
ſtrus Palaus ex aliis.
Nec obſtat, quod Pontifex in huiuſmodi confir- 51
matione decernat dictas Conſtitutiones, & declaratio-
nes *perpetuò obſeruari*. Hæc enim clauſula, vt tactum
eſt in Superioribus, nullatenus tollit facultatem diſ-
penſandi in illis, ſed ſolùm denotat perpetuita-
tem dictarum Conſtitutionum. Primò quidem prout
emanarunt à Religione, & ſecundum obligatio-
nem, quam à Religione participant. Secundò, quan-
tum ad abrogationem, ſeu totalem mutationem ip-
ſarum, ita videlicet vt à Religione non poſſint ab-
rogari, inconſulto Rom. Pontifice. Tertiò, ſi quo-
ad diſpenſationem, quoad illam faciendam illegiti-
mè, vt ſine cauſa, vel à Prælatis particularibus, non
verò quoad diſpenſationem faciendam legitimo mo-
do, vt dictum eſt. Quod præter alia, ex eo colli- 52
gitur, quod ſi Pontifex voluiſſet auferre à Religio-
ne facultatem diſpenſandi in illis conſtitutionibus, id
expreſſiſſet, quod nullatenus fecit. Veriſſimum nam-
que eſt illud iuris axioma, *lex ſi voluiſſet, expreſſiſ-
ſet*, quod deſumitur *ex l. vnic. §. Sin autem ad defi-
cientis, C. de caduc. tollend. l. ſi ſeruus, §. Prætor ait ff.
de adquirend. hæredit, c. ad audientiam 2. de decim. c. 2.
de tranſlat. Prælat.* Quod axioma exornant Tiraquel-
lus, Menochius, Surdus, Gutierrez, Gonzalez, Thuſ-
cus, & alij Iuriſtæ. Cum ergo nullum verbum ſit in
Breui Pontificio, quo exprimatur hæc ablatio pote-
ſtatis diſpenſandi, & illa aliàs competat Religioni
tum iure communi, tum ex priuilegiis, vt dictum eſt,
vtique ex hoc habetur ablatam non fuiſſe.
Pariter nec obſtat, quod in Breui poſt illa, *perpetuò* 53
obſeruari, apponantur illa verba: *Irritum, & inane,
ſi ſecus ſuper his à quodam quauis authoritate ſcienter,
vel ignoranter contigerit attentari decernimus.* Ex his
enim colligi videtur, non eſſe in poteſtate Religio-
nis ſtatuentis dictas conſtitutiones eas immutare; di-
cta enim clauſula *Irritum, & inane*, eam vim habet,
vt ſtatuta à Papa confirmata cum ipſa non poſſint ab 54
eiſdem ſtatuentibus reuocari, prout colligitur *ex
cap. dilecto, de præbend. verbo huiuſmodi clauſula*,
Gloſſa *ibi*, Abbas *num. 14.* Baldus *l. ex placito, C. de
rerum permutatione, & l. omnium, C. de teſtamentis*,
facit Rota coram Seraphino *deciſ. 538. num. 1.* Salas
diſp. 18. ſect. 5. num. 21. & diſp. 20. ſect. 3. num. 28. Suar.
dict. cap. 26. num. 24. Bonacina *ſupr. n. 16. §. hoc tamen
limita*, & alij. Hoc inquam non obſtat primò, quia
dici poteſt clauſulam illam *irritum, & inane*, &c.
non referri ad omnia præcedentia, ac per conſe- 55
quens non ad illa *perpetuò obſeruari*, ſed tantùm ad
immediata, & proxima illa: *Sicque per quoſcunque
Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Pa-
latij Apoſtolici Auditores iudicari, ac diffiniri debere.*
Etſi enim clauſola in fine poſita referri ſoleat ad om-
nia præcedentia, hoc tamen intelligi debet quando
eſt eadem ratio in omnibus, prout dixi *tom. 3. Summa,
verbo clauſula, n. 3. & 4.* ex Decio, Nauarro, Sanchez,
& aliis, in propoſito autem non eſt eadem ratio
in

in omnibus præcedentibus dictam clauſulam *irritum, & inane*, ac propterea non eſt, quod cogat dicere referri debere ad omnia præcedentia, ſed ſufficit quod referatur ad proxima, & immediata.

56 Deinde, gratis admiſſo quod ea referri debeat ad omnia præcedentia, ac perinde ad illa *perpetuò obſeruari*, ex hoc tantum elicitur, vt dictum eſt, dictas conſtitutiones non poſſe abrogari, aut in totum tolli, ſeu immutari à ſola Religione, ſine Papæ conſenſu, quo ſenſu intelligi debent *dictum c.dilectio*, & DD. relati, non verò, quod in eis non poſſit diſpenſari quoad vnam, vel alteram legitimo modo, prout etiam eſt dictum.

CONSVLTVM VII.

De quadam cauſa ciuili quorumdam Religioſorum, in qua quidam D.Epiſcopus ſe intromiſit.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, ſeu factum.*
2 *D. Epiſcopus non potuit ſe immiſcere in hac cauſa.*
3 *Religioſi iſti ſunt exempti ab illo.*
4 *Exemptione perſonali, locali, & reali.*
5 *Ex Sixto IV.*
6 *Decretum S.Congregationis ſub Paulo V.*
7 *Bulla Pauli V.*
8 *Nullus prætextus iuuat D.Epiſcopum.*
9 *Declarationes S.Congregationis*, & n.10.
11 *Nec excuſat ignorantia.*
12 *Non ignorantia iuris.*
13 *Non facti*, & n.14.
15 *Priuilegia ſolemnia non cadunt ſub dubium.*
16 *Nauarri doctrina*, & n.17.
18 *Exemptio illa eſt notoria.*
19 *Notorium quid ſit.*
20 *Non refert non allegaſſe ſuam exemptionem.*
21 *Quia erat notoria.*
22 *Et quia ſolus Papa de ipſa iudicare poterat.*
23 *Nec requirebatur probatio illius.*
24 *Notorium probatione non eget.*
25 *Num renunciauerint Religioſi dictæ exemptioni.*
26 *Iuri ſuo quilibet renunciare an poſſit.*
27 *Pronuncians an habeat regreſſum ad ius renunciatum.*
28 *An iure communi competat iſta exemptio.*
An iure diuino. ibid.
29 *Quando poteſt quis ſuo iuri renunciare.*
30 *Priuatum commodum, non commune eſt ſub dominio.*
31 *Priuilegia conceſſa vniuerſitati non perdit ſubditus.*
Exemptus non prærogat iuriſdictionem Ordinarij. ibid.
32 *Exemptionis renunciatio eſt præiudicialis Papæ.*
33 *Per illam Papa ſe facit ordinarium.*
34 *Intereſt Papæ habere ſibi immediatè ſubiectos.*
35 *Exponitur* cap.cùm tempore, de arbitr.
36 *Doctorum ſententia.*
37 *S.Rotæ deciſio.*
38 *Aliæ deciſiones*, & n.39.
40 *Quid pro caſu quo Epiſcopus eſſet in poſſeſſione.*
41 *In cuius manibus fieri debebat renunciatio.*
42 *Sententia lata eſt nulla.*
43 *Religioſi poſſunt reſilire ab illa.*
44 *Quomodo poſſunt ſe tueri.*
45 *Interpretatio priuilegiorum ad quem ſpectat.*
46 *Cauſa auocanda eſt ad Prælatos Ordinis.*
47 *An peccauerit D. Archiepiſcopus.*
48 *Incurritne aliquas pœnas.*
49 *Doctrina ad intentum.*

IESVS MARIA.

Caſus, ſeu factum.

CVM quidam ſecularis litem mouiſſet quibuſdam religioſis Ordinis Carmelitarum ſuper quadam ſumma pecuniaria, quam ab ipſis prætendebat, coram D. Archiepiſcopo N. & ipſi coram ipſo reſpondiſſent, ab eo condemnati ſunt ad ſoluendam dictam ſummam. Quæritur de validitate huius cauſæ, proceſſus, & ſententiæ datæ. 1

Reſponſio.

In primis D.Archiepiſcopus nullatenus potuit ſe 2
intromittere in huiuſmodi cauſa, aut formare proceſſum, multoque minùs ſententiam ferre contra dictos religioſos. Primò quidem, quia certiſſimi iuris eſt eos exemptos omnino eſſe in omnibus, & quibuſ- 3
cunque cauſis à iuriſdictione Ordinariorum, paucis caſibus exceptis per Conc. Trid. ſcilicet *ſeſſ. 6. cap. 3. ſeſſ. 7. c. 14. ſeſſ. 25. c. 4. & 14.* propter ampliſſima priuilegia Innoc. IV. Alexand. IV. Innoc. VI. Greg. XI. Ioannis XXII. & Clementis VI. quæ approbat, & confirmat Sixtus IV. in Bulla *Dum attenta*, quæ eſt Mare magnum huius Religionis anno Domini 1476. & habetur *in noſtro 5. tom Sum.qq Regul.*

Eſt autem huiuſmodi exemptio, tum perſonalis, 4
tum localis, ſeu realis, & vniuerſalis, non ſolùm quoad principalia, ſed etiam quoad acceſſoria. Vt patet ex dicta Bulla §.60. vbi ſic: *Exemptionem quoque Ordinis, domorum fratrum, & bonorum prædictorum per Innoc. IV. Alex. IV. Innoc. VI. Greg. XI. Ioan. XXII. & Clement. VI. prædeceſſorum eorundem litteras prædictas conceſſum, & illius approbationem, & extenſionem in Clementis VI. præfati litteris prædictis contentam, vtpotè notorias, allegatione, & probatione non indigere, ac quaſlibet excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, & quoſcunque proceſſus quaſvis pœnas, & ſententias generales, vel ſpeciales continentes, quos, & quas promulgari, vel haberi, & omnia, quæ contra Fratres, domos, loca, ac perſonas oblatas, & mantellatas dicti Ordinis, & in illius exemptione huiuſmodi quomodolibet comprehenſa, etiam ratione cuiuſcunque contractus, vel delicti, ſeu rei de qua ageretur, vbicunque iniatur contractus, committatur delictum, & res ipſa conſiſtat, fieri vel haberi contigerit, etiam exemptione huiuſmodi aliter non allegata, vtpotè notoria, nullius roboris, vel momenti, & pro infectu haberi debere, pari motu, ſcientia, & authoritate decernimus.* Et etiam § 71. vbi ſic Etiam Pontifex 5
derogando Conſtitutioni Innocentij IV. quæ incipit *Volentes: Et ne prætextu Conſtitutionis Innocentij IV. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit* Volentes, *locorum diœceſani, & alij Ordinarij, ac alij quicunque legati, aut quavis authoritate vtentes in perſonas, aut loca, & alia quævis bona dictorum fratrum quovis iuſto titulo ad eos pertinentia, contra Ioannis XXII. & Clementis VI. prædeceſſorum noſtrorum Ordinationem ſibi quamcunque iuriſdictionem, vel ſuperioritatem vendicare præſumant, diſtrictiùs inhibemus, ne quis abſque Sedis Apoſtolicæ ſpeciali commiſſione, & authoritate huiuſmodi, & aliorum prædeceſſorum noſtrorum, non in genere, ſed de verbo ad verbū ſpecialem faciente mentionem, in perſonas, domos,*

*loca, aut alia dictorum Fratrũ Beatiſſima Dei Genitri-
cis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli bona,
vtpote prorſus exẽpta aliquas excõmunicationis, ſuſpen-
ſionis, & interdicti ſententias ſpecialiter, vel generaliter
quomodolibet promulgare, aut in perſonas, domos, aut loca
huiuſmodi aliquã præeminentiam aut ſuperioritatẽ & iu-
riſdictionẽ quomodolibet exercere præſumant, etiam ratio-
ne contractus, vel delicti, ſeu res de qua ageretur, vbicun-
que ineatur contractus, committatur delictũ, vel res ipſa
conſiſtat. Decernimus quoque ex nunc quaſlibet excom-
municationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, &
quoſcunque proceſſus quaſvis pœnas, & ſententias gene-
rales, vel ſpeciales continentes, quos, & quas promulgari,
vel haberi, & omnia quæ contra fratres, domos, &
loca dicti Ordinis quomodolibet fieri contigerit, etiam
eorum exemptione, vtpotè notoria, non aliter allegata,
nullius roboris, vel momenti eſſe, & pro infectis prorſus
haberi debere.*

6 Accedit ſecundò decretum Sac. Congregationis
ſub Paulo V. & eiuſdem Pauli V. Bullam illud appro-
bantis, quæ retuli *tom. 1. Summa quæſt. Regular. c. 11.
num. 10.* & quæ hic tranſcribere libet ex 3. *tom.* Bulla-
rij, *in Paulo V. Conſtit. 34. aliàs 23. Religioſorum ſub
7 ſuaui Religionis iugo Altiſſimo famulantium quieti
proſpicere cupientes, quæ illam quoquo modo perturbare
poſſe videntur, opportuna noſtra declaratione è medio
tollere, ac alias deſuper opportunè prouidere curamus,
prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire. Cum
itaque nomine dilecti filij Baſilij Anguiſſola Procurato-
ris generalis Ordinis Fratrum Carmelitarum, in Con-
gregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E.
Cardinalium Tridentini Concilij interpretum expoſitum
fuerit, in Hiſpaniarum Regnis quoſdam Ordinarios lo-
corum contendere Religioſos intra clauſtra degentes co-
ram ipſis Ordinariis conueniri debere in cauſis ciuili-
bus, cap. Volentes, de priuileg. in 6. comprehenſis, propter
illius innouationem à Concilio Tridentino factam ſeſſ. 7.
c. 14. quo præfatos Religioſos, eorum priuilegiis abrogatis
defendunt, comprehendi. Præterea eoſdem locorum Ordi-
narios pariter contendere eoſdem Religioſos intra clau-
ſtra degentes in prima inſtantia coram ipſis conueniri de-
bere ex decreto eiuſdem Concil. Tridentini ſeſſ. 25. c. 20.
de reformat. Cumque ab eodem Baſilio Procuratore ge-
nerali in eadem Congregatione ſupplicatum fuerit, vt
ſuper vtraque re reſponſa daretur. Ab eadem verò Con-
gregatione fuerit reſponſum, Neque conſtitutione in
generali Concilio Lugdunenſi edita, quæ incipit Volen-
tes, neque decreto Concilij Trident. c. 14. ſeſſ. 7. compre-
hendi regulares, ideoque eos iuxta eorum priuilegia co-
ram ſuis Superioribus, vel Conſeruatoribus eſſe conue-
niendos. Necnon decretum eiuſdem Concilij Trid. dicto
c. 10. ſeſſ. 24. ad regulares non pertinere, nec eorũ conſer-
uatorias imminuere, nec quoad primam illarum inſtan-
tiam, aliquid noui inducere, ipſeque Baſilius Procurator
generalis nobis humiliter ſupplicari fecerit, vt pro ſui
Ordinis quiete ſupradictas declarationes ab eiſdem lo-
corum Ordinariis ſeruari debere, Apoſtolica auctori-
tate præcipere dignaremur. Nos illius huiuſmodi ſuppli-
cationibus inclinati, omnibus, & ſingulis locorum Ordi-
nariis, in virtute Sanctæ Obedientiæ per præſentes di-
ſtrictè præcipiendo mandamus, ne Fratres, & Religioſos
dicti Ordinis Carmelitarum contra diſpoſitionem decla-
rationum prædictarum perturbare, vel inquietare quo-
quo modo audeant, vel præſumant; irritum nihilominus,
& inane decernentes quicquid ſecus ſuper his à quo-
quam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter conti-
8 gerit attentari.* Ex qua Paulina, & decreto Sac. Con-
gregationis non ſolum infertur illicitè, & inualidè D.
Archiepiſcopum Iudicem ſe in prædicta cauſa conſti-
tuiſſe, ſed etiam nullius momenti eſſe prætextus, qui-
bus id facere potuiſſe prætendere poterat poſt priuile-
gia ſuperius relata, ſcilicet decreta Concilij Triden-
tini, quibus innouari videtur *cap Volentes*, relatum, &
concedi Epiſcopis primam inſtantiam omnium cau-
ſarum.

Accedit tertiò, præter innumera priuilegia Prædi- 9
catorum, Minorum, Eremitarum S. Auguſtini, Serui-
tarum, & Minorum, quæ retuli *tom. 5. in Mari magno
ipſorum*, vbi etiam de aliis diuerſarum Religionum in
materia exemptionis, declaratio S. Congregationis
anno 1573. in hæc verba: *Dubitatum fuit, an Regula-
res poſſint ciuiliter coram Epiſcopo à creditoribus ſuis
conueniri. Et fuit reſponſum, quod poſſint conueniri, ſi
non ſint ſub Regulari obſeruantia: at ſi ſint ſub Regula-
ri obſeruantia, non poſſunt conueniri coram Epiſcopo,
quia habent proprium Superiorem, & nihil habent cum
eis commune Epiſcopi, propter exemptionem.* Item alia 10
declaratio per Paulum Quintum anno 1607. quam re-
fert Gauantus *in Manual. Epiſcop. verb. Regularium
iura ſub Epiſcopis, n. 55.* vbi ſic: *In cauſis ciuilibus con-
ueniantur Regulares coram Superioribus, vel eorum Con-
ſeruatoribus.* Videatur etiam Nauarrus *com. 2. de Regul.
n. 63.* Rodriguez *tom. 2. de regul. q. 2. artic.* 8. Peirinis
*tom. 1. Priuileg. Minim. in Conſtitut. 2. Sixti IV. §. 11.
n. 40.* Barboſa *in Summ. Apoſt. deciſ. verb. regular. n. 45.*

Nec excuſatur D. Archiepiſcopus propter igno- 11
rantiam prætenſam talium priuilegiorum. Non ſolùm
ex parte ipſius, quia eſt, & præſumitur vir doctus, ſed
nec ex parte ipſorum priuilegiorum. Si enim illa ad
Ius pertineant, non præſumitur ignorantia ipſorum,
quia ignorantia iuris non præſumitur, nec excuſat,
cap. ignorantia, de reg. iuris lib. 6. Gaill. *obſeruat. 48.* 12
num. 22. Gabriel *ſub tit. de regulis iuris, concluſ. 7.
num. 1.* Pariſius *conſil. 68. à num. 302. lib. 4.* Menochius
præſumpt. 23. à num. 10. Si verò pertineant ad factum,
licet regulariter excuſet ignorantia illorum, quia
ignorantia facti alieni in dubio præſumitur regulari- 13
ter, & excuſat, *l. verius ff. de probat l. hoc autem ff. de
adminiſtr. tutor. l. fin. in fin. ff. pro ſocio*, cum aliis citatis
per Hondedeum *conſ. 9. num. 36. & conſ. 55. num. 48. &
conſ. 109. num. 26. lib. 1.* Gabriel *comm. ſub tit. de regul.
Iur. concl. 5. num. 11.* Menochius *d. præſumpt. 23. à* 14
n. 51. Nihilominus non excuſat vbi aliquid proponi-
tur, quod & potuit, & debuit ſciri per mediocrem
diligentiam, vt quia factum vel eſt publicum, *cap. 1.
de poſtulat. Prælat. cap. Cum illorum, de ſentent. excom-
mun.* Gabriel *d. concl. 5. à num. 18.* Maſcardus *concl. 879.
à num. 11.* Menochius *ſupra à num. 68.* cum aliis, quos
refert & ſequitur Barboſa *de axiomat. Iur. axiomat.* 15
113. num. 6. Ad quod accedit, quod cùm illa priuilegia
ſint ſolemnia, de his non venit dubitandum, ſicut de
caſu legis, & non indigent fori diſceptatione, vt no-
tant Baldus *l. 2. ff. de ſtat. homin.* Tiraquellus, & alij
quos refert Rolandus *conſ. 57. à num. 1. vol. 3.* San-
chez *tom. 2. conſ. moral. lib. 6. cap. 9. dub. 5. num. 9.*
Vbi refert, & approbat ſententiam Nauarri, qui 16
reſpondit Vicarium cuiuſdam Epiſcopi non potuiſſe
cognoſcere de quodam cenſu, qui à Fratribus mi-
nimis petebatur, quia habent priuilegium exem-
ptionis.

Item, quod in quadam cauſa, in qua monaſterium 17
S. Auguſtini Cordubenſis conuenit Conuentum S.
N. eiuſdem ciuitatis coram Ordinario Cordubenſi,
pronunciatum fuit à Prætorio Granatenſi, Conſerua- 18
torem electum à Conuentu S. N. non intuliſſe vim or-
dinario Cordubenſi illum inhibendo. Præſertim ac-
cedit, quod cum dictorum Carmelitarum exemptio ſit
notoria, vt conſtat ex priuilegiis adductis, & aliis per
communicationem, de quibus *in 5. tom. Sum.* dixi, non 19
potuit eſſe, aut præſumi ignorantia illius. Etenim
notorium eſt illud quod nulla tergiuerſatione celari
poteſt. Clarus §. *fin. q. 9. num. 2.* Menochius *de arbitr.
caſu 106. n. 4.* Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom. 6. litt.
N. concl. 104. n. 2.*

Conſequitur

20 Conſequitus etiam, nec poſſe excuſari D. Archie-
piſcopum, ex eo quod dicti Religioſi ab eo citati, & à
parte conuenti non allegauerint ſuam exemptionem.
Nam vt conſtat ex dictis priuilegiis,cum ea ſit noto-
ria, non requiritur ipſius allegatio. Quia iuxta dicta
tom.3. verbo Exemptio Regularium, n. 14. etſi quando
exemptio non eſt notoria, teneantur exempti exhi-
bere ordinariis intra terminum ab illis præſcriptum
priuilegia ſuæ exemptionis, quia ita habetur *ex c.cum*
21 *perſona, de priuil.in 6.* Et quia cum ordinarij habeant
ſuam intentionem iure communi fundatam, qui ſe
exempti eſſe prætendunt, debent exhibere priuile-
gium exemptionis, vt probent illam. Sylueſt. *in Sum.*
verb. Exemptio,q.7. Sanchez *tom.5. conſ. moral. lib.6.*
dub.4. quando tamen ea eſt notoria, id non tenen-
tur facere, prout colligi videtur ex Clement. *paſto-*
22 *ralis, de ſentent. & re iudic. §. Notorium.* Et ratio eſt
non ſolùm quia hoc eſſet facere Ordinarium Iudicem
in ſua cauſa,quod non licet,per text. *in l.quia iuriſdi-*
ctio.ff. de iuriſd. omn. Iud. & C. ne quis in ſua cauſa;
ſed etiam quia cum dare exemptionem ſolum ad Pa-
pam ſpectet,ideò ſolum ipſe debet de priuilegio exem-
ptionis iudicare.Syluest. & Sanchez *ſupr.*& Tambur.
de iur. Abbat. tom.1. diſp.15. queſit.9. n.3. Multò mi-
nus requirebatur probatio talis exemptionis. Siqui-
23 dem, vt priuilegia adducta clamant, eſt notoria, &
iuxta commune proloquium, *Notorium probatione*
*non eget.*Bellacombus *tom.primo commun.opinion.lib.4.*
24 *tit.9. num.265.* Surdus *deciſ.559. n.14. & deciſ.385.*
num.82. Farinacius *in praxi crim. part.1. quæſ.21. à*
n.80. & alij plures.

25 At dicet, prædictos Religioſos renunciaſſe priui-
legiis ſuæ exemptionis eo ipſo quo ab eodem D. Ar-
chiepiſcopo citati comparuerunt, ad obiecta reſpon-
derunt, aliaque acta in proceſſu poſita egerunt: Si-
quidem certi iuris eſt, priuilegia amitti per contra-
rium vſum, & contrarium vſum eſſe veluti renun-
ciationem ipſorum, iuxta dicta in mea Summa,*tom.4.*
verbo Priuilegia Regularium,num. 16. Præſertim cum
26 iuri ſuo quilibet renunciare poſſit, *l. ſi quis in conſcri-*
bendo,C. de Epiſcopis, & Cleric. l. penult. Cod. de pa-
ctis, cap.tuis 29. verſic.niſi, de teſtibus, cap. ad Apo-
ſtolicam, de Regularib. cap. ſi de tertia, de priuilegiis.
Tiraquellus *de iure primogenit. quæſ. 54. num.4. cum*
ſeq. Axor. *tom.1.inſtit.moral.lib.5 c.25. quæſt* 10. Card.
Tuſch.*tom.6.lit.R,concl.* 170. *cum ſeqq.* Ioan. Franc.
Leo *in theſaur fori Eccleſiaſt. p.2.c.27.n.49.*Ex quibus
ſequi videtur,ſententiam prolatam à D.Archiepiſcopo
validam, ac legitimam fuiſſe, ac ſuſtineri debere, nec
potuiſſe poſtea declinari forum Ipſius.

27 Eo quod ius ſuum cedens, vel renuncians,non ha-
bet amplius regreſſum ad illud,*l.quæritur§.ſi venditor,*
ff.de ædilit. edicto,l.ſi maritus.§.ſi negauerit,ff. de adul-
ter.l.1 §. qui ſemel,ff. de ſucceſſ. edicto. Dec. *conſ.389.*
Viſa longa, n.10. Romanus *conſ. 369. circa primum,*
num.16. Afflictus *deciſ.220. num.19.* Iaſon *conſ.133.in*
princip.lib.4 Crauetta *conſ.74.num.4.& conſ.166.n.6.&*
conſ.191.n.3.

28 Hæc verò nullatenus conuincunt Intentum. Primò
quidem, ſi dicamus cum quibuſdam, exemptionem
Religioſorum non eſſe priuilegium, ac per conſe-
quens nec poſſe renunciari, ſed eſſe iure communi ex-
emptos à Prælatis Eccleſiarum, *can. Quam ſit neceſſa-*
rium, can. nullam, 18.q.2. c.ne aliquis,de priuileg. in 6.
exceptis grauiſſimis criminibus, per quæ veniunt de-
ponendi, vt ait Gloſſa *in cap. quod de offic. Ordin.* &
alij multi, qui eam ſequuntur, & communem teſta-
tur Romanus *conſ.375.num.2.* & Boërius *dec.271.n.4.*
qui mouentur auctoritate *c. Sicut, il 2. de Simon.* vbi
probatur Abbates aliquando ſuos Monachos iudicaſ-
ſe. Sed hoc omiſſo, & alio etiam, quod quidam di-
cunt aſſerentes, hanc exemptionem eſſe de iure diui-
no, ac per conſequens irrenuntiabilem, ex aliis ca-
pitibus oſtenditur hanc obiectionem nullam vim ha-
bere.

Primò quidem, quia eſto quod quilibet ſuo iuri, 29
aut priuilegio renunciare poſſit, id tamen ſolùm pro-
cedit in iis quæ ſingulorum priuatam reſpiciunt vtili-
tatem, non ita ſi publicam, prout contingit in præ-
ſenti. Nam renunciatio exemptionis dictorum reli-
gioſorum totam Religionem offendit,cum talis exem-
ptio non ſit ipſorum, ſed Religionis, *l. ius publicum,*
ff.de pactis, & in l. 2. §. ſed quia veremur, C. de iure-
iur. propter cal. & in cap. Si *diligenti,de foro compet.*
Fortun.*in l.1. §.huius ſtudij, à n 9 ff.de iuſtit. & iure.*
Couar.*in cap.quamuis pactum,p.2 §.1.num.5 & 6.*Gu-
tier. *de iuram. confirm p.1. cap.1. à num.2. & cap.26.*
n.50. Suarez *de legib.lib.8. cap.63. num.8. &.* vbi id
probat ex *cap. ſi diligenti, & cap. contingit, de ſent.*
excom. & *ex d. l.ius publicum,ff. de pactis.* Et ratione, 30
quia priuatum ius, & commodum eſt ſub dominio
vniuſcuiuſque,& ideo poteſt illi cedere per ſe loquen-
do: bonum autem commune non ita pendet ex vniuſ-
cuiuſque voluntate. Atque ita hæc doctrina commu-
nis eſt, quam locupletant Panormit *in d. cap. Si di-*
ligenti,n.7. & latiùs *ibi* Felinus, & ibi alij, & in *l.Si*
quis, C. de pactis, vbi præſertim Bartol. Baldus, & 31
Iaſon. Vnde priuilegia conceſſa vniuerſitati, non
amitti per actus ſubditorum, neque actus particula-
rium ſubditorum nocere vniuerſitati, colligitur ex
c. accedentibus, de priuil. Gloſſa *ibid. in verb. renun-*
tiaſſe. Innocentius ſimiliter *n.7. in fin.* Iaſon *in l. fin.*
*n.58.ff.de conſt.princ.*Natta *conſ.160.n.46.incip.in cauſa*
qua agitur. Moronus *in reſponſ.51. num.55. & 53.* Et
ad intentum exemptionis Rota coram Creſcentio *in*
tit.de foro compet.deciſ.3. vbi habetur exemptum a iu-
riſdictione Ordinarij non poſſe prorogare iuriſdictio-
nem, nec inconſultum Iudicem conſentire, cum non
de ſuo tantùm,ſed etiam ſuperioris præiudicio tracte-
tur,iuxta doctrina Abbatis *in c.cum tempore,5.not.de*
arbitr.

Secundò, & principaliter, quia dato, & non con- 32
ceſſo, quod etiam priuati, aut particulares Religioſi
poſſent renunciare cuicunque iuri competenti ſuæ
religioni, adhuc non poſſent renunciare huiuſmodi
exemptioni, eo quod talis renunciatio eſſet iniurioſa
ac præiudicialis Papæ,vel Sedi Apoſtolicæ concedenti
ipſis dictam exemptionem. Nam per ipſum Papa, ſeù 33
Sedes Apoſtolica conſtituit ſe immediatum ſuperio-
rem Iudicem Ordinarium, & quaſi Epiſcopum diœ-
ceſanum eorum; ac proinde ſicut Clericus abſque
diœceſani licentia nequit ſe alieno Epiſcopo ſubiicere
& eius iuriſdictionem prorogare, *cap ſignificaſti, de*
foro comp. quia conſequenter noceret iuriſdictioni
proprij Epiſcopi,ſic nec dicti religioſi poſſunt ſe ſub-
iicere Ordinario, quia hoc eſſet nocere iuriſdictioni
immediatè, quam habet Papa ſupra ipſos.

Intereſt enim Papæ habere religioſos ſibi imme- 34
diatè ſubiectos, & ſub iure, & proprietate ipſius,
qualiter ſunt Religioſi Mendicantes, propter innu-
mera ipſorum priuilegia, de quibus *tom.5.* diximus.
Quod expreſsè probatur ex *cap.Cum tempore,de arbit.*
vbi §.fin. Summus Pontifex approbat quoddam com-
promiſſum inter Eccleſiam exemptam cum quodam
Epiſcopo, & excipit quæ contra libertatem illius Ec- 35
cleſiæ exemptæ in eo compromiſſo continentur,hanc
reddens rationem: *Cum etſi ſpontè volueris, de iure*
tamen nequiueris ſine licentia Romani Pontificis re-
nunciare priuilegiis, vel indulgentiis libertatis, quæ mo-
naſterium illud indicant, ad ius, & proprietatem Ro-
manæ Eccleſiæ pertinere. Idem probatur ex *cap.2. ad*
*fin. de in integr.reſtit.*ibi: *Non tam ius ſuum,quàm no-* 36
ſtrum, & cap.Cum olim, il 2. de priuileg. ibi: *Ius no-*
ſtrum,& Eccleſia Romana tractatur. Atque ita tenent

Gloſſa *fin.in Clement penult. de ſent. excomm.* Anton. de Butr. *in cap. Significaſti,n.*12. & ibi etiam Panorm. *num.* 10. *&* 11. & Marian. Socin *num* 42. *de for. compet.* idem Panorm. *in d.c. Cum tempore, num.* 2. *&* 7. *de Arbitr.* Felin. *in c. Cum acceſſiſſent, in princ. de conſtit.* Ioan. Andr. *in reg. ſciente, de reg iur. in* 6. *Mercurial.* Iaſon. *in l. ſi quis in conſcribendo,* Mandoſ. *de ſignat. grat. verb. Exemptiones ab Epiſcopis, verſ. Exemptus à iuriſdictione.* Cardin. Tuſch. *verb. renunciare, concl.* 171. *n.*9 Cokier *de iuriſdict. ordin. in exempt p.* 3. *q. vltim.* Rodriguez *qq regul tom* 2 *q.* 63 *art.* 10. Sanch *in decal. lib* 4. *cap.* 39. *n.* 29. *& aliis ſeqq.* Galerat. *de renunciat. tom.* 2. *cent.* 2. *renunciat.* 140. *num.* 18. Tamburin. *de Iure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 15. *quæſit.* 12. Hieronymus Rodriguez *in compendio, Reſolutione* 18. *n.* 20. *& Reſolut.* 63. *num.* 23. nos *tom.* 5. *in Mar. Magn. Carmelit. num.* 280. Confirmat latè Rota in Vlysbonenſi. *Monaſtery* 2. Iunij 1626. coram Remboldo, & in eadem cauſa 19. Nouembris 1625. coram Coccino, in quibus contrariis reſpondet, ſubditque non eſſe veram ſententiam
37 Gloſſæ *verb libertatis, in cap. Cum tempore,* aſſerentis priuilegio exemptionis renunciari poſſe in præiudicium exempti, non verò eximentis, quia non poteſt conſiderari aliquis effectus quantum ad exemptum, & Superiorem, vt commodè ſeparatio fieri non poſſit, prout obſeruat Abbas *in d. cap. Cum tempore, n.*7. & idem firmauit Rota coram Gregor. XV. *deciſ.* 325.
38 *num.* 23. & in Leodien. *Decanatus,* 15. Ianuarij 1629. coram Pirouano. Maximè verò, & clariùs, ac nouiſſimè eadem Rota in Gandauenſi *Exemptionis,* coram D. Celſo, 10. Maij 1647. vbi in ſimili caſu de renunciatione exemptionis quorumdam Religioſorum, quam prætendebat D. Epiſcopus Gandauenſis, Rota dixit: *Renunciationem prædictam non ſuſtineri, ex quo non poteſt exemptus ſine conſenſu Pontificis, cui immediatè ſubiectus eſt, renunciare priuilegiis Apoſtolicis, & iuriſdictionem alterius prorogare.* Et infrà: *Cum etſi ſponte volueris, de iure tamen nequiueris ſine licentia Romani pontificis renunciare, &c.* Item infra. *Quia intereſt ſuperioris, ne ſubditus ab alio iudicetur.*

39 Eſt autem adeo efficax hæc ratio Doctoribus, vt etiam pro caſu quo Epiſcopi eſſent in poſſeſſione iudicandi de Religioſis exemptis, ſuam vim haberet.
40 Prout tenent Diana 3. *p. tract.* 2. *de regular. reſol.* 134. Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 105. *num.* 76. Bordonus *reſolut.* 7. *num.* 100. innitentes relatæ Rotæ deciſioni ſub Coccino. Quos etiam ſequimur *tom.* 5. *in Marimagno Carmelitar. n.* 420.

41 Quibus pro maiori cautela addendum, quod caſu quo prædicti Religioſi renunciare vellent, aut poſſent huic priuilegio exemptionis, id deberet eſſe non in manibus dicti Archiepiſcopi, aut cuiuſlibet alterius Prælati, ſed in manibus Papæ, quia hic ſolum eſt illorum Superior. Sic Mandoſius *in ſignat. grat. tit. reſignationes, verſ. exempti, & tit. exemptiones ab Epiſcopis, verb. exempti,* & ex ipſo Sanchez *tom.* 2 *conſil. mor. l.* 6. *c.* 9. *dub.* 1. *n.* 35. Fauet *c final. de renunciat. c. Cum venerabilis, de conſuet.* Sanch. *ſupra.*

42 Conſequenter etiam ad dicta non ſolum ſententia lata à D. Archiepiſcopo cenſeri debet irrita caſſa, & inanis, propter priuilegia adducta, in quibus id exprimitur, nec tranſiit, nec tranſire potuit in rem iudicatam, nec debet exequutioni mandari. Ad quod intentum Federicus *conſ.* 14. *n.* 4. *q.* 2. Calderinus *conſil.* 13. *de Iudiciis,* Caſtrenſ. *conſil.* 342. *n.* 2. *lib.* 1. Cou. *pract. cap.* 6. *&* 7. Nauar. *cap.* 23. *num.* 13. Villalobos 2. *p. Sum. tract.* 35. *diffic.* 4. Hieronymus Rodriguez *in Compend. reſolut.* 63. *n.* 17. & nos *tom.* 3. *verb. Exemptio Regularium, n.* 8.

43 Item cum ex negligentia paſſi ſint dicti Religioſi ſubiici D. Archiepiſcopo, adhuc poſſunt reſilire, & ſe tueri ex iure, quod Papæ competit, contra quem non præſcribitur niſi per ſpatium 100. annorum, *c. ad audientiam, de præſcript.* vbi Panorm. *n.* 11. Socinus *in c. ſignificaſti, de foro compet. n.* 41. Perez *in l.* 2. *tit.* 1. *lib.* 3. *ordinam. gloſ.* 1. *q. vlt.* Mandoſius *de ſignatur. gratia, tit. de exempt ab Epiſcop. p.* 2. Rodrig. *tom.* 2. *quæſt. Regular. q.* 63. *art.* 10. Alter Rodriguez eius Compendiator. *d reſol.* 63. *n.* 23.

Secundò etiam ſe poſſunt tueri ex priuilegiis aliis quæ adduximus *tom.* 4. *verbo Priuilegia Regularium, n.* 17. ex quibus habetur non perdi exemptionem Religioſorum ex eo quod per ignorantiam, vel negligentiam contra ipſam egerint. 44

Quod ſi hæc, vel alia priuilegia voluerit D. Archiepiſcopus interpretari, agendum eſt contra ipſum ex aliis quæ adduximus eo verbo *Priuilegia Regularium, n.* 11. *&* 12. ex quibus conſtat interpretationem priuilegiorum Ordinis non ſpectare ad Dominos ordinarios, ſed ad Sedem Apoſtolicam, vel Prælatos Regulares. 45

Cauſa ergo, de qua in præſenti, auocanda eſt ad Prouincialem, vel Generalem, qui ſunt Superiores legitimi eius Conuentus, cum quo agitur, vel ſaltem ad Conſeruatorem illius, iuxta dicta ſupra ex Bulla Pauli V. & declarationibus S. Congregationis relatis, ac, aliis adductis *tom.* 3. *verbo cauſa iudicialis Regularium, n.* 4. 46

Quia autem in relata Bulla Pauli V. præcipitur omnibus ordinariis in virtute S. Obedientiæ, ne Religioſos Carmelitas *contra diſpoſitionem declarationum prædictarum perturbare, vel inquietare audeant*; ideo timendum ne dictus D. Archiepiſcopus culpam mortalem commiſerit aliter faciendo. 47

Pro pœnis autem, ſeu cenſuris, quas propterea incurrere potuit, conſulat lector quæ diximus *tom.* 5. in Marimagno Prædicatorum, *n.* 170. in Marimagno Minorum *n.* 158. *& ſequentib.* in Bulla Aurea, *n.* 16. in Marimagno Eremitarum Sancti Auguſtini *n.* 93. *& n.* 154. Specialiter in Marimagno Carmelitarum *n.* 526. & Seruitarum *n.* 214. Maximè verò quæ Pater Theſaurus Pœnitentiarius Apoſtolicus in praxi Eccleſiaſtica *part.* 2. *verbo Iuriſdictio, c.* 19. dixit, quibus etiam ea quæ adduximus illuſtrantur his verbis, *Si ordinarius Eccleſiaſticus vſurpare contendat iuriſdictionem in exemptos, v. gr. Regulares, aut alios Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectos.* 48

Primò incurrit in excommunicationes contra vſurpantes iuriſdictionem Eccleſiaſticam latas in trident. & Bulla Cœna Domini, de quibus dixi c. præcedent. & in Trident continentur etiam vſurpationi conſentientes. Secundò ſecundum aliquos Doctores incurrit in excommunicationem latam in Bulla in Cœna Domini, c. 20. *contra occupare, aut detinere præſumentes iura ad Romanam Eccleſiam pertinentia, vel ſupremam iuriſdictionem Romanæ Eccleſiæ competentem, aut illum perturbare, aut vexare, aut in his auxilium, conſilium, vel fauorem præſtantes. Vnde etiam incurrunt in hanc pœnam ipſi exempti vſurpationi conſentientes, ſecundum eoſdem authores. Ita tenet Eraſm. Cokier tract. de Iuriſd. in exempt. p.* 4. *q.* 75. *n.* 1. *&* 7. *Sed contrà eſt, quia communiter DD. intelligunt in dicto c.* 20. *agi de vſurpatione iuris, & iuriſdictionis temporalis ad Romanam Eccleſiam alicubi pertinentis. Ita Sayr. lib.* 3. *c.* 24. *n.* 5. *Suarez de cenſur. diſp.* 21. *ſect.* 2. *n.* 104. *& de communi teſtatur Bonacin. q.* 27. *punct.* 1. *n.* 25. *Illud verius eſt, quod Religioſi Prælati, ſeu officiales conſentientes vſurpationi iuriſdictionis in exemptos, ſeu ſubiectioni illi. Itemque Prælati vſurpantes talem iuriſdictionem, incurrunt in pœnas extrau. Ambitioſæ, de quibus dixi verbo alienatio, c.* 1. *quia hæc renunciatio exemptionis eſt alienatio prohibita rei Eccleſiaſticæ, cap. cum tempore, de arbitris, vbi Hoſt. & Abbas num.* 3. *& quia hoc ius reputatur inter immobilia per d. c. & gloſſ. in cap.* 2. *ver-* 49

bo

bo Iura, de rebus Eccleſ. non alien. in 6. & text. in cap. nulli, extra eod. tit. & ibi Imola, & Redoan. eod. tract. tit. de alienat. redditunm, & iurium, n. 22. & talis renunciatio eſt nullius momenti, d. cap. cum tempore, & o. ſi diligenti, de foro compet. Hæc Theſaurus, ſatis ad noſtrum intentum conformiter.

CONSVLTVM VIII.

De quodam Nouitiatu interrupto.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, ſeu factum.*
2 *Valida fuit profeſſio.*
3 *Doctores id tenentes.*
4 *Hic Nouitius adimpleuit totum neceſſarium pro Nouitiatu.*
5 *In dubio de profeſſione præſumitur pro illa.*
6 *S. Congregationis deciſio.*
7 *Regula*, Eum qui certus eſt, certiorari vlterius non oportet.
8 *Nouitiatus quare introductus.*
9 *Gloſſa in dictam Regulam.*
10 *Nullo iure cauetur continuatus Nouitiatus cum profeſſione.*
11 *Decretum Concilij Tridentini.*
12 *Quomodo accipiendum ex mente DD.*
13 *Hæc interruptio habuit cauſam rationabilem.*
14 *Decretum Concilij non eſt irritatiuum.*
15 *Nouitius iſto non renunciauit iuri ſuo.*
16 *Habitus non facit Monachum.*
17 *Adfuit conſenſus Religionis.*
18 *Cenſetur manſiſſe in Religione.*
19 *Non obſtant Authores contrarij.*
20 *Quas ob cauſas.*
21 *Nec immutatio perſonæ prætenſa,*
22 *Non fuit ea, quæ obſtare poterat.*
23 *Fuit ex conſenſu Religionis.*
24 *Admittens enim ad profeſſionem.*
25 *Impediri non potuit.*
26 *Habuit ius ad profeſſionem.*
27 *Peccat qui retrahit aliquem à profeſſione.*
28 *Rotæ deciſio, quæ contraria videtur.*
29 *Non eſt contraria.*
30 *Dubium aliud ſoluitur.*

IESVS MARIA.

CASVS.

1 POst completum integrum annum Nouitiatus, & obtentam approbationem à Religioſis, vt poſſet admitti ad profeſſionem, antequam illam emitteret, egreſſus ex illo Conuentu dereliquit habitum eius Religionis, cauſa peragendi quædam negotia ſibi vtilia; & illis peractis, cum eſſet in alia Ciuitate, poſtulauit à Religioſis Conuentus eiuſdem Ordinis in ea exiſtentibus profeſſionem; quibus annuentibus, eam eo in loco emiſit. Quæritur de valore huius Profeſſionis.

Reſponſio.

2 Dicendum, quod ſi nihil aliud obſtet valori dictæ profeſſionis, niſi quod illam non emiſerit immediatè poſt completum annum Nouitiatus, ſed mediante egreſſu ex illo Conuentu, vbi Nouitiatum peregerat; & derelictione habitus, ac profectione in aliam Ciuitatem, ſuorum negotiorum agendorum gratiâ, profeſſio valida eſt. Sic tenet Gloſſa *in Regulam iuris 31. Eum qui certus eſt, &c.* referens Ber. B..x. *in ſuis quæſtionib.*

Ita etiam Lapus, Francus, D. Antoninus, Angelus, Sylueſter, Tabiena, Armilla, ac Gregorius Lopez relati, & citati à Sanchez *in præcept. decalog. lib. 5. cap. 4. num. 34. & 41.* Speculator à Sylueſtro, & Sanchez relatus, Rodriguez *tom. 2. Summ. cap. 8. n. 3. & 3. tom. qq. Regular. quæſt. 15. art. 10. ad fin.* ipſe Sanchez *eo num. 34.* Layman. *lib. 4. de ſtat. Relig. tract. 5. cap. 5. num. 2.* Bonacina de clauſura, *q. 2. punct. 10. §. 2. difficult. 2. num. 4.* Pellizzarius *in Man. Regular. tract. 2. c. 1. num. 17.* & ego *tom. 4. mea Summa, verbo profeſſio Regularis, n. 10.* 3

Potiſſimum fundamentum ſumitur ex eo, quod 4 hic reuera adimpleuit totum, quod erat neceſſarium ad profeſſionem emittendam. Etenim integrum annum Nouitiatus peregit, in ipſoque auſteritates omnes Religionis expertus eſt, & Conuentus ille, in quo Nouitiatum peregit, dignum, & idoneum profeſſione iudicauit, hæcque omnia nullatenus immutata fuerunt per dimiſſionem habitus, & egreſſum à Religione, & profectionem ad aliam Ciuitatem ex rationabili cauſa, ſcilicet concludendi negotia ſibi conuenientia; quid igitur aliud deſiderari poterit, vt 5 profeſſio ipſi ab alio Conuentu eiuſdem Religionis conceſſa valida fuerit? Præſertim cum certi iuris ſit, quod in dubio de validitate profeſſionis iudicandum ſit in fauorem illius. Rota *dec. 1361.* coram Cardin. Seraph. & dictum etiam fuit in vna Romana *Profeſſionis* 23. Iun. 1623. coram Remboldo. Et communiter DD. ſpecialiter Sanch. *de matrimon. lib. 7. diſp. 37. n. 12. ad fin.* Stephanus Gratianus *tom. 3. diſcept. forenſ. cap. 413. num. 17.* Suar. *tom. 2. de Relig. lib. 7. c. 2. num. 6.* Leſſius *lib. 2. c. 41. dub. 7. n. 66.* Sanctarellus *var. reſol. tom. 1. q. 48. n. 48.*

Accedit clariſſima deciſio S. Congregationis Con- 6 cilij ſub die 20. Martij 1622. quam refert Illuſtriſſimus Barboſa *in Collectan. Bullar. verb. Profeſſus*, videlicet: *Profiteri poteſt in Religione ille, qui cùm eſſet duodecim annorum, & permanſerit per annum integrum in nouitiatu, poſtmodum habitu retento fuit commoratus domi ſuæ vſque ad tempus 16. annorum requiſitum ad profeſſionem emittendam, & cum fuerit reuerſus ad Religionem, petit admitti ad profeſſionem, ſi aliud illa non opponat.* Eandem affert idem Barboſa *de Iur. Eccleſiaſt. lib. 1. c. 41. num. 129. & in Summa Apoſtolic. deciſ. verb. Profeſſio regularis, n. 4.* & ante ipſum Sellius *in Select. Canon. cap. 18. n. 51.*

Secundum fundamentum ſumi poteſt ex regula illa 7 inter regulas iuris *num. 31.* videlicet: *Eum qui certus eſt, certiorari vlterius non oportet*, quæ deſumitur *ex l. 1. ff. de action. empt.* tradunt *Gloſſ. verb. cognouerunt, in princ. in cap. Cum inter 18. de elect.* Tiraquellus *de retract. lign. gloſ. 2. §. 16. n. 24.* Geminianus *conſil. 33. n. 5.* vbi ampliat in actibus de ſui natura prohibitis. Cum enim Nouitiatus introductus ſit in Eccleſia profeſſuris Religionem, vt ſcilicet illi experiantur Religionis auſteritates, Religio verò an ſibi conueniat habere 8 tales Religioſos, *cap. ad Apoſtolicam, de Regul. cap. non ſolum, eod. tit. in 6.* Rota *deciſ. 175. num. 2. p. 1. recent.* Item *deciſ. 121. n. 2.* Coram Seraphino. Regulæ D. Baſilij, Serapionis, Macarij, Pannphij, & D. Benedicti, ac aliorum, apud Vecchium *de nouitiat. diſp. 11. dub. 1.* 9 Cùm in caſu præſenti totum hoc adimpletum fuerit, nihil deſiderari poteſt ad rationem legitimi Nouitiatus neceſſarium, ac per conſequens ad profeſſionem ſubſecutam. Vnde Gloſſ. *in d. Regul. Iur.* inquit: *Et eſt hæc regula in argumentum ad quæſtionem, quæ quæritur; an is qui ingreſſus Religionem egreditur, debeat ha-*

bere

bere annum : & ſatis videtur quod non , per hanc re-
gulam.
10 Tertium eſt , quia nullum ius extat, quod petat
Nouitiatum continuari cum profeſſione,aut quod ve-
tet fieri profeſſionem , ſi inter Nouitiatum , & illam
tempus aliquod vitæ ſecularis intercedat. Etſi enim
Concilium Tridentinum *ſeſſ.25. de Regularib. cap.16.*
dicat : *Finito tempore Nouitiatus, Superiores Nouitios,*
quos habiles inuenenerint,ad profitendum admittant,aut
11 *è monaſterio eos eiciant.* Nihilominus Prælatum , &
Conuentum , vel Capitulum dilationem ad profiten-
dum Nouitio poſt annum nouitiatus probato à ſe pro
idoneo,non obſtante hoc decreto,iuſta de cauſa con-
cedere poſſe , reſoluunt Nauarrus *conſ.19. in antiq.*
aliàs 30.in nouis,de Regular. Saytus *in florib.deciſ. ſub*
illo tit.dec.35. Enriquez *in Summ.p.2. c.8. n.3. & qq.*
regul.tom.3.q.15.art. 10.in fin.& q.17.art.6. Bartholo-
mæus à S. Fauſto *lib.5. q.168.* Leſſius *de Iuſt. lib 2.*
12 *c.41.dub.7.*Sanchez *in precept. Decal.lib.5 c.4.num.6.*
Hieronymus Rodriguez *in Compend. qq. regular. re-*
*ſol.*101. *num* 83. qui duo poſteriores aſſerunt in Or-
dine Minorum vſque ad decimum octauum poſſe di-
latari profeſſionem iuxta eorum regulam. Hæc autem
13 ratio procedit in præſenti,ſi quidē dilatio huiuſmodi
profeſſionis,ac interruptio inter Nouitiatum,& ipſam
habuerunt cauſam rationabilem , ſcilicet quod iſte
Nouitius perageret negotia illa ſibi vtilia.Immò etiam
14 caſu dato quod nulla cauſa talis dilationis , aut in-
terruptionis extiterint , adhuc valor profeſſionis
ſubſiſtere deberet , non obſtante dicto Concilij de-
creto. Quia illud tantum eſt præceptiuum , non au-
tem irritatiuum profeſſionis vt benè Diana 3. *part.*
*tract.2. reſ.*128. iuxta doctrinam Suarez, Caſtri Palai,
& aliorum.
15 Quartum ſumitur ex eo, quod per talem interru-
ptionem nullatenus exiſtimari debet Nouitium hunc
renunciaſſe ſuo iuri , quod habebat ad profeſſionem
emittendam. Cuius ratio eſt , quia tali iuri non re-
nuntiauit propter dimiſſionem habitus , cum certum
16 ſit iuris illud axioma , quod *habitus non facit mona-*
chum , cap. Porrectum, 13. de regular. vbi Gloſſ.*verb.*
non faciat , cap. Conſuluit, qui Clerici . vel vouentes,
Concilium Trident *ſeſſ 14.de reform. cap.6.*Cardinal.
Tuſchus *pract.concluſ.tom.4. litt. H, concl.12.num.1.*
Campanil. *in diuerſ. Iur.Canon. rubr.12. cap.4.num.5.*
17 Belletus *diſquiſ. clerical. part.1. tit. de diſciplina cler.*
§.15. num. 10. Bartholomæus de Vecchis *in prax.*
*Nouit.diſp.*11. *dub.10.ſub num.*1. Nec propter egreſ-
ſum à Conuento , & profeſſionem in aliam Ciuita-
tem. Nam hoc fuit , vt ſupponitur , factum ex con-
ſenſu Prælati Conuentus, in quo habuit Nouitiatum,
ac per conſequens de licentia ipſius, vt proinde mo-
raliter cenſeatur fuiſſe intra Religionem. Quia in
Monaſterio dicitur eſſe Monachus, etiamſi alibi exi-
ſtat de conſenſu ſui Prælati. Vt docent Panormitanus
in cap.Ex reſcripto, de iureiur. num.5. Syluester *verb.*
18 *Religio 3. quæſt.19. verſ.Secundò inducitur* , Nauarrus
Comm.4. de regul. num.74. verſ.Aduertendum 3. Paſ-
ſerellus *in Schol.ex Geneſi, num.21.*Enriquez *lib.7. de*
Indulg. cap. 4. num.3. in comm. litt. O , & Peirinis
tom.1. priuileg. Minim. in Conſtitut.1. Sixti IV. §11.
num.22.
19 Nec obſtat, quod aliqui Authores , ſcilicet Suarez
*tom.3. de Relig. lib.5. cap.5. num.*8. Peyrinis *de Relig.*
Prelat. quæſt.3. cap.1. num. 99. Bartholomæus de
Vecchis *ſuprà dub.3.* & Caſtrus Palaus *part.3. oper.*
*moral. tract.16. diſp.3 punct.12. § 3.num.*10. oppoſi-
20 tum ſuſtineant. Tum quia ſunt numero pauciores,
quàm ij quos pro noſtra ſententia attulimus. Tum
quia loqui videntur generaliter , & non ſubſiſtēte
rationabili cauſa, & conſenſu Religionis , prout in
præſenti contingit , vt diximus. Tum quia non vi-
dentur habuiſſe notitiam declarationis S.Congrega-
tionis , quam adduximus , & quæ clarè probat no-
ſtram ſententiam.
Nec etiam obſtat ſecundò , quod plures ex autho- 21
ribus noſtræ ſententiæ , ſequentes Gloſſam in dicta
Regula , *Eum qui certus* , eam limitent ſolùm pro
caſu , quo conditio perſonæ illius , qui Nouitia-
tum illum peregit , & ante profeſſionem habi-
tum, & Conuentum dimiſit, mutata non ſit : in præ-
ſenti autem caſu videtur mutata conditio talis per-
ſonæ.
Reſpondeo enim hanc immutationem perſonæ de- 22
bere intelligi quantum ad experientiam onerum , ſeu
aſperitatum Religionis , vt benè Bonacina , & Pel-
lizzarius relati, quos & ſequor ego *à num.*10. Deinde
tollitur hic ſcrupulus. Tum ex eo,quòd præfatus No- 23
uitius hæc egerit ex conſenſo Religionis. Tum quia
Prælatus illius conuentus , in quo poſtea profeſſio-
nem emiſit , id ſciuit , aut ſcire poterat , & cum ni-
hilominus profeſſionem illi conceſſerit, cenſendus eſt 24
exiſtimaſſe nullam talem mutationem interueniſſe.
Quia in fauorem Iudicis , ſeu Prælati iudicandum eſſe
omnia iura clamant.
Dici etiam poteſt , quod poſito Nouitiatu legitimè 25
peracto , & quod poſt illum Nouitius à Conuentu
legitimè per ſuffragia pro profeſſione emittenda di-
gnus , & idoneus approbatus fuerit , non potuiſſet
licitè impediri quominus profeſſionem emitteret
quando illam poſtulauit in alio Conuento. Non ſo-
lùm propter decretum Concilij Tridentini adductum,
quo Superioribus præcipitur admittere ad profeſ- 26
ſionem Nouitios , quos habiles , cōpleto Nouitiatu
inuenerint ; ſed etiam,quia per approbationem illam,
ſeu electionem ad emittendam profeſſionem habuit
ius ad rem reſpectu illius emittendæ. Ius autem ad
rem reſultans ex electione , ſeu præſentatione, conſi-
derabile eſſe , habet Rota in Tiraſſonenſi *Eleemoſi-*
nariæ, coram Lancelloto, 18. Ianuarij 1602. apud Fa-
rinacium *deciſ. 52.n. 3. part.2. recent.* & Aloyſius Ric- 27
cius *in praxi rerum for. Eccleſ. dec.595. num.*204. Ad
quod facit, quod retrahens aliquem abſque iuſta cau-
ſa à profeſſione emittenda , peccat mortaliter , prout
colligitur ex Paludano , Caietano , Soto , Nauarro,
Azorio , Sayro , Miranda , Suarez , & Leſſio , quos
ad ſimile intentum refert Vecchius citatus *diſp.12.*
dub.2.n.1 & 5.
Nec dictis obuiat , quod nouiſſima Rota de hoc 28
anno 1649. in vna Burgenſi *nullitatis profeſſionis*,
coram Illuſtriſſ. D. meo Arguelles dicat , videlicet
quod *poſſeſſio per momentum temporis perditur* , &
quod *poſſeſſio ſemel amiſſa non continuetur cum poſ-*
ſeſſione de nouo adquiſita. Item quod *duæ poſſeſſiones*
diuerſæ ſpeciei non poſſint coniungi. Prout ex variis
iuribus , & DD. probat. Quæ ad intentum huius ca-
ſus applicata probare videntur nullitatem iſtius pro- 29
feſſionis , propter dictam diſcontinuationem. Sed ni-
hilominus , non ſolum quia caſus huius deciſionis
Rotæ eſt valdè diuerſus à noſtro præſenti , quia eſt
de Nouitiatu diſcontinuato , & profeſſione violenter
emiſſa ; ſed etiam quia ſeparatio Nouitiatus à profeſ-
ſione , de qua eſt in præſenti caſu ſermo , cum facta
fuerit de conſenſu Religionis , & propter vtilem , &
rationabilem cauſam ab ipſamet Religione approba-
tam, non efficit poſſeſſionem Religionis deperditam,
& amiſſam,diuerſæ ſpeciei, aut non continuatam mo-
raliter cum profeſſione.
Si ex alio capite objiciatur,talem Nouitiatum va- 30
lidum non fuiſſe , quia profeſſio non fuit facta in eo-
dem Monaſterio vbi habitus fuit nouitiatus. Reſ-
pondeo parum ad rem id facere : nam nullo iure
cautum eſt , vt profeſſio fiat in eodem loco , vbi
factus eſt Nouitiatus. Vt probat P. Diana *part.9.*
tract.7.

*tract.7. reſol.*44. ex Bordono, & Pellizzatio, contra Franciſcum Syluium.

CONSVLTVM IX.

De quodam Religioſo prouiſo in Abbatem cuiuſdam Monaſterij cum onere emittendi profeſſionem in ea Religione.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, ſeu factum.*
2 *Aſſumendus ad Prælatiam debet eſſe profeſſus.*
3 *Conſuetudine in contrarium non obſtante.*
4 *In ea Religione.*
5 *Homines diſparis profeſſionis non admittuntur.*
6 *Profeſſio hæc cenſetur valida.*
7 *Iudicandum pro validitate actus.*
8 *Omnis interpretatio ad id admittenda.*
9 *Quæ ſit pro validitate actus eſt regina aliarum.*
10 *Vincit omnes præſumptiones.*
11 *Maximè in caſu validitatis profeſſionis.*
12 *Hic videtur tacitè profeſſus.*
13 *Per exercitium actuum qui ſunt proprij profeſſorum.*
14 *Tacita profeſſio non eſt ſublata à Conc. Trid.*
15 *Quæ geſſerit iſte Abbas.*
16 *Ad Abbatiam an requiratur expreſſa profeſſio.*
17 *Quando prouidetur per electionem.*
18 *Exponitur* cap. nullus, de elect. in 6.
19 *Electio an perficcetur cum promiſione.*
20 *An obſtet aſſumptio habitus.*
21 *Obſtare non videtur.*
22 *Geſtans habitum tenetur ad obſeruantias.*
23 *Geſtans habitum extra Monaſterium.*
24 *Quid ſi ſine legitima licentia.*
25 *Quando interrumpatur Nouitiatus.*
26 *Declaratio S. Congregationis.*
27 *Nauarri doctrina.*
28 *Monachus quamdiu cenſeatur eſſe in Monaſterio.*
29 *Profeſſio emiſſa poſt Nouitiatum iam pridem finitum.*
30 *Valida cenſetur.*
31 *Declaratio S. Congregationis.*
32 *Etiamſi dilatio ſit ob leuiſſimam cauſam.*
33 *Quid de ſtatuto præcipiente aliquid fieri determinato tempore.*
34 *Profeſſio iſta facta in manibus Epiſcopi.*
35 *Pauli IV. Bulla.*
36 *Intentio ipſius.*
37 *Epiſcopi aſſumpti ex Religionibus an tolerandi in officiis.*
38 *Acceptatio ad Religionem an actus iuriſdictionis.*
39 *An competat Abbatiſſis, & fratribus laicis.*
40 *Non requiritur dignitas.*
41 *Admittitur à ſuſpenſo.*
42 *Ad quem ſpectat,* & n. 43.
44 *Non infert legitimo Prælato magnum præiudicium.*
45 *Scientia, & patientia operatur conſenſum.*
46 *Tacita licentia an ſufficiat.*
47 *An fuerit hîc profeſſio tacita.*
48 *Retrohabitio comparatur mandato.*
49 *De Conuentu vacante Prælato.*
50 *S. Rota deciſio in ſimili materia.*
51 *Alia Rota deciſio.*

IESVS MARIA.

Factum, ſeu Caſus.

VACANTE Abbatia cuiuſdam Monaſterij 1
Ordinis Præmonſtratenſis in Regno Poloniæ, quod eſt de iure Regis, prouiſus eſt in Abbatem D.N. cum onere tamen emittendi profeſſionem. Is, accepto Ordinis habitu, non contentus loco, qui ſibi pro Nouitiatu peragendo deſignatus erat, de illo diſceſſit, & abiens in Aulam extitit ibi per quinque fermè menſes; poſtea verò rediit in locum quendam ſibi pro Nouitiatu deſignatum, vbi poſt ſeptem circiter menſes à Nouitiatu ſolutus eſt, & poſt alios quinque emiſit profeſſionem in manibus cuiuſdam Religioſi delegati à quodam Epiſcopo, & ſic munus Abbatis exercere cœpit. Quæritur, an valida ſit hæc profeſſio.

Reſponſio.

In primis iure optimo ab iſto D. N. requiſitum fuit 2
onus emittendi profeſſionem in ea Religione, cuius erat illud Monaſterium, ad quod aſſumebatur pro Abbate. Aſſumendus enim in Abbatem, ſeu Prælatum Regularem debet eſſe Religioſus profeſſus, *c. cum cauſam, cap. cum ad noſtram, cap. cum in magiſtrum, de elect.* Doctores *ibid.* Ex quibus habetur, quod non debet in magiſtrum aſſumi, qui non fuit diſcipulus, in ea ſcilicet facultate; nec præeſſe, qui non nouit ſubeſſe. Imò Gloſſa *in cap. cum cauſam*, relato, *verbo irritetis*, dicit in hoc non prænalere poſſe conſuetudinem, quia eſt contra *can. Abbatem, & can. quàm ſit*, 18.
*quæſt.*2. ac per conſequens contra ius commune, & 3
receptum. Miranda *in Man. Prælat. tom.*2. *q.*3. *art.*11. Rodrig. *tom.*2. *q*7. *Regular. q*52. *art.*8. Suarez *de Relig. tom.*4. *tract.*8. *lib.*2. *cap.*3. *num.*11. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell. gloſſ.*8. *num.*7. Barboſa *in collectan. DD. ad iura relata.* Nec ſufficit aſſumendum in Abbatem eſſe profeſſum in alia Religione, ſed oportet quod profiteatur in illa, ad cuius Monaſterij regimen aſſumitur. 4
Clem. 1. *de elect.* vbi prohibetur, *ne Religioſus aliquis in Abbatem, vel Prælatum alterius Religionis, vel habitus de cætero eligatur: quod ſi ſecus actum extiterit, ſit eo ipſo irritum, & inane.* Cuius ratio aſſignatur à Pontifice, quia non congruit, *vt homines diſparis profeſſionis vel habitus, ſimul in eiſdem Monaſteriis ſocientur.* Et ab Innocentio III. *in cap. cum cauſam*, re- 5
lato: *Cum ſecundùm legem diuinam non ſit in boue arandum, & aſino, nec quiſquam debeat veſtem induere de lana linoque contextam.* Id eſt, non debere coniungi homines, quibus vota, & ſtudia ſunt diuerſa. *Can. Nona,* 16. *q.*7. Panormit. *in cap. Cum in magiſtrum, in fin. de elect.* & Sacra Congregatio, teſte Gonzal. *ſup.* die 12. Decembris 1585. Tamburinus *de iure Abbat. tom.*1. *diſp.*5. *quæſt.*11. poſt Rodriguez, Suar. & Sigiſmundum de Bononia. adde Concil. Tridentinum *ſeſſ.*14. *de reform. c.*10. & Rotæ deciſiones, quas ibi refert Barboſa *n.*11.

Deinde exiſtimo ſuſtineri debere profeſſionem fa- 6
ctam, de qua in præſenti. Primò, propter generalem regulam, quæ tam pro conſcientia, quam pro foro externo procedit, quod quando penſatis penſandis dubitatur de validitate actus, cenſendum ſit validum eſſe, *l. quoties, ff. de reb. dubiis, l. quoties, ff. de verb.*
*ſignific. l. ſi quando, ff. de legat.*1. Abbas *conſil.*62. *in* 7
*controu. col.*1. *num.* 7. *verſ. Tertiò*, *lib.*2. Rolandus à Valle *conſ.*61. *num.*23. *& ſeq. verſ. Quintò conſiderandum lib.*3. vbi extendit ad omnem actum: latè Romanus *conſ.*180. *Si admittimus*, *num.*4. *cum ſeqq.* vbi extendit

extendit ad omnem diſpoſitionem, videlicet contra-
ctum, teſtamentum, iuramentum, atteſtationes, &
priuilegia. Bertazolus *de clauſ. inſtr. clauſ. 1. gloſ. 4. n. 5.*
& in reper. l. ſi quis maior, *C. de tranſact. n.* 506. Pi-
chard. *ad §. Si quis alium, n. 4. Inſtit. de inutil. ſtipul.*
Ferret. *in conſtit. Cathol. gloſ. 1. n.* 151. Scaccia *de ap-*
pell. q. 2. n. 29. & q. 3. n. 3. & 4. q. 15. n. 225. in fin. Rota
deciſ. 469. n. 3. p. 2. rec. Card. Tuſch. *tom. 1. litt. A, concl.*
136. Marc. Anton. *var. reſ. lib. 1. reſ. 20. n. 16.* Surd. *conſ.*
8 44. *n. 2.* Giurba *deciſ. 36. n.* 18. Nam omnis interpre-
tatio admittitur ad ſuſtinendum actum. Rota *dec. 469,*
n. 3. p. 2. rec. Rolandus à Valle *d. conſ. 61. n. 26. lib. 3.*
Cardin. Tuſch. *d. litt. A, concl.* 136. *n.* 14. Et iſta quæ fit
pro validitate actus, eſt Regina aliarum interpretatio-
num, Cephal. *conſ. 51. n. 39.* Card. Mantica *de coniect.*
vltim. volunt. lib. 12. tit. 17. n. 13. Etiāſi aliquid quando-
que diſponatur præter intentionem agentium, *c. 1. §.*
9 *idem quoque in fine, de deſponſ. impub. lib. 6.* Federic. de
Senia *conſ. 15. n. 4. verſ. Item contra.* Vel quatenus ver-
ba improprientur. Fulgoſ. *conſ. 83. viſis ſuperius allega-*
tis, col. 2. verſ. ex illa quoque vulgari. Abbas *conſ. 62. in*
contron. col. 3. num. 7. verſ. Tertiò principaliter, lib. 2.
Roman. *d. conſ. 180. num. 4. in fin. & n. ſeq.* Card. Tuſch.
10 *d. concl. 136. n. 32. & ſeq.* Nam tanta eſt præſumptio,
quæ oritur propter validitatem actus, vt omnes alias
vincat præſumptiones, Decius *in c. quoniam Abbas,*
n. 49. verſ. Secundò limita, de offic. deleg. & conſ. 77. n. 5.
Ruinus *conſ. 72. num. 4. lib. 2.* Alciat. *de præſumpt. reg.*
1. præſumpt. 50. n. 5. Roland. à Valle *conſ. 61. num. 27.*
lib. 3. De his omnibus Barboſa *in tr. de Axiom. Iur.*
Axiom. 12.

11 Hæc porrò regula fortiùs procedit in caſu de va-
liditate profeſſionis, quæ cum inſtar matrimonij ſit
indiſſolubilis, niſi propter vrgentiſſimas cauſas, ideo
in dubio de validitate illius iudicandum eſt, quod va-
leat, *l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumptib. funerum*, in
qua dicitur, *Summa eſt ratio quæ pro Religione facit.*
Rota coram Seraphino *deciſ.* 1361. & in vna Romana
Profeſſionis, coram Remboldo 23. Iunij 1623. Nauar-
rus *lib. 3. conſ. 13. n. 10. in 2. edit. de regul.* Sanchez *de*
matrim. lib. 7. diſp. 57. n. 11. ad fin. Stephan. Grat. *tom. 3.*
diſcept. forenſ. c. 413. n. 17. Suar. *tom. 2. de relig. lib. 7.*
c. 2. n. 6. Leſſius *lib. 2. cap. 41. dub. 7. n. 66.* Bartholomæus
de Vecchis *in praxi Nouit. diſp. 13. dub. 12. num.*
22. Sanctarellus *var. reſolution. part. 1. quæſt. 48.*
num. 49.

12 Deinde ſecundò, quia ſaltem videtur iſte Dominus
Abbas tacitè profeſſus in dicta Religione. Nam cum
tacita profeſſio inducatur per delationem habitus
profeſſorum, *c. ad noſtram, de regular. & c. conſtitutio-*
nem, eod. tit. in 6. & *Clem. fin. de regular.* & tradunt
Abbas. *in d. cap. ad noſtram, n. 3.* Nauar. *conſ. 43. de re-*
gul. n. 2. & Comment. 4. de regular. n. 74. notab. 3. Rodri-
guez *tom. 3. qq. regul. q. 17. art. 1.* Angelus *verb. Nouitius,*
n. 12. Tabiena *eod. verb. q. 5. n. 6.* Syluester *verb. Religio*
13 *3. q. 19.* Secundò etiam inducatur per exercitium actu-
um qui ſunt proprij profeſſorum, iuxta *c. Vidua, de*
regul. Abbas *ibid. n. 6.* Azor. *tom. 1. lib. 12. c. 4. q. 3.* Ar-
milla *verbo Nouitius, n. 7.* Angelus *eod. verb. n. 12.* Ta-
biena *quæſ. 5. n. 6.* Syluest. *verb. Religio 3. q. 19. verſ. Pri-*
14 *mò ergo,* Sanctarellus *ſupr. n. 53.* Et profeſſio tacita non
ſit vllo modo per Concilium Trident. ſublata, quin
potius poſtea ſæpius à Sac. Rota Canonizata, ſpecia-
liter in vna coram Gregorio XV. *deciſ. 385. in 6.* & in
Metenſi *profeſſionis* coram Vbaldo an. 1615. & in Vlyſ-
bonenſi *profeſſionis* coram Merlino ann. 162. *n. 7.* & in
alia Metenſi *profeſſionis* coram Carillo, an. 1636. *n. 5.*
& 7. vt communiter Doctores, maximè Azor *tom. 1.*
lib. 12. c. 4. q. 6. Nauarrus *conſ. 28. de regul. num. 5.* Ro-
drig. *in Sum. tom. 2. c. 8. n. 1. & tom. 3. qq. regular. q. 17.*
art. 1. in fin. Menochius *vol. 4. conſ. 396. num. 72.* Sor-
bus *in Compend. priuileg. Mendicant. verb. Nouitius,*
notabil. 3. §. Primò aliquid operatur. Palacius *in 4.*
diſt. 38. diſp. 1. col. 32. verſ. Porrò autem. Siquidem iſte 15
Abbas habitum profeſſorum per vnum annum, &
aliquot menſes portauit, & officium Abbatis (quod
eſt etiam proprium profeſſorum, vt ex relatis iuribus
habetur) per aliquot tempus exercuit, vnde videtur ta-
citam profeſſionem emiſiſſe. Præſertim quia cum de
illo credi debeat ſpontaneè, voluntariè, & ſcienter id
geſſiſſe, proculdubio non videtur ſaltem à tacita pro-
feſſione ſolutus.

Nec contra hoc obſtat, quod ad obtinendam dictam 16
Abbatiam requiratur expreſſa profeſſio, nec ſufficiat
tacita, vt colligitur ex *cap. nullus, de elect. in 6.* & ex
Clement. vnica, *§. Cæterum Prioratus, verſ. ſanè, de ſtat.*
Monach. & firmauit Rota *deciſ. 647. n. 1.* coram Se-
raphino, ac confirmant Gloſſ. *in d. c. nullus, verb. nul-*
lus religioſus, & in d. Clem. verb. expreſsè. Panormit. *in*
d. cap. cum cauſam, n. 6. Gemin. *in d. c. Nullus, n. 1. & 6.*
Franch. *in c. Ex eo, num. 1. de elect.* Bartholomæus de
Vecch. *de Nouitiatu, diſp. 14. dub. 7. n. 2.* & alij plures. 17
Hoc enim intelligi debet quando talis Abbas, ſeu
Prælatus regularis aſſumitur ad id munus per electio-
nem, non autem quando aſſumitur per collationem,
ſeu poſtulationem, prout contigit in præſenti. In pro-
uiſione enim quæ fit per viam collationis, vel poſtu-
lationis, ſufficit profeſſio tacita, nec requiritur ex-
preſſa. Vnde collatio Abbatiæ facta non expreſsè
profeſſo valeret, vt poſt Ioannem Andr. notat Pa-
normit. *in c. Quia ingredientibus, n. 4. de teſtam.* Ra- 18
tio autem eſt, quia *d. c. nullus*, loquens de electione,
cum ſit ius pœnale, non debet extendi ad prouiſio-
nem, vel poſtulationem. Tamburinus *ſupr. quæſit. 10.*
n. 8. Vnde generaliter loquendo in odioſis, prouiſio 19
non pariſicatur cum electione, *c. cum illis, §. illis verò,*
de præbend. in 6. vbi Panormit. & Franch. *n. 6. & 7.*
& Clem. 1. eo tit. Panorm. *in Clem. de elect. n. 1.* Coſm.
in pragm. ſanct. tit. de reſeruat. verb. diſpoſitionem, Feli-
nus *in c. in noſtra, n. 27. ad fin. de reſcrip.* & nouiſſimè
multis relatis Garzia *de benef. p. 1. cap. 6. n. 33.* & Sigiſ-
mund. de Bonon. *de elect. Prælat. dub. 118. n. 7.*

Generaliter quoque contra dicta non obſtat id 20
quod ſupponitur in caſu, ſcilicet quod cum habitum
aſſumpſiſſet die 6. Auguſti 1644. & fuiſſet illi aſſigna-
tus locus pro Nouitiatu peragendo, qui ipſi non pla-
cebat, diſceſſit de illo cum licentia Commiſſarij gene-
ralis, manens in Aula vſque ad menſem Decembris.
Ex quo videtur ſequi, non inchoaſſe tunc Nouitia-
tum, ac perinde quod cum poſtea eadem 16. Auguſti
1645. à Nouitiatu ſolutus ſit, non peregerit inte-
grum annum Nouitiatus, qui tam pro profeſſione ex-
preſſa, quam pro tacita requiritur à Concilio Tri-
dentino *ſeſſ. 25. de regul. cap. 15.* Reſpondetur enim 21
quod ſi vt ſupponitur, dictus Abbas eo tempore fuit
cum habitu Religionis, & cum licentia Superioris,
illud tempus computandum eſt pro Nouitiatu. Nam
eo ipſo quod aliquis eſt cum habitu alicuius Religio-
nis, & ſub obedientia Superioris illius, cenſetur eſſe
in probatione talis Religionis, & experiri auſteritates
præcipuas ipſius, ſcilicet præſtationem habitus, &
ſubiectionem ad Superiorem poteorem reuocare il-
lum de loco, in quo eſt, & conſtituere in alio, & præ-
ſcribere illum modum vitæ quem gerere debet in quo-
cumque loco ſit. Et etiam quia ipſe geſtans talem ha- 25
bitum, ne credatur mundum decipere, tenetur quoad
poſſe obſeruare Religionis obſeruantias, itaut ſi il-
las non obſeruat, ipſi imputetur, non Religioni, quæ
ex rationabili cauſa illi licentiam, conceſſit extra Re-
ligionem manendi.

Colligo hoc ex Doctoribus aſſerentibus, quod ſi 2
Nouitius de licentia Superioris cum habitu aliqua
iuſta de cauſa intra annum probationis extra Mona-
ſterium egrediatur, & ibidem per aliquos dies com-
moretur

moretur, poſt reuerſum poteſt licitè profiteri, annuſ-
que per hoc non dicitur diſcontinuus. Ità Nauarrus
conſ.10.n.3.de cler.non reſid.& conſ.42. de regul. Jaco-
bus de Graff. *p.1.lib.3.c.5.poſt n.*18. Flamin.Pariſ.*q.*13.
*n.*12.Ludouicus Beja *reſp.caſuum conſc.p.4. caſ. vlt.in
fin.*Saytus *in florib.deciſ. ſub tit.de regul. dec.*15. Lo-
tich. *in theſauro,tit.de Regularib. §.9. verſ.4.* Aloyſ.
Ricc. *in prax.rer.flor.Eccleſ.deciſ.*501. *in 1. edit. aliàs
reſ.392.n.3.in 2.edit.*Armend. *l.7.de relig.a.*13. Bonac.
*de clauſura,q.2.punct.*10.*diffic.*2. §.2.*n.*26. Steph.Grat.
*diſcept.for.c.66.n.*14.Suarez *tom.3.de relig. lib.5. c.*14.
24 *n.*13. Bartholomæus de Vecchis *diſp.*11. *dub.*3. *n.*30.
Adde, hoc etiam intelligi etiamſi licentia illa illicitè,
& ſine rationabili cauſa conceſſa eſſet, quia licet Su-
perior præſtans indebitè licentiam peccet, talis tamen
culpa, ſicut non derogat quominus Nouitius maneat
ſub obedientia Superioris, ſic neque ipſius Nouitia-
tui. Suar. *ſupr. num.*14. *poſt med.* Vecchius *n.*1. Barb.
25 *de Iure Eccleſ. lib.1. c.42. n.*125. Generaliter quoque
non interrumpi Nouitiatum, etiamſi Nouitius per
multum tempus ſit extra Monaſterium, de licentia
tamen ſui Superioris, cauſa ſcilicet peregrinationis,
locorum piorum viſitationis, parentum, vel cogna-
26 torum inuiſionis, ſeu morbi curationis, propter idem
fundamentum, colligitur ex eiſdem Authoribus, &
aliis, quos refert idem Barboſa *ſup.n.*126. Imò ea de-
claratione quadam S.Congregationis apud Armendar.
*ſup.n.*13. & Vecchium *ſup.n.*13. in qua dicitur: *Si no-
uitia curandæ valetudinis cauſa de licentia Superiorum
à Monaſterio exierit, & poſtea reuertatur, eodem tem-
pore profeſſionem emittet, perinde ac ſi nunquam egreſ-*
27 *ſa eſſet.* Specialiter, & in terminis huius caſus Suar.
*eo n.*13. approbat ex Nauarro *conſil.32.de Regul.* quod
ſi Nouitius de mandato Prælati per magnam partem
anni extra Monaſterium verſetur etiam in Curia
Principis tractans negotia, ſemper intelligitur eſſe ſub
probatione, ac propterea poſſit ſuo tempore profeſ-
ſionem emittere.

28 Hæc porrò omnia fundantur in receptiſſima do-
ctrina Doctorum aſſerentium, quod Monachus cen-
ſeatur eſſe in ſuo Monaſterio, quando de licentia
Prælati manet extra illud. Ex hoc enim infertur, quod
Abbas, ſi quidem extra Monaſterium manebat de li-
centia ſui Superioris, cenſeri debeat veluti manens
intra illud, ac proinde non diſcontinuaſſe Nouitia-
tum. Illam autem doctrinam docent Abbas antiquus
c.cùm illorum, de ſentent. excomm. Panorm. *c. ex re-
ſcripto, de Iureiur.n.*5. Angelus *verb Nouitius, num.*2.
Syluest. *verb.Religio,3.p.q.19.dict.*2, Nauarr.*com.4.de
Regul.*Henriq.*lib.7.de Indulg.c.24.n.2.in Com.lit.O,&
c.25.n.*11.Suar.*eo n.*13.Sanchez *tom.2.conſil.mor.lib.6.
c.9.dub.2.n.*4.Vecchius *ſup.n.*10. Et Peitinis, quem ſe-
quor *tom.1.mea Summa,c.11.n.*10.

29 Minùs obſtat validitati dicti Nouitiatus aut pro-
feſſionis, quod illa non fuerit emiſſa finito anno
Nouitiatus, ſed aliquot poſtea tranſactis menſibus,
ſcilicet menſe Ianuarij anni 1646. Certi enim iuris
eſt, non requiri quod profeſſio fiat immediatè poſt
Nouitiatum completum; ſed ſufficere quod fiat
etiam poſt aliquod tempus. Vt obſeruant Nauarrus
*conſil.*30. *de Regal.* Emmanuel Sà *verb.Religio,num.*3.
30 Rodrig. *tom.3.qq. regul.q.17.art.*10.Miranda *in Man.
Prælat. tom.1. q.25. art.*1. Sanchez *in precept.Decal.
tom.2.lib.5.c.4.n.*21. afferens ad id exemplum Ordi-
num Minorum, Minimorum, Societatis Jeſu, & plu-
rium Monialium.

31 Colligiturque ex declaratione quadam S.Congre-
gationis, quam refert idem Sanchez, maximè verò ex
alia quam refero ex Barboſa *in Collectan. verb. Pro-
feſſus,4.tom.mea Summa, verb. Profeſſio Regularis,n.*10.
& quam etiam refert idem Barboſa *ſupra n.*129. In ea
namque dicitur, poſſe profiteri in Religione illum,
*qui cum eſſet duodecim annorum, & permanſerit per
annum integrum in Nouitiatu poſtmodùm habita re-
tento commoratus fuit domi ſuæ vſque ad tempus ſex-
decim annorum, quo reuerſus fuit ad Religionem, & pe-* 32
tiit profeſſionem. Addo, quod etiamſi talis dilatio
profeſſionis facta fuerit ob leuiſſimam, aut etiam nul-
lam cauſam, non propterea profeſſio cenſebitur nulla.
Quia licet Concilium Tridentinum *ſeſſ.25.cap.16. de
Regal.* præceperit, quod finito anno probationis No-
uitius ſtatim ad profeſſionem admittatur, nihilominus 33
quia illam non annullat, aut irritat; ideo etiamſi talis
dilatio fuerit illicita, non tamen propterea annullabi-
tur profeſſio. Quia quando Statutum mandat fieri
aliquid certo tempore, actus contrafactus non eſt irri-
tus, cum non intelligatur circumſtantia illa temporis,
vt forma appoſita. Ita in terminis ſimilis caſus tenet
Diana *3.p.tract.2.de dub.Reg.reſ.*128. dicens ita etiam
ſenſiſſe aliquos Theologos Ieſuitas, & Theatinos, &
conformiter ad doctrinam Suarez, & Caſtri Palai,
quos ibi refert.

Magis videtur obſtare contra iſtam profeſſionem 34
D.Abbatis, quod ea facta fuerit in manibus cuiuſdam
Religioſi ex authoritate delegata per quendam Epiſ-
copum, ex eo ordine aſſumptum, quem Religioſi
eius Religionis in ſuum Commiſſarium generalem
confirmauerant. Talia enim Epiſcopus non videtur
habuiſſe aliquam authoritatem ad acceptandum di-
ctam profeſſionem, & multo minus ad ipſam dele- 35
gandam, eo quod Paulus IV. in Bulla, *In ſacra,* inter
Bullas huius Pontif. *tom.1.Bullar.n.*21. Statuit nullum
Epiſcopum ex quocunque Ordine aſſumptum eligi
poſſe ad dignitates, officia, ſeu ſuperioritates eiuſ-
dem Ordinis, aut ea aſſequi, vel obtinere. Ex quo ſe-
qui videtur, non fuiſſe legitimum Commiſſarium dict. 36
Religionis. Cæterùm multa ſunt propter quæ dici po-
teſt huiuſmodi profeſſionem non vitiari ex hoc capite.
Primò quidem, quia, vt patet ex titulo ipſius Bullæ, qui
talis eſt: *Archiepiſcopi, & Epiſcopi cuiuſcunque Ordinis
Profeſſores ad clauſtra ſuorum Ordinum redeuntes, ad
eius officia, & dignitates aſſumi non poſſint.* Intentio
ipſius ſolùm eſſe videtur, ne illi qui ad Epiſcopalem
dignitatem aſſumpti fuerunt, ſi ad Religionem redeant
poſſint habere talia officia, ſeu dignitates. Iſte au-
tem Commiſſarius non probatur rediiſſe ad Reli-
gionem.

Secundò, quia Bulla ſolùm prohibet, ne tales eli- 37
gantur, aut prædicta munera per electionem aſſequan-
tur, aut obtineant; non verò quod nequeant confir-
mari, aut tolerari à Religione in ea dignitate aut offi-
cio, quod antea habebant, prout contingit in propo-
ſito, ſiquidem iſte Epiſcopus antea erat Commiſſarius
Generalis dictorum Religioſorum, & poſt aſſumptio-
nem ad Epiſcopatum in eo munere confirmatus, &
toleratus, ob rationabilem cauſam.

Præterea. Tertiò, quia cum acceptatio Monachi ad 38
profeſſionem non ſit propriè actus iuriſdictionis, ſed
ſuperioritatis, vt docent Dominicus *in c.Conſtitutio-
nem, §.in aliis,n.*6. Franch.*n.7.de Regal.in* 6. Roſella
tit. Nouitius, num. 21. *in fine*, Tabiena *eod. tit.* 39
num 8. *in fine.* Sanchez *lib.5.in precept. decalog.tit.4.
num.*78. & Vecchius *ſupra diſp.12. dub.1.n.*2. Quod
adeo verum eſt, vt etiam frater laicus, imò & Ab- 40
batiſſæ recipere poſſint ad profeſſionem, vt docent
Archidiac. *in cap. Conſtitutionem,n.1. de regular. in* 6.
Franch. *ibi n.*7. Roſella *verb.Nouitius,n.*6. Azotius *p.*1.
*lib.12. c.5. q.*6. & Vecchius *ſuprà n.*14. quos & ſe-
quor loquens de Abbatiſſis *tom.1. c.26. n.*18. Ideo ad
acceptandum Monachum ad profeſſionem non re-
quiritur dignitas, aut officium aliquod iuriſdictio-
nem importans, ſed ſuperioritatem tantummodò;
qualem ſupponitur habuiſſe ſaltem de facto dictum
Epiſcopum.

41 Quod eriam robur accipit ex eo, quod profeſſio
admiſſa à Superiori à iore, vel ab homine ſuſpenſo
eſt valida, vt doeent Sanchez *lib.5.in decal.c.4.n.79.*
Et ſequitur Veechius *ſuprà n.5.* quod deſeruit ad in-
tentum, eriamſi admittaror talem Epiſeopum pro-
42 prer aſſumptionem ad Epiſeopatum ſuſpenſum fuiſſe
à Commiſſariatu, quem antea habebar. Quartò eeſ-
ſat difficultas ſi aeeeptatio ad profeſſionem in ea Re-
ligione ſpectat ad Abbatem, & Monaſterium. Nam
43 ſi ad vtrumque ſpectabat, extat decisio *c.ſi ad ſolum,*
de elect. in 6. vbi Pontifex deeernit, quod vaeante
Monaſterio, ſi eteatio Monachi ſpectabat ad Abba-
tem, & Conuentum poſſit Conuentus nouum reci-
pere Monachum. Ex qua deeiſione colligitur quod
44 etiamſi admittatur aeeeptationem huius profeſſionis
ex parte Epiſeopi gerentis viees Abbatis fuiſſe inua-
lidam, non tamen ex parte Conuentus tacitè vel ex-
preſſe conſentientis in dictam aeeeptationem. De iu-
re autem communi eteationem Monachorum ſpe-
ctate ad Abbatem, & Conuentum, haberur ex Na-
uarro *conſ.9 num.12. ſub tit. de Conſtit. in 1.edit.aliàs*
conſ.17.n.2. de voto in 2. edit. & Barboſa *in collectan.*
DD. ad d. cap.ſi ad ſolum. Prætetea, quintò quis eſto
45 præfatus Epiſcopos non eſſet legitimus Prælatus il-
lius Monaſterij, aut illorum Religioſorum, nibilo-
minus quia aeeeptatio ad profeſſionem nullum, aut
modicum præiudieium intulit legitimo Prælato eius
Religionis, Geoerali videlieet, vel alij eius Vieem-
gerenti, & ſcientia, & patientia in his quæ ſunt
modiei præiudicij operatur conſenſum, vt tradunt
Bartolus *in l.quæ dotis,n.24 ff.ſol.matrim.* Panorm. *in*
c.nonne, n.3.de præſumpt. & quamplures alij, quos cu-
mulat, & ſequitur Maſcardus *de prob. concl.* 1158.
*n.*34.ideo ratione huius taciti conſenſus legitimi Præ-
lati eius Religionis, quiſquis is fuerit, ſuffieiet ad va-
liditatem aeeeptationis.

46 Tacitam autem lieentiam ſuffieere in præſenti te-
net Vecchius *ſup. num.*18. & Sanctorus de Melfi *in*
*Comment.moral.in Statut.Minor. c.2.Statut.*20. *dub.*5.
loquens pro caſu longæ abſentiæ Prælati ex Hugone
de Dina, & Sorbo, qui caſus ſimilis eſt ei de quo in
præſenti.

Addendum vltimò, quod cum D. Abbas, de quo
in præſenti, ſaltem emiſerit profeſſionem tacitam
propter dicta in Superioribus, & Prælati non recla-
47 mauerint contra ipſam, cenſeri debere ratam ex rati-
habitione de præſenti. Eo quod ratihabitio contra-
hatur, & mandato comparetur, *Regul.ratihabitionem,*
de reg iur.in 6. atque ita docent Innoc. *cap porrectum,*
num.5.de regul.& ibi Hoſtienſ. Ioan. Andr. *n.*4. Henri-
cus *num.*5. Anchar. *num.6. & cap finali, ad fin.eod.tit.*
in 6. vbi Francus *num.*6. Roſella *verb Nouitius, n.*24.
& ibi Angel. *num.*13. Syluest. *verb. Religio, 3.q.16.&*
*q.*18 *dec.*2. idem Angel. *verb.profeſſio, n.*1.vbi Armill.
*n.*1, Tabieo. *q.1.n.2.* Nau. *lib.3. conſ.tit. de Reg.in* 1.
*edit conſ.6.n.7.conſ.*40.*n.*7. Anton.Cucchus *lib.3.Inſtit.*
maior.tit.1.n.56 & 77. Azor *lib.12.inſtit. mor.c.5.q.7.*
Rodr.*2.tom.Sum.c.*8.*n.*13.*concl.*12.*& qq.regul. tom.3.*
48 *in q.*17 *art.*12.Sanch. *ſup.n.*80. Specialiter approbans
doctrinam Franci. de Conuentu vacante Prælato,
quod ſcilicet poſſet nomine Prælati futuri admittere
ad profeſſionem, & eo poſtea ratam eam habente,
valeret. Quod valdè deſeruit ad intentum.

49 Deſeruiunt etiam ad illud, & hanc materiam duæ
deciſiones Sacr. Rotæ Rom. vna coram Puteo, & alia
coram Seraphino, quas propterea huic loco adiun-
gere operæpretium videtur.

Nouitij electi in Prælatum.

Coram Domino Iacobo Puteo.

SVMMARIVM.

50 *Non poteſt quis eodem tempore habitum ſuſcipere, profeſſionem emittere, & in Abbatem eligi.*

Deciſio.

FVit reſolutum in vna Melitenſi Monaſterij pro 50
Reuerendiſſimo Pariſio, coram D. Fabio 23. Martij 1545. quod eodem tempore non poterat quis ſuſcipere habitum, profeſſionem emittere, & in Abbatem eligi. Quia qui non nouerat eſſe diſcipulus, non poterat eſſe Magiſter. Per text. *in c.Officij, in fine, de elect.* & non obſtat quod poterat ante ſuſceptionem eſſe inſtructus in Regula, & ideò in Abbatem poterat eligi: quia non ſufficit quod quis ſit inſtructus, ſed prius debet diſcere ſubeſſe, quàm præeſſe, vt ibi dicit text.

Habetur hæc deciſio inter deciſiones Iacobi Putei *deciſ.* 254. *lib.* 2.

Vrgellenſis Abbatiæ.

Coram D. Seraphino anno 1583.

SVMMARIVM.

1 *Electio Abbatis, qui non eſt profeſſus, eſt nulla, & vigore Concilij Trident. Abbas debet ſaltem per annum ſtetiſſe in probatione antequam ad profeſſionem admittatur.*
2 *Non debet admitti in Abbatem ille qui Monaſticam regulam prius non didicit.*
3 *Electio Abbatis qui non ſit in Sacris ordinibus conſtitutus, non tenet.*
4 *Diſpoſitio* c. quia propter, de elect. *procedit etiam in Abbatiis.*

FVit reſolutum pro nullitate electionis Franciſci 1
ſine aliqua difficultate. Primò, quia non erat expreſsè profeſſus, *cap. nullus, de election. in 6.* quod autem non eſſet profeſſus, probatur ex ipſomet inſtrumento electionis, & etiam ex eo, quod die decima Iunij 1577. ipſe petiit ſibi dari habitum regularem, qui fuit ei traditus, nulla tâmen ſacta profeſſione, & in omnem euentum etiàm quod tunc fuiſſet profeſſus, tamen cùm iſte actus præeedat electionem per ſex tantum dies, non ſuffragatur propter decretum Sacri Concilij Trident. *ſeſſ.25. cap. 25. de Regular.* vbi diſponitur, quod ſuſcipiens habitum ſtet in probatione per annum, antequam ad profeſſionem admittatur, aliàs profeſſio ſit nulla, & tales non debent admitti in Abbates, qui prius Monaſticam regulam non didicerint, *c. officij, & c. cum in Magiſtrum, de elect.* Put. *deciſ.*161. *lib.*2. Præterea non tenet electio, quia non erat in ordinibus Sacris conſtitutus, *c. tuã, de ætat. & qual.* vbi Anton. de Butr. *n.*4. & Abb. *ibid. in 3. notab.* Tertiò, ex alio non tenet electio, quia non fuit ſeruata forma *c. quia propter, de election.* quod procedit etiam in Abbatiis. Abb. *ibid. num.7. &* 8 Et ex his concluſum pro nullitate electionis, ſemoto etiam articulo Simoniæ, de qua in præſenti diſcuſſione non fuit habita ratio.

Habetur

Habetur hæc deciſio apud Seraphinum *deciſ.647.*

CONSVLTVM X.

De confirmatione poſtulata cuiuſdam Capituli Prouincialis, & electionum in ipſo factarum.

SVMMARIVM.

1 *Caſus ſeu factum.*
2 *Capitulum non debet confirmari.*
3 *Celebratum eſt in diſcordia.*
4 *Cum violentiis, & metu.*
5 *Suſpicio metus habetur pro metu.*
6 *Iura pro Iudice præſumunt.*
7 *Ad electiones admiſſi inhabiles.*
8 *Non potuerunt reualidari.*
9 *Extraneus quomodo poſſit admitti.*
10 *Quid importet admitti,* Si, & in quantum.
11 *Admiſſus eſt alius inhabilis.*
12 *Effectus proteſtationis.*
13 *Admiſſi electores illegitimi.*
14 *Electio trina vice repetenda erat.*
15 *Forma actus obſeruari debet.*
16 *Etiam quoad minima.*
17 *Eſt de genere indiuiſibilium.*
18 *Quid de forma accidentali,* & n. 19.
20 *Quando talis cenſeatur.*
21 *Trina repetitio electionis vt quid petita.*
22 *Quod pertinet ad obſeruantiam in communi.*
23 *Generalis interpretatur conſtitutiones.*
24 *Quomodo poſſit vnuſquiſque cedere iuri ſuo.*
25 *Non ſi petatur vt forma.*
26 *In rebus fauorabilibus.*
27 *Et quæ reſpiciunt priuatam vtilitatem.*
28 *Conſtitutio confirmata authoritate Apoſtolica.*
29 *Electores ſe oppoſuerunt.*
30 *Omnes de collegio admitti debent.*
31 *In Capitulis agendum de cuſtodia Ordinis.*
32 *Duo fuerunt electi.*
33 *An ſibi aliqui dare votum poſſint.*
34 *Ambitioſi indigni, etiamſi Sancti,* & n. 35.
36 *An hoc eſſet certum.*
37 *Violenta ſuſpicio coarctat Iudicem.*
38 *Præcipuè in rebus ſecretis.*
39 *Electiones factæ in diſcordia.*
40 *Dare ſibi votum non licet.*
41 *Conſtitutio Ordinis.*
42 *Regula*, Singula quæ non proſunt, &c. *quando currit,* & n. 43.
44 *An requiſitus legitimus opponitur.*
45 *Generalis ex officio procedit.*
46 *Quomodo id facere poſſit,* & n. 47.
48 Simpliciter, Summarie, & de plano, &c.
49 *Quid ſi electores oeſſerint in electiones.*
50 *Quid quando cum proteſtatione.*
51 *Electio etiam digni an caſſari poſſit,* & n. 52.
53 *An in caſu metus.*
54 *An in caſu reclamationis.*
55 *Regula*, Tacens conſentire videtur & n. 56.
57 *Diſpenſatio in inhabilitate quantum iuuat.* &, num. ſequentibus.
60 *Præſes Capituli non admittit inhabiles.*
61 *De ſuffragatoribus ignoranter admiſſis,* & n. 62.
63 *Electio ante confirmationem indecoſa.*
64 *Exceptio à Iudice poteſt opponi.*
65 *Approbatur votum à S. Congregatione.*

IESVS MARIA.

Caſus, ſeu factum.

IN quodam Capitulo Prouinciali Or- 1
dinis N. contigerunt aliqua, propter
quæ meritò dobitatum fuit à Reueren-
diſſ. Generali eiuſdem Ordinis, an potue-
rit, aut debuerit confirmari.

Reſponſio.

Capitulum Prouinciale Prouinciæ Ordinis N. ce- 2
lebratum in Conuentu N. ac electiones Prouincialis,
Diffinitorum, & aliorum Officialium in eo factæ, non
potuerunt, nec debuerunt confirmari à Reuerendiſ-
ſimo Generali eiuſdem Ordinis.

Primò, quia dictum capitulum, ac per conſequens 3
electiones in ipſo factæ celebratæ ſunt in diſcordia, &
tumultu notabili Religioſorum, itaut proinde nul-
latenus debeant confirmari, *argum. cap. Indemnitati-
bus, §. Poſtremò, de elect. in 6. & cap. Oſius, eod. tit.* Et
quia vt inquit S. Baſil. in quodam ſerm. *Iuſtitia vio-
latur quotieſcunque in communi Conuentu priuatæ ali-
quæ coitiones reperiuntur, aut ſodalitates.* Fauet maxi-
mè *Can. ſi duo, diſt. 79.* infrà expendendus. Et ex Do-
ctoribus Laurentius de Peirinis, qui *in Formulario, lit-
tera C. cap. 18.* ex Azorio, & Caſtellino approbat,
quod *electio facta in magna diſcordia, & ſine magno
exceſſu votorum poſſit a confirmatore caſſari ad euitan-
das futuras diſcordias.* Quæ quidem pro caſu præ-
ſenti valde deſeruiunt.

Secundò, quia celebratum eſt cum violentiis, & 4
metu graui cadente in virum conſtantem incuſſis Præ-
ſidi Capituli, & electionum pro admiſſione ad ſuffra-
gandum aliquorum, qui de iure Ordinis admittendi
non erant. Electiones autem ſic factas non ſolùm ir-
ritari debere, ſed etiam eas ipſo iure irritas eſſe, col-
ligitur ex *cap. Bona memoria, de elect.* Nauarr. *conſ. 5.
n. 2. hoc tit.* Ludou. Mirand. *in Man. Præl. tom. 2. q. 23.
art. 1.* Laurent. de Peirin *tom. 1. de Relig. ſubd. qu. 1. de
obedient. cap. 31. §. 8.* Caſtellino *de elect. c. 4. num. 56.*
Tambur. *de iur. Abbat. tom. 1. diſput. 5. quæſt. 22.
num. 7. & 8.* Sigiſm. à Bonon. *de elect. dub. 54.* Lauorio
var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 21. ex num. 4. Barboſa
in Collect. Doct. in d. cap. Bona mem. num. 3. & 11.
Quod adeò verum eſt, vt ſola iuſta, & probabilis ſuſ- 5
picio metus ad id ſufficiat, quia illa habetur pro me-
tu. Bald. *in l. fin. num. 7. C. de iur. delib.* Rimin. ſen.
conſ. 15. num. 6. Aldan *conſ. 77. num. 11.* quos refert,
& ſequitur Rota *deciſ. 374. num. 18.* coram Greg. XV.
& Sigiſm. de Bon. *ſup. num. 15.* In hoc autem Capi-
tulo hunc metum interueniſſe habetur, tum ex pro-
ceſſu, tum ex litteris Præſidis Capituli ad generalem
miſſis, cui maximè fidendum, vtpote Legato miſſo
ab eodem Generali, cuius actis credendum, *cap. Bon.
mem.* relato, & quia vt ex Crau. *conſ. 6. num. 24.* appro-
bat Moronus *in Reſponſ. reſponſ. 72.* quæ eſt *de elect.
num. 18.* De eo qui publicè *aliquem actum geſſit, non
eſt præſumendum voluiſſe falſum committere.* Præſertim
cùm iura ſemper pro iudice præſumant, *l. 1. in fin. ff.* 6
*de offic. Præſid. l. 2. §. Publicanus, ff. de vi bonor. rapt. l. ni-
mis, C. de adquir. poſſ. cap. in præſentia, de renunciat.* DD.
ibid. & latè Tuſch. *pract. concluſ. tom. 6. litt. P. concluſ.
621.* Ac maximè quia de facto proprio, ſcilicet metu,
quem patiebatur tempore Capituli, depoſuit. Quo fit,
vt magis ei credendum ſit. Rota 4 *p. diuerſ. deciſ. 25.
n. 2.* ex Innocentio *in cap. inquiſit. de accuſat.* & Aymo- 7
ne *conſ. 2. n. 9. & conſ. 71. num. 30.*

Tertiò, quia ad electiones admiſſi fuerunt plures

inhabiles, & non habentes vocem in illis, contra *cap.*
Quia propter, & alia iura, *de elect.* DD. ibidem, dicen-
tes ſolum habentes vocem actiuam, vel qui ſunt de
Collegio, admitti poſſe in electionibus. Primò Prior
Conuentus N. falſificator ſchedularum pro electione
7 ſui ſocij, qui Prior legitimè auditus, clarè conuictus,
confeſſus, & inſufficienter ſe excuſans, & defendens,
validè excluſus per Decretum Definitorij à voce actiua
habenda, altera die extra tempus ſine vlla figura iu-
dicij illegitimè fuit reintegratus contra conſtitutiones
Ordinis *part.*4. *cap.*15. *num.*2. vbi agitur de forma
celebrandi Capitulum Prouinciale, & excluſi à voce
Capituli non permittuntur admitti niſi in, ſine Capi-
tuli de conſenſu Definitorum.

8 Vnde non potuit tunc rehabilitari contradicenti-
bus Ordinis Conſtitutionibus. Nec erat ſufficiens
cauſa ad id faciendum, etiamſi poſſet; cum potius ra-
tione boni communis, & in exemplum aliorum de-
beret manere punitus. Caſtellinus *de elect. cap.*20.
9 *num.*13. *&* 16. Nec refert, quod vt dixi *tom.*1. *Summ.*
*cap.*15. *num* 20. ex doctrina Nauarri, quæ etiam eſt
aliorum, poſſit omninò extraneus admitti ad eligen-
dum: ex quo videtur potuiſſe dictum Priorem, etiam-
ſi aliàs priuatus eſſet voce, admitti ad electiones. Tum
quia, vt ibi dixi, id intelligitur ex vi iuris communis;
Cùm ergo ius particulare iſtius Religionis, vt dictum
eſt, contradicat, non potuit id fieri. Tum quia, vt ibi
etiam dictum eſt, id intelligitur, quando omnes de
Capitulo, nemine diſcrepante, conſentiunt, quod non
contigit in admiſſione talis Prioris, quia aliqui recla-
mauerunt contra illam. Tum prætera, quia quamuis
extraneus admitti poſſit ad electionem modo dicto,
id intelligitur de extraneo capaci non, habente iuris
reſiſtentiam, qualis non erat dictus Prior; ſiquidem
ad eius admiſſionem reſiſtebant eius incapacitas, &
10 Ordinis conſtitutiones. Barb. *de Epiſc. elect. tit.*1.*c.*3.
*num.*24. ex aliis. Præſertim quia admiſſus eſt, atque
diſpenſatus, ſeu reintegratus, non abſolutè, ſed ſolum
cum proteſtatione, *Si, & in quantum*, ideſt eatenus,
quatenus eius acceptatio ad votum valida viſa fuiſſet
poſtea Iudici electionis, ſcilicet Confirmatori. Hæc
enim clauſula nihil ponit in eſſe, ſed introducta eſt
ne retardetur electio, & eius valor pendet à futuro iu-
dicio Judicis. Ricc. *in prax. rer. for. Eccl. dec.*517.
*num.*1. *alias reſol.*413. Viuianus *in prax. Iuriſpat.*
part. 2. *lib.* 9. *cap.*1. *num.*3. Marta *de clauſ. part.* 1.
clauſ. 362. *num.*1. Vnde operatur, vt ſi ea eſt ratio-
nabilis, cenſeatur admiſſa, ſecus ſi irrationabilis. Feli-
nus *in cap. Cum contingit, de offic. deleg.* Marta *ſupr.*
*n.*4. Barboſa *de clauſ. clauſ.*149. *n.*8. Cum ergo à Re-
uerendiſſimo Confirmatore iudicatum ſit iuſtè ex-
cluſum eſſe à gremio Capituli dictum Priorem, pro-
culdubio ratione voti ipſius electiones erunt inualidæ.
Iuſtè autem priuatum fuiſſe voce capitulari (eſto
aliis pœnis puniri poſſet) ex eo colligitur quod de-
liquerit in materia electionis, & quod in eo quis
debet puniri, in quo deliquit, *cap. quantò, de tranſ-*
lat. Epiſc. cap. An ſit, de appell. Bordonus *reſolut.*26.
*num.*4.

11 Secundò admiſſus eſt ad ſuffragium dandum Prior
Conuentus N qui falſificauerat literas ſui ſocij circa
diem electionis, à qua pendebat validitas, vel inuali-
ditas illius, & qui clarè conuictus, & confeſſus eſt
hoc delictum, licèt cum qualitate inſufficienter excu-
ſante, vt propterea admiſſus ſit cum præfata prote-
ſtatione. Vnde ſicut dictum eſt de alio Priore, po-
tuit, & debuit declarari à Reuerendiſſ. Confirma-
tore vt illegitimus ſuffragator, & infirmari electio-
nes, ad quas ipſe concurrit, maximè electio Pro-
uincialis, cùm effectus huius proteſtationis ſit ſaluare
Capitulum, ſeu proteſtantes à præiudicio, quod illis
12 poterat contingere; ſi electiones fierent ſine illa, ſci-
licet quod eſſent illegitimæ, & non canonicæ.
Seraphinus *deciſ.*1303. *num.*7. Vnde iuxta doctrinam
Ricardi *in* 4. *diſt.*18. *artic.*7. *quæſt.*7. *ad* 3. quæ in-
nititur rationi naturali, quam explicat Suarez *in* 5.
tom. diſput. 14. *ſect.*2. *num.*11. *&* 12. & defendit Si-
giſm. de Bon. *de elect. dub.*66. *numer.*7. *&* 8. quan-
do aliqui admittuntur cum dicta proteſtatione ad
aliquam electionem, attendendum eſt, ſi exceſſus
ſuffragiorum ex parte electi tantus ſit, vt etiam
illis deficientibus adhuc ſuperſit numerus ſufficiens
ad electionem illius, vel non; ſi enim non ſuper-
ſit talis numerus, prout contingit in præſenti, in
qua ſolum per exceſſum vnius ſuffragij Prouin-
cialis fuit electus, tunc ea electio non valet; ſi au-
tem ſuperſit talis ſufficiens numerus, tunc ea
electio valida erit. Quo poſteriori ſenſu dixi
*tom.*1. *Summ. quæſt. regul. cap.*15. *num.*7. *&* *tom.*3.
verb. Clauſula, *numer.*64. electiones factas cum ad-
miſſione ſuffragatorum cum ea clauſula valere, non
in priori, prout aduerſarij non rectè interpretan-
tur.

Tertiò admiſſi ſunt ad ſuffragium dandum So- 13
cij Conuentuum N. & N. illegitimè electi, eo quòd
eorum electio non fuerit in paritate votorum ter-
tia vice facta, iuxta formam neceſſariam aſſignatam
in Conſtitutionibus huius Ordinis, *part.*4. *cap.*53. 14
*num.*1. & conſuetudinem antiquiſſimam Religio-
nis, ac nunquam interruptam, quod magis eſt,
contra decreta *pro reformat. Regular.* edita à Clem.
VIII. & confirmata à Sac. Congregat. Concilij
ſub Vrban. VIII. illis verbis: *In Superiorum, &*
Officialium omnium electionibus forma præſcripta
à S. Concil. Trident. & Ordinis Conſtitutionibus in-
uiolabiliter obſeruetur. Nec releuat quod eo loco non
apponatur clauſula irritans electiones ſine præ-
dicta trina repetitione factas. Nam præterquam
quod, cum iſte modus electionis ibi præcipiatur,
& Generalis Confirmator potuerit, ac debuerit
tranſgreſſores Conſtitutionum pœna proportio-
nata punire, qualis eſt, quod in eo quis puniatur in quo
deliquit, vt dictum eſt *ſup.* Sine dubio potuit id
facere.

Præter hoc, inquam, cum in eo *cap.*53. præſcri- 15
batur forma faciendi electionem Socij Prioris ituri
ad Capitulum Prouinciale, & eo *num.*5. dicatur in
margine: *Qualiter ſit Prioris ſocius eligendus*, pro-
culdubio non erat neceſſarium adiungere clauſulam
irritantem tali Conſtitutioni. Certi namque iuris eſt
apud omnes, quod quando lex præſcribit aliquid vt
formam, etiamſi talem clauſulam non adiungat, ea
debeat ad vnguem obſeruari, aliàs actus nullus omni-
nò erit, *l. Mauius, l. qui heredi, ff. de condit. & demonſtr.*
*l.*1. *&* 2. *C. quando prouocare non eſt neceſſ.* Gloſſa *verb.*
irritum, in c. dilecta, & ibi Panorm. *n.*4. & Felin. *n.*6. *de*
reſcript. & plures alij DD. apud Barboſam *in Axio-* 16
*matib. Iur. Axiomat.*100. *num.*3. Adeo quod non
ſeruata forma, etiam in parte quantumuis minima, to-
tus actus corruit, *l. cum hi, §. ſi Prætor, ff. de tranſact.*
l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verbor. oblig. Bald. *in c.*1.
in verb. vocationem, & de milite vaſſallo. Bartolus *in*
*l.*1. *§. ait Prætor, ff. ne quid in flum. public.* Alex. Dec.
Tiraquell. Calderin. & innumeri alij apud eundem
Barboſ. *ſup. n.*15. Vnde forma eſt de genere indiuiſibi- 17
lium, *l. ſi veritas, C de fideicom.* Tiraquel. *de iure mar.*
gloſſ. 6. *n.*4. Molina *de primog. lib.*1. *c.*9. *num.*17. Rota
*dec.*30. *n.*5 apud Farinac. *p.*1. *recent.*

Nec etiam releuat ſi dicatur hæc intelligenda de
forma ſubſtantiali, quæ dat eſſe rei, *l. Diuus, ff. de in in-*
tegr. reſtit. l. Iulianus, §. ſi quis rem, ff. ad exhibendum, l.
qui heredi, l. Mauius, & aliis iuribus, & DD. Non au-
tem de forma accidentali, quia ipſa non dat eſſe rei,
& ideo ſolemnitas non vitiat, ſi in modico ſit omiſſa.
Angel.

Digitized by Google

Angel. Aretin. *conſil.68. num.6. verſ.quinimò*, Abbas
conſil.7. col.2. lib.2. Suarez *de legib. lib.5. cap.51.
num.2.* Salas *de legib. quaſ.96. tract.14. diſput 16.*
19 *lect.9.num.36.* Nam præterquam quod in dubio for-
ma præſumitur ſubſtantialis, non accidentalis Mar-
chel. *ſingul.130.& 131.* Roland. *conſ.43.num.13.lib.2.
& conſ.30. num.1. & conſ.55. num.26. lib.3.* Vantius
de nullitat. num.32. hanc repetitionem electionis ſo-
20 cij ſubſtantialem, & non accidentalem eſſe ex eo
conuincitur, quod eſt propter obſeruantiam iuris
communis, quod ſtatuit, quod in nulla electione ali-
quis cenſeatur legitimè electus, niſi habuerit maio-
rem partem ſuffragiorum Capituli, itaut non ſuffi-
ciat habere maiorem partem ſuffragiorum compara-
tiuè ad minorem partem, ſed comparatiuè ad totum
Capitulum, *c.Eccleſia veſtra, cap. quia propter, de*
21 *elect. c.cùm in cunctis, de iis quæ fiunt*, vbi Abb. &
alij DD.communiter, & ita fuit reſolutum in Tarra-
conenſi *Abbatia*, 14.Iann.1630.coram D.Durano. Ad
huius enim iuris communis obſeruantiam petitur in
22 dictis Conſtitutionibus trina repetitio electionis, vt
ſcilicet vel electus habeat maiorem partem ſuffragio-
rum Capituli, vel ſaltem ſiſtatur in tertia, ne detur
proceſſus in infinitum. Id autem quod pertinet ad
obſeruantiam iuris communis ſæpius in ipſo inculca-
tam, nullus dicere poterit non eſſe ſubſtantiale, ſed
23 ſolùm pertinere ad ſolemnitatem, & formam acci-
dentalem. Tollitur autem omnis difficultas in hoc ex
eo quod in Conſtitutionibus eius Religionis, *p.2.c.1.
num. 9.* datur facultas Generali interpretandi illas,
immò & faciendi omnia, quæ Capitula Generalia fa-
cere poſſunt, paucisſimis exceptis; ex hoc enim in-
fertur, nonniſi temerè negari poſſe ipſum potuiſſe in-
terpretari dictam Conſtitutionem, intelligendo eam
de forma ſubſtantiali, & ſimpliciter neceſſaria, non de
accidentali tantùm.

24 Minùs releuat, ſi dicatur, quod tum repetere ſcru-
tinium tribus vicibus quando vota ſunt paria, ſit in
fauorem eligentium, & vnuſquiſque poſſit cedere
iuri ſuo, *l.ſi quis in conſcribendo, C.de Epiſcop.& Cler.
l.pen.C.de pact. cap.tuis 30. verſ. niſi, de teſtibus, c.ad
Apoſtolicam, de regular. cap. ſi tertia, de priuileg.*
Idcirco potuerunt electores iuri ſuo cedentes electum
ante repetitionem trinam habere pro electo, vel ad
25 abbreuiandam electionem. Hoc, inquam, nihil iuuat
ad intentum. Tum quia id quod petitur vt forma, non
poteſt omitti, etiamſi id fiat ad faciliorem actus ex-
peditionem. Gloſſa *in c.ſolet, de ſent. excommun.in 6.*
26 Maſcard. *de gener. ſtatut. interpret. concl.9. num.57.*
Barboſa *axiom.100.n.3.* Tum quia id procedit etiam
in rebus fauorabilibus. Tiraquel. *de retract. lign. §.1.
gloſſ.21.n.11.* Gram. *deciſ.79. num.11. & 14.* Roland.
conſ.72.n.59.lib.3. Maſcard. *ſup.n.64.* Tum præcipuè,
27 quia regula illa, *Liberum eſt vnicuique iuri ſuo cedere*,
ſolùm debet intelligi de iis quæ priuatam reſpiciunt
vtilitatem, non de iis, quæ reſpiciunt publicum com-
modum, iuxta text. *in l.ius publicum, ff.de pact.& in
l.2. §.ſed quia veremur, C. de iureiur.* Fortun. *in l.1.
§.huius ſtudij, à n.9.ff.de iuſt.& iur.* Couar *in c.Quam-
uis pactum, part.2.§ 2.n.5 & 6.* Gutier. *de iur.confirm.
p.1.c.1.à num.2.& c.16.n.50.* Suar. *lib.8. de leg cap.6.
à princ.* Barboſ. *Axiom.135. num.14.* latè. In præſenti
autem trina iſta repetitio electionis adinuenta eſt ad
obſeruantiam Iuris communis, vt dictum eſt, & ad
hoc quod electiones fiant maiori conſideratione, quàm
fieri poſſint, non pro vtilitate eligentium, ſaltem
principaliter.

28 Addi poteſt, quod cum hæc conſtitutio ſit confir-
mata authoritate Apoſtolica Clem. VII. prout patet
in conſtitutionibus Soretanis eiuſdem Religionis
29 *part.3. de capit. Conuent. cap.3.* nullatenus fuit in po-
teſtate eligentium illam omittere propter quemcun-
que finem. Maximè addendum, & pro potiori cau-
tela, quod, vt conſtat ex litteris teſtimonialibus
Romani ad Generalem confirmatorem miſſis, ele-
ctores ſe oppoſuerunt electioni ob defectum trinæ re-
petitionis.

Quartò, non potuit, aut debuit confirmari dictum 30
Capitulum, eo quod ab ipſo indebitè exclusus fuit ſo-
cius Conuentus N. prout probatur in proceſſu. Ete-
nim certisſimi iuris eſt electiones ad quas non admit-
tuntur omnes, qui ſunt de collegio, vel debent ha-
bere vocem in illis, eſſe irritas, & inualidas, *c. quod
ſicut. c.coram, cap.bona, c.in Geneſi, & c.quia propter,
de elect.* vbi DD. communiter. Etiamſi vel vnus ſolus
excludatur Bellam. *in c.Quia propter, §.niſi fortè, verſ.
tertiò quæro*, Garzia *de benef. part.5. c.4. n.184.* Azor.
2.tom. inſtit moral.lib.6.c.14 q.7. Sigiſm. de Bonon.*de
elect.dub.3.n.8.* Rot.*in Treuerenſi Abbatia, §.2. princi-
paliter, circa fin.*

Quintò, inſuper non potuit dictum Capitulum 31
confirmari, ſed potiùs infirmari, & caſſari, eo quod in
ipſo nihil prorſus actum ſit de cuſtodia Ordinis, &
animarum ſalute, qui eſt finis celebrationis Capitulo-
rum, vt colligitur ex Regula dictæ Religionis, vbi *c.11.*
dicitur: *Dominicis quoque diebus, vel alijs vbi opus
fuerit, de cuſtodia Ordinis, & animarum ſalute tracte-
tis: vbi etiam exceſſus, & culpa fratrum, ſi quæ in ali-
quo fuerint deprehenſæ, charitate media corrigantur.* Vel
in pœnam ergo tantæ negligentiæ, & vt alijs eſſet
exemplum potuit, & debuit Reuerendisſimus confir-
mator ex vi ſui officij Capitulum non approbare.

Specialiter electionem Prouincialis confirmari non 32
debuiſſe, præter dicta confirmat *Can. ſi duo, diſt.79.*
vbi Honorius Auguſtus ad Bonifacium Papam hæc
ſcribit: *Si duo fortè contra fas temeritate concertan-
tium fuerint ordinati, nullum ex his futurum penitus
Sacerdotem, ſed illum ſolum in Sede Apoſtolica per-
manſurum, quem ex numero Clericorum noua ordinatio-
ne diuinum iudicium, & vniuerſitatis conſenſus elegerit.*
Qui Canon manifeſtè applicatur caſui præſenti, cum
in illo *concertantibus gremialibus*, fuerint duo electi,
itavt vnus ſolùm vnico voto alium ſuperauerit, vt di-
ſtetur. Sigiſm.de Bonon.*de elect.dub.47.n.5.& dub.100.
n.4.* poſt Panorm Butr.& alios.

Maximè verò, & principaliùs eo quod cum in ele- 33
ctione Prouincialis eſſent 27. eligentes, ſolum duo ex
ipſis habuerunt vota pro Prouincialatu, videlicet M.
D. vota 14.& M.T. vota 13. ex quo colligitur morali
euidentia (ſiquidem iſti duo tantum competitores
erant Prouincialatus) vnumquemque ſibi votum de-
diſſe, quod propterea computandum non eſt. Gloſſa
in cap.Cumana, de elect. Caſtellinus.*de elect. c.5.n.45.*
Dare namque electorem in electione ſecreta ſibi votū
eſt ſignum intolerabilis ambitionis, vtroque iure
damnatæ, & irritantis electionem. Iure quidem ciuili
ex *l. planè*, & ibi poſt DD. Gloſſ. *ff. quod cuiuſcun-
que, l ſi mand.mero, §.ſi tibi*, & ibi Bartol. *ff.mandati.*
Iure autem Canonico *c.per noſtras, de iurepatr.cap.in
ſcripi 8 q.1.c fin.de inſt.* Anton. à Butr.*in c.vbi pericu-
lum, de elect. in 6.* Innoc. quem refert, & approbat 34
Panorm.*in cap.cum poſt, num.5. de elect.* & DD. quos
citat Bertach.*in ſuo repertor.verb.electio à quibus, verſ.
Secundò* Gonzal. *ſup.reg 8.Cancell.gloſſ.2.n.57.* & Rot.
dec.6.de elect in antiq Sigiſm.de Bonon.*de elect.dub.24.
& dub.115.* Barboſa *in Collect. in lib.1. Decret. ſuper
cap.cum in iure, de elect.num.3.* Si autem tales electi
ambitioſi fuerunt, vtique indigni reputantur. In-
dignus autem nedum confirmari, ſed potius (vt
per hyperbolem dixit Sigiſm.de Bonon. *ſupra n.61.*)
decapitari mereretur. Gloſſ. *in l. qui cum vno, verb.
temporalium, ff. de re milit.* Felin. *in cap. ſi quando,
n.7 de reſcript.* Rebuff.*in praxi, tit. pœna contra colla-
tores indignis conferentes, num.26.* Gonzal. *ſup.reg.8.*

Digitized by Google

Cancell. gloſſ.4. num. 59. Ambitioſus denique etiamſi
aliàs eſſet Sanctus (prout de iſtis PP. religioſis exi-
ſtimari debet) ex ambitione redditur indignus, vt dixi
tom.3.verb.Ambitio,n.2.ex c.principatus 1.q.1.& Barb.
de iure Eccleſ.lib 1.*c.*39.*n.*135.
36 Nec obſtat ſi dicatur, non conſtare certò, & eui-
denter prædictos PP.M.D. & M.T. ſibi dediſſe votum
pro Prouincialatu, cùm dici poſſit vnum dediſſe alteri
ſuum ſuffragium. Nam cum vehementiſſima ſuſpicio-
ne omnium fratrum illius Prouinciæ conſenſu firmata,
ac ex eo fulcita quod totis neruis, & viribus ad inui-
cem contendebant ſibi procurare vota, & à compe-
37 titore auferre, id compertum ſit, morali euidentia
conſtat ita contigiſſe. Violentam autem, ſeu vehe-
mentem ſuſpicionem arctare Iudicem ad cre-
dendum delictum, itaut tergiuerſationibus non excu-
ſetur, tenent Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquiſ. verb.
Suſpicio, num.*4. Eimericus *in Direct. Inquiſ. p.2.q.*55.
*num.*6. Farin. *de hæreſ.q.*187.*num.*45. Vnde in delictis
38 occultis, & difficilis probationis, quale eſt iſtud, ſuf-
ficit ad condemnandum, vt poſt Bald. Alex. Hercul.
Pariſ. & plures alios DD. tenet idem Farin. *in prax.
crim. q.86. n.*19. & 32.& 51. Præcipuè in tractatibus
ſecretis, qualis eſt electio, vt etiam poſt Bald. Bru-
num, Carter. Menoch. & alios affert idem Farin. *ibi
num.*36.
39 Specialiter quoque debuit caſſari,& infirmari dictum
Capitulum quantum ad electiones Diffinitorum, &
Sociorum pro Capitulo Generali, quia factæ in diſ-
cordia, & tumultu, cum violentia, & metu, & quia
in eis etiam habuerunt votum dicti Priores, &
Socij inhabiles, & illegitimi ſuffragatores. Præter-
quam quod vnus ex Diffinitoribus vt primus Defini-
tor eligeretur ſibi ipſi proprium votum dedit, & vnus
ex ſociis pro Capitulo Generali multiplicauit ſupra
40 numerum ſibi ipſi ſuffragia, electionem dehoneſtan-
do. Propter quæ meritiſſimè Reuerendiſſimus confir-
mator nec potuit, nec debuit in conſcientia pro bono
regimine Religionis, & ſcandalo, ac prauo exemplo
in ea euitando, dictum Capitulum confirmare, ſed
potius caſſare, irritare, prout ſententia diffinitiua data
etiam de Iuriſperitorum conſilio fecit.
41 Nec contra hoc obſtat, quod in conſtitutionibus
huius Religionis *p.4.c.*15.*n.*4. dicatur, dum eſt ſermo
de confirmatione Prouincialis electi: *Quem etiam præ-
dictus Prior Generalis confirmare tenebitur, niſi in ipſo,
vel electoribus, aut electione error euidens appareret.*
Tum quia ibidem ſubiungitur: *Quem errorem ab ipſo
Priore Generali iudicandum determinamus.* Ex quo in-
fertur ad ipſum, & non ad alium ſpectare iudicium
de euidentia talis erroris.
42 Tum quia ea quæ adduxi ſufficienter probant eui-
dentes errores in ea electione interuenire. Qui enim
euidentiores errores eſſe poſſunt, quàm diſcordia,
tumultus, metus, violentia, & admiſſio inhabilium?
Et dato, ac non conceſſo, quod quoad aliquos proba-
biliter defendi poſſit, nihilominus hìc intrat *regula
illa, ſingula quæ non proſunt ſimul collecta iuuant*, quæ
deſumpta eſt *ex l.Spadonum, §. qui inra, ff. de excuſ.
tutor.l.rationes,& l.Inſtrumenta, C.de probat.c.cauſam
quæ, eodem tit. l. ſtipulatus in principio, ff. de vſuris.*
43 Quæ procedit præſertim in Ciuilibus, ideſt quando
Judex non procedit ad vindictam, ſeu punitionem, ſed
pro bono regimine, & vtilitate publica, vt in præ-
ſenti Hippolyt. *conſ.* 20. *num.* 48. & Alex. *conſ.*21.
quos refert Card. Tuſch. *pract.concl. tom.7. lit.S, con-
cl.*276.*n.*14 vbi *n.*15. poſt Alex. ſubdit procedere vbi-
cunque agitur de re difficilis probationis.
44 Nec etiam obſtat quod non adſit in hac cauſa le-
gitimus oppoſitor, ſeu contradictor, ſiquidem nullus
contra illud reclamauit, aut proteſtatus eſt, vel ſi id
aliquis fecit, non fuit ſeruata forma *c. non licet, de
elect.in 6. cap is qui contra, eod.cap.vt circa, etiam eod.
& cap.concertationi, de appellat.* Hoc etenim non ob-
ſtat, non ſolùm quia in ipſo Capitulo fuit vnus ex
grauioribus PP. Prouinciæ, ſcilicet M.S. qui ſe oppo-
neret, & proteſtaretur contra illud, & eam oppoſi-
tionem Romæ proſequeretur coram Reuerendiſſimo
Generali, ſed etiam, quia eſto quod per modum ap-
pellationis non adſit legitimus oppoſitor, tamen per
modum recurſus, & querelæ ſemper adeſt aditus ad
poſtulandam retractationem actus inualidi, & cui fuit
contradictum, vt ſupponit Rota *dec.*289. *in part.6.
num.*55. & ego *in Relectione Capituli Prouincialis* 45
*Valliſoletani, num.*19. Et præcipuè, ac dato, & non
conceſſo, quod nullus legitimus adeſſet oppoſitor, ſeu
contradictor, quia dictus Reuerendiſſimus ex vi ſui
officij, & muneris Generalis poterat, & tenebatur
ſine reſpectu ad oppoſitorem, & contradictorem ali-
quem, immò eo excluſo, diligenter examinare ele-
ctionis proceſſum, perſonas electi, & eligentium,
etiamſi nihil contra illas objiceretur, & confirmare,
vel caſſare illud, vt ſibi videretur expedire, prout colli-
gunt communiter DD. *ex cap.cum nobis, & c.venera-
bilem, verſ. eſt enim generaliter, de elect. & c. fin. de
tranſlat. Epiſc. in fin. Clement. Exiui, §. demùm, de
verb. ſignif.* illis verbis: *Prius tamen ex officio, prout
ſpectat ad ipſum, diligenti examinatione premiſſa con-
firmetur, vel infirmetur.* Et tradunt DD. nemine quod
viderim, dempto in contrarium, ſpecialiter Nauarr.
conſ.1. in antiq. aliàs 2. in nouis, hoc tit. Sayr. *in flor.
dec. ſub eodem tit. dec.*1, Sigiſm. à Bonon. *in tract. de
elect. dub.*46. *num.*8. *& dub.*47. *num.*7. *cum ſeqq.* Iul.
Lauor. *var. lucubrat. tit.4. cap.*15.*n.*59. Barb. *in c.poſt-
quam, de elect.* Peirin. *tom.1 de ſubd.q.1. cap.*31.§.11.
*concl.2. & in formulario lit. C, c.*18. *num.* 3. poſt alios
quos referunt.
Potuit ergo Reuerendiſſimus Confirmator indepen- 46
denter ab oppoſitore, ſeu contradictore, viſo proceſſu
procedere ad confirmationem, vel infirmationem dicti
Capituli. Immò id potuit facere ſiue iudicialiter in cō-
tradictorio iudicio, ſiue extraiudicialiter, prout ha-
bet relatus Sigiſmundus *eo dub.*46. & Peirinus *in for-
mulario*, loco relato *num.* 7. ex variis Doctoribus, &
praxi Religioſorum id comprobans. Pro quo videndus 47
Barboſa nouiſſimè *in vot.deciſ.Canon.lib.1.vot.4.dub.*2.
vbi in caſu ſimili probat ex multis Doctoribus po-
tuiſſe Generalem Minimorum caſſare electionem cu-
iuſdam Prouincialis, vel per viam iudicij cum pro-
ceſſu compilato, & oppoſitore, vel extraiudicialiter,
& priuata ſcientia definiendo circa caſſationem, vel 48
confirmationem talis electionis, vnde ſubdit: *Cuius
animum, & voluntatem in hac parte nullus Superior,
quacunque querela non obſtante immutare poterit.* Ex
quo infert quod à ſententia caſſationis prædictæ ele-
ctionis non detur appellatio, id probans ex variis iuri-
bus, & DD. Quibus iungitur, quod Prælati regulares
ex multis priuilegiis Summorum Pontificum poſſunt,
imò ſæpius debent procedere *ſimpliciter, ſummariè,
de plano, & ſola veritate facti inſpecta*, prout ſæpius
dixi in Summa.
Nec præterea obſtat quod cum electores conſenſe- 49
rint in electiones factas in dicto Capitulo, vt Prælatus,
& Superiores agnoſcendo eos, qui electi fuerant, non
poſſint contra illas, ſeu illos ſe opponere, propter
multa, quæ in defenſione cuiuſdam Capituli Ordinis
Carmelitarum Valliſoleti in Hiſpania celebrati dixi
in relectione quadam de eo Capitulo, dub.1. num.6. ex
variis iuribus, regulis, & DD. ac caſibus Romæ
contingentibus coram SS.Congregationibus, & Emi-
nentiſſimis Cardinalibus. Tum quia, vt conſtat *ex cap.
nulli, de elect.in* 6. & aliis DD. ea *relect.num.7.* relatis,
etiam conſentientes electioni ſe poſſunt illi opponere
propter cauſas de nouo emergentes, & priùs ignoratas:
plura

plera antem ex adductis ignorabantur ab electoribus
tempore electionis.
Tum quia quemadmodum electores inhabiles ad-
50 miſſi fuerunt non abſolutè, ſed cum proteſtatione,
ita eodem modo, & retenta eadem proteſtatione,
ſcilicet *ſi, & in quantum, &c.* admiſſi ſunt electi,
cum proteſtatio ſemper durauerit, nec opus eſſet il-
lam in ſingulis actibus replicare. Felinus *in c.cum M.
Ferrarienſis, n.70. & ſequentibus, de conſtit.* Afflictus
deciſ.78. num.5. Achilles de Graſſis *deciſ.11. ſuper
Regul. Cancellar. tit.de penſionib.* Tum quia quicquid
de hoc fuerit, id non tollit authoritatem Confirma-
toris, vt poſſit ex officio, etiam extraiudicialiter,
prout ſibi placuerit caſſare, & annullare dictas ele-
51 ctiones, & Capitulum ob defectus in ipſis repertos,
etiamſi nullus contradictor adſit, vt dictum eſt.
Præſertim (quod eſt valde ponderandum,) quia cum
electi ſint obedientiarij, & ſubordinati Reuerendiſ-
ſimo Confirmatori, vtpote ipſorum ſupremo Præla-
to, poſſunt rationabili cauſa ſubſiſtente non confir-
mari, prout Rota in vna Legionenſi *Confirmationis*,
coram Sanctiſſimo D.N.Innocentio X. 15. Febr. anni
1612. & in alia eiuſdem tituli 7. Nouembris 1616.
coram eodem Sanctiſſimo decreuit, quod ſaltem eſt
52 verum in iure communi ſtando, & poſito quod ex
vi voti obedientiæ religioſi non habent *velle, neque
nolle.* Propter quam cauſam Dominicus Bañez *de iuſt.
& iure 2.2.q.67.art.2.ad 2.* expreſsè ait, poſſe confir-
matorem caſſare electionem etiam digni ſine iniuria
ipſius. Quod ad minus eſt verum poſita rationabili
cauſa, prout doctrinam Bañez limitant Lauorius
de elect. tit.4. c.25. n.59. Caſtellinus *de elect. cap.14.
n.56.* & Peirinis *in formulario, lit.C, c.18. n.6.* Tum
etiam, quia cum dictum Capitulum, eiuſque electiones
cum violentia, & metu graui incuſſo celebrata fue-
rint in principio, durauit hoc per totum Capitulum.
Metus enim, ſeu violentia tandiu durat, quandiu
durat eius cauſa, quamvis in actu externo appareat
omnimoda libertas: vnde quicunque actus fiat, etiam
ſi præſeferat liberam voluntatem, & lætum, iucun-
dumque animum, nedum metum non purgat, Pa-
norm. *in c.1.de his quæ vi met.* Natta *conſil.451.num.3.*
Couar. *in epit.4.decret.p.2.cap.3.§.5.n.1.* Menochius
53 *præſumpt.4.n.23.lib.3.* Rota *dec.705. num.1. dec.465.
n.3.p.2.in rec.* & præſertim *dec.645. num.4. p.1.in rec.
dec.771.num.8.& dec.863.n.1.2. & ſeqq.* coram Card.
Seraph. Sed potius eum magis confirmant, vt dixit
eadem Rota in Neapolitana *profeſſionis*, 26.Iun.1598.
coram Orano, & *dec.392. n.3.* coram Greg. XV. &
hoc procedit quamvis quodcunque temporis ſpatium
intercedat inter actum, & metum incuſſum ad illius
effectum. Bald. Aret. Dec. & alij, & Rot, *deciſ.392.*
coram Greg.XV.Quæ omnia tradit Sigiſm.de Bonon.
ſup.dub.54.n.14.
54 Similiter non obſtat, quod gremiales dicti Capituli
interrogati poſt electiones tribus vicibus: *Eſtne qui
ſe opponat?* nullus reclamauerit. Tum quia Axioma
illud, *tacens conſentire videtur*, deſumptum ex *l.2 §.vo-
luntatem, ff. ſolut.matrim.* & ex *l. qui tacet*, non pro-
cedit quando ius reſiſtit, prout contingit in propo-
ſito; ſiquidem contra Ius, & fas admittebantur in-
55 habiles ad electiones, & excludebantur aliqui ex in-
habilibus, vt dictum eſt. Gloſſa *in c. per hunc 2. q.7.*
Maſc. *de probat. concl.1153.num.52.* Barb. *in Axiom.
Iur.axiomat.217.num.6.* Tum præcipuè, quia quando
tacens contradicendo actum impedire non poteſt,
tunc etiamſi taceat, non cenſetur conſentire, *l.Caius,*
56 *ff.de pign.act.l.ſæpè, §. cum autem, ff. de re iud.* Gloſſ.
*in l. ſicut, §. non videtur, ff. quibus modis pignus, vel
hypotheca*, Menoch.*conſil.120. num.10.* Surd. *dec.294.
n.18. & deciſ.502. n.2.* Pereira *de empt. & vend. c.33.
n.13.* Steph.Grat.*diſcept. for. c.38. n.21. & c.68. n.16.*
Rota *dec.513.n.5.* apud Farinac. *p.1. rec.* Idem Grat.
c.730.n.41. At verò Gremiales huius Capituli ratione
metus, & violentiæ illis incuſſæ, & perſeuerantis, vt
dictum eſt, ſecurè reclamare non poterant. Adde
axioma iſtud intelligi in fauorabilibus, non in odio-
ſis, maximè contrariis bono communi, quale eſt ad-
mittere electiones non Canonicas, *l.1.§.penult ff nau-
tæ, caupones, l.qui patitur, ff.mandati, l.ſi fideiuſſor, in
fin.* & aliis iuribus & DD.apud Barboſam *ſupra n.2.*
Maxime adde, quod cum ante prædictam interroga-
tionem proteſtatum fuerit à M.S.de nullitate Capitu-
li propter admiſſionem inhabilium per talem tacitur-
nitatem nihil derogatur proteſtationi. Quia vt ha-
bet Rota coram Seraphino in Romana *Prælationis*,
ann.1576.*deciſ.295.n.18.* per taciturnitatem non re-
ceditur à prioribus proteſtationibus, nec arguit re-
nunciationem proteſtationis. Idem Seraphinus *deciſ.
1522.n.4.*
Nihil etiam obſtat quod contra dicta opponitur, 57
ſcilicet, quod cum à Præſide Capituli gremiales il-
lius abſoluti, & diſpenſati fuerint ab omnibus, & in
omnibus ſententiis, pœnis, & irregularitatibus in-
curſis ad effectum legitimæ electionis faciendæ, cen-
ſeri debent omninò abſoluti, & diſpenſati à quibuſ-
cunque impedimentis, & inhabilitatibus, ac proinde
tam Capitulum, quàm electiones in illo factas con-
firmari debuiſſe. Hoc, inquam, nihil obſtat. Prout
enim habetur in forma abſolutionis præſtanda à Præ-
ſide, & quam præſtitit Præſes huius Capituli, etſi
gremiales abſoluti fuerint à cenſuris, & diſpenſati
in pœnis, & irregularitatibus, id tamen intelligitur,
prout dicitur in dicta forma abſolutionis, *exceptis
cenſuris, ſententiis, pœnis, & irregularitatibus ob de-
fectus ad electiones faciendas in iſto Capitulo perti-
nentes contractis, vel ad forum contentioſum deductis.*
Solùm ergo pro foro conſcientiæ, non pro externo,
& multò minùs pro defectibus commiſſis in electio-
nibus Capitularibus abſoluti, & diſpenſati fuerunt
gremiales.
Quod adeò certum eſt, vt etiamſi id non expri- 58
meretur in forma prædicta, adhuc eo dumtaxat ſenſu
recipiendæ ſunt huiuſmodi abſolutiones, & diſpenſa-
tiones, quia illæ nihil obſunt foro contentioſo, vt ex
Panorm. Marcheſ. Suar. Enriq.Bonacin.& aliis tenet
Sigiſm.*ſup.dub.9.n.6. & 7.* Et ſanè, ſi hæc abſolutio,
& diſpenſatio operaretur totalem abolitionem om-
nium inhabilitatum, ſuperfluum omninò eſſet, quod
confirmator inquiſitionem faceret de habilitate Gre- 59
mialium Capituli; quam tamen ſemper facit, & fa-
cere debet ex iure, & conſuetudine Religionis. Caſu
verò dato, & non conceſſo, quod foro externo ob-
eſſe poſſunt, & propter illas liberarentur à pœnis
priuationis vocis actiuæ, ſeu paſſiuæ, quas propter
aliquas culpas incurrere potuiſſent, non propterea
liberari poſſent ab irregularitatibus, ſeu defectibus
inhabilitatis negatiuæ, quas habebant plures ex illis,
ſcilicet ſocij Conuentuum Caſſani, & Montiſleonis,
qui non erant legitimi, vt dictum eſt; nec ſanaretur 60
Capitulum à libertate qua carebat, aut ab indebita
excluſione Socij N. & multò minus ab aliis erroribus,
qui in proceſſu Capituli contigerunt. Cum nec Præ-
ſes Capituli, nec ipſum Capitulum facultatem ha-
berent admittendi inhabiles, quibus nullo pacto
competebat ius eligendi. Caſtellinus *de elect. cap.20.
num.30.*
Pariter nec obſtat quod dixi *tom 1.Summ.c.15.n.6.* 61
& tom.2. c.12. n.29. quod ſcilicet ſuffragatores inha-
biles ignoranter admiſſi non vitiant electionem, etiam
ſi poſtea conſtet de eorum inhabilitate; ex quo vide-
tur colligi; non poſſe caſſari dictum Capitulum pro-
pter inhabiles ſuffragatores in eo ignoranter admiſſos,
& poſtea de nouo cognitos.

62 Doctrina enim eo loco tradita intelligitur, ſicut alia ſimilis de excommunicato tolerato ad eligendum admiſſo, quando videlicet non interponitur exceptio, iuxta dicta *tom.3. verb. Excommunicatio quoad Regulare, n.31. ex c.denique, & c.exceptionem, de except.* Quæ quidem exceptio in quacumque iudicij parte opponi poteſt. Peregrinus *de iure fiſci, lib.3.tit.1t. n.14.* Riccıulus *de iure perſonar.extra gremium Eccl. lib.4.c.31. n.24.* Etiam poſt concluſum in cauſa. Sordus *de aliment.tit.8. priuileg.83. n.4.* Ricciulus *n.24.* Quod maximè procedit in electione ante confirmationem; cum electio antecedenter ad confirmatio-
63 nem maneat indeciſa nec ſit perfecta, & non tribuat electo ius in re, ſed tantùm ius ad rem; ac proindè (vt inquit Azorius *tom.2. inſtit. moral. lib.6. c.14.q.4.*) ius illud eſt *reuocabile, vel confirmabile.* Præſertim adhuc, & magis ad intentum noſtrum, quia talis exceptio non ſolum opponi poteſt à parte, ſed etiam à Iudice ex officio. Socinus *in cap. Sacris,*
64 *num.337. de ſentent. excommun.* Peregrinus *d. tit.1t. num.16.* Sanchez *de Matrimon. lib.3.diſp.22. num 36.* Ricciulus *d.cap.31.num.29.* Barboſa *in collect. DD. in cap. Exceptionem, de exceptionib. num.5.* Potuit ergo ritè, & legitimè Reuerendiſſ. Confirmator opponere dictam exceptionem dictis ſuffragatoribus inhabilibus admiſſis ignoranter, tum ad inſtantiam partis, tum ex officio; & propterea cum aliis adiunctis caſſare, & irritare dictas electiones, & Capitulum.

65 Sic ſentio ſub cenſura, &c. & approbatum eſt à S.Congregatione Epiſcoporum, & Regularium die 10. Ianuar. 1648. declarante irritum, & inualidum fuiſſe dictum Capitulum.

CONSVLTVM XI.

De diſpenſatione cuiuſdam Equitis S. Ioannis Hieroſolymitani ad matrimonium.

SVMMARIVM.

1 *Facti relatio.*
2 *Reſponſio,*
3 *Summi Pontificis authoritas.*
4 *Multò magis in diſpenſatione voti ſolemnis huius Religionis.*
5 *Cenſetur inter laxiores.*
6 *Equites illius exempti ſunt à multis obſeruantiis Regularium.*
7 *Quæ tales ſint.*
8 *An excludantur à maioribus.*
9 *Paupertas quam profitentur, eſt ampliſſima.*
10 *Praxis Summorum Pontificum in diſpenſatione voti ſolemnis caſtitatis.*
11 *Quid reſpondendum authoritati S.Thomæ.*
12 *Quid ad* c.Cum ad monaſterium.
13 *Saltem diſpenſari poteſt, vt tranſeat ad alios Ordines Militares.*
14 *Qui tria vota profitentur, ſunt verè Religioſi.*
15 *Fundamenta huius ſententiæ.*
16 *Habitus aliquorum id denotat.*
17 *Bullæ etiam Pontificiæ id denotant.*
18 *Summus Pontifex diſpenſat in tranſitu àrctioris Religionis ad laxiorem.*
19 *Non obſtat votum ſolemne.*
20 *Clementis VII. diſpenſatio.*
21 *Pauli III.*
22 *An deſideretur publica cauſa.*
23 *Non videtur fuiſſe ſemper.*
24 *Videtur ſufficere priuata.*
25 *Saltem pro tranſitu ad laxiorem.*
26 *Videtur in hoc caſu adeſſe publicam cauſam.*
27 *Scilicet continuationem familiæ.*
28 *An pro conſeruandis diuitiis vnius familiæ.*
29. *Adeſt, & alia priuata cauſa.*
30 *Item interceſſio Regis Catholici pro ipſa.*
31 *Regis Epiſtola.*
32 *Ipſi addi poteſt alia.*
33 *Omnes ſimul videntur ſufficientes.*
34 *Nihil obſtat Concilium Tridentinum.*

IESVS MARIA.

Facti relatio.

NOBILIS valdè N. Ieroſolymitanæ Religionis S.Ioannis Eques deſiderans à SS. D.N. obtinere diſpenſationem ad contrahendum matrimonium, non obſtante voto ſolemni dictæ militaris Religionis S.Ioannis, conſilium petit de iure, & de facto in hac materia. 1

Reſponſio.

Et primò dicendum, in genere, & vniuerſaliter loquendo, poſſe SS. ſi ſibi bene viſum fuerit, diſpenſare cum iſto Equite, vt validè, & licitè poſſit matrimonium contrahere. Nam ſententia aſſerens poſſe Papam diſpenſare in ſolemni voto Religionis, adeò grauiſſimorum DD. tum Theologorum, tum Iuriſprudentium authoritate vallatur, fundamentis fulcitur & Eccleſiæ praxi roboratur, vt non niſi temerè dici poſſit, eam non eſſe probabiliſſimam. Ad quam etiam firmandam accedit robuſtiſſimum illud, & Achilleum fundamentum, ſcilicet quod authoritati Pontificiæ nihil denegandum ſit, quod abſque abſurditate aliqua concedi ei valeat, atque ad Eccleſiæ regimen expediens eſſe poſſit. Quippe credendum eſt Chriſtum Dominum ſuauiter omnia diſponentem, ſic Eccleſiæ conſuluiſſe, ne neceſſariis eius bono deficere videretur. At hanc poteſtatem in Eccleſia expedire in aliquo euentu, manifeſtum eſt, & conſtabit ex dicendis. Præſertim, quia in ea concedenda Summo Pontifici nulla eſt repugnantia, neque ex parte promiſſionis iure diuino, & naturali obligantis, cùm hæc eadem obligatio in voto ſimplici caſtitatis reperiatur, & nihilominus ipſe, & ſæpius inferiores Prælati, in eo diſpenſent: neque ratione ſolemnitatis, quia ipſa ſicut eſt ab Eccleſia introducta, ſic ab ipſa pendet in conſeruari: neque ex traditione, quæ in voto ſolemni reperitur, cùm illa etiam pendeat à voluntate rationabili ſummi Vicarij Chriſti, qui in his rebus, ſpiritualibus maximè, ſuprema adminiſtratoris poteſtate qua fruitur, poteſt illas ex vno ad alium poſſeſſorem transferre, rationabili cauſa perurgente. De his plura Azor. *tom.1. inſtit. moral. lib.12. cap.7.q.1.* & Sanch. *lib.8. de matrimon. diſp.8. num.7.* & Diana *part.8. tract.1. Reſolut.73.* poſt innumeros alios. 2 3

Hæc autem multò magis procedunt in diſpenſatione voti ſolemnis caſtitatis, quod in Religione S. Ioannis Hieroſolymitani emittitur. Talis namque Religio, etſi eſſentiam veræ Religionis participet, nihilominus inter eas, quæ laxiores vocantur, iure recenſetur. Cum conſtet Religioſos illius, Equites videlicet, etſi aliàs clariſſimos ob nobilitatem, & egregia facta in Eccleſiæ Sanctæ obſequium, nihilominus 4 5

hilominus fermè vt ſæculares Equites ſe gerere, in priuatis domibus degere, ſæcularium veſtibus vti, Principibus in bello deſeruire, lautis conuiuiis paſci, amplis redditibus perfrui, & vix vllis auſteritatis obſeruantiis vacare, quàm illis, quæ neceſſariæ ſunt pro bello contra infideles gerendo, quod eſt proprium ipſorum inſtitutum. Vnde à multis obſeruantiis Religioſis omnibus communibus ſunt exempti.

6 Prout ſunt à contributione pro Seminariis, de qua in Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *c.* 18. ex Greg XIII. Bulla, *Quo magis*, ann. 1580. A pœnis contentis in Bulla Pij V. *De ſalute gregis* contra Regulares agitationibus taurorum, aliarumve beſtiarum aſſiſtentes, ex eodem Gregorio XIII. A Conſtitutione *de largitione munerum* Regularibus interdicta, ex Clemente Octauo in eademmet Conſtitutione. Item à Conſtitutionibus Pontificiis, quibus cauetur, vt bona Regularium vbi-
7 que decedentium, ex illicita negotiatione acquiſita, vti ſpolia ad Cameram Apoſtolicam ſpectent. Nec comprehenduntur Religioſorum nomine, quoties in inſtitutione maioratuum apponitur
8 clauſula excluſiua Religioſorum, ex Pio IV. in Conſtitutione *Romani*, an. 1561. Præterea non afficiuntur Bulla Gregor. XV. *De conſeruatoribus*, quo ad Iudices ordinarios habentes ordinariam iuriſdictionem intra limites ſuorum Prælatorum, vt declarauit Sac. Congregatio Concilij in vna *Meliauana*, de anno 1627. De quibus omnibus Ioannes Maria Nouarius *in Lucerna Regularium, verbo milites*, Ioannes Antonius Nouatius *in Summa Bullarij, verbo de militibus D. Ioannis*, & ego ſparſim *in mea Summa quæſt. Regular.* præſertim *tom.* 2. *c.* 5. Paupertas, quam profitentur, eſt ampliſſima, nec in eis procedunt rationes, quæ in aliis Religioſis, & ita capaces ſunt obtinendi maioratus. Molina *tom.* 3. *de iuſtit. diſp.* 623. *num.* 5. Sanch.
9 *lib.* 7. *in Decalog. cap.* 15. *num.* 5. 47. *&* 49. Item ſuccedunt in feudis, cùm tamen Religioſi omnes à ſucceſſione feudorum excludantur. Baldus, Afflictis, Barbatius, Curtius, & alij, quos ſequitur Genuenſis *in tract. practicabil. Eccleſiaſt. q.* 10. Quæ omnia, & alia quæ afferri poſſent, manifeſtè concludunt, Religionem Militum S. Ioannis à multis obſeruantiis aliis Religionibus communibus liberam, & exemptam eſſe, ac proinde inter laxiores connumerandam, ſicque faciliùs in voto ſolemni caſtitatis diſpenſari poſſe cum ipſius alumnis.

10 Quod autem Eccleſiæ, & Summorum Pontificum praxis ſit in ſolemni voto caſtitatis Religioſorum, etiam arctiorum, & ſtrictiorum Religionum, quàm ſit Religio Militum S. Ioannis, diſpenſare, quamuis ex multis hiſtoriis, & authoribus comprobari poſſit; placuit tamen, quæ grauis author Ioannes Azorius ſupra relatus ſcripſit, hic apponere, hiſce ipſius verbis. *Legimus in vita B. Laurentij Iuſtiniani, Iuſtinianos omnes ad vnum aut ferro, aut morbo extinctos fuiſſe, præter aliquos ſenes, qui ad ſobolem procreandam apti non erant; eueniſſe tamen vt vnus tantum ſupereſſet adoleſcens, Nicolaus nomine apud Monachos S. Nicolai. Tunc Vitalis Dux Venetus impetrauit ab Alexandro III. Pontifice Romano, vt liceret adoleſcenti Monacho ſoluere vinculum Religionis ad reparandam ſobolem gentis, eique vnicam filiam nomine Annam deſpondet. Fauſtæ fuere nuptiæ: donauit enim Dominus ſex filiis maſculis, & tribus fœmellis: lætus tam proſpera ſobole Nicolaus, & Deo Gratias agens, voti veteris, & Religionis non immemor; ædificato prius apud Amianum Cœnobio Virginum ſub nomine S. Adriani, in quo Anna vxor ipſa quoque monaſticam vitam cœpit, ad monaſterium reuerſus eſt: multis miraculis ambo claruerant. Item eſt etiam litteris conſignatum, ac proditum, Ramirum Aragoniæ Regem Monachum factum, cum pater eius ſine prole deceſſiſſet, Romani Pontificis auctoritate è cœnobio eductam, purpura, & regio ſceptro ornatum vxorem duxiſſe, & ex ea filiam ſuſcepiſſe. Legimus quoque Caſimirum huius nominis primum Poloniæ Regem, Cluniacenſem Monachum S. Benedicti Religionem profeſſum, & Diaconum effectum auctoritate Benedicti IX. vel Clementis II. Romani Pontificis à voto, & profeſſione monaſtica abſolutum, ad regnum maiorum ſuorum euectum, vxorem accepiſſe, & liberos procreaſſe. Conſtantia Rogerij regis Siciliæ filia iam ferè quinquagenaria Cœleſtini III. Romani Pontificis conſenſu, & indulgentia à Cœnobio Panormitano educta, & votiua virginitate ſoluta Henrico VI. nupſit. Auctoritate eiuſdem Clementis VII. multis religioſis Equitibus profeſſis in Ordinibus Militaribus Calatrauæ, & Alcantaræ conceſſum eſt, vt ſi vellent, vxores acciperent.* Hæc Azorius, meritò carpens Dominicum Sotum, quòd de his hiſtoriis dubitauerit, vel Summos Pontifices non iure, ſed facto, in hac cauſa proceſſiſſe dicere velit. Vtrumque enim valdè licentioſum eſt, & indignum Doctore grauiſſimo. Refert ſimiles diſpenſationes à Papa factas in ſolemni voto caſtitatis ex pluribus Authoribus Barboſa *in Collect. DD. in c. Cum ad Monaſterium, de ſtat. Monach. num.* 13. & addit duas alias. Prima eſt ex Cenedo *Collect.* 124. *n.* 5. de Alexandro VI. diſpenſante cum Cæſare Diacono Cardinali, vt vxorem duceret filiam Ducis Valentinani. Secunda, & quæ eſt magis ad intentum, quam refert Bartholomæus à S. Fauſto *in Theſauro Religioſor. lib.* 3. *q.* 36. *à n.* 8. de Gregorio XIII. diſpenſante cum religioſo quodam Capuccino, Sacerdote, & Prouinciali eius Religionis, fratre Cardinalis Ioyuſæ Galli, vt matrimonium contraheret. Eaſdem quoque diſpenſationes refert Pyrrhus Corradus *in praxi diſpenſationum Apoſtolicarum, lib.* 8. *c.* 10. *n.* 27.

Si opponatur authoritas S. Thomæ, qui 2. 2. *q.* 88. 11
art. 11. negat Romanum Pontificem id facere poſſe. Reſpondeo cum Azorio ipſo eidem S. Thomæ ipſummet S. Thomam opponi, qui 4. *d. ſt.* 38. *q.* 1. *art.* 4. ad 3. apertè ait, Papam poſſe diſpenſare in voto ſolemni Religionis. Et re vera S. Thomas ipſimet contrarius non eſt; cum enim negat Eccleſiam poſſe in ſolemni voto caſtitatis diſpenſare, ſolùm intendit, non poſſe conſiſtere Religionem cum matrimonij vſu, non verò quod quis Pontificia auctoritate à Religione ſolutus nuptias contrahere, & matrimonio vti non poſſit. Quam expoſitionem voluntariam non eſſe, ſed genuinam duo celeberrimi Thomiſtarum Scholæ ſectatores Paludanus, & Caietanus, quos ipſe Azorius refert, ſecuritatem faciunt.

Si etiam opponatur authoritas Innocentij III. 12
in cap. Cum ad Monaſterium, de ſtat. Monachor. illis verbis: *Abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia caſtitatis, adeo eſt annexa regulæ Monachali, vt contra eam nec ſummus Pontifex poſſit licentiam indulgere.* Reſpondetur, quod quemadmodum abdicatio proprietatis, ſeu votum paupertatis non conſiſtit in indiuiſibili, ſed habet magnam latitudinem, ita vt non ſolùm veram paupertatem obſeruent, qui proprio carent in communi, & in priuato, vt Minores de Obſeruantia, & Capuccini, ſed & Mendicantes, & Monachi, qui in communi proprio fruuntur, etſi non priuatim, imò etiam Patres Ieſuitæ poſt biennalem profeſſionem proprium in communi, & in particulari habentes, ſalua Religionis eſſentia iuxta Summorum Pontificum declarationem; ſic pariter cuſtodia caſtitatis in indiuiſibili non conſiſtet, ſed ſuam latitudinem habere poterit, ita vt ad Religionis ſubſtantiam non ſolùm ſufficiat ea caſtitas, quæ omni venereo actui, ſiue intra, ſiue extra coniugium renunciat, prout communiter in Religionibus clauſtralibus obſeruatur; ſed etiam ea, quam præfati PP. Ieſuitæ poſt biennij profeſſionem obſeruant,

&

& à qua poſſunt liberari à Superioribus, & vxores ducere, ſi ad ſæculum dimittantur: imò (& ad intentum noſtrum) ea quæ intra cancellos legitimi connubij continetur, prout in iſtis Ordinibus Militaribus contingit, quæ vocatur caſtitas coniugalis. Ad rem ergo obiectæ oppoſitionis reſpondeo, Innocentium III. ſolummodò velle, non poſſe eſſentiam Religionis conſiſtere, etiam Papæ Indulgentia accedente, ſine aliqua abdicatione proprietatis, & cuſtodia caſtitatis coniugalis, ſaltem non cum omnimoda. Atque ita ſaluari, Militares Ordines veras Religiones eſſe cum ſibi proportionata abdicatione proprietatis, & cuſtodia caſtitatis. Secundò reſpondeo, Innocentium Papam eo in loco hanc facultatem cum Monacho diſpenſandi Romano Pontifici denegaſſe, Monacho manente in ſtatu Monachali: non enim Romanus Pontifex poteſt proprietatem cum paupertatis voto, matrimonium cum voto caſtitatis, & libertatem cum obedientiæ voto vnà, & ſimul coniungere. Non tamen ibi Romano Pontifici poteſtas denegatur, quo minùs poſſit id facere ſucceſſiuè ex aliqua vrgentiſſima cauſa, videlicet faciendo de Monacho non Monachum, & ſic exemptum à Religione vxorem ducere, proprium habere, & nulli in particulari eſſe ſubiectum. Quæ interpretatio ex dicti cap. contextu apertè colligitur, quia ibi Innocentius contra illum Abbatem Sublacenſem, qui exiſtimabat ipſum habere facultatem concedendi Monacho, vt haberet proprium, ſic argumentatur. Pontifex non poteſt cum Monacho in hoc diſpenſare: ergo neque Abbas. At ibi non fuit dubitatum, an Abbas poſſet Monachum facere non Monachum; ſed tantùm an poſſet Monacho tali exiſtenti proprietatem aliquam indulgere, quod Innocentius negat, ea motus ratione, quia hoc nec Romanus Pontifex poteſt Monacho tali permanenti indulgere. Ita Bartholomæus à S. Fauſto *d. q.36. n.11.* Addit vlteriùs *num.*10. nomine Summi Pontificis, quo vtitur Papa Innocentius, intelligi Epiſcopos, qui hoc titulo olim nuncupantur, vt habetur ex Anacleto Papa *epiſt.3. ad Epiſcopos Italiæ*, & Melchiade Papa *in epiſt. ad Hiſpanos Epiſcopos*, & tradit Iſidorus *lib.7. Etymol. cap.*12. Addit quoque *n.*12. Pontificem Innocentium eo loco rem non diffiniuiſſe, ſed vt priuatum Doctorem ſuam ſententiam ſequutum fuiſſe. Cæterùm his prætermiſſis, ſolutiones aliæ relatæ ſolidiores ſunt, & difficultatem euacuant.

13 Si autem aliqua reperiatur ratio, propter quam Sanctiſſimo non placeat diſpenſare cum N. Equite relato, vt ad ſtatum merè laicalem, ſeu ſæcularem tranſeat, aut vt matrimonium contrahere poſſit, nihilominus nullo pacto, nullove iure dici poteſt, non poſſe eundem Sanctiſſimum cum ipſo diſpenſare, vt poſſit ad Ordines alios militares, videlicet S. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, vel ſimiles tranſire. Ratio eſt, quia aliàs dici deberet abſurdè valdè, Papam non poſſe diſpenſare in tranſitu Religioſi ad laxiorem ordinem.

14 Etenim præfatos Ordines S. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, & ſimiles, qui tria vota eſſentialia Religionis, ſcilicet obedientiam, caſtitatem, & paupertatem profitentur, veras Religiones eſſe, communior, & probabilior DD. ſententia tenet. Prout ſunt duo grauiſſimi, Nauarrus, & Suarez, quos ſequor *tom.2. mea Summa, cap.5. num.6.* Fortunius Garcia, Couarruuias, Medina, Auendaño, Belluga, Bobadilla, & Rodriguez, quos etiam ſequitur Sanchez *tom.1. Summa, lib.4. cap.16 num.*11. Hieronymus Cenedo, & Baſilius Pontius de Leone magnæ æſtimationis author, qui *in Tract. de impediment. matrimon. cauſ.27. q.2.§.4.* non ſolum tenet dictos Equites verè, & ſubſtantialiter religioſos eſſe, ſed etiam addit, eſſe ſibi tam certum, vt oppoſitum credat *nimis licentiosè dictum*, & ſubiungit, *ne dicam grauius*. Adde noſtrum Michaëlem de Carranza, Ioannem Sancium, & alios, quos etiam refert & ſequitur P. Diana *p.1. tract.8. de Immunit. Eccleſ. reſ.50. & p.3. tract.2. de dub. Regular. reſol.30. & p.4. tract.1. reſolut.86.* & Ioannem Mariam Nouarium *in Lucerna Regularium, verb. Milites, n.16. & 17.* Franciſcum Bordonum *tom.1. Reſolut. 28. n.23. & tom.2. Reſolut.52. n.330.* ac Pellizzarium *in Man. tom.1. tract.1. cap.3. num.28.* alios referentes. Plures quoque congerit Mota *de confirmat. Ordin. D. Iacobi lib.2. cap.2. §.29.* & Ambroſius Machin. Archiepiſcopus Callarenſis *in Defenſ. pro Iuriſdict. trium Ordin. Equit. Milit. art.1. num.10.* addens eandem ſententiam tenere triginta, & vnum Authores noſtri temporis, quos conſuluit. Ea porrò non ſolùm tot Doctorum authoritate firmatur, ſed etiam grauibus aliis ex ratione petitis fundamentis, qualia ſunt primò, quod Summi Pontifices in ſuis litteris, ſeu diplomatibus eos *religioſos* appellent. Vnde Ambroſius Machinus relatus de quibuſdam aduerſæ partis fautoribus loquens (quos etiam affert Illuſtriſſimus Didacus Traſmiera Siciliæ Inquiſitor *lib.3. de Polygam. q.12. n.26.*) inquit: *Si legiſſent Bullas Summorum Pontificum in fauorem iſtorum Ordinum emanatas, vtique hanc opinionem ſecuti fuiſſent, quod Equites horum trium Ordinum ſint verè Religioſi.* Secundò, quia profitentur vitam altiorem 15 & perfectiorem ſupra ſtatum vitæ ſæcularium, cum obſeruantia conſiliorum Euangelij, ſcilicet obedientiæ, caſtitatis, & paupertatis, cum perpetua ſui traditione ad obſequium Dei, & profeſſione in manibus Prælatorum, quæ ſine dubio ſunt manifeſta ſigna ſtatus religioſi. Tertiò, quia viuunt, & profitentur viuere ſub regulis Religioſorum, & à Sanctis Religioſis inſtitutis. Nam Ordo S. Iacobi de Spatha ſub regula S. Auguſtini, prout Tamburinus *de iur. Abbat. tom.2. diſp 24. quæſit.4.* habet, militat. Et ordines de Alcantara, & Calatraua ſub regula S. Benedicti, vt idem Tamburinus *ibid. quæſ.5. num.73. & 79.* Quartò, quia cum Clemens VIII. *in Conſtit. de largit. muner.* omnes religioſos ſub illa comprehendi declaraſſet, nihilominus Equites militares expreſsè excluſit, quod neceſſarium non erat, ſi ipſi veri religioſi non eſſent. Quintò, quia filij ipſorum ex copula fornicaria procreati, ſunt ſacrilegi: In confeſſione explicare tenentur circumſtantiam profeſſionis emiſſæ: Si dimittunt temerariè Crucem, peccant mortaliter, ſicut alij Religioſi habitum dimittentes. Poſſunt quoque eſſe veri apoſtatæ, ſi Ordinem, quem profeſſi ſunt, dereliquerint. Gaudent priuilegio fori, & Canonis. De quibus omnibus Mota *in lib. relato.* Addunt ſextò aliqui cum Joanne Sancio, Riccio, Nouario, Martino de Sancto Joanne, ac aliis, poſſe confiteri ſua peccata Confeſſori idoneo, etiam non approbato ab Epiſcopo, ſicut alij Religioſi poſſunt; etſi hoc non admittam propter praxim, & conſuetudinem, quam in contrarium eſſe puto. Addi tamen poteſt, in ipſorum Ordinũ profeſſionem commutari vota ſimplicia aliàs emiſſa: quod eſt ſingulariſſimũ priuilegium veræ Religionis. Id porrò ſupponit Sac. Rota in vna Cautienſi *Iuriſdictionis*, coram Blanchetto ann. 1582, dum de ordine de *Alcantara*, qui prius vocabatur de *Pereiro*, dicit: *Cõmutatio voti continentiæ in caſtitatẽ coniugalem non mutat Regulæ ſubſtantiam.* Et ad intentum præcipuum noſtrum, approbans in eadem deciſione reſeruationem Magiſtratuum Ordinum S. Iacobi de Spatha, & de Calatraua, & Alcantara, *glorioſiſſimo* (vt ibi dicitur) *Carolo V.* ſubiungit: *Quæ Pontificum Summorum enunciationes, cum ſint ſuper re, quæ ad Pontificiam authoritatem ſpectat, cum Papa ſit caput omnium Religionum, & ipſe ſit bene informatus ſub qua Regula Religioſi viuant, faciunt plenam fidem.* Quibus ſatis clarè Ordines iſtos, *Religiones* vocat,

&

16 & ipſorum *Religioſos*, & *Regulares*. Nec de eo dubitare poteſt, qui animaduerterit habitum Militum de Calatraua fuiſſe à principio Scapulare Ciſtercienſium Monachorum, vt habet Innocentius III. in Bulla *Quoties à nobis*, apud Tamburinum *ſup. num.*73. & refert Barboſa *in Summ. Apoſtolicar. deciſion. collect.* 306. *num.*5. & militum de Alcantara fuiſſe cucullum Ciſtercienſe, vt idem Barboſa *ibid. Collect.*308. *n.*5. Vnde de illis Iacobus Boſſius *in Hiſtoria Hieroſolymitana Religionis part.* 1 *lib* 8. *circa ann.*1177. inquit: *Portarono longamente queſti Caualieri per habito de la loro Religione vno ſcapulare da Frati*. Sic etiam Religioſorum more, quibus ſecundum iura nec in lectis habitum religioſorum relinquere permittitur, tenebantur Equites Militiæ de Calatraua veſtiti, & cincti dormire, vt habet Innocentius III. in Bulla relata: nihilominus à Clem. VII. inſtante Carolo V. Imperatore diſpenſati ſunt in hac obſeruantia religioſa, & conceſſum, vt nudi, & ſine cingulo dormirent, prout conſtat ex Bulla *Apoſtolica Sedis*, eiuſdem Clementis VII. in Bullario communi *num.*18. Ne autem
17 vel minimus ſcrupulus reſtet de veritate Religionis in ordine iſto Militari de Calatraua, attendat Lector Innocentium III. in Bulla relata eos *veros fratres* Ordinis Ciſtercienſis appellare, regulamque illis ſicut veris fratribus aſſignare illis verbis: *Veſtes quoque moderatas, honeſtas, & commodas ſecundum conſilium Morimundenſis Abbatis, & Magiſtri veſtri, cum ſcapulari pro habitu Religionis habebitis, veſtiti, & cincti dormietis, & in Oratorio, dormitorio, refectorio, & in coquina ſilentium iuge tenebitis. Cauebitis autem ne qualicunque veſte ſuperfluitatis argui, aut curioſitatis notari poſſitis. Tribus verò in hebdomada diebus, ſcilicet feria tertia, quinta, & Dominica die cum præcipuis ſolemnitatibus vobis carnibus veſci licet; vno tantum ferculo, & vnius generis, quod ad carnes pertinet, contenti eritis, & ad menſam ſilentium iuge tenebitis. Ab exaltatione S. Crucis vſque ad Paſcha tribus diebus, ſcilicet feria ſecunda, quarta, & ſexta, præter Natale Domini, Epiphaniam, Hypapante, & feſtiuitates omnium Sanctorum Apoſtolorum, omnes qui præſentes domi fuerint in ſeptimana qualibet ieiunabunt; qui autem in caſtris militiæ fuerint, pro Magiſtri arbitrio ieiunium obſeruabunt*. Sanè qui hanc Regulam perſpexerit, eis quibus data eſt, leuiter nimis Religioſum ſtatum denegabit.

18 Ex quibus omnibus tale, nec inefficax, ad intentum depromitur argumentum. Certi enim iuris eſt Papam poſſe tranſitum ex arctiori Religione ad minus ſtrictam, ſeu laxiorem concedere. Ita enim colligitur ex *cap. ſtatuimus, cap. mandamus*, 19. *quæſt.* 3. *cap. non eſt, cap. ſanè, cap. ſignificatum*, & potiſſimè *cap. licet. de Regularib.* & Concil. Trident. *ſeſſ.*25. *de Regularib. c.*19. ac ex communi DD. Atqui, vt abundè probatum relinquitur, Ordines iſti militares ſunt veræ Religiones: quamvis ergo Hieroſolymitana ſtrictior illis ſit propter totale caſtitatis votum, quod in ea emittitur, hoc non tollet quominus Papæ authoritate ex ea ad iſtas tranſire Equites poſſint.

19 Ad hæc, ſi quid obſtaret, id eſſet, quod caſtitatis votum, quod Hieroſolymitani milites emittunt, ſit perfectum, & totale: quod verò Iacobæi, Alcantarenſes, & Calatrauenſes faciunt, imperfectum ſit, & veluti partiale, caſtitatis nempe coniugalis duntaxat. Hoc tamen non ligat Summi Pontificis manus, nec eius ſupremam auctoritatem (cauſa rationabili præſuppoſita) obliquat; cùm paſſim, & quotidie cernatur diſpenſaſſe in tranſitu ex Religione ſtrictiori, & perfectiori ad laxiorem, & imperfectiorem; ex ea, in qua plura quàm tria vota ſubſtantialia emittuntur, ad eam in qua tria dumtaxat; & ex illa, in qua obſeruantia viget, ad eam, quæ laxiorem vitam profitetur. Quæ omnia efficacius euincunt, ſi expendatur, quod ſecundum Philoſophos, *Inter ſymbola facilis eſt tranſitus*, & ſecundum Iuriſtas *A ſimili ad ſimile valet argumentum*, ſicuti docent Euerardus, *in topic. legal. loc.*10. Petrus Andreas Gammarus *in Dialect. legal. lib.*2. *in loco à ſimili*. Et quia de ſimilibus idem eſt iudicium, *l. non poſſunt, & l. ſeq. ff. de leg.* § *rectè, Inſtit. mandati*. Alber. *in tract. de hæretic. q.*24. *num.*9. vix reſtat dubium de Summa Papæ auctoritate in hoc negotio, cùm Hieroſolymitani Equites prorſus ſimiles ſint in vitæ ratione Alcantarenſibus, & Calatrauenſibus, ac Iacobæis, vno ſolo voto caſtitatis magis vel minùs perfecto excepto.

Ne autem vltra chorum progrediamur, ſed in caſu ſimili fortioribus etiam terminis Papam diſpenſaſſe 20
cum Equitibus Ordinum Militarium Alcantaræ, & Calatrauæ, vt non obſtante ſolemni voto ſuarum Religionum vxores ducere poſſent, pro certo apud omnes eſt. Id etenim conſtat primò in Clemente VII. qui vt Azorius ſuprà relatus dixit: *Conceſſit multis Religioſis Equitibus profeſſis in Ordinibus militaribus Calatraua, & Alcantara, vt ſi vellent, vxores acciperent*. Secundò, & ſolemniùs in Paulo III. qui votum caſtitatis perpetuum, & perfectum quod iſti Equites in ſuis militaribus Ordinibus emittebant, diſpenſatoriè commutauit in votum dumtaxat caſtitatis coniugalis. Rem ſic exprimit Jacobus Boſſius celebris Chronologus Hieroſolymitanæ S. Joannis Religionis dum *part.* 1. *eius hiſtoria, lib.*8. *circa annum* 1177. de Calatrauæ Ordine loquens, inquit: *Faceuano i Religioſi di queſt' Ordine, à principio, ad imitatione de' noſtri di S. Giouanni Geroſolymitano, nella profeſſione loro voto di oſſeruare perpetua caſtità. Ma furono anch' gl'ino come quei di Calatraua da Papa Paolo III. à prieghi dell' Imperatore Carlo V. diſpenſati in modo, che quelli che per l'auuenire farebbono profeſſione in detto Ordine, non poteſſero eſſere aſtretti à tal voto, ma ſolamente prometteſſero di oſſeruare caſtità matrimoniale*. Idem ſupponunt Dominicus Sotus *de Inſt. & Iur. lib.*7. *q.*5. *art.*3. Rota Caurienſis ſuprà relata,
eidem Soto inhærens. Rodrig. *tom.*2. *qq. regular. q.*62. 21
*art.*13. Azor. *tom.* 1. *Inſtit. Moral. lib.*13. *cap.*3. § *Deinde illud*, vbi loquens de Militibus Calatrauæ, & Alcantaræ, inquit: *Conſultus Romanus Pontifex, ſua auctoritate conſtituit, vt Milites deinceps coniugalem ſolùmmodo caſtitatem, regulam profitendo vouerent, ac proinde vxores poſſent ducere, & habere, à Magiſtro Ordinis facultate impetrata. Iis verò Militibus, qui tunc temporis viuebant, & caſtitatem ſimpliciter promiſerant, priuilegium conceſſit vt ſi vellent, vxores ducerent; eorum enim votum ſua Pontificia poteſtate relaxauit*. Aſcanius Tamburinus *loc. relat. num.*73. loquens de Ordine Calatravæ, & dicens vouere tantùm caſtitatem coniugalem *indulto Pauli III. anni* 1540. *cum hoc tamen, quod ſemel tantum nubere poſſint*. Idemque dicit *num.*75. de Equitibus de Alcantara. Carolus de Tapia *ſuper authent. Ingreſſi, verb. Monaſteria, c.*49, *num.*3. vbi de Calatrauenſibus ſic habet: *Abſtinebant etiam ab vxoribus, donec Paulus III. die 4. Auguſti 1544. diſpenſauit vt illas ducere poſſent, & ſic caſtitatis perpetua votum in coniugale commutaretur, & in omnibus Militibus S. Jacobi æquiparauit*. Et aliis prætermiſſis Ambroſ. Machinus ſuprà relatus *art.*2. *n.*11. Ex his autem clarè euincitur, poſſe Sanctiſſimum cum vno ſolo Equite Hieroſolymitano facere quod cum pluribus aliis eiuſdem ſimilis Militaris profeſſionis Equitibus ſuos Prædeceſſores effeciſſe conſtat.

At inquient aliqui: Ad hoc quod Summus Ponti- 22
fex in ſolemni voto caſtitatis diſpenſatoriam exerceat poteſtatem, publicam cauſam deſiderari, prout plures DD. ſenſiſſe videntur, & creditur affuiſſe in diſpenſationibus Ramiri Regis Aragoniæ, Caſimiri Regis Poloniæ,

Poloniæ, & Conſtantiæ Regis Rogerij Siciliæ filiæ, ſcilicet Regnorum conſeruationem, tranquillitatē, & pacē. Cæterum ex multis hoc obſtaculum authoritati Pontificiæ obiectum debilitari, in propatulo erit. Primò quidem (omittentes Hoſtienſem, & Pyrrhum Corradum, ſuperius relatum, qui nullam cauſam præter ſupremam Papæ poteſtatem ad hoc requirunt,) quia plures, & graues DD. cauſam iſtam publicam non exigunt, ſola cauſa boni priuati ipſius cum quo diſpenſatur contenti. Hi ſunt Ricardus *in 4. diſt. 38. art. 9. q. 1. in corp. & ad 5.* Caietan. relatus à Sanch. *lib. 8. de matrim. diſp. 8. num. 8.* Et ex recentioribus multi, qui cum Ochagauia, & Raphaële de la Torre, Laymano, & Leſſio admittunt ad voti caſtitatis diſpenſationem cauſam priuatam ſufficere, ſcilicet periculum damni ſpiritualis vouentis, qui propter ſuam fragilitatem moraliter loquendo caſtè viuere non poteſt. Quæ cauſa in præſenti militat, ipſomet Oratore fatente. Adde Franciſcum Bordonum *in deciſ. Miſcell. dec. 62.* dicentem ſufficere pro cauſa vtilitatem vnius ciuitatis inſignis; quæ etiam in præſenti inueniri poteſt.

23 Secundò, quia qui ita loquuntur, oportet vt probent Alexand. III. in diſpēſatione Nicolai Monachi ex familia Iuſtinianorum, & Clem. VII. in diſpenſatione Equitum Militarium Calatrauæ, & Alcantaræ, ac Greg. XIII. in diſpenſatione religioſi Capuccini Fratris Cardinalis Ioyoſæ, & Paulum III. in diſpenſatione tot militum regularium ad matrimonia contrahen-
24 da, cauſam aliquam publicam reſpexiſſe. Quod facilè non obtinebunt. Quin potius reperient cauſas harum diſpenſationum fuiſſe, vel priuatæ fragilitati voto aſtrictorum conſulere, vel ſaltem ſubuenire nobiliſſimis familiis ſucceſſore carentibus, ne ipſarum bona ad exteros perueniant. Quæ cauſæ in noſtro etiam milite Oratore æquè procedunt. Vnde audiendus Dominicus Sotus ſuperius relatus de ſimilium Militum voto ſolemni, eiuſque diſpenſatione loquens: *Commoditas autem diſpenſationis hæc eſt, quod caſtitas in eiuſmodi vitæ inſtituto, ſi humano loquamur more, non eſt ſeruatu poſſibilis. Viuunt enim lautè, & ſplendidè, domi ſeruitrices habentes, foriſque cum aulicis mulieribus inge habentes commercium, torneamenta aliaque militaria exercitia meditantes. Qua ergo ratione iſti voto caſtitatis aſtringendi eſſent?* Tertiò, quia eſto priuata hæc vtilitas ſufficiens haud eſſet pro diſpenſatione in ſolemni voto caſtitatis Equitum Militarium
25 S. Joannis ad contrahendum matrimonium, prout aliqui cum Stephano Gratiano *diſcept. 457. num. 16.* tenere videntur, ſolùm eſſet pro caſu, quo ſic diſpenſati ad aliam Religionem non tranſirent, ſed merè ſecularium more matrimonium contraherent. At noſter Orator non abſolutam diſpenſationem in ſuo voto à Sanctiſſimo poſtulat, ſed contentus eſt commutatione in Religionem aliam Militarem ex aſſignatis. Commutationem autem voti multò minorem cauſam, quàm eius diſpenſationem exigere, certa veritas aſt, adeò vt pro ipſa confirmanda authores, & rationes afferre ſuperuacaneum ſit.

Sed ne oneri ſuccumbere videamur, cauſam publicam, & non duntaxat priuatam in hac diſpenſatione
26 ſeu commutatione reperiri ex eo conſtat, quia agitur de intereſſe vnius Illuſtriſſimæ, & clariſſimæ familiæ Regni Maioricenſis, quæ tota perit, & in nihilum vergit, ſi præfatus N. Orator matrimonio contracto prolem non habeat. Hanc autem eſſe legitimam cauſam diſpenſationis, ſeu commutationis huiuſmodi, refragabitur nemo, ſi aſpexerit eandem ob cauſam cum Juſtinianis diſpenſatum fuiſſe ab Alexandro III.
27 & cum Religioſo Capuccino à Gregorio XIII. imò ob ſimilem cauſam non in vno, ſed in multis matrimonij impedimentis diſpenſari ſolitum à Sede Apoſtolica tradunt multi, ſpecialiter Henriquez *lib. 12. cap. 13. num. 9 in gloſſ. lit. D,* afferens exemplum nobiliſſimæ cuiuſdam Comitiſſæ Hiſpanæ. Eſſe autem hanc cauſam publicam ex eo quoque notum eſt, quia nobilitas eſt *fulcrum Reipublicæ.* Et vt inquit Cicero in Orat. pro Sextio, *vtile eſt Reipublicæ nobiles eſſe homines dignos maioribus ſuis.* De quo Tiraquellus *de nobil. cap. 31. num. 193. & cap. 47. num. 80.* Vnde ad bonum publicum ſpectare, ne nobiliſſima familia depereat, vno ferè ore teſtantur DD. ſpecialiter moderni, vt ſunt Sanchez, Hurtadus, Conink, Palaus, Trullenk, & innumeri alij, qui præ manibus omnium habentur, loquentes pro caſibus diſpenſationis à Papa in impedimentis matrimonij obtinenda, iuxta *l. 1. §. denunciare, ff. de ventre inſpiciendo.*

Huic etiam rationi ſimilis alia eſt, quæ petitur ex 28
conuenientia quæ omnium communi opinione eſt, ne diuitiæ vnius familiæ ab ipſa eiuſque alumnis procuratæ, ad alienos transferantur; quod neceſſariò eueniet ſi cum Oratore non diſpenſetur, prout poſtulat. Vnde hanc cauſam inter eas, quæ mouere poſſunt Summum Pontificem ad diſpenſandum in Matrimonij impedimentis, colligitur ex Gutier. *conſil. 18 n. 11. in fin.* & Caſtro Palao infra referendo, dum inquit: *Ad pietatem pertinet fauere patienti iacturam in propriis bonis.* Et ita Catholicus Rex in litteris infrà referendis, quibus Marchioni de Caſtel Rodrigo præcipit, vt talem diſpenſationem à Sanctiſſimo ſollicitet, inter alia habet: *Vendra ceſſar la ſucceſſion de ſu caſa para los maiorazgos de ſus padres, y paſſaria à otros, de que ſe ſiguiria el deſconſuelo que ſe dega conſiderar, per ſer hazienda adquirida por ſus padres.* Eſt enim familiis, nobilibus præſertim, huiuſmodi tranſlatio diuitiarum, ſeu bonorum valdè opprobrioſa. Prout colligitur ex illo Thren. 5. vbi Jeremias gemebundus ad Dominum dicebat. *Recordare Domine quid acciderit nobis: intuere & reſpice opprobrium noſtrum. Hereditas noſtra verſa eſt ad alienos: domus noſtra ad extraneos.* Et ideò tanquam ignominioſum vulnus illud plangebat Iſaias *cap. 1.* ibi: *Regionem veſtram coram vobis alieni deuorant.* Et prophanus Maro ecloga 1.

Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has ſegetes? En quò diſcordia ciues
Perducit miſeros: en queis conſeuimus agros.

Adeſt & alia ratio, etſi priuata, non prætermit- 29
tenda, quod videlicet Orator profeſſionem ſuam in Hieroſolymitana Religione emiſerit, non ſolùm leuiter, & inconſideratè, ſed ex timore reuerentiali. Nam reuerentialis timor vel omninò irritat profeſſionem, prout tenent Nauarrus, Rodriguez, Pontius, & plures quos refert Sanch. *lib. 4. de Matrimon. diſp. 6. num. 17.* & ſequitur P. Diana *part. 3. tract. 2. reſ. 92.* & non ſemel in Sacris Romæ Tribunalibus deciſum eſt, ſatis conformiter ad *cap. puella, 20. q. 1. cap. cum dirum, de Regul. cap. præſens, 20. quæſt. 3.* vel ſaltem, quod intendimus, reddit faciliorem talis profeſſionis diſpenſationem, aut commutationem, quæ in caſu præſenti à Sanctiſſimo poſtulatur. Eſto enim in cauſa propria teſtificanti Oratori credendum in foro fori non videatur, quia tamen de facto proprio deponit, nec res aliter probari poteſt, ipſi fides adhibetur, iuxta doctrinam Caſtrenſis *in l. quicumque, num. 11. Cod. de ſeru. fugitiu. & conſil. 311. num. 3. part. 1.* Bartoli *de teſtibus n. 57. ad fin.* Gabriel. *de teſtib. concl. 1. num. 18. limit. 3.* & aliorum. Maximè propter ingenuam valdè ipſius nobilitatem. Pro nobilitate etenim maximè præſumi, probat Maſcardus *de probat. volum. 2. concl. 1091. num. 1.* ea Angelo,

Ioanne

Joanne Andrea, Romano, Corſeto, Socin. Tiraquello, & aliis.

30 Accedit vltimæ, ſed non vltimo loco habenda, huius diſpenſationis, ſeu commutationis cauſa; poſtulatio videlicet, & interceſſio pro ipſa concedenda, Catholici Monarchæ Hiſpaniarum, de tota Eccleſia, ac Sede Apoſtolica vltra quàm dici poteſt optimè meritiſſimi Regis. Quam maximi ponderis eſſe cordatus nullus vel in dubium reuocare poterit. Conſtat enim in grauiſſima, & arduiſſima Canonizationis, & Beatificationis Sanctorum cauſa vix vllum vel minimum paſſum Sedem Apoſtolicam facere ſolitam, niſi Regum, vel Magnorum Principum precibus illectam. Vt videre facile eſt in nouiſſimis decretis pro eadem cauſa ab Vrbano VIII. felic. record. editis, & relationibus S. Rotæ pro Sanctorum Canonizatione, Troylo Maluetio, Jacobo Caſtellano, Felice Contilorio, & aliis qui de ſimili cauſa ſcripſerunt. Et in cauſis diſpenſationis matrimonij hanc in magno pretio habent communiter DD. Quia expedit Summum Pontificem remunerari Principes de Sede Apoſtolica benemeritos, vt vel ſic alij animoſiores reddantur ad ſimilia exercenda. Id etiam probat textus *c. tali coniugio* 1. *q.* 7. ibi: *Vel euidens meritorum prærogatiua commendet.* Huc facit Centurionis hiſtoria Luc. 7. ibi: *Dignus eſt, vt hoc illi præſtes; diligit enim gentem noſtram.* Sic Gallego *de cogn. ſpir. c.* 22. *num.* 17. Sanch. *lib.* 8. *de matr. diſp.* 19. *num.* 32. Caſtrus Palaus poſt Conink, & Baſilium Poncium *de ſponſal. diſp.* 4. *punct. vlt.* § 2. *num.* 2. Adeſſe autem in præſenti Regis Catholici pro præfato N. Oratore interceſſionem, conſtat ex literis ipſius datis Matriti 6. Decembris 1637. ad Marchionem de Caſtel Rodrigo eius Oratorem apud ſanctiſſimum, quæ tales ſunt.

EL REY.

31 Illuſtre Marques de Caſtel Rodrigo, Primo de mi Conſejo, y mi Embajador. En nombre de Pelaio Quinct del habito de S. Ioan, natural de Mallorca, me ha ſido repreſentado, que por hauer muerto el Capitan Nicolas Quinct ſu hermano ſin dexar ſucceſſion, y no poderſe caſar conforme al voto de ſu orden, vendra à ceſſar la ſucceſſion de ſu caſa para los Mayorazgos de ſus padres, y paſſaria à otros, de que ſe ſeguiria el deſconſuelo, que ſe dexa conſiderar, por ſer hazienda adquirida por ſus padres. Y aſſi deſea que ſu Sanctidad mande diſpenſar con el dicho voto para que pueda caſarſe: Supplicaſe me que atiento eſto, y particularmente lo que me ſeruio ſu hermano en la occaſion de la toma de las Iſlas de S. Honorato y S. Margarita, y lo que el ſe ha ſeñalado en ſeruirme en las leuas de infanteria, que ſe han hecho en dicho Reyno de Mallorca, ſea ſeruido mandar eſcribiros ſobre ello. Y conſiderando ſus ſeruicios, he tenido por bien en premio dellos, y por la iuſtificacion de las razones referidas, encargaros, y mandaros, que ſiempre y quando por parte del dicho Fr. Pelaio Quinct ſe acudiere à ſu Sanctidad ſobre la pretenſion que tiene, de que mande diſpenſar con el voto de ſu Religion para poderſe caſar, hagais con ſu Sanctidad y ſus miniſtros todos los officios y diligencias, que fueren neceſſarios, mi conuengan para que mande concederle dicha diſpenſacion, repreſentando las razones que concorren, y obligan a eſto. En que me ſeruireis, &c. Yo el Rey. Pedro de Villanueua Secretario.

32 Poterat etiam Rex in fauorem Oratoris repræſentare quod ipſius familia eſt ex Illuſtriſſimis, & Clariſſimis Regni Maioricæ, benemerita de Regia Corona ob ſeruitia illi exhibita, etiam cum propriis triremibus, quas olim habuit, ac ſpecialiter de Imperatore Carolo V. glorioſæ memoriæ, qui in Palatio eiuſdem commoratus fuit, dum Maioricæ verſaretur.

Eſto autem aliquæ ex huiuſmodi aſſignatis cauſis ſeorſim acceptæ non ſufficerent ad inclinandam SS. D. N. benignitatem, pro conceſſione gratiæ ab Oratore poſtulatæ; nihilominus copulatim ſumptæ efficaciſſimæ videntur. Commune namque illud iuris axioma *Singula quæ non proſunt, multa collecta iuuant,* deſumptum ex *l. Spadonem, § qui iura, ff. de excuſat. tutor. l. rationes, & l. inſtrumenta, Cod. de probat. cap. cauſam quæ, eod. tit.* & aliis iuribus, & DD. cum procedat in ciuilibus, in quibus agitur de modico præiudicio, Hippolyt. *conſ.* 20. *num.* 48. Alexand. *conſ.* 21. *Repetitio, in princip. lib.* 4. quos refert Tuſchus *lit. S, concl.* 276. *num.* 14. Secundùm ſtylum curiæ applicatur ad diſpenſationes, quæ à SS. poſtulantur, ita vt legitima diſpenſationis cauſa conſurgat ex pluribus ſimul ſumptis, etiamſi ipſæ ſigillatim ſumptæ inſufficientes putarentur. Sic Gallego *de cogn. ſpir. cap.* 24. *numero* 8. Sanchez *dict. diſput.* 19. *numero* 34. Conink *diſp.* 33. *dub.* 5. Hurtadus *diſput.* 26. *difficult.* 3. Palaus *ſuprà*, & alij poſt ipſos. 33

Nec dictis obſtat Concilium Tridentinum, non ſolùm quia ex ipſo nihil colligi poteſt pro contraria parte expreſsè, ſed etiam quia ex *cap. ſignificaſti, de elect.* habetur poteſtatem Pontificiam excipiendam eſſe à Conciliaribus decretis; & maximè, quia ipſummet Concilium *ſeſſ.* 25. *c.* 18. *de reformat.* ſtatuit rigores Canonum exactè ab omnibus obſeruandos eſſe; ſed excipitur *quando vrgens, iuſtaque ratio, & maior vtilitas* diſpenſandos poſtulauerint. Pro quo Franciſcus Zipæus *in ſuo nouo Pontificio, lib.* 4. *tit. de eo qui conſanguin. n.* 7. Gutierrez *de matrim. c.* 128. *n.* 4. Auerſa *de matrim. q.* 19. *ſect.* 4. *in fin.* Diana 7. *part. tract.* 12. *reſ.* 36. *in fin.* 34

CONSVLTVM XII.

De Prælato Regulari, cui manifeſtatum fuit quendam ſuum ſubditum hæreticum eſſe.

1 *Factum.*
2 *Prælati regulares non poſſunt de cauſis pertinentibus ad S. Officium iudicare.*
3 *Antiquitus id poterant propter priuilegia.*
4 *Hæc facultas quoad hoc eſt reuocata.*
5 *Cui ſolum conceſſa.*
6 *Quando dicitur aliquod crimen ad Prælatos tanquam ad Patres deferri.*
7 *Talis Prælatus tenetur ſuum ſubditum manifeſtare.*
8 *Ex S. Scriptura teſtimoniis.*
9 *Hæreſis æquiparatur idololatriæ.*
10 *Quiſquis eſt obligatus manifeſtare hæreticum quomodocunque ſibi notum.*
11 *Etiam ſub excommunicationis ſententia.*
12 *Ex Patrum teſtimoniis.*
13 *Ex decreto S. Inquiſitionis.*
14 *Quod decretum obligat etiam pro caſibus occultis.*
15 *Denuntiare hæreticos etiam occultos eſt neceſſarium ob bonum commune.*
16 *Bonum commune præponendum bono particulari.*
17 *Hæreſis peſtiferum eſt venenum.*

18 *Denuntiare hæreticos occultos eſt etiam neceſſarium pro bono ipſorum.*
19 *Error cui non contradicitur approbatur.*
20 *An talis Prælatus poſſit procedere ad illius hæretici punitionem.*
21 *Manifeſtare aliquid Prælato vt patri, non eſt manifeſtare ſub ſecreto.*
22 *Quilibet tenetur reuelare hereſim alterius, quamuis ſub ſecreto ſtrictiſſimo, excepto Sacramentali.*
23 *Et de hoc rationes.*
24 *Etiamſi quis ſub iuramento promiſit ſe non reuelaturum.*
25 *Iuramentum de re mala non obligat.*
26 *Iuramentum, quod eſt contra bonos mores, non eſt obligatorium.*
27 *In malis promiſſis fides non eſt ſeruanda.*
28 *Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.*
29 *Leges, & edicta publica priuatorum pactis, & promiſſionibus non poſſunt mutari.*
30 *Quid ſi quis alteri diceret: Manifeſto tibi hoc ſub confeſſione.*
31 *Pater naturalis tenetur etiam denuntiare ſuum filium hæreticum.*
32 *Multò magis Prælatus, qui ſolùm veluti metaphoricè dicitur pater.*
33 *Tenetur Prælatus denuntiare, nulla præcedente ſecreta admonitione.*
34 *Et de hoc rationes, & authoritates.*
35 *Rariſſimè hæreticus per correctionem reſipiſcit.*
36 *Quid quando conſtaret aliquem incidiſſe in hæreſim ex ignorantia.*
37 *Qui non paruerit edictis huiuſmodi, non leniter peccat.*
38 *Hæretici ſubdoli ſunt.*
39 *Denuntiandum eſt etiamſi probari non poſſit hæreſis ab ipſo Prælato denuntiante.*
40 *Huius rei rationes.*
41 *Quilibet tenetur Superiori peccatum alterius manifeſtare, per quod infertur proximo grauis iniuria, & damnum.*
42 *Et hoc maximè procedit in hæreſi.*
43 *An teneatur aliquis denuntiare in aliis delictis, quod probare non poteſt.*
44 *An denuntiator reputari debeat calumniator.*
45 *De iure denuntiator tenetur probare denuntiationem, ſecus tamen de conſuetudine.*
46 *Quando aliquis excuſari poteſt à denuntiatione talis hæretici, & num. ſeqq.*
50 *Et quomodo hoc ſit accipiendum, & quid obſeruandum.*
51 *Quid dicendum ſit de Conſiliariis, Aduocatis, & Procuratoribus.*
52 *An teneantur denuntiare.*
53 *Seruare ſecretum eſt de iure naturæ.*
54 *Hoc non obſtat in crimine hæreſis.*
55 *Quid dicendum de iiſdem Conſiliariis, Aduocatis, &c. qui ſub ſigillo ſecreti ſciunt furem detinere bona alterius furto ſublata.*
56 *Secreti, fidei promiſſionis, aut iuramenti ſeruandi obligatio non poteſt eſſe in præiudicium alterius.*
57 *Huius rei limitatio.*
58 *Et quid aliud eſt attendendum.*
59 *Doctrina P. Dianæ.*
60 *Expenditur.*
61 *Quid pro Societate Ieſu.*

IESVS MARIA.

Occaſio ſcribendi hoc conſultum.

PRÆLATO cuidam regulari manifeſtatum eſt, non vt Iudici, ſed vt Patri dumtaxat, Religioſum quendam ſibi ſubditum hæreticum eſſe, vel in hæreſim incidiſſe, & à me quæſitum, an talis Prælatus teneretur Religioſum illum Dominis Inquiſitoribus denuntiare, an verò illum punire, aut contra ipſum procedere, vel ſaltem paternè corrigere poſſet, vel ad quid teneretur.

Reſponſio.

Præmittendum primò, Prælatos regulares non poſ- 1
ſe his temporibus de cauſis ſuorum ſubditorum per-
tinentibus ad S. Officium, quales ſunt hæreſis, & 2
ſimilia, iudicare. Etſi enim antiquitus plura eſſent
quoad hoc ipſis conceſſa à Summis Pontificibus pri-
uilegia, ſpecialiter à Clemente VII. Carmelitis, &
Innocentio VIII. Seruitis, nihilominus propter con- 3
ſtitutionem Pauli V. ao. 1609. editam, vbi reuocat om-
nes facultates Superioribus Ordinum quoad hoc con-
ceſſas, & ſimiles cauſas, ad Tribunal S. Inquiſitionis
ſolũ pertinere decernit, præcipitque ſub magnis pœ- 4
nis tam Prælatis religionum quàm religioſis ſubditis,
quod religioſos de hæreſi ſuſpectos denuntient In-
quiſitoribus, vel Ordinariis locorum viciníoribus, nec
vllo pacto poſſint Prælati regulares dictis priuile- 5
giis vti, ſed teneantur ſubditos ſuos de talibus crimini-
bus ſibi notos ad S. Tribunal Inquiſitionis deferre.
Peña 3. *p. Direct. q.* 28. *Commentar.* 77. Caſtrus Palaus
tom. 1. *tract.* 4. *diſp.* 3. *punct.* 4. *n.* 29 & ego *tom.* 1. *Sum.*
c. 18. *n.* 18 & *tom.* 3. *verb. Hæreſis, & Hæreticus, n.* 1.

Præmittendum ſecundò, tunc dici aliquod crimen 6
ad Prælatos tanquam ad Patres deferri, quando illis
manifeſtatur, non ad inquiſitionem, vel punitionem,
ſed ad emendam, correctionem, & medelam. Quan-
dus *in* 4. *diſt.* 19. *poſt propoſit.* 18. §. *Concludendò dico,*
Sanch. *lib.* 1. *in Decal. c.* 18. *n.* 50. & 56. Cardin. Lugo
tom. 2. *de iuſt. & iur. diſp.* 38. *ſect.* 2. *n.* 1. Reuerendiſ-
ſimus Vincentius Candidus *tom.* 1. *Diſquiſit. moral.*
diſq. 5. *art.* 2. *dub.* 1. & ego *tom.* 3. *verb. Denunciatio,*
num. 3.

His poſitis dicendum talem Prælatum, cui vt patri 7
manifeſtatum eſt aliquem ſubditum ipſius hæreticum
eſſe, teneri illum manifeſtare fidei cenſoribus. Colli- 8
gitur primò *ex Deuteron. c.* 13. *verſ.* 6. vbi dicitur: *Si*
tibi perſuadere voluerit frater tuus, vel filius, vel vxor,
vel amicus clam dicens: Eamus, & ſeruiamus diis alie-
nis, non acquieſcas ei, nec audias, aut parcat ei oculus
tuus, vt miſerearis, & occultes eum: ſed ſtatim interfi-
cies. Sit primùm manus tua ſuper eum, & poſtea omnis
populus mittat manum. Quorum verborum ſenſus eſt,
eum qui ad idola colenda alterum ſollicitat, eſſe ſtatim
accuſandum, vt interficiatur, quando nempe publicè
à iudice fuerit condemnatus, tunc enim qui illum ac-
cuſauit, debet primum in eum lapidem mittere, &
poſtea totus populus.

Totum autem hoc optimè ad hæreſim accõmoda- 9
tur, quæ idololatriæ æquiparatur à S. Hieron. *Ezech.*
18. & *Oſea* 10. Quare ait Simanchas *de Cathol. In-*
ſtit. tit. 19. *num.* 5. *Ne putes hanc legem loqui de apo-*
ſtatis dumtaxat, & idololatris, cùm Hieronymus, &
Auguſtinus, & Vincentius Lirinenſis hæreſes, & aliena
ab Eccleſia dogmata vocent Deos alienos. Idem etiam
colligitur ex *Deut.* 17. *in princ.* vbi dicitur: *Cum reperti*
fuerint apud te vir, aut mulier, qui ſeruiant diis alienis,
&

& hoc tibi fuerit nunciatum, audienſque inquiſieris diligenter, & verum eſſe repereris, lapidibus obruetur. Quæ verba eundem ſenſum habent quem præcedentia *cap.13.* Nam vt notat Caietan. *in d. cap.13.* hæc verba intelligenda ſunt ſeruato rectæ rationis ordine, & ſeruatis debitis circumſtantiis. Sunt enim iſti non occultandi, ſed denunciandi, & poſtquam à Iudicibus fuerint condemnati, lapidibus ſunt obruendi.

10 Colligitur ſecundò *ex cap.2. de Heret. & cap. Quapropter 2. quæſt.7.* Quos textus ad hoc intentum de obligatione generali omnium ad manifeſtandum hæreticum quomodocunque ſibi notum, inducunt Gloſſ. *in d. c.2.* Farinac. *de Hereſ. q.197. num.35.* Sanctarellus *tract. de Hereſ. c.9. dub. vnic. n.2.*

11 Maxime tertiò id colligitur ex Bullis Summorum Pontificum præcipientium denunciare hæreticos quomodocunque notus etiam ſub excommunicationis ſententia. Hi ſunt Gregorius IX. Innocentius IV. & Nicolaus III. quos communiter referunt Peña Farinac. Sanctarell. Carena *de offic. S. Inquiſ. p.2. tit.9. §.1.* & alij.

12 Quartò, ex Patribus, & ſpecialiter S. Leone *ſer.4. de Collectan.* vbi ait: *Manichæos vbicumque latentes veſtris presbyteris publicate, magna eſt enim pietas prodere latebras impiorum, & ipſum in eis cui ſeruiunt diabolum debellare.* Et infra: *Non ſinantur*, inquit, *laterè homines, qui Prophetis, & S. Spiritui contradicunt.* Et infra: *Cauendi ſunt ne in aliqua Ciuitatis noſtræ parte conſiſtant.* Idem S. Leo *ſerm.5. de Ieiun. decimi menſ.* *Illud moneo*, inquit, *dilectiſſimi, vt ſi cui veſtrum innotuerit vbi habitent heretici, vbi doceant, quos frequentent, & in quorum ſocietatem requieſcant, noſtræ ſolicitudini fideliter indicetis Contra communes hoſtes pro ſalute communi vna communis debet eſſe vigilantia, ne de alicuius membri vlcere etiam alia poſſint membra corrumpi, & qui tales non prodendos putant, in iudicio Chriſti inuenientur rei de ſilentio, etiamſi non contaminentur aſſenſu.* S. Ambroſius *lib.2. offic. cap.24.* *In cauſa Dei*, inquit, *vbi contaminationis periculum eſt, etiam diſſimulare peccatum eſt non leue.* Alia ex Patribus omittimus.

13 Præſertim quintò, ex Decreto, ſeu edicto DD. Cardinalium S. Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis generalium Inquiſitorum, quod tale eſt: *Vniuerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus, tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus vtriuſque ſexus, cuiuſvis ſtatus, gradus, ordinis, conditionis & præeminentiæ exiſtentibus, & quacunque dignitate, & auctoritate, etiā maxima fulgentibus, harum ſerie, ac tenore auctoritate noſtri, & huiuſmodi noſtri officij, quo fungimur, præcipimus, & mandamus quatenus infra duodecim dies proximè computandos, quorum primos quatuor pro primo, & reliquos quatuor proximis quatuor immediatos pro ſecundo, & vltimos quatuor pro tertio termino, & peremptorio, ac trina monitione canonica aſſignamus, omnes, & ſingulos hæreticos, ſeu de hæreſi quomodolibet ſuſpectos, de quibus notitiam habuerint, debeant nobis, vel Romano Commiſſario noſtro quoad habitantes in Vrbe, quo verò ad habitantes extra Vrbem, & vbivis locorum degentes Inquiſitoribus, vel locorum Ordinariis, vel eorum Vicariis generalibus ſub excommunicationis maioris latæ ſententiæ pœna, quam in contrarium facientes ipſo facto incurrant, iudicialiter propalare, cuius excommunicationis maioris abſolutionem SS. D.N.P. & nobis reſeruamus* Hoc enim decretum, ſeu edictum comprehendit omnes Regularium Prælatos etiam reſpectu ſuorum ſubditorum, & omnes, & quaſcunque perſonas, etiam Reges, Principes, & Duces, Suarez

14 *de fid. diſp.20. ſect.4. num.24.* Car. *ſupr. n.18.* Illud verò, & ſimilia decreta ſeu edicta à particularibus Inquiſit. promulgata omnino licita, & honeſta eſſe, & obligata reſpectiuè etiam pro caſibus occultis, ex quo etiam ſequitur idem dicendum in præſenti caſu, colligitur ex Simancha, Sigiſmundo, Scaccia, Azor. & aliis, quos refert, & ſequitur Farinac. *ſupr. num.39.* Sanchez, Rojas, Suares, Bonacina & aliis, quos & refert, & ſequitur Caſtr. Palaus *tom.1. tract.4. diſp.3. punct.4. n.2.* Genuenſis, Sanctarellus, Lelius Zech. Lazarius, & alij apud Carenam *ſup. n.18.* Specialiter Cardinalis Logo *tom.2. de Iuſt. & Iur. diſp.38. ſect.2. n.22.* & Candidus *ſup. dub.5.*

Probatur primò, quia denunciare tales hæreticos etiam occultos eſt neceſſarium ob bonum commune aliorum fidelium, ergo anteponendum eſt cuicunque obligationi propter particulare bonum, cum bonum commune præponendum ſit bono particulari, & quilibet magis teneatur conſulere Communitatis incolumitati, quàm vnius priuati hominis famæ, *l. Sed illud, verſ. Quæ, n.45. ex l. penult. C. de Primipilo, l.18. l. Actione, §. Labeo, ff. pro ſocio, cap. ratio nulla, de præbend.* Præſertim cum hæreſis ſit peſtilentiſſimum venenum, quod citò, & facilè Prouincias, & Regna inficit. Antecedens autem probatur, quia ſi quantumuis occulti hæretici denunciari debent, timore huius denunciationis non audebunt ſuos errores propalare, multo minus aliis perſuadere, vt eos ſequantur; neceſſarium ergo eſt ob commune bonum aliorum fidelium hæreticos quantumvis occultos manifeſtare. 15

Secundò, quia denuntiare tales hæreticos occultos, etiam eſt neceſſarium pro bono ipſorum, ergo non obſtante, quod ſint occulti, debent denunciari. Conſequentia patet, quia ſemper quod fieri poteſt attendi debet ad bonum ſpirituale proximi. Antecedens autem patet: tum quia timore huius denunciationis multi non amplectuntur errores hæreticales. Tum quia, quando denunciantur, ſæpiſſimè redeunt ad bonam frugem, & fidem Catholicam, quod aliàs rarò faciunt. Tum quia aliàs non credent ſuos errores reprobari, etenim error cui non contradicitur, approbatur, *c. error. q.83.* & negligere quod poteſt perturbari, eſt idem quod fouere, *c. negligere 2.q.7.* Intereſt ergo hæreticis occultis, vt errores eorum manifeſtentur. 15

Tertiò, & maximè ad intentum caſus noſtri: Nam vel talis Prælatus non poteſt manifeſtare hæreſim ſui ſubditi, quæ ſibi ſolùm vt patri propalata fuit, quia illa eſt occulta, aut quia ſolùm vt patri ſibi manifeſtata, eſt aut quia manifeſtata, ſibi ſub ſecreto. Non primum, vt oſtenſum eſt, Non ſecundum; quia ex eo quod talis hæreſis manifeſtata eſt Prælato, vt patri, ſolùm infertur iuxta dicta, vt non poſſit procedere ad illius punitionem, aut inquiſitionem, vt iudex, præſertim cum Prælati regulares non poſſint hoc tempore id facere, vt dictum eſt. 16

Non tertium; quia manifeſtare aliquid Prælato vt patri non eſt formaliter loquendo manifeſtare ſub ſecreto. Tum quia ſolùm per talem manifeſtationem fit quod Prælatus non poſſit, vt Iudex agere, non verò quod non poſſit de illo loqui quando oportuerit, aut fuerit neceſſarium. Tum quia eſto quod manifeſtari aliquid Prælato vt patri ſit, manifeſtari ſub ſecreto, nihilominus quilibet tenetur reuelare hæreſim alterius, quamuis ſub ſecreto ſtrictiſſimo, excepto Sacramentali, illam ſciat. Primò quidem, quia alioquin præceptum de manifeſtando hæreticum occultum eſſet inutile, cum quilibet alteri ſub tali ſecreto ſuam hæreſim poſſit detegere, ad eamque trahere. Secundò quia Eccleſiaſtici Superiores iuſtiſſimis de cauſis præcipiunt vt hæretici denūcientur, quamuis occulti, & de hoc edicta, & leges ferunt, ergo credendum hanc legē eſſe iuſtiſſimam, ac illi ſtandū, non obſtante quocunque humano ſecreto. Tertio, denūciatio hæretici fit ob bonū cōmune, & ſpirituale, tum aliorū, 17

tum etiam ipſius hæretici, vt dictum eſt; at ſer-
uare ſecretum ordinatur ad bonum priuatum, & tem-
porale, ergo denunciatio hæretici eſt anteponenda.
Quartò, quia quilibet tenetur quæ ſibi ſub ſecreto
commiſſa ſunt reuelare, ſi vergant in damnum pu-
blicum, vel tertiæ perſonæ committentis in futurum,
vt ait S.Th.2.2.*quæſt.*70. *art.* 2. communiter receptus:
at hæreſis vergit in damnum publicum. Quintò, hic
agitur de vitandis malis grauiſſimis imminentibus
Eccleſiæ, & de conſulendo communi bono fidelium,
ergo cum hæc ſint rebus omnibus anteferenda, lex
de denunciando hæreticum, tanquam fortior vincit
24 legem de ſeruando ſecreto. Quæ doctrina etiam eſt
vera quando quis ſub iuramento promiſit ſe non re-
uelaturum Ita S. Th.2.2.*q.*70. *art.*1.*ad* 2. Guido Fal-
conius qui fuit poſtea Clem. IV. *in Conſultat. ad In-
quiſit.q.*8.Rojas *ſing.*3.*n.*23. Peña *in direct.Inquiſ p.*2.
*comm.*18.*verſ.Et obligat.* Roder.à Cunha *de confeſ ſo-
licit.q.*8.*n.*16. Farin. *ſup* §.2.*n.*50. Suar. *de fide diſp.*20.
25 *ſect.*4. *n.*17. Sylu. *verb. Denunciatio, in fine.* Nam tale
Iuramentum eſt de re mala, & conſequenter non
obligat, immò non eſt ſeruandum, *c. Quintualis, c.
Sicut, il Secondo, c. Tua nos, de iureiur. cap.*1.22. *q.*4.
26 *cap. Intimauit, de teſtibus*, & iuramentum quod eſt
contra bonos mores non eſt obligatorium, *de regul.*
27 *Iur.in* 6. & regul. In malis promiſſis fides non eſt ſer-
uanda, *l.generaliter,ff. de verbor. ſignificat.l. Iuris gen-
tium, § & generaliter ff.de pactis*, & iuramentum non
debet eſſe vinculum iniquitatis, *cap. Quanto, de iu-
28 reiurand. cap. Inter cetera* 22. *q.*4. Deinde tale iura-
mentum includit tacitam conditionem, niſi Superior
aliud præceperit, alioquin iuramentum eſſet ini-
quum.

29 Præterea edicta, & leges feruntur, vt hæretici etiam
occulti denuncientur: at leges, & edicta publica pri-
uatorum pactis, & promiſſionibus non poſſunt mu-
tari, *l. Ius publicum, l. Inter debitorem, ff. de pactis, l.
teſtamenti factio, ff. de teſtam. c. Si diligenti, de foro com-
pet. cap. Contingit, in princip. de ſentent. excommunicat.*
30 *l. nec pignus, ff. de reg. Iuris.* Eſt etiam hæc doctrina
vera quando quis alteri diceret, Manifeſtando tibi
hoc ſub confeſſione; nam etiam in hoc caſu tenetur
homo reuelare occultam hæreſim; nam hæc confeſ-
ſio non eſt Sacramentalis, nec ille habet animum
confitendi. Ita Nauar *in Sum.cap.*17.*num.*55. Caietan.
2.2.*q.*70.*art.*1.*ad* 2. Sot. *de ſigil. memb.*7.*q.*7.*concl* 4.
Aragon.2.2.*quæſt.*70.*artic* 1.*ad* 2. Victor.*in Summ. de
Confeſſ.num.*190. Armil. *verb.confeſſor, n.*6. Sanctarell.
*ſup.n.*10.

31 Maximè id ſuadetur ex eo, quod pater naturalis te-
netur etiam denuntiare filium hæreticum; ex hoc
enim manifeſtè colligitur multò magis patrem ſpiri-
tualem, ſcilicet Prælatum, cui delatum eſt crimen ſui
32 ſubditi, vt patri, & qui ſolum veluti metaphoricè
pater dicitur, teneri ſuum ſubditum hæreticum de-
nunciare. Porrò patrem naturalem teneri denunciare
filium hæreticum, habent Peña *part.*2. *Direct. com.*15.
Petrus Binsfeld.*de Confeſſ.malefic.membr.*2.*verſic. Pro
parte negatiua.* Vmbertus Locat. *poſt Iudicial. In-
quiſ.quæſ.*5. Lelius Zecch. *in Summ. p.*1. *tit. de fide, in
Rubric. de hæreſi, cap.*11.*num.*12. Caſtrus *lib.*2.*de iuſta
hæretic.punit, cap. vltim.* Rojas *ſingular.*3. *num.*29. *&
ſeqq.& ſingul.*12. *numer.*1. Maſcardus *de probat. lib.*2.
concluſ 857.*numer.*68. Ludouicus à Paramo *de orig. S.
Inquiſit.lib.*3.*q.*98.*num.*85. Suarez *ſup.ſect.*4. *numer.*21.
Caietan.*in cap.*13.*Deuteron.* Farinac. *ſupra numer.*40.
Azor. *tom.*2. *lib.*2. *cap.*8. *quæſt.*13. Sanctarellus *ſupra
num.*14. Sanch.*lib.*6.*conſil. cap.*2. *dub.*19. *num.*3. Lugo
*ſupr.n.*34.

33 Addendum, teneri prædictum Prælatum denun-
ciare illum ſubditum, nulla præcedente ſecreta admo-
nitione, ſeu correctione, prout in praxi obſeruandum
dixi *tom.*3. *verſ. denunciare, numer.*4. ita Suarez *ſup.
ſect.*4. *numer.*11. Auila *de Cenſur. p.*2. *cap.*5. *diſp.*4.
*dub.*3. *concl.*1. quia, inquit, nunquam ſperandum eſt
eum qui auſus eſt opponere ſe Eccleſiæ vniuerſali,
corrigendum eſſe per meram monitionem, qua ratione 34
vſus fuit eo loco Salmeron *tom.*4. *in Euangel. p.*3.*tra-
ctat.*11. §. *Deinde*, Scaccia *de Iudic. cauſ. cap.*16.
*numer.*13. vbi ait de conſuetudine ſic ſeruari, nec tales
monitiones eſſe in vſu, Farinac. *ſupr.* §.2. *numer.*39.
Hæreticum, inquit, *quis denunciare tenetur, etiam
non præcedente monitione ſecreta.* Bañes 2.2. *quæſt.*33.
*artic.*7. *ad* 4. Simanch. *de Catholic. Inſtitut. tit.*19.
*num.*10. vbi ait, *Hæreticus quantumuis occultus preti-
nus eſt Iudicibus indicandus, neque opus eſt, vt ante-
cedat vlla fraterna correctio; id enim nec legibus cau-
tum, & multi Theologi, & Iuriſperiti magno conſenſu
tradunt, neceſſariam non eſſe correctionem fraternam
ante hanc denunciationem*: & citat Albertin. *lib. de
ſecret. num.*82. Caſtr. *lib.*2. *de inſt. hæret. punit. c.*25.
qui ait: Quartò rariſſimè accidit, vt per correctio- 35
nem hæreticus reſipiſcat, ideò ſecurius cenſeo, vt in
crimine hæreſis ſine vlla admonitione procedatur ad
denunciandum, præſertim ſi hæreticus non eſt qui-
uis homo plebeius, & idiota: quando verò conſta-
ret aliquem incidiſſe in hæreſim ex ignorantia, tunc 36
hic eſſet prius ſecretò admonendus, imò etiamſi igno-
retur an ex ignorantia, vel malitia peccauerit; nam
de proximo bonum ſemper, & non malum debemus
præſumere: quod præſertim verum eſt de homine
idiota, aut parum docto; tunc enim præſumendum
eſt per ignorantiam erraſſe, & ita ſecretò admonen-
dus. Citat deinde Simanchas Sotum *de rat. tegen. ſe-
cret. membr.*2.*quæſ.*4. Idem Simanch. *num.*11. *Quando*,
inquit, *eſt magna ſpes, quod hæreticus reſipiſcat, &
nulli obſit, tunc quidam putant correctionem fraternam
fieri debere, ſed tamen nihilominus aiunt non eſſe fi-
dendum huic correctioni, ſed tutius eſſe, vt ad inquiſi-
tores referatur*: quam ſententiam ſequitur, & citat
Canum *lib.*12. *de loc. cap* 19. *verſus fin.* Idem Siman-
chas *d.tit.*19. *numer.*12. *Hodie*, inquit, *in Hiſpania
occulti hæretici ad Inquiſitores deferendi ſunt, nulla
præcedente correctione fraterna.* Id enim iuſtiſſimis 37
edictis præceptum eſt ex auctoritate Apoſtolica ſub
pœna excomunicationis, & quicunque illis non pa-
ruerit, peccatum non leue admittit. Adde quod hæ-
retici ſubdoli ſunt, & metu pœnæ fingunt ſe eſſe cor- 38
rectos, & nulla eſt lex, quæ iubeat hæreticum cor-
rigendum priuſquam Iudicibus indicetur. Idem aſſe-
rit in *Enchirid.tit.*23.*num.*5. *& ſeqq.* Mandoſ. *in Ad-
dit.repert. Inquiſit verb. Denunciator*, vbi *talem*. inquit
eſſe vſum, Rojas *ſingul.*3. *num.*21. ait, *tutius, & re-
ctius eſſe, vt confeſtim abſque monitione aliqua denun-
cietur hæreticus.* Sanctarellus *ſupr. n.*5. Diana etiam,
qui *p.*1.*tract.*4. *reſolut.*2. variis relatis ſententiis hanc
dicit ſe ſequi.

Addendum ſecundò, debere denunciari etiamſi 39
probari non poſſit hæreſis ab ipſo Prælato denun-
ciante. Ratio eſt primò, quia etiamſi talis hæreſis
probari non poſſit à denunciante, nec eius teſtimo-
nium ſufficiat, vt Inquiſitores poſſint contra il-
lum procedere, aperit tamen illis viam ad vigilan-
dum, & præcauendum, & ad hoc quod acce- 40
dente alio denunciatore, vel aliis iudiciis ſint
plenè informati de tali delicto, & ita hæreſes
profligentur, & caueantur, Genuenſis *in prax. Ar-
chiepiſcop. Neapol. cap.* 18. *numer.*5. & alij apud
Farinac. *ſup.n.*36. & Carenas *ſup.n.*18. Lup. *ſup.n.*25.
& 26.

Tertiò, quia quilibet tenetur Superiori peccatum 41
alterius manifeſtare, per quod infertur proximo gra-
uis iniuria, & damnum, præſertim quando Superior
id præciperet, quamuis illud probare non poſſit,
vt

vt tradunt Dried *lib.* 2. *de libert. Chriſtian. c.* 7. *in princ.*
Nauar. *in Summ c.* 22. *num.* 83. Henriq. *lib.* 11. *cap.* 14.
42 *num.* 5. Couar. *in* 4. *Decret. p.* 2. *c.* 6. §. 10. *n.* 21. Vega *in*
Summ. lib 3. *caſ.* 136. At ex non manifeſtatione hære-
ſis occultæ alterius infertur grauiſſima iniuria Deo,
& Eccleſiæ, & redundat in notabiliſſimum damnum
fidelium, vt patet ex dictis, ergo quilibet ſub pec-
cato mortali tenetur hæreſim occultam alterius ma-
nifeſtare Inquiſitoribus id præcipientibus per ſua edi-
cta, quamvis illam nequeat probare. Tertiò, quia in
aliis delictis propterea, non tenetur quis denuncia-
re, quod probare non poteſt, quia per tale teſtimo-
nium non poteſt vitari aliquod peccatum: at ſi de-
nuntietur hæreſis occulta alterius, poteſt illi obuiam
iri; ſic enim timebunt hæretici ſuas hæreſes pro-
43 dere, cum ſciant poſſe, & debere eorum hæreſes
manifeſtari, nec requiri, vt probentur: ergo, cum
per huiuſmodi denunciationem vitentur hæreſes, te-
netur quilibet ſub graui culpa eas manifeſtare, quam-
vis ſufficienter illas probare non poſſit. De hoc ta-
men latè Diana 7. *part. tract.* 12. *reſ.* 21. vbi plura ad
intentum.

44 Neque obſtat denunciatorem, qui delictum impro-
babile defert, reputari calumniatorem, & de iure de-
nunciatorem denunciationem probare debere, & ei
aſſiſtere, quia loco accuſatoris habetur, *l. ab accuſato-*
re, §. *nunciatare*, *ff. ad Turpilianum*, & tradit Repert.
verb. Denunciatio, verſ. An ea ipſa, Vmbert Locat. *in*
iudic. Inquiſ. eodem verb Denunciatio, n. 1. Non, inquam
obſtat, quia licet de iure denunciator teneatur pro-
bare denunciationem, de conſuetudine tamen con-
45 trarium ſeruatur, etiam in Tribunali S. Inquiſitio-
nis, iuxta dicta *tom.* 3. *verb Accuſare, num.* 12. Et fa-
cit *c. ſuper his*, *de accuſat.* quia denuncians poteſt
dicere ſe ſolo zelo boni communis motum delictum
declarare, quod præcipuè locum habet in delicto
hæreſis ob eius grauitatem, & periculum infectio-
nis, & bonum commune, & ita tradit Eymer. *Di-*
rect. 3 *part. de ſecundo modo procedendi in cauſa fidei*,
num. 68. *in princip.* & ibi Peña *comm.* 15. Scaccia *in*
tract. de Iudic. cauſ. c. 22. *num.* 4. Ludouicus à Paramo
de Orig. S. Inquiſ. lib. 3 *q* 8. *n.* 21. & 22. Suarez *ſupr.*
Sanctatellus *ſup. n.* 13. Diana *p.* 1. *tract.* 4. *reſ.* 1. Caſtr.
Palaus *ſup. n.* 2.

46 Excuſari tamen poteſt à denunciatione talis hære-
tici, ſi certò credat illum pertinacem non eſſe, ſed
quod per ignorantiam in hæreſim incidit, tunc
enim prius corrigendus eſt, & experiendum an reſi-
piſcat. Tolet. *lib.* 4. *Summ. c.* 5. *num.* 1. Farinac. *ſupr.*
47 *num.* 39. Bonacina *diſp.* 2. *de Cenſur. q.* 6. *punct.* 1. *n.* 20.
Caſtr. Pal. *ſup.* Secundò, ſi id ſibi reuelatum eſt à
perſona non fide digna; non enim tenetur illi cre-
dere, nam leuis tunc haberetur, iuxta doctrinam Cor-
dubæ *lib.* 1. *quæſt.* 42. *dub.* 2 § *Sextà quanda*, & *in Sum.*
q. 64. *in fin.* § *il ſexto*, Petrus Nauar. *lib.* 2. *de reſtit.*
cap. 4. *part.* 2. *dub.* 10. *n.* 108. Rodrig. *de ordin. Iudic.*
c. 4. *concluſ.* 10. *num.* 12. Gutier. *lib.* 1. *qq. Canon. c.* 11.
48 *num.* 71. qui docent quod cum quis tenetur aliquid
ſub peccato mortali denunciare, ſeu reuelare, excuſari
ab hac denuntiatione ſi id audiuit à perſona leui, &
indigna, cui habeatur fides. Tertiò, ſi forſan ipſe
ſit ſocius talis criminis. Sicut enim hæreticus ipſe
non tenetur ſe prodere, vt habent S. Thom. 2. 2.
q 69. *art.* 1. Simanchas *de Catholic. Inſtit. tit.* 42. *n.* 13.
Peña *in Director. part.* 3. *comm.* 12. Suar. *ſup. ſect.* 4.
n. 18. Auila *de Cenſur. p.* 2. *c.* 5. *diſp* 4. *dub.* 3. *concl* 9.
Rojas *ſingul.* 3. *num.* 33. Rodericus à Cunha *de confeſſ.*
ſolicit. q. 10. Sot. *de rat. teg. ſecret. memb.* 2. *q* 7. Bald.
in l. 1. *C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ in*
fin. Alex. *in l. Cum quidam*, §. *quod dicitur*, *ff. de acquir.*
hæredit. n. 13. Felin. *in c. Cum olim*, *de accuſat. num.* 9.
& patet ex *c. Quis aliquando, de pœn. diſt.* 1. deſumpto
ex Chryſoſtomo *ſuper epiſt Paul. ad Hebræos, hom.* 31.
& 41. *ad Populum*, vbi dicitur: *Non dico tibi, vt te*
prodas, ſed reuela ante Deum viam tuam. Quod in
caſu hæreſis etiam procedere aſſerit Nauar. *conſ.* 5. 49
n. 3 *de hæret incip. Eſt paenitens*; ſic nec ipſe complex,
aut ſocius, quia non poteſt manifeſtare alium, quin
etiam ſeipſum manifeſtet. Si enim poſtea denuncia-
tus interrogatur, vt debet interrogari, tenebitur
denunciatorem ſocium criminis manifeſtare. Sanctat.
ſup. num. 16. Caſtr. Pal. *ſup. num.* 15. Quartò, ſi ob de-
nunciationem timeat ſe interimendum, aut notabi-
liter, & grauiter malè tractandum. Peña 2. *part. Di-* 50
rect q. 53. *Comm.* 78. Scaccia *de Iudic. cauſ. c.* 56. *num.* 4.
quos refert, & ſequitur Farinac. *ſup. num.* 52. Sancta-
tell. *ſup. num.* 16. Barboſa *de poteſt. Epiſc. alleg* 96. *n.* 70.
Cum grano tamen ſalis hoc accipiendum, ſi enim
nocumentum, quod Reipublicæ obuenire poteſt, ſit
valdè graue, nec alia via impediri poteſt, niſi de-
nunciatione facta, tenetur illam facere, quia ſine
dubio bonum commune debet præferri priuato. Rojas
ſingul. 3. *num.* 30. *verſ Septimò ampliatur.* Caſtr. Pal. *ſup.*
n. 10. Quintò excuſabitur à denunciatione, ſi illi certò
conſtat ſubditum hæreticum ſe manifeſtaſſe, aut ma-
nifeſtandum fidei cenſoribus, quia iam ceſſat finis
denunciationis, qui eſt certioratio Iudicis de crimi-
ne, & ex quo Iudex factus eſt certus non debet fieri
certior, *c. Eum qui, de reg. Iur. in* 6. & plures DD. apud
Barboſam *ſup. n.* 68.

Ex quibus patet quid dicendum ſit de Conſiliariis, 51
Aduocatis, & Procuratoribus, quibus crimen hæ-
reſis fuit communicatum ſub ſigillo ſecreti ab aliquo 52
ad petendum conſilium. Dicendum enim eſt eodem
modo, quod ſcilicet tenentur illud denunciare, niſi
adſit aliqua cauſa ex ſupra allatis ad omittendam
denunciationem. Ratio eſt, quia licet ſeruare ſecre-
tum alicui ſit de iure naturæ, maximè accedente 53
promiſſione illius cui concreditum eſt ſecretum, id-
que ſit neceſſarium pro commercio humano inter
homines conſeruando, præſertim in caſu præſenti,
quia aliàs arcerentur homines à petendo conſilio
pro ſua conſcientia, quod cederet in magnum detri-
mentum animarum: nihilominus quando ſeruare
ſecretum cedit, aut cedere poteſt in graue detrimen-
tum Reipublicæ, prout contingit in præſenti, quia
hæreſis eſt cancer, & venenum Reipublicæ Chri-
ſtianæ, tunc ad præcauendum tale damnum non de-
bet ſeruari, ſed potius propalari, etiamſi adeſſet iu- 54
ramentum, vt dictum eſt ex parte audientis ſe-
cretum, cum iuramentum, vt dictum eſt, non ſit
vinculum iniquitatis, nec poſſit eſſe contra bonos
mores, nec debeat obſtare, vt damnum commune
caueatur. Ita Nauarrus, Salon. Aragon. Sayrus, Fil-
luccius, Bonac. Azor. & alij, quos refert, & ſequitur
Barboſa *ſup. n* 63. Quibus iunge Sanchez *lib.* 6. *conſ.*
moral c. 2 *dub.* 20. *num* 1. Cardinal. Lugo *ſup. n.* 37. &
Reuerendiſſimum Candidum *ſup. art.* 4. *dub.* 7. § *Duo-*
duodecimo.

Idem quoque dicendum de iiſdem Conſiliariis, Ad- 55
uocatis, Procuratoribus, &c. qui ſub ſigillo ſecreti
ſciunt furem detinere bona alterius furto ſublata, &
iubentur à Iudice per cenſuras, aut alio modo reue-
lare tale furtum.

Tenentur enim id facere propter rationem addu- 56
ctam, quia ſcilicet ſecreti, fidei, promiſſionis, aut
iuramenti ſeruandi obligatio non poteſt eſſe in præ-
iudicium innocentis, aut contra ius alterius, tunc
enim eſſet vinculum iniquitatis. Ita Authores relati,
qui etiam loquuntur pro caſu quo obſeruatio ſecreti
eſſet non ſolùm in damnum commune Reipublicæ,
ſed etiam in damnum alicuius tertij, licet Candidus
ſolum videatur loqui quando eſſet contra vitam inno-
centis.

57 Limitant hoc benè Nauarrus *in Manual. cap. 25. num. 44. & cap. Inter verba, Corollar. 65. num. 805.* & Sanchez *ſup.* Vt id ſolum ſit verum quando alia via damno illi tertiæ perſonæ conſuli nequit. Si enim aliâ id fieri poteſt, ſeruandum eſt ius ſecreti. Attendendum etiam eſt, & prudenter conſiderandum, an damnum quod ſequitur furi ſit magni momenti, infamia, v. g. fuſtigatio, &c. Et quod ſequitur inno-
58 centi ſit parui ponderis, ſcilicet reſtitutio rei parui pretij, tunc enim non videtur detegendum tale ſecretum, quia damnum parui ponderis innocentis non videtur præponendum iuxta charitatis regulam damno magni momenti peccatoris. Sic videntur intelligendi Nauarrus, & Sanch. relati, & fauet Candid. *ſup. art. 4. dub. 1. 9. Dico tertiò.*

59 Notet lector poſt hæc ſcripta me incidiſſe in ſeptimam partem grauiſſimi Authoris P. Dianæ, vbi *tract. 3. reſol. 63.* latè diſputatum video. An Hæretici ſunt denuntiandi Inquiſitoribus ante præuiam correctionem paternam, & quid de aliis criminibus contentis in edictis DD. Inquiſitorum. Et poſt relatos Duuallium, Caſpenſem, Palaum, Fagundez, Caſtillum, vtrumque Hurtadum, Petrum Loteam, & alios ſic reſoluiſſe quæſtionem: *Dicendum eſt igitur quod ſententia Doctorum aſſerentium eſſe præmittendam correctionem fraternam cum certa, & firma ſpe emendationis in delicto hæreſis, vel hæreſim ſapiente, ſi eſt probabilis, erit probabilis ſtando in iure natura, & communi, ſecus autem ſtantibus edictis, & præcepto DD. Inquiſitorum, nam amplius non videtur admittenda, ſed ſtatim omnia delicta in dictis Edictis contenta*
60 *ſunt ſine præuia correctione ad Iudices ſibi deferenda, & maximè delictum hæreſis, Confeſſariorum ſollicitantium, & ſagarum.* Poſtea verò, §. *Hinc in omnium,* refellit ſententiam quam dicit eſſe meam in *Summa qq. regul. cap. 10. num. 34.* ſcilicet quod Confeſſarius ſollicitans (intellige ad inhoneſta) de quo probabiliter ſperatur emendatio, non debeat denuntiari ante præuiam correctionem. Cæterùm diligentiſſimus Author non animaduertit me non dixiſſe *de quo probabiliter ſperatur*, ſed de quo creditur eſſe fraternè corrigibilem, quod eſt aliquid maius quam probabiliter ſperari. Deinde me adiunxiſſe ad maiorem cautelam, *Cautiſſimè tamen procedere debent Confeſſarij circa pœnitentes ab aliis ſollicitatos.* Quod ſanè explicabatur doctrinâ antea traditâ. Ac maximè, quia in poſterioribus aliis editionibus (ſunt autem tres poſt illam, quam P. Diana citat) ad tollendum omnem ſcrupulum, & denotandum ſententiam illam ſolum ſpeculatiuè fuiſſe probabilem, eo quòd eam plures Doctores defenderint, vt ſunt Peyrinis quem ibi retuli, & plures alij, quos ipſe Diana affert *p. 1. tract. 4. reſol. 2.* non autem practicè, aut in praxi ſequendam, dixi: *Et nota quod in praxi non debent ſolicitati credere Confeſſarios ſolicitantes eſſe fraternè corrigibiles, aut emendatos, cum ſint de hæreſi ſuſpecti.*

Propterea tenentur illos ante quamcumque monitionem, ſeu correctionem Sancto Officio Inquiſitionis denuntiare. Quid clarius pro mea mente exponenda dici potuit. Omitto errore Typographi dici me c. 10. *Summa* id ſcripſiſſe, cum non niſi c. 19. ea ſcripſerim. Hæc porrò ſalua venia ſapientiſſimi, & communis magiſtri dicta ſint.

61 Hæc autem doctrina de manifeſtatione hæretici, vel de hæreſi ſuſpecti ad S. Tribunal Inquiſitionis etiam ante correctionem fraternam facienda, procedit etiam poſita ſententia, quæ in Societate Ieſu recepta eſt, ſcilicet licitum eſſe reuelare Prælato vt patri peccatum occultum fratris abſque præuia correctione, quando melius ſit per ipſum Prælatum corrigendus.

Et ſi enim dicta ſententia admitti debeat, prout probant Suarez, Caſtrus Palaus, Trullenck, Coninck, Hurtadus, Caſpenſis, quos refert, & ex parte ſequitur P. Diana *p. 7. tract. 3. reſol. 44.* nihilominus in caſu hæreſis, vel ſuſpicionis hæreſis talis denuntiatio non ad Prælatum Societatis, ſed ad S. Tribunal deferri debet, prout probant adducta in ſuperioribus, & Authores relati.

CONSVLTVM XIII.

Circa controuerſiam Romæ acriter agitatam de validitate cuiuſdam Capituli Prouincialis, & electionum in ipſo factarum. In qua multa ad materiam de electione Prælatorum Regularium ſpectantia.

Notet lector huiuſmodi Conſultum typis editum fuiſſe in calce quarti tomi Quæſtionum Regularium Authoris; quia tamen illud continet notabilem doctrinam, ideo in hoc etiam loco, veluti magis proprio reponi debuit.

SVMMARIVM.

1 *Caſus cuiuſdam Capituli, & electionum.*
Oppoſitores contra ipſum. ibid.
Ad quem pertinebat hæc cauſa. ibid.
2 *An potuerit impugnari*, & n. 3.
4 *Ad quos id pertinebat.*
5 *Quibus conditionibus.*
Prima, quod ſubeſſet magna, & notabilis cauſa. ibid.
6 *Secunda, quod non conſenſerint oppoſitores in dictum Capitulum.*
7 *Tertia, ex cauſis poſtea emergentibus.*
8 *Quarta, intra certum terminum.*
9 *Quinta, ſeruata forma à Iure præſcripta.*
10 *Sexta, præſuppoſito iuramento.*
11 *Quid quando oppoſitio eſt contra electum.*
12 *Quid quando res eſt iam deciſa.*
13 *Forma oppoſitionis contra electum.*
14 *Quidam Religioſi non erant legitimi oppoſitores.*
15 *Quia conſenſerunt in Capitulum.*
16 *Quid de alio Religioſo.*
17 *Electio inualida an ratificetur per conſenſum.*
18 *Cauſa oppoſitionis non debent eſſe antiquæ.*
19 *Appellatio debet fieri in tempore.*
20 *Seruata forma Iuris.*
21 *Non debent variare oppoſitores.*
22 *Nec cauſa debet eſſe deciſa.*
23 *Citari debuit pars.*
24 *Specialiter in materia electionis.*
25 *Quid quando caſus eſt notorius.*
26 *An potuerit cauſa decidi extraiudicialiter.*
27 *Agitari potuit per Procuratorem.*
28 *A quibus debuit eligi.*
29 *Procurator legitimus quis ſit.*
30 *Repræſentans Capitulum potuit eligere Procuratorem.*
31 *An omnes Gremiales Diffinitorij.*
32 *Per modum Diffinitorij.*
33 *Conſtitutus in Procuratorem potuit renuere.*
34 *Quid de Procuratore Generali Ordinis.*
35 *Clerici omnes admittuntur ad electiones.*
36 *Iure Prouincia Caſtellæ non omnes.*
37 *An in hoc audiri potuerint Patres oppoſitores.*
38 *Modus eligendi Socios in dicta Prouincia.*
39 *Confirmatus eſt à Generali.*

An

40 *An ſit contra Breue SS. D. N. Vrbani.*
41 *An contra Ius commune, & Regulam Ordinis.*
42 *Vota abſentium ſuppleri non poſſunt.*
43 *An rectè id probauerint Patres oppoſitores.*
44 *Quid ex vi cuiuſdam conditionis vnionis.*
45 *Non fuit ſuppletio votorum abſentium.*
46 *An talis conditio confirmata fuerit.*
47 *An poſſit fieri additio votorum in electione.*
48 *An ſi fiat auctoritate totius Gremij.*
49 *Forma cap.* Quia propter, *ſeruanda in electionibus.*
50 *Quot Scrutatores requirantur.*
51 *An id contigerit in dicto Capitulo.*
52 *Redigere vota in ſcriptis ad quem pertineat.*
53 *Non contigit aliquis error in electionibus.*
54 *Pro quibus requirantur tres Scrutatores.*
55 *An alio modo fieri potuerint electiones.*
Potuit ſanè ex vi Conſtitutionis approbata à Sede Apoſtolica. ibid.
56 *An obſtet decretum Generalis Stratij.*
57 *Nihil obſtabat.*
58 *An ea conſtitutio reuocata fuerit per poſteriores*
59 *Non fuit reuocata.*
60 *An per Concilium Tridentinum.*
61 *Non reuocatur per illud.*
62 *Quomodo tamen cautius, & ſecuriùs ſit procedendum.*
63 *An dicta Conſtitutio contraria ſit c.* Quia propter.
Non videtur contraria. ibid.
64 *Quid ſi electio fieret cum vno Scrutatore tantum.*
65 *Quid probabile ſit in hac parte.*
66 *An plures, quàm tres Scrutatores poſſint eſſe.*
67 *Forma prædicti cap.* Quia propter, *an obſeruenda in electionibus Priorum.*
68 *Priores an ſolùm à Conuentibus eligi poſſint.*
69 *Non propterea irritaretur Capitulum.*
70 *Quid de quadam Conſtitutione.*
71 *Valida fuerunt electiones Priorum facta à Diffinitorio.*
72 *Ex nouiſſima formula celebrandi Capitula Prouincialia.*
73 *Quomodo non obſtet primum caput Regula Carmelitarum.*
74 *An ius commune.*
75 *Quid de Breui Calixti III. pro Conuentibus Reformatis.*
76 *Quid de Conſtitutionibus nouiſſimis.*
77 *Conſuetudo immemorialis erat in contrarium.*
78 *Item Conſtitutio antiquior authoritate Apoſtolica facta.*
79 *Conſtitutio contraria non habet clauſulam irritantem.*
Nec præſcribit formam. ibid.
80 *Diſpenſata fuit.*
81 *Potuit Generalis eam diſpenſare.*
82 *An fuerit oſtenſa talis diſpenſatio.*
83 *An id deberet declarari.*
84 *Regula an oppoſitum præſcribat.*
85 *Cur data, & poſtulata diſpenſatio.*
86 *Quid de iure communi.*
87 *Quid de conditione vnionis.*
88 *Quare pro vna vice tantùm.*
89 *Decretum Eminentiſſ. Card. Protectoris.*
90 *Motiua ipſius.*

IESVS MARIA.

CASVS.

VALLISOLETI in Hiſpania de anno 1642. 1
celebratum fuit Capitulum Prouinciale Carmelitarum quietè, & pacificè, nemine reclamante, aut contradicente. Poſtea verò ſex, vel ſeptem circiter menſibus tranſactis, PP. aliquot graues eiuſdem Prouinciæ obedientiam negarunt Prouinciali, & Priori Matritenſi, prætendentes ipſos non eſſe legitimos Prælatos, ac propterea abſtinere debere ab exercitio ſuorum officiorum. Cum autem ipſi contradicerent, & contra illos veluti rebelles procederent, eos etiam à Prouincia authoritate Illuſtriſſimi Nuncij ejicientes, Romam idcircò venerunt, plures nullitates contra præfatum Capitulum, & electiones opponentes, primò coram Generali, deinde coram Sanctiſſimo, & ipſius delegatione, & coram Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Ginetto Ordinis Protectore, à quo cum Reuerendiſſimis aliis coniudicibus in duabus Congregationibus in ipſius palatio habitis, lis, & controuerſia deciſa fuit. Quia tamen circa ipſam multa, grauiaque dubia diſcuſſa fuerunt, ideo hîc proponenda. Primum eſt, an contra Capitulum præfatum, & eius electiones aliqua opponi poſſent. Secundum, dato quod poſſent opponi, an Patres prædicti legitimi oppoſitores eſſent. Tertium, an in eo caſu contra inauditam partem Capituli aliquid decidi poſſet. Quartum, quod mandatum, vel procuratio requireretur, vt aliquis eſſet legitimus Procurator Romæ pro Capituli defenſione. Quintum, an prædictum Capitulum, & eius electiones nullæ, & irritæ cenſeri deberent, eo quod ſocij Conuentuum, qui in illo erant Gremiales, non eſſent electi ab omnibus Religioſis Conuentuum in Sacris conſtitutis. Sextum, an rectè impugnaretur prædictum Capitulum propter vota quædam in ipſo adiuncta. Septimum, an propter non ſeruatam formam *cap. Quia propter, de electione*, quoad numerum Scrutatorum. Octauum, an electiones Priorum factæ in ipſo Capitulo, & non in Conuentibus, validæ eſſent. De quibus omnibus ſigillatim agendum. Notando primò, quod quamuis cognitio ſuper nullitate prædicti Capituli pertineret ad Reuerendiſſ. Generalem Ordinis, & non ad Emin. Protectorem, prout in ſimili declarauit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium, 17. Auguſti 1640. in cauſa, & pro Fratribus Auguſtinianis: nihilominus hæc lis, & controuerſia ſpecialiter pertinebat ad Eminentiſſimos ex delegatione SS.

DVBIVM PRIMVM.

An prædictum Capitulum, & electiones in ipſo facta impugnari poſſint.

RESpondeo, tam prædictum Capitulum, & ele- 2
ctiones in ipſo factas, quàm omnia, & quæcunque Capitula, cum electionibus ipſorum, impugnari poſſe ab iis, ad quos intereſt, ſeruatis tamen conditionibus, de quibus infra. Ita enim colligitur ex toto ferè titulo *de elect. in primo, & ſexto Decretalium*, vbi id ſupponit, & conſtabit ex Iuribus inferiùs referendis. Accedit, quod ſi impugnatio electionis de aliquo Officiali ad inſeruiendum Reip. competit cuilibet de populo, vt per Avendaño *de Exe-*

quendis mandatis p.1.cap.19.num.17. Azeuedo *l.1.n.6. tit.4 lib 5. noua recop.* Burgo de Paz *conſ.10.num.20.* Matienzo *l.1.gloſſ.8.tit.14.lib.5.noua recop.* Bobadilla *in ſua politica,lib 3. cap.8. num.17.* Cabedo *part.1.deciſ.112. & part.1. deciſ.84. num.16. cum ſeq.* tenet Barboſa *in cap. vt circa , de elect. in 6. num.12.* multò magis impugnatio cuiuſlibet Capituli, ſeu electionis competeret cuilibet Religioſo, cum ad illum ſpectet, vt Prælatus, vel Officialis ſuæ Religionis ſit talis qualem decet. Layman *in quæſtionib. Canonic. de Prælator. elect.c.11.q.115.*

3 Adde, etiam contra electionem confirmatam fieri poſſe obiectionem, ſeruatis etiam conditionibus ſeruandis. Quia ſi electio eſt inualida, confirmatio ſubſequens non dat illi validitatem. Abbas *in cap. accedens, de accuſat.* Petrus Biaxius *in Direct.elect.part.3. cap.45.num.2.& 3.* Sigiſmundus de Bononia *de Elect. Prælat. part.1.cap.7.dub.44.num.19.* Quare quod idem Abbas *in c. fin. qui matrim. accuſ. & in cap.cum olim, de cauſ. poſſeſſ.* & idem Biaxius *ibid.* dicunt, neminem eſſe audiendum poſt confirmationem factam, intelligi debet iuxta dicenda, & formam *cap.fin. de elect. in 6.* quando præceſſit oppoſitor, & non comparuit, termino præfixo ad opponendum. Sigiſmundus de Bononia *ſup.dub.46.n.3.*

4 Dixi autem ſupra, ab iis, *ad quos intereſt*, quia alij non intereſſe habentes non poſſunt ſe opponere, niſi nomine Eccleſiæ, ſeu eorum, ad quos id ſpectat, *c.cum inter 1. de elect. l.1. ff. de appell.* Caſtellinus *de elect. canon. c.16. num.4.* Layman. *ſupr.* ex Innocentio, & Abbate. Adde Iulium Lauorium *de elect. tit.4. c.19. num.119.*

5 Dixi etiam *ſeruatis tamen conditionibus, &c.* quia aliquæ ſunt ad id faciendum neceſſariæ. Prima, quod ſubſit magna, & notabilis cauſa. Tum quia Ius Canonicum maximè auerſatur huiuſmodi oppoſitiones, *c. fin. de dolo, & contumac.* Laym. *ſup. q.117.* Tum etiam, quia cùm litium introductio criminum occaſionem, & magna alia detrimenta præbeat, quæ videri poſſunt apud Tiraq. *de retract. lign. §.8. gloſſ.7. à num.20* Rebuff. *in Proœm. Concordata, verbo ſumptibus, pag.511. & in l.ſiis nomen 36. ff. de verb. ſignif.* Gonzales *ad reg 8. Cancell. §.7. proœm. num.12. cum ſeqq.* Barboſam *de Offic.& poteſt.Epiſc. allegat.79. à num.10. & in dict. c.ſiuem, num.2.* quæ maximè procedunt in Religioſis, qui omninò ab huiuſmodi forenſibus negotiis abſtinere debeant: proculdubio non ſine magna cauſa huiuſmodi oppoſitiones, ſeu impugnationes electionum fieri debent.

6 Secunda eſt, quod non conſenſerint tales oppoſitores in dictum Capitulum, & eius electiones. Quia ſi conſenſerunt, repelluntur ab oppoſitione, ſeu impugnatione illorum. Etenim, vt habetur ex Reg. iuris *in 6. num.11.* & ſumitur ex *l. ſicut, C. de actionib. & obligat. Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non potuit*, quod Gloſſa *ibidem* intelligit etiam in electo, iuxta *can. dilectiſſimi 8. quæſt.2.* Idemque confirmat Regula alia etiam iuris *in 6. num.33.* quæ deſumitur ex *l.nemo poteſt mutare, ff.hoc titulo*, ſcilicet, *Mutare conſilium quis non poteſt in alterius detrimentum.* Quam Regulam procedere etiam in electione probat Barboſa *ibid.* ex iuribus, & Doctoribus. Fauet etiam Regula illa generalis, ſcilicet, *nullus poteſt venire contra factum ſuum*, argument. *c.diuerſis fallaciis, de Cler. coniugat.& c.propoſuit, de fil.Presb.* Gloſſa *in d.Regul, quod ſemel.* Layman. *ſupr.quæſ.116. in margine.* Conſonat etiam *c concertationi, de appell. in 6.* vbi appellanti ab electione præſcribitur ſpatium dierum decem, & iis tranſactis ſolùm conceditur vti iuris remediis, ſi tamen electioni non conſenſerit.

Ita colligunt ex textu Lapus, Abbas, Archidiaconus, & alij DD. quos ibi refert, & ſequitur Barboſ. Pro quo maximè facit declaratio quædam nouiſſima Sacr. Congregationis Epiſcop. & Regularium die 2. Decembris 1643. vbi ſic: *Propoſita fuit cauſa Prouinciæ Apuliæ, inter PP. electores eiuſdem Prouinciæ, necnon Patrem Thomam à Grumo electum, & P. Magiſtrum Felicinum à Poliguano eius Procuratorem, ex vna: & P. Magiſtrum Gregorium Capullum, &c. Et DD: negotio maturè diſcuſſo, fuerunt in voto inſtitutionem P.Capulli non poſſe, nec debere ab eis impugnari, cum ſemel in eam conſenſerint, nec obſtare Conſtitutiones, &c.* Facit etiam quod cum Eminentiſſ. & Reuerend. D. Cardinalis Ginettus Ordinis Noſtri Protector ſciuiſſet quendam Religioſum, qui ex vi Breuis SS. D. N. Vrbani inſtitutus fuerat Prouincialis cuiuſdam Prouinciæ, conſenſiſſe in electionem alterius, hunc, & non illum, vt legitimum Prouincialem hoc anno 1643. declarauit.

Tertia eſt, & veluti limitatio præcedentis, videlicet, 7
quod iuxta dicta *tom.1. c.15. n.37.* eligentes aliquem, vel conſentientes ipſius electioni, non poſſunt illi ſe opponere, niſi ex cauſis poſtea emergentibus, vel propter defectus electi prius ignoratos. Ita enim habetur expreſsè *c.nulli licere, de elect. in 6.* vbi Doctores communiter. Quibus iunguntur Iulius Lauorius *ſupradicto c.19. num.115.* Sigiſmundus de Bonon. *ſupr. dub.46. num.6.* Peirinis eo loco à me relatus, & Barboſa *ſuper hoc cap.* Conſonat etiam ſpecialiter pro Ordine noſtro, quod in Formula celebrandi Capitula Prouincialia à Reuerendiſſimo Theodoro Stratio Generali edita, & typis mandata Neapoli 1635. & quæ mitti ſolet ad Præſides Capitulorum Prouincialium, vt iuxta ipſam ea celebrari faciant, ſic dicitur, §.21. *Qui in elect. expreſsè, vel tacitè, conſenſerint, illam poſtea ſecundum Sacros Canones impugnare nequeunt, niſi ex noua cauſa, vel veteri, ſed nouiter eis pandita, & manifeſtata.* In margine autem notatur dictum caput *Nulli.*

Quarta eſt, quando talis oppoſitio, vel impugna- 8
tio electionis fit per modum appellationis, tunc enim, vt dixi ſuprà *num.6. ex c.concertationi, de appell.* ſolùm admittitur talis appellatio intra decem dies, nec poſt illos vllo modo permittitur. Verum quidem eſt, quod ex *c.ſtatuimus, de elect. in 6. & c.cupientes, eod. tit.* extendi id poteſt ad vnum menſem. De quo Doctores *ibid.* & Sigiſmundus *ſupr. num.22.* & Caſtellinus *ſup. n.5.6.& 9.* ac Julius Lauorius *ſup.n.122.*

Quinta eſt conformiter ad dicta *tom.1. eo c.15 n.37.* 9
circa formam ſeruandam in oppoſitione, ſeu appellatione contra electionem. Taliter enim appellantes tenentur exprimere in inſtrumento publico coram perſonis authenticis, quæ ſuper hoc teſtimonium perhibeant, omnia, & ſingula, quæ obijciunt, & ſimul iurare quod credunt ea eſſe vera, & ſe poſſe illa probare, alioquin non poſſunt alia obijcere, niſi iuxta dicta *ſup. n.7. ex c.nulli, de elect in 6.* forſan eſſent aliqua de nouo emerſa, vel quæ veriſimiliter ignorare potuiſſent.

Ita enim habetur expreſsè *in c.vt circa, de elect. in 6.* & tradunt ibi communiter Doctores. Quibus iunge Peirinis eo loco à me relatum, Caſtellinum *ſup. n.2.13.14.15.& 16.* & Sigiſmundus *ſup.dub.46.n.11.* notantem *num.12.* hanc formam eſſe ad vnguem obſeruandam, ita vt ſine illa opponens audiri non debeat. Nota tamen aliquo modo limitatam eſſe per Clementis *Conſtitutionem de elect. in 6.* quando quæ opponuntur directè reſpiciunt ius Eccleſiæ, vel opponentes. De quo Doctores *ibid.* maximè idem Sigiſmundus *ſuprà*, plura afferens ad intentum *num. 18. & ſequent.*

Sexta, & veluti explicatio præcedentis, eſt quod qui

qui ſe opponit alicui electioni, & ad Sedem Apoſtolicam appellat, ita debet iurare, quod omnia, quæ opponit, credit eſſe vera, & ſe poſſe illa probare, vt non ſufficiat iurare ſe credere eſſe vera, & poſſe probare ea quæ de ipſis deberent ſufficere. Ita enim expreſsè habetur *in cap. is qui contra, de elect. in 6.* vbi Doctores communiter, & Sigiſmundus *ſupr. d. dub. 46. num.* 12. Addens *num.* 14. id etiam eſſe verum in Procuratore appellantis ab electione. Maximè etiam addendum, in dicta Clement. *Conſtitutionem, §. caeterum*, ſic haberi. *Cæterum cum circa crimina, vel defectus debitam circumſtantiarum ſpecificationem prædictus omittit appellans, non eſt poſtmodum in proſecutione negotij ſuper his audiendus, etiamſi circumſtantias huiuſmodi, vel probationes earum per iuramentum aſſerat ad ſe perueniſſe de nouo.* De quo DD. ſuper dicta Clementina, & Sigiſmund. *ſup. num.* 15.

11 Nota autem, quod impugnata electione ante confirmationem, ſi contra formam ſit oppoſitum, electus tenetur probare ſe ritè electum; ſi autem poſt confirmationem contra formam opponatur, opponens probare tenetur; ſi verò oppoſitum ſit contra perſonam, ſemper onus probandi incumbit opponenti, *cap. 1. de elect. in 6. & c. ſi compromiſſarius.* Theſaurus *in Praxi, p. 2. verb. Electio, c. 4. §. nota* 2. ex Butrio, Innoc. Compoſtel. & Maſcardo.

12 Adde etiam, quod quando id quod opponitur poſt confirmationem, ante illam propoſitum, & diſcuſſum fuit, ac ſuper eo pronunciatum, non debet admitti talis oppoſitio, quia iam taliter diſcuſſum, & pronunciatum tranſit in rem iudicatam. Cuchus *Inſtit. maior. tit. de confirm. poteſt. num.* 4. Biaxius *ſupra cap.* 45. Sigiſmundus *ſup. dub. 46. num.* 5.

13 Quando verò oppoſitio eſt non contra electionem, ſed contra electum, obſeruandum eſt quod habetur *in cap. ſi fortè, de elect. in 6.* videlicet, *ſi fortè inter cetera, qua obiiciuntur electo, aut poſtulato, ſeu aliàs promouendo ad aliquam dignitatem, euidentem ſcientia, vel alium perſona defectum opponi contingat, in diſcuſſione obiectorum illum ſtatuimus ordinem incommutabiliter obſeruandum, vt promouendus ſuper defectu ipſo ante omnia ſubiiciatur examini, cuius euentu examinandus ab aliis, aut dabit initium, aut negabit. Caterum, ſi pramiſſi examinis exitus huiuſmodi oppoſitiones docuerit veritate deſtitui, opponentes omnino à proſecutione cauſa, in qua talia obiecerunt, excludimus, & proinde puniri decernimus, ac ſi penitus in probatione omnium, qua obiecerunt, defeciſſent.* Caſtellin. *ſup. n.* 8. Et quod magis eſt, non eſſe locum pœnitentiæ oppoſitori falſo, *in c. ab eo, de elect in 6.* ſic decernitur. *Ab eo, qui contra electum, vel poſtulatum ſeu promouendum ad aliquam dignitatem, inter cetera qua obiicit, euidentem, notorium, ſeu manifeſtum ſcientia, vel alium perſona defectum opponit, ipſius defectus oppoſitio, vel eius qualitas nequeunt poſtea reuocari.*

Cum enim opponentem, ſi quid de defectu oppoſuit huiuſmodi, deſtitui veritate contingat, à proſecutione cauſa debeat omnino excludi, & puniri perinde ac ſi in probatione omnium, qua obiecerat, defeciſſet: iuſtum eſt, vt poſtquam ad oppoſitionem eandem procedit, nequeat in praiudicium eius, contra quem oppoſuit, vlterius pœnitere. Doctores ibidem, & Sigiſmund. *ſup. num.* 8. 9. & 10. Pro huiuſmodi etiam oppoſitionibus contra electiones factas, quod illis non obſtantibus, electiones validæ cenſeantur, extant aliquæ declarationes Sac. Congregat. Epiſcop. & Regular. ſpecialiter vna pro Minoribus Conuentualibus 7. Maij 1636.

Dubium Secundum.

An prædicti Patres legitimi fuerint oppoſitores contra electiones factas in prædicto Capitulo.

Reſpondendum eſt negatiuè, prout manifeſtè 14
colligitur ex adductis in dubio præcedenti. Primò quidem, quia ea, quæ contra præfatas electiones oppoſuerunt, non ſunt magni, aut notabilis momenti, prout conſtabit dubiis ſequentibus ea euacuando. Nec talia credi poſſent; cum præfatum Capitulum, eiuſque electiones celebratæ fuerint à Religioſis grauibus, & valdè doctis, Doctoribus, & publicis Lectoribus in Sacra Theologia in clarioribus Vniuerſitatibus Hiſpaniæ, ac S. Tribunalis Inquiſitionis Cenſoribus, & Conſultoribus, ſub Præſide Magiſtro Ioanne de Orbea viro nedum nobiliſſimo, & magnæ authoritatis, ſed & magnæ quoque experientiæ in agendis, qui quinquies idem munus exercuit, & de quo proinde bona præſumptio ſemper haberi debeat. Cum pro Iudice ſemper iura præſumant, *l. vir bonus, ff. iudicatum ſolui, l. fin. C. ad l. Iul. repet.*

Secundò, quia prædicti Patres oppoſitores conſen- 15
ſerunt in dictum Capitulum, eiuſque electiones, non repugnantes, contradicentes, reclamantes, aut aliquid contra ipſum, vel ipſas proteſtantes; quinimò, vt in Actis authenticis Capituli, §. *iam ergo*, habetur, *acceptata fuit electio Prouincialis nemine reclamante;* & infra, *tandem ſolitam obedientiam nouo Prouinciali electo omnes Gremiales exhibent.* Eandemque obedientiam præſtiterunt Diffinitoribus, & Patribus tunc electis, à menſe Maij, quo celebratum eſt dictum Capitulum vſque ad menſem Decembris, quo inſurgere cœperunt contra Prouincialem, & Priorem Matritenſem. Vnde propter regulas, & textus, de quibus ſupr. *dub. 1. n. 6.* manifeſtè excluduntur prædicti Patres à munere oppoſitorum, ſeu Impugnatorum talium electionum.

Idem porrò, quod dico de prædictis Patribus op- 16
poſitoribus, qui fuerunt Gremiales ipſius Capituli, intelligendum etiam eſt de quodam alio Religioſo, qui cùm de gremio Capituli non fuerit, nihilominus etiam illud, & electiones in ipſo factas impugnauit; & de quibuſdam aliis eiuſdem Prouinciæ alumnis. Illi enim omnes à menſe Maij vſque ad menſem Decembris, Prouinciali, Diffinitoribus, & Prioribus obedientiam, & ſubmiſſionem debitam in multis actibus poſitiuis hinc, indeque præſtiterunt, quo gratum, & ratum habuiſſe comprobantur præfatum Capitulum cum geſtis in ipſo. Regula enim Iuris, quæ eſt 10. videlicet, *Ratihabitionem retrotrahi, & comparari mandato*, in omni actu obtinet, vt notat Gloſſa *ibi*, & maximè Gloſſa *in c. auditis, de elect. verſ. ex poſtfacto;* vbi inquit, *ratihabitionem habere etiam locum in electionibus.*

Nec obſtat ſi contra dicta obiiciatur, quod ex di- 17
cto *cap. auditis, de elect.* electio inualida non ratificetur per ſubſequentem conſenſum. Ibi enim manifeſtè eſt ſermo de electione facta per minorem partem Capituli, electiones verò, de quibus in præſenti, factæ fuerunt concorditer, vt ex ipſis Capituli Actis authenticis conſtat.

Tertiò, & maximè repelluntur dicti Patres à mu- 18
nere oppoſitorum, ſeu impugnatorum Capituli, & electionum in ipſo factarum, quia ſcilicet cauſæ, quas contra ipſa obiiciebant, non fuerunt de nouo emergentes, aut de nouo panditæ, aut cognitæ, ſed antiquæ, & tempore celebrationis Capituli ipſis manifeſtæ;

feſtæ;

feſtæ, & euidenter notæ. Clarè enim, & manifeſtè videbant, & ſciebant quando Capitulum celebrabatur, quod admittebantur vt legitimi ſuffragatores Socij Conuentuum, qui ſolum ab habentibus viginti annos in profeſſione erant electi, & aliqui de nouo adiuncti, & quod erat ſufficiens numerus ſcrutatorum, ac tandem, quod Priores Conuentuum eligebantur in Diffinitorio ipſius Capituli, non in ipſis Conuentibus, quæ ſunt cauſæ propter quas contendebant de nullitate Capituli, & electionum. Ex hoc autem manifeſtè infertur eos non potuiſſe admitti, vt oppoſitores, ſeu impugnatores illius, propter dicta ſup. *dub. 1. n. 7. ex c. nulli licere, de elect. in 6.* & ex decreto Reuerendiſſ. Generalis Stratij ibi relato.

19 Similiter quartò expelli debuerunt à tali munere oppoſitorum, ſeu impugnatorum Capituli per modum appellationis, cum conſtet non ſolum poſt decem dies, aut vnum menſem à celebratione Capituli, ſed poſt ſex, & amplius menſes, eam appellationem feciſſe. Ex hoc enim conſtat repellendos neceſſariò fuiſſe, cum ex *cap. concertationi, de appellat.* ſupra *dub. 1. num.* 8. relato manifeſtè habeatur ſolùm intra decem dies admitti poſſe appellationem ab electione, Et ex *cap. ſtatuimus, de elect. in 6. & cap. cupientes, eodem tit.* id extendatur ad vnum menſem. Nec illis ſuffragari potuit, quod dicerent ſe non fuiſſe appellantes, ſed merè ad Sedem Apoſtolicam recurrentes. Oppoſitum enim conſtat tum ex Memorialibus ab ipſis porrectis, tum ex reſponſione ad Decretum Illuſtriſſimi Hiſpaniarum Nuncij, nunc Eminentiſſ. D. Cardinalis Panzirolæ, vbi ſæpius ſe appellantes ad Sedem Apoſtolicam vocant.

20 Quintò etiam, repelli debuerunt à dicto munere ob non ſeruatam formam præſcriptam in *cap. vt circa, de elect. in* 6. quam retulimus *ſupr. dub. 1. num.* 9. Conſtat enim ex prædictis Memorialibus, & aliis ſcriptis, in quibus ſuam oppoſitionem manifeſtarunt, non ſeruaſſe dictam formam, nec id feciſſe inſtrumento publico coram authenticis perſonis, nec ſub iuramento eo loco præſcripto.

21 Idem dico propter defectum ſextæ conditionis pro oppoſitoribus contra electionem requiſitæ, de qua *ſupr. dub. 1. num.* 10. *ex cap. is qui contra, de elect. in* 6. Conſtat enim prædictos Patres oppoſitores variaſſe in oppoſitione cauſarum contra validitatem Capituli, & electionum ipſius. Siquidem in ſcripto oblato Matriti die 4. Decembris 1642. Prouinciali dictæ Prouinciæ Caſtellæ ſolùm obiecerunt quod Socij Priorum non fuerunt legitimi, eo quod electi non fuerint niſi ſolùm ab habentibus 20. annos in profeſſione. In Memoriali autem poſtea ab ipſis porrecto Reuerendiſſimo Patri Generali Ordinis quando Romam venerunt, non ſolum prædictam cauſam nullitatis, ſed plures etiam alias obiecerunt.

In Memoriali verò poſtea Eminentiſſimo D. Cardinali Protectori oblato vlteriùs addiderunt aliam cauſam nullitatis Capituli, & electionum ipſius, videlicet quod pro illis fuerint adiuncti aliqui ſuffragatores, qui de iure tales non erant. Ac demum, poſtea poſt duos circiter menſes opponere cœperunt, defeciſſe tres ſcrutatores in dicto Capitulo, & ipſius electionibus. Ex quo manifeſtè elicitur, ipſos varios in opponendo extitiſſe, ac propterea repelli debuiſſe: tum ex dicto *cap. is qui contra*, tum ex communi dicterio de teſte, ſcilicet *teſtis varius, teſtis falſus*. Quod etiam oppoſitori, ſeu impugnatori electionis applicari poteſt.

22 Repelli etiam debuerunt prædicti Patres oppoſitores, iuxta dicta ſupra *dub. 1. num.* 12. à munere impugnatorum, propterea quod cum ante confirmationem Capituli à Generali per litteras poſtulaſſent ne illud confirmaret, ipſeque Generalis rem maturè diſcuſſiſſet, cauſaſque, propter quas confirmationem negandam eſſe dicebant, conſideraſſet, nihilominus ipſum confirmauit litteris datis eodem anno 1642. die 15. menſis Nouembris. Ex quibus omnibus liquidò patet præfatos PP. legitimos oppoſitores non fuiſſe in cauſa præſenti.

Dvbivm Tertivm.

An in caſu quo prædicti Patres legitimi oppoſitores Capituli eſſent potuiſſet decidi cauſa non citata, vel audita parte Capituli.

Reſpondeo id nullo modo fieri poſſe. Primò ex *cap. 1. de cauſa poſſeſ.* vbi Gregorius Papa dicit, *nec Nos contra inauditam partem aliquid poſſumus definire.* Vbi verbum (*poteſt*) negatione præpoſita, importat neceſſitatem, vt ibi Panorm. *num.* 4. & Iaſon *l. Gallus, ff. de liber. & poſthum. num.* 17. Gloſſa *cap. 1. de reg. Iuris in 6. verſic. non poteſt*. De quo DD. *in d. cap.* 1. ſpecialiter Ioan. Andr. Innocent. Imola, Hoſtienſis, & Ancharanus. Secundò, ex *cap. 1. de feudis ſine culp. non amit.* vbi dicitur, *non debet quis priuari feudo etiam per Principem, antequam de culpa ſit conuictus.* Et Clement. *paſtoralis, de ſentent. & re iud. verſic. nec prædicta ſuppletio*, vbi dicitur, *Imperatorem non poſſe ſupplere citationem, quia eſt de iure naturali, & 2. quæſt. 1. c. Deus*, vbi dicitur, *Deum noluiſſe punire peccata Sodomorum, niſi deſcenderet, & videret, nec Adam, niſi prius eo vocato, & eius defenſione audita*, Et *c. caueant, & c. omnia 3. q. 9.* vbi habetur, *ſententiã abſque citatione nullam eſſe*. Tertiò ratione, quia citatio partis, vt ſe defendat, eſt radix, & initium omnium litium. *Inſt. de pæn. tem. litig. §. finali, & p. 3. tit. 7. inſtit.* Ergo velle ſententiã ferre contra partem inauditam, eſt fundamentũ totius proceſſus iudicialis euertere. 23

Quartò, quia citare partem vt ſe defendat, eſt de iure naturæ, quod dictat, vniquique locum ſe tuendi concedendum eſſe. Item ius naturæ dictat, ante ſententiam eſſe plenè, & perfectè cognoſcendam culpam, quod effici non poteſt, niſi pars citetur, & audiatur, an aliquid habeat quo à culpa purgetur. Sed Princeps immutare nequit ius naturæ, ergo non poteſt contra inauditam partem procedere. Hanc proindè concluſionem tenet Gloſſa *Extrauag. 1. de dolo, & contum. verbo Non obſtantibus*, vbi dicit, *partis citationem eſſe de iure naturæ, contra quam nullus Princeps procedere poteſt.* Panorm. *cap. 1. de cauſa poſſeſſ. n. 4. & 5.* vbi hæc dicit: *Etiam Princeps, non poteſt ſupplere defectum citationis, nec valet ſententia per Principem ſine citatione lata, quia eſt contra ius naturæ non citare partem, & citatione præcedente, & cauſæ cognitione præſumendum eſt pro Principe, & non aliter.* Hæc Panormit. Qui & refert Cardinal. Et idem Panormit. *cap. inter quatuor, de maior. & obedient. n.* 1. vbi loquit: *De abſoluta poteſtate poteſt Princeps procedere abſque citatione in iis, quæ ſunt in poteſtate ipſius Principis, ſecus in quibus non habet plenam diſpoſitionem, quia tollere citationem eſt tollere defenſionem, quæ eſt de iure naturæ.* Et Iaſon *dicta l. Gallus, n.* 18 vbi dicit: *Nec Papam poſſe de plenitudine poteſtatis omittere citationem, quia eſt contra ius naturæ.* Vbi Angel. *l. ſi accuſatorib. C. de accuſat.* & Gloſſa *l. fin. C. de legib. verſ. quominus*, & ibi Bald. *n. 1. & l. cum Fratrem, C. de iis quibus vt indig.* Cou. *quæſt. practic. c. 23. n. 6.* Rebuff. *repetition. c. 1. de poſſeſſ. verſic. ſextò nota.* Pinellus plures referens, *C. de reſcind. vendit. 11. p. rubrica, c. 2. n. 21.* Alexand. *conſ. 5. volum. 2. n.* 2. Oldradus, Maranta, Aretinus, Felinus, & alij Iuriſtæ.

Quibus

Quibus iunge ex Theologis Soium *l.5.de iuſt.q.3. art.3.ad 1.verſ.at verò vtrum*, vbi inquit, *ſi Princeps citra iudicij formam, & ordinem aliquid imperet, nefas eſt, nec parendum eſt illi, quia Princeps tenetur ordine iudiciario procedere.* Caiet. *verb.Homicidium*, Mitend. *de ordine iudic.q.14.* & alios.

24 Specieliter in materie electionis, quod ea non poſſit caſſari niſi citatis, & auditis electis, habetur ex *c.vlt. de elect. in 6.* vbi Doctores communiter. Viuianus *de Iurepatron. lib.9.c.1.n.24.* maximè Rote in vne Ilerdenſi *electionis Abbatiſſæ*, coram D. Rojas, e. Iunij 1636. ex Caualer. *deciſ.376.n.1.* De quo etiam Rotæ deciſio *in recent. deciſ.139.n.7.p.7.* & Portel. *in Reſp. p.e caſ.4.n.3.* Ad minus id eſt clariſſimum quando electio eſt in conformitate facta, confirmata, & in poſſeſſione poſite, ac reclamantibus electis, prout erat in præſenti.

25 Nec obſtet Panorm. *c.cum olim, de ſent. & re iud. num.eo. & c.cauſam, de reſcript.n.3.* Rebuff. *vbi ſupr.* Felin. *dicto c.cum olim,n.1.* Marani. *de Ordin. iudic.6. part. verbo Citatio, n.3.* & quidam alij, quos retuli, & ex parte ſecutus ſum *tom.2. Summ. verbo Index, & iudicium Regular. n.17.* dixiſſe, poſſe eliquando Iudicem contra pertem non citetam, nec euditam procedete. Nam, vt ipſos legenti conſtebit, loquuntur in caſu, quo crimen eſt notorium, & liquidò, ac certò conſtat nullam deſenſiunem eſſe reo, quod non procedit in propoſito, vt euidenter conſtebit euacuando ea, quæ Patres oppoſitores Capituli objiciebent.

26 Quarè audiri non meruerunt aliqui inſinuantes potuiſſe Eminentiſſimum D. Cardinalem Protectorem huius cauſæ Iudicem, vel etiam Reuerendiſſimum Generelem, electiones in dicto Capitulo fectes extreiudicialiter, & ſine ſtrepitu iudicij, non euditis electis irritare, & caſſare. Id enim contra ius neturale, diuinum, & humanum eſſet.

Cum enim teles electiones non ſolùm in concordia factæ fuiſſent, ſed etiam à Superiori confirmetæ eſſent, & per confirmationem adquiſiuerint electi ius in officiis ad quæ fuerunt electi, & in ipſorum poſſeſſione per multos menſes fuerint, & contradicerent tali cauſæ diſcuſſioni, ipſis non citetis, aut non auditis, proculdubio nihil potuit in cauſæ deciſione agi ſine ipſorum citatione, *c.noſtri, & c.qualiter, de elect. & cap. dudum, de preb. cap. fin. de elect. lib.6.* Petrus Gregorius *in partit. Iuris, c.non tract. de elect. num.4.* Portellus *ſuprà.*

Dvbivm IV.

Quod mandatum, vel procuratio requirebatur, vt aliquis eſſet legitimus procurator Romæ pro Capituli defenſione.

27 SVppono, cauſas electionis agiteri poſſe per procuretores tam pertis impugnantis quàm defendentis. Ita enim habetur ex *c.1.de elect.in 6.* vbi etiam termious illis præfigitur ed proſequendam appellationem. Doctores communiter ibi, Laymen. *ſup.q.117. & q.118.*

28 Quo poſito ad dubium propoſitum reſpondeo, procurationē, ſeu mandatum, quod requirebatur, vt aliquis eſſet legitimus procuretor Romæ pro dicti Cepituli defenſione, debere fierii eb omnibus electis in ipſo ad aliquod officium, videlicet Prouinciali, quatuor Diffinitoribus, Prioribus, &c. vel ſaltem eb iis, qui repræſentent totam Prouinciam, ſcilicet Diffinitorio ipſius, quod conflatur ea Prouinciali, quatuor Diffinitoribus, & Socio, ſeu Secretario.

Ratio primæ partis eſt, quia procurator legitimus eſt ille, qui à parte principali intereſſe habente accepit mandatum. Etenim iuxta Vlpianum *in l.1 ff de procur.* procuretor eſt, *qui aliena negotia mandato Domini adminiſtr.* Et infra. *Qui rebus ſuis ipſi ſupereſſe, vel nolunt, vel non poſſunt, per alios poſſunt, vel agere vel conveniri.* Certum autem eſt principalem partem intereſſe habentem in dicto Cepitulo fuiſſe electos in illo ad aliquod officium. Ergo. Confirmetur ea Regula illa 29. inter Regulas iuris, quæ ſumitur ea *l.1 & vlt. C.de auth.præſt. & ex l.per fundum 11.ff.de ſeruit.ruſtic. præd.* videlicet: *Quod omnes tangit debet ab omnibus approbari.* Conſtat autem negotium illius Capituli taogere omnes illos, qui in eo electi fuerunt ad aliquod officium in Religione, ac proinde procuratorem legitimum in hac cauſa illum fuiſſe, qui eb illis habuiſſet mandatum, ſeu procurationem. 29

Ratio etiam ſecundæ eſt, quod idem, quod fit à principali, fieri etiem poteſt ab eo, qui ipſum repræſentat, vt patet in Vicario, Delegato, Commiſſario, Procuratore, &c. Cum autem Diffinitorium repræſentet totam Prouinciam, vt colligitur ea noſtris Conſtitutionibus *part.4. c.19. n.1.2. 11.13. & 14.ac c.eo.* præſertim *n.3.* ideo habens procurationem, ſeu mandatum à dicto Diffinitorio cenſeri debuit habere illud à tota Prouincia, ac per conſequens eb Officielibus in dicto Capitulo electis. 30

Videtur autem neceſſarium fuiſſe in tali caſu, quod omnes Gremieles Diffinitorij, Prouincialis ſcilicet, & Diffinitores, conuenirent in deſignatione procuratoris, nec ſufficere quod maior pars ipſorum id faceret. Ratio eſt, quia licèt ad ſtatuendum ea, quæ pertinent ad omnes vt vniuerſos, vel in communi, ſufficiat conſenſus maioris partis, *c.cum in cunctis, de iis quæ fiunt à maiori parte Capituli, & c.auditis, de elect.* nihilominus ad ſtatuendum ea, quæ ſpectant ad omnes vt ſingulos, ſeu in particulari, quale eſt in hoc caſu conſtitutio procuratoris; ſiquidem omnes de Gremio Diffinitorij ſunt electi in tali Capitulo, requiritur conſenſus ſingulorum, ita vt in his habeet verum Regula iuris *in 6.* adducta, *Quod omnes tangit debet ab omnibus approbari, cap.cum omnes, de conſtit. l.per fundum, ff de ſeruit. ruſtic.* Gloſſa *in d.cap. cum omnes, verbo Conſtitutum.* Angelus Sylueſter, & alij Summiſtæ *verbo Capitulum*, & DD communiter, quos refert Barb. *in d.c.cum omnes, & ſuper d. Regul. quod omnes tangit.* 31

Imò etiam videtur neceſſarium fuiſſe ad deſignationem talis procuretoris, quod fieret à dicto Diffinitorio per modum Diffinitorij, congregato ſcilicet ad ſonitum campanellæ loco, & aliis circumſtantiis, quæ ſecundùm conſuetudinem Religionis obſeruantur ad actiones Diffinitoriales. Hoc enim commune eſt omnibus, quæ fiunt à Collegio, Capitulo, Diffinitorio, &c. vt tenbus. Vbi enim actus expediendus eſt de conſenſu alicuius Collegij, ſeu Communitatis, non ſufficit illos de Collegio ſeparatim conſentire, ſed neceſſariò requiritur vt in vnum congregeti collegialiter conſentiant, aliàs actus eſt nullus, *c. in Gen. de elect. & l.1.C.de decem lib.10.* Panormitan. *c.cum Eccleſ.* *n.14. de cauſ. poſſeſ. c.Eccleſ.1. n.e. de ſacrileg. c.quia propter, n.1 e.de elect & c.cum omnes, n.5.de conſtit.* vbi letè Felin. *n.24.* Gonzel *ſup.reg.8. cancell.gloſſ.47.n.64.* Sigiſmund.de Bononia *de elect.dub.111. n.3.* ea Rotæ deciſione, & aliis authoribus. Quod etiam ea eiſdem fundamentis ſequitur Tambur. *de iure Abbat. tom.3. diſp.1.q.3.n.7.* 32

Illud certiùs, procuretorem taliter conſtitutum potuiſſe renuere acceptare talem procurationem, & illam recuſare. Ratio eſt, quia mandatum eſt contractus à mandatore, & mandatario ſponte initus, & nemo inuitus cogitur ad procurandum pro alio, 33

l.1.

l.1 ff.mandat.l.inuitus, C. de Procurator. Azor. *tom.3. Inſtit.moral. lib.9 c.5* Bonacina *de Contractibus diſp.1. q.2 punct.6 n.11.*Layman.*lib.3.sect.5.tract.4.c.26.n.9.* Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc. allegat.79.n.35.* poſt alios, quos refert. Credo nihilominus, quod ſi talis procurator eſſet eiuſdem Religionis, poſſet cogi à Superiori ipſius ad acceptandum tale mandatum, eo quòd iuxta dicta *tom.1. c.4.* ex vi voti obedientiæ obligatur Religioſus ad obediendum in rebus licitis, & honeſtis, & quæ concernunt Regulam, quale eſt hoc, vt munus Procuratoris gereret pro defenſione Capituli ſuæ Religionis.

34 Credo etiam Procuratorem Generalem noſtri Ordinis potuiſſe ſuſcipere talis cauſæ defenſionem, tum ex vi ſui muneris, quod eſt defendere Religionem, tum propter priuilegium Bonifacij Noni pro prædicatoribus, quod retuli *tom.4.verbo Procuratores Religionum,n.4.* in quo Procuratoribus Generalibus conceditur facultas aſſumendi quaſcunque cauſas Ordinis, etiam in iis, in quibus requiritur ſpeciale mandatum, perinde ac ſi ab iis, ad quos intereſt, data eſſet omnimoda poteſtas. Idque ſupponitur à Rota in vna Theatina *Iuriſdictionis*, coram D.Coccino an.1614. vbi habetur, Procuratores Generales Religionum communicantium in priuilegiis cum Dominicanis poſſe vti conceſſione Bonifacij IX. relata. Oporteret tamen rectè inſtructum eſſe in cauſa ipſa, aliàs non poſſet nec licitè, nec validè eam aſſumere.

Dvbivm V.

An prædictum Capitulum, & eius electiones annullari deberent eo quòd ſocij Conuentuum, qui in eis vocem habuerunt, non fuiſſent electi ab omnibus in Sacris conſtitutis.

35 SVppono ex dictis *tom.1.c.15.n.4.* ad electiones, quæ fiunt inter Regulares, admitti vt electores Clericos omnes in Sacris conſtitutos, prout ex *c.ex eo, de elect. in 6.* & Clement. *Vt ij, de ætat. & qualit.* ac Concilio Tridentino *ſeſſ.22. c.4.* dixi eo loco. Id etiam videtur eſſe de iure communi Religionis. Nam *part.4 c.24.n.1.* dicitur excludendos eſſe ab electionibus profeſſos, qui in Sacris non exiſtunt. Ex quo denotatur, quod omnes in Sacris exiſtentes admitti debeant.

36 Nihilominus dicendum, propter ius particulare illius Prouinciæ, non potuiſſe, nec debuiſſe ad electionem Sociorum Priorum iturorum ad Capitulum Prouinciale admitti omnes in Sacris conſtitutos, ſed ſolùm illos, qui viginti annos in profeſſione habebant, ac proinde non propterea Capitulum Prouinciale prædictum, aut electiones in ipſo factas impugnari poſſe.

37 Et primò, antequam id probetur, nullatenus audiendos fuiſſe prædictos Patres oppoſitores in hoc, non ſolùm liquidò habetur ex dictis toto dubio primo, & ſecundo; ſed ſpecialiter ex eo quod in actis prædicti Capituli in authentica forma ad Generalem Romam tranſmiſſis, §. *Tunc Reuerendus Pater,* ſic habetur: *Et ſtatim rationem poſuit* (ſcilicet Præſidens) *cum ſociis Conuentuum, & ipſi litteras, in quibus ſtatus eorum, & honorum eorundem continebantur, exhibuerunt, quibus iam examinatis interrogauit: An quis eſſet qui impedimento aliquo Canonico, voce actiua, aut paſſiua eſſet priuatus, & nemine reclamante omnes habiles inuenti ſunt, & vt tales reputati à R.P. Præſide.* Nullo ergo iure dicti Patres oppoſitores dicere potuerunt præfatos Socios Priorum illegitimos ſuffragatores fuiſſe, ſiquidem expreſsè, vel tacitè ipſi qui erant Gremiales Capituli, eos in eodem Capitulo, *nemine reclamante*, habiles inuenerunt. Procedunt enim contra illos adducta ſuprà dubio primo, & ſecundo, & præſertim Regulæ illæ iuris: *Quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt*, & illa, *Mutare conſilium quis non poteſt in alterius detrimentum*, ac illa: *Nullus poteſt venire contra factum ſuum.*

Deinde planè conuincitur quod hic modus eligendi ſocios debuerit omninò obſeruari in Prouincia Caſtellæ. Cum enim prius diuiſa eſſet in duas Prouincias, quarum vna Caſtellæ nouæ, & altera Caſtellæ veteris vocabatur, vnitæ fuerunt authoritate Pontificia, Regia, & ordinaria Generalis in vnam Prouinciam Caſtellæ cum certis pactis, & conditionibus, quarum vna fuit *n.13.* quod ſolùm haberent vocem in electione Sociorum Priorum iturorum ad Capitulum Prouinciale illi, qui habuiſſent viginti annos in profeſſione, & quod ſi alio modo fieret talis electio, eſſet irrita, & omnino nulla ipſo facto. Hæc autem conditio habebat robur, & firmitatem. Primò, quia facta eſt à Commiſſariis vtriuſque Prouinciæ nomine Religioſorum ipſius, qui proinde ceſſerunt iuri ſuo, ſi quod habebant, ad oppoſitum. Secundò, quia facta eſt authoritate ordinaria Generalis, qui iuxta conſtitutiones Ordinis *part.2.c.1.n.9.& 11.* non ſolùm habet facultatem diſpenſandi in conſtitutionibus Ordinis ex legitima cauſa; ſed etiam (quod eſt maximè notandum) habet totam authoritatem, quam habet Capitulum Generale, præterquam in tribus caſibus, in quibus non includitur iſte. Conſtat autem euidenter, potuiſſe Capitulum Generale facere prædictam conditionem pro bono regimine Religionis. Tertiò, & præcipuè, ex eo quod prædicta conditio facta fuit ex vi Breuis S.D.N. Vrbani 30. Auguſti 1636. in quo conceditur authoritas dicto Theodoro Generali eligendi aliquem Religioſum in Vicarium generalem cum authoritate Prouincialis vtriuſque prædictæ Prouinciæ abſoluendi à ſuis Prouincialatus Officiis, ſi illa ſponte renunciare *recuſauerint*, *dictaſque duas Prouincias in vnam Caſtellæ Prouinciam vnire cum illis pactis, & conditionibus, in quibus Fratres vnius, & alterius Prouinciæ Caſtellæ conuenerint.* Et poſtea in fine additur: *Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictique Ordinis, &c. ſtatutis, & conſtitutionibus, &c.*

Quartò, quia huiuſmodi conditio cum aliis recepta, & approbata fuit à Gremialibus vtriuſque Prouinciæ Congregatis in Capitulo Prouinciali Matriti celebrato 17. Octobris 1638. inſtrumento etiam facto coram Illuſtriſſimo Domino Nuncio Hiſpaniarum tunc temporis Domino Campeggio, & eius Notariis. Gremiales autem Prouinciæ omnes Fratres ipſius repræſentant, ac per conſequens potuerunt recipere, & approbare prædictam conditionem cum aliis.

Denique quintò, quia Magiſter Michael Nauarrus eo tempore Prouincialis curare debebat, prædictam conditionem ſimul cum aliis ſeruari ex vi iuramenti præſtiti in Capitulo Prouinciali Matritenſi an.1638. in quo fuerat electus. Vt enim conſtat ex Actis authenticis eiuſdem capituli, §. *Deinde*, poſt ſuam in Prouincialem electionem genuflexus in conſpectu omnium Capitularium fecit iuramentum iuxta formam præſcriptam in pactis, & conditionibus vnionis ſeruandi inuiolabiliter in vtroque foro prædicta pacta, & conditiones, inter quas erat iſta. 38

Etſi autem confirmatione à Generali non egeret, 39
vtporè quia facta fuit authoritate Apoſtolica Papæ, authoritate etiam ordinaria Generalis, authoritate inſuper Vicarij Apoſtolici, & Generalis, conſentientibus, & approbantibus Gremialibus vtriuſque Prouinciæ, qui illam totam repræſentant, vt præmiſſum eſt; nihilominus ab eodem Generali confirmata fuit Litteris patentibus datis 8. Ianuarij 1639. Conſtat

enim

enim ex Actis authenticis capituli intermedij eiuſdem prouinciæ celebrati in conuentu Vallisoletano ſi 28. Aprilis 1340. §. *Deinde*, Prouincialem exhibuiſſe Diffinitorio litteras eiuſdem Generalis continentes confirmationem vnionis inter vtramque Caſtellam, & confirmationem legum, & conditionum ſub quibus facta fuit vnio. Cui conſonant epiſtolæ eiuſdem Generalis ad Prouincialem eiuſdem Prouinciæ, & ad Magiſtrum Orbeam Præſidem capituli, de quo eſt controuerſia, & ipſorum ad Generalem, quæ partim apud illos, partim in regiſtris litterarum pro Hiſpania cernuntur; ex quibus habetur hanc conditionem confirmatam fuiſſe cum cæteris à prædicto Reuerendiſſimo, ſimulque voluiſſe, vt ea executioni mandaretur. Idem etiam corroborat, quod huiuſmodi etiam conditio innouata fuit in Capitulo Prouinciali, de quo eſt controuerſia, §. *tertia conditio*: quod nullatenus fieret, ſi ea à præfato Generali reprobata fuiſſet, vel non confirmata. Imò cum innouatio dictæ conditionis facta ſit annuentibus, conſentientibus, & ſubſcribentibus dictis PP. oppoſitoribus, vt patet ex Actis dicti capituli, ideo nullatenus audiri poterant contra ipſam, propter dicta *ſuprà dub.* 1. *&* 2.

40 Nec obſtat quod objiciebant Patres oppoſitores contra præfatam, & alias conditiones vnionis, eſſe videlicet contra præfatum Breue Sanctiſſimi, eo quòd in ipſo Papa concedat facultatem Vicario Generali à Generali deputato vniendi dictas Prouincias, & conuocandi ad Capitulum Prouinciale *pro noui Prouincialis electione, aliiſque omnibus, & ſingulis faciendis, quæ in Capitulis Prouincialibus dicti Ordinis iuxta illius Conſtitutiones Apoſtolica auctoritate confirmatas fieri ſolent.*

Ex eo inferentes hanc conditionem inualidam eſſe, eo quòd contraria ſit conſtitutionibus Ordinis. Sed futilem fuiſſe hanc obiectionem conſtat primò, quia vt manifeſtè liquet ex ipſo Breui, ibi ſolùm loquitur Pontifex de Capitulo Prouinciali celebrato anno 1638. in quo completa fuit vnio Prouinciarum, non de capitulo celebrato ann. 1642. de quo modò eſt controuerſia. Secundò, quia ibi nihil præcipit, aut diſponit, ſed ſolùm refert quæ fieri ſolent in capitulis Prouincialibus, nec in verbis adductis dicitur *fieri debent*, ſed *fieri ſolent*. Vnde argumentum ex prædicto Breui SS. ſumptum nullius momenti eſſe comprobatur.

41 Nec etiam obſtant adducta in principio huius dubij ex iure communi, & conſtitutionibus noſtræ Religionis; non ſolùm, quia ibi, maximè in iuribus relatis ex iure communi, ſolùm videtur permitti, aut concedi, quod omnes Clerici adſint electionibus, non verò præcipi; ſed etiam, & præcipuè, ex eo quòd, vt patet ex Breui Sanctiſſimi adducto ſuprà *n.* 38. idem Sanctiſſimus concedit facultatem reuniendi dictas Prouincias in vnam, cum illis pactis, & conditionibus, *in quibus Fratres vnius, & alterius Prouinciæ conuenerint*: addendo in fine, *non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictique Ordinis ſtatutis, & conſuetudinibus.* Per hæc enim ſatis denotatur ex vi authoritatis à Papa conceſſæ potuiſſe dictos Religioſos ſtatuere hanc conditionem pro vnione Prouinciarum, non obſtantibus iure communi, aut conſtitutionibus Ordinis.

Dvbivm VI.

An prædictum Capitulum, & eius electiones inualida fuerint propter vota quædam in illa adiuncta.

42 Extollunt præterea Patres oppoſitores obiectionem aliam contra validitatem capituli, videlicet, quod vt conſtat ex Actis ipſius, in eo numerantur quinquaginta Gremiales; cum tamen, iuxta ipſorum computationem, tot nequiuerint eſſe. Vnde dicebant ſuppletum fuiſſe numerum aliquorum abſentium contra Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *c.* 6. *de Regul.* ac per conſequens electiones inualidas fuiſſe, & ſuffragatores adiunctos inhabiles poſtea ad omnia officia Ordinis. Dicit enim Concilium: *Nec in poſterum liceat Prouinciales, aut Abbates, Priores, aut alios quoſcunque titulares ad effectum electionis faciendæ conſtituere, aut voces, & ſuffragia abſentium ſupplere. Si verò contra huius decreti Conſtitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita ſit; & is, qui ad hunc effectum ſe in Prouincialem, Abbatem, aut Priorem creari permiſerit, deinceps ad omnia officia in Religione obtinenda inhabilis exiſtat, facultateſque ſuper his conceſſæ eo ipſo abrogatæ cenſeantur, & ſi in poſterum aliæ concedantur, tanquam ſubreptitiæ habeantur.*

43 Hanc tamen obiectionem nullius momenti eſſe liquidò ſuadetur. Et primò quidem, cum nihil conſtaret de eo, quod opponebatur, nec per teſtes idoneos, inſtrumenta authentica, aut proceſſum formatum, proculdubiò Patribus oppoſitoribus credendum non erat. Sed ſi circa id fuiſſet aliquod dubium, citanda, & audienda eſſet pars Capituli, prout iuris eſt, iuxta dicta ſuprà *dub.* 3. Interim tamen ſecundò, audiri non debuiſſe præfatos Patres conuincitur, tum propter ſuperiùs dicta *dub* 2. tum ſpecialiter, quia ipſimet perſonaliter aſſiſtentes electioni Prouincialis, in qua vocem habuerunt prædicti quinquaginta ſuffragatores, eam vt legitimam, & canonicam (idem dico de electione Diffinitorum) acceptarunt, & approbarunt.

Vt enim conſtat ex verbis dictorum Actorum authenticorum capituli, §. *iam ergo*, facta electione Prouincialis, *acceptatur* electio à R. P. *Præſide, nemine reclamante, & vt canonica eſt habita.* Subditur poſtea, *& eandem ſolitam obedientiam nouo Prouinciali electo omnes Gremiales exhibent.* Quam etiam exhibuerunt per ſex menſes poſt capitulum celebratum. Et ſanè tertiò, cum iuxta iura, & antiquam Ordinis conſuetudinem, prout colligitur ex Formula celebrandi capitula Prouincialia §. 21. *&* 26 quam retuli ſuprà *n.* 7. finito Scrutinio pro electione Prouincialis, & Diffinitorum, Præſidens capituli ter interroget Gremiales, an habeant illam electionem vt legitimam, & prædicti Patres, qui Gremiales etiam erant, nihil dixerint, quin potiùs prædictas electiones acceptauerint, & approbauerint, proculdubio ſignum euidens eſt, nullum illegitimum ſuffragatorem ad præfatas electiones admiſſum fuiſſe.

44 Ad maiorem etiam abundantiam, & tollendum omnem ſcrupulum, dico potuiſſe Patres illius capituli ex vi vnius conditionis præfatæ vnionis *n.* 9. (quæ erat quod, vt in Capitulis Prouincialibus eſſent ſemper paria vota vtriuſque Prouinciæ vnitæ, ſcilicet, Caſtellæ nouæ, & veteris, poſſent Patres illius partis Prouinciæ, quæ habebat minora vota eligere ſibi tot ſuffragatores, quot eſſent neceſſarij ad adæquandum vota, ſeu ſuffragatores alterius partis) eligere, ſeu creare aliquot ſuffragatores.

Quod fecerunt vtentes iure præfatæ conſtitutionis factæ authoritate Apoſtolica Papæ, ordinaria Generalis, & delegata Vicarij Generalis Apoſtolici, conſentientibus non ſolùm Commiſſarijs vtriuſque Prouinciæ, ſed etiam Gremialibus illius totam Prouinciam repræſentantibus, vt dictum eſt ſuprà *dub.5.n.38.* Hoc autem licitum eſſe conſtat ex declaratione quadam Sacræ Congregationis, quæ habetur ſimul cum aliis in Codice antiquo in Bibliotheca Tranſpontinæ de Vrbe reſeruato, vbi ſic: *Cum Fratres Sancti Auguſtini poſtulaſſent declarari an inſtitutio vocum, quæ non fit per creationem nouorum titularium, neque per ſupplementum vocum abſentium, ſed per habilitationem eorum, qui cum non eſſent vocales efficientur vocales, ſit contra Concilium. Congregatio inclinauit non eſſe contra Concilium.*

45 Quod ergo dicebant huiuſmodi adiunctionem votorum eſſe ſuppletionem votorum abſentium, ſine ratione dicebant, cum pariter dicere poſſent factam fuiſſe ad ſupplenda vota eorum, qui è vita diſceſſerant. Non enim talis electio, ſeu inſtitutio illorum ſuffragatorum fuit ad ſupplendum vota abſentium (quod prohibet Concilium, & non ignorabant docti illi Patres Capitulares) nec ad ſupplendum vota defunctorum, ſed præcisè ſolùm, & formaliter ad adæquandum vota vnius partis Prouinciæ cum votis alterius, prout poterant, & debebant facere, ex vi præfatæ conditionis.

46 Nec obſtat ſi dicatur hanc conditionem non fuiſſe confirmatam à Generali Stratio, quin potius fuiſſe ab eo reprobatam, quia videbatur contraria Concilio Tridentino. Reſpondeo enim non conſtaſſe de tali non confirmatione, ſeu reprobatione; & dato quod de illa conſtaſſet, adhuc executioni mandari potuiſſet. Tum quia cum illa facta fuerit ex vi Breuis Sanctiſſimi, de quo ſupra, authoritate etiam Generalis, & Vicarij Generalis ab ipſo inſtituti, ac acceptata, & recepta à toto Gremio Capituli, non videbatur neceſſaria confirmatio Generalis, cum nullo iure id probetur; & dato quod ab ipſo reprobata fuiſſet, ſolùm cenſeri debebat reprobata quatenus contraria præſumebatur eſſe Concilio Tridentino, videlicet ſi per illam intenderetur ſupplere voces abſentium, non alio modo. Quare, cum prædicta votorum adiunctio facta non fuerit ad ſupplendas voces abſentium, ceſſaret præſumptio Generalis reprobantis illam, ac per conſequens executioni mandari poſſet. Vt enim dixi 4. *tom verbo Leges Regularium, n.61.* quando lex fundatur in præſumptione alicuius facti, vel defectus, ſeu delicti, ſi præſumptio ceſſat, eo quod de contraria veritate conſtat, ceſſat etiam obligatio legis.

47 Addendum ad maiorem etiam abundantiam, quod caſo dato, & non conceſſo, quòd Patres illi capitulares ſuppleuerint votum alicuius abſentis, cum id non fecerint propria authoritate, ſed legitimè, & ex vi præfatæ conditionis, authoritate Pontificia, ordinaria, & delegata, vt præmiſſum eſt, nihil omnino contra mentem Concilij feciſſent. Concilij enim intentio, dum negat vota abſentium ſuppleri poſſe, ſolùm eſt, ne id fiat illegitimè, & authoritate ſolius Præſidentis Capituli, prout habent Rodrig. *tom.2. qq.Regul.q.51. art.6.* Miranda *2.tom. Manual.Prælat. q.23. artic.7.* Iulius Laurtius *c.27. n.33.* Franciſcus Bordonus *Reſol. 26. n.6.* Theſaur. *in Praxi, part. 2. c.11. §. nota tertiò.* Referam autem Rodriguez, & Mirandæ verba, quos alij ſequuntur. Rodriguez ergo ſic habet: *Concilium enim ſolùm tollit conſuetudinem quandam antiquam, qua in aliquibus Religionibus Præſidentes in Capitulo vota abſentium propria authoritate ſupplebant, dicendo Hic loco talis Prouincialis ſubſtituatur, & hic loco alterius, ad effectum electionis faciendæ, quod in magnum Religionis vertebatur detrimentum, cùm hoc modo electiones non ſecundum Deum fieri contingeret.* Miranda verò ſic: *Mens ergo, atque intentio ſupradicti Concilij loco prææallegato tantum fuit tollere, ac penitus amouere deprauatam quandam antiquam conſuetudinem, quam habebant Superiores, & Præſidentes in Capitulis ad effectum ſuarum faciendarum electionum, abſentium vota ſupplendi, & votum, & vocem cui volebant tribuendi propria ſua authoritate, dicendo illi: Tu eſto Prouincialis talis Prouinciæ loco abſentis, nam ego te ſubſtituo, & ſic de aliis, &c. Quod quidem vergebat in magnam electionum fraudem, atque Religionum omnium detrimentum. Hoc itaque tantummodo fuit vetitum, atque prohibitum per ſupradictum Concil. Trident.*

Adde tamen, etiam ad maiorem abundantiam, prædictam adiunctionem votorum licitam, & legitimam fuiſſe. Quod probatur ex Reg. quadam à Doctoribus recepta ex *c.vnico, de deſponſat. impub in 6.* ſcilicet, quod *quando actus non valet eo modo quo fit, valet eo modo, quo valere poteſt.* Propterea enim ibi deciditur Matrimonium impuberum, quod ratione ætatis non valet, valere vt ſponſalia, quia hoc modo valere poteſt. Vbi Gloſſa *ibid.verſic. Matrimonium*, ait: *Si non valet vt ago, valet vt valere poteſt.* Et ita hanc Regulam vt certam ſupponit Sanchez *lib.6.in Decal. c.4.n.104. & 105.* ex aliis, & ex ea deduci *tom.1.c.5. n. 28.* profeſſionem nullam ex defectu facultatis in acceptante illam, vel propter ſeruitutem, aut ſimiles cauſas, ſaltem valere vt votum ſimplex. Quod ſi profeſſio ob defectum ætatis, aut anni Nouitiatus nulla, non valet, neque vt votum ſimplex, ideo eſt, quia Concilium Tridentinum ita diſpoſuit, iuxta dicta eo loco; ſi enim ita non diſpoſuiſſet, valeret vtique ex vi dictæ Regulæ. Ex ea autem ad propoſitum efficaciter ſic argumentari licet. Admiſſo, & non conceſſo illam adiunctionem votorum non valuiſſe præcisè vt talem, nec ex vi conditionis factæ in vnione Prouinciarum, nihilominus quia facta eſt à toto gremio Capituli, nemine reclamante, aut contradicente, proculdubio valere debuit propter Regulam adductam, in quantum valere potuit. Potuit autem valere in ratione inſtitutionis, ſeu creationis nouorum votorum: ergo valuit hoc modo. Potuiſſe autem valere dictam adiunctionem votorum in ratione creationis, ſeu inſtitutionis nouorum votorum, conſtat non ſolùm ex declaratione Sacræ Congregationis relata ſupra *n.44.* vbi id clarè habetur, ſed etiam, quia iuxta communem doctrinam, quam tradidi *tom.1. c.15.n.20.* omnes vnanimiter de Capitulo nemine diſcrepante poſſunt admittere extraneum ad eligendum cum eis; prout tenent Panormitanus *in c.ſcriptum, de elect. n.3. & in c.cum Vintonienſis, eod.num & tit.* Nauarrus *lib.5. Conſil.de Simonia, Conſil.9.* Paſſatellus *in Scholiis de elect. dub.6.* & Peirinis *tom.1. de ſubdit.quaeſ.1. c.31.§.8. concl.9.* Et ratio eſt, quia ſicut omnes vnanimiter de capitulo poſſunt totam poteſtatem eligendi in compromiſſarios transferre, iuxta dicta eo *c.15. n.11.* ex *c.Quia propter, de elect.* multò magis poterunt communicare aliis, vt cum eis colligant. Valuit ergo prædicta adiunctio votorum ſaltem iſto modo, ac per conſequens oppoſitio ex hoc capite petita nulla cenſeri debuit. 48

DVBIVM

Dvbivm VII.

An tale Capitulum, & electiones in ipſo facta annullari deberent ob non ſeruatam formam Capitis Quia propter, de elect. *maximè quoad numerum Scrutatorum.*

49 SVppono ex dictis *tom.1.cap.15.num.11. & tom.2. cap.12.num.25.* & præſertim *tom.3. verbo Electio inter Regulares, n.2.* in electionibus Prælatorum Regularium obſeruari debere formam præſcriptam *in cap. Quia propter, de elect.* videlicet de tribus Scrutatoribus aſſumendis pro ipſis, qui ſingulorum eligentium vota exquirerent, & poſtea publicarent, propter plures Sac. Rotæ deciſiones eo loco relatas, vbi etiam, & eodem 3 *tom. verbo Capitulum, num.4.* qualiter nullum Capitulum poſſit alterare, immutare, aut ſupplere dictam formam eo *cap. Quia propter*, deſignatam.

50 Ex quo magnum ſibi argumentum contra validitatem Capituli, de quo modò agitur, & electionum in ipſo factarum, deſumere videbantur Patres oppoſitores. Credebant enim tantùm in eo fuiſſe vnum Scrutatorem deſignatum, & non tres, eo quod in actis Capituli ipſius §. *Sabbato adueniente*, dicatur cum eſſet ſermo de electione Diffinitorum, *Et ſtatim ad ipſam proceditur per ſuffragia ſecreta, inſtituto tam ſcrutatore R. P. M. Ioanne de Erias ad ipſa ſuffragia regulanda.*

51 Hanc verò prætenſam nullitatem multa eneruant. Primum quidem, quia ibi non dieitur hunc tantum Serotatorem inſtitutum eſſe, ſed illum fuiſſe inſtitutum ad *ſuffragia regulanda*, quo denotatur inſtitutos eſſe alios duos Scrutatores ſimul cum ipſo, ſed huic ſoli commiſſum fuiſſe, vtpotè viro ætate, grauitate, & morum probitate claro, regulare ſuffragia, ideſt, vel ſcribere in chartula nomina eorum, qui eligebantur, vt poſtea conſtaret quinam haberet plura vota, vel extrahere vota ex vrna, numerare, & euoluere, quod vni ex Scrutatoribus committitur in formula celebrandi Capitula, de qua *ſupra num.7. §.19.* eſto alij Scrutatores cum ipſo vota ſuffragantium exquirerent, viderent, & in ſcriptis redacta publicarent, quæ ſunt duo munia Scrutatorum ex eodem *c. Quia propter.*

52 Redigere autem vota in ſcriptis, ſeu ſcribere nomina eorum, qui eliguntur, quod poteſt dici illa regulare, per vnum ex ſcrutatoribus fieri debet, vt aduertunt Abbas *in d. cap. Quia propter, num.9.* & Sigiſmundus de Bononia *ſupr. dub 21. n.16.* Non explicatur autem hoc in prædictis Actis Capituli, quia in ipſis non referuntur per extenſum, & ad longum geſta in ipſo, ſed ſolùm ſtrictè, ſummariè, & imperfectè. Conſtat enim ex ipſis, ea non eſſe perfecta, & completa, ſed manca, mutila, & imperfecta (in quo ſanè reprehenſione digni, qui in cauſa fuerunt quod ſic fierent.) Secundò, quia cum Patres illius Capituli in celebratione ipſius obſeruauerint formulam dictam celebrandi Capitulum Prouinciale à Generali Stratio illis traditam, procuidubio deſignarunt tres Scrutatores pro electionibus, quia ita præſcribitur in dicta formula, §.16.

53 Tertiò, quia cum electiones factæ in dicto Capitulo celebratæ fuiſſent de conſenſu omnium eligentium, nemine reclamante, contradicente, aut proteſtante in contrarium, quin potius cunctis verbo, & opere acceptantibus, & recipientibus electiones, & electos per ipſas, non ſolùm tempore Capituli, ſed multò etiam poſt illud, euidenter etiam denotatur non contigiſſe hunc errorem in electionibus ipſius, aliàs Patres aduerſarij, niſi cæci eſſent, reclamaſſent, vel monuiſſent Præſidem, ne committeretur tam grandis error, quod nullatenus fecerunt, niſi ſolummodo Romæ exiſtentes, & nouas oppoſitiones contra Capitulum quæritantes.

Quartò, quia id quod dicitur de vno Scrutatore deſignato in prædictis actis Capituli, ſolùm eſt pro electione Diffinitorum, non pro electione Prouincialis, aut aliorum Prælatorum, quia pro horum electione in dictis Actis, vtpote imperfectis, & mutilis (vt dictum eſt) nihil habetur erga numerum Scrutatorum. Formam autem iure communi præſcriptam *c. Quia propter*, relato ſolùm eſſe attendendam in electione Prælatorum, non in electione Diffinitorum, Sociorum, Diſcretorum, &c. colligitur ex ipſo *cap. Quia propter*, quia ibi ſolùm eſt ſermo de electione eorum, quorum defectu Eccleſiæ manent viduatæ, quod ſolum competit Prælatis, quia ſunt ſponſi ipſarum. Facit *cap. Ne pro defectu, eod. tit. de elect.* Gloſſa *in d. cap. Quia propter*, verbo *Eccleſiis viduatis*, Gloſſa *in cap. Sicut, de elect. in 6.* poſt alios Syluester *in ſumma, verbo Electio 2. q.1.* Layman. *ſup. c.7. q.78.* Item Iulius Lauotius *ſupr. c.19. n.7.* & Barboſa *de Iur. Eccleſiaſt. lib.1. c.19 n.154.* expreſsè aſſerentes formam dicti *c. Quia propter*, non eſſe attendendam in electione Diffinitorum. Vnde infertur, quod hæc nullitas à præfatis Patribus prætenſa ob defectum Scrutatorum, nullatenus ipſis fauere poterat, ſiquidem in actis Capituli ſolùm id habetur pro electione Diffinitorum, pro quibus ipſi non ſunt ex iure communi neceſſarij. 54

Quamuis autem ex dictis ſufficienter euacuata fuerit obiectio à præfatis PP. oppoſitoribus facta contra electiones dicti Capituli, ob defectum Scrutatorum; nihilominus ad maiorem abundantiam, & pro veritatis explicatione addendum, quod quamuis formula illa celebrandi Capitula Prouincialia à Reuerendiſſ. Generali Stratio pro celebratione illorum facta iure obſeruari debuerit in præfato Capitulo, & in aliis, ſi tamen non obſeruaretur eo modo quo ab ipſo præſcripta fuit, vel in poſterum non obſeruetur (eo quod cùm fuerit ſolùm decreto ipſius facta poſt illius mortem, iam ceſſauerit eius obligatio) nihilominus electiones validæ eſſent, & in poſterum validæ erunt, ſi Præſidens in ipſis ſimul cum duobus antiquioribus Gremialibus exeat munus Scrutatorum, vota ſuffragatorum exquirendo, & poſtea publicando. Ratio eſt, quia iſte modus celebrandi electiones antiquiſſimus eſt in Religione, & conſuetudine receptus. Tum quia eſt introductus authoritate Apoſtolica Clementis VII. in Bulla *Cum acceperimus*, per modum Breuis data Romæ 2. Aprilis 1524. in qua in virtute Sanctæ Obedientiæ præcepit motu proprio, & ex certa ſcientia Generali, ac Diffinitoribus Capituli Generalis Venetiis eo anno celebrandi, vt Reformationem vniuerſalem Religionis, tam quoad mores, quàm quoad Ordinis inſtituta curare deberent, dando illis omnimodam poteſtatem ad ea, ipſaque authoritate Apoſtolica confirmando, & roborando. Ex vi cuius facultatis prædicti Generalis, & Diffinitores conſtitutiones antiquas Ordinis per Reuerendiſſimum Generalem Ioannem Soreth, & Diffinitores Capituli Generalis Bruxellis celebrati an. 1466. approbatas, & publicatas de nouo correxerunt, & emendarunt, atque ad meliorem, & probatiorem formam redegerunt, ipſaſque toti Ordini obſeruandas tradiderunt, vt patet ex *c. vnico de Reformatione*, quod eſt in prædictis conſtitutionibus in principio. In prædictis autem conſtitutionibus Ioannis Soreth approbatis, & confirmatis à dicto Clemente VII. ex vi prædicti Breuis, imò ex vi eiuſdem receptis *part.5. de elect. Capituli Prouincialis*, 55

*cap.6.*ſic dicitur: *Electio autem Prouincialis fiat modo, & forma, quibus electio prioris Generalis fit.*

De qua ſupr.c.1.& diligenter obſeruentur omnia illa, quæ ibi ponuntur, excepto quod Prouincialis eſt per Priorem Generalem confirmandus antequam Officium exequatur. Quia ergo cum agitur de electione Prioris Generalis in eiſdem Conſtitutionibus, ſic dicitur: *Electio autem eius fiat hoc modo. Præſidens in Capitulo iuxta declarata cum duobus Diffinitoribus primarum Prouinciarum conſcribat voces ſingulorum Gremialium, ita quod ipſe qui præſidet primò vocem ſuam aliis neſcientibus ſcribat; deinde ſecundus ſolo Præſidente audiente; poſtmodum tertius audientibus duobus primis. Deinde ſinguli aliorum coram illis tribus*; ideo, vt dixi, hæc forma celebrandi capitula, itavt prædicti Præſes, & duo antiquiores capitoli Patres gerant munus Scrutatorũ, ſeruari potuit in capitulo Prouinciali, de quo eſt controuerſia, & in aliis ſequentibus totius Religionis.

56 Nec obſtat Reuerendiſſimmm Stratium in dicta formula celebrandi capitula §.16. ſtatuiſſe, vt Præſidens de aſſenſu Diffinitorum aſſumere deberet tres ex Gremialibus Capituli ad Scrutatorum munus exequendum, quo viſus eſt ſupponere ipſum Præſidem, & duos antiquiores Patres Gremij non debuiſſe exercere hoc munus.

57 Reſpondeo enim (quod bona venia Reuerendiſſimi Generalis, & doctiſſimi viri dictum ſit) ipſum non potuiſſe alterare, aut immutare modum præſcriptum in præfatis conſtitutionibus Ioannis Soreth authoritate Apoſtolica, vt viſum eſt, approbatum. Ratio eſt, quia iuxta dicta à me *tom.1.c.8. n.22.* ex doctrina Nauarri ibi adducta, conſtitutiones, ſeu ſtatuta Religionum authoritate Papæ confirmata, quando id fuit per modum decreti, mandati, aut ordinationis, non poſſunt etiam à capitulis Religionum mutari. Quod multò magis procedit in Generali. Prædictam autem conſtitutionem, & omnes alias dicti Reuerendiſſimi Soreth hoc modo confirmatas fuiſſe à Clemente VII. conſtat ex verbis ipſius Breuis, quod habetur ante dictas conſtitutiones, & alias Reuerendiſſimi Generalis Audeth, quæ talia ſunt: *Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia vobis in virtute Sanctæ obedientiæ iniungimus, & mandamus, vt ad reformationem vniuerſalē dictæ Religionis, tam quoad mores quàm quoad reliqua dicti Ordinis inſtituta procedere velitis, & debeatis. Dantes vobis facultatem, & omnimodam poteſtatem reformandi omnia, & ſingula, quæ vobis ratione prauitâ in dicta Religione indigere reformatione videbuntur. Quæ omnia ex nunc, prout ex tunc, & è conuerſo authoritate Apoſtolica confirmamus, & roboramus.* Ex quo habetur prædictam conſtitutionem, & alias eiuſdem Soreth approbatas, & confirmatas fuiſſe per modum decreti, mandati, & ordinationis authoritate Apoſtolica, ac proindè non potuiſſe alterari, aut immutari ſola authoritate Religionis.

58 Ex quo etiam ceſſat obiectio, quam aliqui facere poſſent, videlicet, prædictam conſtitutionem Ioannis Soreth reuocatam fuiſſe per poſteriores conſtitutiones, quales ſunt Reuerendiſſimi Baptiſtæ Caffardi de Senis, & Capituli Generalis Romani de anno 1580. iuſſu editæ, *part.4. cap.6. n.3. & cap.15. n.4.* aliæ etiam nouiſſimæ Reuerendiſſimi Gregorij Canalis, ac Capituli Generalis Romani de anno 1625. *part.4. cap.6.n.3. & c.15. n.14.* In eis enim omnibus Conſtitutionibus nulla fit mentio de prædictis tribus, Præſide, & duobus primis Diffinitoribus, ſed ſolùm habetur, quod datis ſuffragiis per ſchedas, *vnus de præcipuis Gremialibus ad nutum Præſidentis ſingulatim dictas ſchedulas extrahat, & euoluat, & alius audiente toto Gremio, vota ſingulorum eligentium legat, & pronunciet.* Additurque in omnibus illis *p.5. c.vlt. Quæcunque autem Statuta prædictis Statutis contraria, aut Regulæ noſtræ diſſonantia, in quibuſcunque Capitulis præteritis edita, penitus reuocamus, & præſentia Statuta confirmamus. Prioribus Prouincialibus præcipientes per ſalutarem obedientiam, quatenus in ſingulis Conuentibus ſuarum Prouinciarum iſtas Conſtitutiones diligenter faciant cuſtodiri, omnibus aliis reuocatis.*

Reſpondeo enim nullatenus per prædictas Conſtitutiones poſteriores cenſeri debere reuocatas priores 59
illas Ioannis Soreth. Tum quia, vt dixi, id fieri non poterat ſine authoritate Apoſtolica, cum priores illæ Ioannis Soreth Apoſtolica authoritate per modum mandati, & ordinationis editæ, & confirmatæ fuerint. Tum quia non ſunt contrariæ ipſis, ſed quod in prioribus illis Ioannis Soreth non exprimebatur de duobus illis, quorum vnus extraheret, & euolueret vota, & alius ea legeret, aut pronunciaret, exprimitur in poſterioribus Baptiſtæ Caffardi, & Gregorij Canalis. Cuius ſignum eſt, quod ſecundum conſuetudinem etiam immemorabilem Religionis id ſoleant facere, vel ipſe Præſidens, vel antiquiores Patres, ſeu Diffinitores, qui munus Scrutatorum exercent, iuxta præſcriptum dictæ Conſtitutionis Soreth.

Maximè videtur obſtare contra prædictam Con- 60
ſtitutionem Soreth, quod videatur reuocata per Concilium Tridentinum *ſeſſ.25. de Regularib.c.6.* vbi decernitur, electiones omnes inter Regulares debere fieri *per vota ſecreta, itavt ſingulorum eligentium nomina nunquam publicentur.* In præfata autem Conſtitutione oppoſitum habeatur, videlicet: *Præſidens in Capitulo iuxta declarata cum duobus Diffinitoribus primarum Prouinciarum conſcribat voces ſingulorum Gremialium, ita quod ipſe qui præſidet, primò vocem ſuam aliis neſcientibus ſcribat. Deinde ſecundus ſolo Præſidente audiente, poſtmodum tertius audientibus duobus primis. Deinde ſinguli aliorum coram illis tribus.* Et inferiùs in decreto electionis ſic habetur: *Ego talis nomine meo, & nomine aliorum mecum in nominatione, & publicatione vocum in talem Fratrem concordantium eligo, & denuncio talem Fratrem eſſe Priorem Generalem Ordinis noſtri, in quem tales, & tales conſentiunt.* 61

Reſpondeo enim, quod etſi prædicta Conſtitutio Ioannis Soreth cenſeri debeat reuocata à Concilio quantum ad hoc vltimum, videlicet, quod ille qui facit Decretum electionis, dicat Generalem, vel Prouincialem electum fuiſſe illum *in quem tales, & tales conſentiunt*, illos notando, quia hoc eſt expreſsè contra Concilium, & propterea ſublatum in poſterioribus conſtitutionibus Ioannis Caffardi, & Gregorij Canalis: nihilominus non eſt reuocata quantum ad primum, videlicet quod Scrutatores audiant, vel ſciant illum cui Gremiales ſuffragatores præbent ſuum votum, ſeu ſuffragium viua voce: Concilium enim ſolùm præcipit, quod electiones fiant per vota ſecreta, *ita vt eligentium nomina nunquam publicentur.* Vnde non prohibet, quod Scrutatores ſciant, vel audiant nomina eligentium, ſeu illum quem eligunt electores viua voce; cum adhuc id cenſeatur ſecretum, cum paucis ſit cognitum, nec poſſint illud poſtea manifeſtare; imò ad id ſecretum aſtringi debeant iuramento, prout habetur in dicta Formula celebrandi Capitula §.16. & conſultum ac conſuetum eſſe tenet Layman *de elect.c.7.q.72.* ex Rodriguez *tom.2.qq.Regular.q.52.art.2.* Conſonant quæ dixi *tom.3.verbo Electio quoad Regulares, n.11. in fine,* ex declarationibus Sacræ Congregationis, & ex Garzia, & Caſtellino, & *verbo Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa, num 3.* ex declaratione etiam Sacræ Congregationis apud Naldum, & Barboſam eo loco relatos. Maximeque conſonat quod habet Rota in Metenſi *Monaſterij*, 5. Iulij 1621. coram D. Coccino, §. *vltimo*, allegans Rodriguez, Zerol. & Azorium, aſſerendo ſcilicet,

diſpoſitio

Digitized by Google

diſpoſitionem *cap. Quia propter, de elect.* non eſſe ſublatam per Concilium Tridentinum *vbi ſuprà*, dum petit electiooes fore ſecretas.

Fulcitur etiam ab eodem Concilio *c 7.* vbi decernitur, vt ille, qui electiuni Abbatiſſarum, &c. præeſt, *vota ſingularum audiat, vel recipiat.* Super quem locum Concilij Sac. Congregatio ſic cenſuit, teſte relato Garzia *de Benefic. p. 5. cap. 4. n. 190.* & Barboſa *ibid. Superior, qui electioni Abbatiſſarum praeſt, poteſt vnà cum Vicario, vel Secretario, vel alio ab Epiſcopo aſſumpto vota ſingularum Monialium oretenus audire.* Item *ſuper c. 6. eiuſdem Concilij*, eodem Garzia *ibidem n. 189.* & Barboſa *ſuper illud cap.* teſtantibus, ſic habet eadem Sac. Congregatio: *Si electi fuerint à Superioribus aliqui, vt puta quatuor, qui vota omnium recipiant, electio reputabitur canonica, & ſecreta.* Et iterum eiſdem Authoribus teſtibus, *In electionibus Abbatiſſarum vota ore tenus accipi poſſunt à ſuis Superioribus, licet quatuor aut quinque ea ſciant*, prout Garzia *n. 190.* refert, vel prout Barboſa *ibid. cum duobus teſtibus.* Vnde non obſtante Concilio Tridentino poſſe fieri electiones per vota viua voce data Scrutatoribus, tenent Garzia relatus, Suar. 4. *tom. de Relig. tract. 8. l. 2. c. 5. n. 10.* aſſerens etiam aliquas ex declarationibus relatis. Sigiſmundus de Bononia *ſupr. dub. 26. n. 11. & 12.* referens vlterius aliam Deciſionem Rotæ in vna Treoerenſi coram D. Coccino, & Tamburinus *de Iure Abbat. tom. 1. diſp. 5. q. 6. n. 10.*

62 Quamuis autem hæc ita ſint, tutius tamen, & ſecurius eſt vt ſuffragia, ſeu vota per ſchedulas ſcriptas, & clauſas Scrutatoribus tradantur, ita vt nec ipſis notum ſit, quiſnam à ſuffragatoribus eligatur. Tum quia iſte modus approbatiſſimus, & receptiſſimus eſt in Religionibus, vt Authores relati teſtantur. Tum quia conformior videtur ſecreto requiſito *in c. Quia propter*, & maximè in Concilio Tridentino relatis, adeò vt aliqui Authores, videlicet Miranda *in Manuali Prælator. tom. 2. q. 13. art. 15. concl. 1. & art. 29. § ſeptimo*, quem ſequitur Peirinis *tom. 1. de Subdito, q. 1. c. 31 §. Nota ſextò*, dicant dictum *cap. Quia propter*, derogatum eſſe per Concilium Tridentinum. Tum quia declarationes Sacræ Congregationis, & deciſiones Rotæ præcipuè videntur loqui de electionibus inter Moniales, eo quòd inter ipſas, vt notaui 3. *tom. verbo Abbatiſſa, n. 3.* aliquæ Moniales ſcribere neſciant, ac per conſequens nec votum dare poſſint, niſi oretenus. Idque maximè obſeruari debet in Ordine noſtro, propter conſtitutiones Caſſardi, & Gregorij Canalis *dicta part. 4. c. 6. n. 3.* dictamque Formulam Stratij §. 14. & 17. Vnde propter idem ſecretum exactiùs ſeruandum, quamuis in dictis conſtitutionibus Caſſardi ſtatutum eſſet, vt ſcriba à Præſide capituli deſignatus ea vota ſcriberet, cautiùs tamen, & prudentiùs in conſtitutionibus Canalis, & dicta Formola Stratij ſtatuitur, vt vnuſquiſque propria manu votum ſuum ſcribat.

63 Præcipuè etiam videtur contra dictam conſtitutionem Sorethi obſtare, quod illa contraria appareat dicto *c. Quia propter*; ſiquidem in illo ſtatuitur, quod tres dicti Scrutatores *aſſumantur de Collegio fide digni*, quo denotari videtur, ſolùm ab ipſo Collegio poſſe aſſumi dictos Scrutatores, & illos qui ſunt de Collegio, & in eo præſentibus committi examen, & cognitionem de tali qualitate Scrutatorum; ac per conſequens quod non poſſint eſſe antea aſſumpti, ſeu electi, etiam ex vi alicuius conſtitutionis, cuius contrarium habetur ex dicta conſtitutione Sorethi. Reſpondeo enim, iuxta dicta *tom. 2. cap. 12. n. 28.* & praxim multorum, talem deſignationem Scrutatorum per legem, ſeu conſtitutionem factam, & non ab ipſis, qui ſunt præſentes in capitulo, non cenſeri contrariam dicto *cap. Quia propter.* Quia *perſona deſignata per legem præſumuntur eſſe fide digna; ordinariè enim deſignari ſolent, quæ ratione muneris, vel antiquitatis digniores cenſentur, vel certè quia nunquam excluditur conſenſus tacitus, vel expreſſus præſentium in tali Congregatione; quia illis non negatur ius ſuſpicionem obiiciendi, ſi talem perſonam non reputent fide dignam.* Ita bene Suar. *ſup. dicto c. 5. n 7* quæ procedunt in præſenti, & maximè deſeruiunt ad intentum noſtrum.

Fauet etiam Panormit. *in dictum c. Quia propter*, quem etiam ſequuntur Tamburinus *dicto quæſtio 6. n. 6.* & Layman. *de elect. c. 7. q. 72.* aſſerens quod ſi tres aliqui inciperent ſcrutari, aliis videntibus, & tacentibus, electio valida eſſet, aliis ſeruatis, quia cum agatur de re meritoria, & concupiſcibili, ſicut eſt, vt per canonicam electionem Eccleſiæ viduatæ de Paſtore prouideatur, tacentes habentur pro conſentientibus, non item in re oneroſa, vel odioſa; tunc enim requiritur conſenſus expreſſus, vt in ſimili notant Gloſſa *in cap. Sicut, eodem tit. in 6. annotat.* Innoc. *in cap. in Geneſi, de elect.* & præfati Layman. & Tamburinus. Quæ doctrina probabilis eſt, quamuis Suarez ſupra de ea dubitet. Ceſſat præterea omnis difficultas in præſenti, cum præfata conſtitutio Sorethi facta ſit, & confirmata authoritate Apoſtolica Clementis VII. qui potuit hoc modo explicare mentem dicti *c. Quia propter.*

Sed ad maiorem abundantiam, ſuppoſito quod verum eſſet id, quod Patres oppoſitores capituli opponebant, ſcilicet tantùm fuiſſe vnum Scrutatorem in electionibus ipſius, quod tamen falſum eſſe diximus; adhuc tamen probabile eſt, ſuſtineri poſſe prædictas electiones, ſi cum dicto vno Scrutatore duo alij teſtes aſſiſterent, qui viderent vota, ne fieret aliqua fraus. Primò ex declaratione Sac. Congregationis, quam refert Barboſa *in c. 6. ſeſſ. 25 de Regular.* videlicet, *in electione Abbatiſſarum vota oretenus accipi poſſunt à Superioribus, cum duobus teſtibus*, per quod denotatur numerum Scrutatorum ſuppleri poſſe per teſtes. 64

Nec obſtat alia declaratio eiuſdem Sac. Congregationis huic contraria, quam refert Garzia *ſup. n. 191.* quia, vt ipſe Garzia teſtatur, procedit ſolum quando teſtes adhiberentur, per quos poſſet publicari electio. Secundò id colligo ex alia declaratione S. Congregationis, quam refert Peirinis *in Formulario, littera E, c. 3. n. 2.* vbi conſuetudinem ſuæ Religionis, quod in electionibus ſolùm ſit vnus ſcrutator, dicit approbatam eſſe à Sac. Congregatione reſpondente; quod Religio continuaret in dicto modo eligendi. Tertiò, quia opinio eſt aliquorum; ſcilicet Vincent. Tancredi, Abbatis antiq. *num. 17.* Mandagor. *de elect. c. 23. verſ. Irritari.* aſſerentium ſubſtantialia formæ *c. Quia propter*, non incipere à verbis illis, *aſſumantur tres de Collegio*, ſed à verbis immediatè ſequentibus; *qui vota cunctorum ſecretò, ſigillatim & diligenter exquirant, &c.* Ex hac enim opinione ſequitur, quod etiamſi vnus tantum Scrutator in electionibus fuerit, maxime ſi fuerint etiam duo alij teſtes, vt dictum eſt, non propterea irritæ ſint. Quartò, id expreſsè tenet ipſe Peirinis ibi, & fauet Portellus *in dub. Regular. verbo Electio, num. 14.* dicens, non eſſe de ſubſtantia electionis, quod Scrutatores ſint tres, dummodo adſint, qui ſufficiant ad fraudem impediendam. Quintò ratione, quia iuxta dicta *tom. 4. verbo Leges Regularium, num. 36.* in legis interpretatione attendendum eſt ad mentem, ſeu intentionem legiſlatoris, ea enim eſt veluti anima legis, prout ibi ex variis teſtibus oſtendi. Cum autem intentio Eccleſiæ in dicto *cap. Quia propter*, in deſignandis ſcrutatoribus ſolùm fuerit, vt negotium electionis fideliter, & faciliùs perageretur, prout tenent Sigiſmundus *ſuprà dub. 19. num. 1.* Barboſa *in Collectan. DD. in d. cap. Quia propter, n. 13.*

Hoſtienſ. Petro Biaxio, Butrio, & Bertrando, idque ſaluetur eum vno Scrutatore, & duobus teſtibus, qui videant ne fiat aliqua fraus ideo hoc videtur ſufficere.

65 Dixi autem ſolùm probabile id eſſe, quia in praxi tenenda eſt communis ſententia docens tres Scrutatores, & non pauciores adhiberi debere in electionibus Regularium. Prout tenent Panormitanus, Imola, Baldus, Ioannes Andreas, Butrius, Hoſtienſis, Cardinalis, Anchatanus, Gofredus, Hoſtienſis, Petrus Biaxius, Bertrandus, Rebuffus, Angelus, Sylueſter, Tabiena, Roſella, Azor, Rodriguez, & alij, quos referunt, & ſequuntur Sigiſmundus *d. dub.* 19. *num.* 1. Tambur. *d. q.* 6. & Barb. *ſup.*

66 Idem porrò quod dixi de vno Scrutatore (ſeu etiam de duobus tantùm) intelligi etiam debet de pluribus quàm tribus, ita ſcilicet, vt quamvis communis opinio, quod tantùm in electionibus futuri ſint tres Scrutatores, prout Authores relati ſuprà tenent, cui fauent plures S. Rotæ deciſiones, in praxi tenenda ſit; nihilominus tamen probabile videtur, conformiter ad dicta *tom.* 2. *c.* 12. *n.* 28. quod ſi quatuor Scrutatores fuerint, non propterea electiones irritæ erunt. Primò propter declarationes S. Congregationis, quas ex Suarez eo loco adduximus, quæ videntur eædem, vel ſimiles cum illis, quas ſuprà *n.* 61. retulimus.

Secundò, propter doctrinam Gloſſæ in dicto *cap. Quia propter, verbo Sanior*, quæ talis eſt: *Quod tres tantum debeant eſſe Inquiſitores, non credo eſſe de ſubſtantia, dummodo tot ſint Inquiſitores quod fraus fieri non poſſit. Argum. ſup. eod. cum dilecti. Quia qui plus facit, non videtur facere contra, ff. de ſer. vrb. præd. Si arborem Et ſuperflua non vitiant, neceſſaria verò prætermiſſa diminuunt contractum, C. de teſtam. l. teſtamentum, & ff de ſup. leg. l. legatus in princ. & l. Labeo.* Hæc Gloſſa. Tertiò, quia vt habet Laymanus *d. q.* 72. referens Abbatem, probabile eſt, & vſu receptum, quod Capitulum communi conſenſu alios viros idoneos præter dictos tres Scrutatores ad prædictum ſcrutinium faciendum adhibere poſſit.

Quartò, quia vt dicitur, in Curia confirmata fuit electio Abbatis Tullenſis, licet in ea fuiſſent electi ſex Scrutatores, prout ex Mandagotio, Boërio, Menochio, & Cardinali, referunt Sigiſmund. *dicto dub.* 19. *n.* 8. Barboſa *n.* 15. Non conſtat autem an talis electio approbata fuerit ex benignitate Apoſtolica, an quia de iure poſſet ſuſtineri. Quod magis ſuſtineri poteſt, ſi electiones fiant per ſchedulas ſcriptas, itaut nec nomina eligentium pareãt Scrutatoribus, prout diximus ſupra fieri debere, ſaltem vt tutius, & ſecurius. Tunc enim nec contra ſecretum electionum, nec contra earum fidelitatem, quod eſt intentum *c. Quia propter*, aliquid fiet.

67 Id quoque vltimò addendum, quod licet diſpoſitio *c. Quia propter*, ſeruanda ſit in omnibus electionibus Prælatorum Regularium, etiam Conuentualium, iuxta dicta *tom.* 3. *verbo Electio inter Regulares, num.* 2. nihilominus tamen, ad intentum noſtræ Religionis, iuxta dicta 4 *tom. verbo Prælatus Regularis, n.* 1. quando Priores Conuentuales eliguntur non à Conuentibus ipſis, ſed ſolùm à Diffinitoribus in Capitulo Prouinciali, non videtur neceſſaria talis forma, eo quod tunc non eliguntur dicti Priores ab Eccleſiis viduatis, ſeu à Collegiis ipſarum, de quibus ſolùm loquitur *c. Quia propter*, ſed à Præſide Capituli, & Prouinciali electo cum ſuis Aſſiſtentibus, ſcilicet Diffinitoribus. Præſertim, quia diſpoſitionem prædicti capitis *Quia propter*, non procedere quando Electores ſunt pauci, prout contingit in præſenti, quia illi ſolùm ſunt quinque, aut ſex, tenent non ſolùm Layman. eo loco relatus ex Goffrido, & Abbate, ſed etiam Tamburinus *dicta q.* 6. *n.* 8. poſt Innocentium, Angelum, & Sylueſtrum.

Dubium VIII.

An electiones Priorum factæ in dicto Capitulo, & non in Conuentibus, validæ fuerint.

Objiciebant maximè prædicti Patres oppoſitores contra præfatum Capitulum, quod in Diffinitorio ipſius, quod vt dixi ſuprà *dub. præcedenti, n. vlt.* conſtat ex Præſide Capituli, Prouinciali electo, & quatuor Diffinitoribus, factæ fuiſſent electiones Priorum Conuentuum, ex quo illas irritas, & nullas eſſe exiſtimabant, quia dicebant ſolùm in Conuentibus, & à Fratribus ipſorum fieri poſſe. 68

Sed primò quidem, etſi admitteretur (quod omnino negamus) tales electiones inualidas eſſe, non propterea inde ſequeretur Capitulum ipſum, in quo factæ ſunt, irritum eſſe, aut inualidum. Tales enim electiones ſolum ſunt actiones quædam capitulares particulares. Deinde, legitimas omninò, & validas eſſe ex eo colligitur, quod factæ fuerint iuxta conſtitutionem antiquam Ordinis approbatam à Clemente ſeptimo, imò iuſſu ipſius factam, correctam, ſeu emendatam inter alias Joannis Sorethi per Nicolaum Audeth, & Diffinitores Capituli generalis Venetiis celebrati iuxta dicta ſuprà *dub. præced. n.* 55. In prædictis enim conſtitutionibus 5 *part.* dum agitur de electione Prouincialis *c.* 10. (quod eſt de proceſſu Capituli Prouincialis, & terminatione eiuſdem) ſic habetur: *Volumus quod Prouincialis cum Diffinitoribus liberè poſſint abſoluere Priores locales, & cæteros officiales, quorum inſtitutio ex conſuetudine, aut aliàs ad Prouinciale ſpectat Capitulum, ſeruato illæſo indulto Apoſtolico in fauorem Obſeruantiæ dato, quia Fratribus in Obſeruantia efficaciter viuere ſtudentibus non poterunt Priorem dare alium ab eo, quem elegerunt, ſed habebunt confirmare. In cæteris autem poterunt ipſos Priores inſtituere, prout eis videbitur expedire.* His enim poſterioribus verbis manifeſtè conceditur Prouinciali, & Diffinitoribus, ſeu (quod idem eſt) Diffinitorio, poſſe inſtituere Priores in aliis Conuentibus, præter illos, de quibus loquitur Indultum Apoſtolicum, ac per conſequens infertur Diffinitorium præfati Capituli validè, & licitè potuiſſe eligere Priores Conuentuum. Indultum autem Apoſtolicum, de quo eſt ſermo in dicta conſtitutione, non comprehendere Conuentus Prouinciæ Caſtellæ, in qua celebratum fuit præfatum Capitulum, conſtabit ex dicendis infrà. 69

Nec obſtat ſi dicatur, quod in conſtitutionibus poſterioribus Ioannis Caffardi de Senis *part.* 4. *c.* 19. *n.* 1. videatur correcta præfata conſtitutio. Dicitur enim ibi: *Volumus quod Prouincialis cum Diffinitoribus liberè poſſint abſoluere Priores locales, & cæteros officiales, quorum inſtitutio ex conſuetudine, aut aliàs ad Prouinciale ſpectat Capitulum, ſeruato illæſo Indulto Apoſtolico in fauorem Regularis Obſeruantiæ dato, vt in Conuentibus ſcilicet, in quibus extat vetuſta, & laudabilis conſuetudo quod Priores ab eorum Gremialibus eligantur, non alius inſtituatur Prior, ſed illum, quem ipſi Gremiales elegerint Prouinciales, Diffinitores habeant confirmare.* Tum propter dicta ſupra *dub. præced. n.* 57. ſcilicet, quod cum prædicta conſtitutio Ioannis Soreth facta ſit ex mandato Sedis Apoſtolicæ, corrigi, aut abrogari non potuit ex ſola authoritate Religionis. Tum etiam, quia ex eo quod ibi dicatur quod *abſoluere poſſint Priores, quorum inſtitutio ſpectat ad Capitulum, non autem illos qui ex conſuetudine ab eorum Gremialibus eligi ſolent*, colligitur 70

ligitur in præſato Capitulo potuiſſe Diffinitorium ipſius eligere præfatos Priores; ex eo videlicet, quod in dicta Prouincia fuerit talis conſuetudo. Exſtare autem illam teſtantur Patres ipſius Prouinciæ in Actis authenticis præfati Capituli, § *Sancitum eſt*. Item Patres Compromiſſarij, ſeu Commiſſarij pro conditionibus vnionis Prouinciarum Caſtellæ nouæ, & veteris in vnam Prouinciam Caſtellæ, de quibus *ſupr. dub.5. n.38.* In eis enim *c.2. n.1.* expreſsè aſſeritur fuiſſe antiquam conſuetudinem Prouinciarum faciendi Priores in Definitorio Capituli Prouincialis. Item Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus Hieron. Dominus Epiſcopus Caetanus, qui in litteris teſtimonialibus ad Eminentiſſ. Cardinalem Protectorem miſſis, etiam ſub iuramento atteſtatur, qualiter in Ordine noſtro (ex quo ad Epiſcopatum fuit aſſumptus,) tam in partibus Hiſpaniæ, quàm in aliis, in quibus diuerſa munia pro Religione egerat; ſemper viderit, & audierit, electiones Priorum fieri in Diffinitoriis Capitulorum Prouincialium; etiam poſt conſtitutionem editam anno 1620. Quod etiam in Prouinciis Italiæ, & aliis Religionis contingere teſtantur per litteras teſtimoniales eidem Eminentiſſimo porrectas, Reuerendiſſimus Vicarius Generalis Apoſtolicus, & Reuerendus admodum Sebaſtianus Maſſius Prouincialis Romæ, ac Reuerendi adm. Magiſtri eiuſdem Prouinciæ Exprouinciales, Ioannes Antonius Philippinus, & Gregorius de Marchis.

71 Secundò, validas fuiſſe prædictas electiones Priorum, conſtat ex eo quod factæ fuerunt ex vi conſtitutionis, ſeu Statuti à Reuerendiſſ. Generali Chizzola editi authoritate Apoſtolica Clement. VIII. in Breui *Cum tu prope diem*; vbi facultatem ipſi conceſſit faciendi quaſcunque conſtitutiones. Conſtitutio autem, prout habetur in *c.10.* dictarum conſtitutionum, talis eſt. *Priorum electiones deinceps non fiant niſi à Capitulo Provinciali. Ita enim exiſtimamus Fratres noſtros maiori cum quiete Domino ſeruire, & à multis moleſtiis, & iniuriis liberari, qui iis, & verbo, & facto aliqui Priores indiſcreti afficere ſolent eos, quos in prædicta electione ſibi ſuffragia non dediſſe, vel leuiter ſuſpicantur, vtque omnis ſubornationis occaſio tollatur, & tumultus, & factiones, & fraudes, & alia, quæ in eiuſmodi electionibus ſolent euenire plerumque, quæ maximam pariunt perturbationem, penitus extinguantur.*

72 Tertiò, ex nouiſſima Formula celebrandi Capitula Prouincialia, de qua *ſup. n.7.* quam Reuerendiſſ. Generalis Straius typis edi curauit Neapoli 1635. & quæ mittitur ad Præſides Capitulorum, vt iuxta eam capitula celebrari faciant, & de qua ipſe Generalis Theodorus in ipſa Formula dicit: *Neceſſarium duximus breuem hanc* tradere methodum à noſtris Præſidentibus in celebrandis capitulis obſeruandam; quamque Reuerendiſſimus Generalis Maſſarius litteris teſtimonialibus datis 17. Iunij 1643. etiam ſub iuramento teſtatus eſt eſſe vniuerſalem formulam in tota Religione obſeruandam. In ea autem §. 15. 39. 40. 43. & 44. manifeſtè præſcribitur, & ſupponitur electiones Priorum fieri debere in Diffinitorio capituli.

73 Nec obſtat primum caput Regulæ noſtræ, in quo dicitur: *Vnum ex vobis Priorem habeatis, qui ex vnanimi omnium aſſenſu ad hoc officium eligatur.* Euidens enim eſt loqui ibi Regulam de electione Prioris Generalis, tum quia Beatus Brocardus, cui Regula data eſt, vt patet ex *c.17.* ipſius illis verbis, *Tu autem Frater Brocarde*, Prior Generalis totius Ordinis fuit, vt noſtri Ordinis Hiſtorici communiter tenent, ſpecialiter Ioannes Paleonydorus *lib. 3. c. 2.* Didacus Coria Maldonatus *in Chronicis Carmelitarum l. 10. c. 3.* Michaël Muñuxius *in propugnaculo Eliæ, lib. 2. tit. 3. c. 1. art. 2.* Tum quia id colligitur ex ipſo *cap. 1.* Regulæ; etenim poſt illa verba, *ad hoc officium eligatur*, ſubiungitur, *cui obedientiam promittat quilibet aliorum, &c.* Conſtat autem certò Religioſos noſtros nunquam promittere obedientiam Priori locali, ſed ſolùm Priori Generali, vt patet ex verbis profeſſionis illorum. Tum denique, quia hic eſt vſus, praxis, conſuetudo, acceptatio, & ſtylus totius Religionis, vt Priores Generales ſemper eligantur à Fratribus, locales verò vel ab ipſo Generali ſolo, vel à Diffinitoribus in Capitulo Prouinciali. Quod ſaltem de Conuentibus paruis, & non habentibus octo voces admittebant aduerſarij Patres, & conſtitutiones, quas ipſi afferebant; cum tamen verba Regulæ ad omnes Conuentus extendi deberent, ſi de electione Priorum localium in illis eſſet ſermo. Conſuetudinem autem, ſeu acceptationem Religionis attendendam eſſe ad obligationem Regularium, ſicut ad obligationem aliarum legum Eccleſiaſticarum, habetur ex Abbate *c. nam concupiſcentiam, n.4 de Conſtit. & Rubric. de obſeruat. ieiun. in fine, & c. relatum, n.6. ne Clerici, vel Monachi*, ex Syluestro *in Summa, verbo Religio, 1. quæſ. 8. in fine, & c.* Sanch. *lib. 6. in Decal. c. 4 n. 23. & 27.*

Idem dicendum ad ius commune, quod iidem Patres afferebant, eo quòd ex illo haberi videatur electionem Abbatis ad Monaſterium pertinere. Eſto enim ita ſit, iuxta dicenda infrà *n.86.* conſuetudo tamen noſtra, & aliarum Religionum, quæ eſt optima legum interpres, *c. cùm dilectus, de conſuetudine, l. ſi de interpretat. ff. de legib.* accedentibus conſtitutionibus authoritate Apoſtolica factis, & Decreto Reuerendiſſimi Generalis Straij, *n.72.* relatis, prædicto iuri communi ſufficienter derogarunt. 74

Explodenda pariter eſt obiectio alia, quam Patres aduerſarij ſumebant ex Breui Calixti tertij, in quo dicitur, Conuentus reformatos eligere ſibi debere Priores. Nam vt conſtat ex ipſo Breui, quod etſi non extet, refertur tamen in alio Pauli ſecundi, quod habetur in Marimagno Ordinis, & ipſum Marimagnum extat apud Rodrig. *in Bullar. tom. 1. Bulla 37.* tam ipſe Calixtus, quàm Pius II. & Paul. II. ibi relati, loquuntur de Conuentibus ſtrictioris, & ſpecialiſſimæ Obſeruantiæ, ac Reformationis, quales ſunt aliqui Prouinciæ Bœticæ, & Luſitaniæ in Hiſpania; plures etiam in Prouinciis Italiæ, Galliæ, & Flandriæ, non autem in Prouincia Caſtellæ, prout Reuerendiſſ. Generalis Maſſarius declarauit Eminentiſſimo Domino Cardinali Protectori. Idque luce clariùs colligitur ex dicto Breui. Loquitur enim de illis Conuentibus Reformatis, qui non poſſunt per Vicarium Prouincialem viſitari, ſed perſonaliter per ipſum Prouincialem, & de Conuentibus, in quibus Priores dum eliguntur promittunt tam confirmanti, quam Conuentibus ipſis, fideliter obſeruare, & obſeruari facere Regulam Ordinis, quæ omnino inaudita ſunt in Prouinciæ Caſtellæ Conuentibus. Nota vlterius Breue Calixti tertij, de quo ſupra, repertum fuiſſe poſt hæc ſcripta, & repoſitum *quinto tomo Summæ*, in Marimagno Carmelitarum *n.241.* 75

Aliam quoque obiectionem ex nouiſſimis conſtitutionibus Gregorij Canalis *part.4. c.19. n.1. & p.2. c.2. n.4.* vbi habetur electiones Priorum Conuentuum maiorum, in quibus ſcilicet de familia fuerint vltra Priorem octo Fratres vocem, & locum habentes, debere fieri ab ipſis Conuentibus, quam Patres oppoſitores afferebant contra electiones Priorum in Diffinitorio prorſus inanem eſſe facile oſtenditur. Primò quidem, quia ea conſtitutio, vtpotè noua, & non facta in Capitulo generali, ad quod ſolùm pertinet condere leges generales, non fuit recepta in Religione, vt conſtat euidenter in Prouinciis Italiæ, & aliarum Nationum. 76

Eſto autem quod in Prouinciis Hiſpaniæ aliquando

 executioni

executioni mandata fuerit, non tamen ſemper, ac proinde non fuit in viridi obſeruantia. Conſtitutionem autem, ſeu legem humanam non acceptatam generaliter, non obligare, ſaltem ex eo quod legiſlator humanus, eſto poſſit, non tamen præſumitur velle obligare populum reſiſtentem ſuæ legi, colligitur ex *c. in iſtis, diſt. 4. & ex l. de quibus, ff. de legib.* de quo Nauarrus *lib. 1. Conſilior. tit. de conſtit. conſ. 3. q. 5. & in Man. cap. 23. n. 41.* Rodrig. *tom. 1. qq Regul. q. 6. art. 10.* Tolet. *lib. 8. c. 18.* Azor. *tom. 1. Inſtit. lib. 5. c. 4. q. 1.* Valentia 1. 2. *diſp. 7. q. 5. punct. 5.* Naldus *in Summa, verbo Lex, n. 9* Sanch. *de Matrim. diſp. 18. n. 1.* & alij plures quos ſequutus ſum 4. *tom. mea Summa, verbo Leges Regularium, n. 16. & 17.*

77 Secundò, infirma eſt prædicta conſtitutio, eo quòd dato quod recepta eſſet, ea non potuit abolere conſuetudinem immemorialem, quæ ſemper fuit, etiam in Prouinciis Hiſpaniæ, ante annum 1626. quo facta fuit, faciendi electiones Priorum in Diffinitorio Capituli, & non in Conuentibus. Etenim iuxta veriſſimam doctrinam Doctorum, conſuetudo immemorabilis, cum ſit priuilegiatiſſima, tantæ firmitatis, & roboris eſt, vt nullo modo abrogetur per legem contrariam, niſi id exprimatur in ipſa; quod nullatenus fit in præfata conſtitutione. Couarruuias *lib 3. var. reſ. c. 13. n. 5.* Naldus *ſup. verbo Conſuetudo, n. 22.* & alij plures. Fuiſſe autem talem conſuetudinem in Prouincia Caſtellæ, conſtat ex dictis ſup. *n. 70.*

78 Tertiò, quia eſto quod talis conſtitutio recepta eſſet, & poſſet abrogare conſuetudinem immemorialem in contrarium, non tamen poſſet abrogare conſtitutiones illas antiquiores Ioannis Soreth, & Generalis Chizzolæ, de quibus *ſup. n. 69. & 71.* Tum quia eæ fuerunt authoritate Apoſtolica factæ, ac per conſequens maioris roboris, & firmitatis, quàm quod poſſent à lege ordinaria authoritate, & extra Capitulum Generale facta abrogari. Quia vt dixi 4. *tom. verbo Leges Regularium, n. 45.* lex generalis non extenditur ad ea quæ ſpecialiter prouiſa ſunt. Sanch. *lib. 2 de Matrim. diſp. 24. n. 6. & lib. 7. in Decal. c. 7. n. 34.* Naldus *in Summa, verbo Lex, n. 18.* Theſaurus *in Praxi, p. 2. verbo Munera, c. 10 n. 6.*

79 Quartò, quia etiam dato, quod præfata conſtitutio nullum ex prædictis defectibus haberet, adhuc tamen non propterea ſequeretur electiones, prædictas Priorum factas contra eam fuiſſe irritas, aut nullas. Etenim in dicta conſtitutione nulla eſt clauſula irritans, aut caſſans electiones aliter factas, nec in ea traditur forma ſubſtantialis talis electionis, nec apponitur pœna irritationis, aut caſſationis, aut alia quantumvis minima contra tranſgreſſores ipſius, quod eſt ſignum ſolùm eſſe legem ſimpliciter præceptiuam, nullo autem modo irritatiuam actus contrarij.

Imò ſi rectè expendatur, neque lex præceptiua videtur, ſed ſolùm permiſſiua, ſolùm enim in ea dicitur poſſe Conuentus primarios ſibi eligere Priores. Legem autem ſimpliciter permittentem, aut prohibentem actum, nec præſcribentem formam ſubſtantialem illius, non irritare ipſum, dixi dicto *verbo Leges Regularium, n 45.* ex trito illo, *Multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent.* Gloſſa *in c. pen. de deſponſat. impub.* Suar. *de legib. lib. 5. c. 29. n. 1.* Portellus *in Dub. Regul. verbo Lex, n. 9.*

80 Denique quintò, quia conſtitutio illa, ſi quomodolibet obligare poterat, diſpenſata fuit, tum per Illuſtriſſimum D. Nuncium Hiſpaniarum, nunc Eminent. D. Cardinalem Fachinettum, tum etiam ad maiorem abundantiam per Reuerendiſſ. Generalem Stratium, prout conſtat ex litteris ab ipſo miſſis ad Magiſt. Orbeam Præſidem Capituli, & Magiſtrum Nauarrum Prouincialem, quas apud ſe habent, & quarum copia in Regiſtro litterarum pro Hiſpania habetur, quod eſſe authenticum agnouit Reuerendiſſ. Generalis Maſſarius.

81 Nec obuiat, quod Patres aduerſarij dicebant, videlicet, Generalem non potuiſſe diſpenſare in dicta conſtitutione per litteras miſſiuas, aut familiares, ſed tantùm per litteras patentes. Vt enim Reuerendiſſimus Generalis Maſſarius, & R. Adm. Magiſter Franciſcus Montius Prouincialis Saxoniæ, & Secretarius Ordinis, ac R. Ioannes de Colonia Secretariæ Coadiutor, & Amanuenſis, teſtantur in litteris teſtimonialibus perilluſtri Domino Ludouico de Gratia Eminentiſſimi D. Protectoris Auditori oſtenſis, Reuerendiſſimi Generales Ordinis, iuxta ſtylum, & praxim Ordinis (quæ proculdubio legem faciunt) ſoliti ſunt, iuxta temporis, locorum, & negotiorum indigentiam ſuper conſtitutionibus diſpenſare, non ſolùm per litteras patentes, verùm etiam per litteras familiares, & miſſiuas, & quod talibus diſpenſationibus per prædictas litteras miſſiuas, & familiares factis, fides adhiberi ſoleat à noſtri Ordinis Religioſis, ſicut ſi per litteras Patentes datæ eſſent.

82 Minùs etiam obſtat, quod Aduerſarij objiciebant, ſcilicet talem diſpenſationem exhibitam non eſſe in Capitulo Prouinciali. Etenim ſine fundamento id aſſerebatur, cum Magiſter Orbea Præſidens Capituli, & Magiſter Nauarrus Exprouincialis, qui eam habebant, eam propalauerint non ſolùm aliis Patribus Diffinitorij, ad quos ex conſuetudine Prouinciæ, conſtitutionibus authoritate Apoſtolica factis, & Formula celebrandi Capitula Prouincialia à Reuerendiſſimo Generali edita, vt præmiſſum eſt, id ſpectabat, ſed etiam Conuentibus ipſis, ad quos Magiſter Nauarrus Prouincialis in Litteris vocatoriis ad Capitulum ſcripſit, ne procederent ad electiones Priorum, quia faciendæ erant in Diffinitorio. Vltra quod præſumitur quod fuerint productæ Litteræ talis diſpenſationis, dum nullibi probatur talis negatiua non productionis, ex quo enim facta fuit electio, & acceptata ab omnibus, præſumitur omnia præceſſiſſe, quæ requiruntur pro validitate electionis, vt latiſſimè firmat Rota *in Recent. deciſ.* 28. *n. 29. p. 6.* & in Toletana *Canonicatus Pœnitentiariæ,* 25. Iunij 1640. coram D. Coccino.

Caſu autem dato, & non conceſſo, quod prædictam diſpenſationem Conuentibus præfati Patres Magiſtri non oſtendiſſent, cum Conuentus eiſdem, vt par erat, fidem in hoc adhibuerint, proculdubio ceſſerunt iuri ſuo, ſi quod habebant eligendi ſibi Priores, maximè cum non reclamauerint, contradixerint, aut aliquid proteſtati fuerint. Ex quo proindè talium Priorum electio ad capitulum Prouinciale, ſeu Diffinitorium, iure deuoluta fuit.

83 Infirmum valdè quoque erat id, quod dicti PP. aduerſarij objiciebant, ſcilicet, neceſſarium fuiſſe, quod in electione talium Priorum declararetur eam fieri in vim talis diſpenſationis.

Primò, quia non conſtat id omiſſum fuiſſe, etſi in Actis Capituli Romã miſſis, quia non omnia in Capitulo geſta in illis referuntur, nihil de hoc habeatur. Et ſanè ſi id neceſſarium fuit, à viris illis doctis prætermiſſum non credendum, vel ſaltem interrogandi erant, quo titulo id fecerint, & ipſis credendum, quia vbi ille qui eſt cauſa efficiens, & formalis, interpretatur ſe ipſum, non eſt opus extraneo interprete, ſeu extrinſeco intellectu, *l. cum de indebito, §. fin. ff. de probat. l. ex facto, ff. de vulgari, c. inter alia, de ſent. excomm.* Baldus *conſ. 458. n. 2. vol. 3. & in auth. niſi rogatus, n. 9. C. ad Trebel.* Bart. *in l. pro hærede, n. 3. ff de acquir. hæred.* Tiber. Decian. *conſ. 7. à n. 100 volum. 1.* Idem Bald. *conſ. 313. n. 1. verſic. de animo autem ſuo interrogari quis poteſt, & ſtatur eius reſponſioni, vol. 4.* Barb. *in Votis deciſiuis Canonicis, lib. 1. voto 4. n. 2. & 3.*

Secundò,

Secundò, quia cum electio talium Priorum de iure Ordinis pertineret ad Diffinitorium, propter conſuetudinem Prouinciæ, conſtitutiones authoritate Apoſtolica factas, & Formulam celebrandi Capitula Prouincialia, de quibus ſuprà, abſque dubio neceſſarium non erat dicere electiones talium Priorum fieri in vim talis diſpenſationis.

84 Pariter etiam eſt valdè debile, quod aduerſæ partis Patroni objiciebant, ſcilicet dictam diſpenſationem à Generali dari non potuiſſe, eo quòd electio Priorum Conuentuum ſit præſcripta in Regula, in qua Generalis diſpenſare non poteſt, cum ſit à Summis Pontificibus confirmata. Iam enim probaui ſuprà *n.* 37. Regulam ſolum loqui de electione Prioris Generalis, non verò Prioris localis. Addo, communiſſimum, & certum eſſe inter Doctores, poſſe etiam Prælatos diſpenſare in Regula, ſaltem pro particularibus caſibus. Angelus *in Summa, verbo Diſpenſatio, n.*6. Sylueſter *in Summa, verbo Diſpenſatio, q.*14. Suarez 4. *tom. de Relig. tract.* 8. *lib.* 2. *c.* 12. *à num.* 25. & alij communiter.

85 Talis porrò diſpenſatio, etſi neceſſaria non eſſet propter dicta, poſtulata tamen meritò eſt, & conceſſa à Generali: tum quia aliqui ex ignorantia credere poterant talem conſtitutionem, etſi non legitimam, cum aliis tamen legitimis inſertam obligare. Tum ad pacandas conſcientias ſcrupuloſorum, & obſtruendum ora inquietorum, & ad maiorem, & abundantiorem cautelam, quæ nulli nocere poteſt, & qua prudentiores Prælati vti ſolent. Cui conſonat praxis, & ſtylus Curiæ, ſæpè enim videmus à Summo Pontifice, & Sacris Congregationibus peti, & concedi ſolitas diſpenſationes, facultates, & licentias in caſibus non neceſſariis, ad obuiandum ignorantiæ, ſcrupulis vel malignitati aliquorum. Ex quo ceſſat obligatio, quam aduerſarij afferebant ex iſta diſpenſatione petita, & obtenta.

86 Obiectio etiam alia, quam præfati Patres non omittebant, ſcilicet quod electiones prædictæ Priorum debebant fieri à Conuentibus, & non à Diffinitorio capituli, inſpecto iure communi, iam eſt reiecta *ſup. num.* 74. Etſi enim id verum ſit propter *cap. primum, de electione, & cap. congregatio* 15. *q. vltim.* & alia iura, ac Doctores, quorum plures refert Barboſa *in Collectan. Doctorum, in d. cap.* 1. *de elect.* nihilominus iuxta dicta ſuprà *num.* 74. conſuetudine, vſu, & praxi noſtræ Religionis (ſicut & plurium aliarum Religionum) conſtitutionibus authoritate Apoſtolica factis, & aliis relatis oppoſitum habetur. Idque eſſe rationi magis conforme, propter magna inconuenientia, quæ ex electionibus ab ipſis Fratribus factis oriuntur, tenent doctiſſimus Nauar. *Commentario* 3. *de Regularibus, num.* 3. §. *ſeptimò confirmatur.* Perez *in Regulam S. Benedicti, cap.* 64. Suar. *tom.* 4. *de Religione, tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 8. *& tract.* 10. *lib.* 10. *cap.* 3. *à num. quinto.* Vbi non ſine peculiari Dei prouidentia, & Spiritus Sancti inſpiratione, hunc modum prouidendi Prælatos in Societatem Ieſu, ait eſſe introductum.

Quibus fauent ex Patribus Baſilius, Chryſoſtomus, & Gregorius ab eodem Suarez relati. Iniurij ergo ſunt tum prædictis Patribus, tum toti Religioni noſtræ, in qua eſt more introductum, vt Priores locales aliter quam à Fratribus Conuentuum eligantur, ij qui ſolùm volunt à Conuentibus eligi debere Priores, parum curantes de magnis incommodis, quæ ex eo oriri, vel ipſi teſtari poſſunt. Vnde Commiſſarij Apoſtolici (inter quos erat Generalis Stratius) deputati pro examine Statutorum Prouinciæ Turoniæ, quam perfectè reformatam nouit totus Ordo, limitarunt articulum, in quo dicta Prouincia ſtatuerat electiones Priorum fieri debere à Conuentibus, ita ſcilicet, vt poſſet Diffinitorium Capituli Prouincialis legitima de cauſa non confirmare Priorem electum à Conuentu, & tunc ſubrogandus in locum non confirmati eligeretur à Capitulo Prouinciali. Et licèt pauci quidam contra dictam Prouinciam id humiliter acceptantem, litem excitaſſent, contendentes huiuſmodi electiones remitti debere ad Conuentus; ſententia tamen in iudicio contradictorio data per Reuerendiſſimum Generalem Maſſarium pronunciatum fuit, eas non Conuentibus remittendas, ſed à Capitulo Prouinciali faciendas. Quæ quidem ſententia vt æquiſſima fuit ab Eminentiſſimo Domino Protectore, & poſtea à Sede Apoſtolica confirmata die 2. Iunij 1643.

Adiungebant etiam Patres aduerſarij, electionem 87
Priorum per Conuentus eſſe vnam ex conditionibus vnionis Prouinciarum, de quibus *ſupr. num.* 38. Nam *cap.* 2. prædictarum conditionum, *num.* 1. dicitur, quod conſtitutio generalis, ſcilicet loquens de electione Priorum per Conuentus, relinquatur in ſuo vigore in poſterum. Sed hoc nihil ipſis ſuffragabatur, non ſolùm quia id non ſtatuitur ibi per modum conditionis, ſed ſolùm per modum permiſſionis, ſeu tolerantiæ dictæ conſtitutionis, ſi & in quantum valere poſſet.

Sed etiam, quia ibi expreſsè dicitur, relinquendam eſſe dictam conſtitutionem quoad diſpenſationem faciendam in ipſa ab habente legitimam poteſtatem ad id faciendum. Cum ergo dicta conſtitutio (qualiſcunque vigoris ſit) diſpenſata fuerit pro Capitulo, de quo eſt controuerſia à Domino Nuncio, & P. Generali Ordinis, vt dictum eſt ſuperiùs, ſine fundamento talem conditionem pro ſua parte adducebant.

Expendebant quoque, quod tam in dicta condi- 88
tione, quàm in aliis diſpenſationibus ſuper præfata conſtitutione datis, dicitur id fieri *pro vna vice*: ex quo validum ſibi argumentum deſumere credebant, vt probarent legitimam eſſe. Sed & hoc infirmum eſt. Nam cum ea conſtitutio, eſto inualida ſit, & incerta, cum tamen reperiatur cum aliis legitimis conſtitutionibus, ideo prudenter, modeſtè, & religioſè, vt veri obedientes, ſolùm pro illa vice diſpenſationem poſtulare debebant, & Superiores, propter eandem rationem, ſolùm pro ſingulis vicibus eam concedere, ne ſe faciles oſtenderent in diſpenſatione legis quantumvis dubiæ. Præſertim quod iſto modo inferiores maiorem ſubordinationem ad Superiores ſuos haberent, nec præcluderetur aditus ad ipſos, & ad Curiam pro aliis occaſionibus.

Decretum Eminentiſſimi Cardinalis Protectoris.

Rebus ergo diligenter, maturéque diſcuſſis, Emi-
nentiſſ. ipſe Cardinalis cum Reuerendiſſimis aliquot 89
Generalibus viriſque grauiſſimis die 18. Decembris præſens Decretum, ac definitiuam ſententiam in hac cauſa promulgauit in Capituli & electionum in ipſo factarum fauorem.

Die 18. Decembris 1643.

In Congregatione habita coram Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Ginetto Sanctiſſimi D.N. Vrbani Papæ VIII. Vicario, ac Religionis Carmelitanæ Protectore, in qua interuenerunt

R.P. *Magiſter Ioannes Baptiſta Berardus, Generalis Fratrum Minimorum S. Franciſci.*

R.P. *Magiſter Hippolytus de Monte, Generalis Religionis S. Auguſtini.*

R.P. *Magiſter*

R.P. Magiſter Leo Bonfiliolus, Vicarius Generalis Carmelitanorum.

R.P. Magiſter Dominicus Campanella, Procurator Generalis eorundem Carmelitanorum.

P. Ioſeph à Matre Dei Procurator Generalis Diſcalceatorum Carmelitanorum Congregationis Hiſpaniæ, & D. Ludouicus Gratia ab Eminentia ſua deputati ad dandum eorum votum ſuper nullitatibus oppoſitis contra electiones Prouincialis, Diffinitorum, & Priorum Carmelitani Ordinis factas in Capitulo Prouinciali, eiuſque Diffinitorio de menſe May 1641. In Ciuitate Valliſoletana Prouinciæ Caſtellæ, rebuſque aliis, &c. ſuper quibus pluries auditis, ac informantibus etiam in ſcriptis, Patribus Magiſtris Laurentio de Oſſorio, & Celedonio de Aguero, necnon R. P. Magiſtro Ioanne Baptiſta Lezana Socio, & aſſiſtente dicti R. P. Vicarij Generalis, ac dicti Capituli defenſore, illiſque maturè diſcuſſis, omnes fuerunt concordes in voto, dictas electiones impugnari non poſſe, & ſuper dictis nullitatibus illarum oppoſitoribus perpetuum imponendum eſſe ſilentium.

M. Cardinalis Ginettus Protector.

Loco † ſigilli. Felix de Lueo Secretarius.

90 Motiua verò, ſeu cauſæ, aut rationes, quibus permotus Eminentiſſimus, cum Reuerendiſſimis aliis, & grauiſſimis Conſultoribus præfatum Decretum edidit, non ſolùm fuit, quod nullitates contra præfatum Capitulum, & eius electiones prætenſæ, ſufficienter ex dictis euacuabantur, ſed etiam doctrina celeberrimi Doctoris Nauarri, *qui lib. 5. Conſilior. de Iudæis, conſilio primo, num. 6.* dum quærit, quæ probatio ſit neceſſaria ad excludendum aliquem ab aliqua electione, hæc habet. *Reſpondeo, quod ad impediendam electionem videtur ſufficere ſemiplena probatio, argum. text. ſing. in cap. præterea, il 2. de ſponſal. qui probat, propter dictum vnius teſtis, & ſemiplenam probationem impedimenti affinitatis, impediendum eſſe matrimonium nondum contractum, ne contrahatur: ſi autem eſt iam electus, & confirmatus, requiritur plena probatio ad reiiciendum, & exauctorandum, arg. cap. ſuper his, de accuſat. & pro vtroque dicto facit cap. quemadmodum, de iureiur. quatenus probat, quod turpius eiicitur quam non admittitur hoſpes.* Quam etiam doctrinam recipit Iolins Lauorius *ſup. dict. c. 19. n. 121.* & fauet Rodriguez *tom. 1. qq. Regul. q. 14. art. 3.* Accedebant etiam plurimæ tum iuris, tum Iuriſtarum Regulæ.

Primò illa: *Reus in dubio eſt abſoluendus, l. Arrianus, ff. de act. & obligat. cap. ex litteris, de probation. l. qui accuſare, C. de edend.* Secundò illa: *Reus eſt abſoluendus cum actor minus probauit, §. commodum, Inſtit. de interdict. c. ex litteris, de probat. l. qui accuſ. C. de edend.* Tertiò illa: *In dubio de validitate actus, debet interpretari quod valeat, ff. de iniur. l. apud Labeonem, §. ſi commodum, ff. de ſeru. cor. l. ſi quis ſeruum, in fin.* Bartol. poſt Gloſſ. *in l. non ſolùm, § ſed vt probari, in 1. col. in fin. ff. de oper. nou. nunc.* Bald. *in rubr. C. de fide Inſtr. 4. col. in verſ. iuxta hoc quæritur.* Quartò illa: *Dubia in meliorem partem ſunt interpretanda.* Bertachinus *in Repertor. 2. p. verbo Dubium.* Quintò illa: *Poſſeſſoris conditio melior eſt in pari cauſa, c. in pari, de Reg. Iur.* vbi Dynus, & alij. Sextò illa: *Poſſeſſor etiam iniuſtus debet citari quando eſt expellendus, l. 1. in fin.* & ibi Bartol. *in 1. not. C. ſi propter pub. penſ. l. fin.* & ibi Bald. *Cod. ſi per vim, vel alio modo, l. meminerit.* Septimò illa: *Cum iura partium ſunt obſcura, pro poſſeſſore iudicandum eſt, l. 2. C. de prob. l. fin. C. de rei vend. c. inter dilectos, de fide inſtrument.*

CONSVLTVM XIV.

De quodam Religioſo qui poſt profeſſionem matrimonium contraxit.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, ſeu factum.*
2 *Profeſſio iſtius fuit valida.*
3 *Actus in dubio exiſtimatur validus.*
4 *Profeſſio eſt priuilegiatiſſima.*
5 *S. Congregationis deciſiones.*
6 *Doctores id approbantes.*
7 *Decreta S. Congregationis.*
8 *Pro Ordine SS. Trinitatis.*
9 *Pro Clericis miniſtrantibus infirmis.*
10 *Alia ſtatuta Religionum ſic intellecta.*
11 *In Societate Ieſu.*
12 *In Ordine Prædicatorum.*
13 *Circa decreta Clem. VIII. & Vrb. VIII.*
14 *Ex cap.* Quia in inſulis.
15 *Ex matrimonij exemplo.*
16 *Profeſſio eſt ſpirituale matrimonium.*
17 *Iura, & Doctores.*
18 *Maximè in materia tam graui.*
19 *Actus contra legis formam factus an validus.*
20 *Quis contra formam accidentalem.*
21 *An obſtet confirmatio Apoſtolica.*
22 *Non obſtat ad intentum.*
23 *Clauſula in fine ad quæ refertur.*
24 *Fugienda eſt abſurditas.*
25 *Quid in præſenti.*
26 *Poterant Superiores diſpenſare in hoc ſtatuto.*
27 *Quando cenſeantur diſpenſare.*
28 *Non obſtat permiſſio Superiorum.*
29 *Iudices de validitate profeſſionis qui ſint.*
30 *Deciſio* cap. Prudentiam.
31 *Quid fieri poſſit in hoc caſu.*

IESVS MARIA.

CASVS.

IN Religione N. extat ſtatutum, ſeu conſtitutio, vbi habentur hæc: *Ætatem attendant, chore eum aſſignandi, niſi annum 18. egerint, & 40. non exceſſerint, non recipiantur, niſi iuſta de cauſa Præpoſitus, vel Prouincialis diſpenſauerit.* Quo non obſtante N. habitum eiuſdem Ordinis ſuſcepit, & probationis anno elapſo, cum ſolùm 17. ætatis haberet annos, profeſſionem emiſit. Cognito poſtea defectu ætatis, & conſiderato tali ſtatuto, contra profeſſionem factam intra quinquennium reclamauit coram Ordinario, & Superiori Ordinis. Quia tamen hi à Magiſtratibus ſæcularibus impediti fuerunt ne ad ſententiam diffinitiuam procederent, Superiores prædicti Ordinis habitum ipſi deponere permiſerunt, eumque ad profeſſionem non eſſe obligatum declararunt. Quapropter adhibito etiam Doctorum, & piorum virorum conſilio, matrimonium contraxit cum honeſta, & illuſtri fœmina, ex qua tres filios ſuſcepit, & per ſex annos cum ea vixit. Quia tamen adhuc dubitat de valore præfatæ profeſſionis, ideo petit reſolutionem, & quid agendum caſu quo illa profeſſio valida cenſeatur. 1

Reſponſio

Reſponſio.

2 Quod attinet ad profeſſionem ab iſto emiſſam ante
18 annum in ſtatuto illius Ordinis præfixum, credo
exiſtimari debere validam, & firmam. Doceo primò
ex generaliſſimo iuris principio, & axiomate. *Actus
in dubio debet interpretari validus, l. quoties, ff. de rebus
3 dub. l. quoties, ff de verb. oblig. l ſi quando, ff. de legat. 1.*
Abbas *conſ. 62. in controuerſia, col. 1. n. 7.* Rolandus à
Valle *conſil. 61. n 23. lib. 3.* Quod principium, ſeu axio-
ma adeo latè accipitur à Doctoribus, vt propterea di-
cant: *Omnis interpretatio admittitur ad ſuſtinendum
actum.* Rota *dec. 469. n. 3. part. 2. recent.* Rolandus à
Valle *d. conſil. 61. n. 26.* Cardinalis Tuſchus *pract. con-
cluſ. littera A, concl. 136. n. 14.* Barboſa *in Axiomat.
iuris, axiom. 12. n. 17. 18. & 19.* Vbi multa ad intentum.
Ducor ſecundò, ſpecialiter in hac materia profeſſio-
nis, ex eo quod cum priuilegiatiſſima ſit, & inſtar
4 matrimonij indiſſolubilis, in dubio de validitate ipſius
iudicari debeat in ipſius fauorem quod ſit valida. Ita
enim communiter ſentiunt Doctores, ſpecialiter San-
chez *lib. 7. de matrim. diſp. 37. n. 11. in fin.* referens etiam
Nauarrum, Bartholomæus de Vecchia *in prax. nouit.
diſp. 13. dub. 12. n. 22.* plura iura, Rotæ deciſiones, &
authores ad intentum adducens.

5 Tertiò, & magis ſpecialiter, quia ex communi etiam
DD. conſenſu, approbante etiam ſæpius S. Congrega-
tione, profeſſiones factæ contra ſimilia ſtatuta Reli-
gionum, in quibus præcipitur ne aliqui in ipſis ad-
mittantur, niſi ſint conſtituti in tali, vel tali ætate
ſupra 16. annum à Concilio requiſitum *ſeſſ. 25 de Re-
gul. c. 15.* ſi non habeant clauſulam expreſsè irritan-
tem profeſſiones, validæ, & firmæ cenſentur. Ita enim
loquendo de Religione Minimorum, in qua eſt ſimile
ſtatutum, tenent Rodrig *tom. 3. qq. Regul. q. 17. art. 20.*
Sanch. *lib. 5. in precept. Decal. c. 4. n. 6.* Miranda *in Man.
tom. 1. q. 24. art. 2.* Portellos *in dub Regular. verbo Pro-
6 feſſio, n. 14* Paſſarellus *in caremoniali Minimor. notab. 8.*
Peirinis *tom. 2. de Pralato, q. 3. c. 1. §. 6.* vbi latè id pro-
bat contra Nauarrum, Sorbum, & Caſtillum. Tenent
id quoque Hieronymus Venero *in Examin. Epiſcopor.
lib. 6. c. 15.* Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcopi alleg. 101.
n. 13. & in collectan ad Concil. Trident. loco relato, n. 12.*
& nouiſſimè poſt illos Caſtrus Palaus *p. 3. tract. 16.
diſp. 2. punct. 2. §. 1. n. 2.* Franciſcus Bordonus *tom. 1. Re-
ſol. 21. n. 11.* Pellizzarius *tom. 1. Man. Regul. Tract. 3. c. 1.
n. 37.* & plures alij quos ſequor *tom. 4. mea Summe,
verbo Nouitij, & Nouitia, n. 16.*

Quam ſententiam firmauit S. Congregatio decla-
rans profeſſionem in eo Ordine Minimorum emiſſam
poſt decimum ſextum annum, ante 18. annum in ſta-
7 tuto eiuſdem requiſitum validam eſſe, prout refert
Armendaria *in Addit. ad recopilat. leg. Nauarr. lib. 2.
tit. 18. l. 7. de Relig. n. 14.* & Peirin. ſupra *n. 179.* refe-
rens declarationem S. Congregationis Concilij, &
n. 178. referens decretum eiuſdem S. Congregationis
de anno 1582. in quo id deciditur, & ex quo colligit
hanc ſententiam eſſe omninò certam.

8 Similiter, cum in Religione Sanctiſſimæ Trinita-
tis habeatur in conſtitutionibus ipſius à Sede Apo-
ſtolica approbatis, quod in illa non recipiatur aliquis
ante 20. annum ætatis, & quæreretur per Superio-
res Religionis, an pro validitate profeſſionis in illa
ſufficeret emiſſam eſſe poſt 16. annum iuxta diſpoſi-
ſitionem Concilij, S. Congregatio die 2. Auguſti 1631.
& 24. Aprilis 1642. cenſuit profeſſiones emiſſas iuxta
diſpoſitionem Cõcilij eſſe validas. Ita Sellius *in Select.
Canon. c. 18. n. 3.* & Barboſa *loco allegato ſuper Conci-
lium, n. 13.*

9 Quamvis autem hæc ſufficienter conuincant idem
dicendum eſſe in caſu præſenti, quod ſcilicet pro-
feſſio iſtius, de quo eſt ſermo, valida fuerit, non ob-
ſtante quod fuerit facta contra ſtatutum dictæ Reli-
gionis, ſiquidem eadem difficultas procedit in Reli-
gionibus Sanctiſſimæ Trinitatis, & Minimorum, vbi
ſunt ſimilia ſtatuta, & nihilominus S. Congregatio
approbauit vt validas profeſſiones factas contra illa,
veruntamen idem intentum magis roboratur ex caſu
ſimili ſecuto in Religione Clericorum Regularium
miniſtrantium infirmis, quem refert Peirinis *ſup.
n. 179.* Cum enim in ea Religione ſit ſtatutum in
Regula à Sede Apoſtolica approbata, quod nullus
recipiatur ad Religionem, qui in minori ſit 18. anno-
rum ætate conſtitutus, niſi aliud Generali, & Con-
ſultoribus propter aliquam euidentem vtilitatem vi-
ſum fuerit, & caſus occurrerit quod quidam Fabri-
tius, qui à multis annis in ea religione profeſſus erat,
prætenderet dictam profeſſionem fuiſſe nullam, eo
quod illam emiſiſſet ante dictum 18. annum abſque
diſpenſatione Generalis, & conſultorum nihilominus
S. Congregatio Regularium declarauit non eſſe au-
diendum. Quam declarationem approbauit Paulus V.
die vltima Auguſti 1610. Cum igitur hoc ſtatutum
ſimile ſit ei, quod habet Religio, de qua agitur in
præſenti, dicendum videtur profeſſionem contra ipſum
factam validam eſſe.

Fauet ad intentum quod alia ſtatuta ſimilia aliarum 10
Religionum eodem modo intellecta ſint ab ipſarum
profeſſoribus. Etenim teſtante Bordono *ſup. n. 12.*
quamvis Fratres Flandrenſes eius Religionis, ſcilicet
Tertiariorum S. Franciſci habeant ſtatutum de non
admittendo aliquem ad profeſſionem niſi habeat 18.
annos, nihilominus (inquit idem Bordonus) quod ſi
non habet decretum irritans, profeſſio in minori æta-
te *ſine dubio tenet.*

Similiter, quamvis in Societate Ieſu iure Religio- 11
nis vota biennij non emittantur ante 17. annum com-
pletum, cum in ea non admittatur Nouitius ante 15.
annum expletum, ſi tamen Generalis diſpenſet quod
aliquis admittatur ante 15. annum, eo ipſo abſque
noua diſpenſatione, talis expleto biennio probatio-
nis emittere poterit illam biennalem profeſſionem,
etſi nondum expleuerit 17. annum. Ita Pellizzarius 12
ſuprà, dicens talem eſſe praxim Societatis. Idem dicit
ibidem *n. 39.* ſequens Suarez *tom. 3. de Relig. lib. 6. c. 3.
n. 8.* de alia conſtitutione Ordinis Prædicatorum ex-
cludente Fratres Conuerſos à profeſſione emittenda
ante annum 18. ſi non habet clauſulam irritantem.

Ac demùm quamvis in decretis Clement. VIII. 13
& Vrbani VIII. *pro reformatione Regularium, & re-
ceptione Nouitiorum,* habeatur non eſſe recipiendos
Conuerſos ad habitum, vel profeſſionẽ, ante 20. & 21.
annum ætatis, quia tamen ibi non apponitur clauſula
irritans receptionem, aut profeſſionem ideo *tom. 4.
mea Summa, verbo Nouitij, & Nouitia, n. 16.* dixi me
ſæpè reſpondiſſe, validas eſſe tales receptiones, aut
profeſſiones ante dictam ætatem factas, quod etiam
tenet Bordonus *ſup. n. 13.* & fauet Pellizzarius n. 40.

Hoc ipſum confirmat caput *Quia in inſulis, de Re- 14
gul.* vbi quamvis caueatur ne quis ante 18. annum ad
Religionem in illis Inſulis recipiatur, quia tamen ibi
non apponitur clauſula irritans, ideo non obſtante ea
prohibitione, ſi aliqui in eis reciperentur ante an-
num 18. ad Religionem, receptionem validam eſſe
tenent Abbas ibidem *n. 4.* Sylueſt. *verbo Religio 3. q. 4.*
Roſella, Angelus, Armilla, & Tabiena *in Summis,
verbo Nouitius,* Sanch. *lib. 5 in Decal. c. 4. n. 2.* Suarez
ſup. n. 7. veluti reprehendens Hoſtienſem, & alios
oppoſitum exiſtimantes, Peirinis *ſuprà n. 189.* Palaus,
Bordonus, & alij.

Quorum omnium fundamentum deſumitur ex *c.
Ad Apoſtolicam, de Regular.* ex quo habetur illud
axioma, *Multa fieri prohibentur, quæ ſi facta fuerint, te-*

nent

uent. Com enim ibi ſit ſermo de profeſſione Religioſa, manifeſtè deducitur, quod quamuis facta fuerit contra ſimplicem prohibitionem, adhuc eſſet valida ſi talis prohibitio non habuerit clauſulam irritantem. Quod & confirmat exemplum de Matrimonio, quod non redditur irritum ex eo qood ſit factum contra quodcunque ſimplex interdictum Eccleſiæ, vt probat Sanch. *lib.7.de Matrim.diſp.*1. cum enim profeſſio ſit quoddam ſpirituale Matrimonium, valet in ipſa argumentum deſumptum ex carnali, vt habet idem Sanchez *d.c.4.n.*2.Confirmant etiam plura exempla, quæ ad intentum affert Paſſatellus *ſupra*,& ex ipſo Petrinis etiam *ſupr. n.*170. Confirmant etiam multa iura, & Doctores apud Barboſam *in Axiomatib. iuris, axiom.* 93.*n.*30. & quæ adduxi *tom.*4. *Summæ,verbo leges Regularium,n* 45.*&* 47. vbi in terminis fortioribus dixi, quod etiamſi prohibitio fiat cum clauſula *non poteſt* (quod non contigit in propoſito) adhuc ſæpius actus contra illam factus non cenſetur irritus. Quod maximè procedit, (& eſt valdè notandum) in materia tam graui, & quæ ius diuinum attingit, qualis eſt profeſſio; ſi enim in lege ipſam prohibente non adſit clauſula, vel verbum irritans, ſemper debet valida exiſtimari. Suarez *eo n.*7. Ex his autem omnibus coniunctim ſumptis liquidò innoteſcit profeſſionem, de qua agitur in præſenti, validam exiſtimari debere.

23 Vnde non obſtat quod dicatur facta contra legem præſcribentem formam profeſſionis, ac per conſequens cenſeri debere irritam, quia *forma legis omiſſa corruit actus*, vt habetur *ex l. cum hi,§. ſi Prætor.ff. de tranſact.l.traditionibus,C.de pactis, c.cum dilecta,de reſcript.c. quia propter,de elect* & aliis iuribus, Rotæ deciſionibus,& Doctoribus apud Barb.*in Axiomatib.iuris, Axiom.*12 *n.*24 *& Axiom.*100.*n.*17. Nego etenim prohibitionem illam, de qua in præſenti eſt ſermo, habere vim legis præſcribentis formam.

24 Eadem etenim, vel ſimilis prohibitio extat in aliis Religionibus, & tamen, vt vidimus ex declarationibus S. Congregationis, & Doctoribus, actus factus contra illam non cenſetur irritus. Deinde (quod ad idem tendit) dicendum, ſolum cenſeri de iure vt formam accidentalem, prout Petrinis *ſupra* ſæpius repetit de ſimili illi prohibitione in ordine ſuo Minimorum exiſtente, non de ſubſtantiali. Actum autem factum contra legem ſolùm præſcribentem formam accidentalem, validum eſſe dixi ex Suarez, & Portello eo verbo *leges Regularium,n.*46.

25 Nec etiam obſtat quod in confirmatione Apoſtolica à Papa facta illorum ſtatutorum, inter quæ eſt illud, de quo in præſenti, habeatur in fine hæc clauſula: *Decernentes eaſdem conſtitutiones ab omnibus, & ſingulis dictæ Congregationis fratribus perpetuò, & inuiolabiliter obſeruari debere, ac irritum, & inane ſi ſecus à quodam quauis authoritate fulgente, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter contigerit attentari,&c.* Ex ea enim inferri videtur dictum ſtatutum habere clauſulam irritantem. Hoc inquam minimè obſtat, tum quia conſtitutiones aliarum etiam Religionum habentium ſimilia ſtatuta, ſi quidem confirmatæ ſunt à Sede Apoſtolica, habebunt etiam in fine Bullæ Confirmatoriæ eandem, vel ſimilem clauſulam,qua non obſtante S.Congregationes declararunt, profeſſiones Religioſorum earumdem factas contra dicta ſtatuta validas eſſe, prout viſum eſt. Tum quia licet regulariter loquendo clauſula in fine diſpoſitionis poſita referatur ad omnia præcedentia, hoc tamen maximè limitandum, vt non referatur ad ea quæ longè diſtant, prout eſt ſtatutum, de quo in præſenti, prout ex Antonio Gabriele, Menochio, Moneta, & Sanchez affert Barboſa *in tract. de clauſulis,clauſula* 70.*n.*31. Tum maximè, quia clauſula in fine poſita non refertur ad omnia præcedentia, quando ſequeretur abſurditas, prout ex Gabriele, Menochio, Marta,Moneta,Thuſco, & aliis affert idem Barboſa *ſupr. n.*9. atqui ſi diceretur dictam clauſulam referri ad omnia contenta in ſtatutis huius Religionis, de qua eſt ſermo, ſequeretur manifeſta abſurditas, cùm tam in illis, quàm in aliis aliarum Religionum comprehendantur innumeræ prohibitiones rerum, quæ ſi in contrarium fiant, non niſi abſurdè, & ridiculè dicerentur irritari, eo quòd ſunt res quæ conſiſtunt in facto, & poſtquam factæ ſunt, irritari nequeunt. Tum denique,quia ſenſus legitimus illius clauſulæ, *ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his, &c.* appellat ſupra illa, quæ immediatè præcedunt, ſcilicet *Eaſdem conſtitutiones ab omnibus, & ſingulis dictæ Congregationis fratribus perpetuò, & inuiolabiliter obſeruari debere*, id eſt, eoſdem fratres viuere debere ſub dictis conſtitutionibus, & non ſub aliis,& ſi aliter prætenderent, aut facerent, id *irritum* eſſet, & *inane*. Non ergo neceſſe eſt, quod hæc irritatio cadat ſuper ſingula ſtatuta illarum conſtitutionum, aut ſuper illud, de quo eſt controuerſia præſens, irritando facta contra illa.

Caſu etiam dato, & non conceſſo, quod præfatum 26
ſtatutum irritaret receptiones, ſeu profeſſiones aliter factas, adhuc ſuſtineri deberet vt valida profeſſio religioſi, de quo in præſenti eſt ſermo. Eo quòd in tali ſtatuto diſpenſare poterant Superiores eius Religionis, prout patet ex verbis ipſius, & eo ipſo quod ad profeſſionem admiſerunt illum cum ſcientia, & notitia,prout debebant habere, tum defectus ætatis illius, tum præfati ſtatuti prohibentis admiſſionem habentis talem defectum, cenſeri debent facto ipſo diſpenſaſſe. Certi enim iuris eſt,quod cùm Prælatus admittit 27
ad aliquem actum habentem impedimentum in quo poteſt diſpenſare, ſi ſaltem adeſt ſcientia talis impedimenti, cenſeatur facto ipſo diſpenſare, prout tenent innumeri Authores quos referunt, & ſequuntur Sanc.*lib.8.de matr.diſp.4.per tot.* Sigiſm. de Bon.*de elect.dub.*81. Aſcan.Tamburin.*de Iur.Abb. tom.*1. *diſp.*5. *quæſt.*17. Nauar. & Rodrig. quos ſequor *tom.*1. *Sum. c.*18 *n* 63. loquentes in terminis fortioribus, & grauioribus materiis, ſcilicet diſpenſationis in irregularitatibus & cum illegitimis, & eo principio innixi, quod diſpenſatio non requirit certa verba, ſed ſufficiunt ad ipſam ſiue facta, ſiue verba, ex quibus ſufficienter cognoſci poſſit voluntas diſpenſandi, quæ omnia huic caſui applicari poſſunt.

Nec ſuffragatur pro inualiditate prætenſa profeſ- 28
ſionis huius, de quo in præſenti, quod vt ſupponitur Superiores ipſius permiſerint illi habitum regularem deponere,& ipſam inualidam iudicauerint per ſententiam. Cùm enim per Tridentinum Concilium *ſeſſ.*25. *de Regularib. c.*19. Iudices de validitate, ſeu inualiditate profeſſionis debeant eſſe copulatiuè Ordinarius, & Superior Religionis, vt deciſum fuiſſe die prima Decembris 1593. teſtantur Armendariz *lib.*7. *de Relig. num.*18. quem refert Barb. *de authoritat. Epiſcop. allegat.* 104. *num.*12. *& ſuper eum locum Concilij num.*12. & magis ſpecialiter reſolutum ſit à Sac. Congregatione menſe Ianuarij 1618. vt refert Aloyſius Riccius *in praxi aurea reſ.* 20. & ex eo Tamburinus *de iure Abbat. tom.*3.*diſp.*6. *q.*3.*n.*3. quod ſi Superior Regularis per ſe ſolum profeſſionem nullam declararet, inualidè faceret, & teneretur ad Religionem reuocare,vtrique parum curandum videtur de ſententia data à dictis Superioribus ſine Ordinarij aſſiſtentia.

Contra quod nihil facit, quod affert Bordonus 29
*tom.*3. *Reſolut.*69.*n.*8. & 9.ſcilicet quod cùm Ordinarius non concurrit ad declarandam nullitatem profeſſionis, potuerit ſolus Superior id facere, quod colligit ex *cap. prudentiam, de offic. delegat.* Cùm enim

pro

pro forma iudicij de nullitate profeſſionis aſſignaue-
rit Concilium concurſum Ordinarij, & Superioris
Religionis, vnus ſine alio non potuit ad cauſam pro-
cedere, vt per Menochium *de arbitrar. caſu* 187. *n.* 11.
& conſ. 1. *n.* 207. Peregrinum *variar. lib.* 1. *ad Rubric.*
de offic. & poteſt. delegat. *n.* 30. & alios affert Barboſa
in Collectan. ad d. cap. prudentiam, n. 2. 3. *&* 4. Deciſio
autem *cap. prudentiam*, non facit Bordono, quia vt
patet ex textu, ibi eſt ſermo pro caſu in quo cauſa
30 committitur pluribus cum clauſula: *Quod ſi omnes*
intereſſe nequiuerint, alij eam exequantur, Concilium
autem Tridentinum non delegat iſtam cauſam de
nullitate profeſſionis cum hac clauſula, ſed abſolutè
vult quod fiat coniunctim coram Superiori, & Ordi-
nario.

31 Vt autem magis directè reſpondeam ad dubium
propoſitum, dico quod licet cenſeam dictam profeſ-
ſionem validam fuiſſe, propter adducta, ac per con-
ſequens non potuiſſe Superiores Religionis ſic pro-
feſſum dimittere, & multo minus ipſum matrimo-
nium contraxiſſe, aut vxorem duxiſſe; nihilominus
quia non caret probabilitate dicere eam profeſſio-
nem fuiſſe irritam, & legitimè declaratam, vt talem
à ſolis Superioribus Religionis, ſiquidem Ordinarius
nolebat, aut non poterat ad talem ſententiam con-
currere, & quia in foro externo orator eſt ſecurus,
eo quod id acciderit in patria, vbi non eſt receptum
Concilium Tridentinum, ac præcipuè propter dam-
num notabile, quod ſequi poteſt vxori contrahenti
cum bona fide, & filiis qui reputari debent illegitimi,
cenſeo etiam S. Congregationes S. Inquiſitionis, vel
Pœnitentiariæ (annuente Sanctiſſimo Domino Innoc.
32 Papa X. pro ſumma authoritate quam habet ad diſ-
penſandum etiam in votis ſolemnibus Religionis, &
legitimandi prolem ſuſceptam in matrimonio inuali-
do) permittere poſſe permanere dictum oratorem in
Matrimonio quod contraxit, prout aliàs audio factum
in ſimilibus caſibus; monitum tamen de obligatione,
quam habet ad obſeruantiam caſtitatis extra matri-
monium, redeundi ad Religionem poſt mortem
vxoris, & de aliis quæ eiſdem S. Congregat. bene
viſa fuerint.

CONSVLTVM XV.

De quibuſdam Religioſis Ordinis Minorum bona ſtabilia poſſidentis.

SVMMARIVM.

1 *Caſus de quo eſt dubitatio.*
2 *Videtur quod licitè poſſideantur talia bona ſtabilia.*
3 *Quia non eſt contra ſubſtantiam voti paupertatis.*
4 *Maximè in Monialibus.*
5 *Eſſentia paupertatis qua.*
6 *Habere bona in communi licitum.*
7 *Ex* c. inſinuante, qui Clerici vel vouentes.
8 *Quia non aduerſatur* Concilio.
9 *An priuatis Religioſis id liceat.*
10 *An obſtet Concilium Tridentinum.*
11 *Non videtur obſtare.*
12 *Diſpoſitio ipſius eſt valdè fauorabilis.*
13 *Dictio* concedit, *quantum valeat.*
14 *Ex mente cuiuſdam Epiſcopi.*
15 *Concilium an deroget priuilegiis.*
16 *Priuilegiis non derogatur, niſi id exprimatur.*
17 *Princeps non præſumitur auferre ius tertij.*
18 *Præfati Religioſi habebant priuilegium.*
19 *An perdiderint illa.*
20 *Decretum Capituli generalis.*
21 *Confirmatum à Paulo III.*
22 *An potuerint priuari dicto priuilegio.*
23 *Obſtantia* ex c. reeolendis, de ſtat. Monach.
24 *Eccleſia alteri vnita aſſumit naturam illius.*
25 *Quilibet ſe conformat Eccleſiæ, in qua conuerſatur.*
26 *Non obſtant prædicta.*
27 *Actus agentium non operantur vltra intentionem eorum.*
28 *Vniti ſunt hi Religioſi cum præſeruatione priuilegiorum.*
29 *An ſit contraria regula S. Franciſci.*
30 *Videtur quod non.*
31 *Pontifex diſpenſat in illa.*
32 *Id conſtat ex Concilio.*
33 *Ex magna congruentia.*
35 *Profitentur vitam mixtam.*
36 *Religiones excludentes bona immobilia, quæ patiantur.*
37 *Minorem habens libertatem.*
38 *Minus bene conſulunt indigentiis Religioſorum.*
39 *Euitatur ſingularitas.*
40 *Humilis proteſtatio authoris.*

IESVS MARIA.

Caſus, de quo eſt dubitatio.

FRATRES Minores Prouinciæ Aquitaniæ in 1
Gallia, cùm eſſent ex Conuentualibus eiuſdem
Religionis tranſierunt ad Obſeruantes, & il-
lia aggregati fuerunt in Capitulo quodam Genera-
li Niciæ celebrato de anno 1535. cum pacto acce-
ptato ab eodem Capitulo vt retinerent priuilegia
quæ antea habebant. Quo titulo hactenus obtinue-
runt bona ſtabilia, ſeu annuos reditus in communi.
Quæritur an potuerint id facere, & modò retinere
talia ſtabilia, &c.

Reſponſio.

Credo licitè, & tutè in conſcientia poſſe retineri 2
iſta bona ſtabilia in communi à dictis Religioſis, &
manutenendos in poſſeſſione illorum. Quod hoc ar-
gumento concludo. Vel enim talis retentio, ſeu poſ-
ſeſſio bonorum ſtabilium creditur illicita, quia eſt
contra ſubſtantiam, ſeu eſſentiam voti paupertatis,
vel quia eſt contra perfectionem, ſeu modum eiuſdem
voti præſcriptum à Concilio Trident. *ſeſſ.* 25. *c.* 2. &
decretis Summorum Pontificum Clem. VIII. & Vr-
bani VIII. *pro Reformatione Regularium* editis; vel
denique quia eſt contra Regulam S. Franciſci. Sed
nihil iſtorum eſt. Ergo: Minor propoſitio quoad ſin-
gulas partes eſt probanda.

Et quidem quoad primam, quod ſcilicet talis re- 3
tentio, ſeu poſſeſſio bonorum ſtabilium non ſit con-
tra eſſentiam, ſeu ſubſtantiam voti paupertatis, euidē-
tiſſimum eſt. Primò quia alias ſequeretur Religiones
habentes dicta bona immobilia in communi, quales
ſunt omnes præter Religionem Minorum de Obſer-
uantia, & Capuccinorum, quæ excluduntur à Con-
cilio loco relato *c.* 3. & aliquæ domus PP. Ieſuitarum,
& noſtrorum PP. Diſcalceatorum, iuxta ea quæ di-
xi *tom.* 2. *Summ. cap.* 1. *n.* 1. *&* 7. non obſeruare ſubſtan-
tiam voti Paupertatis, aut id quod eſt de ipſius eſſen-
tia. Quod non ſolùm eſt abſurdum, ſed etiam erro-
neum, vt colligi videtur ex Suar. *tom.* 3. *de Relig. lib.* 8.
cap. 8. *num.* 13. *in fin.* Quod argumentum efficacius

probat de Monialibus. Si enim contra eſſentiam voti
paupertatis eſſet habere ſtabilia bona in communi,
dicendum eſſet nullas Moniales eſſe veras Religio-
ſas, ſiquidem omnes habent, vel ſaltem habere poſ-
ſunt bona prædicta, etiam poſt Concilij decretum, &
ipſo non obſtante. Prout determinatum eſt à Sac.
Congregatione Epiſcoporum, & Regularium in Par-
menſi 16. Ianuarij 1596. referente Sello *in Select. Ca-*
5 *nonic. c. 16. n. 3* & Barboſa ex ipſo *in Collectan. Concil.*
ſeſſ. 25. c. 3. n. 7. Secundò, quia eſſentia paupertatis ſolùm
conſiſtit in abdicatione priuati dominij rerum tempo-
ralium, vt dixi *tom. 1. c. 6. n. 5.* Et propterea S. Th. 2. 2.
quæſt. 188. *art. 7.* & communiter DD. aſtruunt ſaluari
eſſentiam Religionis cum proprietate, ſeu poſſeſſio-
ne bonorum in communi; prout etiam definitum vi-
detur à Ioan. XXII. in Extrauaganti *Quia quorundam,*
de verbor ſignificat. Aliàs ſequeretur Apoſtolos, & ip-
ſorum diſcipulos Hieroſolymitas primitiuæ Eccleſiæ
non obſeruaſſe veram, & eſſentialem rationem pau-
pertatis religioſæ, prout communiter credunt Theo-
logi, & Doctores, ſiquidem etiamſi carerent in parti-
culari bonis temporalibus, nihilominus in Communi
6 ea habebant, vt colligitur ex illo *Act 4. Multitudini*
credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quiſ-
quam eorum qua poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dice-
bat, ſed erant illis omnia communia. Et infra: *Neque*
enim quiſquam egens erat inter illos. Quotquot enim
poſſeſſores agrorum, aut domorum erant, vendentes affe-
rebant pretia eorum, quæ vendebant, & ponebant ante
pedes Apoſtolorum. Diuidebatur autem ſingulis prout
cuique opus erat.

7 Fauet maximè tertiò textus in cap. inſinuante, qui
Clerici vel vouent. vbi Innoc. III. approbat profeſ-
ſionem cuiuſdam fœminæ factam ea conditione, vt in
domo propria maneret cum omni ſubſtantia ſua, ex
eo videlicet, quod talis conditio retinendi ea bona,
dependenter tamen à Superioris voluntate, non eſt
contra ſubſtantiam voti paupertatis. Prout tenent ibi
Innocentius *n. 2.* Ioan. Andr. *n. 9.* Abbas *num. 6.* Bar-
tolus, Paulus, Decius, Iaſon, Imola, & innumeri
alij DD. quos referunt, & ſequuntur Sanchez *lib. 5.*
in Decal c. 4. n. 97. & Barboſa *in illud c. Inſinuante, n. 2.*
& 3. in Collect. DD. Ex hoc autem, & a fortioribus
terminis colligitur nullo pacto eſſe contra ſubſtantiam
voti paupertatis poſſeſſionem bonorum etiam ſtabi-
lium in communi, quam iſti Religioſi retinent.

8 Quoad ſecundam verò partem, ſcilicet nec hoc
aduerſari decreto Concilij Trident. *ſeſſ. 25. cap. 2.*
aut decretis Summorum Pontificum Clementis VIII.
& Vrbani VIII. *pro Reform. Regular.* editis, etiam eſt
certiſſimum; ſiquidem in eis ſolum prohibetur pri-
uata poſſeſſio dictorum bonorum immobilium parti-
cularibus Religioſis, etiam ad vſumfructum, admini-
ſtrationem, ſeu commendam; non autem Monaſte-
riis, ſeu Conuentibus, aut domibus Religioſorum,
prout ex ipſis patet, & communiter ab omnibus intel-
lecta ſunt.

9 Præſertim, cùm expreſsè in dictis decretis Cle-
mentis VIII. & Vrbani VIII. quæ extant *in 3. tom.*
Bullar. in Clem. VIII. conſtit. 60. ſupponatur Mona-
ſteria, ſeu Conuentus Regularium habere prædicta
bona ſtabilia, ſeu redditus, §. 6. & 7. Ad quod accedit
quod illis non obſtantibus, aut etiam Concilio Tri-
dentino, eſt plurimorum DD. ſententia, quos retuli
tom. 5. in Mari magno Carmelit. r. 101 quibus fauet no-
uiſſimè Pellizzarius *in Manual. Regular. tract. 4. c. 2.*
ſect. 3. n. 237. aſſerentium poſſe priuatos religioſos bo-
na ſtabilia, ſeu peculium habere, de licentia tamen
Superiorum, & amouibiliter, ac dependenter ab ip-
ſorum voluntate. Ex hac enim ſententia (etſi eam
non recipiam propter decreta Clementis VIII. &
Vrbani VIII. relata) à fortioribus terminis, vt ſupe-
rius dixi, ſequitur poſſe Religioſos, de quibus in
præſenti, habere dicta bona immobilia in communi,
accedente præſertim conſenſu Religionis, de quo
infra.

Nec obſtat contra illos, quod in eodem Tridentino 10
ſeſſ. 25. c. 3. dicatur: *Concedit S. Synodus omnibus Mo-*
naſteriis, & tam virorum, quàm mulierum, & Mendican-
tium, exceptis domibus Fratrum S. Franciſci Capuccino-
rum, & eorum qui Minorum de Obſeruantia vocantur,
etiam quibus aut ex conſtitutionibus ſuis erat prohibi-
tum, aut ex priuilegio Apoſtolico non erat conceſſum,
vt deinceps bona immobilia eis poſſidere liceat. Ex his
enim inferri videtur, non poſſe dictos Religioſos, 11
cum modò ſint ex Minoribus de Obſeruantia, præ-
fata bona immobilia etiam in communi poſſidere.
Hoc, inquam, non obſtat, propter multa. Primò qui-
dem, quia intentio Concilij non videtur fuiſſe tollere
huiuſmodi bonorum ſtabilium poſſeſſionem illis Mo-
naſteriis Minorum de obſeruantia, quæ iuſto titulo,
aut ratione illam habebant, qualia erant Monaſteria
horum Religioſorum, vt infra dicetur, ſed ſolùm
non concedere illa iis qui ipſa non habebant. Tum 12
quia diſpoſitio iſtius capitis eſt valdè fauorabilis, vt
per ſe patet ex verbis relatis, & ex iis quæ adiungit
Concilium, videlicet: *Quod ſi aliqua loca ex prædictis,*
quibus authoritate Apoſtolica ſimilia bona poſſidere
permiſſum erat, eis ſpoliata ſint, eadem omnia illis re-
ſtituenda eſſe decernit. Fauores autem ampliandos eſſe
omnia iura clamant, *l. cum quidam, ff. de liber. & poſt-*
hum. c. odia, de Regul. iuris in 6. Tum quia dictio *con-* 13
cedit, qua vtitur Concilium, cùm ſit verbum generale,
ſumens vim à natura rei, cui adiicitur, Baldus *in l.*
non ambigitur, in fin. ff. de legib. Socinus ſen. *conſil. 93.*
n. 1. lib. 4. Iaſon. *in l. quod principali, n. 4.* poſt Gloſſam *ff.*
de conſtitut. pecun arguit animum Concilij propenſum
potius in fauorabilia, quàm in odioſa.

Secundò, quia vt colligitur ex Rodriguez *tom. 2.* 14
Quæſt. Regul. q. 29. art. 14. §. denique, iuxta mentem
cuiuſdam D. Epiſcopi, qui Concilio interfuit, inten-
tio eiuſdem Concilij fuit, vt omnia Monaſteria, tam
virorum, quam mulierum, cuiuſcunque Religionis
eſſent, haberent dicta bona ſtabilia, à qua generali
conceſſione excepti ſunt primò Capucini, quia id pri-
mò petiit Generalis Capuccinorum: deinde Minores
de obſeruantia, quia id etiam poſtularunt aliqui Pa-
tres ipſorum. Ex quo videtur ſequi talem petitionem,
& exceptionem factam ad iſtorum Patrum inſtantiam
non potuiſſe præiudicare Religioſis, de quibus in
præſenti eſt ſermo. Præſertim tertiò, quia cùm Con-
cilium in iſta ſua exceptione Fratrum Minorum de 15
Obſeruantia non derogauerit priuilegiis particulari-
bus Monaſteriorum huiuſmodi Religioſorum, pro-
culdubio videtur, noluiſſe illos comprehendere, ſed
alios dumtaxat nullum habentes priuilegium. Certi 16
enim iuris eſt Reſcripta, Conſtitutiones, ſeu decreta
etiam Pontificia non comprehendere priuilegiatos,
niſi expreſsè ipſorum priuilegiis derogetur, *cap. Cum*
ordinem, de reſcript. & ibi Doctores. De quo Felynus
in cap. 1. num. 14. verſic. tertiò reſtringo, & Beroi. *n. 72.*
hoc tit. Imò præſumitur Principis reſcriptum noluiſſe 17
auferre ius tertij. Maſcardus *de probat. concluſ. 1003.*
n. 12. Cabedus Luſitan *deciſ. 93. n. 1. p. 2.* cum in eo
ſemper intelligatur clauſula, *ſaluo iure tertij,* Brunor.
à Sole *in locis communibus, verbo reſcriptum, num. 1.* Et
in terminis Decretorum Concilij Trident. Na-
uarrus *in Man. cap. 25. num. 158.* Corduba *ſuper*
priuil. Mendic. verb. Diſpenſatio in fine, referens do-
ctorem Ortiz, Sanchez *conſil. mor. lib. 7. cap. 1. dub.* 18
11. num. 6 præfatos autem Religioſos habuiſſe
priuilegium habendi bona ſtabilia in communi
ante dictum decretum Concilij Tridentini, conſtat
ex Martino V. in Bulla circa ann. Dom. 1410. toti
Ordini

Ordini Minimorum conceſſa, qoæ incipit *Ad ſtatum*
Ordinis, & ex Alexandro VI. qui in Generali Ordinis
Capitulo Interamnæ habito anno 1501. prædictum
priuilegium confirmauit, vt patet per ſtatuta *Alexan-*
drina, ſic dicta, quia illic tunc eius authoritate facta
ſunt, & ab eodem confirmata per Breue quod inci-
19 pit, *Nuper attendentes, &c.* Et habetur in Firmamen-
tis trium Ordinum S.P. Franciſci 2. *part. tract. 2. fol.* 8.
Quæ priuilegia non amiſeruor per incorporationem
cum fratribus de Obſeruantia: quintimò ab illis ac-
ceptata, & recepta fuerunt in Capitulo Generali
Niciæ celebrato anno 1535. vbi prædicti Religioſi
admiſſi, & incorporati fuerunt cum aliis Obſeruanti-
bus, cum omnibus priuilegiis, immunitatibus, &
20 exemptionibus, quibus gaudere ſoliti erant. Dicitur
enim ibi: *Nos igitur attendentes vnitati Ordinis, &*
ſaluti animarum, atque deuotioni Principum, veſtriſ-
que deſideriis deuotis volentes condeſcendere, ſerie præ-
ſentium vos omnes Patres, & Fratres, vna cum tota
veſtra Prouincia Aquitaniæ, & fratres omnes nunc, &
pro tempore in eadem exiſtentes, ad noſtram & reliquo-
rum Miniſtrorum Generalium pro tempore exiſtentium
curam, & obedientiam, ad inſtar dictarum Prouincia-
rum Franciæ, Turoniæ, & Burgundiæ, cum priuilegiis,
immunitatibus, & exemptionibus, quibus gaudere ſoletis,
tanquam fratres, & filios chariſſimos, ac in Domino
Benedictos recipimus, admittimus, & capiti noſtro tan-
quam membrum proficuum, & vtile incorperamus, rece-
ptoſque, & admiſſos, ac incorporatos per præſentes de-
21 *cernimus.* Quod quidem decretum, & concordatum
confirmatum, & approbatum fuit à Paulo III. anno
1538. per Bullam *Exponi nobis*.

22 Ex quibus quartò reſpondetur ad decretum Con-
cilij adductum, quod cùm præfati Religioſi aggre-
gati fuerint Obſeruantibus eius Ordinis cum præ-
ſeruatioa ſuorum priuilegiorum, quorum vnum erat
habendi bona ſtabilia in communi, non potuerunt
priuari illo, niſi per ipſum Concilium id expreſſum
fuiſſet. Hæc enim eſt natura præſeruationis, vt con-
ſeruet ius præſeruati. Decius *conſ.* 160. *n.* 4. Martha
de clauſ. tract. 4. *clauſ.* 8. Et conſtat in clauſulis præſer-
uatiuis, de quibus Barboſa *in tract. de Clauſulis*, &
alij. Et conſtat ex cap. *Inſinuante, qui Clerici, vel vo-*
uent. relato de profeſſione illius fœminæ fact. cum
præſeruatione ſuorum bonorum, & approbata à Sum-
mo Pontifice.

23 Nec contra hanc doctrinam obſtat *cap. Recolentes,*
de ſtat. Monach. vbi habetur quod Religioſi, qui ali-
cui Ordini, ſeu Congregationi ſtrictioris obſeruantiæ
aggregantur, debeant ſe conformare moribus illius,
præſertim quoad poſſeſſionem bonorum. Dicit enim
Pontifex Alexand. III. loquens cum Abbatibus, &
Conuentibus Ciſtercienſis Ordinis: *Cæterum domus*
illa, quæ de aliis Inſtitutionibus ad iſtum Ordinem ſe
tranſtulerint, veſtris omninò ſe ſatagunt vſibus confor-
mare, & relictis poſſeſſionibus vel etiam commutatis,
quas inſtitutio veſtra non recipit, ſic ſe in omnibus Re-
ligioni veſtræ coaptent, vt quemadmodum gaudent ſe in
Societatem Ordinis, & habitus identitatem aſſum-
ptas, ſic etiam in paupertate ſecularium rerum ſe læten-
24 *tur veſtris inſtitutionibus conformatas.* Ex cuius Capi-
tis deciſione habetur quod ſi vna Eccleſia, vel Mona-
ſterium alteri vnitor, aſſumit naturam, & conſuetu-
dinem illius, vt per Gregor. Lopez *l.* 7. *verb. Deter-*
mino, in princ. tit. 20 *p.* 3. notat Barboſa *in d. cap. reco-*
lentes, & qood qui ſimilem vitam cum aliis ſuſcipiunt,
ſimilem debent ſentire in legibus diſciplinam, vt per
Tiraquellum *de retract. lign.* §. 1. *gloſ.* 8. *n.* 25. Rodrig.
tom. 3. *q.* 52. *art.* 25.

Quilibet enim debet ſe conformare moribus Ec-
25 cleſiæ in qua enuuerſatur. Zabarella *in Clement. fin.*
de celebrat. Miſſar. num. 1. *verſ. quartò*, vbi Vitali n.
num. 52. Albert. de Ferrariis *de horis Canon. num.* 36.
Rot. apud Farinac. *deciſ.* 79. *num.* 2. *p.* 2. *recent.* Hæc, 26
inquam, non obſtant, quia ſolùm verificantur pro ca-
ſu, in quo talis vnitio, ſeu aggregatio fit abſolutè, &
ſine vllo pacto præſeruatiuo, aut conditione, maxi-
mè à Sede Apoſtolica confirmatis, prout contingit
in præſenti. Etenim cum actus agentium non operen- 27
tur vltra intentionem eorum, *l. non omnis, ff. ſi certum*
pet. l. in agris, ff. de acquir. rerum dominio. Et actus ſem-
per iudicetur à principali intentione agentium, *l. ſi*
quis nec cauſam, in princ. & ibi Bald. *ff. ſi certum pe-*
tat. l. qui exceptionem, ff. de condict. indeb. l. 1. *C. ad leg.*
Cornel. de Sicar. Cum præfati Religioſi non vniti fue- 28
rint aliis de Obſeruantia, niſi cum dicta præſeruatione
ſuorum priuilegiorum, approbata non ſolùm à tota
Religione, ſed etiam à Summo Pontifice Paulo III. vt
dictum eſt, proculdubio non eſt vllo modo deroga-
tum eorũ priuilegiis, ſed manere debent in ſuo vigore.

Quoad tertium verò, ſcilicet quod talis retentio 29
bonorum ſtabilium non ſit contraria Regulæ S. Fran-
ciſci, imò quod ipſa non obſtante, retineri poſſint,
conſtat primò, quia regula Sancti Franciſci ſolùm
præſcribit ne fratres habeant aliquid, neque in com-
muni, neque in particulari: huic autem modo pau-
pertatis non contrariatur habere dicta bona ſtabilia
in communi, eo quòd ius, & proprietas illorum non
pertinet ad ipſos Religioſos, ſed ſolùm ad Papam, ſeù
Sedem Apoſtolicam, iuxta declarationes Martini V.
Alexandri VI. Innocentij VIII. Pauli III. & aliorum
Summorum Pontificum.

Secundò, quia eſto talis poſſeſſio bonorum ſtabi- 30
lium Regulæ puritati contraria eſſet, quia tamen in
hoc eſſet diſpenſata à Summo Pontifice, ſeu Sede
Apoſtolica, vt patet ex adductis, ideo illa non obſtante
poſſunt prædicti Religioſi dicta bona poſſidere. Com-
pertum namque eſt inter DD. poſſe Summum Ponti-
ficem diſpenſare in Regula Religioſorum, itaut quem-
admodum ad ipſum ſpectat approbare illam, *capite*
ne nimia, de Relig. domib. & cap. de Relig. eod. tit. in 6.
ita etiam ipſi competat, cum ſibi viſum fuerit, eam
relaxare, reprobare, aut abolere. Sylueſt. *in Sum.*
verb. Caſus, q. 1. *caſ.* 45. ex Paludano Azor. *tom.* 1. *In-* 31
ſtit. moral. lib. 13. *c.* 11 *q.* 14. Miranda *in Manual. Præ-*
lat. tom. 2. *q.* 9 *art.* 5. *concl.* 1. Peitinis *tom.* 1. *de ſubdito,*
q. 1. *c.* 8. §. 5. & communiter Doctores. Idque conſtat
euidenter ex Concilio *Seſſ.* 25. *de Regular. c.* 3. vbi Ec-
cleſia diſpenſauit in poſſeſſione bonorum ſtabilium
cum illis Religioſis, quibus ex Regula prohibitum
erat illa poſſidere.

Tertiò, quia cum hoc priuilegium retentionis bo- 32
norum ſtabilium in communi fuerit à dictis Fra-
tribus, totaque Prouincia legitimè præſcriptum
curſu temporis, etiam immemorabilis, ſeu ſpatio
100. annorum, & eo amplius, ſcilicet ab anno 1535.
quo vniti fuerunt cum Fratribus de Obſeruantia, 33
proculdubio tenendum eſt, derogatum fuiſſe Re-
gulæ; ſiquidem per conſuetudinem aut præſcri-
ptionem legitimam ipſi derogari poteſt, prout etiam
eſt communis ſententia Doctorum, quorum plu-
res refert & ſequitur Sanch. *tom.* 2. *in Decal. lib.* 6.
cap. 2. *num.* 26. ſpecialiter loquens de modo pauper-
tatis, de quo in præſenti. Et magis in particulari *lib.* 7.
cap. 25. *num.* 16. expreſsè aſſerens probabilius eſſe, poſſe
conſuetudine induci, vt Fratres Minores habeant
bona immobilia in communi. Quod etiam ſequitur
Pelizzarius *in manuali Regular. tract.* 4. *cap.* 2. *ſect.* 2.
num. 69.

Videtur id etiam ex magna congruentia admitten- 34
dum, non ſolùm quia ſine dicta retentione bonorum
immobilium vix poſſunt dicti Religioſi exequi alia
munia, quæ ex ſuo inſtituto exequi tenentur, qualia
ſunt manutenere ſtudentes Pariſiis, recipere gradus

Doctoratus, habere Conuentus in Ciuitatibus hæreticorum, qui parum, aut nihil illis eleemoſynæ tribuunt pro ſua ſuſtentatione, & ſimilia.

35 Quibus accedit quod Religioſis profitentibus vitam miſtam, quales ſunt hi de quibus in præſenti, expediens ſatis videatur habere bona immobilia in communi. Primò, quia certa experientia conſtat ordines, qui tale genus paupertatis ab initio ſuæ inſtitutionis profeſſi ſunt, melius ſe conſeruaſſe in Regulari diſciplina, minuſque indiguiſſe reformari, cum aliàs deſint in Eccleſia Religiones ex inſtituto ſtrictiſſimam ſectantes paupertatem, quæ minus diu ſe conſeruarunt in primitiuo ſpiritu, & repetitis indiguerunt reformationibus. Secundò, quia exipſæ Religiones, quæ etiam modò excludunt bona immobilia in communi, neceſſitate cogente, plures adinuenerût modos, quibus habere poſſint aliqua bona immobilia per
36 æquiualentiam; plures admiſerunt Pontificum declarationes circa obſeruantiam propriæ paupertatis ipſius moderatorias; plures excogitarunt formalitates quibus haberent bona ad ſubleuandam propriam indigentiam. Tertiò, quia poſito quod religioſi cogantur viuere ex eleemoſynis hinc inde emendicatis, minorem habent libertatem in vſu miniſteriorum ſpiritualium, quæ exercent erga proximos, in reprehendendis eorum vitiis, in detegendis eorum exceſſibus, in procuranda eorum ſalute, idque ex metu ne ipſi offendantur, ſicque illi poſtea priuentur ſolitis eleemoſynis. Quartò, quia refrigeſcente fidelium
37 charitate, ac primitiuo Religionum feruore, niſi adſint bona immobilia in communi, minus benè conſulitur indigentiis religioſorum à Monaſteriorum Prælatis, ſicque ſubditi coguntur aliunde ſibi parare, neceſſaria ſiue à conſanguineis, ſiue ab amicis, ſiue ab aliis; & quidem interdum etiam aliqua præſtan-
38 do, quæ minus decent conditionem ſtatus religioſi, & apertè repugnant propriis Ordinis inſtitutis. Quintò, quia ſic in Religionibus paulatim inducitur particularium ſingularitas, & cum ea regularis diſciplinæ omnimoda deſtructio; quod in ſpecie aduertit Peir. *de R.S.quaeſ.2.cap.1.§.2.* hæc fermè Pellizzarius *ſup. tract.4 c.1.ſect.1.num.12.* quæ prudentium iudicio relinquuntur.

39 Id porrò quod diximus, qua decet animi ſubmiſſione, totum ſubjicimus S.Congregationis cenſuræ, & correctioni. Neque enim animus noſter eſt vel leuiter veræ obſeruantiæ Religioſorum contrarius eſſe, cum potius ipſam in noſtro, & aliis Regularium Ordinibus animitus exoptemus, nec S.Congregationis menti vllatenus aduerſari.

CONSVLTVM XVI.

De quodam nominato in Epiſcopum, cui opponebatur impuritas ſanguinis.

SVMMARIVM.

1 *Dubij occaſio.*
2 *Eneruatur oppoſitio probatione de puritate.*
3 *Teſtibus einſdem patria.*
4 *Nobilibus qui ſunt aduerſarij patientibus iſtum defectum.*
5 *Probatio iſtius pertinebat ad opponentes.*
6 *Quilibet præſumitur bonus, ſi non probetur malus.*
7 *Probatio impuritatis debet eſſe euidens.*
8 *Maximè cum agatur de priuatione.*
9 *Caſu negato non poſſet excludi.*
10 *Capacitas eſt capax iure communi, ex* c.cam te, de reſcript.
11 *Iuuat* c.Venerabilis, de præbend.
12 *Facit* c.Ad decorem, de inſtitut.
13 *Et Concilium Toletanum.*
14 *Et* Extrauag.2. de Iudæis.
15 *Item Concilium Baſileenſe.*
16 *Maximè Nicolaus V.*
17 *Approbans ordinationes quaſdam Regias.*
18 *Probat in fortioribus terminis.*
19 *Præcipuè Paulus III.*
20 *Sunt conformes ea Conſtitutiones Sacra Scriptura.*
21 *Maximè D. Paulo.*
22 *Item Patribus.*
23 *Chryſoſtomo, & Gregorio.*
24 *Praxis Summorum Pontificum.*
25 *Præſertim Pij V. & Gregorij XIII.*
26 *Item Clementis VIII.*
27 *Exemplis aliorum.*
28 *Hæreticorum liberi irregulares, & infames.*
29 *Statuta contraria an ſint valida.*
30 *Præſertim in Religionibus.*
31 *Videntur tales eſſe neophyti.*
32 *Non ſunt veri neophyti.*
33 *Quid ſi eſſent.*
34 *Non obſtat*, Canon. Conſtituit.
35 *Quomodo intelligendus.*
36 *Nec conſtitutio Clementis VIII.*
37 *Non eſt extendenda.*
38 *Eſt odioſa.*
39 *An ſit in viridi obſeruantia.*
40 *Magis obſtat ſuſpicio.*
41 *Quia filij præſumuntur imitari mores parentum.*
42 *Quia in concernentibus animarum ſalutem pars ſecurior tenenda.*
43 *Multa licent, ſed non expediunt.*
44 *Ex Clemente Alexandrino, & D.Bernardo.*
45 *Poſſunt tales aſſumi, ſed non decet.*
Hebræorum imprecatio Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. *ibid.*
46 *Opprobria ſempiterna Hebræorum.*
47 *Quando Deus miſericors cum illis.*
48 *Limitanda doctrina ut temporis curſu purgetur.*
49 *Et ex actibus poſitiuis contrariis.*
50 *Doctrina Antonij de Corduba.*
51 *Præſumptio facti quomodo tollatur.*
52 *Prudens, & rationabilis eſſe debet.*
53 *Quid in hac cauſa verificetur.*
54 *In fauorem conſulentis deciſum.*

IESVS MARIA.

Controuerſiæ occaſio.

CONTIGIT quod cùm N. deſignatus fuiſſet ad quendam Epiſcopatum obtinendum, antequam ad eam dignitatem à Sanctiſſimo aſſumeretur, oppoſitum illi fuit eſſe ex Hebræorum ſanguine, ac proinde neophytum, & talis dignitatis incapacem. Propterea quid de iure in hac parte ſentiendum mihi propoſitum. 1

Reſponſio.

In caſu præſenti, in quo N. nominato ad Epiſcopatum N. opponitur impuritas ſanguinis, reſponderi poteſt primò, omnino eneruari hanc oppoſitionem, eo quod ipſe ex teſtimoniis nobilium, & qualificatorum perſonarum ſuæ patriæ in Vrbe exiſtentium probet contrarium, videlicet ſe ex parentibus honeſtis, Chriſtianis, nullatenus Hebraïca, aut Mahumetana labe vitiatis natum eſſe. Hæc namque probatio, cùm ſit ex teſtibus nobilibus deprompta, efficax eſt, vt probat 2

probat textus in c. in noſtra, de teſtib. & atteſt. DD. ibid.
ſpecialiter Felynus n. 12. Tiraquellus de nobilit. c. 20.
num. 30. cum ſeqq. Menochius de præſumpt. lib. 6. præ-
3 ſumpt. 59. n. 9. Eo etiam quod ſunt ex eadem patria,
quibus tanquam magis informatis magis creditur. Fe-
linus ſup. Farinacius de teſtibus, q. 65. n. 166. poſt alios,
quos refert. Eo ſimiliter, quod nobiles in illa Patria
ſunt veluti inimici, & aduerſarij ignobilium, & eorum
4 qui in ſua familia habent prædictum defectum; ac
per conſequens magis credendum iſtis, & ex illis ori-
tur non modica præſumptio veritatis; vt dixit Farina-
cius ſup. q. 54. n. 67.

5 Similiter ſecundò dici poteſt, quod probatio dicti
defectus pertineat ad opponentes illum, l. ei qui, ff. de
probat. l. actor, C. eod. quia quilibet præſumitur bonus
donec probetur malus, c. vnic. de ſcrutin. in ord. faciendo,
6 cap. Dudum, de præſumpt. l. ſeruos, ff. de man. teſtam. &
l. cum pater, §. rogo. ff. de legat. Et innumeri alij tex-
tus, & DD. apud Barboſam in Axiomat. iuris, axio-
mat. 77. n. 4. Et quia nemo natus inter Chriſtianos gra-
uatur onere probandi ſe eſſe natum ex puris Chriſtia-
7 nis, ſed hoc in dubio præſumitur, cap. Veniens, in fin. de
presbyt. non baptiz. vbi Cardinalis, & Anebaranus n. 6.
Butrius n. 5. Abbas n. 1. Imò quod talis probatio de-
beat eſſe clara, quia dubia nihil probat. Surdus conſ. 5.
n. 47. & 48. & conſ. 127. num. 40. Carena de offic. S. In-
8 quiſit. p. 3. tit. 6. §. 1. n. 2. Et quia exceptio impuritatis
ſanguinis eum ſapiat obiectum, debeat plenè, & con-
cludenter probari, cap. ſuper his, de accuſat. cap. acce-
dens, de elect. cap. 1. & cap. vt circa, eod. tit. in 6. Rota
in Legionenſi denegata poſſeſſionis, coram Blanchetto,
in Toletana Portionis, coram Millino. Maximè cùm
agatur de priuatione Epiſcopatus, ad quem dictus N.
deſtinatus erat, c. veniens 1. vbi Abbas n. 4. & Decius
num. 8. de teſtibus. Alciatus conſ. 2. num. 41. lib. 1. Natta
conſil. 299. num. 15. lib. 2. Genuenſis in prax. Neapolit.
cap. 37. num. 8.

9 Nihilominus ad maiorem abundantiam, etiam caſu
dato, & non conceſſo, quod prædictus N. fuerit ex
genere Hebræorum, aut Sarracenorum, non poſſe ex-
cludi ab Epiſcopali dignitate obtinenda, validiſſimè
comprobatur ex iure communi, Pontificum diploma-
tibus, & aliis fundamentis. Ea tamen limitatione in
ſequentibus adhibenda, & comprobanda, quod ſi id
rationabili ſuſpicione comprobatum fuerit, non de-
ceat ipſum ad talem dignitatem promoueri.

10 Præfata autem capacitas ex iure communi proba-
tur primò ex c. Eam te, de reſcript. vbi Alexand. III.
præcipit Tornacenſi Epiſcopo, vt exequeretur quòd
præceperat idem Pontifex eiuſdem Eccleſiæ Capitu-
lo, Sede Vacante; ſcilicet quod admitteret quendam
P. qui de genere Iudæorum originem duxit, & diuina
gratia fidem ſuſcepit. Et infrà: Pro eo verò quod Iu-
dæus extiterit eum dedignari non debes. Ex quo textu
communiter DD. inferunt deſcendentes ex Iudæis eſſe
capaces beneficiorum Eccleſiaſticorum, vt dixit Rota
in Vlisbonenſi Quartenariæ, 13. Ianu. 1624. coram
Coccino. Quæ iuris Canonici diſpoſitio fundatur in
illa iuris diuini, ad Rom. 10. Omnis qui credit in illum
non confundetur: non enim eſt diſtinctio Iudæi, & Græci,
nam idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuo-
cant illum. Et in eo quod, vt Gloſſa d. cap. Eam te,
verb. Iudæus, dixit: De Iudæis conuerſis Eccleſia fun-
data eſt, ex ea etiam colligitur intentum de capacita-
te talis N. ad Epiſcopatum.

11 Iuuat & Gregor. IX. in c. Venerabilis, de præbend. vbi
cùm Capitulum Eccleſiæ Argentinæ admittere ad
præbendas nollet, niſi illos, in quibus ſecundum Ec-
cleſiæ inſtituta nobilitas, & eminens ſcientia concur-
rerent, ibi: Conſuetudinem allegans antiquam inuiola-
biliter obſeruatam, iuxta quam nullum niſi nobilem, &
liberum, & ab vtroque parente illuſtrem honeſta con-
uerſationis, ac eminentis ſcientiæ in ſuum conſortium
hactenus admiſerunt; nihilominus ipſe Pontifex ita con-
ſultationi ſibi factæ reſpondit: Nos igitur attendentes
quod non generis, ſed virtutum nobilitas, vita quoque
honeſtas gratum Deo faciunt, & idoneum ſeruitorem,
Diſcretioni veſtræ mandamus, quod ipſum ad eam recipi
faciatis. Vbi mirabiliter Gloſſa verb. Conſuetudinē, ha-
bet: Hæc conſuetudo quantumcunque fuerit obtenta, &
etiam antiqua, non eſt obſeruanda, quia in talibus nulla
diſtinctio nobilitatis eſt conſideranda, ſed vndecunque
nati fuerint legitimè, dummodo honeſtæ vitæ fuerint, ad-
mittendi ſunt. Quod probat ex variis iuribus, & DD.

Facit cap. Ad decorem, de Inſtitutionib. vbi Innocen- 12
tius III. reprehendit Patriarcham Conſtantinopolita-
num, quòd in Eccleſiis ſolùm prouideret Clericos
certæ nationis, & præcipit Cardinalibus S. Marcelli, &
& S. Suſannæ, vt eum monerent, vt viros litteratos, &
alias idoneos vndecunque originem duxerint, inſtitue-
ret. Et ratio reprehenſionis eſt quia, vt ibi dicitur, id
faciebat, non attendens quod in omni gente qui facit
iuſtitiam acceptus eſt Deo. Et quia quantum ad colla-
tionem, & prouiſionem beneficiorum non eſt atten-
denda acceptio perſonarum. Rota dec. 24. n. 2. apud
Farinacium in 1. Collect. nouiſſ. alias p. 4. diuerſ. Maſſo-
brius in prax. habendi concurſum Præl. 7. dub. 21. a. 37.

Facit etiam Concilium Toletanum de anno 643. 13
quod cap. 1. ſtatuit hæc: Qui ex Iudæis ad Chriſtum
pura mentis intentione ſe conuerterunt, & fidem Ca-
tholicam abſque aliquo infidelitatis fuco ſeruauerint, ab
omni exactione, quam fiſco perſoluere conſueti ſunt,
ſecuri, extorreſque permaneant, & ſuis vtilitatibus vt cæ-
teri ingenui vacent, nam id æquitatis ordo depoſcit, vt
qui fide decorantur, coram hominibus nobiles, atque ho-
norabiles habeantur. Cui etiam conſonat lex Regia
Hiſpanica num. 6. tit. 24. p. 7. vbi cautum eſt præfatos
capaces eſſe officiorum, & dignitatum, quarum alij
Chriſtiani.

Facit quoque Extrauag. 2. de Iudæis, inter commu- 14
nes, vbi Pontifex inquit: Dignum arbitrantes, & iuri
conſonum, fonte renatos baptiſmatis, Iudaica cæcitate
dimiſſa, amplioribus fauoribus, aut gratiis quàm antea
abundare.

Item Concilium Baſileenſe ſeſſ. 19. vbi de Iudæis, 15
& Neophytis ad finem conuerſis, inquit: Quoniam
per gratiam baptiſmi ciues Sanctorum, & domeſtici Dei
efficiuntur, longéque dignius ſit regenerari ſpiritu quàm
naſci carne, hac edictali lege ſtatuimus, vt ciuitatum,
& locorum, in quibus ſacro baptiſmate regenerantur,
priuilegiis, libertatibus, & immunitatibus gaudeant,
quæ ratione dumtaxat natiuitatis, & originis alij con-
ſequuntur. Quæ lex, & ratio legis etiam in hoc caſu
procedunt.

Maximè Nicolaus V. qui deprehenſo, quod in Re- 16
gnis Caſtellæ, & Legionis quidam, quos vocat nouos
ſeminatores zizaniæ, affirmaſſent, quod qui ex Genti-
litate, aut Iudaiſmo, aut ex alio quouis errore chri-
ſtianam fidem agnouerunt, & baptizati ſunt, & quod
grauius eſt, eorum filios, propter nouam aſſumptionem
fidei non debere ad honores, dignitates, officia tabel-
lionatus, & ad teſtimonium in Chriſticolarum cauſis per-
hibendum admitti, in Bulla Humani generis, quam ex
Ioanne Mariana de reb. Hiſpan. lib. 22. c. 8. refert ad
verbum Bzovius 17. tom. Annal. ad ann. 1449 num. 6. 17
approbauit, & confirmauit ordinationes quaſdam
Alphonſi Regis cognomento Sapientis, Henrici, &
Ioannis Regum Caſtellæ, & Legionis, quibus ſanxe-
runt, vt inter nouiter ad fidem conuerſos, maximè de
de Iſraelitico populo, & antiquos Chriſtianos, nulla in
honoribus, dignitatibus, officiis, tam Eccleſiaſticis,
quàm ſæcularibus ſuſcipiendis, & habendis diſcretio fie-
ret, adiungens etiam ſequentia: Ac omnibus, & ſingu-
lis cuiuſcunque ſtatus, gradus, aut conditionis fuerint,

Eccleſiaſticis, vel ſecularibus, ſub excommunicationis pœna mandamus, vt omnes, & ſingulos ad Chriſtianam fidem conuerſos, aut in futurum conuertendos, ſeu ex Gentilitate, vel Iudaiſmo, aut ex quavis ſecta venerint, aut venire contigerit, ac eorum poſteros tam Eccleſiaſticos, quam ſeculares catholicè, & ſecundum quod Chriſtianos decet, viuentes, ad omnes dignitates, honores, officia tabellionatus, teſtium depoſitiones, & ad omnia alia ad quæ alij Chriſtiani quantumcumque antiqui admitti ſolent, admittant: nec propter fidei nouam receptionem inter eos, & alios Chriſtianos diſcretionem faciant: nec verbis aut facto contumeliis afficiant, nec affici permittant; ſed omni eorum poſſibilitate contradicant, & opponant, & eos omni charitate proſequantur, & profiteantur ſine perſonarum acceptione, omnes Catholicos vnum eſſe corpus in Chriſto, ſecundum fidei noſtræ doctrinam, quos omnes tales eſſe, & pro talibus ab omnibus haberi, harum ſerie decernimus, & declaramus.

18 Hæc porrò Pontificia conſtitutio in fortioribus terminis probat intentum in noſtro caſu, cùm ea loquatur de nouiter conuerſis ad fidem, & filiis ipſorum; is verò, de quo in præſenti, & eius parentes, aui, proaui, & progenitores Chriſtiani veteres fuerint, adeo vt nullus in toto orbe ſit, qui principium Chriſtianitatis in ipſius familia deſignare queat, ſolumque ipſi (etſi omninò falsè) opponatur ex antiqua Hebræorum progenie ortum duxiſſe.

19 Præcipuè etiam Paulus III. in Bulla *Illius vices*, anno 1535. edita *in 1. tom. Bullar.* Laërtij in hoc Pontifice *Conſtitut.* 8. qui approbans conſtitutionem aliam Clem. VII. in qua prædictus incolas Regni Portugalliæ, & Algarbiorum, eorumque ſucceſſores ad dignitates habilitauit, & indultis aliorum Chriſtianorum gaudere decreuit, inquit: *Ac omnibus, & ſingulis aliis priuilegiis, exemptionibus, fauoribus, gratiis, immunitatibus, libertatibus, & conceſſionibus in dictis litteris venia contentis, & quibus alij Chriſti fideles, eorumque filij, & nepotes, ac ab eis deſcendentes vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi ipſi, eorumque aui, proaui, parentes, & alij genitores veri Chriſtiani fuiſſent, & nunquam à fide Catholica deuiaſſent, de ſpecialis dono gratiæ pleniſſimè diſpenſamus, eiſque pariter indulgemus: omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam ſiue notam circa eos, præmiſſorum occaſione, tam ex propriis, quàm illorum parentum, conſanguineorum, & affinium culpis, & ſententiis, earumque executionibus, & aliis quomodolibet inſurgentes, ab eis penitus, & omninò abolemus.* Qua generaliſſima conceſſione manifestè concluditur intentum de capacitate N. ad dictum Epiſcopatum, etiam hypotheſi data quod ex Iſraelitico populo originem habuiſſet.

20 Porrò huiuſmodi iuris Eccleſiaſtici ſanctiones conformes valde eſſe iuri diuino in S. Scriptura expreſſo, conſtat. Non ſolùm enim apud S. Paulum ad Rom. 10. verbis illis ſuperius relatis: *Non enim eſt diſtinctio,* (intellige apud Deum, & Eccleſiam) *Iudæi, & Græci,* &c. ſed etiam in veteri Teſtamento Exod. 12. *verſ.* 48. ibi: *Si quis peregrinorum in veſtram voluerit tranſire coloniam, & facere Phaſe Domini, circumcidetur prius omne maſculinum eius, & tunc ritè celebrabit: eritque ſicut indigena terræ.* Et *verſ ſequent. Eadem lex erit indigenæ, & colono qui peregrinatur apud vos.* Item
21 *Leuitici* 19. *verſ.* 33. & 34. ibi: *Si habitauerit aduena in terra veſtra, & moratus fuerit inter vos, non exprobretis ei, ſed ſit inter vos quaſi indigena, & diligetis eum quaſi voſmetipſos.* Maximè ex eodem Paulo ad *Rom.* 2. *verſ.* 10. & 11. ibi: *Gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum, Iudæo primum, & Græco: non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum.* Quo teſtimonio, ſicut & illo ad *Rom.* 10. vtitur Nicolaus V. in Bulla relata. Et *cap.* 3. *verſ.* 22. ibi: *Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes, & ſuper omnes qui credunt in eum, non enim eſt diſtinctio.* Et 1. *ad Corinth.* 7. *verſ.* 19. illis verbis: *Circumciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorum Dei.* Item *ad Galat.* 6. *verſ.* 15. *in Chriſto enim Ieſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed noua creatura.* Et Actor. Apoſtol. *cap.* 10. *verſ.* 3. & 4. vbi S. Petrus Apoſtolorum Princeps, & primus Chriſti Vicarius dixit: *In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptator Deus.*

Item SS. PP. teſtimoniis, dum prædicta loca S. Scripturæ exponunt, & nobilitatem non in alio quam in virtute, & probitate conſtituunt. Specialiter D. Hieronym. *in epiſt. ad Celantiam*, dixit: *Summa nobilitas eſt clarum eſſe virtute.* D. Ambroſius *de Noë, c.* 4. affirmans: *Probati viri genus virtutis proſapia eſt, quia ſicut hominum genus homines, ita animarum genus virtutes ſunt.* D. Augoſtinus *lib de bono coniugij, cap.* 16. relatus *in cap. vndecunque, diſt.* 56. ibi: *Vndecunque homines naſcantur, ſi parentum vitia non ſectentur, & Deum rectè colant, honeſti, & ſalui erunt.* Ex quo, & aliis probat Gratianus peccata parentum non imputari filiis. Vnde idem Auguſtinus ſuper Matthæum: *Nunquam de vitiis erubeſcamus parentum.* Deinde: *Non eſt omnino nec de virtute, nec vitio parentum, aut laudandus quis, aut vituperandus, nemo inde verè aut obſcurus, aut clarus eſt.* Ruſuſque: *Non ergo contemni debet filius probus ex infimo patre natus, nam ſplendidum lumen de fumo, lilium candens de ſentibus, rubens roſa de ſpinis exeritur.* 22

Plura ex Chryſoſtomo habet lector *ead diſt.* 56. *cap nunquam,* & *homil.* 3. *ac* 20. *in Matthæum.* Sed ex D. Gregorio *lib.* 10. *epiſt.* 3. *ad Columbum*, quod & refertur *d. diſt.* 56. *can. ſatis*, non omittendum illud aptiſſimum ad intentum noſtrum: *Satis peruerſum, & contra Eccleſiaſticam probatur eſſe cenſuram, vt fruſtra pro quorundam voluntatibus quis priuetur, quem ſua culpa, vel facinus ab officij, quo fungitur, gradu non deijcit.* Quod etiam ad praxim reduxiſſe refertur indiſcriminatim, & indiſtinctè dignitates Eccleſiaſticas, & priuilegia recenter conuerſis ad fidem diſtribuendo. 23

Praxi etiam Summorum Pontificum idem comprobatur. Etenim Pius V. familiam quandam ex primatiis Iudæorum, vt teſtantur Genebrardus *in Chron.* & Surdus *in Compend. hiſtor.* ad fidem Chriſti conuerſam in Eccleſia S. Petri magno populorum concurſu, & apparatu manu propria baptizauit, ſtemmate nobilitatis, priuilegiis inſignioribus, proprioque cognomine inſigniuit. Poſtquam Greg XIII. Salomonem quendam Corcoſſum inter Iudæos primatium ad fidem venientem baptizauit, propriumque nomen, cognomen, arma, & nobilitatem pro ſe, ſuiſque donauit, vt propterea poſtea velut vetus nobilis Vrbis conſeruator electus fuerit. Sic Barboſa *de Epiſc. mun. tit.* 2. *gloſ.* 17. *n.* 10. Ex quo etiam *n.* 9. & totius Vrbis fama conſtat magis ad intentum noſtrum, Clem. VIII. ad Epiſcopatum Foroliuienſem aſſumpſiſſe Alexandrum de Franciſcis vulgò *Hebræum* nuncupatum, in Hebraïſmo natum, poſtea tamen ad fidem conuerſum, & PP. Dominicanorum Sacram Religionem profeſſum. Quod de aliis pluribus ad Epiſcopatus, & maiores dignitates aſſumptis fama fert, prout in Catholica Hiſpania, quæ propterea, & meritò plus cæteris nationibus Hebraïcam deteſtatur, & auerſatur perfidiam, cernitur. Etenim Iulianus Pomerius Archiepiſcopatum Toletanum; Paulus de Carthagena, Burgenſis dictus, Epiſcopatum Burgenſem; Alphonſus etiam de Carthagena eiuſdem Pauli filius, etiam Burgenſem, Gonſaluus ſimiliter de Carthagena alter Pauli filius 24 25 26 27

filius, Placentinum; Franciſcus, Curienſem aſcen-
derunt, ſic narrantibus Hiſtoriis. Saltem in aliquibus
Chriſtianitatis partibus plures hæreticorum filios ad
eaſdem dignitates Eccleſiaſticas euectos eſſe, Summis
Pontificibus ſcientibus, & conſentientibus, pro com-
28 perto eſt. Ex quo magnum ſumitur argumentum pro
caſu præſenti, tales enim hæreticorum liberi vſque ad
ſecundam generationem per lineam paternam, & vſ-
que ad primam per maternam ſunt irregulares, *c.2. de
hæret.in 6. c.ſtatutum 2. eod.tit.in 6.* imò infames, ſe-
cundum aliquos propter *l. quiſquis, C. ad legem Iu-
liam*, deſcendentes autem ex Hebræis nec ſunt irre-
gulares, nec infames.

29 Hinc plures, & graues authores dicunt, quod le-
ges, ſeu ſtatuta prohibentia ne tales ad dignitates Ec-
cleſiaſticas promoueantur, ſint inualida, nec ſubſiſtant.
Huiuſmodi ſunt Turrecremata *in c. conſtituit 17. q.4.*
Abulenſis *in Leuitic. c.19 q.32.* Henricus Monroy *in
Apolog. contra Archiepiſcopum Toletan.* Couarruuias
in Clem. ſi furioſus, part.1. §.2. concl.6. & plures
alij apud Barboſam *ſup.n.22.* Item quamplurimi idcir-
co negantes in Religionibus poſſe fieri ſtatuta inter-
dicentia ne illis conferantur officia Religionum, qua-
les ſunt Suarez, Rodriguez, Nauarrus, Miranda, &
30 alij plures; quorum omnium placitum (quidquid de
eo ſit, de quo alibi) eatenus ad intentum noſtrum
deſeruit, quatenus ideo præcipuè in ea ſententia ver-
ſantur, quia in iure communi ſtando nullatenus extat
talis prohibitio, & ideo putant ab inferioribus legiſ-
latoribus non poſſe aliter ordinari.

31 Nec obſtat primò, ſi dicatur tales eſſe Neophy-
tos, quibus prohibitum eſt ad dignitates, præſertim
Epiſcopalem, aſſumi, non ſolùm ex illo Pauli 1. *ad
Timoth.3. Oportet Epiſcopum, &c. non Neophytum, &c.*
Sed etiam ex Canone Apoſtolico 80. & *c. Neophytum
61.* & aliis iuribus. Primò enim quia certum eſt, &
indubitatum, deſcendentes ex genere maculato He-
bræorum, Sarracenorum, &c. non eſſe Neophytos, nec
tales vocari poſſe, niſi iniuriosè, & contumeliosè; non
enim ſunt, aut dici debent, Neophyti, niſi qui de re-
centi conuerſi ſunt ex reprobata ſecta ad fidem.

32 Non illi, qui à multo tempore, vel ab infantia
ſunt Chriſtiani. Turrecremata *in Summ.48.diſt. n.2.*
Nauar. *in Man.c.27. n.205.* Sanch. *lib.2. in Decalog.
c.28.n.11.* Miranda *in Man.com.1.q.19.art.7.* Secundò
dato, quod tales Neophyti eſſent, aut dici poſſent, ni-
hilominus quemadmodum cum veris Neophytis quã-
do morum probitate, integra legis Euangelicæ inſtru-
ctione, & illibata Chriſtianæ Religionis profeſſione
ſunt conſpicui diſpenſatur etiam ab Epiſcopo, vt ad
33 Ordines, & beneficia aſſumantur, vt colligitur ex *c.1.
diſt.57.* & tenent Couarruuias *ſupra n.8.concl.3.* Auila
de cenſur.p.7.diſp.4.dub.4. Sanch. *lib.2.in Decal.c.28.
n.12.* & plures alij, ſic poſſunt etiam ad Epiſcopatum
ſaltem à Papa, prout contigit antiquitus cum D.
Ambroſio, & aliis veris Neophytis diſpenſari. Quæ ra-
tio efficaciter procedit in noſtro caſu, cum præfatus
N. moribus, & doctrina ſit conſpicuus, ac de Religione
Chriſtiana, eo quod ad ipſam plures hæreticos, &
alios infideles conuerti fecerit, optimè meritus.

34 Nec etiam obſtat *c. conſtituit 17. q.4.* ex Concilio
Toletano quarto deſumptus, vbi ſacrilegi vocantur
illi, qui Iudæis, aut ex Iudæis deſcendentibus publi-
ca officia committunt. Canon enim iſte vel intelligi-
tur de Iudæis, aut deſcendentibus ipſorum, qui ritus,
& obſeruantias legis Moſaïcæ ſeruabant, prout An-
tonius Fuertes *canon.lect. lib.1.c.4.* putat, quo etiam
35 ſenſu explicatur à Nicolao V. in Bulla relata. Vel
quod attinet ad deſcendentes ex Iudæis intelligitur de
illis, qui nuper ad fidem ex Iudaïſmo ſunt conuerſi;
prout ex aliis autumant Suarez *5.tom.in 3 p. diſp.434
ſect.3.n.9.* Sanch. *ſup.n.15.* quibus fauet Gloſſa *in d.
c.conſtituit, verbo qui ex Iudæis.* Nullatenus ergo tan-
git caſum præſentem de viro moribus, & doctrina, vt
dictum eſt, conſpicuo, etiam pro caſu negato, quod
ex vitiata progenie oriundus eſſet.

Nec pariter obſtat Conſtitutio, ſeu Breue Clem. 36
VIII. 18. Octob. ann. 1600. vbi prohibetur ne deſcen-
dentibus ex Hebræorum genere per lineam paternã,
vel maternam vſque ad ſeptimam generationem aliqua
collatio, ſeu prouiſio fiat de Canonicatibus, præben-
dis, ac dignitatibus Eccleſiarum, Parochiis, Vicariis
perpetuis, cæteriſque Eccleſiaſticis beneficiis curam
animarum habentibus in Regnis Portugalliæ vacan-
tibus.

Quod poſtea ampliauit Paul. V. 17. Ianu. 1612. ad 37
Vicarias amouibiles, & ad Eccleſias curam animarum
habentes. Cum enim in nouiſſimis conſtitutionibus,
ſeu Breuibus non ſit ſermo de Epiſcopatibus, ſed de
inferioribus dignitatibus, vel beneficiis, & tantum re-
ſtringantur ad Regna, ſeu Regnum Portugalliæ, ſint- 38
que in materia odioſa, & exorbitante à iure commu-
ni, quod vt dictum eſt, talem exceptionem non ad-
mittit in prouiſionibus beneficiorum, dignitatum,
Epiſcopatuũ, &c. nullo pacto ampliari debent ad Epi-
ſcopatus à ſolo Papa conferendos in aliis Regnis, aut 39
ditionibus, iuxta commune iuris axioma, *Odia ſunt
reſtringenda, l.cum quidam. ff de liber.& poſth. c.reno-
uantes, 28.diſt. c Odia, de Reg.iur in 6.* Inſp ei etiam
oportet an dictæ conſtitutiones in viridi obſeruantia
ſint, an verò legitima conſuetudine abrogatæ.

Magis obſtat, (& valde notandum) quod etiamſi 40
in iure communi ſtando, & fauore præfatorum di-
plomatum Summorum Pontificum poſſit, & debeat
concedi prædictum N. admitti poſſe ad præfatam Epi-
ſcopalem dignitatem: nihilominus, ſi conſtet ipſum
ex deprauato illo genere ortum habuiſſe, attenta ma-
litia temporum, & pluribus ſcandalis, quæ in ipſius
patria per ſimilis farinæ homines perpetrata fuerunt,
nullatenus expediat eam ipſi conferri, quin potiùs
congruum valdè, & conueniens ſit ne conferatur. Pri-
mò, quia iura præſumunt filios imitari mores ſuorum
parentum, *l.quiſquis, §.filij, C.ad leg.Iul.maieſt.* ibi:
*Paternũ enim debent perire ſupplicio, in quibus paterni,
hoc eſt hæreditarij criminis exempla metuuntur*: quod 41
probant Tiraquellus *l.7. Connub. p.7 gloſ.1.* Chaſſa-
neus *in Catal.gloriæ Mundi.p.11. conſid.25* Sanch. *in
præcepta Decal. tom.2. lib 2. c.27.n.7. &* B. Antoninus
Corduba *quæſ.54. concl.3.* Auguſtinus Saluſius *in c.1.
ſui diſcurſ.* Marius Cutellius *ad leg. Feder.c.63 not.73.
n.5.* ac maximè Chryſoſtomus *in c.25 Matth. tom.2.
hom.45. in medio*, dicens: *Natura regula dicit, quia
non poteſt fieri vt de bonis parentibus mali naſcantur,
aut de malis boni, ſed quales fuerunt parentes, tales
erunt & nati*, vnde verſus illi:

Qui viret in foliis venit à radicibus humor,
Et patrum in natos abeunt cum ſemine mores.

Secundò, quia in his, quæ animarum ſalutem reſ- 42
piciunt pars ſecurior tenenda eſt, prout ex variis iuri-
bus probat Gloſſa *in Clem Exiui.de verb. ſignif. verb.
Item quia*, & approbat in ſimili caſu Porrellus *in re-
ſponſionibus moral.tom 2.caſ.73.* Epiſcopale autem mu-
nus ad animarum ſalutem præciſſimè ordinatur, cùm
Epiſcopus ſit Paſtor, & Superintendens ipſarum, ipſiſ-
que doctrinæ pabulum verbo, & opere præbere de-
beat. Ergo in ipſius prouiſione ſecurior pars attenden-
da; qualis videtur ne conferatur ſuſpectis de ſangui-
ne Hebraïco. Cum (proh dolor) non ſemel acciderit
quod ſimiles de dignitatibus Eccleſiaſticis prouiſi,
ipſis poſtea ore proprio fatentibus, Chriſtiano popu-
lo Sacra iudaizantes miniſtrauerint, cum maximo anima-
rum detrimento.

Ad quod accedit illud à Paulo non ſemel, ſed bis 43
(energiæ cauſa) repetitum, *Omnia mihi licent, ſed non*

omnia ædificant. Quæ mirè, & ad amuſſim huic caſui aptantur. Etſi enim, iure communi, & Diplomatibus Pontificiis inſpectis *liceat*, præfatum N. ad Antiſtitis dignitatem prouehi, nihilominus circumſtantiis prædictis attentis, *non expedit*, quia etſi res hæc inter *adiaphoras*, & lege non prohibitas cenſeatur, eſt tamen ex illis, quæ *non ædificant*. Prout enim appoſitè valdè dixit Stromatæus Clemens *lib. 3. Stromat.* post principium: *Qui faciunt quidquid licet, facilè dilabuntur vt faciant quod non licet.* Et aptius ad intentum D. Bernardus *lib. 3. de conſiderat. ad Eugenium,*
44 *Papam* huiuſmodi chariſmatum diſpenſatorem: *Spiritualis homo omne opus ſuum trina conſideratione præueniet, primò an liceat, deinde an deceat, poſtremò an expediat. Nam etſi conſtat, in Chriſtiana vtique philoſophia non decere niſi quæ licent, non expedire niſi quæ decent, & licent; non continuo tamen omne quod licet, decere, aut expedire conſequens erit.* Etſi ergo res, de qua in præſenti, inter licitas recenſeri poſſit, inter eas tamen, quæ decent, & expediunt non eſt numeranda.

45 Licet namque huiuſmodi recutitorum ſanguine impuris, Chriſtianitatem profeſſis, communibus vti Eccleſiæ fauoribus; ſed hoc libertatem largientis denotat, non neceſſitatem, vt in *l. diem proferre, §. ſi plures, ff. de arbitr. l. 1. ff. de interrog. action.* & notant Menochius *conſ. 381. n. 25.* Ceuallus *commun. contr. commun. q. 750. & q. 757.* Etenim non *expedit*, neque
46 *ædificat* id facere. Imputentque hoc ſuis progenitoribus, Matth. 27. dicentibus: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros*, quoad pœnam videlicet, qualis eſt iſta: Quia vt prædixit Pſalmographus pſ. 77. *Percuſſit inimicos ſuos in poſteriora, opprobrium ſempiternum dedit illis.* Et vt prædixit Daniel *cap. 9. Vſque ad conſummationem, & finem perſeuerabit deſolatio.* Sicut propter eandem imprecationem: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros*, aliqui apud Hugonem Cardinalem *in Pſal. 77.* volunt hoc opprobrium ſempiternum pati Iudæos, vt hæmorrhoides, ſiue fluxum ſanguinis habeant, ideoque palleſcant: & S. Vincentius *in ſerm. de Paraſceue*, refert quod quando maſculi eorum naſcuntur, habent manum dexteram ſanguine plenam capiti innixam, exemplo Zaram, qui ortus eſt filo rubro alligato ad digitum. Et alij addunt ſolere pati ipſo die Paraſceues fluxum ſanguinis, totoſque palleſcere. Nec mirum id ſtatuerit Deus ille qui *Exod. 20.* dixit: *Ego ſum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem eorum qui oderunt me.* Quidni enim Deus faceret pro iniquitate maxima occiſionis Chriſti vindicanda?

47 Quia verò ipſemet miſericors Deus *Ezech. 18.* quaſi (humano modo loquendo) retractans hanc rigidam ſententiam contra Iudæos illatam, dixit: *Quid eſt quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium iſtud in terra Iſrael, dicens: Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt? Viuo ego, dicit Dominus Deus, ſi erit vltra vobis parabola hæc in prouerbium in Iſrael*: hancque pijſſimam Dei diſpenſationem veluti audientes dicant ipſi *Pſal. 8. Non in æternum iraſceris nobis.* Idcircò piè limitanda videtur tradita doctrina.

48 Primò quidem, vt ſuſpicio iſta, quæ oritur ex progenie Iudaica temporis curſu purgetur, ſeu purgata intelligatur. Qualiter de iure Canonico vltra ſecundum gradum per lineam paternam, & vltra primum per lineam maternam purgata cenſetur, *c. quicunque 2. §. hæretici*, ibi: *Vſque ad ſecundam generationem ad nullum Eccleſiaſticum beneficium, ſeu officium admittantur, c. ſtatutum 15. iuncto §. hoc ſanè, de hæret. lib. 6.* ibi: *Ipſorumque filij vſque ad ſecundam generationem ad aliquod beneficium Eccleſiaſticum, ſeu publicum officium nō admittantur, primum, & ſecundum gradum per paternam lineam comprehendere declaramus, per maternam verò ad primum dumtaxat, &c.* De quo Couar. Clarus, Gom. Corduba, Molina, Suarez, Azorius, Sanchez, & alij.

Secundò, vt iſta mala ſuſpicio ex actibus poſitiuis 49
contrariis ſanam, & Catholicam doctrinam denotantibus purgetur, vt probat text. *in Can. laici 6. diſt. 33.* & faciunt, *l. deſertorem 5. §. is qui, ff. de re milit.* ibi: *Inſpecto vitæ eius præcedenti tempore, &c. l. non omnes 5. §. à barbaris, ff. eod.* ibi: *Etſi bonus miles ante æſtimatus fuit, &c. l. famoſi ff. ad l. Iul. maieſt.* ibi: *nam, & perſonam ſpectandam eſſe, an potuerit facere, & ante quid fecerit.* Pro quo in ſimili de hæreticis legendus Farinacius *de hæreſi q. 187. §. 1. n. 29.* poſt Simanchas, Peñam, & alios. Et in terminis noſtris An- 50
tonius de Corduba *q. 54.* vbi loquens de huiuſmodi ſuſpicione inquit: *Purificari igitur, vel auferri poteſt non ſolum per diuturnitatem temporis, ſed etiam per id omne per quod habilitas, ſeu idoneitas, & illuſtratio perſonæ, & generis ſecundum leges acquiri poteſt, putà per excellentes litteras, per heroica geſta ad vtilitatem Reipublicæ, per notabilem fidei, vel morum profectum ex tali perſona prouenientem, per quæ, & per alia hu- 51
iuſmodi perſona, aliàs vilis, cum ſua etiam poſteritate ſecundum leges, & rectam rationem in mundo apud homines illuſtris aptuſque homo ille, & genus eius ad talem dignitatem, ſocietatem, ſeu munus obeundum efficeretur.* Quibus addendum quod cùm hæc præſumptio non ſit iuris, cùm potius iura contrarium canant, ſed ſolùm facti, oportet quod tollatur per facta contraria: cùm præſumptio vna tollat aliam, *l. Diuus, ff. de in integr. reſtit. l. quidam teſtamento, ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. l. 1. C. qui, & aduerſus quos*, & innumeri alij textus, & DD. apud Barboſam *axiom. 186. n. 2.* Præſertim, quia præſumptio quæ oritur ex facto, tollit præſumptionem ductam ex non facto. Abbas *in cap. veniens, de filiis Presbyt.* Menochius *de præſumpt. lib. 1. q. 29. n. 17.* Carena *de offic. S. Inquiſ. p. 3. tit. 3. §. 11.* Et
quia præſumptio excluſiua delicti præfertur præſum- 52
ptioni delictum includenti, Romanus *conſ. 68. n. 8.* vbi Mandoſius *in addit.* Gram. *conſ. crim. 31. n. 12.* Bertazzolus *conſ. 261. n. 11. vol. 2.* Farinacius *de reo confeſſo, q. 85. n. 1. & ſeq.* Carena *ſuprà.* Quatenus etiam talis adeſſet præſumptio, ea tam rationabilis, & prudens eſſe deberet, vt nullam pateretur exceptionem. Etenim prudenter animaduertit Suarez *5. tom. in 3. p. diſp. 43. ſect. 3. n. 2. Hoc ſuſpicionis genus, quod alicubi generale eſt in opinione vulgi, per ſe non ſufficit ad reddendas irregulares perſonas, licet poſſit ſufficere, vt interueniente Pontificis authoritate poſſint condi ſtatuta, quibus excludantur.* Item *ibid. Oportet tamen, vt ſuſpicio ſit rationabilis, & prudens, & in indiuiduo de tali perſona, alioquin iniuria illi fiet.*

Cùm ergo omnia iſta adamuſſim in præſenti caſu 53
verificentur, neque enim præfatus N. calumniam iſtam patitur propter originem à paucis annis, ſed à multis forſan ſæculis eamque ſuſpicionem ex actibus poſitiuis contrariis, bonis moribus, ſana doctrina, laboribuſque pro Eccleſia Catholica exantlatis, proceſſuque formato iuridicè de ſuo puro, & immaculato ſanguine diluit, vtique præſumptio cedet veritati, iuxta *l. nuptura filio, ff. de iure dotium, l. fin. in princip. ff. quod metus cauſa, l. cum de indebito, ff. de probat. l. in rebus, C. de iure dotium.*

Rebus ergo vtrinque maturiſſimè perpenſis, acer- 54
rimèque diſcuſſis, proceſſuque de ſanguinis puritate diligenter examinato, S. Congregatio N. cui cauſæ deciſionem S. D. N. commiſit, declarauit præfatum N. aſſumi potuiſſe ad Epiſcopalem dignitatem, ſi eidē Sanctiſſimo placuiſſet. Placuit ergo eidem, & ritè, ac legitimè electionē, & conſecrationē, pluriū applauſu, neminēq; cōtradicēte, per litteras in forma cōſueta obtinuit.

CONSVLTVM

CONSVLTVM XVII.

De quodam tranſeunte ad Religionem ſtri-ctiorem ſine legitima licentia Superioris Ordinis minùs ſtricti.

SVMMARIVM.

1 *Caſus ſeu factum.*
2 *In quo eſt dubium.*
3 *Profeſſio iſtius inualida.*
4 *Breue ſubreptitium, etiamſi ex ignorantia impetratum fuerit.*
5 *Conſtat ex verbis ipſius.*
6 *Quando contingit ſubreptio, vel obreptio.*
7 *Quid de cauſa impulſiua.*
8 *Dictio* idcirco, *quid denotet.*
9 *Cauſa non iuſtificantur.*
10 *Licentia non fuit obtenta.*
11 *Qualis debeat eſſe talis licentia,* & num.12.
13 *Num obſeruata fuerit.*
14 *Debebat præcedere interrogatio Superioris.*
15 *Quando ſufficeret licentia ſolum petita.*
16 *Superior non contradixit.*
17 *Prudenter ſe geſſit.*
18 *Conformiter ad decretum S.Congregat*, & n.19.
20 *Qualiter ſecundum Canones deberet fieri is tranſitus.*
21 *An fuerit cum legitima licentia*, & n.22.
23 *Tranſitus an conſulendus.*
24 *Priuilegia circa hoc.*
25 *Conceſſio S.Congregationis.*
26 *Aliud priuilegium.*
27 *An iſta licentia ſit reſeruata S.Congregationi.*
28 *Notanda circa illam ex authoribus.*
29 *Religio an poſſit reuocare ſic tranſeuntem.*
30 *Fundamentum ex cap.* licèt, *deſumptum.*
31 *An ipſe Religioſus tranſiens.*
32 *An teneatur id facere.*
33 *An ſuffragetur illi licentia petita.*
34 *Qualis licentia requiratur.*
35 *An defectus illius irritet tranſitum.*
36 *In hoc tranſitu quæ requiſita à Pontifice.*
37 *An ſufficeret licentia cuiuſquam ſuperioris.*
38 *Hoſpites quibus ſubdantur.*
39 *In rebus arduis.*
40 *Quæ alij requirant.*
41 *An licentia Generalis eſſet neceſſaria.*
42 *An Epiſcopi.*
43 *Tranſitus ad ſtrictiorem an de iure natura licitus.*
44 *Aliqui id negant.*
45 *Maximè propter abdicationem à Religioſis factam.*
46 *Saltem ſeruatis ſeruandis.*
47 *Quid in præſenti caſu.*
48 *P.Theſauri votum.*

IESVS MARIA.

Caſus, ſeu factum.

1 N. Ordinis N. volens tranſire ad ſtrictiorem Ordinem N. petiit licentiam à Superiore locali cuiuſdã ciuitatis, in qua morabatur, & antequam dictus Superior licentiam illi concederet, aut aliquid ipſi reſponderet, aſſumpſit habitum eius Religionis, & poſt quatuor menſes Nouitiatus profeſſionem in illa emiſit ex vi cuiuſdam Breuis Pontificij in quo illi id concedebatur, ſuppoſito quod talem tranſitum feciſſet de licentia Superiorum vtriuſque Religionis, & canonicè.

Quæritur de validitate talis tranſitus, & profeſ- 2
ſionis, & eo poſito quod inualida fuerit, poſſint Superiores eius Religionis à qua tranſitum fecit, illum reuocare, vel ipſe propria authoritate ad illam redire.

Reſponſio.

Incipiendo primò à profeſſione facta ab iſto Reli- 3
gioſo in ea Religione ſtrictiori, videtur dicendum omninò inualidam fuiſſe, & irritam. Ducor ex eo quod Breue Sanctiſſimi D.N.Innocentij X. ſub dat. Romæ apud S.Mariam Maiorem 28. Auguſti 1647. cuius vigore profeſſionem emiſit poſt quatuor menſes Nouitiatus (cum tamen aliàs ex decreto Concilij Tridentini *ſeſſ.25.de Regul.c.15.* per annum integrum eſſe deberet) fuit ſubreptitiè, & obreptitiè obtentum, ac
perindè nullius valoris, & momenti ad effectum talis 4
profeſſionis eo tempore faciendæ, *cap.ad aures, c.Conſtitutus, c.Super litteris, de reſcript. & cap vlt.de fil. Preſbyt.in 6.* Doctores *ibid.* etiamſi prætendatur ignorantia, vel bona fides in impetrante. Eo quòd hæc vitiatio gratiæ obtentæ non tam eſt pœna obtinentis illam, quam defectus intentionis, & voluntatis concedentis eam gratiam. Theſaur. *in prax p.2.* poſt Sanc. Laymen. & Filliucium.

Fuiſſe autem dictum Breue ſubreptitiè. & obrepti- 5
tiè impetratum conſtat facilè ex verbis, ſeu narratiuâ ipſius, videlicet: *Cùm itaque ſicut nobis nuper exponi feciſti, &c.* & poſt alia, nominatis Ordinibus à quo, & ad quem tranſire deſiderabat: *De illius hinc inde Superiorum licentia, ac aliàs canonicè tranſieris*; ac poſt alia: *Idcirco nos, &c.* Cum enim his verbis Papa aſſignet cauſas conceſſioni abbreuiati Nouitiatus (nam dictio *Idcirco*, cauſam denotat, & cauſaliter ponitur, vt ait Bartol. *in l. demonſtratio falſa, §. quod autem, ff de condit.& demonſtrat.* Barboſ. *de diction.dict.142.*) nempe quod orator tranſierit ex illa Religione ad aliam de licentia Superiorum vtriuſque, & *Canonicè*, & tales cauſæ minimè ſubſiſtunt, ſed falsò ſint ſuppoſitæ Papæ, manifeſtè infertur quod gratia conceſ- 6
ſionis corruat omninò vt ſubreptitia, vel obreptitia.

Tunc enim ſubreptio, vel obreptio contingit quando vel exponitur falſum, vel reticetur verum in petitione gratiæ. Prout de communi ſententia tradunt Nicolaus Garcia *lib.6. de benefic. c.2. n.192. & ſeqq.* & S.Rota apud ipſum ſæpius, ac Sanchez *lib.8. de matrim. diſp.21. ferè per tot.* Conformiter ſanè ad
commune illud Iuris axioma. *Cauſa ceſſante ceſſat* 7
eius effectus, l.adigere, §. quamvis, ff de iurepatron. l.ſi pater, ff.de hæredib.inſtit.l generaliter, C.de Epiſc. & Cleric. & aliis iuribus, ac Doctoribus. Quod etiam ampliatur ad cauſam impulſiuam, eam ſcilicet propter quam mouetur Princeps ad concedendam gratiam, aliàs facturus, ſed non facilè, ſed cum aliqua limita-
tione, aut conditione, ſicut in præſenti contingit. Pro- 8
ut tenent Garcia *ſup.n.200.* ex S.Rotæ deciſionibus, & Doctoribus, & ferè innumeri alij apud Sanchez ea *diſp.21.n.10.* Præterquam quod dictio *Idcirco*, qua vtitur Pontifex, denotare videtur non ſolùm cauſam impulſiuam, ſed etiam finalem, ac per conſequens eâ non iuſtificata corruit gratia, iuxta communem ſententiam, & indubitatam Doctorum.

Porrò cauſas illas à Pontifice aſſignatas pro hac 9
gratia concedenda non iuſtificari, aut verificari in præſenti, manifeſtum eſt. Et primò de illa: *De illius hinc inde Superiorum licentia.* Etſi enim ſic tranſiens habuerit beneplacitum Superiorum Religionis ad quam tranſiit, quod poteſt vocari licentia, & de qua

in ſeriùs

Digitized by Google

inferiùs conſtabit, an fuerit legitima; nihilominus
pro comperto eſt, non habuiſſe licentiam Superiorum
Religionis, à qua tranſire volebat. Tum quia licet
illam à Superiori locali Conuentus illius Ciuitatis
poſtulauerit, non tamen obtinuit; nomine autem
licentiæ regulariter debet intelligi obtenta, & non
tantum petita. Chaſſaneus *in Conſuet. Burgundia, ru-*
10 *bric.*1.§ 8. Barboſa *de Dictionib. dict.* 371.*n.*2. Tum quia
eſto ſufficiat licentia petita, etſi non obtenta, nihilo-
minus, hæc licentia, quæ ſecundùm Canones poſtulari
debet à volente tranſire ad Religionem ſtrictiorē à ſuo
Superiore, debet eſſe *cum humilitate, ac puritate.* Et
infrà: *Ne bonum obedientia contemnere videatur,*
prout expreſsè habetur *in cap. licet, de Regular.* Reli-
gioſus autem iſte petiuit hanc licentiam manendo in
domo cuiuſdam ſecularis, & ſcribendo ad Superiorem,
11 quæ non arguunt humilitatem, aut puritatem, ſed
potius (quod bona venia ſit dictum) ſuperbiam, &
obedientiæ contemptum, ac quod veluti pro cære-
monia poſtularet illam. Vnde Suarez *tom.*4. *de Relig.*
*tract.*8. *cap.*10. *n.*31. propterea credit non ſufficere
petere licentiam per litteras, quod maximè procedit
quando Prælatus à quo petitur, eſt in eadem Ciuitate,
prout in præſenti caſu contingebat.
12 Tum præcipuè, quia licentia petita quæ poſſet di-
ci ſufficere, deberet eſſe licentia quæ expectaret
reſponſum Superioris, à quo petita fuit. Quia qui
debet conſilium, vel licentiam petere, eodem iure
cogitur expectare reſponſum debito tempore, vt ex-
preſsè habetur *cap. cum in veteri, ad fin. de elect.* Atque
ita docent Ioannes Andreas, Antonius, Abbas, Car-
13 dinalis, Ancharanus, Roſella, Angelus, Sylueſter, &
Azorius, quos refert, & ſequitur Sanchez *lib* 6. *in*
*Decal.c.*7.*n.*3. Sanctarell. *in tract. de Apoſtaſia, cap.*8.
*dub.vnic.n.*14. Bonacin. *de clauſ.q.*2. *punct.*9.§.3. *diffi-*
*cult.*1 *n.*6. Barthol. à S. Fauſto *lib.*5. *q.*239. Barboſa *de*
*Iur. Eccl. lib.*1.*c.*42.*n.*67. Caſtrus Palaus *tract.*16.*diſp.*4.
*punct.*16.§.3.*n.*4. Tamb. *de Iure Abb. tom.*3. *diſp.*3.*q.*11.
14 *n.*11. Pellizz. *in Man. Reg. tom.*1. *tract.*3.*c.*5.*ſect.*3.*n.*95.
Hoc verò non contigit in præſenti caſu, ſiquidem iſte
Religioſus antequam dicti Superioris reſponſum ac-
cepiſſet, ad Conuentum illius Religionis ſtrictioris ſe
contulit, & habitum ſuſcepit illius. Tum præterea
quia ſi quæ licentia petita ſufficeret ad eum tranſitum
ea eſſe deberet, quam præcederet interrogatio Supe-
rioris de cauſa faciendi talem tranſitum, an ſcilicet
eſſet maioris perfectionis deſiderium, vel propoſitum
diuinitus inſpiratum, aut zelus; an verò leuitas ali-
qua, temeritas, ſeu inconſtantia poſtulantis talem li-
15 centiam. Sic enim colligunt Doctores ex *d. cap. Licet,*
Sanchez *n.*36. poſt Innocentium, Ioannem Andream,
Hoſtienſem, & Cardinalem, Suarez 4. *tom. de relig.*
*tract.*8. *lib.*3.*c.*10.*n.*30 Caſt Palaus *ſup.n.*3. Cum ergo
in præſenti non fuerit iſta interrogatio notitia, ſeu
informatio, licentia illa ſolum pro forma petita nul-
latenus ſufficere potuit, vt ratione illius fieret tranſi-
tus. Tum etiam maximè, quia tunc in caſu præſenti
ſufficere poterat licentia petita, quando Superior eam
16 proteruè, & indiſcretè negaret, prout etiam habetur
expreſsè *in d. cap. licet*, ibi: *Non obſtante proterua in-*
diſcreti contradictione Prelati, & docent communiter
DD. ſpecialiter Innocentius, Hoſtienſis, Ioannes An-
dreas, Antonius, Abbas, Cardinalis, Ancharanus,
Roſella, Sylueſter, Tabiena, Azor, & Sanchez *ſup.*
*n.*37. At verò in præſenti caſu Superior ille à quo po-
ſtulata eſt hæc licentia, non indiſcretè, aut proteruè
contradixit, ſed ſolum diſtulit eam concedere. Nulla-
tenus ergo potuit poſtulantem iuuare ab illo poſtula-
ta nomine tenus licentia.
17 Prudenter autem, & diſcretè ſe geſſiſſe Præla-
tum conceſſionem dictæ licentiæ differendo, immò
ita debuiſſe facere, vt legitimè ſe gereret in ea conce-
denda, non ſolùm colligitur ex dictis, ſed ſpeciali-
ter conſtat ex communi doctrina Doctorum, quo-
rum plures refert & ſequitur idem Sanchez *ſup.n.*38.
Sanctarel. *ſup.n.*13. Barb. *ſup.n.*69. Caſt. Palaus infe-
rius referendus, aſſerentium etiam poſita iuſta cauſa
tranſitus ad ſtrictiorem Religionem non eſſe conce-
dendam licentiam ad illum, niſi prius conſter eam 18
Religionem paratam eſſe ad recipiendum tranſeun-
tem, ne ſcilicet detur ipſi, vel aliis occaſio vagandi, ſeu
apoſtatandi.
Quod etiam ſtatuit S. Congregatio Concilij 21. Se- 19
ptembris de anno 1624. in decretis de Regula-
ribus *apoſtatis, & eiectis*, iuſſu Vrbani VIII. editis.
Et quæ etiam ad hoc intentum adducunt Bartholom.
de Vecchis *de Nouit. diſp.*13. *dub.*2. *n.*9. Barboſ. *ſupr.*
*n.*70. Theſaur. *in Prax.p.*2.*c.*4 §.1. ſic habet: *Vt apo-*
ſtatandi opportunitas Regularibus præripiatur, ſtatuit
vt de cætero nullus permittatur ad arctiorem Religio-
nem tranſire, niſi prius Superiori legitimè conſtiterit
eam Religionem paratam eſſe illum recipere, qui licen-
tiam petit, tunque Regularis recta ſe transferat via
ad arctiorem. Quod vt reipſa adimpleatur, idem Supe-
rio omni ſtudio, ac diligentia inuigilet.
Vt ergo Superiori, à quo poſtulata eſt hæc licentia, 20
conſtare poſſet *legitimè*, vt dicitur in hoc decreto,
quod Religio illa ſtrictior eſſet parata ad recipiendum
talem Religioſum, prudenter, & legitimè, ac con-
formiter ad decretum S. Congregationis debuit dif-
ferre conceſſionem talis licentiæ, ac per conſequens
illa ſimplex poſtulatio illius non poteſt pro vera li-
centia etiam petita computari. Præſertim quia præ-
fatum S. Congregationis decretum habet in fine clau-
ſulam illam irritantem, ibi: *Sit irritum, & inane*
quidquid ſecus à quoquam actum extiterit.
Ex alio præterea capite deducitur tranſitum hunc
non fuiſſe ex legitima licentia factum, ac per con-
ſequens ſubreptitium eſſe Breue obtentum à ſanctiſſi-
mo, in quo oppoſitum narratur. Etenim ex Vrba-
no II. *in can. Statuimus* 19. *quæſt.* 3. habetur,
quod tranſiens ad ſtrictiorem Religionem, non ſo-
lum non poſſit id facere inconſulto ſuo Superiori,
ſed etiam quod illum *nullus Abbatum, vel Epiſcopo-*
rum, nullus Monachorum ſine communi litterarum cau-
tione ſuſcipiat. Prout etiam tradunt DD. quos San-
chez *ſupra n.*39. ſequitur, Bonacina *ſupra n.*3. Caſtr.
Palaus *tract.*16. *diſp.*4. *punct.*16. §.3. *n.*4. Tamburin.
*ſup.n.*15. Cùm ergo Religioſus, de quo in præſenti,
admiſſus fuerit ſine talibus litteris, ſolùm ex ſuo te-
ſtimonio dicendum eſt non adfuiſſe in eius tranſitu
licentiam legitimam *hinc inde Superiorum*, prout nar-
ratum fuit in Breui, ac proinde illud fuiſſe ſubrepti-
tium. Immò nullam ibi adfuiſſe licentiam, quia cum
licentia à verbo *licet* deriuetur, *importat facultatem*
rationi conſentaneam, vt cum Bartol. *l. alio, n.*8. *ff. de*
alim. & cibar. legat. & multis aliis tradit Menochius *de*
*arbitr.q.*8.*n.*45. Non eſt autem rationi conſentaneum,
quod eſt contra Sacros Canones. Maximè cum ibi
dicatur: *De illius hinc inde, &c.* Dictio etenim *De,*
denotat ſubſtantiam, ad differentiam dictionis *Cum,*
quæ illam non denotat. Cenedus *ſing.*10. *n.*7. Burſatus
*conſ.*90. à *n.*42. *vol.*2. Tuſchus *tom.*2. *littera D, con-*
*cluſ.*292.*n.*21. Defuit ergo in tranſitu ſubſtantialis
conditio licentiæ.
Quod verò etiam ſit ſubreptio in illis verbis: *Et* 21
aliàs canonicè tranſieris, ac per conſequens omninò
corruat gratia conceſſa, clariſſimè conſtat ex dictis,
cùm talis tranſitus, & ingreſſus in Religionem illam
arctiorem non fuerit ex vera, & legitima licentia,
nec obtenta, nec etiam legitimè poſtulata, iuxta
Canones, & decreta relata, nec ex parte Religionis,
à qua fuit tranſitus, nec ex parte illius ad quam fuit
factus: ſpectata præſertim qualitate, & grauitate
negotij,

negotij, & quod tranſitus de vna Religione ad aliam etiam ſub prætextu perfectioris vitæ gerendæ, non ſit
22 laudabilis niſi in ipſo ſeruentur ad vnguem conditiones ex ſacris Canonibus requiſitæ. Vtpotè quia videtur eſſe contra illud Apoſtoli 1. ad Cor. 7. *Quiſque in vocatione, qua vocatus eſt permaneat*, & mentem Patrū,
23 ſpecialiter Caſſiani *collat.* 14. *cap.* 5. & D. Bernardi *de precept. & diſpenſ.* vbi ſic tranſeuntes vocare videtur *vagos, inſtabiles, fluctuantes, tumultuantes, quod non habent capientes, & quod habent faſtidientes.*

24 Præterea hunc tranſitum, & profeſſionem ex illo ſequutam canonica non fuiſſe, ac proinde ſubreptitium Breue propter illa verba ibi narrata, *Canonicè transieris*, colligitur ex eo quod Religio à qua fuit factus fruitur multis priuilegiis Summorum Pontificum, quibus interdicitur tranſitus abſque licentia Superiorum obtenta.

25 Eo enim ipſo quod eſt contra priuilegia, non cenſetur Canonicus, vtpotè contra Ius Religionis habentis illa. Hæc porrò priuilegia ſunt Pij IV. & Pij V. pro Societate Ieſu, concedentium ne ab ipſa tranſire poſſit abſque licentia Superiorum obtenta, niſi ſolum ad Carthuſiam. Illud referunt Sanchez *ſuprà n.* 28. Pellizzar. *ſup. n.* 74. dicentes eo frui omnes Mendicantes per participationem, & *n.* 88. addit Sanchez ex vi talium priuilegiorum irritam eſſe profeſſionem aliter tranſeuntium. Fauet etiam conceſſio Sacr. Congreg. Epiſcop. & Regulat. Generali Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis quam referunt Barboſ. *ſup. num.* 59. & Tamburin. *q.* 2. *num.* 9. vbi habetur fratres eius Ordinis tranſire non poſſe ad alium quemcunque, niſi
26 petita licentia à Superioribus, cognitaque, & approbata prius ab eadem Sacr. Congregatione. Et alia quam refert ibi Barboſa *num.* 56. Tamburin. *ſup. q.* 2. *num.* 1. ex Eugenio IV. pro Monachis Benedictinis, & Ciſtercienſibus, quod non poſſint tranſire ad quamcunque Religionem ſine conſenſu Capituli generalis, ſeu Præſidentis, aut Viſitatorum.

27 Item alia, quam ibi referunt idem Barboſa, & Tamburin. *num.* 2. ex eodem Eugenio IV. pro Benedictinis Hiſpaniæ de non tranſeundo ad alias Religiones niſi ex licentia obtenta. Fauet etiam doctrina Laurentij de Peirinis *tom.* 1. *de ſubd. q.* 1. *cap.* 24. §. *Ceterùm cum omnes*, quatenus ex Bulla Sixti V. quæ incipit *Immenſa*, probabiliter infert, facultatem tranſeundi ad Religionem etiam ſtrictiorem reſeruatam eſſe Sacr. Congregationi, ex eo quod Pontifex in ea Bulla iſtam facultatem dictæ S. Congregationi concedit. Ad quid enim eam concederet S. Congregationi, ſi de iure communi eam haberent Prælati Regulares. Fauet quoque Portellus *tom.* 1. *reſponſion. mor. part.* 2. *caſ.* 6. Vbi multa de ſimili tranſitu cuiuſdam Religioſi, & de priuilegiis Religionum circa hoc. Item Pellizzarius *ſuprà*. Poſtquam enim
28 plura priuilegia Religionum ad intentum noſtrum *num.* 74. & 75. retulit, & dixit ea communicari aliis Religionibus, ſubiungit: *Vnum hic notandum eſt, quod quamvis ſupradicta priuilegia aliqualiter videantur retrahere Religioſos à maiori perfectione acquirenda, hoc ipſo quod modis ſupra relatis limitant tranſitum ad Religionem ſtrictiorem, nihilominus ea cenſeri debent & iuſta, & licita, & valida, cùm in re adeo graui, & ſpectante ad ſalutem animarum non poſſit Papa errare, & per ea non impediatur ſimpliciter aſcenſus ad ſtatum perfectiorem, ſed ſolum prohibeatur ne fiat ſine maturo conſilio, ac directione, & conſenſu proprij Prælati, aut etiam Sedis Apoſtolicæ quod vtique eſt valdè conueniens ad bonum commune ad ſtabilitatem ſingularum Religionum, pacemque, ac vnionem Religioſorum inter ſe.*

29 Conſequenter etiam ad dicta tenendum, poſſe Religionem iſtam, à qua Religioſus, de quo in præſenti diſceſſit, ipſum reuocare, prout ex quampluribus DD. Canoniſtis, & Theologis docet Sanch. *ſup. num.* 95. Quod etiam tenent Bartholomæus à Sancto Fauſto *ſup. q.* 341. Barboſa *in Collect. DD. ad cap. Licet, de regular. num.* 31. pluribus relatis. Quorum fundamentum eſt deſumptum ex relato *cap. licet.* Vbi dicitur 30
non eſſe reuocandum eum qui bono animo tranſiit; à contrario enim ſenſu colligi videtur eſſe reuocandum eum qui non bono animo tranſit, qualis præſumitur is qui legitimè non poſtulat licentiam, contemnit bonum obedientiæ, & Prælatus non negat illam ex proteruia, aut tranſit contra Canonum decreta, prout de iſto Religioſo dictum manet. Ita Sanc. *eo num.* 95. *iunct. n.* 13. ex Lapo, Hoſtienſi, Abbate, Abulenſi, & aliis, quos etiam ſequuntur Sanctarellus *ſup. num.* 4. Barboſa *ſup. n.* 31. Et fauet Portellus loco relato.

Videtur etiam religioſum ipſum ſic illegitimè tran- 31
ſeuntem, & profeſſum propria authoritate, poſſe redire ad ſuam propriam Religionem. Eo quod prima profeſſio in priori Religione valida fuit, hæc autem poſterior in poſteriori Religione irrita, ſicut & tranſitus. Ita Abbas *conſ.* 95. *n.* 2. *vol.* 1. & ex eo Sanch. *ſup.*
n. 98. Addens etiam teneri redire ſi commode, & abſ- 32
que ſcandalo id facere poſſit. Ad minus tamen credo teneri inuocare Prælatos prioris Religionis, ipſi enim quaſi iure vendicationis, quemadmodum Dominus vendicat ſeruum vbicumque illum inuenerit, maximè ſi ſeruus ipſe reclamauerit, *l. in rem. ff. de rei vendicat.* tenebuntur illum vendicare, & ad propriam Religionem afferre.

Quia tamen pars aduerſa in eo innititur, quod ille 33
Religioſus exiuit è ſua Religione cum licentia petita à Superiori Conuentus in quo morabatur, eamque licentiam credit fuiſſe ſufficientem ſaltem ad validitatem tranſitus, ſiquidem etiamſi talis licentia non eſſet petita, adhuc tamen tranſitus validus eſſet, eo quod iura quæ talem licentiam exigunt, ſcilicet *cap. Mandamus, & cap. Statuimus, & cap. Licet, de Regular.* non habent clauſulam irritantem, aut irritant tranſitum ſine illa factum, & iuxta *cap. Ad Apoſtolicam, de Regular. multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent*, quod maximè procedit in iis quæ iure naturæ aliàs ſunt permiſſa, quale eſt tranſitus ad arctiorem
Religionem, *cap. peruenit* 2. *de iureiurando, c. Scriptura,* 34
de voto; idcircò vt hoc fundamentum funditus, & omninò euertatur, animaduerſione valdè dignum eſt ad tranſitum Religioſi ad ſtrictiorem etiam Religionem adeò ſtrictè in iure exigi licentiam Superioris, vt eo *cap. mandamus*, præceperit Vrbanus III. vt Canonicus Regularis, qui ad Monachales Ordines tranſiret ſine illa redire cogatur, & in pœnam ſui delicti vltimum locum habeat in choro, & cucullam Monachalem in memoriam videlicet ſuæ præſumptionis (vt Gloſſa ait) deferret. Vnde ſic tranſiens dicitur indebitè tranſlatus, vt tenent Gloſſa *in cap. intelligimus, de ætat. & qualit.* Butrius *in d. c. licet, n.* 13. Ancharanus *n.* 12. Abbas *n.* 2. Lapus *allegat.* 130. *n.* 2. Roman. *conſ.* 341. *n.* 4. Ricciul. *c.* 8. *n.* 17. *lib.* 8. *de Iure perſonarum*, & Barboſa *ſup. n.* 65. & ſecundum Sylueſtrum, Caietanum, & Nauar. eſt excommunicatus, & apoſtata.

Eſto autem poſitum ſit ſub opinione, an talis tran- 35
ſitus ſit inualidus, quibuſdam affirmantibus, vt ſunt Abbas *conſ.* 35. *n.* 2. Roſella *verbo Religio* 4. *n.* 6. Mandoſius *in Addit. ad Lap. allegat.* 61. Sanch. *eo cap.* 7. *n.* 96. Layman. *lib.* 4. *tract.* 5. *c.* 6. *n.* 9. relatos authores referens Theſaurus *in Praxi, p.* 2. *verb. Religioſi, cap.* 4. & Bordonus *reſolut.* 29. *n.* 49. Aliis verò negantibus, vt ſunt Sylueſter *verbo Religio* 4. *quæſ.* 1. Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 3. *c.* 10. *n.* 21. Caſtrus Palaus *ſup.* §. 4. & alij.

Nihilominus

36 Nihilominus quidquid de hoc ſit, cum Pontifex
in Breui relato pro conceſſione facultatis profeſſioné
emittendi poſt quatuor menſes Nouitiatus, aſſignet
duas illas cauſas relatas, ſcilicet quod *de licentia*
vtriuſque Religionis, & *Canonicè* factus fuerit hic
tranſitus, & iſtæ ſint veluti conditiones, quibus talis
conceſſio innititur, & illis non iuſtificatis Breue ſit
ſubreptitium, & gratia illa corruat, ac ex alia parte
Religio à qua tranſitus factus eſt fruatur priuilegiis à
Sede Apoſtolica conceſſis, vt is non fiat ſine licentia
etiam obtenta *ipſius*; ideirco (quidquid ſit de Iure
communi) ſtando in terminis caſus præſentis nulla-
tenus talia tranſitus, & profeſſio inde ſequuta tolerari
poſſunt, propter adducta.

37 Ad quod accedit magni ponderis ratio, & eſt:
quod eſto gratis admitteretur ſufficere pro præſenti
tranſitu quamcunque, & qualemcunque licentiam Su-
perioris Religionis, tamen quod is Superior non ſit
alius niſi eius Monaſterij, ſeu Cõuentus in quo præfa-
tus N. non erat Conuentualis, aut de familia, ſed ſo-
lum hoſpes, & quaſi peregrinus per aliquod tempus,
veluti caſualiter in eo commorans, non videtur vllo
38 modo ſuſtineri poſſe. Etſi enim fratres hoſpites
quantum ad obſeruantias communes, quotidinas, &
ordinarias Religionis ſubditi ſint Prælatis Monaſte-
riorum, in quibus hoſpites ad tempus morantur, hoc
enim exigit bonum regimen, & conſuetudo Religio-
num; nihilominus quoad ea quæ concernunt extra-
ordinariam aliquam diſpoſitionem, ſeu mutationem
Religioſorum, vt ſunt habere dimiſſorias pro Ordini-
bus ſuſcipiendis, tranſire de ſtatu Conuerſorum ad
Clericorum, facere longam peregrinationem, tradere
ſe ſeruitio alicuius Principis, vel exercitus, & ſimilia,
39 propter arduitatem quæ continent, vel ſola ratione
duce manifeſtatur Religioſos ſubditos eſſe Prælatis
illorum Monaſteriorum vbi ſunt de familia, ſeu Con-
uentuales, non illorum in quibus ſunt hoſpites, & ve-
luti peregrini ac tranſeuntes. Quod in terminis for-
tioribus dici debet de licentia tranſeundi ad aliam Re-
ligionem. Etenim Religioſus tranſiens de vna Reli-
gione ad aliam, omnino ſe alienat ab ea quam deſerit
per totam ſuam vitam.

40 Et ſanè ſi propter rei grauitatem ad tranſitum etiam
ad ſtrictiorem Religionem requirunt multi, quos re-
ferunt Innoc. *c.fin.n.1.de renunc.* Hoſtienſis *n.3.* Ioan.
Andr. *n.7.* Anton. *n.13.* & ſequuntur Turrecrem. *cap.
Statuimus, n.2.19 q.3.* Bordonus *d.reſol.29.n.16.&* 17.
conformiter ſatis ad illa eiuſdem *c.Statuimus*, vide-
licet, *Sine Patris, & totius Congregationis permiſſione*,
41 licentiam non ſolum Prælati, ſed etiam Conuentus,
ſeu Monaſterij, eo quòd negotia grauia tractari, &
perfici debent cum conſilio, & conſenſu Religioſorũ,
*c.nouit, c.quanto, c.ea noſcuntur, de iis quæ fiunt à Præla-
tis*, maximè quando agitur de alienatione alicuius rei,
quæ erat ſub dominio ipſius Conuentus, *c. placuit,
c.ſine exceptione* 12.*q.*2. Similiter alij, & Antonius Cuc-
cus *lib.3.Inſtit.maior.tit.1.num.*137. Rebuffus *in prax.
benef.tit.de tranſlat. Monach.n.5.* & Rodrig. *tom 3.qq.
Regul.q.52.art.3.* non ſine magno fundamento dicunt
hanc licentiam poſtulandam eſſe à Generali, eo quòd
42 hîc agitur de alienatione religioſi à tota Religione, ad
quam capitis totius religionis conſenſus exigi videtur.
Immò alij quoque requirere videntur licentiam Epi-
ſcopi, vt Anton. *ſup.* Card *c.fin.de renunc.n.5.q 3.* Abb.
n.2. Anchar. *c.cum ſingula, de præb.in 6.n.2.* Henricus
c.licet, n.9.de Regul. certè iuxta horum ſententiam, &
& veritatem ipſam dicendum vtique eſt, ad minus
non ſatiafeciſſe præfatum N. hanc licentiam poſtulan-
do ab vno Prælato immediato Conuentus in quo ipſe
hoſpes erat.

Nec releuat ſi dicatur quod cum tranſitus ad ſtri-
43 ctiorem Religionem ſit de Iure naturali, & diuino,
quacunque, & qualicunque licentia factus fuerit va-
lidus ſaltem reputari debet. Primò quia multi, nec leui
fundamento id negant, dicentes ſolum eſſe de iure
poſitiuo in locis relatis, non de iure naturali, aut di-
uino; tum quia potius eſt de iure diuino, *vt vnuſquiſ-
que permaneat in ſua vocatione*, 2.*Corinth.*7. & de Iure
naturali, quod conſeruetur ius adquiſitum Religioni 44
primæ; tum quia licet ſit de iure naturæ, & diuino
quod quis poſſit capere viam maioris perfectionis,
hoc tamen videtur fallere in Religioſis, qui per pro-
feſſionem hoc ius à ſe abdicarunt, & ſe per totam
vitam tradiderunt Religioni.

Sic enim colligitur ex Azor. *tom.1. Inſtit. Moral.* 45
lib.11.c.17.q.18. Sayro *in Claui, lib.6.c.10.n.9.* & Bor-
dono *ſup.n.*44. Deinde eſto id ſit de iure naturali, &
diuino, vt volunt Caietanus 2.2. *q.*88. *art.*12. Sanch.
ſup.n.3. Sanctarellus *n.*33. & alij, intelligitur tamen 46
cum grano ſalis, ſeruatis ſeruandis, & cum conditio-
nibus, ac circumſtantiis ex iure requiſitis. Et tandem
quidquid de omnibus illis ſit, cum Pontifex pro pro-
feſſione facienda illius, de quo in præſenti, requiſiue- 47
rit quod de vtriuſque Religionis licentia, & canonicè
tranſiuerit, cum non purificentur huiuſmodi condi-
tiones, ſemper ſiſtere debet quod talis profeſſio fue-
rit irrita & inualida.

Placet præterea hîc apponere votum, quod circa 48
hunc eundem caſum P. Antonius Theſaurus Pœni-
tentiarius Apoſtolicus S.Petri, vir doctiſſimus, & de re
litteraria optimè meritus ſcripſit in hunc modum.

In caſu propoſito cenſeo tranſitum præfati Reli-
gioſi ad arctiorem fuiſſe illegitimum, eiuſque profeſ-
ſionem factam in ſecunda Religione nullam, & irri-
tam extitiſſe, eumque teneri ad primam redire, & ab
eius ſuperiore eſſe reuocandum.

Primò quia text. *in c.licet, de reg.* concedit profeſſis
tranſitum ad arctiorem, venia ſeu licentia petita, etiam
non obtenta, quia non debet reſiſti motioni Spiritus
ſancti vocantis ad maiorem perfectionem; qui autem
inordinatè tranſiit, & bonum obedientiæ contempſit,
exiens à conuentu ante petitionem licentiæ, & tran-
ſiens non expectato reſponſo ſuperioris, eiuſque cauſæ
cognitione, non cenſetur motus à Spiritu ſancto, ſed
ex leuitate, aut ira, aut contemptu, aut alia mala paſ-
ſione, & cum præiudicio, & ſcandalo ſuæ Religionis:
quibus ſtantibus text. in dicto *c. licet*, non permittit
tranſitum, vt patet ex dicto text. & ideo in tali caſu
tranſitus eſt illegitimus, & profeſſio in ſecunda Reli-
gione eſt nullius momenti. Ita tenet Gloſſ. *in c.2. verb.
Monachus*, 19.*q.*3. & Gloſſa *in c.intelleximus verb. curã
in fin. de ætat. & qual.* Innoc. *in d.c.intelleximus, n.2.*
Hoſt. *n.5.* Ioan. And. *in d.c.licet, n.21.* Butr. *n.13.* Anchar.
n.12. Abb. *n.11.* Zabar. *n.3.* Henriq. *n.8.* Barboſa *n.31.*
Eſpus *alleg.130.n.2.* Roſel. *verb. Religio 4.n.6.* Sanch.
lib.6.in dec.c.7.n.89. Laym. *lib.4. de ſtat.relig. c.6. n.9.*
Nau *conſ.52. vel 59. n.2.de regul.* Azor. *tom.1. lib.12.
c.14.q.6.* Leſſ. *lib.2.c.41.n.101.* & diai *in praxi Eccleſ.
p.2. verb. Religioſi, c.4.num.2.* Et hanc eſſe communem
ſententiam teſtantur Nau. *loco cit.* Abb. *conſ 95.num.2.
lib.1. & in d.c.licet, n.10.* Roman. *conſ.*341. Mand. *in
addit.ad Lap.loc.cit.lit.K.* Quidquid aliqui Doctores
in contrarium dixerint, quos allegat Sanch. *loc.cit.* Et
ſequitur Suar. *tom.4.de relig.lib.3.c.10.n.5* *. Sanctarel.
tract.de apoſt. c.8.n.6. Bonac. *de Clauſ.q.1.punct.9.n.7.*
Caſtro Palao *tom.3.tract.de ſtat. relig.diſp.4. punct.16.
§.4.n.2.* Quorum ſententia caret ſolido fundamento,
& in materia tam ardua non eſt recedendum à com-
muni, ſaltem pro foro externo.

Immò maior pars DD. qui allegantur pro hac ſe-
cunda ſententia, dicit tunc ſolùm fore profeſſionem
validam tranſeuntis venia non petita, vel non expe-
ctato reſponſo, quando conſtaret quod bono zelo, &
non ex leuitate, & ſine iniuria ſuæ Religionis tran-
ſiſſet

Digitized by Google

ſiſſet, ita tenet Gloſſ. *in d. c.licet, verb. licentiam*, & ibi Abb. Antiquur, Sylu.*verb.Relig.4.q.1.§ aduerte* 4. Sanctarell. *loco citato* , & alij apud eundem Sanctarel. In caſu autem noſtro contrarium apparet , nempe quod ex leuitate , & cum iniuria Religionis tranſierit. Ideo firmum remanet quod eius profeſſio ſit nulla , & quod debeat teuocari iuxta communem ſententiam.

Secundò probatur , quia decreto Sacræ Congregationis Concil. Trid. quod aſt in Bullario inter conſtitutiones Vrbani VIII. *num.26. §.3.* ſtatutum eſt, vt nullus permittatur ad arctiorem tranſire , niſi priùs legitimè conſtet ſuperiori tranſeuntis , illam religionem paratam eſſe eum recipere , & tunc recta via transferatur , ideſt immediatè de conuentu in conuentum. Et irritum , & inane dicitur quidquid ſecus fuerit attentatum. Vnde cùm iſte religioſus non ſeruauerit prædictam formam , eius tranſitus nullum ius tribuit ſecundæ Religioni , eiuſque profeſſio nulla remanet.

Tertiò probatur , quia dictus Religioſus profeſſionem emiſit in ſecunda religione, non impleto ibi anno integro Nouitiatus : ergo nullitet profeſſus eſt, quia decretum Trident. Concilij *ſeſſ.25.c.15.de regul.* requirens annum Nonitiatus ad validitatem profeſſionis, ſine dubio procedit etiam in caſu tranſeuntis ad arctiorem , quando religiones à qua , & ad quam, habent diuerſas regulas, ſeu conſtitutiones , ſeu obſeruantias, præſertim auſteriores, & ſunt ſub diuerſo regimine. Ita Sanch. *in decal.lib.5.cap.4.n.*12.cum communi ſententia, & melius P. Lezana *tom.4. verb. tranſiens, n.13. & tom.1.c.22. n.16.* & eſt text. *in c. Abbate Sancti Sylmani, §.cum quadam vice*, & ibi Abb.*notat. n.5.de verb ſignif.*

Non obſtat Breue Sanctiſſimi D.N. Papæ Innocentij Decimi , quo fuit indultum dicto Religioſo tranſlato , vt poſt quatuor menſes poſſet profeſſionem emittere. Quia reſpondetur illud breue fuiſſe ſubreptitium , & obreptitium , ex reticentia veri , & falſa narratione quod de vtriuſque ſuperioris licentia , & aliàs canonicè tranſiiſſet , cum certum ſit eum ſine licentia ſui ſuperioris , & contra formam Sacrorum Canonum , vt dictum eſt tranſiſſe. Narratiua enim oratoris expreſſa in litteris per particulam Vt aſſeris, ſeu Vt exponi feciſti , eſt verificanda de iure ad valorem gratiæ , tanquam pars gratiæ , eiuſque conditio. Gonzal. *in reg.8. gloſſ.9. in annot. contra nullit. n.* 228.*&* 231.Caual.*deciſ.*533.*n.5.* Quia omnis gratia Principis ad ſupplicationem conceſſa habet tacitam conditionem , ſi preces veritate nitantur, *l. fin. Cod. de diuerſ. reſcr. cap.*2. vbi gloſ. *verb. conditio , de reſcr.* Gonzal. *num.* 228. *cit.* Et quia narratiua præſumitur facta ad faciliùs mouendum Papam ad gratiam ; & ideo verificari debet in omni parte narratorum, aliàs eſt ſubreptio,*c.cùm olim* , vbi gloſ. *verb. ad omnia*, & ibi Abb. *num.3.* Rot.nouiſſ. *part.2.dec.*438. *num.*2. & procedit etiamſi falſa narratio facta ſit ex ſimplicitate , vel ignorantia. Mandoſ. *ſup. reg.*32. *q.25.num.7.* Rot. *rec. part.*2. *deciſ.*452. *num.*4. Quare apparet Nouitiatum dicti Religioſi fuiſſe irritum ad omnem effectum, iuxta Trident. *loco cit.* & ideo reuocandum ad ſuam Religionem.

Theſaurus Pœnitentiarius Apoſtolicus.

CONSVLTVM VIII.

De quadam hæreditate , quæ contingere credebatur quibuſdam.

SVMMARIVM.

1 *Caſus , ſeu factum.*
2 *Arbor conſanguinitatis.*
3 *Filius veluti idem cum patre.*
4 *Pars patris.*
5 *Quid ſtando in iure diuino.*
6 *Filiorum appellatione an veniant filiæ.*
7 *In quacunque materia.*
8 *Ius ciuile* Authent. ceſſante.
9 *Authentic. poſt fratres , &c.*
10 *Inſtituta* de hæredit. ab inteſtato.
11 *Ratio legis eſt anima legis.*
12 *In illa potius ratio, quam verba ſpectanda.*
13 *Authenticum*, de hæredib. ab inteſtato.
14 *Cognati qui dicantur.*
15 *Textus eiuſdem Authentici.*
16 *Qua graduum computatio ſecundum ius ciuile.*
17 *S.Rota deciſio contraria.*
18 *Quanta authoritatis.*
19 *Caſus eſt diuerſus.*
20 *Priuilegium repræſentationis quàm latè pateat.*
21 *Clauſula* Secundum vniuſcuiuſque gradus prærogatiuam.
22 *An in hoc caſu procedat*, & n.23.
24 *Filius non eſt deterioris conditionis quàm pater.*
25 *Quid de repræſentatione.*
26 *An detur ad quartum gradum.*
27 *Chaſſanei doctrina.*
28 *Quid ex* Liubemus.
29 *De Bartoli doctrina.*
30 *De Rota quadam deciſione.*
31 *De authentic.* ceſſante.
32 *De authentic.* poſt fratres.
33 *De Bartolo , & aliis DD.*
34 *Authenticum* de hæredib. ab inteſt.
35 *Priuilegium repræſentationis.*
36 *Succeſſio extraordinario modo.*
37 *Æquitas præfertur omni iuri humano.*
38 *Rota deciſiones.*
39 *Nihilominus acquieſcendum Iuriſperitis.*
40 *Qui excludantur ab hæreditate ab inteſtato.*

IESVS MARIA.

Caſus , ſeu factum.

MOrtuo ab inteſtato quodam Alexandro, prætendebant ipſius hæreditatem non ſolum 1
aliqui ipſius conſobrini , vel amitini , ſed etiam filij cuiuſdam conſobrinæ titulo repræſentationis , quia ſcilicet repræſentabant ipſorum matrem defuncti conſobrinam. Quæritur ergo de iure partium ad dictam hæreditatem , eo præſertim quòd quidam Religioſus ratione ſuæ matris illam quoque prætendebat.

Reſponſio.

Videtur quod omni iure attento D. Angela ſuc- 2
cedere debeat in bonis D. Alexandri ab inteſtato præmortui. Præmittendo primò arborem conſan-

guinitatis, quæ in præſenti contingit. Et eſt talis. Camilla, Peregrina, & Sigiſmunda erant germanæ ſorores. Ex Camilla orta eſt Hortenſia, & ex Hortenſia Simon, & Angela. Ex Peregrina ortus eſt Alexander. Ex Sigiſmunda verò natæ ſunt Victoria, & Calidonia. Ita quod Hortenſia, Alexander, Victoria, & Calidonia ſunt conſobrini, vel amitini, vulgò *fratelli cuſſini*, & in ſecundo gradu ſecundum ius Canonicum, Simon autem, & Angela cum ſint filij Hortenſiæ, ſunt in tertio, cum prædictis Alexandro, Victoria, & Calidonia, ſecundum idem ius Canonicum; eſto ſecundum ciuile, quod alio modo huiuſmodi gradus numerat, aliter ſit dicendum. Mortuo ergo Alexandro, præfatos Simonem, & Angelam admitti debere ad hæreditatem illius loco Hortenſiæ eorum matris, omni iure, vt dixi, attento comprobari videtur.

3 Primò ex naturali, quo conſtat filium eſſe veluti vnam perſonam cum patre. Signorolus *conſ.* 169. *n.* 1. Caſtrenſis *conſ.* 164. *n.* 3. & præſertim *num.* 4. *lib.* 2. vbi notat quod cum iura dicnut patrem, & filium eſſe vnum, id eſt accipiendum non per fictionem iuris poſitiui, ſed ſecundum veritatem iuris naturalis. Vnde pater, & filius vocantur vna identitas. Baldus *conſ.* 294. *n.* 1. *lib.* 1. Menochius *conſ.* 124. *num.* 100. *& ſequentib. lib.* 2. Rota *dec.* 315. *num.* 6. *poſt conſ. Farinacij.* Et filius dicitur pars corporis patris, *l. cum ſcimus, de agric. & cenſit. lib.* 11. *leg. final.* §. *ſi quis, C. de*
4 *nupt.* Franciſcus Aretin. *in l. quod dicitur, in princip.* 1. *colum. de verb. oblig.* Marian. Socin. *in conſil.* 31. *incip. proſequendo, verſ. circa tertiam quæſtionem.* Et filij vox dicitur patris. Ioannes Bertachinus *in Repertorio, verbo filius*, ex aliis. Vbi etiam quod filij caro dicitur quodammodo caro patris agmentata. Propterea filius apud Hebræos vocatur *Ben*, à radice *Bana*, quod eſt fabricare, quia filius eſt fabrica patris, vt habet Cornelius *in epiſt. ad Epheſ. cap.* 4. *verſ.* 13. Hæc autem ad intentum comprobant, quod quemadmodum Hortenſia præmortua admittenda eſſet ad hæreditatem dicti Alexandri, ſi viueret, ſic & Angela, & Simon eius filij admitti debent. Quia eodem iure cenſendi ſunt filij, & parentes quoad effectum ſucceſſionis, vt in ſpecie tenent Caſtrenſis *loco cit.* Menochius *ſupr. n.* 106.

5 Iure etiam diuino id conſtat ex illo Pauli ad Galat. 4. *Quod ſi filius, & heres per Deum*, vbi etiam ſub iuramento, quod denotat illud *per Deum*, iuxta aliquos DD. affirmat Apoſtolus, quod qui eſt *filius*, eſt etiam *hæres*. Et ex illo Eccleſiaſtici 30. *Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus, ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe.* Ex quibus etiam ad intentum præſens elicitur, quod ſi Angela, & Simon ſunt filij Hortenſiæ, ſuccedere debeant in iis, in quibus ipſa ſi ſuperſtes eſſet, ſucceſſiſſet, imò quod quoad iſtam conſiderationem non ſit mortua, quia filij eius ipſam repræſentant.

6 Appellatione etiam filiorum filias contineri, probat receptiſſima ſententia DD. & textus *in l. ſi quis ita* 16 *ff. de teſtam. tutel. l. ſi ita ſcriptum ff. de legat.* 1. *l. iuſta* 101. *ff. de verbor. ſignificat.* cum aliis, ex quibus hanc regulam conſtituunt Ruinus *conſ.* 140. *num.* 3. *lib.* 2. *& conſ.* 168. *num.* 13. *lib.* 3. Antonius Gabriel *commun. tit. de verbor. ſignific. concl.* 6. Cardinalis Mantica *de coniectur. vltimar. voluntat. lib.* 8. *tit.* 7.

7 Quod procedit in materia quacumque, etiam pœnali, & odioſa, *l. cum lege, ff de teſtam. l.* 1. §. *quod autem, ff. de aleator.* Barb *in tract de appel. verb iur. appel.* 99. *n.* 54. Et etiam in contractibus, *c. ex litteris, de ſponſal.* Barb. *ſup. n.* 56. *&* 57. ex aliis. Quæ dixerim vt loco Hortenſiæ demortuæ non ſolùm Simon filius, ſed etiam Angela filia ſubſtitui debere credatur.

Iure præterea ciuili id non incongruè ſuadetur. 8
Etenim in *Authentic. Ceſſante, Cod. de legitim. hæredib.* deciditur quod ceſſante ſucceſſione deſcendentium, & aſcendentium (prout in præſenti contingit) *vocantur primò fratres, fratriſque præmortui filij*, ad hæreditatem videlicet. Cum enim fratris nomine aliquando veniant filij fratrum, vt ex Collerio *de alim. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 28. *in fin.* & Mat. Giurba *deciſ.* 5. *n.* 25. *p.* 1. affert Barboſa *de appellat. verb. iur. ſignific. appellat.* 102. *n.* 7. & tenet Decianus *conſ.* 43. *n.* 3. *& conſ.* 60. *n.* 37. *vol.* 3. reſtat videre cur non applicari id poſſit huic caſui, aut cur in præſenti Hortenſia, Alexander, Victoria, & Calidonia, qui ſunt filij fratrum, vel ſororum, nequeant etiam fratres appellari, & Simon, ac Angela filij fratrum, & propterea ſimul ad hæreditatem vocari.

Similiter in Authentic. *Poſt fratres, fratrumque fi-* 9
lios, eod. tit. deciditur, quod poſt fratres, fratrumque filios vocandi ſunt ad hæreditatem *quicumque gradu ſunt proximiores.* Per hos autem *gradu proximiores* denotantur proculdubio Simon, & Angela, non ſolum quia repræſentant Hortenſiam eorum matrem, quæ eſt conſobrina, vel amitina Alexandri defuncti, de cuius ſucceſſione agitur, quæ repræſentatio non excluditur ibi; ſed etiam, quia *proximiorum* nomine veniunt agnati & cognati vſque ad ſeptimum gradum, iuxta Baldum *conſ.* 80. *aliàs* 76. *circa fin. lib.* 4. prout refert Tuſchus *practicar. concluſ. tom.* 7. *littera S, concluſ.* 923. *n.* 9. Et vſque ad decimum, prout Gloſſa *in Authentico de heredib. ab inteſtato, verbo Cognatos*, & Peregrinus *de fideicomm. art.* 21. *n.* 53. Præſertim quia *proximiorum* appellatione veniunt etiam *proximi*, prout ex Baldo *conſ.* 146. *in fin. lib.* 2. affert Rota in Bononienſi *fideicommiſſi*, coram Pirouano apud Farinacium *part.* 2. *deciſ.* 693. *num.* 2. *in fine*, quæ etiam refert Surdum *deciſ.* 189. *numer.* 7. *& deciſ.* 203. *numer.* 11. nullus autem negare poterit præfatos Simonem, & Angelam eſſe proximos Alexandri præmortui, ac perinde proximiorum appellatione venire poſſe.

Fauet & §. *Cum filius, Iuſtit. de heredit. quæ ab* 10
inteſtato deferuntur, ibi: *Cum filius, filiáve, & ex alterò filio nepos, neptiſve exiſtunt, pariter ad hereditatem aui vocantur, nec qui gradu proximior eſt, vlteriorem excludit. Æquum enim eſſe videtur nepotes, nepteſque in patris ſui locum ſuccedere.* Quæ ſi expendantur ad intentum, vel per ſimilitudinem illud comprobant, præſertim cum ratio illa legis; *Æquum videtur nepotes, nepteſque in patris ſui locum ſuccedere*, prorſus, & omninò adaptari videatur Simoni, & Angelæ, vt videlicet in matris ſuæ Hortenſiæ *locum ſuccedant*; cum ratio legis ſit anima legis, *l. cum ratio ff. de bonis damnat.* Et ratio vbi eſt eadem, ibi de-
beat eſſe eadem iuris diſpoſitio. *l. illud, ff. ad legem* 11
Aquiliam, l. ſi poſtulauerit, §. 2. *ff. ad legem Iuliam de adulter. l. quidam nummularios, ff. de edendo.* Non ſolum extenſiuè, ſed etiam comprehenſiuè, *l. his ſolis, verſ. ſatis etiam cautè putamus, Cod. de reuocand. donat. l. illud, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis, l. item veniunt*, §. *ait Senator, ff. de petit. heredit.* Ita vt generaliter lo-
quendo ratio potius legis, quam verba ſit ſpectanda, 12
l. ſcire, §. *aliud, ff. de excuſat. tutor.* de quibus iuribus, & authoribus circa illa Barboſa *in Axiomat. iuris, axiom.* 197. Quæ porrò omnia comprobant intentum, vel à ſimili, etiamſi *d.* §. *Cum filius*, loquatur ſolum de ſucceſſione aui.

Maximè fauet, & videtur textus irrefragabilis Au- 13
thenticum *de heredib. ab inteſtato*, § *Si vero neque fratres*, vbi ſic. *Si verò neque fratres, neque filios fratrum, ſicut diximus, defunctus reliquerit, omnes deinceps à latere cognatos ad hereditatem vocamus ſecundum vniuſcuiuſque gradus prærogatiuam, vt viciniores*

gradu

gradu ipſi reliquis præponatur. Cum ergo in præſenti caſu noſtro non ſint *fratres, neque filij fratrum* Alexandri defuncti, cum omnes à latere cognati vocentur ad hæreditatem, vtique admittendi etiam ad illam Simon, & Angela relati. Gloſſa *in authentic. ceſſante, in additione*. Molina *de iuſtit. & iure tom.*1. *tract.*2. *diſput.*164. *concluſ.*9. dicens eſſe communem Doctorum, quam referunt Antonius Gomez, & Couartuuias.

14 Quamuis autem Molina dicat ſolùm dictos proximiores ſuccedere debere, ex quo ad intentum noſtrum colligi videtur ſolum Victoriam, & Calidoniam, quæ ſunt in proximiori gradu cum defuncto, non autem Simonem, & Angelam qui ſunt in remotiori, comprehendi; quia tamen textus vocat *omnes à latere cognatos ſecundum vniuſcuiuſque gradus prærogatiuam, vt viciniores reliquis præponantur*, ideo omnes prædictos, & ſingulos eorum tangit. Vnde Chaſſaneus *de conſuetudinib. Burgund. de ſucceſſion. Rubric.*7. §.1. *n.*9. dicit quod volens venire ad ſucceſſionem, *ſolum probet quod eſt in tertio, vel quarto gradu, nec tenetur probare quod nullus ante eum eſt proximior.* Quæ maximè deſeruiunt pro prædictis Simone, & Angela. Eo etiam quod propriè, & in rigore iuris ſunt, & dicuntur cognati, ſiquidem ſunt conſanguinei ex parte fœminarum, qui dicuntur cognati, vt patet *ex §.vltim. Inſtit. de ſucceſſion. cognator.* Fauet & Rota in Firmana *Bonorum, part.*1. *diuerſorum, deciſ.*78. *n.*7. vbi quod *in diſpoſitione legis, ſiue ſtatuto vocantis proximiores in gradu, non excluditur repræſentatio.* De quo etiam innumeri authores idem teſtificantes, quos inferius referam. Quibus etiam fauet Rota Vrbeuetana *Hæreditatis*, inter Deciſiones Durani *deciſ.*36.*n.*17. ibi: *Vbi proximiores vocantur in ſtatuto, filij ſororum concurrunt cum patruis.*

15 Afferri etiam poteſt textus eiuſdem Authentici *in §. ſi igitur*, ibi: *Illud palam eſt, quia Theiis defunctis maſculis, & fœminis, ſiue à patre, ſiue à matre, præponuntur, ſi etiam illi tertium cognationis ſimiliter obtineant gradum.* Quibus verbis adiunctis etiam antecedentibus *ſoli in tertio conſtituti gradu, &c.* videntur comprehendi præfati Simon, & Angela, cum ſint in tertio gradu conſanguinitatis cum defuncto Alexandro.

16 Hoc tamen non vrget, quia eſto quod ſecundum Iuris Canonici computationem ſint in tertio gradu, cæterum iuxta iuris ciuilis computum ſunt in remotiori, *leg.*1.§.4. *gradu, l. Iuriſconſultus*, §.4. *gradu. ff. de grad. cogn.* Quæ graduũ computatio ſecundũ ius ciuile attendenda eſt in hæreditatibus, & ſucceſſionibus deferendis, tam ex diſpoſitione iuris communis, quàm ex mente Doctorum. Gloſſa *in §. hactenus, verbo generata, prope finem, Inſtitut. de grad. cognat.* Albert. Brun. *conſil.*70. *num.*2. Mareſcotus *variar. reſ. lib.*2. *cap.*80. *n.*23. & 24. D. Cardinalis Lugo *de iuſtit. & iur. tom. ſecundo, diſp.*24. *ſect.*8. §.3. *num.* 184. & alij.

17 Sed contra hæc dicta valdè obſtare videtur Sac. Rotæ deciſio in vna Romana *Hæreditatis*, coram Ghiſlerio, 13. Iunij 1631. *in* 6. *tom. recentior. dec.*4. ex qua plura elici videntur traditæ doctrinæ contraria. Primò, quod in ea *n.*16. & 17. dicatur, quod *priuilegium repræſentationis inter collaterales dumtaxat habet locum quando agitur de ſucceſſione patrui, & propterea non debet ad alios gradus extendi.* Per quod omninò euerti videtur id quod dictum manet, videlicet quod Simon, & Angela repræſentent eorum matrem Hortenſiam, ſiquidem hic non agitur de ſucceſſione patrui, ſed de ſucceſſione Alexandri, qui non eſt patruus prædictorum, ſed conſobrinus, vel amitinus, etſi in ſuperiori gradu.

Secundò, quia etiam dicitur, quod *non egreditur gradum fratrum, & ſororum*, quo etiam euertitur caſus noſter, cum in illo non agatur de fratribus, aut ſororibus. Tertiò, quia ſubiungitur quod ad quartum gradum *repræſentatio non datur*, præfati autem Simon & Angela ſunt pluſquam in quarto gradu, iuxta computum iuris ciuilis, cum præfato Alexandro. (Computationi autem ſecundum ius ciuile ſtandum eſſe cum agitur de ſucceſſionibus, dixit Rota in Ferrarienſi *fideicommiſſi*, coram Merlino *dec.*436.*num.*14. *part.*5.*recent.* Præterea quartò, quia pro prædicta doctrina referuntur in eadem deciſione *l. iubemus, C. ad Senatuſconſult. Trebel.* Bartol. *in l. liberorum* 2.*a.*6. *verſ. vbicumque, ff. de verbor. ſignific.* Rota in Romana *Iuris ſuccedendi*, 10. April. 1592. coram Cardin. Blanchetto, Textus *in authent. ceſſante, C. de legit. hæred.* Authentica *poſt fratres* 2. Et ibi Bartolus, & Salycetus, Gutier. *lib.*3. *practicar. q.*166.*n.*2. *Mantica de coniect. vlt. volunt. lib.*8.*tit.*9.*n.*4.

Cæterum non propter iſta diſcedendum videtur à 18
deciſis ſuperius. Et prætermiſſo quod quamuis S. Rotæ deciſionibus valdè, multumque deferendum ſit, nihilominus eas non eſſe ſequendas, vbi liquidò conſtat de rationibus in contrarium, habetur ex Franco *cap. duobus*, de *reſcript in* 6.*n.*10. Iaſon. *in l.*1.*num.*30 *ff. ſi certum pet.* ibidem Decio *columna.*6. *num.*25. Felino *in c. qualiter, & quando* 2. *poſt numerum* 3. *de accuſat.* & aliis apud Maſcardum *de probat. volum.*1. *concl.* 484. *in princip.* Hoc, inquam, prætermiſſo dicendum 19
primò caſum huius deciſionis diuerſum valdè eſſe à noſtro, ac perinde, quia vt ibi Maſcardus, *Deciſio dominorum non conſtituit ius, niſi quoad partes inter quas iudicentur*, ideo in aliis *non conſtituit ius.* Caſum poriò noſtrum diuerſum eſſe à caſu dictæ deciſionis, euidenter monſtratur, nam in ea agitur de ſucceſſione conſobrini in eodem gradu, concurrentibus materteris; noſter autem caſus eſt de ſucceſſione conſobrini in ſuperiori gradu (qui eſt veluti patruus, vt dicetur,) & concurrentibus aliis conſobrinis.

Deinde priuilegium repræſentationis inter collate- 20
rales ſolum habere locum quando agitur de ſucceſſione patrui, prout Rota decidit, non videtur ſubſiſtere. Primò, ab exemplo de deſcendentibus, in quibus repræſentationi locus eſt in infinitum, §. *fin. ibi, & alias deinceps, Inſtit. de hæreditatib. quæ ab inteſtat. deferuntur*, & latè probat poſt multos alios Salzedo *in tract. de repræſentat. lib.*2.*c.*18. Cur ergo etiam in tranſverſalibus non dabitur dicta repræſentatio in infinitum, vt ſic dicam.

Secundò, in fideicommiſſis, ſaltem pluribus, & 21
perpetuis maioratibus, vt probat idem Salzedo *ſupra, c.*29. Tertiò, quia cum ex dictis ſuperius ex §. *ſi verò neque fratres, Authentic. de hæredib. ab inteſtato*, conſtet omnes collaterales vocari ad hæreditatem defuncti ab inteſtato, *ſecundum vniuſcuiuſque gradus prærogatiuam*, cum hæc clauſula admittat repræſentationem, proot tenent Caſtrenſis *conſ.*454. *in fin. lib.*2. Socinus iunior *conſ.*126. *n.*13. *volum.*1. Simon de Prætis *conſ.*37. *à num.*25. & *de interpret. vltim. volunt. lib.*3. *interpret.*3. *dub.*4 *ſolut. vltim. num.*23. Portius *conſ.*54. *num.*14. *Cephal. conſ.*489. *num.*80. *lib.*4. Decian. *conſ.*14.*n.*18.*volum.*5. Menoch. *con.*668. *n.*10. *volum.*6. Gutier. *lib.*3 *pract. quæſ.*67. *alias* 68. *à n.*43. & alij, quos refert Salzedo *ſup. lib.*3. *c.*10. *à principio*, non videtur vllo modo reſtringi poſſe iſtam repræſentationem eo modo quo Rota relata illam reſtringit. Quartò, quia cum ius repræſentationis ſit priuilegium à iure conceſſum, debet inſtar legis ampliari ad omnes caſus ſimiles, prout probat ex multis. Andreas Molfeſius *in Comment. ad Conſuet. Neapolit. p.*4.*q.*33.*n.*4.

Eſto autem tale priuilegium ſolùm in ſucceſſione 22
patrui habeat locum, nihilominus quoad præſentem

caſum ſpectat, iſte Alexander babetur loco patrui
reſpectu dictorum Simonis, & Angelæ. Tum quia
etiam ſecundum vulgarem vſum conſobrini in ſupe-
riori gradu, qualis eſt Alexander reſpectu aliorum
conſobrinorum in inferiori gradu, quales ſunt Si-
mon, & Angela, vocantur *patrui conſobrini*, Italicè
Zy cuſſini. Sicut filij fratrum, vel ſororum vocantur
fratres conſobrini, Italicè *fratelli cuſſini*.

23 Tum quia, cum in iſto caſu non ſint aliqui proxi-
miores in gradu, quemadmodum Victoria, & Calido-
nia intrant veluti ſorores Alexandri, quo etiam modo
intraret Hortenſia ſi viueret; ſic etiam præfati Si-
mon, & Angela filij Hortenſiæ intrant vt nepotes
Alexandri, ac per conſequens ipſe eſt veluti patruus,
& illi dici poſſunt ſuccedere ipſi vt patruo, filius
enim non debet eſſe deterioris conditionis ſuo patre,
l. maximum vitium, verſ. ſancimus, C. de liber. prater.
24 & ibi Bald. Corneus, Caſtrenſis, & alij ſcribentes, &
facit idem Baldus *in l. illam, C. de collat.* quem ſequi-
tur Caſtrenſis *conſ.* 119. *col.* 2. *lib.* 3. Imò debet aſſumere
gradum ſuccedendi, qui patri competebat, & omnia
iura gradui cohærentia, & quæ competerent parenti-
bus, ſi viuerent, vt dixit Rota in Cluſina *hæreditatis*,
coram Merlino, 18. Februarij 1633. *in 6. tom. Recent.
deciſ.* 180. *n.* 3. ex varijs iuribus, & Doctoribus. Pro-
pter quod Chaſſaneus *conſ.* 53. *n.* 19. citans Aretinum
conſ. 164. dicit hoc contingere, quia de ſecundo gradu
fit primus. Et fundatur in eo, quod iure naturæ filius
repræſentat Patrem, & eſt imago naturalis ipſius.
Nec hoc poteſt tolli per ius poſitiuum.

25 Ex quo etiam ad illud quod dicitur in Rota relata,
quod ſcilicet priuilegium repræſentationis *non egre-
diatur gradum fratrum, & ſororum*. Cum enim con-
ſtet non ſolum ex S. Scriptura, ſed etiam ex Patribus,
& Doctoribus, ſpecialiter ex D. Hieronymo *contra
Heluidium*, quod appellatione fratrum veniunt etiam
conſobrini, & cognati, qui vocantur fratres *cognatio-
ne*, quemadmodum qui ſunt ex eiſdem parentibus
orti vocantur fratres *naturâ*, non eſt cur non extenda-
tur hoc priuilegium etiam ad dictos conſobrinos, &
cognatos; præſertim, vt dictum eſt, non exiſtenti-
bus veris fratribus defuncti. Neque hoc per fictionem
iuris, ſed per præſumptionem iure inductam. Meno-
chius *conſ.* 357. *n.* 33. *lib.* 4. poſt Pariſium *conſ.* 58. *n.* 14.
lib. 2. Cephal. *conſ.* 489. *n.* 57. *lib.* 4.

26 Illud etiam quod repræſentatio non detur ad quar-
tum gradum, corruit ex dictis, ſiquidem iſti, de qui-
bus in præſenti, eo quod deficiant alij proximiores,
in gradu ipſis ſubſtituuntur loco ipſorum; quia, vt
dictum eſt, Victoria, & Calidonia intrant vt ſorores
Alexandri, Simon autem, & Angela, vt filij ſororis,
ac per conſequens non vt in quarto gradu. Quia ſci-
licet ſuccedunt in perſona dictæ ſororis præmortuæ,
27 ſiue id dicatur eſſe *remotiuè*, ſiue *tranſmiſſiuè*. Ad
quod deſeruit optima doctrina, quam ex Iaſone, Bal-
do, & Saliceto affert Chaſſaneus *de conſuetudin. Bur-
gund. Rubr. 7. de ſucceſſion.* c. 8. *n.* 6. videlicet quod quan-
do aliquis ſuccedit loco alterius remotiuè, id eſt, re-
moto eo qui erat in primo gradu, tunc ſuccedit non
ex perſona primi, ſed ex ſua perſona; quando verò
ſuccedit per tranſmiſſionem, quia ſcilicet primus tranſ-
miſit illi hoc ius, tunc ſuccedit ex perſona primi, *l.
qui in alterius, ff. de Regul. iuris, leg. Caius ff. de manu-
miſſ.*

28 Quod præterea adducitur *ex l. iubemus, C ad Senat.
Conſult. Trebell.* parum probare videtur, quia ſolùm
ibi §. *illud etiam*, habetur ad intentum hoc: *Illud
etiam admonemus, ea quæ de falcidia portione non per
redditus, ſed per ipſas res hæreditatis retinenda, & de
ſatiſdatione fideicommiſſorum (ſicut ſupra dictum eſt)
concedenda diximus, non vlterius quàm in his perſonis,
& caſibus, quorum ſuperius mentio facta eſt, oportere
produci.* Quorſum ergo ad diuerſam materiam, qualis
eſt præſens, hæc allegantur.

Bartolus à Rota citatus nihil loquitur de repræſen- 29
tatione, ſed diſputans an filiorum nomen extendatur
ad nepotes, dicit extendi, niſi per legem aliter, re-
ſtringatur, & limitetur; ad quod affert *l. Iubemus*, re-
latam, & cum ea nihil noceat nobis, ſic nec Bartolus.

Rota in Romana *iuris ſuccedendi*, coram Blanchetto 30
quæ etiam allegatur, non extat inter typis mandatas, &
ita non poteſt conſtare de legitimo ipſius ſenſu.

Authentica *ceſſante, de legitim. hæredib.* quæ etiam 31
allegatur, nihil continet de caſu præſenti, ſed ſolum diſ-
ponit quod ceſſante ſucceſſione lineæ deſcendentis, &
aſcendentis vocentur fratres, & fratris præmortui filij
in ſtirpes. Quod vel per ſimilitudinem fauet caſui
præſenti, iuxta dicta ſuperius.

Authenticâ autem *poſt fratres, fratrumque filios*, iam 32
vidimus fauere nobis, dum decidit vltra fratres, & fi-
lios fratrum vocari gradatim proximiores in capita, &
non in ſtirpes. Vlterius, non excludit repræſentationē.

Bartolus, Salicetus, Mantica, & Gutierez à Rota 33
relati eodem pacto debent intelligi. Specialiter Manti-
ca relatus loquitur in caſu teſtati, non in noſtro.

Magis fauet præfatæ deciſioni Romæ authenti- 34
cum *de hæredib. ab inteſtato, §. ſi igitur*, vbi expreſsè
priuilegium repræſentationis in ordine cognationis
præbetur fratrum, & filiarum filiis aut filiabus ſolis,
vt inquit textus, *& nulli alij omnino perſonæ*. Sed reſ-
ponderi poteſt tum iuxta dicta, Alexandrum haberi
pro patruo, Victoriam, & Calidoniam ac Hortenſiam
defunctam vt ſorores, & Simonem, & Angelam vt ve-
ros filios ſororis, ac proinde caſum noſtrum non eſſe
excluſum hac lege, ſed potius illa comprehenſum.
Tum quod dictio illa *Solis*, qua vtitur textus, ſicut &
dictio *ſolùm*, non excludit caſus ſimiles, vt per Ste-
phanum Gratianum *diſcept. forenſ. cap.* 121. *n.* 20. affert
Barboſa *in tract. de dictionib. diction.* 378. *num.* 4. Et lo-
quens de dictione *Dumtaxat*, & de dictione *Tantum*, 35
ex quampluribus iuribus, & Doctoribus, quæ ad ca-
ſum præſentem applicari poſſunt. Tum præcipuè
(quod eſt maximè notandum) quia à priuilegio re-
præſentationis ſolum excluduntur eo §. *ſi igitur*, illi
qui ſunt in ordine fratrum, patruorum, & nepotum,
exceptis illis, qui ibi numerantur, textus enim dicit *in
hoc ordine*, & poſtea *ex hoc ordine*. Cum ergo non ex-
cludat alios collaterales, quin potius omnes illos vocet
ad hæreditatem, *in §. Si verò*, ſequenti, & hoc ſine ex-
cluſione repræſentationis, dicendum videtur quod in
hoc ordine cognatorum collateralium, in quo ſumus
in caſu præſenti, admittatur repræſentatio. Eo vel ma-
ximè, quod lex vtitur clauſula illa *ſecundum vniuſcu-
iuſque gradus prærogatiuam*, quæ vt dictum eſt, ex plu-
ribus Doctoribus non excludit repræſentationem.

Addendum pro potiori cautela, quod eſto non con- 36
cedatur ſucceſſio in hæreditatem Alexandri dictis Si-
moni, & Angelæ communi, & ordinario modo, ſcili-
cet per ſtirpes, vel etiam per capita, propter iura, quæ
in contrarium adducuntur, nihilominus videtur nega-
ri non poſſe, quin eis concedi debeat ſucceſſio in tali
hæreditate extraordinario modo, & per partes inæqua-
les cum dictis concurrentibus Victoria, & Calidonia.

Tum ex æquitate, & ratione, quæ præferri debet 37
omni iuri humano; tum ex voluntate præſumpta præ-
defuncti Alexandri, quæ ſine dubio eſſet, vt præfati ſui
conſanguinei participes eſſent ſuorum bonorum, ſaltem
quoad aliquam portionem, & quotam. Sic enim quili-
ber ſapiens vir bonus, & ſecundum charitatis regulas
ſtatuiſſet, *l. Lucius* 2. *in fin. ff. de hæredib. inſtit.* Baldus
conſ. 40. *n.* 1. *verſic. item in materia.* Socinus iu-
nior *conſ.* 57. *num.* 20. *lib.* 3. *& conſ.* 122. *num.* 23.
& 25. *eodem volum.* Rota *dec.* 181. *n.* 8. *part* 2. *di-
uerſ. & part.* 1. *ibid. deciſ.* 640. *num.* 4. Vnde Rota
coram

coram Merlino, 26 Novembr. 1629. in Narnienſi *Succeſſionis*, *n*.60. dicit quod *regulariter ab inteſtato ſucceditur per quotas*, cui etiam fauere videtur Rota coram Caualerio *inter deciſiones ipſius deciſ*.339. *n*.1. Et Mantica *de ambiguis.lib*.23. *tit*. 31.*num*.9. *& ſeqq*. & præſertim *ſub num*. 13. vbi dicit beneficium repræſentationis vltra frattum filios excludi, non quoad ſucceſſionem ſimpliciter, ſed quoad ſucceſſionem in ſtirpes, ſiue in capita, de quo etiam *num*.22. id concludit.

39 His tamen non obſtantibus, quia oppoſitum non ſolum in præfata Rotæ deciſione coram Ghiſlerio, ſed in aliis quoque, & communiter à Doctoribus recipitur, ideo Theologo Iuriſperitis in re merè iuridica acquieſcendum. Rotæ portò deciſiones id tenentes ſunt Bononienſis *fideicommiſſi*, coram Mormanno, 15. Maij 1634. *in* 6.*part*. *deciſ*.279. vbi *n*. 5. deciditur priuilegium repræſentationis filiis fratris defuncti, non autem nepotibus in linea collaterali eſſe conceſſum, ex dict.*authentic.de haredib.ab inteſtato*, Aretino, Bronone, Curtio, & Burſatio, & in hoc caſu nomine filiorum non comprehendi nepotes, ex Alexandro, & Menochio. Vrbeuetana *Succeſſionis*, coram Veroſpio *in eadem* 6. *part*. *deciſ*.349. *n*.27. vbi quod locus repræſentationi non datur in tranſuerſalibus in vlteriori gradu à tertio, ex Authentic. *poſt fratres*, *Cod. de legit. hared*. Angelo, & Menochio.

40 Item quod fratres, vel ſorores patrueles, conſobrinæ, vel amitinæ in ſucceſſione ab inteſtato prædefuncti fratris, vel ſororis conſobrinæ, vel amitinæ præferuntur, & excludunt filios alterius fratris, vel ſororis patruelis, conſobrinæ, vel amitinæ, vti vno gradu remotiores, in terminis conſuluerunt quamplurimi celebres Iuriſconſulti, videlicet Corn. *conſ*.186. *per tot.ſignanter n*.3. Curtius Iunior *conſ*.5. *in princip*. Gabriel *conſ*.135. *præſertim n*.1. Peregrinus *conſ*.5.*n*.6. *& conſ*.45.*n*.1. *lib*. 3. Albertus Brunus *conſ*.70. *n*.2. *& ſeq*. & alij Legendus etiam Salzedo *de repræſentatione*, vbi plura ad intentum.

CONSVLTVM XIX.

De quodam Iuramento emiſſo ab Alumnis cuiuſdam Collegij.

SVMMARIVM.

1 *Caſus ſeu factum de tali iuramento.*
2 *Dubium circa illud.*
3 *Validum videtur.*
4 *Comites, ſeu conditiones iuramenti.*
5 *Quomodo hic interueniant.*
6 *Etiam in ratione voti.*
7 *Maius bonum eſt illud quod concernit communitatem.*
8 *Hoc votum concernit Eccleſia communitatem.*
9 *Conuerſio infidelium media Euangelij prædicatione res vtiliſſima eſt in Eccleſia.*
10 *Ioannis Chryſoſtomi teſtimonia.*
11 *Gregorij Nazianzeni, & Gregorij Magni.*
12 *Abbatis Berengoſij, Bedæ, & Alberti Magni.*
13 *An conuerſio Infidelium excedat profeſſionem Religioſa.*
Teſtimonium Chryſoſtomi. ibid.
14 *Paphnutij Abbatis viſio.*
15 *S.Thomæ doctrina.*
16 *Nauarri doctrina de comparatione cum martyrio.*
17 *Martyrium præponitur Religioni.*
18 *Teſtimonium Chryſoſtomi.*
19 *Tale votum eſt iuramentum præſtitum Sacra Congregationi.*
20 *Non eſt commutabile.*
21 *An in profeſſionem, ſeu ingreſſum Religionis.*
22 *Præſtitum eſt in gratiam S.Congregationis.*
23 *Iuramentum homini præſtitum debet omninò ſeruari.*
24 *Authores pro hac parte.*
25 *Iuramentum hoc eſt validum, & firmum.*
26 *Etiamſi aliàs à lege non obligante ad culpam prohibitum eſſet.*
27 *Quid quando eſſet illicitum.*
28 *A fortiori ſequitur eſſe obligatorium.*
29 *Expenditur caput* commiſſum, de ſponſalib.
30 *Verba Pontificis.*
31 *Eſt per modum contractus oneroſi.*
32 *Explicatio dicti capitis* Commiſſum,*genuina.*
33 *Qui aliis ſunt obſtricti vinculo iuſtitiæ, an poſſint ingredi Religionem.*
34 *Authores huius ſententia.*
35 *Fauet valdè S.Thomas.*
36 *Eſt de mente S.Congregationis.*
37 *Obſtant Rodriguez, & alij.*
38 *Quamvis in caſu diuerſo.*
39 *Expoſitio capitis* Scripturæ, de voto.
40 *Differentia inter votum Deo factum, & iuramentum homini præſtitum.*
41 *Authores pro hac parte, & iura.*
42 *Expoſitio capitis* Peruenit 2. de Iureiur.
43 *Attendendum eſt ad opus melius.*
44 *An hoc iuramentum præſtitum ſit in vtilitatem Collegij.*
45 *Reſponſio affirmatiua concluditur.*
46 *Teſtimonium Chryſoſtomi.*
47 *D. Bernardi.*
48 *Gregorij XV.*
49 *An melius ſit ingredi Religionem.*
50 *Prædicatio Euangelij munus Apoſtolicum.*
51 *Optimum teſtimonium Innocentij III.* in c.licet, de Regularib.
52 *Impedit hoc iuramentum Religionis ingreſſum ſolùm ad tempus.*
53 *Et ſine ſpeciali Sedis Apoſtolica licentia.*
54 *Conditio iuſtificatiſſima.*
55 *Papæ authoritas quanta in hoc.*
Conditio hac in omni voto. ibid.
56 *Papa Generaliſſimus omnium Religionum.*

IESVS MARIA.

In Venerabili Collegio de Propaganda fide præſtatur ab alumnis ipſius iuramentum talis forma.

EGO ... Filius ... Diœceſis ... 1 *plenam habens inſtituti huius Collegij notitiam, legibus, & Conſtitutionibus ipſius iuxta Superiorum eius explicationem me ſponte ſubiicio, eaſque pro poſſe obſeruare promitto. Inſuper ſpondeo, & iuro, quod dum in hoc Collegio permanebo, & poſtquam ab eo quocunque modo, ſiue completis, ſiue non completis ſtudiis exiero, ante elapſum triennium nullam Religionem, Societatem, aut Congregationem Regularem amplectar, vel ingrediar ſine ſpeciali Sedis Apoſtolica licentia, neque in earum aliqua profeſſionem emittam.*

Item ſpondeo, & iuro, quod volente S.Congregatione de Propaganda fide, ſtatum Eccleſiaſticum complectar, & ad omnes Sacros, etiam Preſbyteratus Ordines, cùm Superioribus viſum fuerit promouebor. Denique ſpondeo, & iuro quod iuſſu eiuſdem S.Congregatio-

nis de Propaganda fide ſine mora in Prouinciam meam
reuertar, vel ad aliam Prouinciam arbitrio eiuſdem
S.Congregationis proficiſcar, vt ibi perpetuò in Diuinis
adminiſtrandis laborem meum, ac pro ſalute animarum
impendam. Quod etiam præſtabo, ſi cum prædicta Sedis
licentia, aut poſt triennium prædictum ſine dicta licen-
tia Religionem, Societatem, aut Congregationem Re-
gularem ingreſſus fuero, & in earum aliqua profeſſio-
nem emiſero, nec è dicta Prouincia ſine aliqua vrgenti
cauſa, & cum expreſſa S.Congregationis prædicta licen-
tia diſcedam. Sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta
Dei Euangelia, &c.

2 Quæritur ergo de valore huius iuramenti, & quid
faciendum pro ipſius ſubſiſtentia, & vt ex ipſo fœli-
ciores progreſſus per illud iurati proueniant.

Reſponſio.

3 Quoad valorem, videtur dicendum, proculdubio
tale iuramentum validum eſſe. Seruantur enim in illo
tres illi comites, ſeu circumſtantiæ licitæ, & validæ iu-
ramenti, ſcilicet veritas, iuſtitia, & iudicium, quæ ha-
bentur *Ierem.*4.ibi: *Iurabis Viuit Dominus in iuſtitia,*
in iudicio, in veritate. Et tenent D.Hieronymus ibi,
qui refertur *c.2.22.q.2. & c.vlt.22.q.4.* & D.Thom.2.
2.*q.89.art.3.* eius expoſitores, & Summiſtæ *verbo Iu-*
4 *ramentum. Nam veritas,* quæ in iuramento promiſſo-
rio conſiſtit in voluntate rei promiſſæ adimplendæ
(S.Thom. *ſup.art.7. ad 1.* Caietanus *ibid.*) Supponi-
tur in hoc iuramento ab his Alumnis emiſſo, ne di-
5 cantur periuri, & falſitatis rei. Similiter *iuſtitia,* quæ
in eo conſiſtit, vt actus iurandi ſit iuſtus, & rectus.
(Sanch. *in præcept. Decalog.lib.4 c.4 n.3.*) etiam con-
ſpicitur in hoc iuramento, ſiquidem ordinatur ad
obſequendum Eccleſiæ in re maximè neceſſaria, qua-
lis eſt propagatio fidei, prædicatio Euangelij, & con-
uerſio infidelium. Demum *iudicium*, quod denotat
diſcretionem, & prouidentiam, ſeu piam, aut neceſ-
ſariam cauſam emittendi iuramentum: (Sotus *lib.8.de*
Iuſtitia, q.1. art.3. Sanch. *ſup.n.4.* proculdubio non
deſideraretur in hoc iuramento, propter dicta, & quia
illud exiſtimatur neceſſarium pro fine S. Congr. de
Propaganda Fide conſequendo.

6 Id etiam conſtat, ſi per verbum *Spondeo*, denote-
tur, prout denotari videtur, *votum*. Cum enim votum,
iuxta S.Thom.2.2. *q.88. art.1. & 2.* Et communiter
DD. *ſit promiſſio Deo facta de meliori bono*, & in hoc
caſu interueniat iſta promiſſio, abſque dubio etiam
valebit vt votum, ſiquidem ſeruantur in eo ea quæ
ſunt de eſſentia voti. Præſertim, quia eſſe *de melio-*
ri bono, & non impeditiuum melioris boni ſic oſten-
ditur.

Nam certum eſt apud omnes, maius, aut melius
7 bonum eſſe illud quod concernit communitatem,
præſertim Eccleſiæ, quàm quod concernit quamcun-
que priuatam perſonam. Vt enim S. Thomas *opuſc.*
18.*c.*14. inquit: *Bonum gentis perfectius eſt, & diui-*
8 *nius quàm bonum vnius.* De quo etiam Innocent. 3. *in*
cap.licet, de Regular. inferius expendendus atqui hoc
votum concernit totam Eccleſiæ communitatem, aſ-
ſumptio autem ſtatus Religioſi ſolum ſalutem ſpiri-
tualem priuatæ perſonæ. Minor ſubſumpta ex eo li-
quet, quod id votum ordinetur ad conuerſionem infi-
delium media Euangelij prædicatione, quo nihil vti-
lius toti Eccleſiæ eſſe poteſt.

9 Etenim S.Ioannes Chryſoſtom. *homil.79.in Matt.*
inquit: *Nulla res Deo gratior eſt, quam vt vniuerſam*
vitam ad commune commodum conferas. Et hom.40. in
Geneſim: *Nihil adeo gratum eſt Deo, vt ſalus anima-*
10 *rum.* Et Homil.3. *Nihil ita gratum eſt Deo, & ita cu-*
ræ vt animarum ſalus, ſicut clamat Paulus dicens:
Qui vult omnes ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis
venire. Clariùs Orat. de B.Philogono. *Si quis voluerit*
illi (ſcilicet Chriſto) *commendatus eſſe, curam habeat*
illius, publicam quærat vtilitatem, fratrum ſuorum ſa-
luti proſpiciat. Nullum enim officium hoc Deo charius.
Et Gregorius Nazianz. *orat. in 5. lumin.* dicit: *Nulla* 11
re perinde Deus delectatur, vt hominis emendatione,
& ſalute. Et alter Gregorius magnus iure vocatur
lib.1. in Ezechielem, homil. 12. ſic: *Nullum quippe*
omnipotenti Deo tale eſt ſacrificium, quale eſt Zelus 12
animarum. Quæ etiam dixit Abbas Berengoſius in
ſerm. de vno confeſſore. Beda allegatus ab Alberto
Magno *c.56. Parad.* hæc aurea: *Quænam ſublimior,*
& Deo gratior conuerſatio eſſe poteſt quàm eorum, qui
quotidiano exercitio alios ad authoris ſui gratiam ſtu- 13
dent conuertere, & crebra animarum fidelium acquiſi-
tione gaudium cæleſtis patriæ ſemper augere. Speciali-
ter autem hoc opus conuerſionis infidelium excedere
profeſſionem ſtatus Religioſi ſic videtur Chryſoſtom.
relatus *homil.25.in epiſt.1. ad Corinth.* expreſſiſſe: *Li-*
cet ieiunando, humi dormiendo corpus maceraueris, nul- 14
la autem proximi curam habueris, nihil egregium
feceris. Ac *orat.5. contra Iudæos*, ſic: *Quod neque ie-*
iunium, neque humi peracta cubationes, neque priuilegia,
neque aliud quidpiam poteſt efficere, efficit fratris procu-
rata ſalus. Hinc 8.*lib. vit.Patr.c.63.* Paphnutius Ab-
bas magnæ ſanctitatis Monachus non præfertur tibi-
cini cuidam aliàs ſcelerato homini, qui tamen pro
ſalute ſpirituali quarundam fœminarum opera chari-
tatis exercuerat.

Hinc quoque D.Thom.2.2. *q.91.art.2.ad 3.* quam- 15
vis laudare Dominum Hymnis, & Canticis, prout
Religioſi faciunt, Angelicum miniſterium ſit, nihilo-
minus inquit: *Nobilior modus eſt prouocandi homines*
ad deuotionem per doctrinam, & prædicationem, quàm
per cantum. Et *q.188. art.6.* dicit: *Sicut maius eſt il-* 16
luminare quàm lucere ſolùm, ita maius eſt contemplata
aliis tradere, quàm ſolùm contemplari. Accedit quod
Nauarrus *eo conſ.1. de Regularib.* relato, munus ad
quod ordinatur miniſterium horum Alumnorum
æquiparat Martyrio, dicit enim: *Reſpondetur primò*
negando quod votum Religionis excedat omne aliud bo-
num, quia Martyrium eſt eo maius, vt tradit S.Thom.
2.2.q.24.art.3. & iuramentum factum videtur ſatis obli-
gare ad Martyrium, ſi res penſetur.

Cum ergo Martyrium præponatur Religionis pro- 17
feſſioni, quia iuxta illud Chriſti Ioan.15. *Maiorem*
charitatem nemo habet quàm vt animam ſuam ponat,
&c. Rectè infertur votum hoc, per quod exponun-
tur Alumni Martyrio, eſſe maius bonum quàm Mo-
naſtica profeſſio. Præſertim etiam, quia ipſe labor
conuertendi infideles ad Chriſtum, ipſiſque annun-
ciandi veritatem fidei, videatur à D.Chryſoſt *hom.78.*
in c.24. Matth. anteponi Martyrio. Dicit enim: *Pona-* 18
tur quempiam ieiunare, & martyrium comprobare, ac
cremari; alium verò ad ædificationem proximi marty-
rium differre, nec differre modo, ſed etiam abſque mar-
tyrio diſcedere: vter igitur poſt hanc peregrinationem
maior erit? Non eſt nobis multis in hoc loco rationibus
opus, cum B.Paulus magna voce ſententiam iam pro-
tulerit dicens: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto: me-
lius mihi autem in carne permanere propter vos. Ex iis
autem omnibus elicitur votum hoc ab iis alumnis
emiſſum eſſe de meliori bono, ac per conſequens vt
validum ſuſtineri debere.

Tertiò quia tale votum, ſeu iuramentum, vel votum 19
iuratum eſt præſtitum S.Congregationi, prout ex ver-
bis ipſius conſtare videtur. Ex eo namque elicitur
validum, & licitum cenſeri debere, nec poſſe in me-
lius commutari. Quia iuramentum quod per modum
contractus, ſeu pacti oneroſi præſtatur in gratiam, 20
ſeu vtilitatem alicuius Communitatis, ſeu Eccleſiæ,
quando eſt de opere honeſto perficiendo, ſemper
obligat;

obligat; neque io aliud, quamvis melius; arbitratu
iurantis commutari poteſt. Ita enim ex communi do-
cet Syluest. *in Summa, verbo Iuramentum* 4.*q*.20. Mo-
21 lina *tom.*1.*tract.*2.*diſp.*149. §.*prioris verò partis*, Suar.
*lib.*2.*c.*12.*n.*14. Sanc. *lib.*3. *in præcept. decalog.c.*9.*n.*19.
quos refert, & ſequitur Laymanus *lib.*4. *tract. de iu-
ramento*, *c.*6.*n.*6. Item Abbas, & Paludanus, Rebellus,
& Leſſius, quos refert Sanchez *ibid.* Vnde nec poſſe
commutari in profeſſionem, ſeu ingreſſum Religionis
habet expreſſe idem Sanchez *eo lib.*3.*c.*21.*n.*3. Ex
Abbate, Angelo, & Syluest. quod etiam clariùs tuetur
*lib.*5.*c.*5.*n.*45. eo fundamento, quod per tale iuramen-
tum eſt ius acquiſitum tertio. Quod & ſequuntur
Hieronymus Rodriguez *in Compendio*, *reſ.*140. *n.*6.
22 Bartholomæus Vecchis *in prax. Nouit. diſp.*13. *dub.*4.
*n.*5. Dominus Barboſa *in Collect. DD. ad c. Scriptura,
de voto*, *n.*2. Cum ergo Alumni, de quibus in præ-
ſenti, hoc votum, ſeu iuramentum præſtiterint in gra-
tiam, ſeo vtilitatem S.Congregationis, & io ordine
ad finem ab ipſa intentum ſcilicet, fidei propagatio-
nem, validum erit, & neque in melius, aut etiam
Profeſſionem Religionis commutari poterit. Præſer-
tim cum per modum contractus, ſeu pacti oneroſi,
ſaltem impliciti, de alendis, & conſeruandis dictis
alumnis in conuictu, & aliis neceſſariis pro ſuis ſtu-
diis fuerit præſtitum.

23 Quod maximè quartò elicitur ex iure canonico,
cap. quamvis pactum, de pactis in 6. *& c. cùm contingat,
de iureiurando*, vbi tanquam generalis regula tradi-
tur, quod iuramentum homini præſtitum, quod abſ-
que ſalutis æternæ diſpendio ſeruari poteſt, debeat
ſeruari. Vt propterea hanc regulam generalem tra-
dant Abbas eo *cap. cum contingat*, *num.*7. Molina *d.
diſp.*149. §.*his exemplis*, *&* *tom.*2.*diſp.*17. §.*hoc tamen
loco*, Suarez *tom.*2. *de Relig. tract. de iurament. lib.*2.
*c.*22.*n.*3. Sanchez *ſup. & lib.*1. *de matrim. diſp.*32.*n.*1.
Barboſa *in collectan. DD. ſuper dicta capita*. Ex quo ad
24 intentum colligitur, quod iuramentum præſtitum ab
his alumnis S.Congregationi ſit validum, & firmum,
vtpotè quod abſque ſalutis æternæ diſpendio ſeruari
poteſt. Nomine enim diſpendij ſalutis æternæ intel-
ligitur ſecundùm omnes, quod ſine peccato ſeruari
non poteſt, hoc autem iuramentom abſque vllo pec-
cato ſeruari poteſt. Quod à fortiori confirmatur ex
Doctrina, quam idem Laymanus *ſup. n.*7. affert ex
Abbate, Syluest. Molina, Azor, Leſſio, & aliis, quod
25 ſcilicet iuramentum de faciendo in alterius gratiam,
ſeu vtilitatem opere, etiam aliàs à lege ciuili non
obligante ad culpam prohibito, obliget ſaltem
virtute Religionis. Cum enim hoc obſequium quod
promittunt iſti alumni, non ſit vllo modo lege ciuili
26 prohibitum, vtique à fortiori, vt dari obligationem
pariet. Item, quia etiam in caſu quo iuramentum il-
licitum eſſet, dummodo materia per illud promiſſa
in fauorem alterius poſſet abſque peccato obſeruari,
obligaret ad ſui adimpletionem. Prout conſtat ex
27 *cap. Etſi Christus, de iureiur. & c. Mouet* 22. *q.*1. Vbi
dicitur quod iuramentum per creaturas, etiamſi ſit
illicitum, & peccaminoſum, nihilominus obligare ſi
ſit de re licita; & tenent Abbas, Alexand. de Neuo,
Molina, & Suarez, quos ſequitur Sanchez *ſup. n.*22.
28 Ex hoc enim etiam à fortiori, ſequitur hoc iura-
mentum, de quo in præſenti, eſſe obligatorium, cum
non solùm ſit de re licita, & boneſta, ſcilicet ſubie-
ctione, & obſequio ad S.Congregationem, ſed
etiam in ſe bonum, & nulla praua circumſtantia vi-
tiatum.

29 Specialiter etiam deſeruit ad intentum, *cap. commiſ-
ſum, de ſponſalib.* Vbi cum caſus eſſet, quod quidam
iuuenis promiſiſſet matrimonium cuidam fœminæ, &
promiſſionem iuramento firmaſſet; cum poſtea vellet
intrare Religionem, Pontifex reſpondit dicens: *Tu-
tius eſt ei, Religione iuramenti ſeruata, prius contra-
here, & poſtea ſi elegerit, ad religionum migrare.* Ex
hoc enim videtur inferri ad propoſitum, eum qui ali-
cui ſe obligauit iuramento, teneri illud adimplere,
prætermiſſo etiam ingreſſu in Religionem, quando 30
videlicet ex tali iuramento orta eſt obligatio ex iuſti-
tia, prout in præſenti caſu de iuramento horum
alumnorum dici poteſt, cum ſit præſtitum per modum
contractus, & pacti oneroſi, ſcilicet de ſuſtentandis,
& alendis dictis alumnis in ſuis ſtudiis, conuictu, &c. 31
Sic colligo ex Azor. *tom.*3.*l.*11.*c.*5.*q.*4. Fagundez *in
2. præcept. Decalog. lib.*2.*c.*16.*n.*5. *&* 6. Explicatio au-
tem hæc *d. cap. commiſſum.* Magis genuina videtur,
quàm aliæ, quas Abbas, Henriquez, Baſilius Le- 32
gionenſis, Suarez, Sanchez, & Caſtrus Palaus ad-
ducunt. Confirmatur, quia vt habent Nauar. *conſ.*1.
de Regularib. & Fagundez *ſup. n.*5. Procuratores, tu-
tores, & debitores aliorum non poſſunt ingredi Re-
ligionem, quia ſunt vinculo iuſtitiæ aliis adſtricti: 33
cum ergo iſti alumni ſint etiam vinculo iuſtitiæ aſtri-
cti S. Congreg. propter emolumenta quæ ab ipſa re-
cipiunt io ſui ſuſtentatione, & manutentione in ſtu-
diis, neque etiam poterunt ad Religionem tranſire.

Vnde huiuſmodi iuramentum licitum, & validum 34
eſſe acriter tuetur Nauar. *ſup.* quem ſequitur etiam
Azorius *ſup.* §.*ex his liquet*, Fagundez etiam *ſup. n.*5.
Laymanus etiam *ſup.* §.*Exinde patet.* Item Baſilius
Legionenſis, & Caſt. Palaus inferiùs referendi, dum
inquiunt iuramentum de non ingrediendo in Reli-
gionem, niſi monito ſuperiori Collegij, (quale eſt
hoc, de quo in præſenti) eſſe obligatorium. Tenent
id etiam viri alij docti de hac re conſulti. Et quod
magis eſt, videtur eſſe conforme doctrinæ S.Thom. 35
qui *quodlib.*3. *art.*14. hæc habet: *Contingit autem in
aliquo caſu quod abſque peccato aliquis poteſt aſtringe-
re aliquem iuramento ad hoc quod religionem non in-
tret, puta ſi eſſet matrimonio ligatus, & vellet abſque
conſenſu vxoris Religionem intrare, vel in caſibus ſi-
milibus.* Vbi per caſus ſimiles intelligi videtur iſte, de
quo in præſenti, quia eſt ſimilis illi quem affert
S.Th. de eo qui eſt ligatus matrimonio. Siquidem iſti
alumni ſunt etiam ligati obſequio S.Congreg. imò
totius Eccleſiæ ad propagationem fidei. Eſt etiam de 36
mente S.Congreg. olim circa hoc negotium habitæ,
in qua ablatis quibuſdam aliis, quæ etiam iuramento
promittebant dicti Alumni, ſcilicet de fugienda *vita
aulica*, adiuuando *Clero Eccleſiæ*, in qua eſſent, *in-
ſeruiendo populo*, *&c.* relictum eſt eorum iuramen-
tum in terminis, & iuxta formam illius, quod retuli-
mus. Ex quo videtur ab eadem S. Congr. approba-
tum iuxta formam dictam; ſicut generaliter loquen-
do, cùm lex corrigit aliam, approbat illam in eo, quo
non immutat.

Sed contra traditam Doctrinam obſtare videntur 37
Emanuel Rodriguez *tom.*2. *qq. Regul. q.*10. *art.*10.
Baſilius Legionenſis *lib.*12. *de Sponſal. cap.*8.*n.*27. &
Caſtr. Palaus *part.*2. *diſp.*3. *punct.*14. *n.*15. Quatenus
contra Nauarrum dicunt, quod non obſtante iura-
mento, quod emittunt Alumni quorundam Colle-
giorum eundi ad prædicandum Euangelium in certas
Prouincias, & Regiones, poſſint nihilominus in-
gredi Religionem. Quamvis enim iuramentum, de
quo hi Authores agunt, diuerſum ſit ab eo, de quo
nos in præſenti, quia illud ſolum eſt de eundo in
dictas Religiones ad Euangelij prædicationem, ſine 38
excluſione expreſſa ingreſſus Religionis; hoc autem
iuramentum, de quo nos in præſenti, & quod ad-
mittunt Alumni Collegij de propaganda fide, eſt
expreſſè de non ingrediendo, aut profitendo in ali-
qua Religione, durante Alumnatu, & poſt illum in-
tra triennium, rurſus eſt præſtitum Sedi Apoſtolicæ,
ſeu S.Congregationi, quæ illam repræſentat; vt patet

ex verbis in principio huius Conſulti relatis; nihilominus quia fundamenta, quæ affert Rodriguez, aliquo modo contraria videntur noſtræ Doctrinæ, ideo ſigillatim expendenda, nam ex eorum enucleatione veritas magis eluceſcet.

39 Primum eſt ex *c.Scripturæ, de voto*, vbi deciditur, quod omne temporale obſequium, ac omne votum
poſſit commutari in religionis ingreſſum, quia vt ibi Gloſſa: *Non frangit votum, qui illud in melius commutat.* Hoc verò argumentum nimis debile eſt, quia non ſumus in caſu voti dumtaxat, ſed in caſu iuramenti facti in commodum, ſeu obſequium Collegij, & totius S.Congr. de propaganda fide, ac per conſequens incommutabilis etiam in ingreſſum Religio-
40 nis, propter doctrinam traditam, & Authores relatos. Etſi enim votum, ſeu iuramentum ſoli Deo præſtitum commutari poſſit in melius, ac maximè in ingreſſum Religionis, etiam propria authoritate vouentis, vel iurantis; iuramentum tamen homini multò magis communitati grauiſſimæ, qualis eſt S.Congregatio, præſtitum, propter ius illi acquiſitum, nullo pacto commutari poteſt in quodcumque bonum melius, etiam ingreſſum Religionis. Cuius differentiæ ratio eſt, quia Deo iuſtiſſimo ſemper placet id quod melius eſt, homini verò non ita, ſed quod commodius, & vtilius, aut ſibi eſt promiſſum. Sic
41 fermè ex Abbate, Angelo, & Syluestro, Sanchez *lib.3.in Decal.c.21.n.3.* Caſtr.Pal. *p.3.oper.mor.diſp.3.punct.1.n.6.* Vnde de eo, quod homini debetur, intelligitur, *l.mutuam, ff. ſi certum petatur, & Inſt. quibus modis tollatur obligatio in princip.* Vbi habetur, quod *vnum pro alio, inuito creditore, ſolui nequit.* Et authent. *Sacramenta puberum, C. ſi aduerſus venditionem*, vbi de ſimilibus iuramentis dicitur, quod *inuiolabiliter cuſtodiantur.* Idem reſponderi poteſt ad *c. peruenit a. de iureiurando*, vbi dicitur: *Non enim propoſitum, aut promiſſum infringit, qui in melius illud commutat.* Intelligitur enim de voto, aut iuramento ſoli Deo præſtito, non de illo, quod in commodum, & vtilitatem tertij factum eſt, prout Authores relati rectè ſupponunt. De quo Abbas *eo c peruenit, num.2.* Deinde, etiam dato, quod in iis iuribus ſermo eſſet de votis, aut iuramentis in commodum, ſeu vtilitatem tertij præſtitis, adhuc tamen nihil inde fieret contra
43 reſolutionem noſtram. Quod hoc argumento clarè euincitur. Eatenus in iis iuribus ſupponitur quamcunque promiſſionem, votum, ſeu iuramentum commutari poſſe in ſtatum Religionis, quatenus talis ſtatûs profeſſio cenſetur opus melius, & Deo gratius, quàm quodcunque aliud. Ita enim communiter ſupponunt DD. circa illa. Cùm autem hoc non procedat in caſu noſtro, quia vt oſtenſum eſt, opus conuerſionis infidelium, & prædicationis Euangelij, ad quod deſtinantur dicti Alumni, maximè cum occaſione Martyrij, ad quod exponuntur, eſt opus maius, & excellentius, quàm ingreſſus in Religionem, gratius Deo, & vtilius Eccleſiæ, vt inferius oſtendetur, manifeſtè ſequitur dicta iura nullatenus eſſe contraria
44 nobis.

Secundum fundamentum Rodriguez in eo innititur, quod huiuſmodi iuramentum non eſt præſtitum in gratiam, & vtilitatem Collegij, ſed in honorem Dei, ac per conſequens induit rationem voti, & non iuramenti homini facti, & propterea commutari poteſt in melius bonum, quale eſt ſtatus Religionis conformiter ad doctrinam, quam refert ex Soto *lib 8.*
45 *de iuſtitia, q.1.art.9.* Cæterum hoc fundamentum in multis claudicat. Eſto enim hoc iuramentum principaliter in Dei gloriam, & honorem præſtitum ſit, quis tamen negare poterit, quin etiam in commodum, & vtilitatem S.Congreg. de propaganda fide ſit præſtitum. Cum enim S. hæc Congregatio ad eum finem ab Eccleſia inſtituta ſit, vt fides in vniuerſo mundo propagetur, & Domini Cardinales qui in ea ſunt, *miſſionibus omnibus ad prædicandum, docendum Euangelium, & Catholicam Doctrinam ſuperintendant, miniſtros neceſſarios conſtituant, & mittant*, prout habet Gregor. XV. in Bulla Inſcrutabili, anno 1622. edita luce clarius ſequitur, intereſſe valdè S.Congreg. habere tales Alumnos, & neceſſarios eſſe potius quam vtiles ipſi, vtpotè miniſtros, & operarios, veluti conductos ab illa, itaut ipſi dicere poſſint cum
D. Chryſoſtomo hom.24.in Matth. *Mercenarij ſumus* 46
conducti: ſi ergo mercenarij ſumus, cognoſcere debemus quæ ſunt opera noſtra; mercenarius enim ſine opere non poteſt eſſe. Opera autem noſtra ſunt opera iuſtitiæ, non vt agros noſtros colamus, & vineas: non vt diuitias congregemus, & acquiramus honores, ſed vt proximis proficiamus. Quod argumentum maiores vires habet ſi animaduertatur, quod iuxta piam quorumdam exiſtimationem, totus fermè orbis in extrema veluti neceſſitate ſit ſimilium miniſtrorum, vt propterea D. Ber- 47
nardus *lib.2. de conſideratione, cap.6.* Eugenium Pontificem vrgeat dicens: *Tu leua oculos quoſdam conſiderationis tuæ, & vide Regiones, ſi non ſunt magis ſicca ad ignem, quam alba ad meſſem. Nonne ſiexis,* 48
& cernis iſta, pudebit otioſam iacere ſecurim? Et Greg. XV. in Bulla relata: *Quantum verò his calamitoſis temporibus excreuerit errantium, & diſperſarum ouium numerus, qui Eccleſiam Sanctam eius Catholicam, Chriſti ouile, vel nunquam cognouerunt, vel cognitam Satanæ dolis deſeruerunt, ſine lacrymis commemorari non poteſt. Si enim mentis noſtræ aciem conuertimus ad innumerabilem populorum multitudinem, iam tot ſæculis Agarenorum impuriſſima dementia captam, inſanique erroris, ac mendacij tenebris obcæcatam, miſeratione commouentur viſcera noſtra, cernentes tam multis ac variis cœleſtibus donis olim celebres nationes, per ignorantiam, & peſtilentis perſuaſionis ſtuporem, humanitatem in beſtiarum naturam ferè mutaſſe, atque ad æterna incendia, Diabolo, & Angelis eius parata, ali, ac propagari. Et licet inter eas aliquæ ſint gentes in iuſtitia derelicta, quæ Chriſti nomen inuocant; tamen ita antiquarum hæreſum veneno ſunt infectæ, vt ſinceram veritatem pauciſſimæ agnoſcant, ac ferè omnes, in multis, nedum in vno peccantes, facta ſint omnium rea. Vbi verò peccatis noſtris facientibus, inimicus homo ſuper bonum ſemen in Septentrionalibus partibus ſeminauit hæreſum zizania, ita dira contagia graſſata ſunt, vt animas innumerabiles iam diu perdiderit, ac Prouincias, & Regna Chriſto per ſummam iniuriam erepta, ſuæ tyrandi mancipauerit.*

Præterea falsò ſupponit Rodriguez, melius, aut 49
maius bonum eſſe Religionem ingredi, quam Sac. Congregationi *de Propaganda Fide* in prædicatione Euangelij, & conuerſione infidelium, quæ ſunt propria eiuſdem Congregationis munia, miniſtrare, & deſeruire. Oppoſitum enim conſtat ex dictis, conformiter ad Patrum doctrinam. Vnde Franciſcus Bordonus *deciſ. 62.* ex Petro de Ancharano approbat, *quod Deo plus erit placitura conuerſio creaturæ rationabilis, pro qua Chriſtus ſubire mortem voluit, quàm continentia Monachalis.* Et de eo dubium vix eſſe poteſt, cum tale munus Apoſtolicum ſit, imò & Angelicum, prout colligitur ex illo ad Hebræos 1. *Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capient ſalutis.* Vnde ibi Chryſoſtomus: *Hoc eſt Angelicæ functionis officium, ad ſalutem hominum miniſterium Deo perſoluere. Proinde hoc eſt opus Angelicum omnia facere pro ſalute proximorum.* Optimè etiam ad hoc intentum quadrat illud Innocent. III. *in c.licet, de Regularib.* videlicet: *Sicut maius bonum minori bono præponitur, ita communis vtilitas ſpeciali vtilitati præfertur.*

Et

Et in hoc caſu rectè præponitur doctrina ſilentio, ſolicitudo contemplationi, & labor quieti. Ad quod vtique deſignandum vnigenitus Dei filius Ieſus Chriſtus non de Rachele ſecundùm carnem natus eſt, ſed de Lia; nec legitur eum in domum ſuam Maria recepiſſe, ſed Martha. Hæc ponderanda contra illos, qui ſtatum Religioſum horum alumnorum præferri volunt prædicationi Euangelij, & conuerſioni infidelium, quæ ab illis peragi poſſunt, & ſolent.

Tollitur præterea omnis difficultas, quæ in hoc voto, ſeu iuramento poterat eſſe, ita vt de illo nullatenus loquutum fuiſſe Rodriguez meritò cenſeri poſſit, eo quòd illud non impediat Religionis ingreſſum, niſi ſolum ad tempus, videlicet dum alumnus permanet in Collegio, aut poſtquam ab illo exierit, *ante elapſum triennium, & ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia*, vt dicitur in forma iuramenti.

52 Vtraque enim conditio rationabiliſſima eſt, & prudentiſſimè addita, vtpotè deſeruiens ad hoc, quod talis ingreſſus in Religionem in maturiori ætate, & maturiori conſilio fiat. Præſertim ſecundam conditionem de licentia Sedis Apoſtolicæ, iuſtificatiſſimam eſſe negari non poteſt; tum quia eſt præſeruatiua iuris, ſeu
53 authoritatis, quam Summus Pontifex habet in vniuerſos fideles, ad interpretandum præſertim ea, quæ ſpectant ad animarum ſalutem, cùm D. Bernardus *lib. 4. de conſider. c. 10.* eum appellet *Sanctimoniæ ſpeculum, aſſertorem veritatis, fidei defenſorem, Doctorem gentium, Paſtorem plebium, Magiſtrum inſipientium,*
54 *Sal terræ, Orbis lumen, &c.* Tum quia talis conditio ineſt in omni voto, ſeu iuramento, non ſolùm propter dicta, ſed ſpeciatim, quia Summus Pontifex eſt Generaliſſimus omnium Religionum, prout eum Theologi compellant.

55 Vnde quemadmodum licitè quis poſſet emittere votum de non ingrediendo in aliquam Religionem ſine licentia Superioris illius, quia ad eum ſpectat admittere recipiendos in Religionem, ſic etiam, & potiori iure licitè vouebunt Alumni non ingredi aliquam Religionem *ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia*, quia ad illam, vtpotè ſupremum caput omnium Religionum, ſpectat admiſſio recipiendorum.

CONSVLTVM XX.

De Epiſcopo volente renunciare ſuo Epiſcopatui.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, ſeu dubium.*
2 *Reſolutio.*
3 *Textus* cap. niſi cum pridem.
4 *Capitis* inter corporalia.
5 *Argumentum eiuſdem capitis.*
6 *Renunciationis definitio.*
7 *Legitimitas ipſius.*
8 *Intereſt ne dimittatur officium ei qui contulit.*
9 *Epiſcoporum inſtitutio ad Papam ſpectat.*
10 *Natura reſignationis quæ ſit.*
11 *Eſt veluti quædam dilapidatio.*
12 *De electo in Epiſcopum, & non confirmato.*
13 *Cauſæ renunciationis quæ ſint.*
14 *An, & quando ſenectus.*
15 *Dupliciter renunciare quis poteſt Epiſcopatui.*
16 *Renuncians quoad locum quid poſſit facere,*
17 *Ordines conferre.*
18 *Renuncians quoad dignitatem.*
19 *An poſſit ordinare.*
20 *In dubio an renunciatio ſit quoad locum, vel dignitatem.*

IESVS MARIA.

CASVS.

QVIDAM Epiſcopus volebat renunciare ſuo Epiſcopatui, Papa neſciente. De quo quæritur an id facere potuerit. 1

Reſponſio.

Nullo modo poteſt Epiſcopus ſine Papæ licentia ſuo Epiſcopatui renunciare: ſic communiter Theologi, Sanchez *in præcept. Decal. tom. 2. lib. 4. c. 17. num. 6.* Suar. *tom. 3. de Relig. lib. 1. c. 20. n. 21.* Bartholom. de Vecch. *in prax. obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouit. diſp. 2. dub. 3. n. 5.* Valer. Regio. *lib. 30. tract. 3. n. 331.* Illuſtriſſimus Epiſcopus Barboſ. *Iur. Eccleſ. lib 1. c. 11. n. 238.* 2

Colligitur primò ex *cap. Niſi cum pridem, de renunciatione*, vbi Innocentius III. Archiepiſcopo Calaritano petenti licentiam renunciandi Archiepiſcopatui loquit, *propter conſcientiam enim criminis, cedendi poteſt licentia poſtulari.* Et infrà: *Pro defectu quoque ſcientiæ plerumque poteſt quis petere ceſſionem.* Et inferius: Perſonæ verò irregularitas, &c. *propter quam petere poteſt licentiam aliquis reſignandi.* Ex quibus eliciunt communiter DD. Papæ licentiam requiri ad renunciationem, ſeu ceſſionem Epiſcopatus. Lege Gloſſam huius *c. verb. Forſitan, & verb. Sed dumtaxat.* 3

Clarius ſecundò *ex c. inter corporalia, de tranſlat. Epiſc.* vbi idem Innocentius III. ſcribens Decano, & Capitulo Andegauenſi, inquit: *Non enim humana, ſed potius diuina poteſtate coniugium ſpirituale diſſoluitur, cum per tranſlationem, depoſitionem, aut ceſſionem authoritate Romani Pontificis (quem conſtat eſſe Vicarium Ieſu Chriſti) Epiſcopus ab Eccleſia remouetur. Et ideo tria hæc quæ præmiſimus, non tam conſtitutione Canonica, quàm inſtitutione diuina ſoli ſunt Romano Pontifici reſeruata.* Vnde ex hoc capite colligunt communiter DD. tranſlationem, depoſitionem, ſeu ceſſionem Epiſcopi ab Epiſcopatu fieri non poſſe ſine Papæ licentia. 4

Colligitur id tertiò ex argum. eiuſdem c. quod eſt 5
deſponſationem Epiſcopi cum ſua Eccleſia aſſimilari coniugio maris, & fœminæ. Itaut quemadmodum coniugium viri, & fœminæ diſſolui non poteſt, niſi Papæ auctoritate (quando videlicet matrimonium non eſt conſummatum) ſic etiam neque coniugium ſpirituale Epiſcopi cum ſua Eccleſia.

Colligitur quartò ex natura ipſius renunciationis, 6
quæ eſt *Rei, vel iuris proprij legitima refutatio, vel dimiſſio, Can. quàm periculoſum 7. q. 1.* Angelus, Syluester,
& alij Summiſtæ *verb. renunciatio*, Pariſius *de reſignat.*
lib. 1. q. 1. n. 34. Legitimitas autem renunciationis con- 7
ſiſtit in hoc, quod fiat in manibus illius, ad quem ſpectat inſtitutio illius dignitatis, vel officij, cui renunciatur, *c. Admonet, de renunciat* Et ratio eſt, nam illi in-
tereſt ne dimittatur officium, vel beneficium, quod ad 8
eum pertinet, ſine ipſius licentia; aliàs præiudicaretur, *c Significaſti, de foro compet. can. Clericum, 11. q. 1. can. Non liceat, 3. q. 6.* Sylueſter *ſup q 3* Peyrinis *in Formul.*
lit. K, c. 8. n. 4. Tamburinus *de Iur. Abbat. tom. 1. diſp. 13.* 9
quæſit. 1. n. 3. Certum autem eſt inſtitutionem Epiſcoporum ſolùm ad Papam pertinere. In manibus ergo ipſius renunciatio fieri debet.

Quintò id colligitur ex natura reſignationis, quæ 10
eſt idem cum renunciatione, vel ſaltem parum ab

ea

ea differt. Eſt enim *volantaria beneficij abdicatio facta coram legitimo Saperiore.* Bonacina *de Simonia quaſ.*4. §.14.*in princip.* poſt alios. Legitimus autem Superior Epiſcopi proculdubio eſt Papa.

11 Sextò, quia renunciatio, vt habent Decianus *reſponſ.*45.*n.*4. & Maſcard. *de probat.concl.*1263.*n.*8. eſt quædam dilapidatio. Non ergo fieri poteſt ab Epiſcopo ſine licentia Papæ, qui eſt Epiſcopus Epiſcoporum.

12 Nota verò, quod electus in Epiſcopum ante confirmationem poteſt ſine Papæ licentia iuri ſuo renunciare in manibus eligentium, prout colligitur ex c.*Inter corporalia, de tranſlat. Epiſc.* Rota *deciſ.*8. *n.*3. *de Iurepatr.in nou.*Pariſius *de reſignat.lib.*7.*q.*1.*n.*78.

13 Cauſæ verò renunciationis, quas latè declarant Tuſchus *de viſitat.lib.*2. Pariſius *ſup. lib.*5.*q.*3. Dominus Barboſa *de Poteſt.Epiſc.p.*3.*alleg.*113.ſunt iſtæ, prout ex *c.Niſi cum pridem, de renunciat.* relato habetur, ibi: *Conſcientia criminis, debilitas corporis, defectus ſcientiæ, malitia plebis, graue ſcandalum, irregularitaſque perſonæ.*

14 De ſenectute etiam quæ reddat Epiſcopum impotentem ad exequendum officium Paſtorale arbitrio Summi Pontificis, id etiam habent Menochius *de arb. caſ.*53.*n.*3.Pariſius *ſup.q.*3.*n.*56.*& q.*6 *à n.*5. Rendina *in Promptuar.recept.ſeatene, tom.*1. *propè fin. in Miſcellan.n.*4.

15 Huiuſmodi autem renunciatio Epiſcopatus dupliciter fieri poteſt, vel renunciando loco tantùm, vel renunciando loco ſimul, & dignitati. Loci renunciatio fit, quoties renunciatur cura, & adminiſtratio illius Eccleſiæ,*cap.ad ſupplicationem, de renunc.* Et ſic
16 renuncians poteſt appellari Epiſcopus, quia retinet dignitatem, & ea quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, *c.*1. *de ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciauit Epiſcop.* vbi omnes, Fuſchus *de viſitat.lib.*2.*cap.*18.*n.*10. hac authoritate Sedis Apoſtolicæ poterit ad Eccleſiam eandem redire, vel aliam, ſiue per viam electionis, ſiue
17 per viam poſtulationis, ſiue per viam collationis habere. Pariſius *de reſignat.lib.*1. *quaſ.*17. *num.*13. Poteſt etiam cum licentia Epiſcopi Ordines conferre, *d.c.*1. *de ordinat.ab Epiſcopo qui renuntiauit.* Theſaurus *in Prax. p.*2.*verb.Ordo, c.*21.*n.*1.

18 At Epiſcopus qui renuntiauit etiam dignitati Epiſcopali, non poteſt Sacros Ordines conferre licitè, quamvis validè conferat: & ab ipſo promotus in Sacris non recipit Ordinis executionem. Maiolus *de irregal.lib.*3.*c.*6.Pariſius *ſup.lib.*1.*quaſ.*17.*à n.*19.Azor.
19 *tom.*2.*lib.*3.*c.*48.*q.*13.Si autem in minoribus promotus eſt,etiam ſcienter habet liberam Ordinis executionem. Ita ex *d.c.*1.*de ordinat. ab Epiſcopo qui renunciauit*,elicit idem Theſaurus *ſupra.*

20 Nota præterea quod in dubio an Epiſcopus loco, vel dignitati renunciauerit, regulariter cenſeri debere tantum loco renunciaſſe. Tum quia renunciatio eſt ſtricti iuris, ac ita ſtrictè accipienda, tum quia regulariter ita contingit, vt nullus velit dignitati renunciare. Sanchez *lib.*7. *conſ. moral.c.*1. *dub.*20. *n.*34. poſt alios Theſaurus *ſuprà.*

CONSVLTVM XXI.

De celebrante Miſſam non conſtituto in Sacerdotio, aut audiente Confeſſiones.

SVMMARIVM.

1 *Caſus.*
2 *Iſte contraxit irregularitatem.*
3 *Quid ſit laicus.*
4 *Et falſarius.*
5 *Falſitas quomodo probanda.*
6 *Puniendus à DD.Inquiſitoribus.*
7 *Ex Bulla Greg. XIII.*
8 *Quæ obſeruatur in Inquiſitionibus.*
9 *Et aliis conſtitutionibus Pontificis.*
10 *Præſertim Clem. VIII.*
11 *Ac Vrbani VIII.*
12 *Et Epiſtola Cardinalis Millini.*
13 *Incurrit iſte pœnas harum Conſtitutionum.*
14 *Ad incurrendas pœnas ſufficit vnus actus.*
15 *Et ad irregularitatem, & pœnam falſi.*
16 *Vbi eſt eadem ratio, eſt eadem lex.*
17 *Ex verbis Conſtitutionis Vrbanæ.*
18 *Singularis locutio vno contenta eſt.*
19 *Ratio legis eſt anima illius.*
20 *Ex conſtitutione Vrbani.*
21 *Et Clementis VIII.*
22 *Hoc delictum facit ſuſpicionem in fide.*
23 *Non obſtat conſtitutio Greg. XIII.*
24 *Tollitur hic ſcrupulus.*
25 *Pluralis numeri appellatione venit etiam ſingularis.*
26 *Reſoluitur in ſingularem.*
27 *Exemplum ex Bulla Cœnæ.*
28 *Roboratur ex Vrbano VIII.*
29 *Lex poſterior corrigit priorem.*
30 *Pœna iſtarum Conſtitutionum eſt rationi conſona.*
31 *Indicata in lege veteri.*
32 *An ſit in vſu.*
33 *Caſus forſan erant diuerſi.*
34 *Caſus prodigioſi de hac re.*
35 *Alius ex Praxi ſpirituali.*
36 *Conſulens monetur quid debeat facere.*
37 *Quibus conditionibus debeat ſpontè comparere.*
38 *An ſit in indiciis præuentus.*
39 *Quid de non vocato, nec citato, ſed ducto ad S.Officium.*
40 *Quid de indiciis præuento.*
41 *Spontè veniens quis dicatur.*
42 *An qui ſcit rumorem eſſe de ſuo delicto.*
43 *An qui aliàs eſt querelatus.*
44 *An qui ignorat ſe eſſe præuentum.*
45 *Quid de præuento ex alio crimine.*
46 *Debet fateri integrè delictum.*
47 *Comparatur hæc confeſſio confeſſioni Sacramentali.*
48 *Cum grano ſalis id accipiendum.*
49 *Iudicis arbitrium intrat.*
50 *Quando præſumatur obliuio.*
51 *Quid ſi diminutio non probetur.*
52 *Quomodo hæc applicanda ficto Sacerdoti incipienti Miſſam, & non perficienti.*
53 *Quid de ficto Sacerdote audiente confeſſionem, ſed non abſoluente.*
Sententia quorundam. ibid.
54 *Oppoſita probabilior.*
55 *Iſte puniendus à S. Officio iuxta Conſtitutiones Pontificias.*
56 *Quia dicitur miniſtrare Sacramentum.*
57 *Ex Conſtitutionibus Clem. VIII. & Vrbani VIII.* & num.58.
59 *Malitia huius criminis.*
60 *Exemplo celebrare incipientis Miſſam.*
61 *Ad fundamenta contraria,* & n.62.63.64. & 65.
66 *Talis an ſit tradendus brachio ſæculari.*
67 *Eſt grauiſſima hæc pœna.*
68 *Pœna commenſuratur culpæ.*
69 *Attentatum an puniendum vt conſummatum.*
70 *Conatus in delictum quomodo puniendus.*
71 *Iſte quomodo.*

IESVS

IESVS MARIA.

CASVS.

1 NON conſtitutus in ſacerdotio Miſſam celebrauit; quæritur an incurrerit pœnas Conſtitutionom Gregotij XIII. Clementia VIII. & Vrbani Octavi, & qoas alias.

Reſponſio.

2 Ptimò iſte contraxit irregulatitatem, ſi Clericus, vel Religioſus eſt, quia exercuit ordinem, quem non habebat, prout communiter DD. *ex c.1.& 2. de Clerico non ordin.miniſtr.* Sylueſt. *in Summa, verbo Irregularitas, q.14.* Nauarrus *in Man.c.27.n.242.* Cornejo *de Irregular.diſp.7.dub.2.* Dixi *ſi Clericus, vel Religioſus eſt,* quia etſi iuxta ea quæ dixi *tom.3.Summa, verbo Irre-*
3 *gularitas, n.59.* valde probabilis ſententia ſit affirmãa etiam laicos actus Ordiois, quem non habent, exercentes eſſe irregulares, prout tenent S. Antoninus, Sylveſter, Sotus, Nauarrus, Suarez, Avila, Valentia, & alij; tenendum tamen eſt oppoſitum tanquam benignius in materia odioſa, & quia non eſt id expreſſum pro Laico, ſicut pro Clerico io iuribus relatis, & toto eo titulo, qui eſt de Clerico non ordinaio miniſtrante, Saytus *lib.7.c.10.num.6.* Cornejo *de irregularitate, diſp.7. dub.2.* Laymanus etiam *de irregularitate, c.3. n.3.* Referens Couarruuiam, Aogelum, Sà, Roſellam, Henriquez, & Atmillam.

4 Secundò, dicens ſe eſſe Sacerdotem, cum talis non fuerit, eſt falſarius, & falſariorum pœna puniendus *in l.qui ſub prætextu, C. de Sacroſ. Eccleſ.* Bernardus Diaz, Salzedo, Franciſcus Leo, & plures alij, quos referunt, & ſequuntur Barboſa *in d.c.2.de Cleric. non ord. miniſtr.n.3.* Farinacius *de falſ. & ſimulat. q.150.n.89.* Souſa *in Aphor.lib.1.c.32.n.12.* & Carena *de offic.S.Inquiſ.p.2.tit.11.§.2.n.8.* Huiuſmodi autem falſitas pro-
5 bati poteſt recurrendo ad Matricem, ſi ex ea non conſtet eſſe deſcriptum in catalogo Ordinatorum, ex traditis per Couarruuiam *pract.c.19.verſ.4.* Menochium *remed.4.adipiſcendæ, n.736.& de arbitr.caſ.187. n.431.* & Barboſam *ſupra.*

6 Tertiò, iſte talis puniendus eſt à Dominis Inquiſitoribus. Etſi enim olim de hoc poſſet eſſe controuerſia propter *d.c.2. de Cler. non ordin. miniſtr.* vbi hæc cauſa committi videtur Epiſcopo, eo etiam quod Ordinarius Eccleſiaſticus eſt Iudex in crimine falſi, vt notant DD. *in tit.de crimine falſi*; nihilominus hoc tempore certum eſt DD. Inquiſitores Iudices eſſe in hac cauſa, etſi non priuatiuè ad Ordinarios, ſed cumulatiuè, prout habet Souſa *ſup.n.16* Ita enim definitom fuit à Gregorio XIII. in Bulla *Officij noſtri*, inter Bullas huius Pontificis *n.21.in tom.2.Bullary*, vbi hæc:
7 *Nos itaque vt omnibus difficultas, dubitatioque tollatur, animaduertentes eos qui Preſbyteratu non ſunt inſigniti, & ſe in adminiſtrandis dictis Sacramentis ingerunt, facto Catholicam veritatem impugnare, quæ ſolos Preſbyteros miniſtros eorundem Sacramentorum conſtituendo, illis duntaxat quibus eadem munera congruere exiſtimauit, committi voluit, eorum qui in Preſbyteratus ordine non conſtituti Miſſas celebrant, ac confeſſiones audiunt, vt præfertur, cognitionem, & punitionem ad Inquiſitoris Officium, & Inquiſitores antedictos pertinere, & quod huiuſmodi delicti ratione aduerſus eos inquirere, procedere, & culpabiles repertos punire prædicti Inquiſitores valeant, Apoſtolica authoritate*
8 *præſentium tenore perpetuò delaramus, & definimus.* Quæ conſtitutio licet directa ſolum videatur ad Inquiſitores Hiſpaniæ, locum ſibi vendicat in aliis Inquiſitoribus aliarum Prouinciarum, prout ex Bartholomæo Spino, Peña, & Flauio Cherubino probat Carena *ſup.n.10.& 11.*

Sunt etiam aliæ Conſtitutiones præter dictam Gre- 10
gorij, videlicet Clementis Octaui, quæ incipit *Etſi alias*, quæ extat *3.tom.Bullary*, inter Bullas huius Pontificis *n.81.* vbi Pontifex inhærens aliis Conſtitutionibus Pauli Quarti, & Sixti V. de quibos Locatus *in Iudiciali Inquiſit.inter decreta facta in Congregatione S. Officij Romæ fol.475.& 476.* hæc inquit: *Nos igitur animaduertentes huiuſmodi perditos, & nefarios homines ad Sacrum Presbyteratus ordinem non promotos Miſſarum celebrationem vſurpare præſumentes, non ſolùm actus idololatriæ, ſaltem extrinſecè, ſeu per externa & viſibilia religionis, & pietatis ſigna exercere, ſed etiam quantum in ipſis eſt efficere, vt Chriſti fideles, qui credunt eos ordinatos eſſe, & ritè conficere Sacramentum Euchariſtiæ, idololatriæ crimen ignoranter incurrant, purum videlicet panem, & vinum tanquam verum Chriſti Domini noſtri Corpus, & Sanguinem eiſdem adorandum proponentes, confeſſiones autem audientes non ſolum Sacramenti Pœnitentiæ dignitatem contemnere, verum etiam Chriſti fideles decipere, dum ſcilicet iniquè ſibi aſſumunt gradum Sacerdotalem, & auctoritatem abſoluendi à peccatis magno cum periculo, & ſcandalo plurimorum.*

Propterea, vt grauiſſima hæc ſcelera committentes poſthac debito ſupplicio puniantur. Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac matura deliberatione, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine S. Inquiſitionis iudicium decreuimus conſulere. Et ne in futurum de pœna hiſce delinquentibus imponenda dubitari poſſit, prouidere volentes, ſupradictorum Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, hac perpetuo valitura Conſtitutione decernimus, atque ſtatuimus vt quicunque non promotus ad Sacrum Presbyteratus ordinem, repertus fuerit Miſſarum celebrationem vſurpaſſe, vel Sacramentalem confeſſionem audiuiſſe à Iudicibus S. Inquiſitionis, vel locorum Ordinariis, tanquam Eccleſiæ miſericordia indignus à foro Eccleſiaſtico abiiciatur, & ab Ordinibus Eccleſiaſticis, ſi quos habuerit, ritè degradatus, ſtatim Curiæ ſeculari tradatur per Iudices ſeculares debitis pœnis plectendus.

Poſtea Vrban. VIII. in Conſtit. *Apoſtolatus*, inter 11
Bullas ipſius *n.79.* prædictas conſtitutiones amplians, & extendens inquit: *Vt de cætero perpetuis futuris temporibus, qui impoſterum ad Sacrum Presbyteratus Ordinem non promotus Miſſam celebrare, aut Sacramentalem Confeſſionem audire præſumpſerit, ætate minori annis 25. non excuſetur, quominus eidem Clementis conſtitutioni ſubiiciatur, dummodò vigeſimum ſuæ ætatis annum compleuerit. Ipſeque non promotus ſit delinquẽs, nulla habita conſideratione præfatæ minoris ætatis, ſiue*
Laicus, ſiue Clericus, ſæcularis, aut cuiuſvis Ordinis, 12
Congregationis, Societatis, etiam de neceſſitate exprimenda, Regularis, aut cuiuſvis alterius inſtituti, etiam quantumvis exempti, & priuilegiati, nobiſque, & Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubiecti, necnon Militiarum quarumcunque, etiam Sancti Ioannis Hieroſolymitani fuerit, tradatur Curiæ ſæculari pœnis debitis plectendus. Qnibus etiam addi poteſt, quod vt refert Souſa *ſupra n.12.* idem Papa Vrbanus VIII. per epiſtolam Cardinalis Millini ad Inquiſitorem Generalem Luſitaniæ qnința die Martij anno 1622. datam præceperit, vt prædicta pœna traditionis Curiæ ſæculari plecterentur iſti; qui hoc crimen commiſiſſe reperti fuerint.

Qnibus præiactis dicendum quartò, præfatum N. 13
qui non conſtitutus in Sacerdotio celebrauit, etiamſi fortè vnam tantùm Miſſam dixerit, vel celebrauerit, incurriſſe pœnas dictarum conſtitutionom. Ita expreſsè Souſa *in Opuſc.de ſollicit. tract.1.c.9. n.8. & in Aphoriſmis Inquiſit.lib.1.c.32.n.9.* Et Franciſcus Bordonus *in Sacro Tribunali, c.22.q.8.n.12.*

Primò

14 Primò, quia ad incurrendas pœnas contra tranſ-
greſſores aliorum præceptorum, ſiue naturalium, ſiue
Eccleſiaſticorum,ſufficit vnus actus contrarius dictis
præceptis. Præcepta namque negatiua (quale eſt hoc
de non celebrando niſi à conſtituto in Preſbyteratus
Ordine) ſolo vnico actu violantur, & ita per ſolum
vnum actum incurruntur pœnæ contra tranſgreſſores
illorum taxatæ. Ita vt illud Iacob. 2. *Qui in vno offen-
derit factus eſt omnium reus*, intelligatur quantum ad
pœnam,ſecundum Hugonem,& alios.
15 Secundò ſpecialiter,nam ad incurrendam irregulari-
tatem,& pœnam criminis falſi,quas iſte fingens ſe ſa-
cerdotem, & celebrans incurrit,ſufficit vnus actus, vt
omnes admittunt: ergo etiam ad incurrendas taxatas
pœnas à Summis Pontificibus.
16 Eſt enim eadem ratio,& vbi eſt eadem ratio,eſt ea-
dem lex,*l. illud,ff. ad legem Aquiliam,l. ſi poſtulauerit
§.2.ad legem Iuliam de adulter.l.quidam nummularios,
ff.de edendo*,& aliis iuribus,& DD.*ibid.*
17 Tertiò ex verbis Conſtitutionis Vrbani VIII. per
quàm declarat ſuorum prædeceſſorum Conſtitutiones,
videlicet: *Qui in poſterum ad Sacrum Preſbyteratus
Ordinem non promotus Miſſam celebrare, aut Sacra-
mentalem confeſſionem audire præſumpſerit,*&c.*tradatur
Curiæ ſeculari*, vbi expreſsè loquitur de celebratione
18 vnius Miſſæ tantum.Vtitur enim verbo *Miſſam*,quod
eſt ſingulare, & ſingularis locutio vno contenta eſt,*l.
boues,§.hoc ſermone, ff.de verbor.ſignificat.* Ioannes An-
dreas *c. pluralis de Regulis iuris in 6. & in c.1. de reb.
Eccleſ.non alienand.in 6.* vbi exemplum ponit in alie-
natione rei Eccleſiaſticæ,in qua vnus tantum requiri-
tur tractatus, quia textus vtitur verbo ſingulari.
19 Quartò ex ratione motiua huius legis,ſeu Conſti-
tutionis,ex qua debet deſumi ſenſus ipſius, cum ratio
legis ſit anima legis, *l. cum ratio, ff. de bonis damnat.*
Alexander *conſ.32.n.5.* Thuſcus *practic. concl. tom.6.
litt. R,concluſ.31.n.15.* Ratio autem motiua huius le-
gis,ſeu Conſtitutionis præcipientis vt qui non conſti-
tutus in gradu Sacerdotali celebrauerit, tradatur bra-
chio ſæculari,ea eſt, prout colligitur ex conſtitutione
20 Gregorij XIII. *Officij noſtri*, relata,& ex conſtitutione
Vrbani VIII. *Apoſtolatus*, etiam relata,quia tales *Ca-
tholicam veritatem, quæ ſolos Preſbyteros dictorum Sa-
cramentorum miniſtros eſſe docuit,facto impugnant.* Vel
ea, qua vſus eſt Clemens VIII. in conſtitutione,*Etſi
aliàs*, ſimiliter relata,quia ſcilicet tales *Non ſolũ actus
idololatriæ,ſaltem extrinſecè ſeu per externa,& viſibilia
21 religionis, & pietatis ſigna exercent; ſed etiam quan-
tum in ipſis eſt*, efficiunt, *vt Chriſti fideles idololatriæ
crimen incurrant*,&c. vtraque autem ratio ex iſtis ſalua-
tur, & verificatur in caſu celebrationis vnius tantum
Miſſæ. Ex quo ſequitur comprehendi ſic facientem
dictis conſtitutionibus,& pœnis ipſarum.
22 Quintò, quia talis pœna infligitur iſti delicto,quia
illud committens redditur vehementer ſuſpectus de
hæreſi hæreticorum noſtri temporis aſſerentium,quod
etiam Laici,& ſeculares ſint miniſtri Sacramenti Eu-
chariſtiæ,vel quia abutitur Sacramento venerabili Eu-
chariſtiæ,ſaltem facto ipſo, vt Pontifices dixerunt; vel
quia facit opus malum ab hæreticis laudatum,& com-
mendatum. Hæc enim omnia cauſant huiuſmodi ve-
hementem ſuſpicionem hæreſis, vt latè Carena, Sou-
ſa, & Bordonus relati; quibus adhæret Caſtrus Pa-
laus *p.1.tr.4. diſp.8. punct.16. §.9.* quæ etiam proce-
dunt in caſu celebrationis vnius tantum Miſſæ, prout
ex ſe patet.
23 Sextò id maximè ſuadetur tollendo ſcrupulum,pro-
pter quem oppoſitum affirmari poſſet.Videlicet, quia
in conſtitutione relata Gregorij XIII. dicatur in nu-
mero plurali,*eos qui in Preſbyteratus ordine non conſti-
tuti Miſſas celebrant*, verbum enim *Miſſas* in plurali
ſumptum plures Miſſas,& non vnam tantum exigere
videtur,*l.vbi numerus,de verbor.ſignificat.*Et in conſti-
tutione Clement. VIII. dicatur etiam in numero plu-
rali *Miſſarum celebrationem vſurpare præſumentes*,quo
etiam excludi videatur vnica celebratio Miſſæ.
Tollitur autem hic ſcrupulus. Primò, quia vt benè 24
conſiderant ad alium caſum ſimilem infra referendum
Vgolinus loquens de Cenſura Bullæ Cœnæ contra le-
gentes libros hæreticorum *in gloſſa,ac eorundem libros
num.1.*& Farinacius *de hæreſ q.180.num.19.* ideo vter-
que Pontifex vſus eſt plurali numero *Miſſas*,quia lo-
quebantur de tranſgreſſoribus etiam in numero plu-
rali,videlicet ibi: *Qui in Preſbyteratus Ordine non con-
ſtituti*, & ibi: *Non promotos celebrationem Miſſarum* 25
vſurpare præſumentes. Secundò,quia certa res eſt,quod
pluralia numeri appellatione venit etiam ſingularis,
quando eadem eſt ratio in vno ac in pluribus, prout
contingit in propoſito,& ex variis iuribus,& Docto-
ribus probat Barboſa *de appellat. verb. Iur. ſignif. ap-
pell.169.n.1.* Itaut numerus pluralis reſoluatur in ſin-
gularem,quando eadem eſt ratio vtrobique, prout ex
iuribus etiam, & Doctoribus probat Illuminatus Mo- 26
ton.*in reſponſ.reſp.58.n.4.* & plures pro vno reputen-
tur,& habeantur, prout etiam ex iuribus, & DD.pro-
bat Maſcardus *de probat. vol. 3. concl.1249.n.52.* Ex
quo ſequitur idem eſſe in his Pontificiis conſtitutio-
bus *Miſſas* celebraſſe,ac vnam tantum *Miſſam* dixiſſe.
Quod tertiò roboratur appoſitiſſimo exemplo ab 27
Vgolino,& Farin.ſupra relato,multis aliis quæ adduci
poſſent prætermiſſis. Nam in Bulla Cœnæ Domini
excommunicantur *retinentes,ſeu legentes libros hæreti-
corum* in numero plurali,& tamen certum eſt,& indu-
bitatum apud omnes, quod ad incurrendam huiuſ-
modi excommunicationem ſufficiat retinere, aut lege-
re vnum librum alicuius hæretici.
Pariter ergo in præſenti dicendum, numerum plu- 28
ralem *Miſſas* denotare etiã ſingularem Miſſam. Quar-
tò, etiam dato, & non conceſſo, quod Gregorius, &
Clemens plurium Miſſarum celebrationem ad præfa-
tas pœnas incurrendas requiſierint,quia tamen Vrba-
nus VIII. ipſorum Conſtitutiones amplians,& exten-
dens,vt patet illis verbis, *amplіantes,& extendentes*,
cum expreſsè dixerit in numero ſingulari: *Non pro-
motus Miſſam celebrare præſumpſerit*,cenſendus eſt ex-
tendiſſe dictas Conſtitutiones ad vnam tantũ Miſſam
celebrantes; quod præſertim maiorem vim accipit ex 29
eo quod quando ſunt duæ leges contrariæ, poſterior
corrigit,& emendat priorem, prout communiter DD.
Rigidiſſimã porrò hanc pœnam his conſtitutioni- 30
bus Papalibus pro hoc crimine deſignatam ſtatim ratio-
ni conſonam eſſe, non ſolùm confirmat quod hoc ne-
fas tam grauiſſimum ab Eccleſia reputatum fuerit, vt
propterea antiqui Pontifices eidem pœnã non ſtatuiſ-
ſe videantur,vt habent Bern. Diaz *pr.c.12. in princ.*&
Palaus *ſup.*ſed etiam,quia ſtando in iure diuino vete-
ris teſtamenti non obſcurè indicata fuerit.
Primò,in Core,Dathan,& Abiron,ac 250.viris, *Nu-* 31
*meror.16.*qui propter affectatum Sacerdotij munus vi-
ui in terra abſorpti,vel igne ſunt interfecti. Secundò,
in Ozia Rege Iuda,qui prout habetur 2.*Paralipom.26.*
quia *adolere voluit incenſum ſuper altare thymiama-
tis* (Sacerdotali more,& prout Ioſephus addit *ſumpto
ſacerdotali habitu*) *orta eſt lepra in ore eius coram Sa-
cerdotibus*,&c.& *fuit leproſus vſque ad diem mortis ſuæ.*
Nec obſtat quod prædicta pœna relaxationis ad
brachium ſæculare non ſit in vſu in aliquibus Inqui- 32
ſitionibus,vt in Hiſpanica,vt teſtatur Palaus *ſuprà*,ne-
que in Luſitanica, prout Souſa *d.cap.35.num.12.* nec
in Sicula,prout refert Diana *4.part.tract.7. reſolut.1 1.* 33
Credendum enim eſt,ideo hoc eſſe,quia caſus qui con-
tigerunt in his partibus, haberent aliquas circumſtan-
tias minuentes delictum,vt propterea à pœna ordina-
ria recedendum iudicarent DD. Inquiſitores illorum
Tribuna

Digitized by Google

33 Tribunalium, prout colligitur ex caſibus, quos hi authores referunt, & ex iis quæ habet Carena *ſup.* § 7. adiungens etiam *ibid. n.* 13. hæc: *Si enim nulla huiuſmodi circumſtantia interueniſſent, vtique decretum SS. Domini* (ſcilicet Vrbani VIII. iam relatum) *debuiſſet ad vnguem obſeruari, & illud ſine dubio obſeruaſſent Hiſpani, qui ſemper fuerunt & piſſimi, & Sedi Apoſtolicæ obſequentiſſimi.* Addimus nos; id quod diximus de ſeueritate huius pœnæ, ſaltem eſſe de iure communi, quiquid ſit de conſuetudine aliquarum Prouinciarum.

34 Id etiam confirmant duo caſus, quos Tilmannus Brudenbenſis *lib.* 1 *ſacrar. collat. c.* 60. *& l.* 9. *c. etiam* 60. refert, videlicet primò, quod cum in Pariſienſi Vrbe in Eccleſia S. Mariæ quidam non Sacerdos ſacrilego auſu Sacrum celebrare tentaſſet, in ipſo acceſſu ad altare ſordidas, & impuras eius manus Sacro Sacerdotali chriſmate non delibutas flamma de cœlo cadens abſumſerit. Item quod cum in Vrbe Godnenſi Hollandiæ Caluiniani quidam Miſſam ioco, & ludibrio facerent, cùm ad illa verba *Agnus Dei*, perueniſſent, nuncius venit vxoris illius qui ſacerdotium fingebat, dicens acerbiſſimis doloribus partus excruciari, & quod cum re cognita domum perreaiſſet, vxorem binos maſculos peperiſſe inuenerit, & Miſſam exſibilauerit; ſed Deus iuſto furore percitus, paulò poſt ambobus filiis, deinde vxori, & ficto Sacerdoti necem inopinatam intulerit.

35 Item alius qui refertur in prato ſpirituali, *c.* 196. de tribus pueris Apamienſibus, qui cum ioco verba conſecrationis, Sacerdotum more proferrent, ignis cœlitus delapſus ſaxum ſuper quod id faciebant, panem, & vinum, quod appoſuerant, omnino conſumpſerit, ipſoſque ſemimortuos (quia puerili leuitate id geſſerant) reliquerit. Quæ ſanè confirmant flagitium de quo in præſenti agimus, dignum morte, etiam iure diuino, cenſeri debere.

36 Monendus ergo eſt conſulens, vt ſpontè compareat coram Tribunali S. Inquiſitionis, & ibi fateatur ſuum delictum, humiliter veniam petens, ſicque illam conſequetur, iuxta praxim, & benignitatem huius Sacri Tribunalis, quam referunt Guido Fulcodius Cardinalis, & poſtea Papa Clemens IV. dictus, *q.* 2. *ad Inquiſitores*, Concilio Bitterenſi, quod Fulcodius appellat Tholuſanum, Peña *in Commentar. ad Eimericum in director.* 3. *part. Commentar.* 12. Batiola *in Aphoriſmis iuris, verbo ſpontè*, & communiter alij, qui de S Inquiſitionis rebus tractant.

37 Sunt autem aliquæ conditiones neceſſariæ, vt prædictus N. & alij gaudere poſſint hoc beneficio ſponte comparentium. Prima, & præcipua eſt, quod nullis præuenti indiciis coram fidei Iudicibus compareant. Colligitur *ex l. ſponte, de muneribus, & honoribus, l.* 4. *§. fin. C. de Sicar. l.* 2. *C. de his qui latron.* Fulcodius autem relatus allegat *l. fin. verſ. Domini, C. de his qui latron. & text. in l.* 2. *§. ſi modo ff. ad Tertyll.* Archidiaconus *in c. vt commiſſi, verbo obedientes, de hæret. in* 6. Peña *ad Director. p.* 3. *comment.* 12. Farinacius *de hæ-*

38 *reſ. q.* 193. *num.* 18. Carena *part.* 2. *tit.* 18. *n.* 1. Vnde qui indiciis præuenti fuerint, pro ſponte comparentibus non habentur; niſi fortè indiciorum nullam eos habuiſſe ſcientiam conſtiterit. Farinacius *ſupra*, & alij communiter. Vnde patet ſolutio plurium caſuum, qui contingere poſſunt.

39 Primus eſt de eo qui non eſt vocatus, nec citatus, ſed eſt ductus ad S. Tribunal propter aliud crimen ad idem Tribunal ſpectans, & in eodem inſtanti ipſe fatetur delictum ſuum. Etſi enim tunc mitiùs cum illo agendum videatur, prout colligitur ex Paulo Garzia *in praxi, fol.* 13. & Carena *p.* 3. *tit.* 8. *§.* 7. & etiam ex Locato *inter caſus deciſos Placentiæ, caſ.* 7. Nihilominus ſimpliciter, & abſolutè non debet dici ſpontè cōparens.

Primò, quia iam eſt indiciis præuentus; ſiquidem eſt perductus ad S. Officium propter delictum ad ipſum ſpectans. Secundò quia non de illo ſuſpicari potteſt, metu probationum confeſſum fuiſſe ſuum delictum, nempe quia ſuſpicabatur, vel ſuſpicari poterat ſe præuentum. Tertiò, quia vt habet Peña relatus, & ex ipſo Farinacius eo *n.* 18 ſpontè veniens dicitur is qui nullo præcedente ſtimulo Iudicem adit; hic autem de quo in præſenti, non Iudicem adiit, ſed ad Iudicem eſt ductus, nec operatus eſt ſine ſtimulo. Nam conſcientia ſtimulabat ipſum. Etenim conſcientia quaſi gladius pungit, Prouerb. 12. Ad quod deſeruit ſatis appoſitè illud Sapientiæ 17. *verſ.* 10. *Cùm ſit timida nequitia, dat teſtimonium condemnationis; ſemper enim præſumit ſæua perturbata conſcientia.* Vnde illud commune: *Nocens metuit pœnam.* Congruit & illud Iac. *cap.* 15. de mala conſcientia: *Sonitus terroris ſemper in auribus illius, & cum pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur. Non credit quod reuerti poſſit de tenebris ad lucem circumſpectans vndique gladium.* 40 41

Quartò, quia quando aliquis ſcit rumorem eſſe, quod ſit accuſandus, & quod aliquis ſit præparatus ad accuſandum illum, tunc etiamſi ipſe ſe accuſet non cenſetur ſpontè comparens, Decian *in tr. crim. lib.* 5. *c.* 56. *n.* 12. poſt Alphonſ. de Caſtro, quem refert Farinac. *ſup. n.* 37. poſt Ludouicum à Paramo. Hic autem, de quo in præſenti, videns ſe in Sancto Officio, facilè credere poterat rumorem eſſe de ſuo delicto. 42

Quintò, quia querelatus in S. Officio non cenſetur ſpontè comparens. Eymericus *p.* 3. *director. n.* 56. Peña *Comm.* 12. Bordon. *de S. Tribun. c.* 30. *n.* 24. Iſte autem, ſi quidem perductus eſt ad Sanctum Officium, cenſetur querelatus in ipſo. Secus eſt de illo, qui ignorat ſe eſſe præuentum, cum tamen reuera præuentus ſit, vel denunciatione, vel alio modo, talis enim pro ſpontè comparenti haberi debet, & talium beneficio gaudere. Ratio eſt, quia quantum eſt ex ſe, & ex parte ſua, ipſe omnino ſponte comparet, & per accidens eſt reſpectu illius ea præuentio. Farinacius *ſup. n.* 28. 36. *&* 37. Carena ſupra *titul.* 18. *relato, n* 9. Animaduertens *n.* 3. ex circumſtantiis conjicere poſſe iudicem, an reuera ignorans præuentionem cenſeri debeat. 43 44

Ex quo patet quid dicendum ſit, cum quis comparet præuentus de aliquo crimine, v. gr. de blaſphemia aliqua, & ipſe ſpontaneè fatetur alias blaſphemias, de quibus nullo modo eſt præuentus, aut indiciatus, tunc enim diſtinguendum eſt. Aut enim dubitat ſe præuentum eſſe etiam quoad illas; aut non dubitat, quia certò ſcit eas protuliſſe quando nulli aderant teſtes. In primo caſu non debet haberi pro ſponte comparente, ſed eius confeſſio credenda facta metu probationis, & non omnino ſpontaneè, iuxta dicta ſuperius. Secus verò in ſecundo caſu, propter oppoſitam rationem, ſcilicet quia quoad has blaſphemias nec eſt præuentus, nec poteſt præueniri, cū ſint omnino occultæ. Carena *ſup. n.* 6. *&* 7. ex Farinacio, & Peña. 45

Secunda conditio, vt is, & alij frui poſſint beneficio ſpontè comparentium, eſt, vt fateantur integrè, & perfectè ſuum delictum. Ita enim habetur in Concilio Bitterenſi, *c.* 2. illis verbis: *Infra quem terminum venientes pœnitentes, & dicentes plenam de ſe, & de aliis veritatem, habeant impunitatem, &c.* Colligitur etiam *ex c. quem pœnitet de pœnit diſt.* 1. illis, *Quem pœnitet omnino pœniteat.* Et *de pœnit. diſt.* 3. *Can.* 42. illis *Quædam enim impietas infidelitatis eſt ab illo qui iuſtus, & iuſtitia eſt, dimidiam ſperare veniam. Iam enim foret ſine pœnitentia inuenire gratiam.* 46

Tertiò colligitur ex eo, quod hæc confeſſio ſpontanea quæ fit in S. Officio, comparatur quantum ad hoc confeſſioni Sacramentali, per quam non obtinetur venia, niſi fuerit plena, & completa. Peña *part.* 2. 47

Direct. q.34. comm 9. Bordonus *de Sac. Tribun. c.30. n.23. & 24.*
48 Cum grano tamen ſalis hæc accipienda, quia agitur de vita hominis. Accipi enim debent quando
obliuio non præſumitur, & diminutio plenè probatur.
Symanch. *Cath. Inſtit. tit.48. num.27.* Rojas *de hæret.*
p.2. n.235. Peña *in comm. ad 3. p. Direct. comm.59.* Souſa
in aphoriſm. lib.2. c.48. n.11. In hoc tamen iudicia
49 prudens arbitrium attendendum eſt. Rojas *de hær.*
p.1. n.90. Peña *d. comm.59.* Souſa *ſupr. n.9.* Ad hoc autem vt prudens ſit, attendere debet ad delinquentis
ingenium, an ſit obliuioſus, ſtupidus, an verò tenax,
& memoratus. Peña *ſup.* Souſa *ſup.* Præſumi etiam po-
50 teſt obliuio in factis antiquis, & in numero eorum criminum quæ delinquens habet in conſuetudine. Peña
51 *ſup.* Souſa *lib.1. c.16. n.6. & 7.* Si diminutio non plenè
probetur, & conſiderabilis ſit, danda eſt reo tortura
iuxta probationis qualitatem. Cantera *in qq. crimin.*
rubr. de hæret. c.1. n.57. Farinacius *de hæreſi quæſ.185.*
n.133. Souſa *dict. cap.48. n.12.*
52 Hæc porrò, quæ dicta ſunt, applicari proportionaliter debent etiam pro caſu quo celebrans non ſacerdos incipiat celebrare Miſſam, quamuis illam non perficiat, nec verba conſecrationis proferat. Prout tradunt Souſa *in opuſcul. de ſollicitant. tract.1. cap.9. n.19.*
Et *in aphoriſm. Inquiſit. lib.1. c.32. n.6.* Carena *de offic.*
S. Inquiſit. p.2. tit.11. §.3. n.15. in fine, Bordonus *de*
S. Tribunali, cap.22. dub.10. n.5. & illuſtriſſimus Inquiſitor Traſmiera *in ſtimulo fid. quæſ.4. cap.5. num.7.*
Ratio eſt, quia etiam in tali caſu reperitur abuſus Sacramenti, ſcilicet Venerabilis Euchariſtiæ, quod in
Miſſa celebratur. Etenim confeſſio, introitus, Collecta,
Epiſtola, & alia quæ ſunt ante conſecrationem, ſunt
partes integrales Miſſæ, & non deſinunt eſſe tales
etiamſi Miſſa non perficiatur. Vnde ſic faciens redditur ſuſpectus de fide, quia facto ipſo denotat illa
fieri poſſe à non Sacerdote, prout hæretici contendũt.
53 Si verò dicatur ex hoc etiam ſequi, quod qui non
ſacerdos, ſed fingens ſe ſacerdotem audiat confeſſionem alicuius, non proferendo verba abſolutionis, incurrat etiam pœnas dictarum Conſtitutionum Summorum Pontificum, cuius oppoſitum tenent Rodriguez *tom.2. qq. regul. q.18. art.2.* Rodericus à Cunha
de confeſſar. ſollicit. q.13. n.14. Sanctarellus *de hæreſ. cap.42. dub. vnic. n.5.* Barboſa *c.1. n.7. in fin. de*
Clerico non ordin. miniſtr. Carena *p.2. de offic. S. Inquiſ. tit.11. §.1. n.14.* Quibus etiam fauet Ioannes
Sancius *in ſelect. diſp.11. n.36.* Quorum præcipuum
fundamentum eſt, quia Clemens VIII. in ſua Conſtitutione comprehendit *confeſſiones audientes,* & qui
ſibi aſſumunt *authoritatem abſoluendi à peccatis:*
vtrumque ergo requiritur. Clarius Gregorius XIII.
in ſua conſtitutione ſuper hac re edita: ſolùm enim
videtur loqui de illis, qui non ſolùm audiunt confeſſiones, ſed etiam abſolutionem impendunt. Dicit
enim: *Ad aures noſtras ſiquidem nuper peruenit, multos eſſe qui dubitent, an contra eos qui in ſacro Preſbyteratus ordine non conſtituti Miſſas celebrare, confeſſiones audire, ac abſolutionem impertiri,* &c. Etenim
dictio illa *ac,* poſita cum illo verbo, *abſolutionem impertiri,* eſt copulatiua, & ponitur pro *&,* prout ex iuribus, & Doctoribus probat Barboſa *in Tract. de dictION. dict.3. n.1.* Copulatiua autem copulatorum requirit concurſum, ſecundùm regulas Iuris. Prout de
dictione *&,* dixit Giurba *conſ. crim.77. n.3.* & Barboſa
in tract. de Dict. dict.110. n.9. Secundò, quia talia non
conficit Sacramentum, ſiquidem non abſoluit, in quo
poſita eſt huius Sacramenti perfectio.
54 Nihilominus probabilius videtur oppoſitum, ſcilicet eum qui Sacerdotem ſe fingens audit confeſſionem alicuius, etiamſi illum non abſoluat, nec verba
abſolutionis ſuper ipſum proferat, comprehendatur
in dictis conſtitutionibus. Prout tenent Freytas *in*
edit. nouiſſ. de ſollicit. q.13. n.36. Souſa *in aphoriſm. Inquiſ. lib.1. cap.33. num.3. & in opuſc. de ſollic. tract.1.*
cap.9. num.3.4. & 7. Bordonus *de S. Tribun. cap.22. q.10.*
num.5. Et Illuſtriſſimus Traſmiera *in ſtimulo fidei, q.4.*
cap.5. n.7. referens etiam Alberghinum *cap.25. n.6.*
Conſequenter ergo ad hanc ſententiam dico pri- 55
mò. Non ſacerdos fingens ſe ſacerdotem, & audiens
confeſſionem alicuius, etiamſi illum non abſoluat, aut
verba abſolutionis ſuper ipſum proferat, punitur à
Dominis Inquiſitoribus, & comprehenditur in Pontificiis Conſtitutionibus. Ita colligitur ex Conſtitutionibus Pontificiis Pauli IV. Gregorij XIII. Sixti V. &
Clement. VIII. quas affert, & explanat Scortia *in*
Bulla Pontif. epit.162. theorem.403. Zipæus *in iure*
Pontif. lib.5. tit. de Cleric. non ordinato celebrante, Franciſcus Leo *in Theſaur. fori Eccleſ. p.3. c.4. n.58.* Emanuel de Moura *de incant. opuſc.1. ſect.3. c.3. n.9.* Sanctarellus *de hæreſ. cap.42. dub. vnic. n.5.* Homobonus *in*
conſult. part.1. reſp.150. volum.1. Aldrete *de relig. diſcipl. lib.2. c.20. n.14.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.3. alleg.120. n.18.* Souſa *opuſc. de ſollic. tract.1. c.9. n.1.* &
Diana *p.4. tract.7. reſolut.11.*
Ratio eſt, quia talis etiamſi non abſoluat, audien- 56
do tamen confeſſionem dicitur eſſe miniſter talis Sacramenti, eo quòd confeſſio ipſa etiam ſecluſa abſolutione eſt pars ſacramentalis, cuius ſignum eſt non
ſolùm quia pœnitens ea intentione manifeſtat ſua peccata, vt ſuppono, ſed etiam, quia ipſa audiens illa, ſecundum communem ſententiam tenetur ſub ſigillo
ſacramentali ſeruare ſecretum. Ex quo ſequitur abuti
Sacramento Pœnitentiæ, qui abutitur Sacramentali
confeſſione, quæ eſt pars talis Sacramenti.
Secundò ex conſtitutione Clementis VIII. illis 57
verbis: *Statuimus vt quicunque non promotus ad Sacrum Presbyteratus Ordinem repertus fuerit Miſſarum celebrationem vſurpaſſe, vel ſacramentalem confeſſionem audiuiſſe,* &c. Tertiò ex Conſtitutione Vrbani
VIII. vbi amplians conſtitutiones Gregorij, & Cle- 58
mentis, inquit: *Vt de cetero perpetuis futuris temporibus qui in poſterum ad ſacrum Presbyteratus Ordinem non promotus Miſſam celebrare, aut Sacramentalem confeſſionem audire præſumpſerit,* &c. Quartò, quia, 59
vt inquit Souſa ſuprà: *Malitia huius criminis conſiſtit in abuſu Sacramenti cum notabili detrimento proximi, & qui hoc facit, eſt de fide ſuſpectus, factoque approbat quod hæretici huius temporis falsè aſſeuerant.* Quæ omnia verificantur ſolùm per auditionem
confeſſionis, etiamſi abſolutio non tribuatur.
Quintò à ſimili, quia non ſacerdos, qui celebraret 60
tantum partem Miſſæ; ſcilicet introitum, collectam,
Epiſtolam, Euangelium, &c. etiamſi non proferret
verba conſecrationis, aut perficeret Miſſam, eſſet
transgreſſor dictarum conſtitutionum Pontificiarum,
vt tradunt Souſa, Carena, Bordonus, & Transmiera, quos retuli ſuprà *num.52.* Pariter ergo non ſacerdos qui tantum audiret confeſſionem alicuius, etiamſi ipſum non abſolueret, reus eſſet talium conſtitutionum. Sicut enim introitus, collecta, Epiſtola, Euangelium, &c. ſunt partes Miſſæ, ſic etiam confeſſio ſine abſolutione eſt pars Sacramenti pœnitentiæ.
Quare ad fundamentum contrarium deſumptum ex 61
conſtitutione Clementis VIII. dico quod licet in parte narratiua conſtitutionis ſic loquatur Pontifex, in
parte tamen diſpoſitiua ſolum loquitur, prout vidimus,
de audientibus confeſſionem, nulla facta mentione de
proferentibus verba abſolutionis. Quamuis autem
pars narratiua conſiderari debeat ad intelligentiam
conſtitutionis, influit in diſpoſitiuam, eo quòd legiſlator mouetur ad diſponendum ex iis quæ narrauit; nihilominus multò magis attendi debet ad
diſpoſitiuam, quia in ipſa legiſlator declarat
expreſsè

Digitized by Google

expreſsè ſuam mentem. Vnde verba narratiua non efficiunt plenam probationem, *l.ex hac, ff. de donat. l.ex his verbis, Cod. de teſtament.milit.* cum ſimilibus, de quibus Maſcardus *de probat. concl.*622. & alij, & generaliter habetur pro axiomate iuris, *Facti narratio non facit ius*, de quo ex varijs iuribus, & Doctoribus Barboſa *in axiomat.iuris,axiomat.*93.*n.*1.

62 Deinde dico, ideo Papam poſuiſſe in narratiua ſuæ conſtitutionis vtrumque, ſcilicet audire *confeſſiones*, & aſſumere *authoritatem abſoluendi*, quia regulariter, & vt in plurimum ita contingit. Iſti enim ficti ſacerdotes, ne manifeſtent ſuam fictionem, & delictum, cum audiant confeſſiones, etiam ſolent proferre abſolutionis verba. Et vt habet axioma iuris deſumptum ex *l.ſi cui, ff.de annuis legat.* pro quo plures extant Doctores apud Barboſam *ſup. n.*26. *factum præſumitur quod fieri conſueuit.* Vide Bordonum *ſupra.*

63 Idem dicendum ad verba conſtitutionis Gregorianæ, ſcilicet ideo vtrumque poſuiſſe Gregorium in dicta conſtitutione, quia regulariter, & vt in plurimum vtrumque fit ab huiuſmodi fictis ſacerdotibus, ſeu confeſſarijs. Addendum etiam dictionem *ac*, qua vtitur, illis verbis *ac abſolutionem impertiri*, regulari poſſe per dictionem *&*, cui eſt ſimilis: dictio autem *&*, quamvis ſit copulatiua, ſæpius tamen ſumitur pro *vel*, & eſt disiunctiua, vt manifeſtè in conſtitutione Gregorij XIV. ſuper immunitate Eccleſiarum, vbi Pontifex dicit ea frui non poſſe illos, *q.i homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſijs* cummiſe-

64 rint: ea enim dictio *&*, ſumitur disiunctiuè pro *vel*, prout dixi 3. *tom Summæ, verbo Immunitas Eccleſiarum, num.*11. & ita recipitur communiter. Id etiam probat Barboſa *in tract.de dictionib.dict.*110, *num.*28. ex Oldrado, Portoles, Buttario, & Thoſauro, in caſu quo quis diceret: *Concedo tibi omnia; quæ talis exercere poteſt de iure, & conſuetudine*, quia tunc declaratur talis conceſſio, ac ſi diceretur *de iure, vel conſuetudine.* Sic ergo in præſenti noſtra conſtitutione Gregorij XIII. dictio *ac*, declarari poteſt pro *vel.* Cuius ſignum eſt, quod ipſemet Gregorius in eadem conſtitutione ante verba relata in argumento ſolùm loquitur de illis qui *ſe in adminiſtrandis dictis Sacramentis ingerunt.*

65 Secundum fundamentum corruit ex dictis. Non ſolùm enim dicitur conficere hoc Sacramentum qui verba abſolutionis profert, ſed etiam qui audit confeſſionem peccatorũ: ſiquidẽ talis confeſſio eſt ſacramentalis, & pars ipſius Sacramenti, vt dictum eſt

66 Dico tamen ſecundò, prædictis non obſtantibus, fictus Sacerdos audiens confeſſionem alicuius, & eum non abſoluens, non eſt rigoroſè puniendus pœna ordinaria dictarum conſtitutionum quoad traditionem brachio ſeculari. Ita expreſsè Bordonus *ſup. n.*6. fauet Souſa *d.c.*33.*n.*4. *& in opuſc. de ſollicit. tract.*1. *cap.*9. *num.*10. dum inquit, quod qui ſolùm generalem confeſſionem audit, non autem ſpecialem peccatorum, etſi ſubijciatur iudicio Inquiſitorum, mitius tamen puniri debere.

67 Eadem refert, & non impugnat Diana *p.*4.*tract.*7. *reſol.*11. *§. ſed difficultas.* Magis fauet Illuſtriſſimus Traſmiera relatus ex Alberghino, loquens de illo qui fingens ſe eſſe Sacerdotem, eius confeſſionem audit, ſed non abſoluit. Dicit enim: *Vel ſaltem certum eſt puniendum eſſe ab Inquiſitoribus pœna extraordinaria; ſi non ea, quæ eſt decreta in Pontificiis Conſtitutionibus; vt rectè docet Alberghinus, num.*10. Huius autem ratio eſt, quia tradere aliquem Curiæ, ſeu brachio ſeculari, eſt ſumma, & grauiſſima pœna, cum ſit idem

68 ac tradere morti, ſeu vltimo ſupplicio, ac per conſequens debet eſſe propter delictum conſummatum in illo genere, vt ſeruet proportionem cum illo, iuxta illud Deuteron.25. *Pro menſura delicti erit & plagarum modus.* Præſertim quia pœna debet commenſurari delicto, *l. Paulus reſpondit ff.ad Trebell. l.reſcriptum, ff.de his quibus vt indign.* Et non debet vltra delictum protrahi, *cap.quæſiuit 2.de iis quæ fiunt à maior. part.* Cum ergo Sacerdos iſte fictus non perfecerit, aut conſummauerit delictum adminiſtrationis Sacramenti Pœnitentiæ, ſed dumtaxat illud inchoauerit, puniendus non erit ea pœna, qua ille qui illud compleuerit, & perfecerit, abſoluendo videlicet.

Deinde, quia vt bene Farinacius *in pract.crim.q.*17. *num.*49. inquit: *Ex communi, & generali totius mundi conſuetudine hodie nunquam puniuntur attentatum, ſicut conſummatum in quocunque etiam grauiſſimo, & atrociſſimo crimine.* Pro quo affert Alexandrum, Iaſonem, Angelum, Boërium, Gomez, Afflictum, & quamplures alios. 69

Item quia conatus in delicto non punitur pœna ordinaria, ſed mitiori, & extraordinaria, prout ex Afflictu, Claro, Farinacio, Quaranta, & Nauarro affert Bordonus *ſup.num.*17.*&* 18 Concludens, quod in caſu noſtro auditionis confeſſionis *imponenda ſolùm eſt ſuſpenſio, ſeu depoſitio ab exercitio horum Sacramentorum in perpetuum, cum pœna triremium ad quinquennium, plus, aut minus iuxta qualitatem delicti probati.* Vel vt Souſa *ſupra c.*32. *n.*13. *Pœna ſic arbitrari poteſt, vt ſi fictus Sacerdos fuerit laicus, ac vilis perſona, fuſtigetur, ac ad triremes mittatur, & aliqua ſpirituales pœnitentia ei addantur. Si verò fuerit perſona honeſta, aut religioſa, damnetur ad triremes. Quod ſi talis ſit qualitatis, vt ad triremes mitti non debeat, in exilium mittatur, & ſi fuerit in aliquo ordine, ab eo ſuſpendatur toto exilij tempore. Si delictum aliquas circunſtantias habuerit aggrauantes, addantur aliæ pœnæ ſecundum earum qualitatem.* Dicit etiam Diana *ſupra*: *Supradicti rei ſi ſint Religioſi, vel Sacris Ordinibus initiati, non fuſtigantur, quod generaliter dictum eſſe volo pro omnibus alijs delictis.* 70 71

CONSVLTVM XXII.

De exemptione cuidam Monacho conceſſa.

SVMMARIVM.

1 *Dubium ex facto ortum.*
2 *Abbatis titulus in quibus Religionibus conceditur.*
3 *Inſolita aggredi non debent.*
4 *Abbas ſolo nomine ventoſam dignitatem repræſentat.*
5 *Titulus aliquando eſt non titulus.*
6 *Titulus Reuerendiſſimi an tolerandus.*
Eſt proprius Epiſcoporum, vel Abbatum. ibid.
7 *Sunt in dignitate conſtituti.*
8 *Et Dominorum Inquiſitorum.*
9 *Et generalium.*
10 *Hoc priuilegium exemptionis an concedi potuerit.*
11 *Eſt contra bonum regimen Religionis.*
12 *Decreta Summorum Pontificum.*
13 *Hæc exemptio videtur quædam diſpenſatio in voto.*
14 *Doctores huius ſententiæ.*
15 *Concedi poſſet pro aliquibus caſibus.*
16 *Et cum quadam limitatione.*
17 *Maximè ſi talis Abbas eſſet Abbatia deperdita.*
18 *Declaratio S Congregationis.*
19 *Hæc exemptio eſt contraria intentioni Summorum Pontificum.*
20 *An contradicat voto obedientiæ.*
21 *Derogat valdè ipſi.*
22 *De conſtitutionibus Religionis.*

23 *Bulla Pauli III.*
24 *Præfatus Monachus non fruitur priuilegijs veri Abbatis.*
25 *Decretum Sac. Congregationis Concilij circa facultatem conceſſam Abbatibus ad conferendam tonſuram, & minores ordines.*
26 *S. Rota Rom. deciſio ad intentum.*
27 *Alia ad idem.*

IESVS MARIA.

CASVS.

1 QVIDAM Monacho Præſidens Capituli generalis conceſſit titulum Reuerendiſſimi, & Abbatis, eximens illum ab obedientia Superioris immediati, & facultatem concedens, vt eligeret ſocium qui eadem exemptione gauderet.

Quæritur autem an licitè, vel validè fuerit facta huiuſmodi conceſſio, nunquã antea in illa Religione viſa.

Reſponſio.

2 QVod attinet ad titulum Abbatis, quamuis admitti poſſet hæc conceſſio in Religionibus, quibus talis vſus increbuit, vt de Benedictina dicitur, præſertim, quia hoc poteſt eſſe conueniens ad bonum regimen Religionis, & honorandos viros graues, & benemeritos illius; nihilominus tamen inconueniens videtur illum introducere.

3 Inſolita enim aggredi non debent, *Argument. l. ſi negotia, ff. de negot. geſt.* Et huiuſmodi priuilegia inſolita ſolent in Religionibus turbas, & tragœdias excitare, præſertim quia, vt dixit Rota in vna Hiſpa-
4 lenſi *Præeminentiarum*, coram Peña 24. Octob. 1611. *Abbas ſolùm nomen Abbatis, non autem dignitatem, ſeu adminiſtrationem cum iuriſdictione habens, ſolùm impropriè, & abuſiuè Abbas vocatur, ex eo quod quandam ventoſam dignitatem repræſentat.* Et ſecundùm
5 Bordonum *in deciſionib. deciſ.* 418. ſolùm æquiuocè eſt Abbas. Vnde de tali titulo Abbatis verificatur id quod inquiunt Speculator *de inſtrum. edit.* §. 1. & Bertachinus *in repertor. verb. Titulus*, Titulus aliquando eſt non titulus.

6 Idem dicendum de titulo Reuerendiſſimi, etſi enim tolerandus eſſet in Religionibus, vbi eſt talis vſus, vbi tamen non fuerit, reijciendus videtur, eo quod eſt proprius Epiſcoporum, vel ſaltem Abbatum veram, & legitimam adminiſtrationem, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentium, *l. in contractib.* §. *in omni verò tempore, C. de non num. pec. ibi, per virum Reuerendiſſimum Epiſcopum, aut Vicariorum generalium*
7 *Epiſcoporum*, quia tales ſunt in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti, ſuntque Prælati veram iuriſdictionem habẽtes, *c. non putamus*, iuncta Gloſſ. *verb. videatur, de cõſuetud. lib.* 6. *c. Romana, in princ. de appellat. eod. lib.* per Panuin. *in tr. de offic. & poteſt. C. p. Sede vac. p.* 2. *q.* 10. *n.* 16. *verſ. an autem Vicarius*, Fuſcus *de Viſit. lib.* 1. *c.* 15. *n.* 32. Anton. de Petris *in tract. de iuriſd. Epiſc. c.* 6 *n.* 50. vbi loquitur Vicarium dici ſpectabilem, & de mediis magiſtratibus. Barboſa *de iur. Eccleſ. lib.* 1. *c.* 15. *n.* 16.
8 *&* 27. Vel etiam Dominorum Inquiſitorum, quia ſunt delegati Summi Pontificis, & quidem in cauſis maioribus, & illius locum tenent, cuius perſonam repræſentant, *c. præcipimus*, 93. *diſt.* Ludouicus à Paramo *de orig. S. Inquiſ. lib.* 3. *q.* 9. *n.* 53. *&* 24. Carena *de offic.*
9 *Sanctiſſimæ Inquiſit p.* 1. *tit.* 4. §. 6. Vel denique Generalium, aut Abbatum veram, & propriam adminiſtrationem, & iuriſdictionem habentium, vt ex vſu, praxi, & ſtylo Curiæ conſtat.

Quod attinet etiam ad priuilegium exemptionis 10
cum ſuo ſocio ab obedientia immediati, & localis Superioris, ſeu Abbatis, conſequenter ad ea quæ dixi *tom.* 1. *Sum. cap.* 18. *num.* 13. dicendum, non potuiſſe concedi præfato religioſo à Præſide Capituli. Primò ex *Can. Frater noſter*, 16. *q.* 1. vbi ſupponitur, quod exemptio Epiſcopi a iuriſdictione Archiepiſcopi ſolum ſpectet ad Summũ Pontificem, ex hoc enim idem
videtur dicendum de exemptione religioſi à ſuo Præ- 11
lato locali, propter eandem, vel ſimilem rationem. Secundò, quia vt ibidem dixi, hoc eſt contra bonum regimen & obſeruantiam Religionum: maximè enim illis aduerſatur quod religioſus aliquis in aliquo Conuentu, ſeu Monaſterio commoretur, vbi non habeat Superiorem à quo in ſpiritualibus, & temporalibus dirigatur, & gubernetur, & ſit acephalus.

Tertiò, quia talis exemptio videtur contraria menti 12
Summorum Pontificum Clem. VIII. & Vrbani VIII. quia in Decretis *pro reformat. Regular.* præcipiunt, vt *nullus è Conuentu egredi audeat, niſi ex cauſa, & licentia ſingulis vicibus impetrata, ac benedictione à Superiore accepta*, intellige à locali, de quo ſubiungitur: *Qui non aliter eam concedat, niſi cauſa probata, ſociumque exituris adiungat, non petentis rogatu, ſed arbitrio ſuo.* Et inferius: *Licentiæ verò generales exeundi nulli omnino concedantur.* Quæ omnia deficere videntur in exemptione dicti Monachi.

Quartò, quia illa videtur veluti quædam diſpenſa- 13
tio in voto obedientiæ. Cum enim illud non ſolùm ſit reſpectu Prælatorum maiorum, ſed etiam, & forſan præcipuè, reſpectu immediatorum, & localium, ſanè ſi aliquis eximitur ab obedientia Prælati localis, multum propterea derogatur voto obedientiæ, ac perinde idcircò videtur diſpenſari in illo. Nullum autem Papa inferiorem poſſe in votis ſolemnibus diſpenſare pro comperto eſt, & certum in Sacris Canonibus, & Conciliis. Adde, quod Abbas vt Abbas, non excludit ſubiectum, vt probat Pater Paſqualigus *in deciſ. moral. deciſ.* 35. *&* 38.

Vnde hanc ſententiam communius tenent Theo- 14
logi, ſpecialiter Syluester *in Sum. verb. Caſus*, *q.* 1. *caſ.* 2. Rodriguez *tom.* 1. *qq. regul. q.* 23. *art.* 3. Miranda *in Man. prælat. tom.* 2. *q.* 7. *art.* 6. à S. Fauſto *in ſuo Theſauro, lib.* 6. *q.* 146. Peregrinus *p.* 2. *Conſtit. c.* 1. *litt. D.* §. 6. Fernandez 4. *p. ſui exam. c.* 15. §. 2. *num.* 1. *dict.* 5. Peyrinis *tom.* 1. *priuil. Minim. in Conſtit.* 5. *Iulij II. n.* 6. *& in Conſtit.* 15. *num.* 1. *in fin. ac in formular. Prælat. litt. E, c.* 35. *n.* 3. & alij plures, quos refert, & ſequitur P. Diana *p.* 9. *tract.* 8. *reſol.* 38.

Aduertunt tamen plures hoc eſſe intelligendum de 15
exemptione totali ſubditi ab obedientia ſui prælati ordinarij, non autem pro aliquibus caſibus in particulari, ex rationabili cauſa, veluti ab aliqua ſententia contra ipſum ferenda, auocando illam ad Prælatum Superiorem, & inhibendo inferiorem ne de illa cognoſcat, Mandoſius *de inhibit. quæſ.* 4. *n.* 2. *& quæſt.* 100. *num.* 2. *tom.* 5. *tractat.* Romanus *conſ.* 37. *in princip.* Tuſchus *verb. exemptio, concluſ.* 554. *n.* 7. & habetur *in l.* 2. *ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris, vt Inſtit. eodem tit.* §. *ſed hoc tempore.* Peyrinis *loc. relat. ex formular.*

Poſſet etiam fieri dicta exemptio, prout practica- 16
ri audio in religione Societatis Ieſu, ſi Generalis, cauſa rationabili ſubſiſtente, eximeret aliquem Religioſum ab obedientia ſui Prælati immediati, & ſubijceret ipſum alij Religioſo eiuſdem Monaſterij. Tunc enim non cenſeretur exemptus ab obedientia Prælati localis, ſeu immediati, ſed eſſet illi aſſignatus aliquis pro Prælato immediato, ſeu locali, diuerſus ab eo, quem cæteri Religioſi eiuſdem Monaſterij habent.

Præterea aduertendum, quod ſi præfatus Abbas eſ- 17
ſet, vel fieret Abbas alicuius Abbatiæ, quæ deperdita
eſſet,

Digitized by Google

eſſet, & maneret ſub ditione infidelium in partibus v. g. Angliæ, Scotiæ, Vngariæ, &c. poſſet ſuſtineri inſtitutio illius, vti veri Abbatis habentis per ſe adminiſtrationem, & iuriſdictionem, licèt per accidens impeditam, ad modum quo illam habent Epiſcopi titulares in ſuis Eccleſiis.

18 Quod colligitur, tum ex vſo Religionis Carmelitanæ, & aliarum, quæ habet Prouinciales titulares Prouinciatum, quæ ſunt in manibus infidelium. Tum ex declaratione Sacræ Congregationis apud Barboſam circa *ſeſſ. 25. cap. 6. de Regular.* vbi cum Concilium ibidem prohibuiſſet, *Prouinciales, Abbates, Priores, aut alios quoſcunque ad effectum electionis facienda*, S. Congregatio declarauit non excludi *titulares perpetuos habentes veros titulos ſuarum Eccleſiarum, à quarum poſſeſſione vi excluduntur, vt ſunt Priores Angliæ, Vngariæ, Hieroſolymæ.*

19 Demum quod huiuſmodi priuilegia officiorum Religionis conceſſa iis, qui illa non exercent, contraria ſint intentioni Summorum Pontificum, vt propterea aboleri debeant, ex vno illorum Vrbano VIII. in Bulla *Inter cæteras*, an. 1629. edita *in 4. tom. Bullarij num.* 99. vbi ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, & aliis etiam prohibet concedi exemptiones officiorum quæ non exercentur à Fratribus Eremitis Ordinis S. Auguſtini, ſatis conſtat. Ex quo etiam ad huius caſus intentum colligi videtur, reprobari debere præfatam Abbatis inſtitutionem.

20 Nec obſtat, ſi dicatur inſtitutionem talis Abbatis non contradicere voto obedientiæ ab ipſo emiſſo, cùm per illam non eximatur ab obedientia omnium Superiorum Religionis, ſed tantùm ab obedientia huius vel illius ſuperioris immediati, vel localis. Eſto nec per talem inſtitutionem non eximatur ſimpliciter omnino, vel totaliter ab obedientia Re-
21 ligionis, nihilominus vt dictum eſt, per illam valde, multumque derogatur Voto obedientiæ, ſiquidem eximitur ab obedientia Superioris immediati Monaſterij, in quo degit, cui de iure communi, & ordinatio competit gubernare, & regere omnes commorantes in dicto Monaſterio.

Maximè, quia cum ipſe alatur, & ſuſtentetur à Prælato dicti Monaſterij, oportet etiam, quod illi ſubjiciatur, quia ferendus non eſt, qui commoda amplectitur, & incommoda recuſat, *l. manifeſtiſſimi, §. penult. C. de furtis.* Stephanus Gratianus *diſceptation. forenſium tom 5. c. 916. n. 55.* Barboſa in *Axiomatibus, axiomate 44. n. 6.*

22 Nec etiam obſtat, quod iura, & Conſtitutiones, ſeu ſtatuta Religionis id non prohibeant, ac per conſequens, quod ſit permiſſum; ſiquidem ea omnia cenſentur permiſſa, quæ non ſunt prohibita.
23 Oldradus *conſ.* 228. Ancharan. *conſ.* 243. Alexand. *conſ.* 57. quos refert Cardinalis Tuſchus *practic. concluſion. tom. 6. litt. P, concluſ.* 298. Nam ſufficit, quod Ius commune, ratio & honeſtas religionis contradicant, prout dictum eſt; præſertim, quia
24 cum Paulus Tertius in Bulla *Expoſcit debitum*, in primo tomo Bullar. *num.* 38. expreſsè prohibuerit, ne Priores dictæ Congregationis inſtituerentur vltra triennium, & in conſtitutionibus per reformationem Apoſtolicam factam tempore Sixti Quinti an. 1586. caſſentur, & annullentur Priorea Titularia, idem videtur dicendum de huiuſmodi Abbatibus, qui ſolo nomine differunt à Prioribus, & illis ſuccedunt.

25 Illud certiſſimum, Monachum iſtum, cui titulus Abbatis conceſſus eſt, cùm iuxta dicta ex Rota coram Peña *ſolùm impropriè, & abuſiuè Abbas vocetur, & quandam ventoſam dignitatem repræſentet*, hoc eſt non habeat dignitatem, ſeu adminiſtrationem cum iuriſdictione: idcircò propriorum Abbatum priuilegiis, de quibus communiter Summiſtæ *verb. Abbas*, & ego *tom. 3. eodem verbo*, nullatenus frui poſſe.

Quia tamen inter priuilegia hæc Abbatum numerati ſolet facultas conferendi primam tonſuram, & mi- 26
nores Ordines, de qua dixi *tom 1. cap. 18. num. 64. & cap. 14. num. 13. & 4 tom. verb. Ordines Sacri, num 6.* Vbi etiam dixi, poſſe aliquos Abbates habentes quaſdam conditiones dictam tonſuram, & minores ordines conferre ſecularibus Epiſcopi iuriſdictioni ſubiectis, & Regularibus aliorum Ordinum, ſi dimiſſorias ſpeciales ab Epiſcopis, & ſuis Superioribus habuerint.

Cùm tamen poſtea ſub anno 1642. decretum 27
exierit à Sac. Congregatione Concilij, quo prædicta moderantur, vel abrogantur: eo etiam quod Illuſtriſſimus Dominus Franciſcus Paulucius eiuſdem S. Congregationis Secretarius digniſſimus, meus benigniſſimus Patronus, & inter Curiæ Prælatos antiquitate, & integritate egregius, mihi præcipit, vt dictum decretum meis operibus intererem, typiſque mandari curarem; ideo morem gerens tanto prælato, illud hoc loco apponere libuit. Quod tale eſt.

In vna Catanienſi die 23. Nouembris 1641. Sacra 28
Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, vtraque parte informante, ore & ſcriptis, ac rationibus hinc indè deductis maturè perpenſis, inhærendo deciſioni Rotæ Romanæ ſub die 27. Aprilis 1592. coram bon. mem. Cardinali Seraphino, necnon declarationibus ipſius Sacræ Congregationis dictæ deciſioni conformibus ſubſequutis, cenſuit, improbata opinione contraria, Abbates Regulares etiam Benedictinos Congregationis Caſſinenſis, ſeu alterius Congregationis, vel Ordinis, aut Inſtituti, habentes etiam iura Epiſcopalia, ſeu quaſi Epiſcopalia, vſumque Mitræ, & Baculi, & benedicendi, ac facultatem primam tonſuram, minoreſque Ordines conferendi, non poſſe dictam primam tonſuram, nec alios minores ordines niſi ſuis ſubditis Regularibus conferre, non autem Regularibus alterius Congregationis, Ordinis, vel Inſtituti, etiamſi habeant litteras dimiſſorias ſuorum Superiorum Regularium, & conſenſum Ordinariorum, intra quorum Diœceſum fines ipſi Regulares ordinandi exiſtunt, & multò minus perſonis ſæcularibus etiam habentibus litteras dimiſſorias à ſuis ordinariis. Ac propterea inhibuit Archiepiſcopis, & aliis Prælatis inferioribus, tam ſæcularibus, quàm Regularibus, vt in futurum concedere non audeant ſupradictas dimiſſorias huiuſmodi Abbatibus directas, nec ab iſtis recipi, quod ſi ſecus fiat, tam concedentes, quàm ordinantes à collatione ordinum ſuſpenſi ipſo iure remaneant præter alias pœnas arbitrio eiuſdem Sacræ Congregationis reſeruatas.

Quam declarationem Sanctiſſimus Dominus noſter die 17. Ianuar. 1642. ad ſe cum rationibus relatam approbauit, & inuiolabiliter obſeruari iuſſit,

Petrus Aloyſius Cardinalis Caraſa.

Gratis etiam quoad ſcripturam.

Franciſcus Paulucius S.C.C. Secretarius.

Lezana Conſulta varia, Pars I.

Google

Deſeruiunt ad intentum duæ Sacræ Rotæ deciſiones, vbi de ſimili materia, & ideo hîc adiungendæ.

Hiſpalenſis Præeminentiarum.

Coram Domino Peña anno 1610.

ARGVMENTVM.

Abbas vt dicatur habere dignitatem, quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas ex quibus indiciis dignoſcatur.*
2 *Abbatis nomen præſefert dignitatem.*
3 *Dignitatem ad conſtituendam non ſufficit ſolum nomen, niſi etiam prærogatiua concurrant.*

DECISIO.

INter alias contentiones beneficiatorum Eccleſiarum Parochialium Ciuitatis Hiſpalenſis contra Canonicos Collegiatæ S. Saluatoris eiuſdem ciuitatis, hæc etiam deducebatur, quod beneficiatus, quem Clerici pro capite Vniuerſitatis ſibi eligunt, & vulgo nuncupatur Abbas, ratione prædictæ dignitatis Abbatialis eſſet præferendus Canonicis Collegiatæ in proceſſionibus, & actibus, quos ſimul inire contingit. Et cum pro parte collegiatæ id negaretur, dubitaui an conſtaret, beneficiarum ita electum in Abbatem non habere Eccleſiaſticam dignitatem Abbatialem ad prædictum effectum. Et Rota (informante ſolum collegiata S. Saluatoris) non eſſe dignitatem cenſuit, quia non concurrebant in eo tria ſigna requiſita ad dignitatem conſtituendam.

1 Primò, quod haberet adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum cum iuriſdictione ſibi perpetuò aſſignatam. Alterum quod haberet nomen dignitatis, & prærogatiuas in Eccleſia, tam in Choro, quàm in Capitulo, licet non haberet veram adminiſtrationem, vel iuriſdictionem.

Tertium, quod ex Eccleſiæ conſuetudine haberetur pro dignitate. Archidiacon. *in c.1 n.2. de conſuet. lib 6.* quem ibi refert, & ſequitur Gemin. *n.7.* Sylu. *in tract. de benef p 1.q.2.n.45.* Aret. *conſ.23.* incipit, *In præſenti conſultatione, n.1. & multis ſeqq.* Pap. *in add. deciſ.9.* Rota *de prab. in nonis, ſuper verbo Dignitas.* In caſu propoſito teſtes deponebant quod nullam haberet iuriſdictionem aut præeminentiam, niſi inter eoſdem beneficiatos, ad ordinandum quid eſſet faciendum inter eos, conſequenter non erat dignitas, & maximè cùm pro non dignitate reputaretur.

2 Nec refert quod Abbatis nomen præſeferat dignitatem, & Abbatia dicatur dignitas. Felin. *in cap.2. in princ. de iudiciis.* Dec. *in repet. c. decernimus, n.10. & 11. de iudiciis,* vbi Rip. *n.30. & ſequent.* teſtatur de com-
3 muni: quia id non prouenit à ſola nominatione, ſed ab effectu, ideſt à prædictis requiſitis concurrentibus ad veram dignitatem.

Neque enim ſufficit ſolum nomen, niſi vlterius prærogatiua concurrat. Hoſt. *in c. de multa, n.11. verſ. Sed nec eſt, de præb.* Anchar. *in Clem ſi dignitatem, n.1. verſ. A nomine autem, eod. tit.* Iaſ. *conſ.195.* incipit: *In præſenti conſultatione, n.25. verſ. Ex omni ergo, lib.2.* Latè Decian. *conſ.16.* incipit, *Quoad primum, n.119 & 120. lib.3.* Et maximè quia in multis locis ſimplices, & Clerici vocantur Abbates; & tamen notum eſt, nullam eos habere dignitatem. Ideo, &c.

Habetur hæc deciſio apud Tamburinum *in 3. tom. de Iure Abbatum, deciſ.4.*

Hiſpalenſis Præeminentiarum.

Coram Domino Peña, anno 1611.

ARGVMENTVM.

Abbas vt dicatur habere dignitatem, quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas ex quibus dignoſcatur.*
2 *Dignitatem an & quando habere dicatur deputatus pro capite perſonarum Eccleſiaſticarum.*
3 *Collegium non conſtituitur ex ſolis Clericis, niſi adſint alia requiſita, de quibus remiſſiuè.*
4 *Abbatis nomen ſonat in dignitate, & Abbatia dicitur dignitas.*
5 *Dignitas non prouenit à ſola nominatione, ſed ab effectu, qui colligitur ex exercitiis.*
6 *Dignitatem ad dignoſcendam non ſolum nomen, ſed ſubſtantia inſpicienda eſt.*
7 *Abbas non habens adminiſtrationem perpetuam cùm iuriſdictione, non dicitur habere dignitatem.*
8 *Abbates de iure communi præcedunt Canonicos Cathedralis Eccleſiæ.*
9 *Dignitatem habere non dicitur habens nudum nomen abſque præeminentia inter alios in Choro, & Capitulo.*
10 *Dignitas illa cenſetur, quæ communiter reputatur pro dignitate in loco, & Eccleſia, quamuis de iure communi pro tali non haberetur, & à contra.*
11 *Dignitatem non habet qui non eligitur à Collegio, ſed ab aliis perſonis adminiſtratione, & iuriſdictione carentibus.*

DECISIO.

DIe 3. Decembris 1610. Collegiata S. Saluatoris 1
ſolùm informante, fuit in hac cauſa deciſum, beneficiatum, quem Clerici pro capite Vniuerſitatis ſibi eligunt, qui vulgò dicitur Abbas, nec eſſe, nec habere dignitatem. Cæterum, quia pro parte beneficiatorum prætendebatur recedendum eſſe à deciſis, vtraque parte informante iterum cauſa propoſita, Rota in deciſis manſit ex eiſdem rationibus, & potiſſimum ex eo quod non concurrebant tria requiſita ad conſtituendam dignitatem, videlicet quod haberet adminiſtrationem cum iuriſdictione; quod haberet nomen dignitatis, & prærogatiuas, tam in Choro, quàm in Capitulo; & quod ex Eccleſiæ conſuetudine haberetur pro dignitate.

Nec obſtabat, quod concurreret requiſitum admi- 2
niſtrationis, cum Abbas iſte deputetur pro capite beneficiatorum. Gl. *in c. Cùm ab Eccleſiarum, in verb. Eccleſiaſtica, in fine, verſ. Et illum dico Prælatum, de Offic. Ord.* Quia fuit reſponſum, quod cum iſte Abbas deputetur pro Præſide, & velut caput beneficiatorum non facientium Collegium, prout ſequitur Gloſ. *in dicto c. Cum ab Eccleſiarum,* de conſtituto ab Epiſcopo, Abbas ab eis deputatus non conſequitur dignitatem.

Nam non ſufficit, quod adſint Clerici in Eccleſia, 3
vt faciant Collegium, niſi concurrant requiſita ad conſtituendum collegium, de quibus fuit latè dictum in Verulana Abbatiæ, die 11. Martij 1602. coram me.

Et

4 Et licet nomen Abbatis ſonet in dignitatem, & Abbatia dicatur dignitas, Felin. *in c. 2. in princ. de iud.* Dec. *in c decernimus, n.* 10. & 12. vbi Rip. de commu-
5 ni *n.* 30. *& ſeq. eod. tit.* tamen hoc non prouenit à ſola nominatione, ſed ab effectu, qui colligitur ex exercitiis. Anchar. *in Clem. Si dignitatem, n.* 1. *verſ. A nomine autem, de præb* Sylu. *in tract. de benef. p.* 1. *q.* 2. *n.* 37. *verſ.*
6 *A nomine autem.* Quia ad dignoſcendum an ſit dignitas, non ſolùm nomen, ſed ſubſtantia inſpicienda eſt. Hoſtienſ. *in c. de multa, n.* 11. *verſ. Sed nec eſt, de præb.*

7 Quod autem hic non ſit verus Abbas, & cum effectu, patet; quia non habet adminiſtrationem perpetuam cum iuriſdictione. Aretin. *conſ.* 23. incip. *In præſenti conſultatione, n.* 5. & 6. Anchar. *in d. Clem. Si dignitatem, n.* 1. *verſ. A nomine autem, de præb.* Supradictis accedebant teſtium depoſitiones affirmantium Canonicos Cathedralis Eccleſiæ in deambulando illum præcedere.

8 Et tamen veri Abbates de iure communi præcedunt Canonicos Cathedralis Eccleſiæ. Bald. *in c. Paſtoralis, n.* 3. *verſ. Vltra quæro,* & ibi Felin. *n.* 9. *de offic. delegat.* Dec. *conſ.* 61. incip. *Pro D præpoſito, n.* 1.

9 Addebant præterea teſtes, hunc Abbatem nec habere præeminentiam inter alios in Choro, & Capitulo; & propterea non poterat dici dignitas. Boër. *deciſ.* 286. incip. *Præſuppono, quod in Eccleſia Cathedrali, n.* 9. Nec in Eccleſia reputari pro dignitate, quod magni momenti erat contra prætenſionem iſtius Abbatis, & beneficiatorum; quia ſicut illa cenſetur dignitas, quæ communiter reputatur pro dignitate in loco, & Eccleſia, quamvis de iure communi pro tali
10 non haberetur, Innoc. *in c. de multa, n.* 6. *de præb.* vbi communiter Hoſtienſ. Ioan. Andr. & alij. Rota *deciſ.* 9. incip. *De theſauria, prope fin. de præb. & deciſ.* 4. incip. *Fuit dubitatum, n.* 2. *& ſeq de elect. in nou.* Sylu. *in tract. de beneſ. d q.* 2. *n.* 36. *verſ. Item ſecundum eum Abbatem.* Ita è contrario illa cenſeri debet non dignitas, quæ pro non dignitate reputatur, licet habeat nomen, quod de iure communi videatur ſonare in dignitatem.

11 Et eo minus iſte Abbas cenſeri debet habere dignitatem, quia non eligitur à Collegio, ſed à beneficiatis adminiſtratione, & iuriſdictione carentibus. Gemin. *in c.* 1. *n.* 9. *verſ. Si non ſunt, & verſ. Item non eſt ſignum, de conſuet. lib.* 6.

Habetur hæc deciſio *in* 3. *tomo*, apud Tamburinum *de Iure Abbatum deciſ.* 5. vbi etiam aliæ ad intentum, ſcilicet deciſio 2. 3. 6. & 7. coram eodem Peña, & deciſio 8. coram D. Pamphilio, ac 9. coram D. Lancellotto ſeniore.

CONSVLTVM XXIII.

De quodam Religioſo, de quo ſupponitur quod pulſando campanam cuiuſdam Eccleſiæ ſitæ in quadam Terra, occaſionem dedit, vt vicini illius occiderent aliquos milites, qui illam inuadere, & deprædari minabantur.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, ſeu factum.*
2 *Excuſabilis videtur iſte ab irregularitate.*
3 *Ex* cap. petitio tua.
4 *Rotæ deciſio.*
5 *Communis DD. ſententia.*
6 *Poſita iniuſta inuaſione.*
7 *Quia reſpublica erat in neceſſitate magna.*
8 *Quid ſi pugnaret mutilando, &c.*
9 *Ratio* cap. 2. de Immunit. Eccleſ.
10 *Exemplum de bannitis.*
11 *Quia agebatur pro defenſione.*
12 *Quia timeri poſſet occiſio innocentium.*
13 *An poſſet hortari pro occaſione alicuius particularis.*
14 *Si milites arma iam aſſumpſiſſent.*
15 *Quid ad cautelam pro diſpenſatione.*

IESVS MARIA.

Caſus, ſeu Factum.

CVm quidam milites cum ſuo Duce minarentur inuadere, deprædari, & depopulari Terram N. Religioſus (vt ſupponitur) quidam ſonuit campanam 1
Eccleſiæ illius Terræ, ſuadens conciuibus, vel vicinis illius, vt curarent defendere illam etiam ſcopletis, & bellicis tormentis, prout fecerunt, ſecutis proinde homicidiis, mutilationibus, &c. Quæritur an iſte Religioſus irregularitatem contraxerit.

Reſponſio.

Reſpondeo probabile ſatis eſſe, hunc Religioſum 2
excuſari poſſe ab irregularitate, nullamque contraxiſſe. Primò quidem, quia etſi iuxta communem ſententiam, quæ colligitur *ex cap. Clericum, c. de his Clericis, diſt.* 50. *c. eos qui,* 20 *q.* 3. *c quicumque Clericus, cap. Clerici, c. quicumque ex Clero,* 23. *q* 8 *c. ex multa, §. vlt. de voto,* & docet S. Thom. 2. 2. *q* 40. *art.* 2. & alij Theologi communiter, Clerici, aut Religioſi nequeant
etiam in bello iuſto pugnare mutilando aut occiden- 3
do per ſe ipſos immediatè. Nihilominus poſſunt in bello iuſto ſine vllo periculo irregularitatis exhortari ad pugnandum, occidendum, &c. Sumitur ex *c petitio tua, de homic.* vbi Sacerdoti pugnanti aduerſus inimicos Chriſtianæ Religionis, vbi multi extiterunt occiſi, mandatur à celebratione abſtinere, ſi de interfectione alicuius in illo conflictu dubium habeat. Ergo à contrario ſenſu ſi ei conſtaret nullum interfeciſſe, non obligabatur à celebratione abſtinere.

Pro quo etiam ſtat Rota in vna Cæſarauguſtana 4
Status, coram Bubalo, quæ eſt deciſio 3. inter collectas a Farinacio *p.* 2. *recent. tom.* 3. vbi in fine ſic: *Si Clericus exerceat militiam in Bello iuſto, etiam adhortando ad victoriam generaliter, & percutiendo, non efficitur irregularis, niſi ipſe occidat, vel deformet,* vt per Abb. *in d. c. petitio, n.* 3. Nauar. *in ſuo Manual. c.* 27. *n.* 215.
Et ita ex communi docent Panorm. *c penult. & vlt. de* 5
Cler. percuſſor. Nauar. *dicto c.* 27. *n* 215. Henriq. *lib.* 14. *c.* 12 *n.* 4. & *c.* 13. *n.* 2. Couar. *Clem. Si furioſus,* 2. *p. §.* 3. *n.* 2. Molina *tract.* 3. *diſp.* 110 *concl.* 2 Auila 7 *p. diſp.* 6. *ſect* 3. *dub.* 2 Bonacin. *diſp.* 7. *de irregul q.* 4. *punct.* 2. ſpecialiter *n.* 7. Layman. *lib.* 1. *Sum. ſect* 5 *tract.* 3. *p.* 3. *c.* 8. Gaſpar Hurtado *de irreg. diffic.* 12. Caſtrus Palaus *de cenſur. diſp.* 6. *punct.* 14. §. 5. *n.* 2. & alij.

Procedunt autem iſta in præſenti caſu, quia poſita 6
iniuſta inuaſione, & comminatione deprædationis facta ab iſtis militibus titulo belli iuſti poſſet illa Terra contra ipſos militare, & Religioſus ille ipſus ad id exhortari ſine periculo irregularitatis, ſi aliquem per ſe ipſum immediatè non interfecit, aut mutilauit.

Secundò, quia etiam ex communi ferè ſententia, 7
quando Reſpublica eſt in extrema, vel grauiſſima neceſſitate, licitum eſt Eccleſiaſticis, & Religioſis pro ea defendenda pugnare, mutilare, & occidere, quia tunc lex naturæ id præſcribit, & ius Eccleſiaſticum pro caſu tantæ neceſſitatis non obligat.

Ac proinde etiamſi tunc pugnando mutilent, aut 8

occidant excuſantur ab irregularitate, prout dixi *tom.3. meæ Sum.verb. Bellum,n.12.* & tenent Valentia *tom.3.diſp.3.q.16 punct.4.* Suarez *tom.3.in 3 p.diſp.47. ſect.6.n.2.* Coninck *de irregular.diſp.18. dub.10.n.97.* Bonacina *de cenſur.diſp.5.q.4 punct.4.n.11.* Hurtadus *ſupra diffic.12. n 44.* Caſtrus Palaus *ſup. n.5.* & alij, quibus fauet textus *in c.2 de Immun. Eccl.* vbi in caſu neceſſitatis etiam Clerici non excuſantur à Vigilia, & cuſtodia Ciuitatis.

9 Et ratio illius textus, ſcilicet: *Quatenus cunctis vigilantibus melius valeat Ciuitatis cuſtodia procurari.* Et etiam quia expedit Reipublicæ plures habere defenſores, *ff de non.oper nunc.* Multò ergo magis excuſari poterit ab irregularitate iſte, qui in iſta tam notabili neceſſitate ſuæ Reipublicæ non interfecit, aut mutilauit quemquam, ſed ſolum exhortatus eſt ad defenſionem, & occiſionem in generali.

10 Tertiò, quia cum banniti obſident aliquam Ciuitatem, vel Oppidum, perſonæ Eccleſiaſticæ pro defenſione patriæ pugnant etiam mutilando, & occidendo, prout ſpecialiter de bannitis tenet Tamburinus *de Iur. Abbat tom.3.diſp 12.q.5.n.5.* Idem ergo dicendum in propoſito, cum milites illi fuerint veluti banniti, volentes inuadere, & depredari Terram illam. Ac proinde à fortiori excuſabitur ab irregularitate iſte, qui nec pugnauit, mutilauit, aut interfecit aliquem, ſed ſolùm excitauit Ciues ad victoriam, & pugnam in genere, quod admittit etiam Laurerus de Franch. *in Contron. Epiſc. & Regul. pag. mihi 432 in fin.*

11 Præterea quartò, quia certi iuris videtur, poſſe etiam Eccleſiaſticas perſonas pro defenſione vitæ alicuius proximi, maximè innocentis, quando aliter vitam illius tueri non poſſunt, iniuſtos inuaſores occidere. Cùm enim ad talem defenſionem ex præcepto charitatis teneantur, non cenſentur obligari lege Eccleſiaſtica de non occidendo. Couarruuias, Maior, & Suarez, quos citat, & ſequitur Turrianus *de cenſ. lib.9. diſp.65.dub.4.* noſter Cornejo, Mercerus, Tannerus, Hurtadus, Coninck, Villalobos, & Filliucius, quos etiam citat, & ſequitur Diana *p 4 tract.2. de irregular. reſol.5.* Quæ ſententia proculdubio in caſu poſito procedit, cum propter huiuſmodi inuaſionem militum, iure, & cum magno fundamento timeri

12 poſſet occiſio alicuius, vel aliquorum innocentium, qui pro ſuorum bonorum defenſione illis ſe opponerent. Potuit ergo præfatus Religioſus præuenire huiuſmodi damna, & pro illis euitandis populum ad defenſionem incitare.

13 Nec mirum id cuiquam, cum poſita iniuſta inuaſione horum, iuſtaque defenſione à Ciuibus illius Terræ contra ipſos veluti infenſos hoſtes, in grauiſſima neceſſitate, in qua plurium innocentium vita periclitabatur, poſſet hic Religioſus non ſolùm in genere, & in communi hortari, & incitare ad occidendum aliquem determinatè, ſine vllo periculo irregularitatis, prout ex Vaſquez, Turriano, & Hurtado de Mendoſa tenet Diana *part.5.tractat.14. reſolut.98.* & Summa Diana *verb. Irregularitas ex homicidio, num. 46.*

14 Quæ magis procedunt, ſi præfati milites manus ad arma prius poſuerint. Nam ex tali actu cenſebantur prouocatores, & ita ad ſui defenſionem poſſent homines illius populi arma etiam ſumere, & interficere illos, ſi alio modo ſe defendere non poſſent, iuxta doctrinam Blanchardi *in pract.criminal. §.3* & Cepollæ *conſ.28.n.5.7.& 9.* quos refert, & ſequitur Moron. *in Reſponſis, Reſponſo 12. n.22.* Qui enim manus ponit ad arma, ſemper dicitur habere præſumptionem iuris contra ſe. Aretinus *conſil.34.col.1.verſ.2.* Moron. *ſupra.* Et ex iſta præſumptione dicitur probata neceſſaria defenſio, cum non ſit expectanda actualis percuſſio. Baldus *in l.1. n.17. C. vnde vi*, Bartolus *conſ. 101.n.1.& ſeqq.& conſ.1.n.18.* poſt alios. Moron. *ſup.* Ad quod etiam deſeruiunt quæ nouiſſimè affert Bordonus *in deciſion. Miſcell. deciſ 80.*

Si tamen adhuc ſcrupulis agitetur is Religioſus, conſulat pro diſpenſatione in huiuſmodi irregularitate, ad maiorem ſcilicet cautelam, & pro quiete ſuæ conſcientiæ, quæ dixi *tom.3. Summa*, verbo *Bannitus*, verbo *Bellum*, verbo *Irregularitas*, & quinto tomo circa Mare magnum Mendicantium. 15

CONSVLTVM XXIV.

De Capellano cuiuſdam Oratorij ſeù Capellæ cuiuſdam confraternitatis.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, ſeu factum.*
2 *Talis Capellanus poteſt adminiſtrare Eucharistiam.*
3 *Primò ſi tale Oratorium fuerit Ordinis Carmelitarum.*
4 *Non obſtante Clementina prima*, de priuilegiis.
5 *Si fuerit ſub dominio Confratrum.*
6 *Priuilegium Clementis VII.*
7 *Quomodo moderatum à Concilio Tridentino.*
8 *Quomodo intelligendum.*
9 *Dictio* etiam, *eſt ampliatiua.*
10 *Eſt quoque explicatiua.*
11 *In hoc caſu quam vim habeat.*
12 *In priuilegiis argumentum à maiori ad minus.*
13 *Cum agitur de re fauorabili.*
14 *Pro quocumque tempore.*
15 *Dictio* quicunque, *omnia includit.*
16 *Verba illa* ſine rectoris præiudicio.
17 *Quomodo intelligenda.*
18 *De alio præiudicio quàm expreſſo.*
19 *Declaratio Sacræ Congregationis.*
20 *Quam vim habeat.*
21 *Deciſio Sacræ Rotæ Romanæ circa ſimilem materiam.*
22 *Alia quoque.*

IESVS MARIA.

CASVS.

IN quodam Oratorio, ſeu Capella cuiuſdam confraternitatis Ordinis Carmelitarum, eſt quidam Capellanus, qui Confratribus adminiſtrat per annum Sacrum Euchariſtiæ Sacramentum; reclamante tamen Rectore Parochialis Eccleſiæ, qui dicit id non poſſe fieri ſine eius licentia: Quæritur quid iuris. 1

Reſponſio.

Dico tamen Capellanum poſſe adminiſtrare dictis confraternitatibus Sacram Euchariſtiam, etiam contradicente Parochialis Eccleſiæ Rectore, ſeu Parocho. Si tamen S.Congregationi, à cuius mente nullatenus diſcedere intendo, oppoſitum viſum non fuerit. 2

Ratio eſt, quia licet ſtando in iure communi adminiſtratio huius Venerabilis Sacramenti pertineat ad Parochos. eo quod ipſi ſint paſtores, ad quos ſpectat prouidere de paſtu ſpirituali, qualis eſt Euchariſtia, quâ fideles ſpiritualiter paſcuntur, Vaſquez *de Euchariſtia, diſp.219.c.2.* Vgolinus *de offic. Epiſcop. c.15. §.7.n.1.* Bonacina *de Sacrament.diſp.4.q.5.punct 1.n.4. & 6.* Layman. *in Theolog.moral. lib.5.tract.4. c.7.n.1.* Barboſa

Barboſa *de offic. & poteſt. Parochi, part.* 1. *cap.* 20. *a.*2.
nihilominus ex priuilegiis Sedis Apoſtolicæ id fieri
poteſt.
3 Primò quidem, ſi tale Oratorium, ſeu capella fuerit
ſub dominio Ordinis Carmelitarum, poteſt dictus
Capellanus, ſi fuerit eiuſdem ordinis Regularis id fa-
cere propter priuilegia Nicolai V. Sixti IV. Julij II.
& Pij V. quæ retuli *tom.*1.*Summ qq.Regul. c.*21.*n.*8.
de quibus etiam, & aliis Miranda *in Man. tom.*1 *q* 42.
*art.*1. *&* 2. Tamburinus *de iure Abbat. tom.*2. *diſp.*5.
*q.*3. Barboſa *ſuprà n.*8. Qui omnes, & alij plures con-
cludunt, quod non *obſtante Clementina* 1. *de priuile-*
4 *giis*, vbi id prohibetur Religioſis ſub pœna excom-
municationis, poſſint id facere ex vi dictorum priui-
legiorum in ſuis Eccleſiis. Ex hoc enim ſequitur quod
ſi dictum Oratorium vel Capella fuerit ordinis Car-
melitarum, poterit aliquis Religioſus eiuſdem Ordinis
in eis adminiſtrare Eucharistiam quibuſcunque ſæcu-
laribus, ſaltem extra Paſchæ tempus.
5 Si autem dictum Oratorium, vel capella non fuerit
ſub poteſtate horum Religioſorum, ſed ſub dominio
dictorum confratrum, vel confraternitatis ipſorum;
adhuc poterit quilibet Sacerdos, ſiue ſæcularis, ſiue
Regularis adminiſtrare dictis confratribus Euchari-
ſtiam quocumque tempore etiam interdicti.
6 Ratio ſumitur ex priuilegio Clementis Septimi in
Bulla *Ex Clementi*, anno 1530. edita, quæ habetur
in 1.tom.Bull. *num.*31. inter conſtitutiones Clemen-
tis VII. vbi poſt plura priuilegia, tum Ordini Car-
melitarum, tum eius confraternitati, ac confratribus
conceſſa, hæc concedit: *Liceatque omnibus, & ſin-
gulis vtriuſque ſexus confratribus prædictis, & cuili-
bet eorum habere altare portatile cum debitis reueren-
tia, & honore, ſuper quo in locis ad hoc congruen-
tibus, & honeſtis, etiam non ſacris, & quauis etiam
Apoſtolica auctoritate interdictis, ſeu tempore ceſſatio-
nis à diuinis, dummodo cauſam non dederint huiuſmodi
interdicto, ſeu ceſſationi, & per eos non ſtet quominus
pareatur Apoſtolico interdicto, etiam antequam illuceſ-
cat dies, circa tamen diurnam lucem, ſeu circa meri-
diem, cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium
id exegerit, in eorum præſentia clauſis ianuis, excommu-
nicatis, & interdictis excluſis, non pulſatis campanis, &
ſubmiſſa voce Miſſas, & alia diuina officia per Sacer-
dotes ſæculares, vel Regulares huiuſmodi celebrare, ac
quocunque tempore Euchariſtiam, & alia Sacramenta
Eccleſiaſtica à quocunque maluerint presbytero idoneo,
& vbicunque ſine rectoris parochialis Eccleſia præiudi-
cio recipere, & adminiſtrare liberè, & licitè valeant.*
7 Quæ priuilegia licèt quoad id quod in eis habetur
de presbytero illo idoneo moderata ſint à Concilio
Tridentino *ſeſſ.*13.*c.*15. itaut ille debeat eſſe approba-
tus ab Ordinario, & quoad illud de facultate cele-
brandi cum altari portatili in locis non ſacris res ſit
dubia, an illud ſit reuocatum, vel non, iuxta dicta
*tom.*2.*mea Sum. c.*15.*n.*37. Nihilominus quoad alia in
eis contenta omninò manent in ſua vi.
8 Cum autem in ipſis concedatur dictis confratribus
celebrare vel adminiſtrare, ſeu recipere Sacram Eu-
chariſtiam in locis etiam authoritate Apoſtolica inter-
dictis, vt patet illis verbis: *Etiam non ſacris, & qua-
uis etiam Apoſtol. authoritate interdictis, &c. A quo-
cunque maluerint presbytero idoneo, &c.* manifeſtè col-
ligitur poſſe dictum Capellanum, ſi presbyter ido-
neus fuerit ſecularis, vel Regularis in dicto Oratorio,
ſeu capella celebrare, & miniſtrare Euchariſtiam dictis
confratribus omni tempore, ſiue interdicti, ſiue non.
9 Certi enim iuris eſt dictionem illam *Etiam*, eſſe
extenſiuam, augmentatiuam, & ampliatiuam, vt *in
l.*1.*C. de teſtib.* notant Rimin. *conſ.*246.*n.*83.*vol.*3. Pariſ.
*conſ.*46.*n.*30.*cum ſeqq. & conſ.*144.*n.*15.*vol.*4. Staphil.
*de lit gratia, tit. de prærogat. expectatiuar. a.*2. *& in tit.
de form. expectat. n.*3. Menoch. *conſ.*131. *n.*7. *& conſ.*
336.*n.*17. Rota apud Farin. *deciſ.*567.*n.*1. *p.*1.*recent.*
Rot. apud Paul. de Rubeis *deciſ.*193.*n.*3. *&* 4. *tom.*3.
diuerſ. vbi quod hæc dictio ſtat extenſiuè, augmenta-
tiuè, & duplicatiuè, eadem Rot. *deciſ.*30. *n.*22. *part.*5.
recent. Mens ergo huius Clementinæ ea eſt vt talis
celebratio, & adminiſtratio Euchariſtiæ poſſit fieri à
dicto presbytero idoneo omni tempore, etiam inter-
dicti.
Quod adhuc declaratur magis ex natura eius di- 10
ctionis *Etiam*, eſt enim implicatiua, & explicatiua;
exprimit enim caſum magis dubitabilem, & implicat,
ſeu includit minus dubitabilem, *l. etiam, ff. de verbor.
ſign. l. conuenticula, C. de Epiſcop. & Cler. l. etiam, C. ſi
tutor, vel curator,* Dec. *in l. quanquam, a.*10. *C. de teſtam.
milit. cap. vnic. de commodato,* vbi Panormit. *n.*3. *Clem.
religioſi*, & ibi Zabarel. *a.*1. *de præſcript. Clem. vnica;
§. fin. in princ.* Gemin. *in e. cum de beneficio, n.*7. *de præb.
in* 6. Cont. *in prag. Sanct. tit. de elect. verb. etiam, fol.*67.
Corn. *conſ.*163. *n.*4. *vol.*3. Socin. *conſ.*23. *n.*7. *vol.*1. &
innumeri alij, quos cum variis Rotæ deciſionibus
refert Barboſa *in tract. de Dict. dict.* 112. *n.*1.
In hoc ergo caſu explicat, ſeu exprimit caſum ma- 11
gis dubitabilem, & implicat, ſeu includit minus du-
bitabilem, ſcilicet pro omni alio tempore. Aliàs di-
cendum eſſet Pontificem concedere hoc priuilegium
pro re magis dubitabili, & non pro minus dubitabili, 12
quod valde inconuenit. Etſi enim in priuilegiis argu-
mentum non ſumatur à maiori ad minus, *cap. cum non
de Sacerdotali, de præb. in* 6. quando tamen maius, &
minus ſunt eiuſdem qualitatis, qualia ſunt celebrare,
aut recipere Euchariſtiam tempore interdicti, & tem- 13
pore non interdicti, valet argumentum de maiori ad
minus. Tuſchus *pract. concluſ. tom.*1. *litt. A, concl.*501.
*a.*10. Barboſa *in loc. commun. loco* 67. *num.*4. alios re-
ferentes. Præſertim cum agatur de re fauorabili, &
concernente ſpirituale commodum animarum, prout
eſt dicta celebratio, & adminiſtratio Euchariſtiæ. Ex
communi ſententia apud Barboſam ſuprà *n.*7.
Tollitur autem difficultas ex illis verbis *ac quocun- 14
que tempore Euchariſtiam, & alia Sacramenta, &c.*
eis enim conceditur, vt quocunque tempore dictus
presbyter idoneus poſſit ſupradictis confratribus mi-
niſtrare Euchariſtiam. Cum autem dictio *quocunque*,
ſit vniuerſaliſſima, & nihil excipiat, vt per Narbo-
nam *de appell. à Vicario ad Epiſcop part.*2. *fundam.*1.
*num.*33. tenet Barboſa *in tract. de Dictionib. dict.*317.
*num.*16. & dictio *quicunque*, omnia includat, & ni-
hil excludat, prout ex quamplurimis iuribus, Do- 15
ctoribus, & Rotæ deciſionibus affert ipſe Barboſa *ibi
num.*1. manifeſtè colligitur, niſi extortè, diminutè,
& nimis ſtrictè contra naturam priuilegiorum Regu-
laribus conceſſorum ſumatur, ea denotari poſſe di-
ctum Capellanum præfatis confratribus omni tempo-
re, ſiue intra, ſiue extra interdictum, Euchariſtiam
miniſtrare.
Nec obſtant illa verba *ſine Rectoris parochialis Ec- 16
cleſia præiudicio.* Tum quia tale priuilegium eſt po-
tius in iuuamen paſtoris, & in illo præcipuè conſi-
derari debet fauor animarum, prout rectè Doctiſſi-
mus, & Reuerendiſſimus Theodorus Stratius Gene-
ralis Ordinis *in Inſtructione pro Fratribus Carmelitis,
cap.*5. *in fine.* Tum quia vt habet idem author *ibid.* 17
cap. 6. *n.* 8. explicans hanc clauſulam iuxta mentem
Sixti IV. in Mari magno Carmelit. intelligitur
quoad decimas, & primitias dumtaxat, quæ à laicis
ſolent Parochis exhiberi.
Tum denique, quia quemadmodum de ſimili clau- 18
ſula dixi *tom* 5. *in Mari magno Carmelit. n.*123. ne
cenſeatur eſſe inutilis, & in ea ſibi Pontificem con-
tradicere, intelligi debet de alio præiudicio, quàm
expreſſo. Quemadmodum ex S. Rotæ deciſionibus,
&

& pluribus DD. dixi eo loco, & affert Barboſa *in tract. de Clauſul. claſ.157.*

19 Minus obſtat declaratio Sacr. Congregationis in Cæſaraugustana, 14. Ianuarij 1612. & in Neapolitana 18. Maij 1602. apud eundem Barboſam *in Collect. Bullary, verbo Confraternitas*, vbi ſic habetur: *Confraternitates non poſſunt in eorum Eccleſiis per ſuos Capellanos facere ſolemniter celebrare, confeſſiones audire, ſepelire, Sacramenta miniſtrare, & ſimilia, quæ ad ſolum Parochum ſpectant, abſque expreſſa licentia ordinarij Parochi.* Nam præterquam quod de huiuſmodi declaratione authenticè non conſtat, & cum talis eſt, ipſi fides non debeat adhiberi, prout eadem Sacra Congregatio aliàs expreſsè decreuit, certi iuris eſt, eſto quod authentica eſſet, intelligi debere in terminis iuris communis, & ſecluſis priuilegiis in contrarium, cum illis nullo modo deroget S. Congregatio, & priuilegiis Regularium non derogetur niſi hoc in deciſione exprimatur. Secluſis autem talibus priuilegiis, deciſio S. Congregationis certiſſima eſt, *cap Eccleſia 43 cap. Quicunque 44.16. quæſt.1. c. ad audientiam 3. de Eccleſ. ædific. cap. paſtoralis, de iis quæ fiunt, & in Rubric. de Paroch.* Bordonus *in deciſionib. Miſcell. deciſ.421.*

20 Legat lector ſequentes Sacræ Rotæ deciſiones circa Capellanos huiuſmodi Confraternitatum, & ipſarum inſtitutionum.

Fugubina Beneficij.

Coram Domino Buratto, anno 1619. Veneris 1. Martij.

ARGVMENTVM.

Abbas eſt manutenendus in quaſi poſſeſſione deputandi Capellanos ad nutum amouibiles in Eccleſiis Abbatiæ ſubiectis: probata quaſi poſſeſſione eiuſdem Abbatiæ, & poteſt illos ad ſui libitum amouere etiam ſine cauſa, ceſſante tamen odio, & malitia.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur Abbati in quaſi poſſeſſione deputandi Capellanos ad nutum amouibiles in aliqua Eccleſia Abbatiæ ſubiecta probata generali quaſi poſſeſſione reſpectu aliarum Eccleſiarum eidem ſubiectarum.*

2 *Manutentio datur, vbi cauſa eſt vniuerſalis, licet non probetur exercitium particulare.*

3 *Pertinentia loci ad aliquam Eccleſiam ex quibus probetur.*

4 *Capellanus ad nutum amouibilis poteſt etiam ſine cauſa amoueri, ceſſante tamen odio, & malitia in amouente, & an hæc arguatur ex amotione Capellani ab Eccleſia in qua commoratus fuerat per triginta annos.*

5 *Inueriſimilitudo deducitur ex diuturnitate temporis.*

6 *Inſalubritas aëris Monaſterij non poteſt allegari à Monacho ibi profeſſo, cum ei proprius obſtet conſenſus.*

DECISIO.

DOMINI perſtiterunt in deciſis 4 Iunij præ- 1
teriti, videlicet dandum eſſe D. Abbati S. Ma-
riæ de Sittia mandatum de manutenendo in
quaſi poſſeſſione deputandi Capellanos ad nutum
amouibiles in Eccleſia, de qua agitur, ex generali
quaſi poſſeſſione reſpectu omnium Eccleſiarum ei-
dem Abbatiæ ſubiectarum, optimè in alia poſitione
probata per teſtes, ſcripturas, declarationes Sacri 2
Concilij, & deciſiones Rotales: quæ ſufficit, quia
(vt dictum fuit) vbi cauſa eſt vniuerſalis, datur ma-
manutentio, licet non probetur exercitium particula-
re. Rota *deciſ.17. n.2. & ſeq. part.2. diuerſ.* Hodie ta-
men etiam ad probationem particularis quaſi poſſeſ-
ſionis quoad iſtam Eccleſiam exhibita fuit pro D.
Abbate viſitatio de eius ordine, & mandato in illa
facta anno 1592. tanquam in Eccleſia dependente à 3
dicta Abbatia, vti Manuali membro, & cum aſſer-
tione, quod Rector eſt R. D. Gherardus Philanga
Monachus prædicti Monaſterij prouiſus à bon. mem.
Cardinali Vaſtauillano tunc Abbate, ad prædicti Cõ-
mendatarij, & ſucceſſorum ſuorum beneplacitum,
prout per litteras patentes expeditas ſub anno 1584.
Ex qua etiam corroboratur probatio pertinentiæ hu-
ius Eccleſiæ ad dictam Abbatiam firmatæ in deciſione
ex teſtibus tunc datis *in Summario, n.3.* qui adminicu-
lantur per duos ex infra ſcriptis teſtibus examinatis
per Gherardum, deponentibus de auditu ab ipſo,
quod recognoſcebat dictum beneficium à dicto Car-
dinali tunc Abbate, vt *in nouo Summario, n.3.* Et con-
tra hanc quaſi poſſeſſionem Abbatis nihil releuans
deductum fuit per Fratrem Gherardum hodie infor-
mantem.

Sed quia in deciſione fuit dictum, poſſe amoueri 4
etiam ſine cauſa, ceſſante tamen odio, & malitia in
amouente, prout aliàs declarauit Rota *in illa Regienſi
Spolij 24. Ianuarij 1611. coram R.P.D. meo Manzanedo,
inter impreſſ. nouiſſ. mas diuerſ. dec. 325. n.2. p.2.* Ideo ipſe
adduxit teſtes deponentes de quadam contradictio-
ne, & reſiſtentia per ipſum facta à Miniſtris Abbatis,
ne delerent quædam inſignia bonæ memoriæ dicti Il-
luſtriſſimi Cardinalis Vaſtauillani in pariete Eccleſiæ
depicta, & inde deducebatur cauſa odij, tum de aſpe-
ritate loci, & inſalubritate aëris dictæ Abbatiæ, ad
quam reuocari prætenditur, in vertice montium ſitæ, 5
& expoſitæ prædonibus ibi continuò morantibus,
adeo vt dictus Frater Gherardus octogenarius ſubji-
ciatur certo mortis periculo, vt dicunt iidem teſtes ſu-
per ſexto: maximè cum triginta ab hinc annis com-
moratus fuit in Eccleſia Sanctæ Mariæ ſita (vt depo-
nunt iidem teſtes ſuper quarto) in plano, ac commo-
diori loco, ibique per totum dictum tempus laudabili-
ter animarum curam exercendo inſeruierit; quæ in
ſimili conſiderata fuerunt *in dicta Regienſi Spolij.*
Verum hæc DD. viſa fuerunt leuiſſima; nam quo-
ad prædictam contradictionem illa (vltra quod non
ſufficienter probatur per duos teſtes de auditu tantũ,
& præſertim per ſecundum ab ipſomet Gherardo,) eſt
nimis friuola, & remota; vt enim apparet ex altero
teſte, qui eſt tertius ſuper 11. dum deponit de auditu
ab eius patre, dictum impedimentum præſtitum fue-
rat longo tempore elapſo, & inueriſimile eſt, Abba-
tem, ſi illud ægrè tuliſſet, tandiu diſtuliſſe.

Quoad alia verò non videbatur Gherardus poſſe 6
allegare prauitatem loci, & aëris Abbatiæ, in cuius
Ordine ipſe profeſſus eſt, & ſic proprium ei conſen-
ſum obſtare, & alterius coniecturam, ſi quæ hinc
mala deſumi poſſet, purgari omninò per oblationem
Abbatis de illi prouidendo de alio conſimili loco; 7
ſeruitium verò per eum præſtitum in dicta Eccleſia
ab annis triginta ex ſe ſolo non fuit receptum pro
ſufficienti

Digitized by Google

ſufficienti coniectura malitiæ in amouente, prout nec ſuper eo voluit ſe firmare Rota *in allegata Regienſi Spolij*, ſed tranſiuit ad aliam partem.

Et ideo ex præmiſſis DD. ſteterunt in deciſis, &c.

Habetur hæc deciſio inter deciſiones Buratti *tomo ſecundo, deciſ. 382.*

Toletana, ſeu nullius, Iuris celebrandi.

Coram Domino Buratto, anno 1623.

ARGVMENTVM.

Confraternitas Sanctiſſimi nominis Ieſu inſtituta in aliquo oppido in quo Fratres Prædicatores Eccleſiam non habent, de licentia Superioris eiuſdem Ordinis, ob conſtructionem nouæ Eccleſiæ dicti Ordinis non debet extingui, & ad eam transferri, ſed perpetuò manere, vbi priùs erecta fuerat.

SVMMARIVM.

1 *Iniuſtitia, licet non notoria, eſt ſufficiens cauſa reſtitutionis in integrum.*

2 *Sententia quæ non iuſtificatur ex actis, dicitur notoriè iniuſta.*

3 *Confraternitas Sanctiſſimi nominis Ieſu inſtitui debet in Eccleſiis Ordinis Prædicatorum, vbi aderint. vbi verò non, de licentia Prioris Prouincialis, ſeu Conuentualis dicti Ordinis, in cuius diſtrictu Societas eſt erigenda, alias Confratres indulgentias non lucrantur.*

4 *Monacho aſſerenti, ſe habere licentiam à ſuo Prælato aliquid faciendi, non creditur ſine exhibitione prædicta licentia.*

5 *Notario licet non credatur, niſi in his, de quibus fuit coram teſtibus rogatus, tamen eius aſſertio, iunctis aliis, magnum fuit adminiculum.*

6 *Confeſſio in ſupplicatione probat contra Oratorem.*

7 *Probationes imperfecta iungi debent ad faciendam probationem perfectam.*

8 *Actus perfectus, & conſummatus non vitiatur etiamſi deueniat ad caſum, à quo incipere non potuit.*

DECISIO.

1 LATIS in partibus duabus ſententiis conformibus ad fauorem Monaſterij S. Hiacinthi Ordinis Prædicatorum, per quas Confratres Sanctiſſimi Nominis Ieſu fuerunt condemnati ad transferendam dictam Societatem ab Eccleſia Parochiali S. Mariæ, in qua fuit erecta, ad dictam Eccleſiam S. Hiacynthi, quæ ſententiæ (vt ſupponitur) tranſitum fecerunt in iudicatum, & fuit proceſſum ad plures actus pro illarum executione; & commiſſa pro dicta confraternitate in Rota cauſa reſtitutionis in integrum, *& coram Reuerendiſſimo Selenceinſi prima deciſione, die 11. February* 1620. expedito mandato de manutenẽdo ad fauorem prædictæ Confraternitatis; fuit dubitatum, an conſtaret de cauſis reſtitutionis

2 in integrum? & per DD. affirmatiuè reſponſum, & & fundamentum fuit iniuſtitia dictarum ſententiarum de partibus, quæ ſufficit, etiam non notoria, vt quotidie ſeruat Rota, Cæſar de Graſſ. *deciſ.* 10. *num.* 12. *de ſent. & re iud.* Seraph. *deciſ.* 251. *n.* 2. Rota *deciſ.* 492. *n.* 1. *p.* 1. *recent. & fuit dictum in Tiraſſonenſi beneficij*, 26. *Decembris* 1621. *coram me.* Iniuſtitia autem fuit viſa DD. patens, quia dictæ ſententiæ ſunt condemnatoriæ ad faciendam dictam tranſlationem, & non iuſtificantur ex Actis; ſed pro RR. Fratribus Prædicatoribus deducitur Bulla Sanctæ memoriæ Pij V. ad fauorem illorum Ordinis edita in eorum Summario *n.* 10. quæ eſt *in Bullario nouiſſimo* 130. *vol.* 2. In

quo etiam Motu proprio expreſſe diſponitur, quod in ciuitatibus, oppidis & locis totius orbis Chriſtiani, in quibus fuerint Eccleſiæ Ordinis Prædicatorum, ibi tantum, vel in huiuſmodi ciuitatibus, Oppidis, & locis, & in dictis Eccleſiis prædictorum dumtaxat dicta Societas, ſeu Confraternitas huiuſmodi inſtituatur; in ciuitatibus verò, & Oppidis, & locis, in quibus non fuerint dicti Ordinis Domus, aut in finitimis Eccleſiis cum licentia Prioris Prouincialis, ſeu Conuentualis dicti Ordinis, in cuius diſtrictu ſita fuerit Eccleſia, in qua dicta Confraternitas, ſeu Societas eſt, vel erit erigenda; quod ſi ſecus factum fuerit, Confratres pariter admiſſi Indulgentias non conſequantur, ſicque volumus, & præcipimus, nihilominus dilectis filiis Conſeruatori dicti ordinis per præſentes motu ſimili mandamus, vt contradictores noſtra authoritate prohibeant. Quæ tamen Bulla non videtur poſſe conuenire, nec applicari, quia dicta confraternitas fuit inſtituta de anno 1588. in qua parte conueniunt. 3

De quo tempore Ordo Prædicatorum non habebat Monaſterium, & locum in dicto oppido, vt probant teſtes dictæ Confraternitatis *in eius Sum. n.* 1. 2. *&* 3. Sed cœpit habere de an. 1610. Vnde aut Monaſterium prætendit non præceſſiſſe licentiam, aut illam præceſſiſſe, ſed fuiſſe temporalem, donec erigeretur Monaſterium dicti Ordinis in eodem loco, etiam quod tunc ad illud Confraternitas transferri deberet.

Primum non ſubſiſtit, quia ſatis viſum fuit DD. 4 conſtare de licentia conceſſa per Fr. Didacum, qui aſſeruit ſe habere licentiam à ſuo Generali, & deputauit Vicarium Capellanum, & illius Priorem cum omnimoda facultate, quam iſte habet à ſuo Prælato, vt poſſit facere totum illud, quod ipſe facere poſſet, ſi præſens eſſet, & dictam licentiam etiam per publicũ Notarium rogatam propria manu ſubſcripſit, *Summario Confraternitatis n.* 2. & quamvis illi non credatur 5 ſine exhibitione prædictæ licentiæ, ex alleg. tamen id viſum fuit DD. non procedere, pluribus concurrentibus adminiculis in prædicta deciſione ponderatis. Primum videlicet ex aſſertione Notarij, qui in ipſo inſtrumento inſtitutionis dicit, talem facultatem vidiſſe; & quamvis Notario non credatur, niſi in his, de quibus fuit coram teſtibus rogatus: tamen negari non poteſt, quin iunctis aliis magnum faciat adminiculum. Secundum ex veriſimilitudine, quia prædicta licentia conceſſa fuit à dicto Fratre Didaco in loco de Madrideyos, in quo non aderat tunc temporis Monaſterium 6 Prædicatorum, & veriſimiliter ad dictum locum ſe non tranſtuliſſet ad dictum actum faciendum ſine licentia Generalis, & Superioris, cum eius incommodo populos decipientis. Tertium ex obſeruantia vltra viginti annos, quibus ibi Confraternitas fuit adminiſtrata, etiam cum interuentu Fratrum, qui ibi in feſtiuitatibus concionabantur, *vt dicto Summar. n.* 3. & addebatur conſtare de dicta licentia ex confeſſione procuratoris dictorum Fratrum Prædicatorum facta in commiſſione reformatoria, *Summario Archiconfraternitatis*, quæ contra ipſos probat, *ad l. cum precum, C. de liber. cauſ.* & paſſim dicitur.

Ex quibus ſaltem ſimul iunctis, prout iungi debent, 7 viſum fuit DD. ſaltem probari, Confraternitatem erectam fuiſſe de Superiorum licentia, iuxta formam dictæ Bullæ, qua licentia ſuppoſita, per conſtructionem nouæ Eccleſiæ Ordinis Prædicatorum, non debet extingui, & ad aliam transferri, ſed perpetuò ibi

maneat

Digitized by Google

manere, cũ actus perfectus, & conſummatus non vitietur, etiamſi deueniat ad caſum à quo incipere non poſſit, *cap. factum legitimè, de regul. iur. in* 6 late Tiraquell. *in tract. ceſſante cauſa, limit.* 21. *n.* 1. & 15. Molin. *de primogen. Hiſpan. lib.* 5. *c.* 10. *n.* 12. Quatenus verò de dicta licentia non conſtaret, adhuc dictæ ſententiæ ab iniuſtitia ſaluari non poſſent; quia ea non petita, & obtenta ſolum, in dicta Bulla diſponitur, vt ex tenore ſupra relato, Confratres Indulgentias non conſequi.

An autem Confraternitas aliàs erecta, quamuis nulliter, ſit transferenda cum omnibus bonis quæſitis ad Eccleſiam dicti Ordinis, ex verbis dictæ Bullæ colligi non videbatur, nec valet conſequentia, Confraternitas eſt nulliter erecta, ergo eſt transferenda cum omnibus bonis.

Et ita, &c.

Habetur hæc deciſio inter deciſiones Burati Romæ impreſſas *anno* 1637. *deciſione* 681. *in tom.* 3.

CONSVLTVM XXV.

De quadam alienatione cuiuſdam boni ſtabilis ad Eccleſiam pertinentis.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, ſeu factum.*
2 *Omnis alienatio bonorum Eccleſiæ prohibita.*
3 *Alienationis nomine quæ veniant.*
4 *Quid de Emphyteuſi.*
5 *Quando non cenſetur alienatio, ſed continuatio alienationis.*
6 *Hoc dubium non eſt in terminis emphyteuſis.*
7 *Hypothecatio, ſeu impignoratio an coincidant cum Emphyteuſi.*
8 *Actus agentium non operatur vltra intentionem.*
9 *Requiritur conſenſus Sed. Apoſtolic. pro hac alienatione.*
10 *Propter Extrauagantem ambitioſæ.*
11 *Olim quomodo aliter.*
12 *Propter iuramentum emiſſum ab Epiſcopis.*
13 *Annexum eſt Epiſcopi Officio.*
14 *Extenditur ad licitas alienationes.*
15 *Contrahere cum hæreticis non eſt facilè permittendum.*
16 *Hæreſis eſt morbus contagioſus.*
17 *Scandaloſum eſt contrahere cum hæreticis.*
18 *Eorum improbitas.*
19 *Cypriani, & Leonis verba.*
20 *Non obſtat vtilitas.*
21 *Debet eſſe certa, & euidens.*
22 *Et cum conſenſu Sed. Apoſtolicæ.*
23 *Intentio Eccleſiæ in Extrauaganti Ambitioſæ.*
24 *De clauſula illa*, Præterquam in caſibus à iure permiſſis.
25 *Solum referenda ad Emphyteuſim.*
26 *Quid de neceſſitate huius alienationis cenſendum.*
27 *Neceſſitas, & vtilitas in iure æquiparantur.*
28 *Quid quando neceſſitas eſt vrgens.*
29 *Quid quando eſt periculum in mora, ſi Papa adeatur.*
30 *Hæc neceſſitas non eſt legalis, aut iuridica.*
31 *Debet examinari à Sede Apoſtolica.*
32 *Illud*, Neceſſitas facit licitum, *quomodo accipiendum.*
33 *Extrauagans* Ambitioſæ *an recepta.*
34 *Præſumitur recepta.*
35 *Eſt inſerta in corpore iuris.*
36 *Cui incumbit probare non eſſe receptam.*
37 *Generaliter an ſit recepta.*
38 *Obligat vbique gentium.*
39 *Papa poteſt obligare ad legem non receptam.*
40 *Hoc præſumitur in iſta.*
41 *Tres S. Rotæ Rom. deciſiones.*
42 *Vna coram Mantica.*
43 *Alia coram Seraphino.*
44 *Alia coram Dunozetto.*

IESVS MARIA.

Caſus, ſeu factum.

ANTE 60. & plures annos quidam Epiſcopus Eccleſiæ Vratiſlauienſis in Polonia quoddam Menſæ ſuæ Epiſcopalis bonum ſtabile tanquam deſertum, & incultum nobili Laico oppignorauit pro 6000. talerorum ad creditoris, & aliquot ſuorum hæredum vitam, aſſignando vſumfructũ oppignorati boni pro intereſſe acceptæ pecuniæ ſub conditione, vt idem bonum cum prædiis, ædificiis, piſcinis, oppidis, & aliis emolumentis deberet meliorari, & reparari, accedente quidem Capituli conſenſu, ſed non Sedis Apoſtolicæ. Deinde quatuor, vel quinque Epiſcopi ſuccedentes, vnus pro 6000. alter pro 10000. alter pro 17000. & conſequenter vſque ad 36000. idem bonum primi creditoris hæredibus oppignorarunt ad plures vitas, eiſdem conditionibus. Et quidem intuitu tam meliorationum, quàm meritorum, quæ illi apud Epiſcopos, & Capitulum habebant, conuerſis acceptis pecuniis in contributiones belli Turcici, vel aliarum extremarum neceſſitatum Epiſcoporum, & Capituli, cum Capituli quidem conſenſu, ſed Sedis Apoſtolicæ non requiſito. 1

Cum verò iam ſtet præ foribus finis dictæ oppignorationis, & tempus recipiendi dictum bonum, & 36000. tal. creditori reſtituendi, creditor inſtat, vt memoratæ oppignorationis tempus ad quinquaginta annos alios iiſdem conditionibus extendatur, offerens ſuo credito 36000. tal. Epiſcopo, & Capitulo ſuperaddere 5000. talet. Hinc iam quæritur an modernus Sereniſſimus Epiſcopus cum Capitulo abſque Sedis Apoſtolicæ conſenſu inſtantiæ creditoris deferre poſſit, an verò rectius idem Sereniſſimus renuerit id facere.

Reſponſio.

Præmittendum primò his temporibus omne genus 2 alienationis bonorum Eccleſiaſticorum etiam per modum oppignorationis, aut hypothecationis prohibitum eſſe, per text. expreſſ. *in cap. nulli liceat, de rebus Eccleſ. alien.* maximè iuncto *c. Ambitioſæ, eodem tit. in extr. communib. ſeu extr. Ambitioſæ*, vbi Paolus II. ſub grauiſſimis pœnis prohibet *omnium rerum, & bonorum Eccleſiaſticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipſorum dominium transferatur, conceſſionem, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphyteuticum, præterquam in caſibus à iure permiſſis, ac de rebus, & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis, & cum Eccleſiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus, & bonis, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.* Et *l. fin. C. de reb. alienis non alien. Sancimus* (inquit Imperator) *ſiue lex alienationem inhibuerit, ſiue teſtator hoc fecerit, ſiue pacto contrahentium admiſerit, non ſolum dominij alienationem, vel mancipiorum manumiſſionem eſſe prohibendã, ſed etiã vſusfructus dationem, vel hypothecam, vel pignoris nexum penitus prohiberi, &c.* Et rectè, cum enim in hypotheca, & pignore conſtituendo hoc principaliter agatur, vt debitore in ſolutione moram faciente, pignus, & hypotheca diſtrahatur, *tot. tit. ff.*

&

& Cod. de diſtract. pign. vel creditori iure dominij addicatur, iuxta formam præſcriptam *in l. fin. C. de iur domin. impetr.* Hinc eſt, vt is iuris interpretatione alienare cenſeatur, qui talem contractum celebrat, quo mediante ex tacita conuentione contrahentium poteſt ad vlteriorem alienationem, & dominij tranſlationem perueniri.

3 Præſertim, quia quamvis nomine alienationis propriè ſignificetur actus quo transfertur dominium directum, *l. 1. C. de fundo dotal.* Nihilominus nomine alienationis latè acceptæ in materia fauorabili pro Eccleſia, qualis eſt iſta, venit etiam actus, quo traditur dominium vtile, vt communiter tradunt DD. & ex Molina, Quaranta, Rodriguez, Couarruuia, & aliis affert Bonacina *de contract. diſp. 3. q. 8. punct. 4. num. 31.*

4 Præmittendum ſecundò, quod ſi huiuſmodi boni ſtabilis diſtractio conceſſa fuiſſet à dicto tempore per modum emphyteuſis, tunc non requiretur conſenſus Sedis Apoſtolicæ, ſeruatis tamen illis conditionibus *in Extr. Ambitioſa*, relatis, videlicet, *in caſibus à iure permiſſis, ac de rebus & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis, & cum Eccleſia euidenti vtilitate.* Sed ſine tali conſenſu poſſet dicta Eccleſia Vratiſlauienſis iterum illud in emphyteuſim tradere. Ita enim colligitur ex dicta Extrau. *Ambitioſa*, & docent communiter Doctores, ſpecialiter Clar. *de emphyt. q. 6.* Couar. *lib. 2. var. cap. 17. num. 4.* Leſſ. *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 24. dub. 11. num. 59.* Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Eccleſ. quæſ. 459. num. 2.* Franc. Leo *in Theſ. for. Eccleſ. part. 1. cap. 15. n. 9.* Barb. *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 95. num. 22. & ſeqq.* & alij. Cuius etiam ratio eſt, quia id non cenſetur noua alienatio, ſed continuatio alienationis antea factæ, maximè cum vt bona in emphyteuſim concedi ſolita dicantur, ſufficit vnica con-
5 ceſſio, & eſſe elapſos 40. annos. Iaſon *conſ. 155. col. 2. lib. 2.* Decius *conſ. 142. num. 4.* Afflict. *dec. 305. num. 10.* Clarus § *feudum, q. 13. num. 4.* Ruin. *conſ. 35. n. 30. lib. 1.* Cephal. *conſ. 155. n. 30. lib. 2.* Rebuffus *de reb. Eccleſ. non alien. num. 33.* Gamma *deciſ. 342. num. 4.* Imò ſecundùm plures in iſto caſu Prælatus ſolus ſine conſenſu Capituli poſſet facere iſtam alienationem, ſicuti docent Baldus *in cap. 1. col. 1. qui feud. dare poſſ.* vbi Iaſon *n. 7. verſ. an autem*, Felinus *in c. cum cauſa, n. 24 de iudic. & in c. Edoceri, ſub num. 2. de reſcript.* Feder. de Senis *conſ. 109. incip. Quidam Prælatus*, Caſtrenſ. *conſ. 134. lib. 1.* Curt. Iun. *in tract. de feud. part. 2. quæſt. 1. num. 2.* Menoch. *conſ. 79. n. 6.*

6 Quia tamen hoc dubium non eſt in terminis emphyteuſis, ſed vel hypothecationis, prout ſupponit Capitulum Vratiſlauienſe in ſupplicatione facta ad Sereniſſimum Epiſcopum, vel oppignorationis, prout ſupponunt Decanus, & Profeſſores Facultatis Iuridicæ Pragenſis, & Decanus, Doctores, & Profeſſores Juridicæ Facultatis Catholicæ Vniuerſitatis Ingolſtadienſis; ideo in his terminis reſoluendum.

7 Nec obſtat, quod ſecundum aliquot Doctores hypothecatio, ſeu oppignoratio, præſertim ad multum tempus, coincidat cum Emphyteuſi, ac proinde idem dici debeat de hypothecatione, & oppignoratione ac de Emphyteuſi. Nam præterquam quod certum eſt diſtingui huiuſmodi contractus, quidquid de hoc ſit, cum intentio contrahentium non ſit dare, aut accipere illud bonum ſtabile per modum Emphyteuſis;
8 ſed per modum oppignorationis, ſeu hypothecationis, vt præmiſſum eſt; ideo in terminis iſtis reſoluendum eſt dubium, cum certum ſit, quod actus agentium non operantur vltra intentionem eorum, *l. non omnis, ff ſi certum pet. l. in agris, ff de acquir. rerum domin.* Ægid. Bellam. *conſ. 33. num. 38.* vbi ſubdit maximè procedere in iis, quæ pendent à poteſtate. Soc. *reg. 150.* Alex. *conſ. 146. in cauſa, num. 10. & ſeq. lib. 5.* Mantica *dec. 267. n. 3.* Facit & aliud Iuris axioma: *Actus ſemper iudicantur à principali intentione agentium*, de quo *l. ſi quis nec cauſam, in princ.* & ibi Bald. *ff. ſi certum pet. l. qui exceptionem, ff. de condict. indeb. l. 1. Cod. ad legem Cornel. de Sicar.* Tiraq. *de retract. lig. § 30. gl. 1. n. 4.* Couar. *lib. 2. var. c. 4. n. 5.*

Reſpondeo ergo non poſſe fieri dictã alienationem, 9
ſeu diſtractionem dicti boni immobilis ſine conſenſu Sedis Apoſtolicæ, ac proinde rectè feciſſe Sereniſſimum D. Epiſcopum ſuum conſenſum renuendo, non præhabito conſenſo Sedis Apoſtolicæ. Colligitur manifeſtè ex dicta Extrauag. *Ambitioſæ*, in quâ omnis alienatio prohibetur verbis relatis, & in ſequentibus adiungitur: *Alienanti verò bona Eccleſiarum, Monaſteriorum, locorumque piorum quorumlibet, inconſulto Romano Pontifice, aut contra præſentis Conſtitutionis tenorem, ſi Pontificali, vel Abbatiali præfulgeat dignitate, ingreſſus Eccleſiæ ſit penitus interdictus,* 10
& ſi per ſex menſes, &c. Ita etiam communiter ſupponunt DD. Gaetan. *in Summ. verb. Excommunicatio*, Nauar. *c. 75. de alienat. n. 14. verſ. 2.* Quaranta *in Summ. Bull. verb. alienatio, n. 5.* Franciſcus Leo *in theſaur. for. Eccleſ. p. 1. c. 13. n. 54 & 57.* Filliucios *tract. 44. de alienat. c. 3. § 2. n. 8.* qui teſtatur de ſtylo Curiæ, & alij, quos refert, & ſequitur Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſ. alleg. 95. n. 2.* Cum enim olim nullus poſſet res, aut bona Eccleſiæ, inconſulto Epiſcopo alienare, *c. Abbatibus, & c. placuit, 12. q. 2.* & id poſſet facere Epiſco- 11
pus quando tales res Eccleſiæ incommodum potiùs quam vtilitatem afferrent, *c. ſine exceptione, cum ſeqq. c. non liceat, ead. cauſa, &c.* aut ſi tantum Eccleſiæ contuliſſet, quantũ alienare voluerat, *c. ſi quis ex qualibet, ead. cauſ. & q.* cum conſenſu tamen Capituli, *d. cap. placuit*, nihilominus quoniam non recto iudicio, cum detrimento Eccleſiarum, quandoque etiam ex ambitionis motiuo id fiebat, ideo Paulus II. his malis obuiare deſiderans omnem alienationem rerum Eccleſiæ prohibuit, inconſulto Pontifice Summo.

Præſertim ſecundò id non poſſe, aut potuiſſe fieri 12
ex ſolo conſenſu D. Epiſcopi, ex eo elicitur, quod Præſules omnes Papæ authoritate creati, ſeu confirmati hoc iuramento tenentur, prout patet ex Pontif. Rom. fol. 81. & 120. vbi ſic: *Poſſeſſiones verò ad menſam meam pertinentes, non vendam, &c. vel aliquo modo alienabo, etiam cum conſenſu Capituli Eccleſiæ meæ, inconſulto Romano Pontifice.* Et ſi ad aliquam alienationem deuenero, pœnas in quadam ſuper hoc edita Conſtitutione contentas incurrere volo. Gloſſ. *cap. vlt. de Eccleſ. ædific. & c. ſuper, de rebus Eccl. alien.* Abbas *ibi, & c. ad noſtram*, Redoan. *de alienat. q. 55.* Quod iuramentum adeò annexum eſt Epiſcopi conſecrationi, ſeu Epiſcopali dignitati, vel officio, quod etiamſi non emittatur, præſumitur tamen ſemper interueniſſe.

Nam quæ fieri ſolent, & debent, facta eſſe creduntur, 13
l. vlt. C. de fideiuſſor. Nauar. *de alienat. n. 12.* Filliucius *ſup. c. 1. n. 13.* Indultum porrò eſt hoc iuramentum ob reuerentiam Sedis Apoſtolicæ, & vt ſi alicubi Paulina *Ambitioſa*, non eſſet vſu recepta, Prælati tamen ea tenerentur, vt docet Filliocios *ſup. n. 13.* Nec hoc iuramentum de non alienando inconſulto Papa, extenditur ſolùm ad alienationes illicitas, ſed etiam ad illas, quæ aliàs ſecundum ius licitè fieri poſſent: tum ne dicatur fruſtraneum eſſe, & nihil operari: tum quia illicitæ alienationes fieri non poſſunt, nec à Papa, niſi de abſoluta potentia. Nau. *ſup. n. 12.* Azor. *tom. 2. Inſtit. moral. lib. 9. cap. 9. q. 9. § altera ſententia,* 14
Molina *tract. 2. diſp. 468.* Quaranta *ſup. n. 6.* & veriſimilius exiſtimant Doctores Ingloſtadienſes pro contraria parte interpellati. Vnde quod Barboſa *ſup. n. 30.* ex aliis refert, quod ſcilicet hoc iuramentum non contineat ſolita alienari, intelligendũ eſt in terminis dictæ Conſtitutionis *Ambitioſæ*, id eſt de ſolitis alienari per

modum emphyteuſis, prout permittitor in ea conſtitutione, non de aliis ibi non permiſſis.

16 Accedit tertiò, meritò huiuſmodi alienotionem fieri non debuiſſe, nec fieri poſſe ſine conſenſu Sedis Apoſtolicæ, eo qoòd, vt audio, contractus iſte cum hæreticis initus eſt. Contrahere autem cum hæreticis, non eſt facilè permittendum ſine magna cauſa à Sede Apoſtolica iudicanda. Primò propter periculum ſubuerſionis Catholicorum, quæ ex huiuſmodi contractibus oriri ſolet, iuxta illud Eccleſiaſt. 12. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicauerit ſuperbo, induet ſuperbiam.* Quod maximè verum eſt de ſuperbia hæreticorum, ſpeciatim verò propter illud 2. Timoth. 17. *Prophana autem, & vaniloquia*
16 *deuita, multum enim proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum vt cancer ſerpit*: vbi loquitur de hæreticis, quos ait *ſubuerterunt quorundam fidem*. Et ratio eſt, quia hæreſis eſt inſtar morbi cuiuſdam contagioſi: ſicut ergo nemo prudens facilè agit cum homine habente morbum contagioſum, ne veniat in periculum ſalutis corporalis, ita nemo prudens facilè debet agere cum hæretico, ne det ſe in diſcrimen ſalutis animæ.

17 Secundò ratione ſcandali. Conſtat enim multos rudiores, & ſimpliciores ſcandalum pati, & in errorem induci, cum vident ſuos Principes, nobiles, aut potentes, aut doctrina excultos, maximè Antiſtites, & perſonas Eccleſiaſticas, cum hæreticis contrahere, paciſci, matrimonia inire, & ſimilia agere. Putant enim eos hac ſua conuerſatione doctrinam, & mores hæreticorum approbare, ac proinde ſe quoque errare non poſſe, ſi ipſorum exemplum imitentur. Vnde paulatim fit vt apertè incipiant hæreſim pro vera doctrina amplecti, & propugnare, nec alio argumento tueri ſe poſſint, quàm quod prætendant tales viros errare non poſſe, ſeque bona conſcientia illorum veſtigiis poſſe inſiſtere.

18 Tertiò propter improbitatem hæreticorum. Sunt enim illi, de quibus 2. ad Timoth. 3. inquit Apoſtolus: *Erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores, magis quam Dei, habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem eius abne-*
19 *gantes.* Et propterea ſubiungit idem Apoſtolus: *Et hos deuita.* Vnde D. Cyprianus *lib. 1. epiſt. 3. ad Cornel.* quomodo Catholici conſortia hæreticorum declinare debeant, ſic habet: *Declinent fortiter, & euitent dilectiſſimi Fratres noſtri verba, & colloquia eorum, quorum ſermo vt cancer ſerpit, nulla cum talibus commercia, nulla conuiuia, nulla colloquia miſceantur, ſintque ab eis tam ſeparati, quàm ſunt iſti ab Eccleſia profugi.* Cuius rationem veluti reddens S. Leo *ſerm. 5. de ieiun. 10. menſ.* inquit: *Quia ſermo eorum ſerpit vt Cancer, humiliter irrepunt, blandè capiunt, molliter ligant, latenter occidunt.*

20 Nec obſtat quod contra dicta obiicitur per vniuerſitatem Pragenſem, & Ingolſtadienſem, ſcilicet dictam alienationem vtiliſſimam eſſe dictæ Eccleſiæ Vratiſlanienſi, quia aliàs ſi non fiat, oportet bonum illud oppignoratum diluere, & ſoluere pro illo creditori 36000. taleros, quod eſt impoſſibile propter Eccleſiæ neceſſitates, & præſertim quod bonum illud propter bellicas calamitates eſt valdè deterioratum, & inutile Eccleſiæ, cui è contra valde commodum eſt acceptare ſuperadditionem illorum 5000. talerorum, quos creditor vult ſuperadiungere, ac proinde neceſſarium non eſſe ad hoc faciendum Sedis Apoſtolicæ conſenſum. Siquidem *cap. vt ſuper aliqua, de reb. Eccleſ. alien. vel non*, expreſsè ait Cœleſtinus III. Rauennenſi Archiepiſcopo: *Poſſeſſiones verò, quæ tua Eccleſia minus vtiles ſunt pro aliis vtilioribus de fratrum tuorum, & ſanioris partis conſilio, & aſſenſu, alienandi, ſeu commutandi liberum concedimus facultatem.* Et *c. ea enim* 10 *q. 2.* vbi res immobiles permittuntur dari pignori, quando mobiles non ſufficiunt, prohibetur rei ſterilis poſſeſſio, & prædium inutile alienari permittitur.

Hæc inquam, & ſimilia, non obſtant; non ſolùm 21
quia hæc omnia, præſertim de vtilitate Eccleſiæ in facienda alienatione debent plenè probari, & eſſe euidentia, clara, & indubitata, ita vt non ſtetur aſſertioni alienantis. Bartol. *in l. ſi facto, ff. de Caſtrenſ. pecul.* Bald. *conſ. 256. circa med. verſ. præterea*, Feder. de Sen. *conſ. 343. circa fin.* Alex. *conſ. 160. n. 5. lib. 6.* Roland. *conſ. 15. num. 19. lib. 1.* Barb. *de Iure Eccl. lib. 3. c. 30. n. 16. & 17.* Maximè Rota 1. p. diuerſ. deciſ. 181. 22
num. 3. vbi expreſsè: *Certum eſt quod non ſtatur aſſertioni partium circa cauſam vtilitatis.* Sed etiam, quia eſto euidenter conſtet de vtilitate huiuſmodi alienationis, & damno de retentione talis boni, adhuc requiritur iudicium Sedis Apoſtolicæ, quo iudicet de tali vtilitate, & damno, & ſi ita inuenerit, conſentiat in alienationem. Tum propter iuramentum ab Epiſcopo emiſſum, & dict. Extrauag. *Ambitioſæ*, quæ vt dictum eſt, extenduntur etiam ad caſus aliàs ex iure licitos ratione vtilitatis.

Tum deinque, quia intentio, & finis Eccleſiæ in 23
dicta Extrauag. eſt impedire alienationes factas prætextu vtilitatis ſine conſenſu Summi Pontificis, eo quod experientia docente, ſimiles alienationes licet apparenter vtiles, repertæ poſtea ſunt inutiles, & damnoſæ Eccleſiis. Quaranta *ſup. n. 5.* maximè *n. 44.* Filliucius *ſup. c. 5. q. 8.* Franc. Bordon. *in reſ. reſ. 27. n. 23.* Moſon. *reſp. 62. n. 7.* & ego *tom. 3. mea Summa, verbo Alienatio, n. 26.* in impreſſione Veneta anni 1646. Et conſtat manifeſtè ex ſtylo Curiæ, nam in reſcriptis, in quibus conceditur facultas ad alienandum, additur hæc clauſula: *Si in euidentem vtilitatem, &c.* Et caſu quo non addatur tacitè ſubintelligitur. Rota *diuerſ. dec. 578. n. 2. vol. 2.* Filliuc. *ſup. q. 12.* Bonac. *de alienat. diſp. 5. q. 1. punct. 4. n. 7.* poſt Redoan. & alios. Ex quo liquidò conſtat, præter vtilitatem Eccleſiæ, & adhuc ipſa poſita, requiri ad alienationem conſenſum Sedis Apoſtolicæ.

Nec releuat clauſula illa poſita in dict. Extrauag. 24
ſcilicet, *præterquam in caſibus à iure permiſſis*, per quam videtur concedi, alienationes fieri poſſe ſine conſenſu Sedis Apoſtolicæ in caſibus vtilitatis Eccleſiæ, vel ad euitandam aliquam incommoditatem, vel inutilitatem. Siquidem iſti caſus ſunt in iure permiſſi. Reſpondeo enim clauſulam iſtam exceptiuam non 25
eſſe referendam ad omne genus alienationis relatum in dict. Extrauag. Sed ſolum ad eam quæ fit per modum emphyteuſis, vt conſtat manifeſtè ex verbis ipſius Extrauag. ſicque communiter intelligitur à Doctoribus, eſtque ſecundum praxim Curiæ. Quaranta *ſup. num. 39.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 95. n. 22. & ſeqq.* Bordon. *ſup.* & alij ferè communiter.

Ex quo etiam patet quid dicendum ad aliud, quod 26
tangitur pro parte aduerſa, præſertim Vniuerſitate Pragenſi, ſcilicet de neceſſitate quæ dicitur eſſe in huiuſmodi alienatione, ita vt ratione ipſius, & iurium, in quibus propter neceſſitatem permittitur alie-
natio permitti etiam poſſit iſta, inconſulta Sede Apo- 27
ſtolica. Primò enim, cum neceſſitas, & vtilitas in iure æquiparentur, *c. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in 6.* Clem. 1. *eod. tit.* Gloſſa *ibid. verb. neceſſitas, aut vtilitas* ex aliis etiam iuribus id comprobans, Abbas *in cap. vt ſuper, de reb. Eccleſ. non alienand. & c. fin. de Eccleſ. ædific.* Moronus *d. reſp. 62. n. 4.* ideo quæ dicta ſunt de vtilitate, applicanda etiam ad neceſſitatem. Secundò ſpecialiter, quando iura concedunt aliquas alienationes rerum

rerum Eccleſiaſticarum propter neceſſitatem Eccleſiæ
non ſeruatis debitis ſolemnitatibus (inter quas vna,
29 & præcipua poſt dictæ Extrauag. *Ambitioſa*, eſt ex-
pectare conſenſum Sedis Apoſtolicæ) ſolum intelli-
guntur quando neceſſitas eſt adeo vrgens, vt non pa-
tiatur eas ſeruari, vt aliàs notant Cardinalis *in Clem.
de reb. Eccl.non alien.n.*29. Villadieg *tract.de leg.q.*11.
in fin. Abbas *in cap.fin.de Eccleſ.ædific.* Turrecremata
*in Summa, lib.*12. *q.*2. Redoan. *q.*19.*n.*34. Paſqualigus
*in qq.moral canon.cent.*2.*q.*174.*n.*4. Propterea DD. di-
cunt quod quando neceſſitas inſtat, & eſt periculum
in mora, ſi Papa adeatur, vt pro alimonia pauperum,
redemptione vrgente captiuorum, tunc alienari poſ-
ſint res Eccleſiæ inconſulto Papa. Abbas *in c.fin.n.*8.
de Eccleſ.ædific. Redoan. *q.*13.*num.*13. Quaranta *ſup.
n.*42. Vgolin. *de poteſt Epiſc.c.*14. *§.*7.*n.*5. Hæc autem
ſumma neceſſitas non vrget in præſenti caſu, vt de
ſe patet.
30 Tertiò cum hæc neceſſitas non ſit legalis, aut iu-
ridica, qualis eſſet ſi bonum illud, de quo eſt contro-
uerſia, peruenifſet ad Eccleſiam cum conditione, quod
alienaretur, aut cum Eccleſia non eſſet capax haben-
di illud aut quando illud alienare eſſet neceſſarium
ex voluntate teſtatoris, aut ex lege contractus, pro-
pter pactum de retrouendendo, in quibus, & ſimili-
bus caſibus authores communiter negant requiri con-
31 ſenſum Sedis Apoſtolicæ, vt videre eſt in Quaranta,
Bonacina, Barboſa, & aliis relatis, ac in Caſtropa-
lao *tom.*2. *tract.*12. *diſp.*1. *punct.*15. & Theſauro *in
prax.p.*2.*verb.alienatio,c.*1. ſed ſi ſit quædam neceſſitas
orta ex indigentia Eccleſiæ volentis facere hanc alie-
nationem, debet examinari à Sede Apoſtolica an ſit
ſufficiens, & debet eſſe ab ipſa authorizata, & decla-
rata, quod ſit ex illis, quas iura requirunt ad aliena-
tiones bonorum Eccleſiæ, *c. Diacon*, *c.ſiqua*, *c.aliena-*
32 *tiones*, *c.ſine exceptione*, 12.*q.*2. Paſqualig *ſup.n.*5. Vnde
id quod dicitur *ex c.Quod non eſt licitum*, *de reg. iur.*
ſcilicet neceſſitas facit licitum, quod alias licitum non
erat, & quod habetur ex *l ſi quis propter*, *C.de patri-
bus qui filiis*, ſcilicet *neceſſitas non habet legem*, intel-
ligendum eſt de neceſſitate ita vrgente, quæ nullo
modo permittat legem, vel ſolemnitatem, maximè
quæ ſpectat ad conſenſum Sedis Apoſtolicæ pro ea
requiſitum obſeruari. Archidiacon. *in cap. Ea enim,
§ hoc ius, verb conſtata* 10.*quæſt.*2. Paſqualig *ſupra.*
33 Ad id verò quod pro aduerſa parte tangitur in lit-
teris Capituli Vratiſlauienſis ad Sereniſſ. Epiſcopum,
& in reſponſo Vniuerſitatis Ingolſtadienſis, ſcilicet
dictam Extrauag. *Ambitioſa*, vſu receptam non eſſe in
partibus Poloniæ, ac proinde nullam vim habere ad
obligandum volentes alienare ad petendum conſen-
ſum Sedis Apoſtolicæ.
34 Reſpondeo primò ipſam Vniuerſitatem Ingolſta-
dienſem ſuprà de hoc dubitare, quin potius dicere,
quod ſi eſſet recepta in locis vicinis, præſumendum
eſſet, quod etiam in Diœceſi Vratiſlauienſi recepta ſit,
ac proinde quod onus probandi contrarium in Do-
minos conſulentes (ſcilicet Canonicos eius Eccleſiæ)
retorquendum ſit. Et rectè ſanè, cum hoc ad factum
pertineat. Secundò debere præſumi eſſe receptam,
quia eſt inſerta in corpore iuris, & eſt ipſum ius com-
mune, prout in terminis reſoluit Rota *in vna Bri-
xienſi locationis*, coram Peña, inter deciſiones Farina-
cij *p.*1.*deciſ.*30.*n.*5. vbi ſic: *Satis quoque leue viſum
fuit quod de non vſu Extrauagantis Ambitioſa oppo-
nebatur; cum enim eſſet laica, & publicata, & paſſim
iam impreſſa circumferatur, vſu præſumitur etiam rece-
pta.* Et ita tenent Benintend *dec.*13.*n.*9. Redoan. *ſupr.
q.*6.*n.*15. *&* *q.*35.*num.*1. Berous *conſ.*8.*n.*9.*lib.*3. Gutier.
*lib.*1.*Can.qq.c.*8. Riccius *in Collect.dec.p.*5.*collect.*1673.
*& in prax. rerum for. Eccleſ. deciſ.*95. & plures alij,
quos ſequitur, & refert Barboſ. *d. alleg.*95. *n.*49. *& in*

*Collect.DD. ad d Extrauag.n.*3. allegans etiam alias
Rotæ deciſiones ad intentum.
Maximè ex illa Brixienſi iam relata clarè habetur 36
Rotam non ſeruare deciſionem Mohedani 8. *de loca-
to*, dicentis probandum eſſe vſum huius Extrauagan-
tis. *Quinimò*, inquit Rota, *cum vſu recepta præſumatur,
neganti vſum incumbit onus probandi.* Anton. Auguſt.
*in epit.tit. de conſtit. num.*3. Bec. *conſ.*9. *num.*1. Plot.
*conſ.*19.*n.*61. Imò generaliter eſſe receptam, ſaltem
quoad nullitatem contractus in illa poſitam contra
alienantes, etſi non quoad cenſuras, colligitur ex
pluribus DD. relatis à Barboſa *ſupra d. num.*3. In du-
bio autem de receptione præſumi debere eſſe rece-
ptam, eo quòd poſſeſſio, & præſumptio ſtat proipſa, 37
ita vt in fauorem ipſius debeat iudicari, & qui eam
in ſui fauorem allegat, habeat ſuam intentionem fun-
datam, colligitur ex iis, quæ dixi *tom.*4 *mea Summa,
qq.regul verb leges regular. num.*17. & habent Sanch.
*lib.*1. *in Decal. cap.*10. *num.*35. Salas *in* 1.2. *q.*21.
tract 8.*diſp.vnic. ſect.*16. *num.*165. *in fin.* Laym. *lib.*1.
*tract.*4.*cap* 3.*n.*6. cum Rodriguez, Naldo, & Bonaci-
na, quos ibi retuli.
Tertiò reſpondeo, quod ſiue hæc Paulina recepta 38
ſit, ſiue non in partibus Poloniæ, aut alibi, & quid-
quid ſit de illa controuerſia, an lex humana non rece-
pta, ſeu non acceptata obliget, de qua dixi loco re-
lato, *n.*16. & abſtrahendo ab his omnibus, nihilo-
minus dico eam obligare vbique gentium.
Ratio eſt, quia Papa poteſt obligare ſua lege fide- 39
les, etiamſi illam non acceptent, & independenter ab
eorum acceptatione; & ex multis coniecturis colli-
gitur habere hanc intentionem circa obſeruantiã hu-
ius Paulinæ. Primum conſtat ex eo, quod hæc facul-
tas competit illi ex poteſtate à Chriſto conceſſa, illis
verbis *Paſce oues meas*, & quia aliàs maioris poteſta-
tis eſſet grex quàm paſtor, & quia aliàs etiam dici
deberet quod poteſtas ipſi à Chriſto conceſſa non
eſſet abſoluta, & efficax, ſed inefficax, & conditio-
nata, ſcilicet ſi ſubditi voluerint obedire: ſic colligi-
tur ex Suar. *lib.*4.*de legib.c.*16.*n.*2. dicente hoc eſſe de
fide, & referente pro eo Caſtr. & ex Turrecr. & ex
Vaſq. 1.2.*diſp.*156.*c.*5. Rodriguez *tom.*1. *qq.regul q.*6.
*art.*6. & Bonac. *de legib.diſp.*1. *quæſ.*1. *punct.*4 *num.*28.
& 29. alios etiam referente.
Secundum verò, tum ex iuramento quod ex præ- 40
cepto Papæ emittunt Epiſcopi de non alienando, in-
conſulta Sede Apoſtolica, per illud enim, vt dixi, in-
tendit Papa obſeruantiam huius Paulinæ, non ob-
ſtante eius non acceptatione; tum quia ad hunc fi-
nem inſerta videtur in corpore iuris, cùm plures aliæ
Pontificiæ Conſtitutiones etiam pro re grauiſſima
editæ ibi non inſerantur; tum quia paſſim iuxta eam
in Curia iudicatur tam in foro externo, quàm in in-
terno conſcientiæ, puniendo, abſoluendo, & diſpen-
ſando tranſgreſſores illius: tum denique quia ita eſt
praxis, & ſtylus Datariæ, & Pœnitentiariæ Romanæ.
Quaranta *ſup.n.*49. Filliuc. *ſuprà c.*1.*dubio ſexto.* Hie-
ronym. Mainaſ. *in Conſulto de ſpol.n.*276. vt teſtes ex-
perti loquentes. 41
Pro maiori autem abundantia, & corroboratione
eorum, quæ dicta ſunt, placuit hic adiungere tres Sa-
cræ Rotæ Romanæ deciſiones coram Illuſtriſſ. DD.
Mantica, Seraphinn, & Dunozetto, ex quibus plera-
que de hac materia elucidantur.

Romana, ſiue Tiburtina Horti.

Coram Domino Mantica, 12. Decembris 1588.

ARGVMENTVM.

Alienatio rei Eccleſiaſticæ facta abſque ſolemnitatibus debitis, inualida eſt. & reuocanda, licèt facta ſit ex neceſſitate ſoluendi æris alieni.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei Eccleſiaſtica vt ſubſiſtat, qua requirantur.*

2 *Gratia Papalis in forma ſimplicis commiſſionis non præſentata, morte Pontificis exſpirat, &* num.7.

3 *Gratia non ſuffragatur, ſi Breue, quod ex forma commiſſionis erat expediendum, non fuerit expeditum.*

4 *Gratia, Si in euidentem, locum habet, etſi Eccleſia vtilitas euidens non ſit probata,* & n.5.

8 *Alienatio facta pro ſoluendis debitis hæreditariis, beneplacitum Papa non requirit.*

9 *Gratia præſentari debet, etſi emptori lis fuerit mota.*

DECISIO.

1 PLACVIT Dominis alienationem non valere ex defectu ſolemnitatis. Nam in alienatione rei Eccleſiaſticæ duo copulatiuè requiruntur, ſolemnitas, & cauſa, *cap.1. & 2. de reb.Eccleſ. non alien. lib.6. Clem.* 1 *.cod. tit. c. ſine exceptione* 12. *q.2.* & communem hanc opinionem profitetur, & quamplutimos adducit Dec. *in conſil.*142. *n.*4. & Couar.*var.reſol.lib.*2.*cap.*17. *n.*2. Et hoc in Rota ſæpius deciſum fuit.

Vnde quamvis alienatio facta fuerit ex neceſſitate æris alieni, non poteſt tamen ſuſtineri, quia deficit forma requiſita, hoc eſt, aſſenſus, & authoritas Superioris.

2 Nec obſtat ſupplicatio à felic. record. Greg.XIII. obtenta, quia illa eſt in forma ſimplicis commiſſionis, nec fuit præſentata, & ideo per mortem Summi Pontificis exſpirauit. Bald. *in l.vlt.num.*3. *verſ. ſed pone,ff.de conſt.*Dec. *in cap relatum, n.*22.*verſ. Et iſta concluſio intelligitur, de off.deleg.*Gabr. *in concl.*1. *n.*7. *de prab.lib.*6.

3 Quod multò magis Dominis placuit, quia in caſu propoſito poſita eſt clauſula, *& per Breue*, quæ facit vt ſit neceſſaria expeditio Breuis, quod cum non fuerit expeditum, gratia non poteſt ſuffragari, quia obſtat regula de non iudicando iuxta formam obligationis.

4 Neque ad rem pertinet, quod gratia *ſi in euidentem*, ſtatim locum habeat, etiam priuſquam Eccleſiæ euidens vtilitas probetur, vt aliàs dictum fuit in Rota, quia illud procedit, quando reſcriptum fuit præſentatum, & res eſt in eo ſtatu, vt confirmatio fieri

5 poſſit. Aliud eſt, ſi reſcriptum non ſit præſentatum, quia mandatum de re integra morte Pontificis exſpirat, *cap. licet, de offic. deleg.* Et perinde eſt ac ſi non eſſet obtentum.

6 Neque etiam refragatur, quod hæc gratia facta fuerit ſimpliciter, & ideo quamvis non ſit præſentata executori per mortem Papæ, non exſpiret, *cap. ſi ſuper gratia, de off.deleg. lib.6.* Guido Pap. *deciſ.*491. quia 7
hoc non habet locum quando executor debet adhibere cauſæ cognitionem. Rota *deciſ.*12. *de off.deleg. in nou.* Gemin. *in d.c.ſi ſuper gratia, n.*7. *verſ. Sed pone quod Papa, de offic.deleg.*Felin.*in d.c.relatum, num.*8. *verſ. Limita iſtam limitationem, de offic. deleg.* Et ſequitur Gabr. qui alios conſonantes refert *in d.concl.*2. *n.*13. *de prab.lib.*6.

In propoſito autem executor debuit adhibere cauſæ cognitionem: ergo ea non adhibita, per mortem Pontificis exſpirauit, & cum Breuis etiam expeditio fuerit neceſſaria, ceſſat omnis dubitatio.

Neque etiam dici poteſt, beneplacitum Papæ non 8
fuiſſe neceſſarium ex eo, quod alienatio facta fuit pro ſoluendis debitis hæreditariis, quia per aditionem hæreditatis bona fuerunt acquiſita à Monaſterio, *l.ſed ſi plures, §.filio, de vulg.& pupil.ſubſt. & inſtit. de hered. qual.& differ. in princ.* quem textum meliorem de iure dicit Crot. *in leg. ſtipulatio hoc modo concepta, n.*55.*verb.oblig.*Gloſ.& DD.*in l.*1. *§.veteres, ff.de acq. poſſ.*

Neque etiam obſtat, quod emptoris lis fuerit mo- 9
ta, & ideo gratia non fuerit præſentata, quia hoc nullum præſtitit impedimentum, & quia Breue etiam nihilominus potuit, & debuit expediri, & præſentari. Ita, &c.

Habetur hæc deciſio inter deciſiones Manticæ *deciſione* 41.

Romana Domus.

Coram Domino Seraphino, anno 1604. Die Lunæ 16. Februarij.

SVMMARIVM.

1 *Ad validitatem alienationis bonorum Eccleſia requiruntur copulatiuè ſolemnitas, & cauſa.*

2 *In alienatione bonorum Eccleſia ſolemnitates non requiruntur quando res eſt ſolita locari.*

3 *Res dicitur ſolita locari, quando præcedit vna locatio ſolemnis, vel duæ minus ſolemnes cum curſu quadraginta annorum, vt n.5.*

4 *Locatio non poteſt dici ſolemnis, in qua non conſtat de beneplacito Apoſtolico, etiam quod ex lapſu temporis poſſit præſumi, ad effectum, vt vnica ſufficiat pro ſolito.*

6 *Locationes licet duæ, facta iiſdem perſonis, habentur pro vna tantùm, maximè ſi poſterior ſit prioris confirmatio.*

7 *Locatio non poteſt eſſe eadem cum prima, quæ fuit alterata reſpectu nominationis in defectu generationis, cum requirat nouam ſolemnitatem, & debet continere eandem cauſam conceſſionis.*

8 *In conſideranda vtilitate in alienatione bonorum Eccleſiæ debet haberi ratio ſextæ partis.*

9 *Non dicitur ſufficiens cauſa alienationis bonorum Eccleſiæ ex quo domus ſit ruinoſa, quando cum parua impenſa reparari poteſt.*

10 *In alienatione bonorum Eccleſiæ facta propter merita, illa ſunt probanda aliter, quàm ex atteſtatione alienantis, & debent eſſe ratione obſequiorum Eccleſiæ præſtitorum.*

11 *Melioramenta facta in re locata ab Eccleſia ſine ſolemnitate, & ſine cauſa, liquidari, & refici debent.*

DECISIO

DECISIO.

1 FVIT reſolutum ſententiam extra Rotam la-
ram eſſe iuſtam, & confirmandam, cùm loca-
tio facta Sebaſtiano corruat ex defectu ſolem-
2 nitatis,& cauſæ,quæ tamen ad validitatem alienatio-
nis bonorum Eccleſiæ copulatiuè requiruntur, *c.1.de
reb. Eccl. non alien. c.fine exceptione*, 12. *q.*2. vbi latè
Laurent.de Rodulph. *in* 3.*q.* Neque obſtat limitatio,
3 quæ pro Sebaſtiano deducitur ad ſuſtinendam aliena-
tionem, quod ſolemnitas non requiratur in re ſolita
alienari,*c* 2.& ibi DD. *de feud.* & allegatur vna loca-
tio,quam affirmant fuiſſe ſolemnem,facta anno 1515.
Mariæ, & Paulæ, quæ fuit confirmata per ſententiam
duorum Canonicorum Eccleſiæ Lateranenſis.
4 Nam neque hæc locatio poteſt dici ſolemnis, cum
non conſtet de beneplacito Sedis Apoſtolicæ, nec de
Iuriſdictione illorum Canonicorum, qui ſententiam
tulerunt: & licet iſta poſſint præſumi, ſtante lapſu
tanti temporis, tamen ad hunc effectum non ſufficit
allegare præſumptionem, vt fuit deciſum coram me
in cauſa Romana deuolutionis domus, 30. Octobris
5 1602. neque ſententia per dictos Canonicos lata fuit
in exequutionem alicuius gratiæ, *Si in euidentem*, ſed
in lite mota per Priorem de, & ſuper domo, & illius
deuolutione,& euacuatione,itaut non poſſit deſeruire
pro confirmatione alienationis, & beneplaciti Apo-
6 ſtolici; immò arguit hanc locationem non fuiſſe paci-
ficam. Minus poteſt ſuſtineri ex eo, quod adſint duæ
locationes cum curſu annorum quadraginta, allegan-
do prædictam factam anno 1515. & aliam factam an-
no 1520.quia habenda eſt pro vna tantùm,cum factæ
ſint iiſdem perſonis: & hæc poſterior non eſt noua
locatio, ſed prioris confirmatio, cum eiuſdem inſer-
tione facta à ſucceſſore prioris, qui priorem conceſ-
ſerat.
7 Sed difficultatem tollit, quod locatio, de qua nunc
agitur,facta Sebaſtiano eſt altera reſpectu nominatio-
nis in defectum generationis,quo caſu requiritur noua
ſolemnitas, vt notatur *in Auth.Qui rem, C.de Sacro-
ſanct. Eccleſ.* & fuit deciſum in cauſa *Imolenſi bono-
rum*, 21. *May* 1593. *coram R.P.D. meo Pamphilio.* Et
etiam requiritur vt adſit eadem cauſa conceſſionis.
Curt. *de feud.p.*2.*q.*1.*n.*10. Viſum fuit etiam Dominis
8 adeſſe defectum cauſæ, fatetur enim Sebaſtianus,quod
eo tempore quo domus locabatur pro ſcutis quadra-
ginta, conceſſio fuit facta pro ſcutis ſex, & pro
ſumma 300. ſcutorum, cum obligatione expendendi
ſcuta centum in melioramentis, adeo quod etiam ha-
bita ratione ſextæ partis, nulla adeſt Eccleſiæ vtilitas.
9 Nec refert quod dicatur, domum fuiſſe ruinoſam,
quia poterat Prior cum centum ſcutis illam reparare
abſque aliquo ſuo incommodo, & ſic iſta non erat
ſufficiens cauſa alienationis, vt fuit alias deciſum co-
ram me in cauſa *Placentina bonorum de Puteobonellis*,
10 & in pluribus aliis cauſis. Neque hic cadit contem-
platio meritorum Sebaſtiani, tum quia eſſent aliun-
de probanda quàm ex atteſtatione alienantis, Iaſ.
*conſ.*73. *lib.*3.Federic. *conſ.*143. tum quia neceſſarium
eſſet, vt hæc merita eſſet ratione obſequiorum præ-
11 ſtitorum Eccleſiæ, cuius bona alienantur. Ac coram,
bonus *deciſ.*43.& fuit dictum *coram R.P.D. meo Lan-
cellotto in cauſa Poſnanienſi bonorum*, 15. *Februar.* 1599.
Quantum ad melioramenta, ea ſunt reficienda Seba-
ſtiano, facta illorum liquidatione, & in hoc fuit be-
nè geſtum per R.D. Veroſpium, qui præfixo termino
ad liquidandum,& nihil interim acto,proceſſit ad exe-
quutionem,præſtita cautione,*iuxta dec.* Put.471.*lib.*2.
Et ita conceſſum pro nullitate conceſſionis.

Habetur hæc deciſio inter deciſiones Seraphini
deciſione 1490.

Treuerenſis Bonorum.

Coram Reuerendiſſimo Dunozetto. Lunæ 15. *Martij* 1621.

ARGVMENTVM.

In alienatione bonorum Eccleſiæ copulatiuè requiritur cauſa, & ſolemnitas. Beneplacitum Apoſtolicum in alienatione bonorum Eccleſiæ hodie vigore Paulinæ eſt neceſſarium ſub pœna nullitatis alienationis. Alienatio bonorum Eccleſiæ, licèt fiat in aliam Eccleſiam, nihilominus requiruntur ſolemnitates.

SVMMARIVM.

1 *Bona Eccleſiæ quando alienantur, duo copulatiuè requiruntur, cauſa ſcilicet, & ſolemnitas.*
2 *Beneplacitum Apoſtolicum hodie requiritur in alienatione bonorum Eccleſiæ.*
3 *Alienatio bonorum Eccleſiæ facta ſine beneplacito Apoſtolico eſt nulla.*
4 *In alienatione bonorum Eccleſiæ ſi interuenerint ſolemnitates de iure requiſitæ, non requiritur beneplacitum Apoſtolicum: ſed iſta fuit opinio Beroi ſemper à Rota reprobata, & in quo D. Beroius fallatur*, num. 5.
6 *Conſtitutiones fruſtratoriæ eſſent, ſi non extenderentur vltra terminos iuris communis.*
7 *Eccleſia quando alienat in aliam Eccleſiam, an ſint neceſſariæ ſolemnitates requiſitæ in alienationibus bonorum Eccleſiæ*, & num. 8.
9 *Cultus diuinus poteſt eſſe maior in vna, quàm in alia.*
10 *Eccleſiæ vni non eſt danda occaſio alteram ſpoliandi.*
11 *Alienatio bonorum Eccleſiæ, ſi fiat in alteram Eccleſiam, etiam de iure communi, ſunt neceſſariæ ſolemnitates.*
12 *Beneplacitum Apoſtolicum ſi in alienatione bonorum Eccleſiæ de conſenſu partium requiratur, & ſub hac conditione fuerit concluſum, tunc illo deficiente contractus dupliciter eſt nullus.*
13 *Gratia Papæ quando eſt in forma ſimplicis commiſſionis, & non eſt præſentata, exſpirat per mortem Papæ.*
14 *Iudicandum non eſt iuxta formam ſupplicationis.*
15 *Gratiæ forma ſi non ſeruetur, irrita redditur ipſa gratia.*

DECISIO.

DOMINI vnanimiter venditionem fuiſſe 1
nullam, & inualidam reſponderunt; eſt
enim clara iuris concluſio,in alienatione rei
Eccleſiæ duo copulatiuè requiri, cauſam, & ſolem-
nitatem. *c.fine exceptione* 12. *q.*2. *cap.*1. & 2. *de reb.* 2
Eccl. non alienand. in 6. Card. Mant. *deciſ.*41. *num.*1.
Et fuit ſæpiſſimè deciſum, quicquid enim ſit, verum
adſit cauſa, tamen cum deficiat beneplacitum Apo-
ſtolicum,quod hodie requiritur vigore conſtitutionis
Pauli Secundi, Cæſar. de Graſſ. *deciſ.* 4. *in fin. de
rebus Eccleſ. num.*14. *verſ. at in caſu noſtro*, Cardin.
Mant. *deciſ.*41. Ricc. *in praxi,reſolutione* 383. *num.*1. 3
& fuit ſæpiſſimè reſolutum,ſequitur per neceſſe iſtam
venditionem fuiſſe ex defectu beneplaciti nullam,

præcipuè cum agatur de bonis iuriſdictionalibus, &
magnæ conſiderationis.
4 Non obſtat quod vbi interuenerunt ſolemnitates
de iure requiſitæ, non requiritur beneplacitum, vt
dicit Ber. *conſ.91. n.18. lib.1.* vltra quod de hoc Do-
mini multùm dubitabant, eius opinio ſemper fuit à
Rota reprobata, fallit enim Berous, dum ponderat
5 verba Conſtitutionis ibi præterquam in caſibus à iu-
re expreſſis, nam illa important limitationem, quan-
do debet ſeruari ſolemnitas Paulinæ, vt patet ex le-
ctura Conſtitutionis, & declarat Caiet. *in ſumm.*
verb. excommunicatio c.75. Steph. Quarant. *in Com-*
6 *pend.Bullarij, in verb.alienationes Eccleſ.num.5.& 39.*
qui caſus connumerantur à Bart. Perer. *in d.extrauag.*
ambitioſæ, in verſ. præterquam in caſibus à iure ex-
preſſis, num.1. & ſeq. fruſtratoria enim eſſet conſtitu-
tio Paulina, ſi non extenderetur vltra terminos iuris
communis.
7 Minus etiam viſum fuit obſtare, quod Paulina non
habeat locum quando vna Eccleſia alienat ad fauo-
rem alterius, vt latè deducebant informantes pro
Collegio, ponderando verba illa Paulinæ prophanis
vſibus applicare, quæ non poſſunt conuenire, quan-
8 do vna Eccleſia alienat in aliam Eccleſiam: nam
fuit reſponſum conſtitutionem non niti hac ſola ra-
tione, ſed vlterius progredi, ibi, *aut cum maximo*
illarum, ac diuini cultus detrimento exquiſitis modis
vſurpare præſumunt; quæ verba poſſunt conuenire
vbi fit alienatio in aliam Eccleſiam, quia cultus diui-
9 nus poteſt eſſe maior in vna, quam in alia Eccleſia,
& daretur occaſio vni Eccleſiæ aliam ſpoliandi, vt
notat Hoſtienſ. *in cap.1. de reb. Eccl. non alien.* & ibi
Ioan. Andr. *num.2.* & in terminis alienationis inter
10 duas Eccleſias reſpondit Rota *in Neapolitana ſpolij,*
Mercurij 3. Iunij 1601. coram bon. mem. Card. Lan-
celloto, & optima ratione, quia etiam de iure com-
muni requiritur ſolemnitas, vbi fit alienatio in aliam
Eccleſiam, *cap.1. de reb.Eccleſ.non alien. in 6.* Abb. *in*
11 *cap.sua, n.4.* & ibi Dec. *de his quæ fiunt à maiori parte,*
*Cap.*Dec. *conſ.174 n.1.*Rota *deciſ.1.de reb.Eccleſ. non*
alien.in nouis, cum alleg.
Et quod omnem ſuſtulit ſcrupulum, illud eſt, quod
ea partium conuentione illud beneplacitum fuit re-
12 quiſitum. Nam Capitulum dedit mandatum procura-
toribus ad videndum ſub beneplacito Apoſtolico,
& Patres illud obtinere propriis ſumptibus promiſe-
runt, ex quo ſequitur contractum fuiſſe inualidum,
non ſolum ea defectu ſolemnitatum, ſed etiam con-
ſenſus, qui cenſetur deficere eo ipſo, quod deficit
beneplacitum conſenſui correſpectiuum. Aym. *conſ.*
461.*num.29 in fin.*Rota *in recent.deciſ.428.num.6.& 7.*
tom 1.
13 Nec viſa fuit ſuffragari ſupplicatio à fel. record.
Clemente Octauo ſignata, quia illa eſt in forma ſim-
plicis commiſſionis, neque fuit præſentata, & ideo
per eius mortem exſpirauit. Beec. *in cap. relatum,*
num. 22. verſ. & iſta concluſio, de offic. deleg. & in
terminis Cardin. Mantic. *d.deciſ.41.num.2.* Et poſtea
fuit dictum in vna *Ferrarienſ.bonorum, 19. Iann.*1615.
14 *coram me.* Quod multò magis hoc caſu Domini di-
xerunt eſſe recipiendum, quia fuit appoſita clauſula in
Litteris latiſſimè extendenda quæ operatur vt fuerit
neceſſaria litterarum expeditio, vnde illis non expe-
ditis obſtat regula de non iudicando iuxta formam
ſupplicationis, vt reſpondit Rota *in d. deciſ.* Card.
Mant.41.*num.3.*
15 Nec etiam ſupplicatio ſignata in actis exhibita
vllo modo poteſt ſeruire pro confirmatione vendi-
tionis; nam in ea expreſſe Papa mandauerat, vt vni-
co contextu inueſtiretur pretium in rebus ſtabilibus
vtilioribus mentæ Capitulari, quæ forma cùm non
doceatur adimpleta, redditur irrita gratia beneplaciti,
cap.cum dilecta, de reſcript. Et in terminis fuit deci-
ſum in vna *Valentina Baronia, 10. Martij 1613.coram*
Reuerendiſſimo Attrebatenſi.

Et ita deciſum vtraque parte informante, &c.

Habetur hæc deciſio inter deciſiones recent. Rubei
4. *part. tom.2. num.277.*

CONSVLTVM XXVI.

De Monaſterio cuiuſdam Religionis occupato per fratres alterius Congregationis.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, aut factum.*
2 *Congregatio iſta ſeparata à Religione.*
3 *Sub certa conditione.*
4 *An ceſſauerit ſeparatio.*
5 *Diſpoſitio conditionalis, omiſſa conditione, non ha-*
bet effectum.
6 *Deficiente conditione contractus reſoluitur.*
7 *Non obſtat ceſſio, & renunciatio Religionis.*
8 *Ceſſio, & renuntiatio ſub conditione, ipſa non purifi-*
cata, reuertitur ad ſua iura.
9 *Res de facili reuertitur ad ſuam primæuam natu-*
ram.
10 *Reditus ad ius commune facilis.*
11 *Feuda quando ad primum patronum deuoluantur.*
12 *Priuilegium Innocentij VIII. pro reſeruatis.*
13 *An ſuffragetur titulus reformationis.*
14 *Ea ſpectat ad Generalem, & Prælatos Ordinis.*
15 *Talis attentata occupatio non fuit legitima.*
16 *Impedimentum fuit legitimæ reformationi.*
17 *Non potuerunt in illam conſentire Fratres dicti*
Conuentus.
18 *Dictio* Quicunque, *comprehendit omne genus per-*
ſonarum.
19 *Extenditur ad caſus, & perſonas.*
20 *Conditio appoſita adimpleri debet in forma ſpe-*
cifica.
21. *Videntur dicti Fratres in excommunicationem inci-*
diſſe.
22 *Non releuat conſenſus Principis.*
23 *Nec creditur voluiſſe ſpoliare Religionem.*
24 *Vtitur priuilegio notabili Sixti IV.*
25 *Dictio* Quoquo modo, *quam vim, & energiam*
habeat.
26 *Bona dictæ Religionis ad Sedem Apoſtolicam im-*
mediatè pertinent.
27 *Clementis VI. confirmatio.*

IESVS MARIA.

Caſus, ſeu factum.

QVIDAM Religioſi Congregationis N. ſepa- 1
ratæ à iuriſdictione, & obedientia Ordinis
N. cuius Regulam profitentur, occuparunt
quoddam Monaſterium eiuſdem Ordinis in partibus
Germaniæ, exiſtens ſub prætextu quod quidam fratres
in eo degentes ipſis illud concedebant, ea occaſione
qua Generalis Ordinis ipſum reformare per ſuum Vi-
ſitatorem, & Commiſſarium conabatur. Quæritur quid
iuris in hoc.

Reſponſio.

Separatio dicti Congregationis à corpore Religionis 2
facti

Digitized by Google

facta fuit conſentiente Religione per decretum factum in Capitulo quodam Generali Cremonenſi, de anno 1593. & confirmatum à Clem. VIII. eodem anno in Bulla *Paſtoralis officij*, eo pacto, & conditione, vt (prout dicitur in dicta Bulla) *dicta Congregatio N. vel eius Superiores omnino in perpetuum* 3 *non præſumerent accipere loca, vel Conuentus huius Religionis N. etiam ſponte à Ciuitatibus, vel Principibus, ſeu quibuſcunque alijs eis exhibenda, vel offerenda: quod ſi contrarium aliquando eos effeciſſe compertum foret, nulla eſſet, & irrita iſta conceſſio, &* 4 *nullum ius omnino adquiſitum eis intelligeretur.* Cum ergo ex facto conſtet Religioſos dictæ Congregationis præſumpſiſſe accipere tale Monaſterium, procuIdubio manifeſtè ſequitur, quod *conceſſio* talis ſeparationis iam omninò ceſſauerit, non ſubſiſtat, *nulla ſit, & irrita*, ac per illam *nullum ius omnino* dictis Religioſis *adquiſitum* intelligatur, prout exprimitur in dicto decreto, & Bulla confirmationis ipſius.

5 Certi enim iuris eſt, quod diſpoſitio conditionalis, omiſſa conditione non ſortitur effectum, *l. qui hæred. l. Mauius, ff. de condit. & demonſtrat.* Rota *deciſ.* 315. *num.* 3. *apud Farinacium part.* 1. *recent.* Tiraquellus *de retract. tit.* 2. §. 1. *gloſſ.* 1. *num.* 3. & 4. Thuſcus *pract. concluſ. tom.* 2. *litt. C, concluſ.* 483. *num.* 8. Et quod conditione deficiente contractus celebratus cenſetur reſolutus ab initio, *l. neceſſariò*, §. 1. *ff. de peric. & commod. rei vend. l. pecuniam*, vbi Alexander *num.* 4. *ff. ſi cert. pet.* Menuchius *conſ.* 134. *num.* 30. & 31. & *conſil.* 139. & *ſeqq.* & *conſ.* 322. *num.* 39. 6 Tiraquellus *in l. ſi vnquam, verbo Reuertatur*, *n.* 277. *Cod. de reuocand. donation.* vbi quod *defectus conditionis habet oculos retro ad tempus diſpoſitionis.* Epiſcopus Barboſ. *in Axiom. iur. Axiom.* 48. *n.* 6. Nec obſtat quod Religio ceſſerit, & renunciauerit iuri, ſeu iu-7 riſdictioni, quam habebat ſupra Religioſos dictæ Congregationis, ac perinde quod ad illam amplius regreſſum non habeat, iuxta *l. quæritur*, §. *ſi vendita, ff. de ædilit. edicto*, *l. ſi maritus*, §. *ſi negauerit*, *ff. de adulter.* & alia iura: Etenim potius ex hoc firmatur quod dicimus.

8 Qui enim ceſſit, & renunciauit iuri ſuo ſub conditione, ipſa non purificata, reuertitur ad iura ſua. Crauetus *conſ.* 127. *num.* 12. Barboſa *ſupra axiom.* 135. *num.* 12. cum ergo non fuerit purificata conditio non accipiendi Conuentus Religionis, reuertitur Religio ad iura ſua, & iuriſdictionem, quam habebat ſupra dictam Congregationem. Et dicta Congregatio nullatenus iam perfrui poteſt iure exemptionis, ſeu ſeparationis à Religione. Quia reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris, *l. ſi ex duobus* 6. §. *ſed & Marcellus, ff. de in diem addictione.* Sanchez *lib.* 4. *de Matrimonio*, *diſput.* 8. *num.* 11. Motonus *reſponſ.* 59. *num.* 25.

9 Id ipſum corroborat, quod cum iuxta Iuris axioma, *Res de facili reuertitur ad ſuam primæuam naturam*, conformiter ad *l. filio quem pater, ff. de liber. & poſthum. cap. ab exordio, diſt.* 35. de quo Felinus *in c. cum omnes*, *n.* 8. & *c. cum acceſſiſſent*, *n.* 5. *de Conſtit.* Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. c.* 544. *num.* 31. Motonus *Reſponſ.* 82. *n.* 36. Et reditus ad ius 10 commune facilis ſit, & fauorabiles. Moneta *de opiion. Canon. cap.* 8. *num.* 39. Barboſa *in d. c. ob Exordio n.* 1. Cum dictæ Congregatio membrum ſit dictæ Religionis; in ea, & ſub obedientia Superiorum ipſius fundata, multiſque annis (& cum felicibus progreſſibus) à Generalibus eiuſdem gubernata; & per viros, ac fœminas eiuſdem alumnos, & vitæ ſanctitate illuſtres propagata, iuſtum eſt vt ad eam veluti ad ma-11 trem, & fontalem originem reuertatur, ob non obſeruatam conditionem ſeparationis à Capitulo Generali impoſitam, à Papa confirmatam, & ab ipſa Congregatione ſemper acceptatam. Sicut propter ſimilem cauſam feuda omnia ad primum patronum deuoluuntur, quia ſunt de gratia, & ideo faciliter reuocatur. Innocent. *in cap.* 2. *de feud.* Baldus *in Marg. verbo Feudum.* Bertachinus *in Repertor. verbo Feudum.* Quæ ratio militat etiam ad intentum.

Accedit quod ex priuilegio Innocentij VIII. 12 pro Seruitis in eorum Mari magno, §. 59. quo Religio de qua in præſenti, per communicationem priuilegiorum, quam cum illis, & alijs Mendicantibus habet, fruitur, conſtat non potuiſſe præfatos Religioſos *procurare, quærere, ſeu tentare*, quod dictum Monaſterium à Religione auferretur, aut alijs Religioſis traderetur, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, niſi hoc fieret apud Generalem Ordinis. Vnde videtur dictos Religioſos in excommunicationem hanc incidiſſe, & receptionem dicti Monaſterij irritam, & inanem fuiſſe, etiamſi per ignorantiam id feciſſe dicant, prout ex dicto priuilegio etiam habetur.

Nec ſuffragatur illis quod titulo reformationis, 13 ſeu reformandi dictum Monaſterium id fecerint. Primò quidem, quia reformatio legitima dicti Monaſterij debebat fieri iuxta Regulam, quæ in illo obſeruabatur, & decreta Summorum Pontificum pro Reformatione Regularium edita, non iuxta obſeruantias, quas dicti Patres, qui illud occupare tentabant, tenent, quia illæ non præſcribuntur à Regula. Hinc Sorbus *in Annotationib. ad Compend. priuilegior. Mendicant. verb. Reformatio*, inquit: *Reformatio debet fieri iuxta Regulam permiſſam.* Secundò, quia reformatio dicti Monaſterij ſpecialiter, & priuatiuè ad quoſcunque alios ſpectat ſolùm ad Generalem Religionis, non ſolùm ex iure communi Concilij Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 1. & ex Sixto IV. in Bulla, quam refert Caſarubius *in Compend. priuil. Mendicantium, verb. Reform. num.* 1. ſed maximè ex Pio II in Bulla, *Pontificalis authoritas* in Mari magno huius Religio- 14 nis *num.* 26. vbi non ſolum iniungit Generali, & Prouincialibus Ordinis reformationem, ſed etiam omnibus alijs extraneis, ſiue Eccleſiaſticis, ſiue ſæcularibus, vt ad eam faciendam præbeant auxilium, fauorem, & præſidium. Ac etiam ex Leone X. qui pro Minoribus in alia Bulla conceſſit, & in virtute S Obedientiæ præcepit, quod nullæ reformationes fierent in ordine, niſi de Generalis, & Prouincialium aſſenſo, vt refert Caſarubius ſupra, Rodriguez *tom.* 3. *qq. Regular. q.* 41. *art.* 1. & *tom.* 2. *quæſt.* 73. *art.* 2. & 3. Et alter Rodrig. eius Compendiator *in Compend. reſolut.* 123. *num.* 50. Quo etiam priuilegio fruitur hæc Religio. Malè ergo dicti Religioſi titulo reformandi præfatum Monaſterium illud occupare tentarunt.

Tertiò, quia talis attentata occupatio non ſolùm 15 non fuit legitima introductio reformationis, vtpotè cum non fuerit facta à Prælatis Religionis, ad quos ipſa ſpectabat, vt dictum eſt, ſed ex oppoſito fuit oppoſitio, obſtaculum, & impedimentum veræ, & legitimæ reformationi, quam Generalis Ordinis eodem tempore curabat introducere in dicto Conuentu per ſuum Commiſſarium, & Viſitatorem Generalem ad id munus faciendum ab ipſo ſpecialiter deſignatum. Ex quo proinde ſequitur Religioſos iſtos 16 machinantes hoc obſtaculum, & impedimentum veræ, ac legitimæ reformationi, quæ erat veluti in ianuis, & proximè introducenda, incidiſſe in pœnam excommunicationis latæ ſententiæ Papæ reſeruatæ, impoſitæ à Pio II. in Bulla relata, *quibuſcunque Eccleſiaſticis, & ſæcularibus perſonis, cuiuſcunque dignitatis, gradus, ſtatus, ordinis, vel conditionis* exiſtant,

exiſtant, quæ, *quovis quæſito colore*, reformationi in-
troducendæ à Generali, & Prælatis Religionis ſe
opponunt, aut eam impedire præſumunt; quam etiam
confirmauit, & approbauit Paulus II. in Bulla *Circa
quorundam*, quæ extat in Mari magno huius Reli-
gionis, *num.* 27.

17 Nec etiam ſuffragatur prædictis Patribus, quod
aliqui, etſi pauci, fratres inhabitantes in dicto Con-
uentu, ipſis illum concedere, & exhibere voluerunt.
Etenim ex conditione illa pro ipſorum ſeparatione à
corpore Religionis à Capitolo Generali facta, à Pa-
pa confirmata, & à Congregatione dictorum Reli-
gioſorum acceptata habetur non potuiſſe talem dona-
18 tionem, conceſſionem, ſeu exhibitionem acceptare,
vt patet ex illis verbis: *Non præſumerent accipere
loca vel Conuentus huius Religionis, etiam ſponte à
Ciuitatibus, vel Principibus, ſeu quibuſcunque alius eis
exhibenda, vel offerenda.* Dictio enim *Quicunque*,
cuius ablatiuum eſt illa *Quibuſcunque*, comprehen-
dit omne genus perſonarum, propter ſui maximam
vniuerſalitatem. Rota *deciſ.* 368. *num.* 5. *part.* 1. *diuerſ.*
Menochius *conſ.* 224. Barboſa *de dictionibus, dict.* 317.
19 *num.* 5. Includit etiam omnes, & quaſcunque perſo-
nas, etiam priuilegiatas. Farinacius *in prax. crim. p.* 3.
q. 108. *n.* 6. Gutierez Canonicar. *lib.* 1. *c.* 34. *num.* 57.
Extenditur etiam ad omnes caſus, & perſonas. Me-
nochius *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 198. *num.* 21.
Farinacius *in prax. p.* 4. *conſ.* 65. *num.* 8. & quamplures
alij apud Barboſ. *d. dictione* 317. *præſertim num* 12.
Ex quo proinde etiam infertur, etiamſi aliqui fra-
tres dicti Conuentus eum exhibere voluerint dictis
Religioſis, nihilominus non propterea vitari, quod
propter acceptationem illius ipſi inciderint in diſpo-
20 ſitionem illam, quod ſcilicet *conceſſio* ſeparationis
eorum à corpore Religionis ſit reddita *nulla*, & *irri-
ta*, propter dicta in Superioribus; & quia conditio
appoſita cuicunque contractui, conceſſioni, legato,
&c. debet adimpleri in forma ſpecifica, *l. qui hære-
dib.* §. *Manius, ff. de condit. & demonſtr.* Bald. *conſ.* 437.
in princip. Oldradus *conſil.* 144. *n.* 3. Angelus *conſ.* 373.
num. 2.

21 Ex eo potiùs, quod præfati fratres commorantes
in dicto Conuentu voluerint tradere illum dictis Re-
ligioſis Congregationis N. cùm talis conceſſio, ſeu
traditio ſit quædam alienatio bonorum immobilium,
ſeu ſtabilium Religionis, ſequitur clarè incidiſſe in
excommunicationem maiorem, & alias pœnas etiam
Sedi Apoſtolicæ reſeruatas, quas incurrunt alienantes
bona Eccleſiaſtica, & Regularium, iuxta Extrauag.
Pauli II. *Ambitioſæ*, Decretum S. Congregat. Conci-
lij de an. 1624. ſub Vrbano VIII. & alia iura, imò eſſe
omnino nullam, & irritam, prout in dicta Extraua-
ganti, Decreto, & iuribus relatis habetur.

22 Nec etiam iuuat ſi dicatur, adfuiſſe conſenſum
Principis ſæcularis pro donatione dicti Conuentus
præfatis Religioſis. Non quia is conſenſus fictitius
præſupponitur, ſeu caſu quo eſſet ſollicitatus, &
procuratus à dictis Religioſis, & prorſus inutilis ad
eorum intentum, cum in conditione ſeparationis ha-
beatur, vt ſuprà relatum eſt, *Etiam ſpontè à Ciuita-
tibus, vel Principibus exhibenda, vel offerenda* Mo-
naſteria acceptari ab illis non potuiſſe. Imò nullate-
nus credi debeat Principem illum, vtpotè piiſſimum,
23 voluiſſe ſpoliare Religionem dicto Conuentu contra
priuilegia illius, & aliarum, cum quibus habet com-
municationem priuilegiorum, & quibus ſub graui-
bus cenſuris, & pœnis prohibetur ſimilis violentia.
Maximè eo tempore, & occaſione, quando Gene-
3 ralis illum reformare per ſuum Commiſſarium Ge-
neralem curabat. Pro quo caſu extat prohibitio In-
noc. VIII. in Bulla pro Seruitis iam relata, quâ pro-
hibet Principibus quibuſcunque, quod *in faciendis
huiuſmodi reformationibus nullatenus ſe intromittant,
aut ne fiant, opponant, vel contradicant, &c. ſub
excommunicationis ſententia, ſi contrafecerint, eo ipſo
ex tunc incurrenda.*

Quæ omnia maius firmitatis robur accipiunt, ſi 24
animaduertatur Religionem, cui facta eſt hæc vio-
lentia, vti, & gaudere notabili priuilegio ipſi con-
ceſſo à Sixto IV. in ſuo Mari magno *num.* 100. ſci-
licet quod nulla *perſona Eccleſiaſtica, vel ſecularis
prædicta loca* (ſcilicet Monaſteria Religionis) *ſeu
bona, occupare, accipere, vel vſurpare, aut quo-
quo modo ſibi vendicare præſumant abſque dictæ Sedis*
(ſcilicet Apoſtolicæ) *licentia ſpeciali.* Ex eo enim
habetur, præfatos Religioſos huius præcepti tranſ-
greſſores extitiſſe occupando dictum Monaſterium,
vel etiam ab aliis quibuſcunque oblatum accipien-
do, aut quoquo modo ſibi vendicando, id eſt quo-
cunque titulo, prætextu, motiuo, aut cauſa id fe-
cerint, excluſa *Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali.* Et-
enim dictio illa *Quoquo modo*, qua vtitur Pontifex
in hoc priuilegio, tantam vim, energiam, & efficaci- 25
tatem habet; vt comprehendat omnem modum
excogitabilem, ſeu qui excogitari poſſit. Rota *de-
ciſ.* 505. *num.* 19. *part.* 1. *diuerſor.* & apud Farina-
cium *deciſ.* 68. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* Cardin. Thuſ-
cus *practicar. concluſ. tom.* 2. *littera D, concl.* 359.
num. 4. Et extendatur ad omnes modos, & caſus ſi-
miles & diſſimiles, proprios, & improprios, iuxta
tradita per Menochium *conſ.* 344. *n.* 19. Maſcardum
de probat. concl. 1131. *n.* 16. Imò etiam ad caſum
imaginabilem, quod talis vſurpatio Monaſterij eſſet
licita, aut ſecundum ius, prout colligitur ex Cardi-
nali Thuſco *d. concl.* 359. *num.* 8. 9. & 15. Ruino
conſil. 32. *n.* 7. *lib.* 2. & *conſ.* 77. *num.* 8. & aliis, quos re-
fert, & ſequitur Barboſa *de dictionib. dict.* 334. *n.* 14.
15. & 16.

Intentum tamen concludit ratio, quâ Summus 26
Pontifex vtitur in dicto priuilegio præfatæ Reli-
gioni concedendo de non accipiendis, nec vſur-
pandis bonis, & locis illius à quacunque perſo-
na, quia ſcilicet *loca fratrum* (dictæ Religionis)
*ad Apoſtolicam Sedem, & ad prædictum Ordinem
ſpecialiter, & immediatè pertinere noſcuntur*, vt
Papa loquitur. Cui ſi adiungatur quod Ioan. XXII.
in Bulla *Sacer ordo veſter*, in Mari magno huius Reli-
gionis *num.* 5. dicat: *Vos, & prædictum Ordinem,
perſonas, &, Eccleſias, Oratoria, domos, res alias,
& loca veſtra, ac ſpectantia ad eadem, in quibus
inhabitatis ad præſens, vel inhabitabitis in futurum,
cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis, ac per-
ſonis degentibus in eis, in ius, & proprietatem
B. Petri, & Apoſtolicæ Sedis aſſumimus*: eaque con-
firmet Clem. VI. in Bulla *Sacer Ordo*, in eodem Ma-
rimagno *n.* 6. irrefragabiliter ſequitur præfatos Reli-
gioſos occupatores dicti Monaſterij non modò iniu-
ſtè egiſſe contra dictam Religionem, tale Monaſte-
rium occupare attentantes, ſed etiam contra Sedem
Apoſtolicam, ius, & proprietatem D. Petri, ſub
quibus loca, & bona dictæ Religionis ſunt poſita, &
ſub quorum protectione ſunt aſſumpta, vt ex eodem
Marimagno etiam habetur.

CONSVLTVM

CONSVLTVM XXVII.

De quodam Religioſo à ſua Religione eiecto, eo quòd celauerit morbum quendam, quem habebat ante profeſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, ſeu factum.*
2 *Statutum Religionis validum eſt.*
3 *Quæcunque Religio habet facultatem faciendi ſtatuta.*
4 *Liberum eſt illi non recipere, niſi habentes aliquas conditiones.*
5 *Non obſtat ius commune.*
6 *Nec quod defectus non ſit contra ſubſtantiam Religionis.*
7 *Licita, & valida fuit hæc eiectio.*
8 *Quibus de cauſis.*
9 *Petens Religionis ingreſſum ad quid teneatur.*
10 *Maximè quando agitur de defectu ſubſtantiali.*
11 *Tenetur tamen poſtea Religio iſtum eiectum admittere.*
12 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*
13 *Profeſſio inſtar matrimonij indiſſolubilis.*
14 *In dubio cenſetur valida.*
15 *Cauſa expulſionis eſt dubia.*
16 *Non ſubſiſtit.*
17 *Etiamſi ſententia expulſionis fuerit iuſta.*
18 *Non tranſit in rem iudicatam.*
19 *Datur exceptio contra illam.*
20 *Eſt ſpoliatiua.*
21 *Dubium incidens de expulſione Religioſorum.*
22 *S.Rotæ deciſiones duæ.*
23 *Alia coram Vbaldo.*
24 *Alia coram Puteo.*

IESVS MARIA.

Caſus, ſeu factum.

1 IN Religione Catthuſienſium eſt ſtatutum,
quo præſcribitur, quod ſi Nouitius taceat
morbum aliquem incurabilem, quem habeat,
poſſit etiam poſt profeſſionem expelli. Cum
autem contigiſſet quod in quodam Nouitio poſt
profeſſionem repertus eſſet morbus quidam ſecundùm
opinionem quorundam Medicorum incurabilis,
& propterea expulſus fuiſſet à Religione, poſt
expulſionem tamen plures alij Medici inſignes deponerent
talem morbum incurabilem non eſſe,
ideo quæritur an Religio teneatur illum acceptare,
& de nouo recipere.

Reſponſio.

2 Suppono tale ſtatutum validum eſſe non ſolùm ſi
ſit confirmatum à Sede Apoſtolica, vt credo eſſe, ſed
etiam ſi ſit ſolùm factum à Religione. Cum omnis
Religio habeat generalem poteſtatem condendi leges,
vt colligitur ex Innoc. *in cap. ſingulis, verſus*
3 *fin. de ſtat. Monach.* Caietano *in opuſc. tom.1. tract. 31.*
reſp.6. Vaſq. *1.p. diſp.153.c.1.num.5.* Salas *1.2.diſp. 8.*
ſect.18. Suar. *tom 4. de Relig. tract. 10.lib.2.c.2.* Vecch.
in prax. Nouit. diſp.3. dub.1. num.4. & 5. Et quia ſicut
liberum eſt, & gratuitum Religioni recipere, vel
non recipere aliquem ad illam, ita etiam liberum eſt
illi non recipere niſi habentem tales, vel tales conditiones.

Sic enim, vt dixi *tom 4. verb. Neophytus regularis,* 4
num.6. valida ſunt ſtatuta quarundam Religionum
non admittentium ad illas deſcendentes ex genere infecto,
& ex Rota *dec.197.n.1.p.1.recent.* non eſt inualidum
ſtatutum Religionis Hieroſolymitanæ, quo
cauetur vt in eo ordine pro Fratribus militibus non
admittatur ille qui ex patre, aut auo, ſcribat notario,
aut tabellione publico natus fuerit. Similia quoque
ſtatuta ſæpius eadem S.Rota approbauit. Nec obſtat
ſi dicatur eſſe contra ius commune: tum quia ſi à
Papa approbatum eſt, vt ſuppono, cùm Papa ſit ſu- 5
pra ius commune, eo ipſo quod approbauit, in iure
communi diſpenſaſſe cenſetur. Tum etiam quia pro-
vt dixi loco citato *ex 4.tom.* huc, & ſimilia ſtatuta
non debent cenſeri contraria iuri communi. Non
enim ſunt contraria iuri communi poſitiuè, ſed tantum
negatiuè. Hoc eſt, ius commune non præcipere
quod tales recipiantur, aut quod non poſſint excludi
ab aliqua religione, ſed tantum permittere quod recipiantur
ad religionem, & ita non recipere illos aut
prohibere ne recipiantur, non eſt contra, ſed præter
ius commune.

Nec etiam obſtat quod defectus, ſeu morbus cor- 6
poralis non repugnás ſubſtantiæ Religionis, non irritet
profeſſionem, prout dixi *tom.1. Sum. c.2.n.23.* ex
Nauarro, & aliis; quia hoc ſolùm probat quod iure
communi non ſit irrita talis profeſſio, non verò attento
iure particulari Religionis nolentis admittere
habentem talem defectum, ob defectum conſenſus
in profeſſionem illum habentis.

Ex quo colligo licitè, & validè potuiſſe ejici à Re- 7
ligione Catthuſienſium talem morbum habentem,
vel iuxta opinionem Medicorum exiſtimatum habere.
Primò quidem ratione prædicti ſtatuti id præſcribentis,
adiuncta opinione Medicorum, cui vti proba- 8
bili prudenter conformari potuit Superior illum ejiciens.
Secundò, nam quemadmodum ordinandus habens
aliquod vitium occultum tenetur vel ab ordinibus
abſtinere, vel pandere vitium, quod reddit
eum Ordinis incapacem, vt ſi patiatur ætatis defectum,
vel ſit irregularis, vel habeat aliud ſimile impedimentum,
vt conſtat *ex c.niſi cum pridem, de renunciat,
verſ. pergraui, cap.innotuit, verſ. multa enim, &*
can. ex pœnitentibus, diſt. 50. & confirmatum eſt à
Gloſſa *in d. c. niſi cum pridem, verbo Non potuerit, &* 9
in d. c. innotuit, verbo reatum. Archidiac. *in d.can.pœnitentibus,*
Innoc. *in c. Inquiſitionis, n 4. de accuſ.* Panorm.
in d.c.innotuit, n.6. Felin. *in c.Sciſcitatus, n.8. de reſcriptis,*
D. Antonin. *3.p.tit.14.c.16.§.13.* Angel. *tit. Ordo
7.n.1.* Syluest. *Ordo 2. q.2.* & Tabiena *Ordo 6.n.1. in
fin.9.* Ita eodem prorſus modo petens religionis ingreſſum,
& habens aliquod impedimentum tenetur
vel deſiſtere ab ingreſſu Religionis, vel illud Superioribus
aperire.

Nam quotieſcunque proceditur non ad punitio- 10
nem, ſed vt vitetur peccatum, tenetur interrogatus
aperire impedimentum occultum, quod procedit
etiamſi non ſit de eo rogatus, dummodò illud aduertat,
vel ſaltem de eo dubitet. Nauar. *lib.3. conſil.25.
de regul. & in 2. edit. conſ.48.* Suar. *tom.3. de relig. lib.5.
c.4. in fin.* Miranda *in Manual. Prælat. tom.1.q.19.art.21*
& Sanch. *in præcept. Decal. lib.4.c.16.n.35.* Vecchius
diſp 6 dub.1. num.7. & 8. Quæ omnia maximè procedunt
quando celatur defectus, qui ſecundum ſtatuta
Religionis ſaltem eſt ſubſtantialis, qualis eſt iſte, de
quo in præſenti.

Nihilominus comperto poſtea ex opinione alio- 11
rum Medicorum inſignium, quod morbus ille non ſit
incurabilis, ſed curabilis, exiſtimo teneri religionem
illum admittere. Ad quod induci poteſt primò 12
communa

commune illud axioma Iuris: *Ceſſante cauſa ceſſat
eius effectus, l.adigere, §.quamvis, ff de iurepatron. l.ſi
pater, ff.de hæredib.inſtit. l.generaliter, C.de Epiſcop.&
Cler. l.cùm te, C. de pactis inter empt. c.magna, in fin.*
13 *de voto, c. cum ceſſante 60. de appellat.* Cum enim
cauſa eiectionis iſtius profeſſi fuerit morbus incora-
bilis putatus ſolùm probabiliter, propter opinionem
quorundam Medicorum, cum poſtea, iuxta alio-
rum eiuſdem facultatis peritorum ſententiam con-
14 ſtet contrarium, vtique ceſſauit cauſa dictam expul-
ſionem iuſtificans. Secundò, & præcipuè quia cùm
agatur de validitate, ſeu inualiditate profeſſionis, &
illa inſtar matrimonij conſummati ſit indiſſolubilis,
niſi propter certas, & indubitatas cauſas, ita vt in
dubio de validitate profeſſionis ſit iudicandum quod
valeat, vt docent Barbat. *conſ. 59. num. 12. poſt
med. vol.2.* Nauar. *lib.3. conſ.13. num.10. in 2. edit.*
15 *de reg.* Sanch. *de matrimon. lib.7. diſp.37. num.12.
ad fin.* Steph. Gratian. *tomo 1. diſcept. forenſ.cap.413.
num.17.* Suar. *tom.2. de relig. lib.7. cap.1. num.6.*
Leſſ. *lib.2. cap.41. dub.7. num* 66. Et ideirco Rota ad-
hærens huic opinioni dixerit, profeſſionem in du-
bio præſumi validam, niſi contrarium probetur, pro-
vt habetur *in deciſ.1361. num.7.* coram Card. Sera-
phino, & dictum etiam fuit in vna Romana *Pro-
feſſionis*, 23. Iunij 1623. coram Remboldo quæ om-
nia tradit Barthol. de Vecchis *in prax. Nouit diſp.13.*
16 *dub.12.* Cum conſtat de unuo cauſam dictæ expul-
ſionis non fuiſſe certam, ſed potius dubiam, ſiqui-
dem circa incurabilitatem illius morbi ſunt variæ
ſententiæ Medicorum, quibuſdam aſſerentibus eſſe
incurabilem, aliis id negantibus, proculdubio non
poteſt ſubſiſtere eiectio iſtius profeſſi, ſed veluti iniu-
ſtè eiectus debet reuocari ad Religionem. Maximè
ipſo reclamante.
17 Tertiò, quia licet ſententiam expulſionis data illi
profeſſo ob celatum illum morbum, fuerit ex parte
iudicis iuſta, & valida, eo quod prudenter indicaue-
rit propter opinionem illorum Medicorum eum eſſe
incurabilem, ac proinde profeſſum expellendum ab
18 Ordine propter ſtatutum illius, nihilominus re ipſa
fuit iniuſta, cum non fuerit certa, & iuſtificata cauſa
talis, expulſionis, ſiquidem iuxta aliorum Medicorum
opinionem morbus ille non eſt incurabilis. Ergo
non tranſit in rem iudicatam, iuxta tradita per Van-
tium *de nullitat. tit. quoties, & intra quod tempus, n.8.*
Magonium Lucenſem *dec.62.n.15. & deciſ.98. num 5.*
Surd. *conſ.61.n.53.* Azeuedo *lib 2. num. 23. tit.17. lib.4.*
19 *nou.recopil.* Mar.Anton *var. reſ. lib.7. reſ.77.n.14.* Sed
datur exceptio contra illam, *l.4. §.condemnatus, ff. de
re iudic.* Tiraq. *de retract. lign. §.1. gloſſ.2. à n.5.* Re-
buff. *ad leges Galliæ tom.1. tit. de ſentent. execut. art.
vlt.n.4.* Barb. *in axiomat. iuris, axiom. 200. n. 6.* Vnde
20 ſententiam Auditoris Cameræ ſuper executione Bre-
uis latam non præcedente illius iuſtificatione, eſſe
nullam, & ſpoliatiuam, cenſuit Rota in Maioricenſi
Sacriſtiæ, 16. Decembr. 1601. coram Pamphilio. Er-
go ſimiliter hæc ſententia expulſionis, vt nulla, &
ſpoliatiua cenſeri debet.
21 Obiter hîc notandum, ſententiam Joſephi Giballi-
ni in *Diſquiſ.Canon.de clauſur.regul.diſquiſit.2. cap.4.
§.13.* dicentis non obſtante decreto Sacræ Congre-
gationis ſub Vrbano VIII. quod prohibet quem-
quam, niſi propter incorrigibilitatem à Religione ex-
pelli, & declarat neminem incorrigibilem cenſeri
debere, niſi vnius anni ſpatio in ieiunio, & pœni-
tentia probetur in carceribus, poſſe aliquem expelli
propter vnum aliquod crimen graue, & ſcandaloſum
ſemel tantum commiſſum, non poſſe in praxi tene-
ri: eſt enim expreſsè contra dicta decreta Sacræ Con-
gregationis legitimè promulgata, & praxi recepta, &
derogantia priuilegiis Religionum, vt benè P.Diana
p.9. tract.8. reſ.57. poſt Pellizzarium, & me relatos.
Vnde concludit, quod dictus P. Gibalinus non eſt
prorſus audiendus.
Eſt ad intentum huius Conſulti vna S. Rotæ de- 22
ciſio coram Vbaldo 1611. & ideo adiungenda, ſicut
& alia coram Puteo.

Bononienſis Profeſſionis.

Coram D. Vbaldo. Veneris 9. Decembris 1611.

ARGVMENTVM.

Profeſſio Monachi numquid vitietur pro-
pter morbum comitialem, & quomodo
talis morbus probetur per teſtes.

SVMMARIVM.

1 *Monachus quando dicatur in ſua Religione feciſſe legitimam profeſſionem.*
2 *Profeſſio non vitiatur ex quolibet grauiſſimo morbo de iure communi, & an vitietur propter morbum caducum, iuxta formam Conſtitutionis Religionis.*
3 *Profeſſionis actus eſt vltro, citroque obligatorius.*
4 *Profeſſionis impedimentum probari debet ab allegante.*
5 *Morbus caducus quomodo per teſtes probari debeat.*
6 *Teſtes habentes affectionem ad cauſam repelluntur, vel ſaltem in concurſu aliorum multùm minuitur de eorum fide.*
7 *Medici periti deponentes ſuper infirmitate alicuius, quem non viderunt, nec curarunt, an & quando probent.*
8 *Medicis peritis in eorum arte ſtandum eſt.*
9 *Confeſſio extraiudicialis probata per teſtes ſatis probat.*

DECISIO.

DOMINI dixerunt, profeſſionem à Ioſepho 1
Maria emiſſam in Venerabili Religione
Fratrum Minorum, fuiſſe validam, cum eſſet
ab eo facta in ætate legitima, & poſt annum pro-
bationis, cum ſolemnitatibus requiſitis *cap.1. de reg.
lib.6. c.ad Apoſtolicam, eod. tit. c.cum Gonſaluus, 17.
q.1.* Speculat. *in tit.de reg.n.1. & ſeq.* Rota *deciſ.816.
n.3.p.2.diuerſ.* & habetur per S.Concil.Trid. *ſeſſ.25.de
regul c.15. & ſeqq.*
Neque de iure communi obſtare videbatur alle- 2
gatus morbus caducus in Ioſepho, cum quilibet
morbus, etiam grauiſſimus non vitiet profeſſionem,
vt dixit gloſſ. *in cap. ſicut tenor, in verb. extra men-
tem, de regular.* & probatur *in c.ſicut nobis*, vbi Butr.
Abb. & alij communiter, *cap. porrectum, eodem ti-
tulo.* Vnde difficultas oriebatur ex Conſtitutionibus
dicti Religionis, quatenus eſſent confirmatæ à Papa,
per quas expreſsè cauetur, vt Nouitij profeſſio
laborantis tali morbo ſit prorſus irrita, iuxta con-
ſil. Nauar. 25. *de Regular. num.2. lib.2. & eiuſdem de-
ciſ.30.* Et ex eo quod proteſtatio dicebatur emiſſa
à Fratribus in ipſo actu profeſſionis, iuxta formam
dictarum Conſtitutionum, ex quo videbatur defi-
cere conſenſus fratrum, & Religionis, caſu quo illa
profeſſus laboret morbo caduco, qui tamen conſen-
ſus neceſſariò debet interuenire, cum actus profeſſio-
nis ſit vltrò, citroque obligatorius, Abb. *in cap.
porrectum, ſub num.10. de Regul.* Nauar. *conſ.26.n.16.
eodem titulo, & conſil. 17. num. 2. de voto*, Ruin.
conſ.128.

*conſ.*128.*num.*3.*lib* 1. Menoch.*de præſumpt.lib.*6. *præſumpt.*83. *num.*21.*& ſeq.* cum aliis per Hond.*conſ.*78. *num.*5. *lib.*2.

3 Sed hæc non videbantur DD. obſtare, quia non fuit probatum Joſephum laboraſſe tali morbo tempore profeſſionis, prout erat neceſſarium, Gloſ. *in d. cap.Sicut tenor, in verb. extra mentem*, & ibi DD. ſuprà allegati. Ber. *conſ.*29. *num.*22. *lib.*1. Rota *deciſ.* 107. *num.*24. *part.* 2. *diuerſ.* Honded. *d. conſil.*78. *num* 72.*lib.*2.

4 Neque obſtant teſtes examinati pro parte Ioſephi ad probandum, quod ipſe etiam ante profeſſionem, & de tempore pueritiæ laborabat dicto morbo, & quod viderunt eum in terram cadere, & alia ſigna eiuſdem morbi; quia fuit reſponſum eos non neceſſariò concludere de morbo comitiali, vel caduco, cùm adſint alij morbi ſimiles, & cauſantes eadem ferè accidentia, vt eſt vertigo, quam appellant tenebricoſam, quæ facit patientem in terram cadere, vnde ex hoc non infertur morbus caducus, vt fuit reſolutum in cauſa Leondic. *Fructuum*, 31. *Maij* 1604. coram bon.mem. Litta, cuius copia data fuit, ſed ſolùm ſimilitudo dicti morbi, vel ad eum propanſio, vt fuit dictum in *Abbatia*, 20. *Iunij* 1603. coram Pampilonenſi R.P.D. meo Ludouiſio.

5 Accedit, quod dicti teſtes partim ſunt Fratres eiuſdem Monaſterij, & ideo aliquo modo intereſſati, Natta *conſ* 672. *num.*58. *lib.*4. Præſertim cum dicant ſe habere affectionem ad cauſam *in Summario Antonij, num.*3. quo caſu teſtes repelluntur, Pariſ. *conſ.*15. *num.*30. *lib.*2. Rot. *deciſ.*336. *num.*4. *p.*1. *diuerſ.* vel ſaltem in concurſu aliorum multum minuitur de eorum fide. Afflictus *dec.*400. *n.*8. Præterquam quod cum non ſint periti, non videntur poſſe deponere de tali infirmitate, Ancharan. *conſ.*330. *num.*6. Aretin. *in conſ.*142. *num.*14. *verſ. ſed tamen his non obſtantibus*, Rota *in ead. Leodienſi, Fructuum*, 14. *April.* 1606. coram Litta; partim verò licèt ſint Medici, & periti, tamen non deponunt niſi per modum reſponſi ſuper facto eis propoſito, non autem per ſenſum corporis, quia viderint patientem, & eius infirmitatis qualitatem dijudicare potuerint, quæ ex accidentibus potiſſimùm dignoſcitur, iuxta tradita *in cap. communiter*, 33. *diſt.* & ibi Archidiacon. & alij, & in Leodienſi *Fructuum*, 30.Maij 1604. nec verificatur quod accidentia expreſſa in illo caſu concurrant in hoc Fratre, & tamen ad effectum inualidandi profeſſionem requiritur plena probatio. Mohed. *deciſ.*3. *de Regular.*

6 Tolli autem videbatur omninò fides dictis teſtium ex aliis pro contraria parte inductis, qui ſunt numero plures, conteſtes, & periti in arte, nec conſtat eos habere aliquam affectionem ad cauſam; nam in primis plures teſtes dicunt hunc fratrem ſolitum præſentire morbum ſuum, eique occurrere, vel aliqui rei inhærendo, vel comedendo, vel aliud ſimile faciendo, & ſolitum recordari accidentium, quæ ſibi occaſione dicti morbi euenerant.

Et tamen Medici deponunt in Summario Antonij, *num.*8. quod patiens talem morbum non recordatur de eius initio, ſicut etiam Medici, qui dictum Fratrem viſitarunt deponunt illius accidentia non fuiſſe morbi caduci, ſed vertiginis, vt ſupra, quorum iudicio tanquam in arte peritorum ſtandum videtur, *l ſeptimo menſe*, vbi Bald. *ff. de ſtatu hominis*. Bart.*in l.*1. *n.*4 *ff de vent. inſpic.*Rota *deciſ.*107.*n.*6. *p.*2. *diuerſ.* & fuit in noſtris terminis dictum in dicta Pampilon. *Abbatia*, coram Ludouiſio.

7 Accedit confeſſio ipſius Ioſephi Mariæ ante litem motam, quod ipſe tali morbo non laborabat, ſed finxit ſe laborare, vt de religione exiret, vt in Summario Antonij, *num.*2.quæ confeſſio probata per tres teſtes, ſatis videtur probare, ſecundum magis communem opinionem, de qua Hieronym. Gabriel *conſ.* 40.*num.*57.*lib.*2. præſertim cum duo ex dictis teſtibus ſint Religioſi, & ex iis vnus ex eadem Religione Minimorum, quibus magis creditur, Caſtr. *conſ.*143. *viſo proceſſu,col.vlt. verſ.dictum ergo, lib.*2. Aym. *conſil.* 169. *num.*3. & iſta confeſſio etiam redditur veriſimilis ex eo, quia iſte frater aliàs aufugit ex ſeptis Religionis, & fuit eo nomine condemnatus, vt *in d.Summ.n.*13.

Vltimò conſiderabant DD. teſtes, qui dicunt dictum Fratrem per triennium, & vltra ante profeſſionem aliquid non fuiſſe paſſum, ex quo ſequitur, vel quod ille non eſſet morbus caducus, quo patientes impoſſibile eſt non cadere frequentiſſimè, & exacto vigeſimo ſecundo ætatis anno augentur vehementius, vt deponunt teſtes periti *d. Summ. num.*11. & talis morbus vix vlla arte eſt medicabilis, vt ex mente Hippocratis, & Galeni fuit dictum in cauſa Salamantina *dimidiæ portionis*, 23. Ianuarij 1609. coram Marcomonti, & propter eius vim, & magnitudinē morbus Herculeos à veteribus appellabatur, teſte Galeno *in lib.*6. *Hippocratis, de morb.vulg. comm.*6. quem refert pluribus aliis ad propoſitum congeſtis, Briſſon. *lib.*3. *de verbor. ſignif. in verb. comitialem morbum*, vel quod tali morbo, quicunque ille eſſet, fuiſſet liberatus, vt fuit dictum in dicta Pampilonenſi *Abbatiæ*, 20. Iunij 1603. coram Ludouiſio. 8

Non obſtat prædicta proteſtatio, quia videbatur non ſufficienter probari, cum de ea deponant tantùm fratres ipſi intereſſati, & affectantes victoriam cauſæ, vt ſupra dictum eſt, cum tamen in illo actu profeſſionis adfuerint plures Laici, quorum nullus hoc deponit, vt in dicto Summario, *n.*12. Vltra quod non probato morbo caduco, vt ſuprà dictum eſt, proteſtatio illa nihil operatur. Ex quibus, & aliis allegatis per informantes, DD. concluſerunt pro validitate profeſſionis, quæ etiam videbatur tutior opinio pro exoneratione conſcientiæ dicti Fratris, & animæ ſalute.

Habetur hæc deciſio inter deciſ. Farinac. *conſ.lib.*2. *num.*346.

Eiecti à Religione.

Coram Domino Iacobo Puteo.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta an debeantur eiecto à Religione, prætendenti ſe iniuſtè eiectum, dum cauſa diſputatur.*

DECISIO.

GEORGIVS Bergomenſis Frater S. Saluatoris per Superiores inquiſitos fuerat priuatus habitu, & facta priuatione proceſſus ſecundum ſtatuta, & conſuetudinem Religionis erat combuſtus, ita vt de cauſa priuationis non apparebat. Agebat Georgius ad reſtitutionem, & dicebat ſe ſine cauſa priuatum, quia de ea apparere non poterat. Ex aduerſo fuit articulata, & vt prætendebatur, probata conſuetudo ita procedendi per quadraginta annos. Sed antequam ſuper dicta probatione diſputaretur, petebat Georgius alimenta, & expenſas litis, per not. per Abb. *in cap. Si quis contra, in repet. col.*20. *verſicul. Sed quam formam ſequetur Abbas, & in cap.Cum contingat, col.*10. *verſ.Sed quam formam ſequetur Abbas, &c. de foro compet.* & Guid. Papæ *deciſ.*561. & Afflict. *deciſ.* 80. *cum ſeq.* & per 1

deciſ.

deciſ. Rotæ 305. *aliàs tit. de iudic. in nouis*, in contrarium inclinauit maior pars Dominorum die 28. Nouembris 1541. quia conſiderabatur quod Georgius non erat in poſſeſſione Monachatus, per not. per Bart. *in l. ſi neget, ff. de alen. liber.* Et in iſto caſu procedunt deciſiones ſuperius allegatæ. Et dum dicebatur, quod Georgius prætendebat ſe eſſe iniuſtè eiectum, & ſpoliatum; reſpondebatur, quod ex quo fratres prætendebant, ſecum iuxta Conſtitutiones, & conſuetudinem Religionis proceſſiſſe, hanc conſuetudinem prætendebant probaſſe, quod in primis erat videndum, an verum eſſet, quod talis conſuetudo eſſet probata, & ad hoc benè facit deciſio Ægidij 88. & fuit allegatus Felin. *in cap. Cum dilecta, col. 19. verſ. Monachus non agit, &c. cum ſequent. tit. de reſcript.*

Habetur hæc deciſio inter deciſiones Iacobi Putei deciſione 202.

CONSVLTVM XXVIII.

De præcedentia in ſeſſione in Capella Papæ inter Reuerendiſſimum P. Generalem Carmelitarum, & Reuerendiſſimum P. Vicarium Generalem Eremitarum S. Auguſtini.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, ſeu factum.*
2 *Generalis præcedit Vicarium Generalem.*
3 *Ex Cæremoniali, ſeu Rituali Romano.*
4 *Quæ ſunt per ſe, anteponi debent iis quæ ſunt per accidens.*
5 *Ex Marimagno Mendicantium.*
6 *Maior dignitas præcedit minorem.*
7 *Cauſa naturalis attenditur in concurſu, non accidentalis.*
8 *Bartoli doctrina.*
9 *Si Vicarius eſſet Generalis, maiorem dignitatem haberet.*
10 *Varia exempla.*
11 *De Oratoribus Principum.*
12 *Ludouici Regis Galliarum factum.*
13 *De Procuratoribus Epiſcoporum.*
14 *De Conciliis Prouincialibus.*
15 *De coadiutoribus Canonicorum.*
16 *De Archipreſbyteris.*
17 *De Vicario Generali Epiſcopi.*
18 *Habet eandem iuriſdictionem cum ipſo.*
19 *Non præcedit Epiſcopos.*
20 *Ita in praxi ſeruatum.*
21 *Axioma* Vincens vincentem te, &c.
22 *Factum non præſumitur niſi probetur.*
23 *Factum non attenditur, ſed quod fieri debuit.*
24 Subrogatum ſapit naturam ſubrogantis, *quomodo intelligendum.*
25 *Quomodo limitandum.*
26 *Honor debitus Generali an tribuendus Vicario.*
27 *Quantum ad iuriſdictionem.*
28 *Decij doctrina.*
29 *Baldi doctrina.*
30 *Alia exempla.*
31 *Eſſe Vicarium Apoſtolicum an releuet.*
32 *Cum quibus, & in quibus.*
33 *Vrbis praxis.*
34 *Inſtitutus à Papa quam prærogatiuam habeat.*
35 *Quando Pontifex manum apponit.*
36 *An ex eo tribuatur maius ius.*
37 *Non alteratur, aut mutatur natura dignitatis, vel officij.*
38 *Breue SS. D. N. Innocentij X.*
39 *Generalis Carmelitarum an Apoſtolicus dici poſſit.*
40 *Quid de facto quod refertur Generalis Seruitarum.*
41 *An Abbates præcedere debeant Generales Regularium.*

IESVS MARIA.

Caſus, ſeu Factum.

CVm Generales, & Procuratores Generales Ordinum Mendicantium Prædicatorum, Minorum, Eremitarum Sancti Auguſtini, Carmelitarum, & Seruitarum habeant locum in Capella Papæ, ex priuilegiis, & antiqua conſuetudine, contingeretque quod propter obitum Generalis Eremitarum S. Auguſtini loco illius à SS. creatus fuiſſet Vicarius Generalis eiuſdem Religionis, orta eſt controuerſia inter Reuerendiſſimum P. Generalem Carmelitarum, & præfatum Reuerendiſſimum P. Vicarium Generalem Eremitarum circa præcedentiam in ſeſſione. Quæritur ergo quid iuris in præſenti, & quid facti. 1

Reſponſio.

Certi omninò iuris videtur, P. Generalem Carmelitarum præcedere debere in ſeſſione in Capella Papæ P. Vicarium Generalem Ordinis Sancti Auguſtini. 2

Primò ex Cæremoniali Romano, ſeu Rituum Eccleſiaſticorum *lib. 3. ſect. 2. cap. 1.* quod eſt de ordine ſedendi in Capella Papæ. Ibi enim ſolùm numerantur inter eos qui in ea Capella ſedent, *Generales*, non autem *Vicarij Generales*. Ex hoc enim infertur, vel Vicarios Generales non habere locum in Capella, vel ſi illum habent ex conſuetudine, nullatenus tamen debere eſſe ante Generales, ſed poſt illos; ſiquidem ea, quæ ſunt per ſe, quales ſunt *Generales* pro dicta ſeſſione, iure anteponi debent illis, quæ ſunt ſolùm per accidens, prout ſunt Vicarij Generales, cùm pro Generalibus ſubſtituantur. Ad quod accedit, quod ſi intentio huius legis eſſet, nomine Generalium intelligere etiam Vicarios Generales, vtique id exprimeret, vel nomine Vicarij Generalis, aut vices gerentis ipſius, prout ſæpius contingit in Priuilegiis Mendicantium, vt in Marimagno Prædicatorum, §. 14. 41. & 42. Minorum, §. 12. & 13. *ac* 40. Eremitarum S. Auguſtini, §. 44. Carmelitarum, §. 55. vel nomine Capitis ſupremi Ordinis, prout facit Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. de Regular. cap. 11.* Quod etiam conſtat ex innumeris aliis Bullis, & Priuilegiis Religionum. 3 4 5

Secundò, quia certi etiam iuris eſt, quod maior dignitas præcedit minorem, *cap. placuit 18. d. & cap. Epiſcopus, diſt. 95.* & tradunt communiter DD. cum gloſſa *Inſtit. de bonor. poſſeſſ. §. Aliam*, Rota diuerſ. *p. 2. deciſ. 326. num. 4.* Et Rota coram Seraph. *dec. 1223.* ac S. Congregatio Rituum in vna Sanſeuerini. Atqui Generalis dignitas maior eſt quàm Vicarij, ſiquidem illa eſt veluti qualitas principalis, primordialis, & per ſe; hæc verò, vt ex ipſo nomine Vicarij, quod (vt Calepinus inquit) ſignificat id quod vices alterius gerit, eſt veluti acceſſoria, per accidens, ſubrogata, & veluti nomine alterius; ac per conſequens illa iſti præferenda. Collegium Bonon. *conſ. 1. num. 10.* Menochius *conſ. 51. n. 27.* Quia ſcilicet cauſa naturalis debet attendi in concurſu, non accidentalis, *l. 5. vbi Bartol. de tutel.* Tiraq. *de retract. lign. §. 30. gl. 1. num. 20.* 6 7

num.20. Menochius *ſup. num*.28. Felix Contelotius
in quæſt. de præcedentia, n.26. Vnde Rota illa diuer-
ſor.326. relata in ſimilibus ferè terminis determina-
uit,quod Archipresbyteri ſunt præferendi Vicariis Pa-
8 rochialiũ,quia nomẽ Archipresbyteri ſonat dignitatẽ.
Vicarius verò(inquit Rota)*non dicitur poſſidere nomine
proprio*. Quo etiam ſenſu dicebat Bartolus *in l. ſi quis
in bello, ff. de capt*. Quod firmius retinetur illud quod
quis habet ex propria acquiſitione, quàm ex aliena,
& Rota inter *deciſ. nou. deciſ*.2. *n*.1. quod minus ius,
& minorem vtilitatem habet Vicarius in Eccleſia,
quàm Rector, quod probat ex variis iuribus.

9 Et ſanè id nullo modo negari poſſe videtur, cùm
pro comperto ſit, quod ſi præfatus P. Vicarius Gene-
ralis fuiſſet à Papa, vel à Religione inſtitutus abſolu-
tus Generalis, maiori dignitate, & authoritate frue-
retur tunc quàm modò, dum tantum eſt Vicarius.

10 Tertiò ex variis exemplis, ex quibus conſtat,quod
illi, qui aliorum perſonas repræſentant, prout ſunt
Vicarij, Procuratores, Viceſgerentes, vel ſimiles,
non ſedent in eodem loco, in quo ſui principales ſe-
dere debent, ſed in inferiori. Primum deſumitur ex
11 ceremoniali relato *lib*.1.*cap*.3. quod eſt de ordine
ſedendi in Conciliis. Ibi enim ſtatuitur, quod Ora-
tores Principum non ſedeant in Conciliis in eo loco,
vbi ſederent ipſi Principes, quos repræſentant, ideſt
inter Cardinales, ſed in ſedibus humilioribus pro
Dominorum ſuorum dignitate.

12 Secundum de eiſdem Oratoribus Principum, qui
in Capellis Regum non habent locum Principum,
quos repræſentant, ſed inferiorem: Vnde Rex Galliæ
Ludouicus XII. voluit quod Dux Sabaudiæ, qui ade-
rat ipſi, præferretur Legatis Venetorum. Decius *in
cap ſanè* 11. *n*.12.*de offic delegat*. quem refert,& lau-
dat Franc. Purpur. *in l*.1. *n*.533. *ff. de offic. eius, cui
mandata eſt iuriſdictio*. Tertium de Conciliis Gene-
ralibus, in quibus, prout ex vltimo illorum, ſcilicet
Tridentino conſtat, Vicarij, ſeu Procuratores Epiſ-
coporum abſentium non admittuntur, nec ſcribuntur
13 in locis Epiſcoporum, quos repræſentant, ſed in alio
inferiori, & ſeparato. Immò, quod valde deſeruit ad
intentum, nomenclator eiuſdem Concilij numerat
poſt Generalem Seruitarum Vicarium Carmelitarum,
procuIduhio, quia licet Generalis Carmelitarum
præcedat Generalem Seruitarum, Vicarius tamen
Carmelitarum non ita.

14 Quartum de Conciliis Prouincialibus, in quibus
etiam Vicarij, ſeu Procuratores Epiſcoporum, ſeu
Abbatum abſentium non admittuntur in locis eo-
rum, quos repræſentant, ſed in aliis inferioribus, &
diuerſis. Nauarrus *conſ*. 107. *de maior. & obed*. Franc.
Leo *in Theſaur. for. Eccleſ. part*.1. *cap*.9. *num*.4.
Barboſa *in Collect. Doct. ad Concil. Trident. ſeſſ*. 24.
de reformat.cap.2.*num*.14. Quintam de coadiutoribus
Canonicorum, qui non ſedent in loco Canonicorum,
15 quorum ſunt coadiutores, ſed in inferiori poſt omnes
Canonicos, prout tenuit Rota in vna Salmantina
Coadiutoria, 25. Iunij 1593. coram Peña. Eo quòd
Canonici propria dignitate fulgeant, ſintque verè
Canonici, coadiutores autem ſolùm aliena, ſintque
fictè Canonici: quæ ratio atiam militat in præſenti.
Nicol. Garcia *de benef. part*.4.*cap*.5.*num*.66. *& ſeqq*.
Gonzalez *in reg*.8. *Cancell*. §. 9. qui idem dicunt de
coadiutoribus portionariorum. Diana 4.*part. tract*.4.
reſolut. 88. & Barboſa *de Canonic.& dignit.cap*.29.*n*.2.
referens in ſeqq. quamplures declarationes S. Con-
gregationis Rituum. Sextum de Archiprasbyteris,
qui præferuntur Vicariis Parochialium, quamvis
16 Curati quos repræſentant tales Vicarij, præcedant
Archipresbyteros. Rota illa diuerſ. relata *deciſ*. 356.
referens etiam Rotam *deciſ*.9. *de prebend. in nou.
& 1. de offic. Archipreſb. in antiq*. Barboſa *de iur.*

Eccleſ. lib.1. *cap*.25. *num*.28. *& ſeqq*. ex illis princi-
piis, quod Vicarius non dicitur poſſidere nomine
proprio, & quod potentius eſt ius quod quis ha-
bet iure proprio, quàm alieno. Quod extendunt etiam
Nauarrus, & Gonzalez relati ad Archipresbyteros
rurales, qui præcedunt etiam Vicarios Parochiales.

Vrget maximè ad intentum exemplum Vicarij 17
Generalis Epiſcopalis. Etenim etiamſi ordinariam,
& non delegatam habeat iuriſdictionem, Gloſſa *verb.
officialem, in cap*.2. *de offic. Vicar.,lib*.6. *& verb.Gene-
raliter, in cap.Romana, de appell.eod.lib. & verb. Iur-
gia, in cap.Perlectis, diſt*,25. ita vt æqualis, immò &
eiuſdem iuriſdictionis ſit cum Epiſcopo, cum eo
vnum Tribunal, & auditorium conſtituens, adeo
vt de vno ad alium appellari non poſſit, *cap*. 2. *de* 18
conſuet. in 6. Bart. *in l*.1.*in fin.ff.quis, & à quo appel.*
Abbas *in cap. Si quis, lect*.1. *num*.26. *& lect*.2. *n*.31.
de for. compet. & ipſius Epiſcopi repræſentet per-
ſonam, & authoritatem, eique debeatur idem ho-
nor, & eadem prærogatiua, Menochius *conſ*. 51.
num.16. Sbrozæ. *libro* 2. *quæſt*.24. Nihilominus nun-
quam Vicarius Epiſcopi antiquioris præſumpſit ha-
bere præcedentiam ſupra Epiſcopos minùs antiquos, 19
aut accipere Sedem Epiſcopi etiam abſentis. Quin-
imò, referente Aldana *in Compend. Canonic. reſolut,
lib*.1. *tit*.43. *num*.19. S. Congregatio Rituum in vna
Brundusina, 16. Iulij 1605. declarauit, non licere
Vicario Generali occupare locum Epiſcopi, ſed eun-
dem locum debere habere ipſo abſente, quem illo
præſente habere conſueuit. Ex iis autem per manife-
ſtam conſequentiam infertur idem iuris eſſe de Vica-
rio Generali regulari, quod ſcilicet non poſſit præ-
tendere locum Generalis, quem repræſentat,aut præ-
cedentiam ſupra Generales.

Quoad factum verò ita ſeruatum fuiſſe refert D. 20
Contelorius in Conſulto de hac re tempore Iulij II.
in quo Generalis Seruorum fuit prælatus, & ſedit in
Capella Pontificia ante Vicarium Generalem Carme-
litarum de anno 1510. Et ſub Innocentio VIII. Vi-
carius Generalis Prædicatorum ceſſit aliis Generali-
bus in eadem Capella. Immò etiam de præſenti id
contingit: nam Vicarius Generalis Dominicanorum,
qui eſt authoritate etiam Apoſtolica inſtitutus Re-
uerendiſſimus Magiſter Dominicus Merino, cedit in
præcedentia omnibus Generalibus Mendicantium,
ſed præcedere debet præfatum Vicarium Generalem
Auguſtinianorum.

Ex quo per euidentem conſequentiam deducitur 21
Generalem Carmelitarum præcedere etiam debere
ipſum Vicarium Generalem Auguſtinianorum, iuxta
vetus illud axioma iuris: *Vincens vincentem te multò
magis vincit te, l.de acceſſionib. ff.de diuerſ. & tempo-
ral. præſcript. l æquiſſimum, ff. ad Tertyl*. Gloſſa *verb.
proximis,in auth.defuncto, C. ad Orfic*. Socin.*conſ*.112.
in princip. lib 2. vbi id declarat per plures caſus, Ro-
manus *conſ*.183. *in propoſito caſu, verſ. Secundò prin-
cipaliter, lib* 2. Caſtrenſ. *conſ*.2. *col. penult. in princip.* 22
verſ.eodem ergo modo,lib.2. Si autem aliquando oppo-
ſitum contigit, quod non admittendum, ſiquidem
factum non præſumitur, niſi probetur, *l.in bello,
§.facta.ff de captiuis,& poſtlim.reuerſ.l.ſi emancipati* 9.
vbi Iaſ. & alij, nihil inde inferri poteſt. Tum quia fa-
ctum contra ius pro non facto habetur, *l. iubemus,
§.prædia,C.de Sacroſanct.Eccleſ.cap.quæ contra ius* 64.
de reg.iur.lib.6.

Tum quia factum non attenditur, ſed quod de- 23
buit fieri, *l.nemo, Cod. de ſent. & interloquut*. Et ita
de facto reuocandum, quia facta de facto etiam ſunt
reuocanda de facto, iuxta notata *in l*.1. *§ nunciatio,
ff. de nou. oper. nunciat. & in cap*.1. *vt lit. pend*. Alex.
conſ.179.

Nec obſtat contra dicta axioma illud iuris: *Subro* 24

gatum ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur, l.
ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caut. vbi Bart. Bald.
Angel. & alij. Primò quidem, quia id procedit quan-
do ſubrogatus eſt æqualis conditionis cum eo, cui
ſubrogatur. Menoch. *conſ.*784. *n.*12. Barboſa *in axio-*
*mat. Iur. axiom.*273. *n.*1. Atqui vt oſtenſum eſt, aliud
eſt eſſe Generalem, aliud verò eſſe Vicarium Genera-
lem. Secundò, quia id intelligitur quantum ad ſub-
ſtantialia, non ad accidentalia. Surd. *de alim. tit.*9.
*quæſt.*21. *numer.*22. Tertiò, in ſubrogato per legem,
non per hominem, ex Rimin. Iun. *conſ.*18. *numer.*88.
*& conſ.*113. *numer.*128. *& ſeq.* quem refert Car-
din. Tuſchus *litter. S. concluſ.*757. *n.*49. Vicarius au-
tem Generalis, de quo in præſenti, non eſt à lege, ſed
ab homine ſubrogatus.
25 Quartò limitatur in eo quod eſt ſpecialiter attribu-
tum; tunc enim in eo ſubrogatum non ſapit eandem
naturam, nec ſubrogationis regula id extendit, quod
fuit ſpecialiter conceſſum. Surdus *ſupra q.*21. *n.*21.
Barboſa Senior *in l. cum prætor, §.*1. *num.*421. *de Iudic.*
& Barb. Iun. *ſup. n.*5. Quintò limitatur in priuilegiis
(quale eſt hoc de seſſione in Capella Papæ) vt ſcri-
bunt Azeuedo *l.*1. *n.*27. *tit.*1. *lib.*6. *noua recopil.* Garc.
Gironda *de priuileg. ſeu exempt. explicat. n.*1313.
26 Nec etiam obſtat, quod idem honor, qui debetur
generali Auguſtinianorum, debeatur etiam eius Vica-
rio, vt quemadmodum generalis Auguſtinianorum
viuens præfertur generali Carmelitano, ita eo de-
functo, ipſius Vicarios etiam Generali Carmelita-
rum præferatur, ex cap. *Grandi, de ſupplend. neglig.*
Prælat. & c. præcipimus, diſt 93. Quia ſcilicet vices alte-
rius gerens, repræſentat perſonam illius, & eodem
iure vti debet, ſicut principalis.
27 Hæc enim omnia ſolùm probant R. P. Vicarium
Generalem debere vti eodem iure, & eodem honore
quantum ad iuriſdictionem erga ſubditos, non autem
quantum ad prærogatiuam dignitatis, & ordinis, vt
patet euidenter in exemplis adductis, maximè illo de
Vicariis Epiſcoporum, qui etiamſi habeant eandem
cum ipſis iuriſdictionem, nihilominus non habent
eandem prærogatiuam dignitatis, aut eundem locum
in Conciliis, Synodis, Choro, &c. pro quo egregiè
Decius *cap. Sanè, de offic. Deleg.* dicens contra Abba-
tem, *dum ex hoc infert, quod Vicerector debet honorari*
ſicut Rector: Hoc benè inferri non videtur; quia licèt
28 *quis debeat honorari tanquam repræſentans delegantem,*
vel Rectorem, non tamen ſequitur quod debeat honorari
tantum, quantum principalis, quem repræſentat. Nec
etiam in ſe hoc verum videtur, quia maior reueren-
tia debetur principali, vt probatur *in l. Sed etſi, §. fin. ff.*
de in ius voc. vbi reuerentia quæ debetur patrono,
non debetur adminiſtratori. Immò dicit Baldus *ibi in*
d. l. Sed etſi hat, §. prætor ait, verſ. Semper autem, quod
maior honor debetur Epiſcopo, quàm Vicario eius.
29 Et ad huc facit, quod fortior, & maior videtur
dignitas quam quis habet iure proprio, quàm digni-
tas, quæ competit ex perſona alterius, vt notat Bart.
in l quod Principi, in fin. de leg. 2. facit etiam quod no-
tat Bald. de Epiſcopo, & Vicario eius *in l.* 2. *verſ. not.*
ergo arg. ff. de offic. proconſ. & leg. Et infra: ſimiliter vi-
detur, quod Vicerector non ſit honorandus ſicut Re-
ctor. Legendi Gonzal. *in reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 5. §. 9.
30 *n.*105. Menoch. *conſ.*51. *n.*103. Gratian *diſcep. forenſ.*
111. *n.*27. Nauarr. *conſ.*7. *de maior. & obed.* vbi quod
Procurator Epiſcopi in Concilio Prouinciali non ad-
mittitur inter Epiſcopos, neque præfertur Abbatibus,
Aponte *deciſ.*15. vbi quod Baiij titulorum in Re-
gno non tenent locum principalis Domini in ſeſſio-
nibus, Gamma *dec.*1. *n.*48. *& ſeq.* vbi quod ſubſtitutus,
& Locumtenens Patriarchæ, vel Metropolitani de-
bet honorari prout Patriarcha, vel Metropolitanus, in
pertinentibus ad iuriſdictionem, non autem in aliis,
quæ competunt reſpectu dignitatis, vel ordinis. Man-
tiqu. *de præced. Eccleſ. p.*1. *num.*27. *& ſeqq.* vbi quod
Procurator Epiſcopi, vel Abbatis non ſedet in Conci-
lio inter Epiſcopos, & Abbates. Maximè legendus
Nauarr. *in conſ.*7. commendans valde doctrinam De-
cij relatam.
Nec releuat cauſam P. Vicarij Generalis Eremita- 31
rum, quod ſit Vicarius Apoſtolicus, vtpotè inſtitutus
immediatè à Papa; Generalis autem Carmelitarum
non niſi à Capitulo Generali ſui Ordinis. Ex quo vi-
detur ſequi præeminentiam deberi tali Vicario, cum
à maiori, vel digniori inſtitutus ſit, iuxta doctrinam
gloſſæ *in cap.* 1. *verb. maior. de maior. & obed.* Mona-
chi *in cap. Statutum, n.*20. *de reſcript. in* 6. Decij *in*
l. cum quid, ff. ſi certum petat. & aliorum. Primò
enim reſponderi poteſt id procedere cæteris paribus,
& cum æqualibus; itaut dictus P. Vicarius Gene-
ralis, quia eſt Apoſtolicus, præcedat omnes alios Vi- 32
carios Generales non Apoſtolicos, non autem ma-
iores in dignitate, quales ſunt Generales. Contelo-
rius *d. q. de præcedent. num.*43. Monach. *ſup.* dicens
id eſſe verum niſi ordinati ab inferiori ſint conſtituti
in maiori dignitate. Dec. *ſup num.*12. dum dicit hoc
procedere inter Doctores eiuſdem profeſſionis. Im-
mò addendum ad intentum, nec id obſeruari in Papæ
Capella. Sæpiſſimè namque contingit, quod aliquis 33
Generalis, vel Vicarius generalis Mendicantium ſit
inſtitutus auctoritate Apoſtolica, ac per conſequens
Apoſtolicus; nihilominus non propterea vllam præ-
cedentiam habet ſuper alios generales, vel Vicarios
generales iure Ordinum ſuorum inſtitutos.
Secundò, quidquid de hoc ſit, illud certum, & com- 34
pertum apud omnes, quod licet inſtitutus à Papa ad
aliquam dignitatem, vel officium, Canonicatum vi-
delicet, Archidiaconatum, Vicariatum, vel ſimilia,
habeat hanc prærogatiuam, quod inferior non poſſit
cognoſcere de tali inſtitutione, aut illam in dubium 35
reuocare, niſi titulo ſubreptionis, iuxta *cap.* 1. *&* 2.
de Confirmat. vtil. vel inutil. eo quòd vbi Pontifex
in aliquo negotio manum apponit, cenſetur ad ſe il-
lud auocare, ac ſubindè inferioribus auferre poteſta-
tem cognoſcendi de illo, *argum. c. Vt noſtrum* 56. *de*
appellat. cum his quæ Gigas *de penſ. q.*69. *num.*1. Co-
uarr. *pract. cap.*9. *num.*1. & alij Doctores *in d cap.* ac
per conſequens talis dignitas, vel officium habeant
maiorem firmitatem, itaut ab inferioribus reuocari
non poſſint, ſaltem ſine cauſa legitima, iuxta doctri- 36
nam Abbatis *cap. Poſtulaſti, n.*10. *de Cler. excommun.*
miniſtr. Decij *cap. Ad noſtram, n.*16. *&* 17. *de confirm.*
*vtil. & cap. Cum acceſſiſſent, n.*47. *de Conſt.* Mandoſij *de*
*priuileg. ad inſtar, gloſ.*6. *n.*4. Nihilominus inſtitutio
facta a Papa talis Canonicatus, Archidiaconatus, Vi-
cariatus, &c. nullum maius ius, nullum maius priuile-
gium, prærogatiuam, aut præeminentiam præbet,
quàm ſi fieret ab Ordinario, & lege ordinaria.
Tum quia Pontifex in illa concurrit cum Ordina- 37
riis, & in defectum ipſorum, iuxta *c.*2. *de præb. in* 6.
Tum quia in tali prouiſione, ſeu inſtitutione nullo
modo alterat, ſeu immutat naturam dignitatis officij,
ſeu beneficij, quod prouidet. Pro quo faciunt plures
Doctores, quos refert Sanch. *lib.*7. *in Decal. cap.*29. 38
*n.*133. *& ſeqq.* Peirin. *in Additam. ad Conſtit. Clemen-*
*tis VIII. c.*9. *n.*22. Et ad intentum noſtrum patet in
Breui à Sanctiſſimo N. Innocentio dato pro inſtitu-
tione dicti P. Vicarij Generalis, in quo ſolùm ipſi con-
cedit iura, & priuilegia aliorum Vicariorum genera-
lium, non verò prærogatiuas Generalium, aut alia
ſpeciali forma præter communem.
Adde ad maiorem abundantiam, quod ſi prædictus 39
P. Vicarius generalis Eremitarum S. Auguſtini eſt Vi-
carius generalis Apoſtolicus inſtitutus, generalis Car-
melitarum eſt generalis Apoſtolicus confirmatus,
vt

Digitized by Google

vt habet Sixtus IV. in Bulla *Cum attenta*,quæ eſt Ma-
remagnum Carmelit. §.68. vbi decreuit generalem
Carmelitarum legitimè electum à Sede Apoſtolica
eſſe confirmatum.

40 Minùs adhoc reuelat quod, vt dicitur, generalis
Seruitarum locum ceſſerit eidem Vicario generali
Auguſtinianorum. Pro comperto namque eſt, quod
factum vnius non debet alteri nocere, *l. Si vnus*, §.
ante omnia,*ff. de pact. l. de pupillo*,§. *Si plurium*,*ff. de
non.oper.nunc.l.paterfamil.ff.de hered.inſtit.l.non debet
alteri*,*ff.de reg. iur.l. cohæredi*,*C.famil. herciſc.l. hære-
des*,§. *in illa*.*ff. eodem*. Thom. de Thomaſſ. *in floribus
leg.reg.*125.Menochius *conſ.*346.*n.*26.Et facto alterius
nemo debet prægrauari, *l. Si quis in ſuo*,§. *legis*,*C. de
inoffic. teſtam.* Surdus *conſ.*173. *n.*84. aut alieno facto
onerari,*l.in cauſa ff.de procurator*,

41 Ex dictis porrò elici poſſet deciſio quæſtionis inter
aliquos controuerſæ,an ſcilicet Abbates debeant præ-
cedere Generales Regularium. De qua bené Zacha-
rias Paſqualigus *in dec moral.dec.*505.poſt D.Contelo-
rum *in opuſc.de præced.*& alios.

CONSVLTVM XXIX.

De comminante ſe infamaturum aliquam Religionem.

SVMMARIVM.

1 *Caſus,ſeu factum.*
2 *Sententia cuiuſdam Theologi.*
3 *Secundum dictum illius.*
4 *Tertium dictum.*
5 *Fama eſt maximum,& pretioſum bonum.*
6 *Religioſi non renunciant ſuo honori,aut famæ.*
7 *Honor eſt connaturalis virtuti.*
8 *Differentia inter ſeculares,& Eccleſiaſticos.*
9 *Eccleſiaſtici an pro defenſione honoris poſſint ali-
quem occidere.*
10 *Honor Eccleſiaſticorum conſiſtit in exercitio virtu-
tum.*
11 *Sunt ſpecialiores imitatores Chriſti.*
12 *Textus Alexandri Papæ*,cap. ſuſcepimus, de ho-
micid.
13 *Fortius procedit in caſu noſtro.*
14 *Sententia S.Thom.*
15 *Quorundam doctorum placitum.*
16 *Tertium placitum huius Theologi reiicitur.*
17 *Fundamenta huius.*
18 *An liceat occidere minantem mortem.*
19 *An eum qui paratus eſt falſum teſtimonium dicere..*
20 *Solum licet occidere aggreſſorē cum moderamine,&c.*
21 *Minæ attendendæ non ſunt.*
22 *Non præſtatur fides detractoribus.*
23 *Superſunt multa ad tollendam hanc ignominiam.*
24 *Doctrina Suarez.*
25 *Mitigatio facta à dicto Theologo.*
26 *Exempla eorum, qui famam contempſerunt lauda-
biliter.*
27 *Zachariæ Paſqualigi in dictum Authorem oppu-
gnatio.*
28 *An dici debeat tali calumniatori* : Mentiris.
29 *An liceat id in foro conſcientiæ.*
30 *Non licet religioſis,niſi rarò.*
31 *Chriſti exemplum.*
32 *Patrum doctrina.*
33 *Alia ratio.*

IESVS MARIA.

CASVS.

QVis minatur ſe ſparſurum crimina igno- 1
minioſa, vel infamatoria de aliquo Religio-
ſo honeſto, vel ipſius Religione: quæritur,
an iuſtè ab eodem Religioſo poſſit occidi,
quando alio modo non poteſt impedire illam infa-
miam,ſeu ignominiam.

Reſponſio.

In hoc caſu quidam doctus,& grauis Theologus in 2
ſuis ſcriptis tria habet. Primum: *Negari non poteſt
quin ſaltem honorem, famamque illam, quæ ex virtute,
& ſapientia naſcitur, quique verus honos eſt, iuſtè de-
fendere Clerici, ac Religioſi valeant, ac ſæpè debeant,
cum hic ſit proprius profeſſionis ipſorum, quem ſi amit-
tunt, maximum bonum, ac decus amittunt. Nam per
hunc redduntur ſummoperè æſtimabiles, & conſpicui ſe-
cularibus, quos ſua virtute, & ſapientia dirigere, ac iu-
uare poſſunt; quo ſublato, nec illos dirigere, nec iuuare 3
poterunt.* Secundum: *Ergo Saltem hunc honorem pote-
runt Clerici, ac Religioſi cum moderamine inculpatæ tu-
telæ, etiam cum morte inuaſoris defendere; quin inter-
dum lege ſaltem charitatis videntur ad illum defenden-
dum teneri, ſi ex violatione propriæ famæ integra Reli-
gio infametur.*

Tertium: *Vnde licebit Clerico, vel Religioſo calum- 4
niatorem grauia crimina de ſe, vel de ſua Religione
ſpargere minantem occidere, quando alius defendendi
modus non ſuppetat, vti ſuppetere non videtur ſi calum-
niator ſit paratus ea vel ipſi Religioſo, vel ipſi Religioni
publicè, ac coram grauiſſimis viris impingere, niſi occida-
tur.*

Ex quibus, primum veritatem continet. Primò 5
quidem, quia fama, vel honor eſt maius, & pretioſius
bonum hominis, quàm omnia alia bona extrinſeca,
diuitiæ ſcilicet, dominia, potentatus, &c. vt docet S.
Tom. 2.2.q.103. *art.*1. *ad* 2. Et ita pro conſeruatione
ipſius maximè laborandum, quia vt inquit D. Auguſti-
nus relatus *cap non ſunt audiendi* 11.*q.*3.*cap. nolo* 12.
*q.*1. etiam de Religioſis loquens: *Nobis neceſſaria eſt
vita noſtra, aliis fama noſtra; conſcientia nobis, fama
proximo.* Vnde D. Anſelmus *in Epiſt. ad Philippenſ.*
dicit: *Crudelis eſt, qui negligit famam ſuam.* Et Ari-
ſtot. 3.*Ethic.cap.*6. inquit: *Timere infamiam honeſtum
eſt, non timere turpe eſt.* Fauet illud Prouerb 6. *Me-
lius eſt bonū nomen quàm diuitiæ multæ* Et Eccleſiaſt. 4.
Curam habe de bono nomine. Secundò, quia etiamſi Re-
ligioſi ſint mortui mundo, & per votum paupertatis
renuncient omnibus bonis externis, non tamen re-
nunciant honori, aut famæ. Vt benè S. Th. 2.2. 6
*q.*186. *art.*7. *ad* 4. Caietanus *ibid.* Nauarrus *cap. Inter
verba, concl* 5. *n.*64 *fine*, & *comment* 2. *de Regularib.
n.*2.& *Miſcellan.*11.*de Orat n.*9.*in fin.* Valentia *tom.*3.
*diſput.*3.*q.*10.*p* 5. Sayrus *in Claui Regia lib.*11. *cap.*4.
*n.*15.Suar.*tom.*3.*de Relig. lib.*8 *c.*4.*n.*3. Petrinis *tom.*1.
*de ſubdito,q.*1.*c.*12.§. *noto quartò*. Tum quia honor eſt 7
debitus, & veluti connaturalis virtuti: tum quia non
eſt in honorato, ſed in honorante, ac per conſequens
non poteſt ipſi renunciare; quia nemo renunciat ei
quod eſt in alio, ſed quod eſt in ſe. S. Thom. *opuſc.*19.
*contra impugnant.Relig.c.*2.Caiet. & Suar *ſuprà*.

Secundum verò, eſto ſuſtineri poſſit inter ſecula- 8
tes, & mundanos, prout tenent Nauarrus, Nauarra,
Valentia, Bañez, Salonius, & Aragonius, quos ſequitur,
& refert Tannerus *tom.*3.*diſp.*4. *q.*8. *dub.*4 *n.*73. Tur-
rianus, Eſcobar, Azorius, Molina, & Gomez,

quos refert, & ſequitur Diana 5. *p. tract.4. reſolut.9.* Cornejo, Bonacina, & Cardinalis Lugo, quos refero & ſequor 3. *tom. Summ. verb Homicidium, n.9.* Loquen-
9 do tamen de Eccleſiaſticis, maximè Religioſis, difficile videtur, & contrarium ipſorum ſtatui, vt pro defenſione honoris, ſeu ad fugiendam infamiam poſſint licitè alium occidere.

10 Ratio eſt primò, quia honor Eccleſiaſticorum, maximè Religioſorum, præcipuè conſiſtit in exercitio virtutum charitatis, humilitatis ac patientiæ, non in vſu armorum, prout eo loco dixi ex Toleto, & Layman, & ex communi docet Couarru. *in Clement. Si furioſus, p.3. §. vnic. n.4.* & fauent Abbas *in cap. Suſcepimus, n.4. de homicid.* & Maior *in 4 diſt. 15. q. 20.* Ergo magis honorati manebunt ſi has virtutes exercentes propter Deum pareant vitæ illius, qui ipſos in eo honore, te inferioris ordinis, offendit, quàm ſi propterea eum occidant.

11 Secundò, quia hoc videtur contrarium illorum ſtatui, ratione cuius ſunt ſpecialiores imitatores Chriſti, propterea namque tonſuram, ſeu coronam geſtant vt ſpinam Chriſti exprimant, ex venerabili Beda *lib.5. hiſt. Angler. c.12.* & alij poſt ipſum. Chriſtus autem eſt is, de quo dicitur Iſai.42. *Calamum quaſſatum non conteret, & linum fumigans non extinguet,* propter ipſius ſummam manſuetudinem, & patientiam, prout Hieronymus, Chyrillus, Hilar. Cryſoſtomus, Procopius, & alij exponunt, ſpecialiter Chryſoſtomus dicens: *Chriſtus hoſtes ſuos non vlciſcetur.* Vnde etiam de illo B. Petrus *epiſt.1. cap.2.* dixit: *Qui cùm malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur, tradebat autem iudicanti ſe iniuſtè.*

12 Tertiò, quia etiam videtur contrarium intentioni Alexandri III. Papæ, qui ſcribens Abbati cuidam S. Benedicti *cap. ſuſcepimus, de homicid.* pro caſu, quo quidam Monachus occidit duos latrones timens ab illis ſe occidendum, inquit: *Verum quoniam expediebat potius poſt tunicam relinquere pallium, & rerum ſuſtinere iacturam, quàm pro conſeruandis vilibus rebus, & tranſitoriis tam acriter in alios exardeſcere, abſtineat iſte humiliter ab Altaris miniſterio, &c.* Et infra tam de alio ipſius ſocio: *Vterque peccatum ſuum ad arbitrium tuum ſtudeat expiare. Conſtat enim eos contra manſuetudinem Eccleſiaſticam ex vtriuſque ope interemptos.* Quæ Papalis diſpoſitio habet adhuc maiorem vim in noſtro caſu, quàm in illo, de quo in eo *cap. Suſcepimus.* Nam ibi Pontifex loquitur in caſu inuaſionis vitæ, nos autem in caſu inuaſionis honoris, ſeu famæ, quæ minoris pretij ſunt quàm vita. Vnde Gloſſa hiima *cap. Suſcepimus, verb. Litigauerunt,* ſic habet. *Clericus verò ſua defendendo non debet armis reſiſtere, nec aliquem propter res interficere, argum. 23. quæſ.8. c.1. & c conueniar, & argum 36. diſt. Si quis vult, argum. contra ſupra eo c.2. Laicus verò poteſt res ſuas, & patriam armis tueri & præuenire hoſtem, argum C. vnde vi, l.1. & 23. q.2. Dominus. Sed Clericus cum armis pugnare non debet, etiam contra Saracenos, ſup. de vot. ex multa, & 50. diſt. Clericum qui paganum.*

13 Quartò, idem argumentum efficitur ex mentè Sancti Auguſtini, qui *in lib 1. de lib. arbitr. cap 5.14. & 15. & Epiſt.154. ad Publicolam, & lib.1. de Ciuit. Dei, c.21.* adeò clarè damnat occiſionem inuaſoris, vt Sotus 5. *de iuſt. q.1. art.8.* Vaſq. *tract. de reſtit. c.2 §.1. dub 6. n.18.* Turrianus *de Iuſt. & Iur. diſp 27. dub.1. n.11.* Layman. *lib.3. ſect.5 tract.3. p.3. c.3. n.1.* credant hanc fuiſſe ſententiam S. Auguſtini. Si ergo ſecundum
14 tanti Doctoris ſententiam non licet communibus fidelibus occidere inuaſorem vitæ, multò minus licebit Eccleſiaſticis, & religioſis inuaſorem famæ, ſeu honoris interficere.

Quintò ex mente S. Thomæ, qui 2.2. *q.6. art.4.* dum quæſiuiſſet *vtrum occidere malefactores liceat Clericis* Reſpondet *Reſpondeo dicendum, quod non licet occidere, duplici ratione. Primò quia ſunt electi ad Altaris miniſterium, in quo repræſentatur paſſio Chriſti occiſi, qui cum percuteretur, non repercutiebat, vt dicitur prima Petri 2. Et ideo non competit, vt Clerici ſint percuſſores, aut occiſores. Debent enim miniſtri ſuum Dominum imitari, ſecundùm illud Eccleſiaſt. 10. Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius. Alia ratio eſt, quia Clericis committitur miniſterium nouæ legis, in qua non determinatur pœna occiſionis, vel mutilationis corporalis. Et ideo vt ſint idonei miniſtri noui teſtamenti, debent à talibus abſtinere.*

Sextò ex eo, quod plures Doctores malè ſentiunt 15
de oppoſita ſententia. Etenim Andreas Gail. *obſeruat. 100. n.8.* dixit ita ſentientes *magis politicè, quam chriſtianè ſcribere, & diſputare.* Couarruvias in Clementina *Si furioſus, part.3. §. vnic. n.4.* eam appellare videtur immoderatam, inhumanam, & barbaris potius, quam Chriſtianis conuenientem. Alij verò dixerunt id licere in foro fori, ſed non in foro Dei. Ita Accurſius apud Molinam *tom.4. diſput.11. n.2.* Et Auguſtinus de Ancona *tract. de poteſt. Eccleſ. q.32. artic.3.* Gerſon. *tract. de Euchariſt.* Ricardus de Sancto Victore *in Opuſc. de carit.* & Baſſolis relatus ab Abulenſi *in c.5. Matth. q. 109.* Layman verò *lib.3. ſect.5. tract.3. p.3 cap.5. §. Dicendum 3.* ad ſimilem alium caſum dicit: *Res plena ſcandali ac peſſimi exempli erit, ſi inoleſcat hominem de calumnia non conuictum per inſidias occiſum eſſe.*

Tertium verò dictum huius Authoris omninò vi- 16
detur reprobandum, quatenus aſſerit licere Clerico, vel Religioſo occidere calumniatorem grauia crimina de ſe, vel ſua religione minantem ſpargere. Et multò magis dum dicit tunc non videre ſuppetere alium modum defendendi honorem, quando calumniator eſt paratus infamare publicè, ac coram grauiſſimis viris religioſum, vel religionem. Primò quidem pro- 17
pter dicta, quæ in hoc puncto efficaciùs probant, cùm multò minus ſit minari, quàm inuadere. Secundo, quia non licet occidere minantem mortem, vt
benè Malder. *in 2.2. tract.3. c.2. dub.7.* & Diana *ſup. reſol.* 10. Ergo multò minus licebit occidere minantem infamare. Tertiò, quia adhuc de communibus fi- 18
delibus loquendo, probabiliſſima ſententia eſt, & in 19
praxi ſequenda, non licere occidere eum, qui paratus eſt falſum teſtimonium contra aliquem dicere, aut eum falsò apud Iudicem accuſare, etiamſi alio modo obuiari id non poſſit. Prout tenent Sotus, Cord. Salon. Turrian. Sylu. Vaſq. Leſſius, Rodrig. Coniock, quos referunt Card. Lugo *de iuſt. & iur. tom.1. diſput 10 ſect.7.* & Diana 3 *p. tract 5 reſol.97. & 5. p. tr.4.*
reſol.7. & part 8. tr.7. reſol.51. Multò ergo minus 20
licebit Eccleſiaſticis, qui manſuetudinem Chriſti imitari debent, propter minas ſolum infamiæ inferendæ aliquem occidere. Quartò, quia ex communi DD. tunc ſolum licet occidere aggreſſorem in ſui defenſionem, quando id fit cum moderamine inculpatæ tutelæ, & tunc obſeruatur hoc moderamen, quando ſpectatis circumſtantiis loci, temporis, & perſonarum, nullum aliud medium ſupereſt ad euitandum illud damnum, quod iniuſtus aggreſſor infligere vult, niſi illud occidere. Tunc enim iura id permittunt, *l. vt vim, ff. de iuſt. & iur l. vim vi, & l.3. § qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. c. ſignif. 3. § vlt. de homic. cap. Si verò 1. de ſent. excom.* vbi Alexander Papa dicit *vim vi repellere omnes leges, omniaque iura permittunt.* Sed in caſu præſenti, & de quo hic author, plures modi ſuppetunt ad euitandam ignominiam, & infamiam, præter occiſionem ipſius, ergo non poteſt occidi. Minor patet. Tum quia poteſt minator minas non implere: & ideo minæ ſolùm inducunt iuſtũ metum, ſi fiant à tyranno, vel homine peſtilentioſo. Bart. *in l.3 ff. ex quibus cauſ.*

cauſ.ma. vel à perſona veriſimiliter timenda. Gloſſa, &
Bart. *ibid.* vel à perſona potente, & conſueta malè fa-
cere, non ſi ſit ſolita multa dicere, & pauca facere,
nec ſi ſit eluſor, cuius minæ non ſunt timendæ. Bart.
in l.metum ff.quod met.cauſ. Vnde ſi is qui minatus eſt
ſit abiecti, & demiſſi animi, non præſumitur contra
ipſum, vt eſt textus *in l.1.C.ſi quis Imper.maled.* Et ita
communiter teneri dixit Imola *in l fin. col. penultim.
verſ. vltimò inducit, ff. de hæred. inſtit.* quem ſequi-
tur Antonius Blanchus *in l.fin.n.18. ff.de quæſt.* & Me-
noch. *de arbitr.iudic.caſ.361.n.39.* ac Maſcard. *de pro-*
21 *bat. vol.1. concl.98.n.9.&* 10. Tum ſecundò, quia po-
tuit iſte minari ex iracundia: Minæ autem quibus
aliquis ita feruẽs, & iracundia impulſus vſus eſt, atten-
dendæ non ſunt, *l.* 1. vbi Angel. *C. Si quis Imper. ma-
led.facit l.ob hæc verba, ff.de his qui not.infam.traditur
in l. quod calore ff. de reg.iur. in c. Si quis iratus, §. no-*
22 *tandum 2.quæſ.3.* Pariſ. *conſil.54. numer.32. vol.4.* Tum
tertiò, quia eſto quod adimpleat promiſſum, nihilo-
minus viri graues regulariter loquendo non præſtant
fidem detractoribus, maximè de perſonis Eccleſiaſti-
cis detrahentibus; ſed potiùs cordatè, & maturè
animaduertunt eos ſæpè decipi, & decipere, Inuidia,
& paſſione agi, rem exagerare, & ex muſca elephan-
tem fingere; ac propterea timent illud Eccleſiaſt.19.
Qui credit citò leuis corde eſt, & minorabitur, id eſt erit
modicus mente, vt ait Arabicus, vel *amens*, vt vertit
Syrus. Non ergo propter vanum iſtum timorem de
contrahenda infamia apud graues viros licere pote-
rit Religioſo occidere ſic minantem.

23 Præterea quartò, quia eſto quod illi credant de-
tractori, adhuc ſuperſunt multa media ad tollendam
hanc ignominiam, aſſerendo videlicet dixiſſe falſum,
conſtare oppoſitum, eſſe maledicum, &c. non ergo
ad tollendam illam ſuppetit vnicum ſolum medium,
ſcilicet mors calumniatoris, quæ alioquin eſt malum
irremediabile, & priuatio maioris boni, quàm igno-
24 minia ipſa. Ad quod etiam quintò deſeruit Doctrina
Suarez *in tom.de fide, ſpe, & charitate, diſp.13.de bello,
ſect.vlt.n.5.* vbi inquit quod *calumnia non propulſatur
vi, ſed veritatis manifeſtatione.* Calumnia ergo quæ
timetur inferenda Religioſo non debet propulſari tam
violenta, & truculenta vi, qualis eſt occaſio ſuſpecti
calumniatoris, *ſed veritatis manifeſtatione.*

25 Vnde meritò propter hæc ſubdit author, quem
impugnamus, ſequentia: *Verum quoniam hæc apud
alios ſcripta non legimus, nolumus ita à nobis ſint dicta,
vt communi ſententiæ aduerſentur, ſed ſolùm diſput. gra-
tiâ propoſita, maturo iudicio relicto penes prudentem Le-
ctorem.* Dixerat autem *n.117.* præcedenti oppoſitam
ſententiam eſſe communem, quam præter gloſſ. *in
Clement. Si furioſus, de homicid.* & Gloſſ. *in cap. Suſce-
pimus, de homicid.* mordicus defendit Syluius *in 2.2.
D.Thom.q.64.art.7.q.9.concl.2.* Binsfeldius *in Comment.
de iniuriis,* & damno dato, *c.1. q.5. concl.8.* Bald. *lib 4.
conſ.312.* & alij, qui etiam loquentes de communibus
fidelibus negant poſſe occidere aliquem ob defenſio-
nem honoris.

26 Eſt etiam conformis praxi ſanctorum Monacho-
rum. Etenim magnus ille Macharius Abbas, prout re-
ferunt Ruffinus *lib.3. n.99.* & Anthot *lib.5. vitarum
Patrum, libello 15. de humilitate, num.25.* cum illi im-
putata eſſet fornicatio, & corruptio cuiuſdam puellæ,
propria fama contempta, patienter ſuſtinuit. Idem fe-
cit Marina Virgo ſub Marini viri nomine in mona-
ſterio quodam degens, cui imputata etiam falsò fuit
corruptio cuiuſdam adoleſcentulæ, prout *in Vitis
Patrum lib.1.* habetur. Item S. Eugenia, quæ cum
etiam ſub Monachi habitu in quodam monaſterio la-
teret, falſam ſibi calumniam à quadam fœmina me-
lanthia nomine irrogatam, etiam patientiſſimè ſuſtulit.
Prout ex hiſtoria ipſius *lib.1.de Vitis Patrum*, eliciet

lector. Mille alia huius rei exempla curioſus quiſque
reperiet, quæ ſaltem ſuadent Monaſticæ perfectioni
contrarium videri, propriam famam morte alterius
vindicare, maximè cum iactura talis famæ incerta ſit,
& recuperatio moraliter impoſſibilis.

Præterea Zachar. Paſqu. nouiſſimè à me viſus *in qq.* 27
mor cent.1 q.32. conformiter ad ea quæ dixerat *in de-
ciſion. moral. deciſ.441.* acriter impugnat Authorem
iſtum, quem nos etiam impugnamus, primò ex Do-
ctoribus, ſcilicet Ceſpedes, Bocero, Obrechio, Kiem-
Berg, Ioan. Harprechro, Volaio, Romuleo, & aliis.

Secundò, quia leges permittunt ſolam defenſio-
nem, non autem vindictam, *l.ſcientiam, §.qui cum ali-
ter, ff.ad l.Aquil.& l. furem ff. ad leg. Cornel. de ſicar.
& l.1.C.vnde vi, & Clement. vnic. de homic.* ibi: *Qui
mortem aliter vitare non valens.*

Incidenter tamen quæri poteſt, an ſaltem poſſet 28
Religioſus, qui audit aliquem infamantem ſuam reli-
gionem, dicere ipſi, *mentiris*. Et quidem quæſtio pro-
cedit in iure Interno conſcientiæ, non in externo, &
ciuili. Nam in iure ciuili ſtando, id eſſe licitum deſu-
mitur *ex l.quæ omnia*, ibi: *Dicat dominum mentiri, &
infra: Ferendus pudorem ſuum purgans, ff.de procur. &
l.Qui cum,* ibi: *Si ab eo petitus retorſit, ignoſcendum eſt
ei, ſi voluit ſe vlciſci prouocatus, ff. de bonis lib.rt.* &
tradit Bart. *in l. Quæ omnia, n.1 ff. de procur.* Farin. *in
pract.crimin.p.2.q.125.de homicid.p.7.§.4.n.526.* Bald.
conſ.45.per tot.lib.4. quem ſequitur Franciſcus Coro-
na apud Criſpolitum *in caſib. militar. poſt caſum 12.
n.12. ſui voti,* quia hoc non eſt aliud quã vim repellere.

In foro etiam conſcientiæ ſtando, poſſe talem reli- 29
gioſum dicere ſuæ Religionis contumelioſo, *Menti-
ris*, colligitur ex plurium Doctorum ſententia, quales
ſunt Sa *verb. Infamare, n.4.* Aragon. *2.2. q.70. art.3.
concl.3.* Valent. *tom.3. diſp.5.q.16.punct.3.* Sayr. *lib.12.
Clauis reg.c.4.n.12.& ſeq.* Felin. *in c. Dilecti, n.10.de ex-
cepe.* Pitigian. *in pract.crimin.can. in 3.ſubſtant.iud. c.4.*
Peregrin. *q.3.de duell.n.1.verſ.Quartò, & n.6.verſ.quar-
tum.* Sotus *lib.5. de Iuſtit. & iur. q 9. art.2. paulò ante
reſp.ad* 1. idem Franciſcus Corona *apud Criſpolitum cit.
vot.; n.16.* Hurtadus *de fid.ſp. & char. tom 2. diſp.170.
ſect.14. §.116.* & Paſqualigus *in deciſionib. moral.
dec.434.*

Veruntamen hæc ſententia, quamuis probabilis 30
valdè ſit reſpectu ſæcularium, quorum honor apud
vulgi æſtimationem præſertim conſiſtit in ſimili pro-
pulſatione iniuriæ per verbum *Mentiris*, nihilominus
loquendo de religioſis, qui ſpecialiori modo lenitatem,
& manſuetudinem Chriſti imitari debent, & quorum
præcipuus honor etiam apud ſeculares probos, & pru-
dentes in exercitiis humilitatis, & patientiæ, aliarum-
que virtutum poſitus eſt, non videtur niſi in caſu raro
admittenda.

Primò, exemplo Chriſti Domini, religioſi ſtatus 31
Anteſignani, & certiſſimi Prototypi, qui cum *Ioan.8.*
à Iudæis audiſſet, *Samaritanus es tu, & dæmonium ha-
bes*; ipſe ſolum reſpondit: *Ego dæmonium non habeo,
ſed honorifico Patrem meum.* Cur ergo religioſus non
poſſet dicere ſic contumelioſo, *non dicit verum*, ſiue
non eſt verum, quod mea Religioni obiicis? Secundò, ex
doctrina Patrum id inferentium ex hoc loco Ioan.
Etenim Gregorius *homil.18. Ecce*, inquit, *Iniuriam* 32
*ſuſcipiens Deus, non contumelioſa verba reſpondet, cum
de proximis contumeliam accipis, etiam eorum vera
mala tacere debes, ne miniſterium iuſtæ correptionis in
arma vertatur furoris.* Et Chryſoſtomus: *Vbi opor-
tebat Dominum eos docere, & contra eorum ſuperbiam
inuehi, aſper erat, vbi verò exprobrantes ſufferre, multa
manſuetudine vtebatur, vt ſcilicet diſceremus quæ ad
Deum pertinent vindicare, quæ verò ad nos, deſpicere.*
Et Auguſtinus: *Imitemur eius patientiam, vt perueniã-
mus ad potentiam.* Tertiò, quia ſaltem dicendo contu- 33

melioſo, quod *fallitur*, & *falſum dicit*, ſuffieientee de-
pelleretur contumelia ipſius, & eum maiori ædifiea-
tione eorum qui ipſam audierunt. Fortaſſis etiam ex-
pediens erit obiecere ipſi contumelioſo crimina ipſius
publiea, & nototia. Quia ſi hæc illi obiiciantur, non
læditur in honore, propter eorum notorietatem, ſed
retunditur ipſius audacia, & oſtenditur adſtantibus
quod ipſius authoritas nihili ſit habenda, eo quod
malè audit apud omnes. Quo ſenſu accipiendi Sotus,
& Hurtadus *ſup.* & Paſqualigus *dec.* 438.

CONSVLTVM XXX.

De quadam fœmina coniugata volente ingredi Religionem de conſenſu mariti.

SVMMARIVM.

1 *Caſus ſeu factum.*
2 *Si matrimonium fuit ratum ſolùm, tranſire poteſt ad Religionem.*
3 *Quo iure id introductum.*
4 *Quid ſi tale matrimonium fuerit conſummatum.*
5 *Deciſio* cap. cum ſis, de conuerſ. coniug.
6 *Deciſio* cap. ad Apoſtolicam, eod. tit.
7 *Quomodo intelligendum* cap. t. eod. tit.
8 *Maritus eſt iuuenis, ſed incapax Religionis.*
9 *An profeſſio valida poſſit eſſe.*
10 *Plura prohibentur quæ facta tenent.*
11 *Deciſio c. Agathoſa.*
12 *Deciſio c. Ex parte.*
13 *Tria circa ipſum ponderanda.*
14 *Doctores id tenentes.*
15 *Quando erit licita talis profeſſio.*
16 *In quo caſu licet coniugi tranſire ad Religionem.*
17 *Quibus in caſibus id non licet.*
18 *Recenſentur.*
19 *Expendenda in hoc caſu.*
20 *Diſpenſari tamen poteſt.*
21 *Propter quas cauſas.*
22 *Semel malus ſemper præſumitur malus.*
23 *Cauſa ex parte mariti.*
24 *Sententia Palatij.*
25 *An obligari poſſit ad clauſuram.*
26 *Æquipollentium eadem diſciplina.*
27 *SS. D N. Innocentij X. deciſio.*
28 *Sapientiſſimè facta.*

IESVS MARIA.

Caſus, ſeu Factum.

1 QVÆDAM fœmina coniugata habens maritum iuuenem, non tamen potentem, ob quandam infirmitatem quam patitur, ob quam vult fieri Religioſus, aut ſuſcipere Ordines ſacros, commiſit forſan adulterium; ſed pœnitens facti vult ex conſenſu mariti ingredi Religionem, & fieri Monialis. Quæritur quid iuris.

Reſponſio.

2 SI matrimonium inter iſtos coniuges ſolum eſt ratum, & non conſummatum, certa res eſt, poſſe dictam fœminam, coniuge relicto, etiam inuito, ingredi Religionem, & profeſſionem in illa emittere. Ita enim habetur definitum ab Euſebio Papa *c. deſponſ.* 27. *q.* 2. & à D. Gregorio Papa *cap. decreta legalia*, 27. *q.* 2. à Ioan. 22. in Extrauaganti *Antiqua, de voto*, ab Alexand. III. *c.* 2. *& c. ex publico, de conuerſ. coniug.* & ab Innocent. III. *c. ex parte tua, eod. tit.* & nouiſſimè à Trident. *ſeſſ.* 24. *de matrim. can.* 6. vbi anathematizatur contrarium dicens. Conſtat id etiam ex traditione, & vſu Eccleſiæ, exemplisque SS. præſertim S. Theclæ, S. Cæcil. S. Alexij, S. Valer. S. Iuliani, & aliorum, imò etiam, ſecundum aliquos, S. Ioannis Euangeliſtæ, de quibus hiſtoriæ. Item ex communi
conſenſu DD. vno vel altero excepto. Etſi enim inter 3
eos controuerſia ſit de iure quo per profeſſionem
Religioſam diſſoluitur matrimonium ratum, non
conſummatum, quibuſdam aſſerentibus id eſſe ex
iure naturali, ſeu ex natura rei, ſcilicet ipſius profeſ-
ſionis, prout D. Thom. Durandus, Paludanus, Altiſio-
dorenſis, Arboreus, Bellarminus, Turrecremata, Co-
uarruvias, Ludouicus Lopez, Ledeſma, & alij; qui-
buſdam verò dicentibus, ſolùm ex iure Pontificio,
prout Hoſtienſis, Ioannes Andreas, S. Antoninus, An-
charanus, Gandauus, Medina, Leſſius, Conineh, Hur-
tadus, Layman, Caſtrus Palaus, & alij; aliis autem
id eſſe ex iure diuino poſitiuo, prout Scotus, Abu-
lenſis, Victoria, Sotus vterque, Gotierez, Baſilius Pon-
tius, Cornejo, Sanchez, & plures apud ipſum; nihi-
lominus in doctrina tradita conueniunt communiter.

Si autem matrimonium horum coniugum fuit con- 4
ſummatum, certiſſimum videtur, non poſſe vxorem
ingredi Religionem, etiam conſentiente viro, niſi
etiam vir pariter religionem ingrediatur, eo quod
ipſe non ſit ſenex, quo caſu ſufficeret emittere vo-
tum continentiæ; ſed iouenis, de quo iura decernunt
debere ſimiliter ingredi religionem. Ita enim habetur
expreſsè de ingreſſu, viri in Religionem, *cap. Cum ſis,*
de conuerſ. coniug. ibi: *Prohibemus ne virum, vel* 5
vxorem (niſi vterque ad religionem migrauerit) tranſire
permittas. Verũ ſi ita vxor ſenex eſt, & ſterilis, quod ſine
ſuſpicione poſſit eſſe in ſeculo, diſſimulare poteris, vt ea
in ſeculo remanente, & caſtitatem promittente, ad re-
ligionem tranſeat vir eiuſdem. Et idem definitur *cap.*
vxoratus, eod. tit. Atque de alterutrius coniugis ingreſ- 6
ſu deciditur idem *c. Ad Apoſtolicam, eod. tit.* ibi: *Non*
vt alter coniugum recipiendus ad obſeruantiam regula-
rem, niſi reliquus perpetuam continentiam repromittat,
ſed & vitam debet mutare, niſi fortè ſit eius ætatis, vt
ſine ſuſpicione incontinentiæ valeat in ſeculo remanere.
Et iuxta horum textuum diſtinctionem debet intel-
ligi *c.* 1. *eod. tit.* vbi virum de Monaſterio reuocandum 7
decernitur, niſi vxor ad religionem tranſierit, aut con-
tinentiam in ſeculo vouerit, non enim alterutrum ho-
rum ſemper ſufficit, ſed cum manens in ſeculo eſt iu-
uenis, neceſſarius eſt vtriuſque ingreſſus; ſi verò ſenex,
ſatis eſt, vt in ſeculo voueat continentiam.

Prout alij textus expreſſere, atque ita vniuerſi Do- 8
ctores in hoc conueniunt, conformiter etiam ad *c.*
Agathoſa, 27. *q.* 2. Quia ergo, vt in caſu ſupponitur, li-
cet maritus, de quo in præſenti, ſit iuuenis, nihilomi-
nus quia in nulla Religione recipietur, propter infirmi-
tatem, quam patitur; ideo non poterit eius vxor, etiam
de conſenſu illius licitè ingredi religionem. Quia iura
relata manifeſtè ſupponunt, quod non poſſit aliquis
coniux religionem ingredi, altero in ſæculo manente,
qui ſit iuuenis.

Si tamen aliter fiat, quod ſcilicet vxor de conſenſu 9
mariti religionem ingrediatur, & in ea profeſſionem
emittat, profeſſio valida erit, etiamſi maritus ſit iuue-
nis, & de incontinentia ſuſpectus. Tum quia iura rela-
ta ſolum prohibent ne id fiat, non tamen irritant fa-
ctum; plura autem prohibentur fieri, quæ tamen con-
tra facta tenent, *l. patre furioſo ff. de his qui ſunt ſui, l.* 10
circa, ff. de inoffic. teſtam. l. 1. *§. biduum, ff. quando appel-*
landum ſit, cap. Ad Apoſtolicam, de Regularib. cap. 1.
de matrimon. contract. contr. interdict. Eccleſ. cap. fin.
de

de diuertio,cap. rurſus, qui Clerici vel vouentes. Tum
11 magis in particulari ex *cap. Agathoſa*, telato, vbi ad
valorem profeſſionis coniugis conſiderat textus diſ-
iunctiuè, vel licentiam alterius coniugis, vel ipſius
conuerſionem, ibi: *Experientia tua præcipimus, vt
diligenti inquiſitione diſcutiat, ne fortè cum eius volun-
tate conuerſus ſit, vel ipſa ſe mutare promiſerit*, *& ſi
hoc repererit, illum in Monaſterio manere prouideat.*
12 Tum denique ex *cap. ex parte, de conuerſ. coniug.* vbi
conſultus Pontifex de quodam, qui graui morbo la-
borans, vxore ſpontè conſentiente, in religione pro-
feſſus eſt, ac poſtea ſanitatem adeptus vxorem reti-
nuit, & ea defuncta aliam duxit, ſic ait: *Quia verò
prædictus D. licet uxore ſua remanente in ſæculo de iure
ad Religionem nequiuerit proficiſci; ea tamen ſublata
de medio, votum ſine ſalutis ſuæ periculo non potuit vio-
lare: mandamus vt prædictum D. compellas, vt muliere
dimiſſa ad ſuum Monaſterium reuertatur.* Vbi tria pon-
deranda.
13 Primum, illud *de iure*, quo denotatur talem pro-
feſſionem fuiſſe contra iuris ordinem, non verò fuiſſe
inualidam. Secundum, illud *votum non potuit violare*,
quo denotatur valuiſſe profeſſionem. Tertium, il-
lud *vt muliere dimiſſa*, &c. quo denotatur ſecundum
matrimonium non valuiſſe, vtique quia profeſſio an-
tea facta valida fuit. Et ita tenent non ſolùm pro caſu,
quo coniux manens in ſæculo votum continentiæ
emittit, ſed etiam quando illud non emittit, ex
Theologis Durandus, Maior, Richardus, Adrianus,
Palacius, Henriquez, & Azor. & ex Canoniſtis, ac
Summiſtis Gofredus, Hoſtienſis, Abbas, Aſtenſis,
14 Roſella, & Syluester, quos, & alios ſequitur, & re-
fert Sanchez *lib.7.de Matrim.diſp.*33.*n.*4. Quibus iun-
ge Gutierez *de Matrimon.c.*95.*n.*11.*& ſeqq.* Baſilium
Pontium *lib.*9.*de Matrimon.c.*12.*num.*4. Caſtrum Pa-
laum *de ſponſalib. diſput.*3.*punct.*6.§.11.*num.*14. Bar-
tholomæum à S. Fauſto *in Theſaur. Religioſor. lib.*5.
q 65. *&* 66. Bonac.*de Matrimon.q.*1.*punct.*4. *num.*12.
§.*ſecunda conditio*,& Barboſam *in Collectan. DD.in d.
cap. Agathoſa, n.*1.
15 Imò etiam erit licita profeſſio talis fœminæ acce-
dente conſenſu ſui mariti, in caſu quo fuerit adultera,
(prout in caſu ſupponitur) etiamſi maneat in ſæcu-
lo ipſe ſine vllo voto continentiæ. Ratio eſt,
quia iura prohibentia profeſſionem, ſeu mutationem
ſtatus alterius coniugis, altero in ſæculo manente, ſal-
tem abſque voto continentiæ, loquuntur pro caſibus,
in quibus matrimonium integrum, & illæſum per-
ſeuerat, & illius iura manent integra, & illæſa, non
pro caſibus, in quibus ſunt læſa, & diminuta, qua-
lis eſt præſens de adulterio commiſſo à fœmina. Nam
cum ratione talis adulterij licitum ſit diuortium, ita
vt liceat coniugi innocenti ſeparari à coniuge adulte-
ro quoad thorum, & habitationem, prout certa ve-
ritas eſt deſumpta ex illo Matth.5. Omnis qui dimiſe-
rit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam
mœchari, & Matth.19. ibi, *Quicumque dimiſerit vxo-
rem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœ-
chatur.* Ad quæ accedunt *cap. Significaſti cap. Gaude-
mus, cap. Ex litteris, de diuortiis*, & communis conſen-
16 ſus DD. ſicut licitum eſt in tali caſu coniugi innocen-
ti ad Religionem tranſire, etiam inuito adultero, ex
*cap. Conſtitutus, & cap. Veniens, de conuerſ. coniug. &
Canon. Agathoſa*, 27. *q.*2 eo quòd adulter propter
adulterium omne ius coniugale amiſit; ita etiam lici-
tum erit innocenti concedere facultatem adultero, vt
tranſeat ad Religionem, prout ex D. Antonino, Syl-e-
ſtro, Tabiena, & multis aliis tradit Sanch. *lib.*10. *de
diuortio, diſp.*10.*n.*13.*&* 14. ſine vlla obligatione inno-
centis ad tranſeundum in Religionem, ſeu votum ca-
ſtitatis emittendum. Prout tenent Sotus *in* 4. *diſt* 36.
*q. vnic. art.*5. *ad* 3. Sanchez *ſup. n.*15. Layman. *lib.*5.
*Summ. tract.*10. 3.*p.c.p.*7. *num.*12. Coninch *diſp.*35.
*dub.*5. *in initio concl.*5. Caſtr. Palaus *ſup* §.7.*n.*4.
Eſt quidem verum, quod cum ſint aliqui caſus, in 17
quibus ſicut non eſt licitum facere diuortium propter
adulterium coniugis, ſic nec erit licitum quod ingre-
diatur adulter Religionem, etiam de licentia coniugis
innocentis. Primus eſt, *iuxta cap. fin. de adult.* quando
vterque coniux commiſit adulterium.
Secundus quando vir dedit vxori cauſam proxi- 18
mam adulterandi, vt quando expreſsè, vel tacitè con-
ceſſit vxori facultatem adulterandi, aut quando con-
ſcius adulterij vxoris, non vult prohibere, cum poſ-
ſit abſque ſuo graui detrimento. Tertius, quando vxor
commiſit adulterium tantum materialiter, credens
illum cum quo commiſit adulterium, eſſe proprium vi-
rum, aut credens mortuum eſſe priorem virum. Quar-
tus, quando vxor carnaliter eſt cognita per violen-
tiam. Quintus, quando coniux innocens condonauit
alteri adulterium expreſsè per verba, aut tacitè per ſi-
gna, vt quando vir probabiliter ſciens vxorem com-
miſiſſe adulterium, adhuc illi ſpontè debitum reddit,
vel petit, vel illam adhuc retinet, vel recipit, cùm
illam antea dimiſiſſet.
De quibus caſibus, & illos concernentibus latè 19
Sanchez, Gutierez, Ledeſma, Baſilius Pontius, Lay-
man, Coninch, Sà, Bonacina, & Caſtrus Palaus.
Vnde ad intentum noſtrum diligenter conſiderandum,
an in caſu præſenti aliquid ex prædictis contigerit;
quia ſi ita eſt, non poterit vir concedere licentiam
ſuæ vxori adulteræ ad ingrediendum Religionem, ma-
nente ipſo cum ſolo voto continentiæ extra Monaſte-
rium; cùm, vt dictum eſt, ſit iuuenis, & iura id non
concedant, niſi quando maritus eſt ſenex.
Caſu autem, quo aliqua ex prædictis contigeriot 20
in præſenti adulterio vxoris, adhuc tamen plures ſup-
petunt rationes, propter quas diſpenſari facilè poſſit,
vt Religionem ingrediatur. Prima ſumitur ex eo, quod
cauſa religionis eſt valdè fauorabilis, & ita, quan-
tum fieri poteſt, pro illa iudicandum. Nam ſumma
ratio eſt quæ pro Religione facit, vt dicitur *l. ſunt
perſonæ, ff. de Religioſ. & ſumpt. fun.* Secunda ex eo,
quod vt ſupponitur, non ſemel, ſed pluries adulterata
eſt, vnde valdè timendum in ſimile delictum caſuram, 21
ſi maneat in ſæculo, & non ingrediatur Religionem.
Quia à ſolitis fieri validum eſt argumentum *l. ſiquis do-
naturus, ff. de vſufructu, l. quod ſi nolit, §. qui aſſidua,
ff. de adilit. edicto, l. certi conditio, §. ſi nummus, ff. ſi
certum pet.* Caſtrenſis *conſ.*466. *num.*5. *lib.*1. *& conſil.*
533. *Dubium videtur, num.*3. *verſ. licitum eſt.* Euerardus
in Topicis legalib. loco 63. Decianus *conſ* 46. *ſub n.*36.
*vol.*2. *& conſ.*66. *num.*18. Et quia iura, & DD. cla-
mant, quod ſemel malus ſemper præſumitur malus in 22
eodem genere mali, *l. ſilius*, §.1. vbi Bartolus, *ff. de
accuſat. & l. Caſſius, in fin.* vbi etiam Bartolus, *ff. de
Senatoribus*, Gregorius Lopez *in l.*1. *tit.*18. *partit.*6.
Riccius *deciſ* 4. *Curia Archiepiſcop Neapolitan. volu-
min* 2. Tertia ex parte mariti; cum enim ſit propter
eam, quam patitur infirmitatem, impeditus, vix, aut 23
nullo modo obuiare poterit adulteriis vxoris. Præſer-
tim cum qui ſimilem infirmitatem, ſeu impedimen-
tum patiuntur, numerentur inter miſerabiles perſo-
nas, quæ dicuntur, quia ſolùm ſunt habiles ad miſe-
riam, non ad res magni ponderis, aut valoris. Rebuf-
fus *tom.*1. *ad leges Galliæ, tract. de prouiſ. art.*3. *gloſ. vlt.*
Sigiſmundus Scaccia *de appell q.*7. *num.*128. Denique
quarta, quia non obſtante, quod iura relata volunt 24
quod quando coniux eſt iuuenis, debeat ingredi Reli-
gionem ad hoc, vt alter coniux poſſit de licentia
ipſius id facere; nihilominus Palacius *in* 4. *diſt.*27.
*diſp.*2. *colum.*33. cenſet ſufficere quod includatur in ali-
quo loco religioſo, vt à vagationibus arceatur, cui fa-
uet *c. vxoratus, de conuerſ. coniugator.* ibi, *à ſæcularium*

hominum ſe conuerſatione remoueat, quod maximè procedit in præſenti, cùm ille, de quo in caſu, tum ratione infirmitatis, tum ratione loci pij, in quo manet, à vagationibus arcetur.

25 Pro maiori autem cautela obligari poteſt, vt non ſolum emittat votum caſtitatis, prout vult facere, ſed etiam votum non egrediendi ex dicto loco pro viuente vxore. Sic enim ſufficientiſſimè cautum erit iuribus relatis, quæ eatenus petunt dictam recluſionem in Monaſterio, vt conſulatur periculo incontinentię coniugis recluſi. Menti enim legis magis attendendum eſt quàm verbis, *l. ſcire leges, ff. de legibus*, *l. non aliter, ff. de legat. 3 l. nominis, & rei, §. verbum ex legibus, ff. de verbor. ſignific.* Surdus *dec. 35. num. 14.* Marcus Antonius Genuenſis *in practic. Eccleſiaſt. q. 144. n. 3.*

26 Imò manens cum voto continentiæ, & de non egrediendo ex eo loco pio, ita cautelatus manebit, ac ſi in Monaſterio religionem profiteretur. Etenim æquipollentium eadem eſt diſciplina, *l. ſi mater.* cum gloſſ. & Bart. *Cod. de inſtit. & ſubſt. ſub cond. fac.* & idem iudicium, *Clem. exiui, §. cum autem*, & ibi Card. *de verbor. ſignif. cap. 1. de iudic. l. fin. ff. mandat. c. in his, de verbor. ſignif.*

27 Hinc SS. D. N. Innocentius X. quorumdam Theologorum (ex quibus minimus ego fui) votis auditis decreuit, vt ſi de iſtius fœminæ adulterio conſtabat, in Monaſterium quoddam Monialium Religionem profeſſura ingrederetur, marito manente in ſæculo, ſolo voto continentiæ emiſſo.

28 Pietas autem, & iuſtitia huius decreti Sanctiſſimi non ſolùm concluditur ex dictis, ſed etiam quia, iuxta aliquorum Doctorum ſententiam, quos ſequitur Texeda *tom. 2. lib. 4. tract. 1. contr. 13. n. 71.* vir tenetur dimittere vxorem adulterantem. Quia (inquiunt) ex natura rei tenetur vnuſquiſque auferre ſcandalum, quod ſcit, & cognoſcit ex ſua actione, aut ceſſatione actionis fore originandum: ſed ex eo, quod maritus non recedat ab vxore in adulterio perſeuerante, ſequitur ſcandalum; cùm non illam à ſe repellendo præbeat occaſionem ſuſpicandi ipſum eſſe adulterij participem, & ex conſenſu eius vxorem in adulterio perſeuerare: ergo tenetur maritus conſcius adulterij ſub mortali culpa recedere ab vxore adultera. Scio plures Theologos id negare, ſed non propterea ſua probabilitate caret, & forſan certitudine pro aliquibus caſibus. Solùm ex eo ad rem noſtram infertur, ſapientiſſimè prouiſum fuiſſe à Sanctiſſimo D. N. modo ſuperius relato, pro caſu quo conſtaret talem fœminam adulterium perpetraſſe; quod tamen mihi non conſtat.

CONSVLTVM XXXI.

De quodam Religioſo nato ex parentibus Mahumetanis, & in ætate infantili baptizato.

SVMMARIVM.

1 *Caſus ſeu factum.*
2 *Potuit ad Religionem admitti.*
3 *Non obſtat ius commune, aut particulare.*
4 *Ius diuinum fauet.*
5 *Chriſti verba Matthæi, 19.*
6 *D. Bernardi teſtimonium.*
7 *Eccleſia deſiderat vt conſilia Chriſti obſeruentur.*
8 *Religio ſchola perfectionis.*
9 *Non obſtant conſtitutiones aliquæ Pontificiæ.*
10 *Non communicantur iſti Religioni.*
11 *Nec conſtitutiones quarundam Religionum.*
12 *Quia non ſunt pro hac Religione.*
13 *Poteſt hic Religioſus habere officia ſui Ordinis.*
14 *Ex* cap. eam te, de reſcript.
15 *An Iudæi ſint capaces beneficij.*
16 *Clementis VIII. & Rota deciſio.*
17 *Non eſt incapax iſte propter ſtatutum particulare.*
18 *Nec propter ius commune.*
Ex cap. ad decorem, de inſtit. ibid.
19 *D. Hieronymi verba.*
20 *An valeat ſtatutum ſolū admittens nobiles, & n. 21.*
22 *Quando filij ſunt irregulares ob conditionem parentum.*
23 *Irregularitas non incurritur niſi in caſibus expreſſis.*
24 *Infidelitas præcedens quando noceat conuerſo.*
25 *An iſte ſit neophytus.*
26 *Quare neophyti excludantur.*
27 *D. Hieronymi teſtimonium.*
28 *Hic Religioſus non eſt nephytus.*
29 *Neophyti qui dicantur.*
30 *Iſte in infantia ſuſcepit fidem.*
31 *Iniurioſè vocatur neophytus.*
32 *De impropria locutione non curandum.*
33 *Non obſtant ſtatuta quarundam Religionum.*
34 *Non extenduntur ad alias.*
35 *Deciſio S. Congregationis Epiſc. & Regular.*

IESVS MARIA.

Caſus, ſeu Factum.

N. Natus in Africa ex parentibus Mahumetanis, cum eſſet trium annorum, captus fuit à Chriſtianis, & ductus Panormum, ac ibi baptizatus. Poſtea in ætate debita ingreſſus eſt Religionem N. & in ea profeſſus. Quæritur de illo, an potuerit ad Religionem admitti, & in ea officia, & dignitates obtinere abſque diſpenſatione, non obſtante quod filius fuerit infidelium. 1

Reſponſio.

QVoad primum quæſitum, dicendum, potuiſſe ad Religionem admitti, & in ea, aliis ſeruatis, profeſſionem emittere. Ratio eſt, quia ſi aliquid obſtaret, vel eſſet ius commune, vel ius particulare illius Religionis: ſed ius commune non obſtat, nullus enim textus eſt in iure communi Canonico, vel ciuili, quo deſcendentes ex parentibus Mahumetanis, vel infidelibus excludantur à Religione, nec etiam ius particulare illius Religionis, cum in illa nullum ſit ſtatutum, aut conſtitutio circa hoc. Ergo. Confirmatur ex eo, quod in iure diuino ſtandum omnibus, & quibuſcunque fidelibus patet aditus ad Religionem. Cuncta enim conſulit Chriſtus, quod adoleſcenti, *Matth. 19.* dum dixit: *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende quæ habes, & da pauperibus, & veni, & ſequere me*: quibus verbis ſtatus Religioſus denunciatur. S. Thom. 2. 2. q. 88. *art. 4.* Noſter Vvaldenſis *tom. 3. tit. 9. c. 83. & 84.* Omnibus etiam ibidem dixit: *Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.* His autem etiam verbis Religioſum ſtatum commendaſſe Chriſtum communi Expoſitorum ſenſu recipitur. Vnde pro omnibus Bernardus: *Hæc* (inquit) *nempè ſunt verba, quæ contemptum mundi in vniuerſo mundo, & voluntariam perſuaſere hominibus paupertatem. Hæc ſunt quæ Monachis clauſtra replent, deſerta Anachoretis.* Eccleſia ergo, quæ potius deſiderat, vt conſilia Chriſti quoad fieri poſſit, à fidelibus adimpleantur,

[margin numbers in the Responsio, beside the lines as printed: 2 at "QVoad primum", 3 at "gionis: ſed ius commune", 4 at "lare illius Religionis", 5 at "Omnibus etiam ibidem", 6 at "tur. Vnde pro omnibus"]

iure

iure optimo concedit aditum ad Religioſum ſtatum
omnibus, & quibuſcunque fidelibus. Eo præcipuè
quod cum ille ſit ſchola perfectionis non debuit in-
greſſum in ipſum alicui interdicere. Iuxta dicta *tom.* 1.
Summa, c. 24. *n.* 25. *& tom.* 4. *verbo Neophytus Regularis,*
n. 2. Nauarrus *l.b.* 1. *conſil. de Regular. conſ.* 26 *n.* 4. Ro-
driguez *tom.* 3. *Quæſt. Regular. q.* 11. *art.* 1. *&* 2.
9 Nec obſtat quod aliquæ Conſtitutiones Pontificiæ
ſint pro aliquibus Religionibus emanatæ, in quibus
prohibetur quod ſimiles deſcendentes ex Saracenis, in
illis recipiantur. Videlicet Gregorij XIII. pro Mino-
10 ribus, & Minimis, & Pij IV. pro Benedictinis Congre-
gat. Valliſoletanæ, quas retuli eo verbo *neophytus re-*
gularis, n. 3. Quia Religio, de qua in præſenti, non eſt
ex iſtis, nec priuilegia huiuſmodi odioſa communi-
cantur inter ipſas, prout eo loco *n.* 4. dixi ex Portello,
& *tom.* 2. *c.* 1. *n.* 52. ex Confectio, & Sorbo.
11 Multo minus obſtat, quod aliquæ etiam religiones,
ſcilicet Carmelitarum, Hieronymianorum, & Capuc-
cinorum, quas retuli eo verbo *neophytus regularis,*
n. 5. habeant conſtitutiones prohibentes admitti ad
ipſas tales deſcendentes ex Saracenis. Eſto enim ta-
les conſtitutiones obſeruari debeant in dictis religio-
nibus, maximè ſi ſint approbatæ à Sede Apoſtolica;
imò etiamſi approbatæ non ſint ab eadem Sede, ſi à
15 Capitulis Generalibus, & legitimis legiſlatoribus fa-
ctæ ſint iuxta dicta *ibid. n.* 6. ex Rodriguez, Suarez,
Portello, & Vecchio, contra Nauarrum, Sorbum, Mi-
randam, & Peirinis; nihilominus, cum religio, de qua
in præſenti caſu, non ſit ex iſtis, obiectio eſt nullius
momenti.
13 Ad ſecundum quæſitum ſimiliter dicendum, poſſe
præfatum religioſum in dicta religione, in qua fuit
receptus, & profeſſus, habere omnia alia officia, ad-
miniſtrationes, dignitates, &c. quæ alij religioſi illius
abſque aliqua diſpenſatione, iuxta ea quæ dixi eo
verbo *neophytus, n.* 9. conformiter ad doctrinam Ro-
driguez, & Mirandæ. Quibus adde Felinum referen-
dum *infra.*
14 Colligitur id primò ex *cap. Eam te, de reſcript.* vbi
cum caſus eſſet quod quidam Iudæus de nouo con-
uerſus ad fidem impetraſſet à Papa literas vt ipſi con-
ferretur quidam Canonicatus Eccleſiæ Tornacenſis,
Epiſcopus noluit eas admittere; Papa autem ipſi re-
ſcribit dicens: *Pro eo verè quod Iudæus extiterit, ipſum*
dedignare non debes, vbi Gloſſa *verb. Iudæus*, inquit:
Quoniam de Iudæis conuerſis Eccleſia fundata fuit. Et
ita Iudæos eſſe capaces beneficij Eccleſiaſtici, non ſo-
lum colligitur ex hoc textu, ſed etiam ex Apoſtolo ad
Rom. 10. illis verbis: *Non enim eſt diſtinctio Iudæi, &*
Græci; nam idem Dominus omnium, diues in omnes,
15 *qui inuocant illum.* Quod firmauit etiam Rota in Vis-
bonenſi *Quatenraria*, 15. Ianuarij 1624 coram Do-
mino Coccino.
16 Et facto ipſo Clemens VIII. Alexandrum de Fran-
ciſcis in Hebraiſmo natum ad Epiſcopatum Foroli-
uienſem aſſumens, vt eo *n.* 9. retuli ex Barboſa. Ex iis
autem ad intentum colligitur, hunc religioſum, à Sara-
cenis in infantili ætate baptizatum habilem eſſe ad
quæcumque officia, beneficia, & dignitates Religio-
nis.
17 Quod etiam firmatur ex ſuperius allata ratione.
Vel enim eſſet inhabilis ad prædicta, iure communi,
vel particulari Religionis. Non hoc ſecundum, quia
ſupponitur non eſſe in dicta Religione aliquod ſtatu-
tum id determinans: nec primum, quia ex iure com-
muni nullus circa hoc textus, aut canon afferri poteſt.
18 Ergo. Confirmatur *ex c. Ad decorem, de inſtitut.* Vbi
Innocentius III. præcipit Cardinali Legato, vt in Ec-
cleſiis Conſtantinopolitanis curet collocari omnium
nationum Clericos, non vnius tantum, prout Patriar-
cha faciebat. *Non attendens* (inquit Pontifex) *quod*
in omni gente, qui facit iuſtitiam acceptus eſt Deo. Ma-
ximè *ex cap. Venerabilis de prabend. & dignitatib.* vbi
Gregorius IX. ſcribit Portuenſi Epiſcopo, vt Præben-
dam quandam Eccleſiæ Argentinenſis faciat conferri
cuidam, cui oppoſitum erat quod non eſſet nobilis,
ſed ignobilis. *Nos igitur &c. attendentes quod non ge-*
neris, ſed virtutum nobilitas, vita quoque honeſtas gra-
tum Deo faciunt, & idoneum ſeruitorem, ad cuius regi-
men non multos ſecundum carnem nobiles, & potentes
elegit, ſed ignobiles ac pauperes; eo quòd non eſt per-
ſonarum acceptio apud ipſum, & vix ad culmina digni-
tatum (nedum prabendas) viri eminentis ſcientia va-
leant reperiri, exemptiones huiuſmodi non duximus ad-
mittendas. Ex qua Pontificis deciſione colligitur ig- 19
nobiles, aliàs idoneos ſcientia, & virtute, admitti
poſſe, & debere ad dignitates Eccleſiaſticas. Et meritò
ſanè, quia vt D. Hieronymus *ad Celant.* dicebat: *Sum-*
ma nobilitas eſt clarum eſſe virtute Et Iuuenalis.
Nobilitas ſola eſt, atque vnica virtus.
Vnde inferunt aliqui (de quo alibi dicetur) non 20
valere ſtatutum, ſeu conſuetudinem Eccleſiarum, quod
ſolum nobiles admittantur in Canonicos. Abbas *hîc*
n. 4. Belletus *diſquiſit. clerical. part.* 1. *tit. de diſcipl.*
Cleric. §. 15. *n.* 7. Barboſa *in collectan. huius c. Vene-*
rabilis. Ex eo autem elicimus ad intentum, quod ius
commune potius ſuffragatur conſulenti, etiamſi ex
infidelibus parentibus ortum habeat. Et meritò qui- 21
dem, quia tales videtur potius honorari debere, vt vel
ſic parentes, & alij infideles ad Eccleſiæ gremium
veniant. Montaluus *l.* 2. *gloſ. 1a. adizo tit.* 3. *lib.* 4. *fori.*
Vanegas *part.* 1. *tit. de las differentias, lib.* 5. *cap.* 9.
p. 122. & alij. Fauet extrauagans 2. *de Iudæis*, inter com-
munes.
Accedit quod nullibi in iure reperitur filios eſſe 22
irregulares, ſeu incapaces ad officia & dignitates ob
conditionem, parentum niſi propter illegitimitatem,
c. 1. *&* 2. *de filiis Presbyteror. & c.* 1. *eod. tit. in* 6. & aliis
iuribus, vt dixi *tom.* 1. *c.* 18. *n.* 7. *& tom.* 2. *c.* 12. *num.* 21.
& c. 13. *n.* 50. *& tom.* 3. *verbo illegitimi Regulares, n.* 7.
& 8. vel propter hæreſim, *cap.* 2. *de hæretic. in* 6 *cap.*
ſtatutum 2. *eod. tit. etiam in* 6. Intellige, ſi parentes eo-
rum mortui fuerint impœnitentes, & delictum fuerit
notorium, & pro illis Religionibus, in quibus hæ-
retici non viuunt impunè, & palam, iuxta dicta *tom.* 3.
verbo Irregularitas, n. 61. Cum autem conſulens non 23
fuerit ex iſtis, & irregularitas non incurratur niſi in
caſibus iure expreſſis, *c. is qui de ſentent. excommunicat.*
in 6. nullo fundamento dicetur eum eſſe incapacem
officiorum ſuæ Religionis.
Maximè etiam, quia vt inquit Felinus in *cap.* 24
Eam te, de reſcript. n. 12. & ſequitur Suarez 5. *tom.*
in 3 *p. diſp.* 41. *ſect.* 3. *n.* 6. Infidelitas præcedens non
nocet conuerſo vt promoueatur, niſi fuerit hæreticus,
aut de recenti conuerſus. Conſulens autem nec fuit
hæreticus, vt de ſe patet; nec recenter conuerſus, ſi-
quidem in infantili ætate baptizatus fuit.
Ex quo ceſſat obiectio, quæ fieri poteſt, ſcilicet 25
quod ſit neophytus, ac per conſequens irregularis ad
officia, & dignitates Eccleſiaſticas, iuxta *cap. Quo-*
niam, cap. ſicut neophytus, diſt. 48. imò iuxta illud Apo-
ſtoli 1. *Tymoth.* 3. de Epiſcopo dicente: *Non neophi-* 26
tum, ne in ſuperbiam elatus, &c. cuius prohibitionis
duplicem aſſignat cauſam Gratianus *in principio dicta*
diſtinctionis, ne ſcilicet ſuperbiat neophytus credens
fidem chriſtianam ipſo indigere; & propter ipſius in
experientiam. Quibus addit D. Hieronym. *ad Occa-*
num, turpe videlicet eſſe, quod *heri catechumenus, ho-*
die Pontifex; heri in amphy theatro, hodie in Eccleſia;
veſpere in circo, mane in altario; dudum fautor hiſtrio-
num, nunc Virginum conſecrator. Hæc, inquam, minimè
obſtant; certum enim, & indubitatum eſt, talem 27
Religioſum non eſſe dicendum propriè neophitum,
neophytus

poſſe bona in communi, annuos redditus, &c. Tum propter Decretum Concilij Trid. *ſeſſ.25. cap.3.* vbi id omnibus religioſis conceditur, exceptis Capuccinis, & Minoribus de Obſeruantia. Tum quia licet ex *c. recolentes, de ſtat. Monach.* illis hoc videatur prohibitum, vſu tamen, & praxi totius Religionis, id modò iam eſt admiſſum. Rodriguez *tom.3. qq. regul. q.75. art.1.* Barb. *in Collect. ad d. c. recolentes, n.2.*

5 His præiactis incunctanter dicendum, talis religioſi penſionem nullatenus vacaſſe per tranſitum illius ad dictam Congregationem Fulienſem, aut deuolutam fuiſſe ad Abbatiam illam, ex qua fecit tranſitum, ſed potiri poſſe illa per totum tempus vitæ ſuæ in dicta Congregatione.

6 Ratio huius vnica, & efficaciſſima eſt, quia penſio, ſicut quælibet alia gratia facta, aut priuilegium, nullatenus ceſſat, niſi ex triplici capite, ſcilicet ex parte Principis illam concedentis, ex parte ipſius, vel ex parte perſonæ cui eſt conceſſa. Hæc autem penſio ex nullo ex his capitibus ceſſare poteſt, vt patet diſcurrenti per ſingula. Ergo.

7 Primò enim non poſſe ceſſare, aut de facto ceſſaſſe ex parte Papæ, qui illam conceſſit, colligitur primò ex regula illa Iuris 16. *Decet concesſum à Principe beneficium eſſe manſurum.* Quæ deſumitur ex *c. Si ſuper gratia, de offic. deleg. in 6. & c. ſi cui nulla, de præb. in 6.* Ex quibus colligitur quæcumque Principum beneficia ſecundum honeſtatem debere eſſe permanſura, niſi contrarium ex intentione vel aliunde colligatur; ete-
8 nim Princeps intendit beneficium quàm perfectum, & firmum conferre, vt ita plenior ſit liberalitas, *c. 1. de donat.* Molina *de primog. lib.4. c.3. n.10.* Barboſa *in d. regul. n.2.* Cum autem nihil de hac intentione conſtet, proculdubio credendum, mentem Papæ fuiſſe talem penſionem ſemper debere durare.

9 Secundò, quia tunc gratia aliqua conceſſa ex parte Principis ceſſat, quando ipſe appoſuit aliquam conditionem, determinationem, aut modificationem in illa. Tunc enim cenſetur tale priuilegium non ſubſiſtere, niſi illis limitationibus ſubſiſtentibus, *c. de cauſis, de offic. deleg. & in l.2 & 4. C. de prec. Imper. offer.* Panorm. & DD. *c. Cùm acceſſiſſent, de conſtit.* Couar. *1. var. c.15.* Molina *tom.2. de iuſt. diſp.298.* Soar. *de legib. lib 8. c.29. n.4. & 5.* atqui in præſenti gratia iſta conceſſa eſt à Papa dicto Religioſo abſolutè, ſimpliciter, & ſine vlla conditione, aut onere.

10 Tertiò, quia tunc ceſſare poteſt gratia à Principe conceſſa, quando ceſſat cauſa motiua talis conceſſionis, *c. Cum ceſſante, de appellat. l. adigere, §. quamvis ff. de iure patr. l. Si pater, ff. de hæredib. inſtit. l generaliter, C. de Epiſcopis, & Cler. l. Cùm te, C. de pactis inter empt.*
11 vbi DD. communiter, & Anchar. *conſ.344. n.3.* Roman. *conſ.404. n.5. & 6.* Tuſchus *concl.202. n.27.* Quod intelligunt communiter DD. de ſola cauſa motiua finali. Anchar. *conſ.47. n.4.* Enerardus *in Topic. Legal. loc.85.*
12 Tuſch *lit. C, concl.13. n.14.* Sanch. *in præcept. Decal. tom 1. lib.4. c.2. num.42.* non de cauſa impulſiua. Bald. *conſ.337. n.2. lib.3. & conſ.433. n.5. lib.5.* Tuſchus *ſuprà n.28. & 41.* Rota *deciſ.437. n.3. & dec.587. n.6* apud Farin. *p.1. recent.* Cauſa autem motiua finalis huius
13 gratiæ factæ à Papa præfato religioſo nulla alia videtur eſſe, vt ex ipſo Breui conſtare poteſt, niſi vel beneuolentia ipſius Papæ erga ipſum, vel quod commodiùs ſuſtentari poſſet iuxta ſuas neceſſitates. Vtraque autem hæc ratio fortius procedit in Congregatione Fulienſi, ad quam tranſitum fecit, quàm in Abbatia Ordinis Ciſtercienſis, in qua priùs morabatur.

14 Nam cum tranſierit ad ſtrictiorem obſeruantiam, magis ſibi conciliare potuit Pontificis beneuolentiam; & cum Congregatio illa ſit pauperior, magis
15 neceſſaria erit ipſi gratia talis penſionis, ad ſui videlicet ſuſtentationem, & alimenta. Ex quo magis roboratur intentum. Penſio enim iſta, ſicut & aliæ communiter, dantur pro alimentis, ita vt ſemper penſio æquiparetur alimentis, Romanus *conſ.382. n.3.* Rota *deciſ.548. n.1. p.1. recent.* Lotter. *lib.1. q.45. num.47.* Et accedit ad naturam alimentorum, Crescentius *deciſ.3.* 16
de ſolut. Rota *deciſ.407. n.1. p.1. recent.* Alimentorum autem cauſa nullo modo eſt ſuſpendenda, cum venter (vt dicitur) non patiatur dilationem. Cancellaoens *deciſ. vnic. n.1. de muneris petit.* Surd *de aliment. tit 8. priu.* 17
60. n.5 8. 10. & 11. Lutter. *d. lib. 1. q.58. n.3.* Ad quod appoſitè nimis facit *l. Si quis, de aliment. & cibar. leg.* vbi deducitur, quod alimenta debita quibuſdam libertis, ſeu ſeruis, *licèt ad fiſcum bona fuerint deuoluta, ex quibus alimenta debeantur, præſtanda ſunt, ſicut ad quemlibet ſucceſſorem tranſiſſent.*

Clariùs comprobari poteſt huiuſmodi penſionem 18
nullo pacto ceſſaſſe propter tranſitum dicti Religioſi ad præfatam Congregationem ex parte ipſius penſionis. Cum enim non fuerit localis, aut alligata præfato Monaſterio, vnde diſceſſit, ſed perſonalis, eo quòd contemplatione perſonæ eſt conceſſa, quod eſt ratio 19
conceſſionis, ſeu priuilegij perſonalis, *l.1. ff. de acq. quot. & aſt.* & notant Gloſſa *c.125. q.2. init. & in c. Tua, de his quæ fiunt à Prælatis.* Bartol. *l.1. n.2. ff de conſtit. Princip.* Aymon. *conſ 239. n.4.* Aleiatus *reſp 203. n.12. alias conſ.7. n.16. l.4.* Ruinus *conſ.217. n.15. in fin. vol.1.* Ideo ſequi debet perſonam, & comitari ipſam vbicumque fuerit. Hæc enim eſt natura priuilegij, ſeu conceſſionis perſonalis, *l. in omnibus, ff. de regul. iur & c. Priuilegium, de reg. iur. in 6.* Tiraquel. *de retract. lignag. §.26. gloſſ.1. n.10. & de iur. primog. quæſ.37. n.1.* Menochius *conſ.136. n.2. & conſ.1007. à num.95. & de* 20
præſumpt. lib.3. præſumpt.103 n.45. Cardoſ *in prax. Iud. & Aduocat. verb. Priuilegium, num.4.* Accedit etiam quod gratia, vel conceſſio ſolùm ceſſare poteſt ex parte ipſius, quando redditur inutilis, iniuſta, vel inhoneſta, iuxta ea, quæ in ſimili de lege humana dicunt Iſidorus *lib.5. Etymol. c.2. & 21. & l.2. c.10.* D. Thom. *1.2. q.95. & 96.* & Theologi communiter, ac Canoniſtæ: quod non procedit in præſenti gratia, vel conceſſione, cùm non obſtante tranſitu talis religioſi, eſt vtilis, iuſta, & honeſta, propter fines videlicet intentos à Summo Pontifice, qui illam dedit.

Quod verò non ceſſet ex parte perſonæ, cui eſt 21
facta, ſcilicet illius religioſi ratione mutationis, ſeu tranſitus ipſius ad dictam Congregationem, ex eo etiam conuincitur, quia ille non tranſiit ad contractum matrimonij, quo caſu ſicut beneficia vacant, *c.1 cum alijs, de Cler. coniug.* ſic etiam penſiones. Gigas *de* 22
penſion. q.54. Nicolaus Garzia *de benef. c.5. n.108. & 109. p.1.* poſt plurimos alios. Neque ad ſtatum Epiſcopalem, quo etiam caſu ſicut vacant beneficia, ſic & penſiones, *c. Cum in cunctis, §.1. de elect.* Gigas *q.56.* 23
Garcia *n.110 & 111.* poſt plures quoque alios. Neque ad aliquam Abbatiam, quo etiam caſu vacare creditur penſio, vt colligitur ex eiſdem authoribus, & Azorio *tom.2. inſtit. moral. lib.8. c.10. q.2.* ſed ſolum tranſiit intra terminos vnius & eiuſdem Religionis ex minori ſeu laxiori obſeruantia ad maiorem, ſeu ſtrictiorem, quod non eſt tranſire ad alium Ordinem, ſeu Religionem, vt bene Suarez *4. tom. de Relig. tract.8. lib.3. c.15. n.15.* Vnde quia generaliter loquendo priuilegium alicui conceſſum non ceſſat per mutationem, quando illud eſt compatibile cum ſtatu mutato, vt tenet Rota apud Seraph. *dec.1444. n.10* ex alia Rota in cauſa *Burgenſi*, & in terminis penſionis, ideo cum 24
dicta Congregatio Ciſtercienſis Reformationis ſit capax redditutum, & bonorum etiam ſtabilium, vt patet ex Regula, & Conſtitutionibus ipſius, ac ex *c. recolentes*, & DD. *ibid. de ſtat. Monach* non eſt aliqua ratio cur dicatur eam penſionem fuiſſe extinctam propter talem tranſitum Religioſi.

Nec

25 Nec obſtat ſi dicatur vacaſſe dictam penſionem, eo
quòd religioſus ille in dicta Congregatione profeſ-
ſionem emiſerit: emiſſione namque profeſſionis va-
care penſiones, ſicut & beneficia, communiter in-
ferunt DD. *ex cap. Beneficium, de Regular. in 6.* Rota
ſæpius apud Garciam relatum *num.* 114. Sanchez
lib. 7. in Decalog cap. 4. num. 13. *& cap. 29. num.* 8. poſt
plures alios.

26 Reſpondetur enim primò, penſiones ſolùm vacare
profeſſione, quæ fit à tranſeunte de ſeculari ſtatu ad
Religionem, prout colligitur ex illis verbis *d. c. Bene-
ficium: Aut conſtet, quod vitam voluerit abſolutè mu-
tare*; verbo enim illo *abſolutè*, denotatur tranſitus ex
ſeculo ad religionem.

27 Deinde id colligitur ex ratione deciſionis illius
textus, quæ eſt, vt tradunt Staphil. *de lit. Grat. tit.
de var. mod. vacat.* & Sanch. *eo c. 29. n. 2.* quia homo
per profeſſionem moritur mundo, quæ ratio ſolùm
verificatur in eo qui tranſit de ſeculo ad religionem,
non de eo qui intra eandem religionem ex minori ad
maiorem obſeruantiam tranſit.

28 Secundò, penſionem vacare per profeſſionem quæ
eſt abſoluta mutatio ſtatus, prout colligitur ex ver-
bis relatis textus, non per eam, quæ eſt veluti pro-
rogatio præcedẽtis profeſſionis, quia prorogatio fit cũ
omnibus qualitatibus rei, quæ prorogatur, *l. lecta, ff. ſi*
29 *cert. pet.* Cuius ſignum eſt, quod emittens profeſſionem
in Ordine Ciſtercienſi, dixit: *Promitto ſtabilitatem
meam, & conuerſionem morum meorum, & obedien-
tiam ſecundum regulam S. Benedicti, &c.* Emittens
etiam in dicta Congregatione dixit: *Promitto ſtabi-
litatem meam, & conuerſionem morum meorum, & obe-
dientiam ſecundum regulam S. Benedicti, & conſtitutio-
nes Congregationis Monachorum S. Bernardi reforma-
torum Ordinis Ciſtercienſis.* En iam quomodo profeſ-
ſio facta in iſta Congregatione eſt quædam proroga-
tio alterius factæ in communi obſeruantia eiuſdem
Ordinis, ad conſtitutiones videlicet reformatorum.

30 Neque etiam obſtat, quod profeſſio religioſa red-
dat profitentem incapacem penſionis. Quicquid enim
ſit de huiuſmodi incapacitate, certum omninò eſt
tolli per diſpenſationem Pontificis. Quã quia præfatus
religioſus habuit ab Vrbano Octauo, cenſetur omnino
31 diſpenſatus ad talem penſionem habendam in dicta
Congregatione etiam. Sicut enim ſi ex Papæ diſ-
penſatione poſſideret aliquod peculium, & tranſiret
ad aliam religionem, poſſet in illa frui ipſo, ſic de
hac penſione dicendum. Et ratio eſt, quia cum in-
32 compatibilitas Religioſi ſtatus cum peculio, vel pen-
ſione non proueniet ex eo, quod ſit talis, vel talis
Religio, ſed ex ratione communi Religionis, ideo
diſpenſatio Papæ ad habendum peculium vel penſio-
nem in vna Religione extenditur etiam ad aliam.
Prout in ſimili probat Rota *dec. 311. nouiſſim.* cum
Gigant. *de penſion q. 54.* dicens quod ſi Papa diſpenſat
ad obtinendam, vel retinendam penſionem non ob-
ſtante Matrimonio, non refert quod diſpenſatus con-
trahat cum Virgine, vel vidua, quia incompatibili-
tas ſuper qua fuit diſpenſatus oritur ex matrimonio
33 vt ſic, non ex qualitate matrimonij. Præſertim quia
dicta penſio collata ipſi fuit per totam ſuam vitam,
ad ſui ſuſtentationem, & intuitu perſonæ, quo vl-
timo caſu etiam vſusfructus illis conceſſus tranſiret
cum ipſo, vt habet Franciſcus Bordonus *reſ. 29. n.* 88.
& n. 89. loquens de vſufructu, liuello, & penſioni-
bus ipſi relictis. Vnde Bonacina *q. 2. de Clauſ. punct 9.
§. 4. difficult. 2. n. 9.* diſertè affirmat vſumfructum reli-
gioſi illi conceſſum contemplatione ſui, tranſire cum
ipſo ad aliam religionem, eo quod ſequitur perſo-
nam, & dicitur Seruitus perſonalis, *l. 1. ff. de vſu, &
vſufruct.*

34 Quod verò diſpenſatio illius religioſi ad haben-
dam penſionem duret etiam poſt tranſitum ad dictam
Congregationem, colligitur præter dicta, primò
exemplo facultatis, ſeu diſpenſationis conceſſæ Mo-
nachis, vel Epiſcopis ad teſtandum; non enim co- 35
arctatur ad primum teſtamentum, ſed extenditur ad
alia, vt ex pluribus teſtibus, & authoribus probat
Sanchez *lib. 8. de matrim. diſp. 1. num.* 18. Deinde exem-
plo etiam diſpenſationis in voto caſtitatis, religionis, 36
aut non nubendi, quæ ſi ſit abſoluta, & illimitata
ad matrimonium, non extinguitur in primo Matrimo-
nio, ſed extenditur ad alia, prout idem Sanch. *eo
lib. 8. diſp. 31. n. 8. & 11.* Idem exemplo illegitimi, qui
quando diſpenſatus eſt ad beneficium abſolutè, ea
diſpenſatio non arctatur ad primum beneficium, ſed
eo dimiſſo extenditur ad alia, prout probabiliter pu-
tant Ioannes Andreas *c. 1. de fil. preſb. in 6. & c. non po-
teſt; de preb. in 6. n. 5.* Angelus *verbo Beneficium, n.* 24. 37
Armilla *ibi n. 29.* Syluest. *verb. beneficium 3. q. 11. n. 14.*
Tabiena *verbo Beneficium 2. q. 17. n. 19.* Rationem red-
dit Ioannes Andreas, quia diſpenſatio illa non reſpi-
cit beneficium, ſed perſonam; quæ quidem efficaciùs
procedit in noſtro caſo, cum diſpenſatio illius Reli-
gioſi ad obtinendum eam penſionem manifeſtè reſ-
piciat illius perſonam.

Præterea quartò exemplo diſpenſationis, quâ ali- 38
quis diſpenſaretur in voto ſolemni ad contrahendum;
ſi enim cauſa talis diſpenſationis adhuc permaneret,
& diſpenſatio eſſet abſoluta (quæ omnia concurrunt
in noſtro caſu) poſſet ſic diſpenſatus finito primo
matrimonio contrahere alia. Stunica *q. 6. de voto, n.* 125.
Sanchez *ſup. n.* 12. Fauet Angles *in floribus 2. p. vbi de
voto, q. vnica, art. 8. poſt 2. diffic. dub. 1.*

Hæc porrò omnia efficaciùs probant intentum, ſi 39
Religioſus, de quo in præſenti, tranſitum hunc fe-
cit de licentia, ſeu conſenſu ſui Monaſterij, ſeu Con-
gregationis; quia in hoc caſu clarius apparet eam
penſionem ipſum comitari debere in ſecundo Mona-
ſterio, ſeu Congregatione. Prout in caſu ferè ſimili
probat Andreas Molfeſius *in Comment. ad conſuetud.
Neapolis. part. 4. quæſt. 64. num. 15.* ex aliis.

CONSVLTVM XXXIII.

De quodam Religioſo Societatis Ieſu, qui poſt emiſſionem votorum, ſeu profeſſionem biennij, ad ſæculum dimiſſus eſt.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, ſeu factum.*
2 *Dimiſſus ſine cauſa non eſt ſecurus in conſcientia.*
3 *Talis dimiſſio eſt nulla.*
4 *Ex conſtitutionibus Societatis.*
5 *Ex Bulla Gregorij XIII.*
6 *Arbitrium regulatur à iure.*
7 *Ex ſenſu, & praxi Religionis.*
8 *Quid ſi aſſignatur cauſa non vera, ſed ficta.*
9 *Quid ſi prauis moribus extorquet dimiſſionem.*
10 *Quid ſi ſolùm poſtulauit dimiſſionem ſine cauſa.*
11 *Talis poſtulatio an reddat conceſſionem inuoluntariam.*
12 *Congregationis Societatis decretum.*
13 *Dimiſſio facta cum cauſa.*
14 *Nullus dimittitur ſine illa.*
15 *In fauorem Superiorum iudicandum.*
16 *S. Rota Romana ſenſus.*
17 *Quid ſi magna importunitate dimiſſio procurata eſt.*
18 *Iſte de quo in præſenti, ſecurus videtur.*
19 *Si dubitat, quid facere poſſit.*

JESVS

IESVS MARIA

Caſus, ſeu factum.

1 N. Profeſſus in Societate Jeſu profeſſione biennali, poſtquam apud hos Patres per multos annos permanſit, ſine rationabili cauſa petiuit à Superiori eiuſdem Societatis licentiam redeundi ad ſæculum. Obtinuit ipſam. Dubitat tamen an ſit ſecurus in conſcientia, an potius ſi contra caſtitatem peccat in ſæculo exiſtens, teneatur explicare votum caſtitatis, quod in ea poſſeſſione emiſit; & beneficium obtinens licitè retineat, & expendat fructus ſine tranſgreſſione voti paupertatis etiam in ea profeſſione emiſſi.

Reſponſio.

2 Dicendum primò, quod ſi iſte ex nulla omnino cauſa rationabili dimiſſus eſt à Religione Societatis, non eſt ſecurus in conſcientia, ſed tenetur votis caſtitatis, & paupertatis à ſe emiſſis in illa profeſſione biennali, & ſi contra illa peccat, explicare illam circumſtantiam.

3 Ratio eſt, quia talis dimiſſio ſine illa cauſa rationabili eſt prorſus nulla, & nullius valoris, ac per conſequens nullum producens effectum, ac ſi facta non eſſet. Etenim *nullum quod eſt nullum producit effectum*, iuxta axioma iuris, de quo *l.4.§ condemnatum, ff.de re indicata l.non putauit, § non quævis, ff.de bonor. poſſeſſ.* & DD. *ibid.* Et nullum eſſe, vel eſſe ſine effectu paria ſunt. Surdus *dec.58.n.21.& 22.& conſ.3 à n.8.& conſ.157. à n.13.*

4 Eſſe autem nullam talem dimiſſionem ex eo colligitur, quod etſi in Examine Societatis, *c.7. § 1. & 2. & 5.part.conſtit.c.4.lit.B & D.* Videatur relinqui voluntati Superiorum dimiſſio eorum qui in Societate tantum emiſerunt vota illa biennalia, vt propterea aliqui innominati putauerint ad valorem ipſius ſufficere meram, & ſolam liberam voluntatem dictorum Superiorum, nihilominus oppoſitum eſt veriſſimum, ita vt de voluntate rationabili, & prudenti arbitrio, ac ex iuſta cauſa intelligi id debeat. Tum quia id exprimitur in Examine *c.7.§.1.* illis verbis, in quibus eſt ſermo de iis qui talia vota emiſerunt: *Libera tamen manebit Societas, nec tenebitur ad eos admittendos ad profeſſionem, nec in coadiutores formatos, ſi ſtudiorum tempore malè ſe gererent, adeo vt Superior Societatis exiſtimaret Deo gratum non fore ſi in eam admitterentur, & tunc ipſi etiam ſuis votis ſoluti erunt.* Expenduntur enim illa, *ſi ſtudiorum tempore malè ſe gererent*, quæ denotant conditionem dimiſſionis, & illa, *Tunc ipſi etiam ſuis votis ſoluti erunt*, quæ denotant poſita tali conditione, & non aliàs à ſuis votis ſolutos eſſe.

Et in examine generali *cap.6.* in eius declaratione dicitur: *Non eſt iniuſtum, ſi Societas libertatem ad eos dimittendos quando non faciunt quod debent, retinet*, expendo enim conditionalem *quando non faciunt quod debent*, quaſi ea non ſubſiſtente irrita cenſeatur dimiſſio. Vnde paulò inferius dicitur: *Nec* (talis dimiſſio) *ſine cauſis iuſtiſſimis fieri debet.* Et propterea 2. *part. Conſtit.* variæ præſcribuntur cauſæ dimiſſionis, quod neceſſarium non eſſet ſi ea ſola, & libera voluntate Superiorum fieri poſſet.

5 Tum quia Gregorius XIII. in Bulla *quanto fructuoſius*, id ſupponit, dum dicit Scholares Societatis poſſe à Generali liberari à votis à ſe emiſſis *rationabili ex cauſa.* Tum quia eſto nec Papa hoc diceret, nec in conſtitutionibus haberetur, eum ſit hæc res grauiſſima, liberatio videlicet à votis Deo emiſſis, nullatenus cenſeri deberet relicta mero arbitrio humano, ſed iudicio recto, & voluntati regulatæ, quæ neceſſariò ſupponit iuſtam cauſam, vt probat Menochius *de arbitrar. lib.1.q.13.* Præſertim cum arbitrium regulet- 6
ſur à iure, vt ſæpius Rota determinauit, maximè *decif.179.n.8.& decif.255.n.1.& decif.347.n 8.* apud Farin, *part.1.recem.* Quo ſenſu Iulius III. & Paulus III. hoc relinquunt iudicio Generalis, dum de hoc puncto in ſuis Bullis loquuntur; nam iudicium in hoc, & ſimilibus magni ponderis negotiis importat prudens iudicium, ac per conſequens ex cauſa rationabili. Bartolus *in Gloſſ. in Extrauag ad recipiendum*, & ex eo Abbas *cap.1.de conſtitutionib.n.83.& c.1. de ſequeſt. poſſeſſ n.18.* & alibi. Tum denique quia ta- 7
lis eſt ſenſus, & praxis Societatis, vt ex grauiſſimis ſcriptoribus ipſius colligitur, ſpecialiter Eminentiſſ. Card. Lugo *in manuſcripto, de hac re*, Suar. *tom.4. de Religione, tract.10.lib.3 c.9 à n.10.* Sanch. *lib 6 in Decal c.9.n.64.& 66.* Caſtro Palao *part.3.tract 16.diſp 4. punct.20.n.4 & 5.* Pellizzario *in Man.Reg.tract.3.c.5. n.4.* & aliis.

Dicendum ſecundò, ſi iſte, de quo in præſenti, 8
petens dimiſſionem à Societate aſſignauit pro cauſa dimiſſionis aliquam non veram, ſed fictam, putà grauia peccata, lapſus carnis, vel grauem difficultatem in tentationibus ſuperandis, vel ſimilia non vera, ſed falſa, non eſt ſecurus in conſcientia, ſed potius apoſtata, & ab obligatione votorum quæ emiſit, nullò modo liberatus. Ratio eſt, quia dimiſſio facta in vim ſimilis cauſæ non eſt voluntaria Religioni, ſed coacta, & extorta, cum non ſit ex cauſa rationabili, ſed falſa, & chimærica facta. Ita etiam traditur expreſsè in Congregatione 7. Societatis, *decreto* 18.§.4. & docent Card. Lugo *ſup.* Sanch. *n.67.* Caſtrus Palaus *n 9.* Pellizzarius *n.28.*

Idem tertiò dicendum, ſi ille prauis ſuis moribus, 9
actibus, aut geſtis, data opera, & ea intentione extorquendi dimiſſionem eam procurauit. Ratio eſt, quia etiam iſta dimiſſio eſt inuoluntaria, & extorta; quia eſto ſit conceſſa occaſione illorum actuum, quia tamen illi exiſtimati ſunt proceſſiſſe ex mala indole, infirmitate, & inclinatione deprauata, & non ex induſtria (quia nunquam hoc deberet præſumi) Ideo efficiunt eam inuoluntariam, & coactam, ac per conſequens inualidam. Ita etiam habetur ex dicta Congregatione 7. Societatis loco relato, & tenent Dom. Lugo ſupra, Sanch. *n 66.* Palaus *n.10.* Pellizzarius *n.28.* Qui etiam id probant exemplo illius, qui emiſit votum ſub aliqua conditione, & data opera non adimpleuit illam, vt à voti obligatione liber euadat. Talis enim non liberatur ab obligatione voti, vt tradunt communiter Doctores, quos referunt idem Sanchez *lib.4. in Decalog.c.23.n.47.* & Palaus *tract.15. diſp.1. punct.17.*

Si tamen iſte procurauit dimiſſionem non aſſignan- 10
do falſas cauſas illius, nec committendo defectus, aut culpas data opera, & intentione vt dimitteretur, ſed ſolum poſtulando dimiſſionem nulla cauſa rationabili exiſtente, etſi grauiter peccauerit ſic faciendo, quia ex vi profeſſionis à ſe emiſſæ tenebatur perſeuerare 11
in Religione, & non recedere ab illa, cauſa rationabili non exiſtente, eo quod ea vota ſint perpetua ex parte vouentis, nihilominus credo validam fuiſſe talem dimiſſionem. Ratio eſt, quia talis poſtulatio ſine cauſa facta non reddit conceſſionem ſimpliciter inuoluntariam, cum non cogat ad illam concedendam, & ex alia parte præſtat Societati ſufficientem dimiſſionis cauſam, quia cum ipſa non egeat ſubditis inuoluntariis, & non rectè affectis erga ſuum inſtitutum, eo ipſo, quod vidit poſtulantem deſiderare exire ex illa, potuit iudicare ipſum vtpotè inuitum non eſſe aptum Religioni, prudenter ergo dimiſſionem concedere potuit, & iudicare *Deo gratum non fore*; quod in ea

relinqueretur, iuxta dicta in Examine *c.7. §.1.* ac proinde dimiſſus ſecurus erit in conſcientiis.

12 Quod etiam colligo ex ſupradictæ Congregationis decreto, vbi ſtatuitur, quod ij qui dimiſſionam petunt nulla ſufficienti cauſa ducti, neque Prouincialis monitis acquieſcentes, Prouinciali referant propria manu ſubſcriptas cauſas omnes, ob quas dimiſſiones procurant, quas Prouincialis cum Conſultoribus diligenter examinatas ad P. Generalem mittere debet, ſimul declarans quid ipſe, & Conſultores ſentiant. Quas ſi Generalis non iudicauerit ad dimiſſionem ſufficientes, & idoneas, Prouincialis ſub obedientiæ præcepto perpetuum ſilentium eis indicat, eoſque ſi non obtemperent, pro delicti qualitate ſeuerè puniat.

13 Ex hac enim deciſione à Religione facta colligi videtur manifeſtè, dimiſſionem factam à Religione iſtius, de quo in præſenti caſu, ex legitima, & rationabili cauſa, ſaltem a Generali nota, factam eſſe, alioquin ſi talis cauſa non ſubſtitiſſet, perpetuum ſilentium ei impoſuiſſent, imò puniendo coërcuiſſent, iuxta ſupradictam deciſionem, quod non fecerunt.

14 Demùm ratio efficax id concludit. Cum enim certum ſit & praxi receptum in Societate, vt ab ipſa non dimittatur aliquis poſt biennij profeſſionem, niſi rationabili cauſa ſubſiſtente, cum iſte ab ea dimiſſus ſit, omninò credere debet ſe ob iuſtam, & rationabilem cauſam, cognitam ſaltem Superioribus, dimiſſum fuiſſe. Præſertim cum ſemper in fauorem Supe-
15 rioris, & Principis iudicandum ſit ſecundum ius proceſſiſſe, *c. innotuit de elect. e propoſuit, §. licet autem, de conceſſ. præb.* Mandoſius *ad Regul. 16. Cancellar. q. 7. n. 6.* Menochius *de præſumptionib. lib. 2. præſumpt. 1. num. 1.* & cum cauſæ cognitione, Rodulphinus *de ſuprema, & abſoluta Principis poteſt. c. 6 n. 3.* Barboſa *de clauſulis, clauſul. 42 num. 34.* Ita etiam colligo ex Caſtro Palau *ſup. n. 12.* referente Sanchez, ex D. Cardinali Lugo, & aliis viris doctis, & piis eiuſdem Societatis à me conſultis.

16 Et fauet S. Rota Romana in vna Bononienſi *Succeſſionis*, coram Illuſtr. D. Bichio, 17. Maij 1641. vbi ex dimiſſione eiuſdam ſimilis Religioſi Societatis facta a Generali infertur ipſum conſideraſſe cauſas dimiſſionis, & dicitur ſtandum eſſe dicto ipſius, *abſque alia extrinſeca probatione.*

17 Quin etiam addendum, etiamſi iſte magna inſtantia, & continua importunitate dimiſſionem extorſerit (dum tamen id non fecerit cauſis falſis, aut fictis, aut defectibus ex induſtria, & hac intentione, vt di-
18 ctum eſt, commiſſis) adhuc eſſe validam talem dimiſſionem, propter rationes aſſignatas, & ex eo quod in dicta Congregatione 7 *decreto* 18 § 3. decidatur tales, qui ſola importunitate dimiſſionem extorquent, rariſſimè permittendos eſſe ad ſæculum redire. Ex eo enim quod id admittatur *rariſſime*, infertur validè admitti. Palaus *eo num. 12.*

19 Directè ergo ad caſum propoſitum reſpondendo cenſeo iſtum, qui nulla rationabili cauſa ſubſiſtente, dimiſſionem poſtulauit, & obtinuit, ſecurum poſſe eſſe in conſcientia, & credere ſe omnino liberum ab illis votis in profeſſione biennali emiſſis, expendere bona quæ habet ſine præiudicio voti paupertatis, & caſu, quo in peccata contra caſtitatem labatur, non confiteri circumſtantiam voti à ſe emiſſi, vtpotè omnino iam ſublati.

20 Si autem adhuc ſcrupulis agitetur, præterquam quod, vt Suar. inquit *ſuprà n. 19.* quando *Prælatus Societatis bona fide procedat, & facta in tali diligentia, ac debita conſultatione iudicet expedire talem perſonam liberam dimittere talem, & in tali caſu non eſt dubitandum de valore actus*, poterit ad maiorem abundantiam, cautelam, & quietem ſuæ conſcientiæ iterum poſtulare à Reuerendiſſ. Generali Societatis ſuam dimiſſionem, vel confirmationem prioris, quam ipſe poterit dare, tum ex cauſis præſumptis primæ dimiſſionis, tum quia qui ſemel ad ſæculum rediit, indignus redditur quod iterum admittatur, & malè de illo ſuſpicari poteſt, tum præterea, quia poſtquam aliquis dimiſſus eſt ſemel, poteſt iterum non admitti. Sanchez *eo c. 9 n. 66.* & inclinat Paulus *n. 51.* ac ita audio à viris doctis Societatis in ea practicari.

CONSVLTVM XXXIV.

De quibuſdam Congregationibus Religioſarum perſonarum, virorum, & fœminarum, quibus præſunt fœminæ, opinionis ſanctitatis prætextu.

SVMMARIVM.

1 *Tales Congregationes permitti non debent.*
2 *Ex D. Pauli teſtimonio.*
3 *Aliis rationibus.*
4 *Ariſtotelis ſententia.*
5 *Quo ſenſu D. Paulus intelligendus*
6 *Aliud teſtimonium eiuſdem.*
7 *Cauſa huius Apoſtolici præcepti.*
8 *Conciliorum decreta.*
9 *Prædicandi munus fœminis prohibitum.*
10 *Marcella Romana geſta.*
11 *Clementina* Cum quibuſdam.
12 *Vrbani VIII. factum.*
13 *Hæreſes fermè omnes per fœminas propagatæ.*
14 *Fœmina ſuppellex præcipua hæreſiarcharum.*
15 *Illarum ſexus facilis.*
16 *Citius imaginatur.*
17 *Congregationes non approbatæ ſunt reprobatæ.*
18 *Fœminæ incapaces iuriſdictionis.*
19 *Nequeant confeſſiones audire.*
20 *Innocentij III. decretum.*
21 *In Eccleſia veteri Holda Prophetiſſa.*
22 *Olim Diaconiſſæ, Preſbyteriſſæ, &c.*
23 *Holda Prophetiſſa ex Dei diſpenſatione.*
24 *Quæ erant Diaconiſſæ, & Preſbyteriſſæ.*
25 *Non exercebant iuriſdictionem ſpiritualem.*
26 *Eccleſiæ authoritate quid fieri poſſet.*
27 *An fœmina initiari poſſit prima tonſura.*
28 *An cenſuras ferre.*

IESVS MARIA.

CONGREGATIONES, ſeu Conuenti- 1
cula virorum, & fœminarum, quibus præſunt in ſpiritualibus fœminæ etiam opinionis ſanctitatis prætextu, non ſunt in Eccleſia admittendæ ſine diſpenſatione Summi Pontificis, quin potius damnari debent.

Reſponſio.

Probatur primò ex illo Pauli 1. *Corinth. 14. Mulie-* 2
res in Eccleſiis taceant, non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut, & lex dicit. Si quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent. Turpe eſt enim mulieri loqui in Eccleſia. Hoc enim ſenſu intelligi videtur hic locus à D. Ambroſio, Anſelmo, & aliis, qui quinque rationes aſſignant huius præcepti.

Prima, quia contra ordinem naturæ eſt vt vi- 3
ros doceant, cùm ſint ſubditæ viris. Secunda, quia eſt contra ipſarum verecundiam, & humilitatem.

Tertia

Digitized by Google

Tertia, quia etiam eſt contra rationem, cum vir ſit melioris iudicij, diſcretionis, & diſcurſus quàm fœmina. Quarta, quia vt inquit Anſelmus, cum fœmina loquuta eſt viro ſuo, perſuaſit peccatum, iure ergo præcipitur ipſi tacere. Quinta, quia oportet vt
4 frenum injiciatur eius loquacitati. Accedit Ariſtoteles *lib 9. de natur. animal. c. 1.* de fœmina dicens: *Inuida magis, & querula, & maledicentior, & mordacior, praterea anxia, & deſperans magis, quam mas atque impudentior, & mendacior, quin etiam facilius decipi.* Non ergo debet eſſe Magiſtra.

5 Quod autem Paulus loquatur etiam pro caſu quo fœminæ ſint perſonæ ſpirituales, Prophetiſſæ, & bonæ famæ colligitur ex iis, quæ ſubdit. *Si quis videtur Propheta eſſe, aut ſpiritualis, cognoſcat quæ ſcribo vobis, quia Domini ſunt mandata.* Imò ex illis verbis, *quia Domini ſunt mandata*; colligi poteſt eſſe de iure diuino, quod fœminæ non doceant viros, aut præſint illis in rebus ſpiritualibus.

6 Secundò ex eodem Paulo 1. *ad Timot. 2.* videlicet: *Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione. Docere autem mulieri non permitto neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio. Adam enim primus formatus eſt, deinde Eua, & Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in prauaricatione fuit.* Cuius præcepti Apoſtolici occaſio fuit, vt notat ibi Theophylactus, quod mulieres aliquæ tempore Pauli acceperant donum prophetiæ, ne ergo putarent ſibi fas eſſe in Eccleſia, loqui, & prophetare, hic eis id inhibet Apoſtolus, idque tum honeſtatis, pudoris, infirmitatis, ac loqua-
7 citatis muliebris cauſa (inquit Chryſoſtomus) tum ſtudio reuerentiæ, & ſubiectionis erga virum, quæ requirit, vt eo præſente, & loquente, ſileat mulier, præſertim in Eccleſia, & rebus ſacris. Vnde ex hoc Apoſtoli loco infert Epiphanius *hær. 49.* quod mulieres ad Epiſcopatum, aut Presbyteratum aſſumi non poſſunt, contra Quintillianos. Inferunt etiam Doctores moderni contra Lutherum, Chriſtophorum Goodmanum, & Pepuſianos, mulierem non poſſe ad regimen ſpirituale Eccleſiæ aſſumi.

8 Tertiò, & clarè ex Concilio Cæſarauguſtano, contra Priſcillianum, qui huiuſmodi fœminas Doctoriſſas in ſua ſecta fouebat, congregato, vbi ſic iuxta Baron. *ſup. an. 381 §. Vt mulieres*, ſtatutum fuit: *Vt mulieres omnes Eccleſiæ Catholicæ fideles à virorum alienorum lectione, & cœtibus ſeparentur; nec ad ipſas legentes alij ſtudio vel docendi, vel diſcendi conueniant, quoniam & hoc Apoſtolus iubet. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt, anathema futuros, qui hanc Concilij ſententiam non obſeruauerint.* Item ex Decreto Concilij Carthag. 4. *can. 98. & 99.* quod refertur *diſt. 23. can. 29.* Cuius titulus eſt, *Mulier in Conuentu viros docere non permittitur.* Verba autem Canonis ſunt hæc. *Mulier quamuis docta, & ſancta, viros in Conuentu docere non præſumat.* Fauet Canon *mulierem 33 q. 5.* ex D. Auguſt. *in lib. qq. veteris Teſt. q. 45.* vbi ſic: *Mulierem conſtat ſubiectam dominio viri eſſe, & nullam authoritatem habere, nec docere enim poteſt, nec teſtis eſſe, neque fidem dare, nec iudicare, quanto magis non poteſt imperare?* De quo Tamburr. *de Iur. Abbat.*

9 Quartò ex eo quod Euangelizandi, ſeu prædicandi functio fœminis prohibita eſt in Eccleſia, prout communiter colligunt DD. ex locis S. Scripturæ, & Iuribus relatis. Vnde Abbas *in cap. Decernimus, de Iudic.* ait quod in hoc non poteſt mulier diſpenſari ab vllo Prælato Summo Pontifice inferiori. Hinc etiam no-
10 tauit D. Hieron. *in epiſt. ad Principiam*, quod Marcella Romana eius diſcipula licet doctiſſima eſſet in S. Scriptura, & propterea à multis ſuper ea interrogaretur, nihilominus (inquit) *ſic ad interrogata reſpondebat, vt etiam ſua non ſua diceret, ſed vel mea, vel cuiuſuis alterius, vt in eo ipſo quod docebat, ſe diſcipulam fateretur; ſciebat enim dictum ab Apoſtolo, Docere autem mulieri non permitto.*

Quintò ex Clement. *Cum de quibuſdam, de relig. domib.* vbi mulieres ſtatum Beguinarum amplectentes ipſo facto excommunicantur, ex eo quod vt ibidem dicitur: *Earum aliqua quaſi perducta in mentis inſaniam, de Summa Trinitate, ac Diuina eſſentia diſputent, & prædicent, ac circa fidei articulos, & Eccleſiaſtica Sacramenta opiniones Catholicæ fidei contrarias introducant, & multos ſuper his decipientes ſimplices, eos in errores diuerſos inducant, aliaque quamplura periculum animarum patientia ſub quodam velamine ſanctitatis faciant, & committant.* 11

Sextò ex facto Vrbani Octavi Summi Pontificis in Bulla *Paſtoralis*, an. 1630. edita damnantis Congregationem Ieſuitatum, eamque penitus eradicari, & deſtrui præcipientis ea de cauſa, quod vt in eadem Bulla dicitur: *Specie ſalutis animarum promouendæ, aliaque opera permulta ſexus, & ingenij imbecillitati, & modeſtiæ muliebri, ac virginali præſertim pudori minimè conuenientia, & quæ viri Sacrarum litterarum ſcientia, rerum vſu, vitaque innocentia ſpectatiſſimi, difficilè admodum, & nonniſi magna circumſpectione adhibita aggrediuntur, attentare, & exercere conſueuiſſent.* Ex quibus elicitur Eccleſiæ mentem eſſe penitus prohibere ne fœminæ quantumuis ſpirituales, & deuotæ huiuſmodi operibus docendi alios incumbant. 12

Et meritò ſanè, quia hæreſes fermè omnes propagatæ fuerunt per huiuſmodi fœminas ſpecie Sanctitatis velatas. Quod præter recentiora exempla pluribus notat D. Hieron. *ad Cteſiphontem tom. 2.* vbi ſic habet: *Simon magus hæreſim condidit adiutus auxilio Helenæ meretricis. Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarum conditor choros duxit fœmineos. Marcion quoque Romam præmiſit mulierem ad maiorem laſciuiam. Apelles Philumenem comitem habuit. Montanus Priſcam, & Maximillam primùm auro corrupit, deinde hæreſi polluit. Arrius vt Orbem deciperet, ſororem Principis antè decepit. Donatus Lucillæ opibus adiutus eſt. In Hiſpania Agape Helpidium, mulier virum cæcum cæca duxit in foueam, ſucceſſoremque ſui Priſcillianum habuit, cui iuncta Galla ſororis, & vicinæ hæreſeos reliquit hæredem.* Vnde etiam fœminæ ſuppellex præcipua hæreſiarcharum, & hæreticorum fuerunt, vt hiſtoriæ narrant de Simone mago, Ptolomæo, Apelle, Montano, Tertulliano, Elceſaitis, Paulo Samoſetano, Manete, Elpidio, Mohomete, Aldeberto, Luthero, Caroſtaldio, Oecolampadio, Caluino, Beza, & aliis. 13 14

Item quia illarum ſexus imbecillior eſt, naturales, vel dæmoniacas ſuggeſtiones plurimùm habet pro diuinis, multa quoque ſibi ſomnia fingit, quæ vera credit, iuxta illud Paræmicum *Anus quæ viuit ſomniat*: abundat paſſionibus admodum acribus, & vehementibus, quare quod à paſſione natum, id à veritate profectum putat. Sunt etiam fœminæ naturæ humidioris, & viſcoſioris, humidum verò facilè commouetur, & varias figuras recipit, ægrius autem, ac ſerius à motu ceſſat. Ideo mulieres citius imaginantur: hæc Martinus Delrius *diſq. Magicar. lib. 4. c. 1. quæſt. 3. ſect. 3.* addens propterea ſæpius decepiſſe viros etiam doctiſſimos. Videlicet Tertullianum, & alios quos refert Ioſephus à Coſta *de nouiſſ. tempor. lib. 2. cap. 11.* 15 16

Septimò, quia Congregationes, Sodalitia, vel Conuenticula quæ ab Eccleſia approbata non ſunt, omninò damnari debent, vt ex Iure ciuili conſtat *ex l. 1. in princ. ff. de Colleg. illicit. & l. 3. in verſ. Summa, ff. eodem*, & ex Iure Canonico *in can. multis, in princ. 16. diſt.* vt notant communiter Doctores, ſpecialiter Abbas, Innoc. *in cap. dilecta, de exceſſ. Præl. in gloſſ. 1.* 17

in fine, Bartol. *in l fin. ff. de Colleg. illicit.* Cuiacius *lib 7. obſeru.* 5 Petr. Greg. *lib.* 15. *c.* 32 *n.* 10. Myſing *cent.* 6. *obſeru.* 2. *n.* 8. Auiles *ad c.* 12. *prætorum, verbo confœderatio à princ. & n.* 10. Nauar *conſ.* 3. *à n.* 3. Menoch. *de arbitr. cent.* 6. *caſ.* 593. *a princip.* Vmberius locat *in iudiciali Inquiſ. verb. Collegium*, *n.* 1. Barboſa *de Iure Eccleſ. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 69. *& ſeqq.* Cum ergo iſta Congregationes, ſeu ſodalitia, in quibus fœminæ præſunt viris, & fœminis ab Eccleſia approbata, vel permiſſa non ſunt, reprobanda videntur.

18 Præſertim cum fœminæ incapaces ſint non ſolùm iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, ſed nullius rei, quæ iuriſdictionem iſtam redoleat. Adeo quod Abbatiſſas Monialium non poſſe in loco publico benedictionem dare, nec aquam, aut veſtes in forma Eccleſiæ benedicere, teneant Majolus *de irregul. lib.* 1. *cap.* 29. *n.* 26. Gauantus *in Man. Epiſc. verb. Abbatiſſa*, *n.* 8.

19 Octavò, quia propter hanc incapacitatem fœminarum ad iuriſdictionem ſpiritualem habendam, non ſolum nequeunt etiam Abbatiſſæ Monialium, confeſſiones illarum audire, aut aliquam authoritatem ſpiritualem circa earum conſcientias exercere, prout colligitur ex *cap. Noua, de pœnit. & remiſſion.* S. Thom. *in* 4. *diſt.* 19. *q.* 1. *art.* 1. *& diſt.* 25. *q.* 1. *art* 1. Syluest. *verb. Abbatiſſa*, *q.* 3. *n.* 8. Miranda *de Sacris Monialib. q* 6. *art.* 5. *concl.* 1. Salas de legib. *q.* 95. *tract.* 14. *diſp* 8. *ſect.* 19. *n.* 91. Sed etiam appoſitum vocatur *abſolutum*, & *abſurdum*, & præcipitur Prælatis, vt ea ipſis interdicant ab Innocentio III. *in d. cap. Noua*, his

20 verbis, *Noua quædam noſtris ſunt auribus intimata, quod Abbatiſſæ moniales proprias benedicunt, ipſarum quoque confeſſiones in criminibus audiunt, & legentes Euangelium præſumunt publicè prædicare Cum igitur id abſonum ſit, pariter & abſurdum, mandamus quatenus ne id de cætero fiat, curetis firmiter inhibere. Quia licet beatiſſima Virgo Maria dignior, & excellentior fuerit Apoſtolis vniuerſis, non tamen illi ſed iſtis Dominus claues Regni Cœlorum commiſit.*

21. Nec obſtat primò, quod in lege antiqua fœminis videbatur permiſſum prædicare, & docere, vt patet in Holda propheti ſſa, de qua dicitur 4. *Reg.* 22. à Ioſia Rege conſultum fuiſſe, & habitaſſe in Ieruſalem in *Secunda*, quæ erat domus doctrinæ, prout Chaldæus exponit, & in ea habitabant Prophetæ, Doctores, & Recabitæ, quos illa inſtruebat.

22 Secundò, quia antiquitus erant in Eccleſia Subdiaconiſſæ, Diaconiſſæ, Presbyteriſſæ, & Epiſcopiſſæ,
habentes aliquod munus, & dignitatem. Ad primum
23 enim dicitur id contigiſſe ex ſpeciali Dei diſpenſatione, & quia fœmina illa erat vera Dei Prophetiſſa ſpiritu Dei illuminata, vt propterea ad eam conſulendam miſerit Ioſias Rex nuntios.

Ad ſecundum, ſiue dicantur tales fœminæ illæ
24 quæ Subdiaconis, Diaconis, Presbyteris, & Epiſcopis matrimonio coniunctæ erant, & ab eiſdem ex mutuo conſenſu ſeparatæ caſtitatem, & cœlibem vitam ducebant, prout colligitur ex Concilio Turonenſi 2. *cap.* 3. 18. *&* 20. & Gregorio *lib* 4. *Dialog. c.* 11. Concilio Altiſiodorenſi *can.* 31. Siue tales dicantur propter ſenectutem, prout colligitur ex Con-
25. cilio Laodiceno *can.* 11. Photio *in ſuo Nomocanone*, *art.* 1. *c.* 37. ſiue etiam quia exercebant aliquas functiones in Eccleſia, quæ decenter à viris exerceri non poterant, vt cum baptizabantur, vel oleo Sancto vngebantur fœminæ, prout colligitur ex D. Epiphan. *contra hæreſ. hæreſ.* 79. Clemente I. *lib.* 3. *Conſtit. Apoſtol. cap.* 15. *& c.* 19. *& lib* 8. *c.* 32. ac Concilio Nicæno I. *c.* 74. Certum eſt huiuſmodi fœminas non exercuiſſe aliquam iuriſdictionem ſpiritualem in Eccleſia, prædicaſſe, aut docuiſſe, præſertim coram viris. Eſto autē id fieret, non niſi Eccleſiæ authoritate fiebat, quæ his temporibus id non permittit; ipſa autem permittente poſſent etiam fœminæ huius temporis prædicare, & docere, prout habent Abbas *in cap. decernimus, de Iudiciis*, Salmeron 1. *Corinth.* 14. *diſp.* 32. Tambur. *de Iure Abbat. diſp.* 32. *quæſit.* 10. ponens exemplum in S. Catharina Senenſi, quæ quia Sanctitate, & ſcientia, & dono reuelationis erat inſignita, in Conſiſtorio apud Summum Pontificem, & Cardinales non ſemel ſermonem habuit. 26

Qua etiam de cauſa iure permittuntur libri Sanctarum Hildegardis, Methildis, Birgittæ, Thereſiæ, Magdalenæ de Pazzi, & aliarum, in quibus ſpiritualia, ac myſtica docent. Quod etiam corroboratur ex eo quod quamvis fœminæ incapaces ſint primæ tonſuræ, & ordinum, etiam minorum, loquendo videlicet de poteſtate veluti ordinaria Eccleſiæ, prout tenent Reuerendiſſ. Magiſter Candidus *de Sacrament. Ordin. diſquiſ.* 4. *art* 5. *dub.* 4. Marchinus *de Sacrament. Ordin. tract.* 1. *part.* 4. *c.* 1. Villalobos *in Summa, tom.* 1. *tract.* 11. *diffic.* 10. *num.* 1. Conformiter ad doctrinam D. Ambroſij, D. Thomæ, & plurium aliorum, maximè accedente Eccleſiæ praxi; nihilominus tamen, iuxta ſententiam Paludani, Hurtadi, & Caſpenſis, quos ſequitur P. Diana *p.* 8. *tract.* 1. *reſ.* 39. poteſt Summus Pontifex ex ſua veluti abſoluta potentia priuilegium concedere fœminæ, vt prima tonſura, & Minoribus Ordinibus initietur. 27

Similiter iuxta ſententiam eiuſdem Paludani, Armillæ, Syluestri, Sayri, Filliucius, Hurtadi, & aliorum, quos idem Diana refert, poteſt delegari fœminæ authoritas ferendi cenſuras ex Papæ priuilegio. In his ergo caſibus admitti poſſet id quod in præſenti negamus.

CONSVLTVM XXXV.

De quodam Religioſo tranſlato de ſtatu Choriſtarum ad ſtatum Conuerſorum.

SVMMARIVM:

1 *Caſus, ſeu factum.*
2 *Prælati poſſunt transferre Choriſtas ad ſtatum laicorum.*
3 *Propter inſufficientiam.*
4 *Chorus pro ſufficientibus eſt inſtitutus.*
5 *Textus* e. quamvis, de ætat. & qualit.
6 *Defectus ſcientiæ præſtat legitimam cauſam.*
7 *Et ſpecialis affectus ad munia conuerſorum.*
8 *Per hanc tranſlationem non variatur ſtatus Religioſus.*
9 *An id intelligendum etiam de Choriſtis in Sacris conſtitutis.*
10 *Poſſunt degradari.*
11 *Potuit Generalis hunc Religioſum transferre.*
12 *Sene ipſius iniuria.*
13 *Scienti, & volenti non fit.*
14 *Quid ſi poſtea dicat per vim & metum conſenſiſſe.*
15 *Gradus Choriſtarum eſt perfectior.*
16 *Dubium de Nouitiatu.*
17 *Reſolutio illius.*
18 *Dubium propter decreta Summorum Pontificum.*
19 *Reſoluitur.*
20 *Praxis Religionum.*
21 *Quid dicendum è contra de tranſitu Conuerſorum ad ſtatum Clericorum.*

JESUS

IESVS MARIA.

Caſus, ſeu Factum.

1 N. Religioſus choro deſtinatus in Religione N poſtulauit à ſuo Generali, vt eum transferret ad ſtatum conuerſorum, ſeu Laicorum, ea de cauſa, & titulo, quod ſe inhabilem exiſtimaret ad litteraturam requiſitam pro Choriſtis, quod obtinuit. Poſtea verò dixit ſe id feciſſe per vim, & metum, & conſtat eſſe mediocriter ſufficientem. Quæritur ergo quid Iuris in hoc caſu.

Reſponſio.

2 Suppono poſſe Prælatos Religionum transferre choriſtas illarum ad gradum ſeu ſtatum Laicorum. Primò quidem in pœnam delicti commiſſi. Sicut enim propter delicta poſſunt ad perpetuum carcerem, triremes, & ſimiles pœnas condemnari, *c. quanto, de offic. ordin. & c. in ſingulis, & c. cam te, de ſtat. Monach.* multò magis ad iſtam, quæ magis Religioſa eſt, & conformior religioſorum ſtatui.

3 Secundò, propter inſufficientiam, & inhabilitatem ad eas litteras addiſcendas, quæ neceſſariæ ſunt pro iis, qui choro deſeruiunt. Eo enim ipſo quod habent talem inſufficientiam, & inhabilitatem, indigni ſunt eo ſtatu, ac per conſequens ab eo repel-
4 lendi. Argument. *c. Cum in cunctis, de elect. & elect. poteſt. & cap. cam te, de ætat. & qualit. & c. ad Apoſtolic. de Regular.* Eo quòd ſtante inhabilitate ad litteraturam, indecens omnino eſt, vt choro, qui ſolum pro ſufficientem litteraturam habentibus inſtitu-
5 tus eſt deſeruiant. Ad quod maximè deſeruit *c. Quamvis, de ætat. & qualit.* Et in fortioribus terminis, vbi Epiſcopus iam promotus ob defectum ſcientiæ amouetur ab exequutione Pontificalium, & ab adminiſtratione Eccleſiæ.

6 Imò is textus probat defectum ſcientiæ præſtare legitimam cauſam deponendi aliquem ab Epiſcopatu. Abbas *ibid. n. 1.* Flamin. *de reſign. lib. 5. q. 3. num. 85.* Multò ergo magis defectus ſcientiæ pro choro deputatis requiſitæ cauſam præbebit deijciendi exiſtentes in tali gradu ad inferiorem conuerſorum. Fauent *l. ſi ſeruus, § Proculus, ff. ad l. Aquiliam, & l. vt gradatim, § re probari, ff. de munerib.* Et notant Bald. *in l. ſed vt reprobari, ff. de excuſat. tutor.* Et Gutier. *in pragma. ſanct. verb. indignorum.*

7 Tertiò propter ſpecialem affectum, & ſingularem amorem Religioſorum ad obſequia humilia conuerſorum. Quia exceſſus ſpiritualis profectus, quem ex altioribus miniſtris deducere poterant Religioſi, compenſatur affectu iſtu humilitatis. Et ratio generalis huius ſententiæ eſt, quia per huiuſmodi tranſlationem non variatur ſubſtantialis religionis ſtatus, ſed illæſus manet, & cum eiſdem votis Religionis.

8 Ita ſupponunt communiter DD. ſpecialiter Sotus *lib. 10. de iuſt. q. 9. art. 3. col. penult. verſ. ad aliud verò,* Aragon. *2. 2. q. 83. art. 12. dub. 4. in arg. & ibi verſ. Aduertendo 1. in fin.* Azor. *tom. 1. inſtit. mor. lib. 10. c. 6. q. 7.* Ledeſma *2. p. Sum. tract. 9. c. 4. concl. 13. dub. 1. pag. mihi* 740. Suar. *tom. 2. de relig. lib. 4. c. 17. n. 7.* ex profeſſo Sanchez *lib. 6. in Decal. c. 7. n.* 80. Peirin. *tom. 1. de ſubd. q. 1. de obed. c. 24. § Tertiò. Et in Additamentis ad Conſtitut. Leonis X. 3. tom. c. 4. n. 58.* (Addens etiam ibi Fauſtum *in theſaur. lib. 9. q. 177.*) Bordonus in *Reſ. reſ. 30. q. 11.* & ego *tom. 1. Sum. c. 22. n. 25.* Qui nouiſſimè vidi Caſtrum Palaum *p. 3. de vot. obedient. diſp. 4. punct. 26. § 5. n. 11.* & P. Dianam *p. 9. tract. 7. reſ. 74.*

Quamvis autem eo *num. 65.* dixerim cum communi aliorum ſententia, hoc eſſe intelligendum de choriſtis, qui in Sacris ordinibus conſtituti non ſunt, non de Diaconis, aut Subdiaconis, & ita regulariter practicandum; nihilominus in caſu grauiſſimi delicti commiſſi, etiam, vt credo, poſſunt iſti in ſacris conſtituti ad conuerſorum gradum in pœnam talis delicti deijci. 9

Si enim poſſunt degradari, quare non deponi, & deijci ad conuerſorum gradum? Præſertim cum hoc videatur pertinere ad poteſtatem iuriſdictionis, immò & dominatiuam, quam habent Superiores Regulares in ſibi ſubditos, & aliquando expediens ſit illa vti. Bordonus *d. q. 12.* Addens etiam hos conſtitutos in ſacris, & ad conuerſorum gradum deiectos, non teneri ad officium diuinum Clericorum recitandum, ſicut de aliis non conſtitutis dixi eo loco. Sed de hoc aliàs. A quibus autem Superioribus id effici poſſit, tractat Caſtrus Palaus relatus. 10

His præiactis dicendum, potuiſſe Generalem huius Religionis transferre prædictum Choriſtam ad gradum, ſeu ſtatum conuerſorum. Primò propter dicta; cum enim vna ex cauſis, propter quas, iuxta Doctores relatos, id fieri poteſt, ſit inſufficientia, & inhabilitas, cum ea reperta fuerit in tali profeſſo, vtique propter illam deijci potuit, ac debuit ad inferiorem gradum. 11

Secundò, quia ſi oppoſitum dici deberet, maximè quia illi facta fuiſſet iniuria deponendo ipſum ab eo gradu choriſtarum pro quo profeſſionem emiſit: hoc autem non ſubſiſtit; tum quia iniuria non naſcitur vnde iura naſcuntur, *l. meminerint, C. vnde vi, c. qualiter & quando, de accuſ.* Aymon. *de antiquit. tempor. p. 1. c. 2. amplia t. 13. n. 10. cum ſeqq.* Barboſa *de axiomat. iuris, axiomat. 126. num. 3.* Hæc autem tranſlatio iuri conformis eſt, & conſuetudini Religionum, nec per 12
eam mutatur Religio, ſed ſolum exercitia, & miniſteria illius. Tum quia iniuria non fit ſcienti, & volenti, *l. 1. § vſque adeo, ff. de iniur. l. 1. ff. de actionib. empti. l. nemo præſumitur, ff. de regulis iuris, c. ſcienti, eod. tit. in 6.* Ariſtoteles *lib. 5. Ethic. c. 9. & 11.* S. Thom. *2. 2. q. 59. art. 3.* Sotus *3. de iuſt. q. 3. art. 3.* & Doctores communiter, iſte autem profeſſus voluntariè, prout tunc apparuit, acceptauit hanc tranſlationem, & ipſam poſtulauit. 13

Nihilominus conſtito poſtea, quod iſte profeſſus ſit mediocris litteraturæ (maximè ſi adſit ſpes maioris) & quod dicat ſe per vim, & metum poſtulaſſe talem tranſlationem; etſi ratione inconſtantiæ, & deceptionis aliqualis, ſeu fraudis commiſſæ contra ſuum Superiorem dignus videatur quod non permittatur aſcendere ad gradum choriſtarum, quia iuxta *Iacob. 1.* oſtenditur *vir duplex animo, inconſtans, &c.* & *fraudem fraude repellere liceat.* iuxta *l. cum pater, §. Titio* 14
fratri, ff. de leg. 2. Gloſſa *verbo Malignantium, in c. cupientes de elect. in 6.* maximè ſi non probat talem vim, & metum, cùm *fraus, & dolus* nemini debeant patrocinari, *l. itaque fullo, ff. de furtis, c. dictum 10. q. 3. c. intelleximus, de iudic. c. tua 12. de Cler. non reſid. c. ſedes, c. ex tenore, de reſcript. c. 2. de dolo,* & aliis iuribus, & Doctoribus, nihilominus quia gradus choriſtarum eſt perfectior gradu conuerſorum, cum ordinetur ad exercitia maioris perfectionis, ſcilicet chori, altaris, Sacramentorum, &c. & maioris perfectionis via nulli eſt præcludenda. *c. licet, de Regularib.* ideo conſultius exiſtimo, admitti debere ad dictum gradum choriſtarum. 15

16 Quamvis tamen per hæc ſufficienter ſatisfactum ſit quæſito præſenti, adhuc tamen dubitabit aliquis, quomodo ille, qui fecit Nouitiatum pro clericatu poſſit ad ſtatum conuerſorum deijci: ſiquidem in tali Nouitiatu non potuit experiri difficultates,

quæ ſunt in ſtatu conuerſorum. Sed conformiter ad ea, quæ dixi *tom 4. verbo Profeſſio Regularis*, *n.*10. quæ etiam approbat Sapientiſſimus Pater Diana *p.*9. *tract.*6.*reſ.*12. relatis Tamburino, Sanctorio, Bordo-
17 no, Peirino, Pelizzario, & Quintanadueñas, cùm ad valorem Nouitiatus ſatis ſit quod Nouitius vno integro anno ſub obedientia Prælati exiſtat, non videtur neceſſaria alia probatio auſteritatum Religionis. Eo præſertim quod ſufficiens videtur eſſe ea quæ in aliis cernitur.

*S*i vlterius dubitetur quomodo potuit iſte Religioſus ex ſtatu Clericali ad ſtatum conuerſorum tran-
18 ſire ſine ſui Superioris authoritate, ſiquidè ex decretis Clementis VIII. & Vrbani VIII. pro Reformatione Regularium habentur hæc: *Qui ad conuerſorum habitum recepti fuerint ad Clericalem ſtatum tranſire etiam durante tempore probationis non poſſint.*

19 Reſpondetur, in primis in illo decreto ſolum eſſe ſermonem de tranſitu conuerſorum ad Clericalem ſtatum, non è contra de ſtatu Clericorum ad ſtatum conuerſorum, prout contingit in præſenti, & notat Bordonus *tom.*2. *reſol.*54.*n.*229. Deinde optimè notat Diana hæc: *Aliud eſt tranſire, quod reſpicit agere propria authoritate; aliud transferri, quod indicat actum alterius potentis transferre: itaque per illud ſtatutum non auſertur poteſtas Superiori, ſed ſubdito negatur tranſitus propria voluntate ad altiorem ſtatum, ad quem nemo debet accedere, niſi priùs vocetur.*

20 Accedit præterea praxis Religionum, quæ etiam poſt prædicta decreta Clementis, & Vrbani VIII. Clericos ad ſtatum conuerſorum ſæpius dejicit, innitendo communi opinioni Doctorum, propter rationes, & motiua, de quibus *ſup.* Hanc verò praxim eſſe teſtatur P. Diana *p* 9 *tract.*7.*reſol* 74.

21 An verò etiam è contra poſſit Religioſus conuerſus tranſire ad ſtatum choriſtarum dixi *tom.* 2. *mea Summa, c.*8.*n* 22. Et nouiſſimè de eo agit Franciſcus Bordonus *in ſuis deciſionibus Miſcellaneis deciſ.*71. vbi dicit nec Nuncium Apoſtolicum in ſua iuriſdictione poſſe id facere, niſi id habeat expreſſum in litteris ſuæ Nunciaturæ.

Quod probat ea eo, quod Regulares ſunt exempti etiam à iuriſdictione Dom. Nuntiorum Sedis Apoſtolicæ; & ex decreto Clement. VIII. quod ſupra retuli. De hac tamen Dom. Nuntiorum authoritate in Regulares egi *tom.*5.*Summa*, *in Marimagno Prædicatorum*, *n.*44. & *in Marimagno Minorum*, *n.*112.

CONSVLTVM XXXVI.

De quodam ſtatuto circa ſucceſſionem Generalatus, quando vacaret.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, ſeu ſtatutum cuiuſdam Capituli.*
2 *Dubium circa illud.*
3 *Decreta, & conſtitutiones quomodo inter ſe differant.*
4 *Decreti definitio.*
5 *Conſtitutionis etymologia, & definitio.*
6 *Quæ ſint conſtitutiones ordinis.*
7 *Quæ decreta.*
8 *Minor notitia habetur de decretis, quàm de conſtitutionibus ordinis.*
Decreta an ſint perpetua, vel ad tempus. ibid.
9 *Nomine conſtitutionum Ordinis an veniat decretum.*
10 *Verba qualiter ſunt interpretanda.*
11 *Verba debent intelligi iuxta ſubiectam materiam.*
12 *Papa omnia iura habet in ſcrinio ſui pectoris.*
13 *Papa iudicium cæleſte arbitrium appellatur.*
14 *Reſponſio ad dubium.*
15 *Conſtitutionum verba.*
16 *Earum conſtitutionum mens.*
17 *Reſpondetur obiectioni.*
18 *Dictio* Niſi, *quid importat.*
19 *Quid dictio* Forte.
20 *Verborum conſtitutionum expenſio.*
21 *Alia obiectio.*
22 *Reſponſio.*
23 *An obſtet decretum Capituli generalis.*
24 *Lex poſterior quando dicatur abrogare priorem.*
25 *Generalis, & Vicarius Generalis poſſunt facere ſoli quidquid totum Capitulum facere poteſt.*
26 *An poſſint diſpenſare in conſtitutionibus Ordinis.*
27 *Ad hoc oppoſito.*
28 *Ea, quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.*
29 *Conſulti reſolutio.*

IESVS MARIA.

Caſus, ſeu ſtatutum cuiuſdam Capituli.

IN quodam Capitulo generali Ordinis Carmelitarum, Romæ habito anno 1645. edi- 1
tum fuit decretum tenoris ſequentis. *Quamuis in noſtris conſtitutionibus p.*4.*cap.*3. *ſtatuatur, quod vacante quoquo modo officio Generalatus, Prouincialis illius Prouinciæ in qua Capitulum erat aſſignatum, vel ipſius Vicarius fungatur auctoritate plenaria Prioris Generalis, & conuocet Capitulum Generale, præſideatque in ipſo donec Prior Generalis ſit electus, niſi aliter à Sede Apoſtolica fuerit ordinatum: nihilominus ad impedienda aliqua inconuenientia, quæ in huiuſmodi prouiſione, experientia comprobante, reperta ſunt, ſtatuimus, & mandamus, quod vacante quomodolibet officio Prioris Generalis, ſtatim Procurator Generalis ſit Vicarius Generalis, cum hoc tamen onere, vt vocem paſſiuam non habeat ad Generalatum; & ſi ipſe officium Vicarij Generalis acceptare noluerit, primus Socius Reu. Patris ſuccedat in dicto officio cum eodem onere, & ſi iſte etiam recuſauerit, ſuccedat ſecundus Socius Reu. P. Generalis cum eodem onere, & ſi iſte etiam renuerit, ſuccedat Secretarius Ordinis cum eodem onere; & ſi neque Secretarius voluerit ſe voce paſſiua priuare, in tali caſu ordinamus quod prædicti quatuor Patres vnà cum R. admodum P. Priore Tranſpontinæ ad electionem Vicarij Generalis deueniant per vota ſecreta, & qui plura vota habuerit, ſit ipſo facto Vicarius Generalis, teneaturque officium acceptare cum prædicta conditione priuationis vocis paſſiuæ ad Generalatum, & vt habetur in præfatis conſtitutionibus intra annum à vacatione Generalatus conuocet Capitulum pro Priore Generali eligendo.*

Quod ſi terminum ordinatum plus diſtrahere oporteret, quàm per annum, quia fortè Generalatus officium tali vacaret tempore, quod propter diſconuenientiam temporis non poſſet celebrari Capitulum Generale in Feſto Pentecoſtes immediatè ſequenti, celebretur in alio anno proximo, præſidente eodem Vicario Generali.

Cum autem Generalis eiuſdem Ordinis diem vlti- 2
mum clauſerit de menſe Februarij anni 1647. & in vim eiuſdem decreti Magiſter Hippolitus Seſoldi, tunc Prior Generalis, ad Vicariatum Generalem aſcenderit, & videretur quod ratione talis decreti teneretur conuocare Ordinem pro capitulo Generali celebrando anno 1648. Et ex alia parte inconueniens valdè videretur probis, & prudentibus Religioſis Ordinis, tam citò, & intempeſtiuè, ſcilicet vno ſolo triennio

Digitized by Google

trientnio peracto celebrare capitulum generale magnis
expenſis, & ſumptibus paupetis Religionis, & cum
periculis gremialium venturorum ad capitulum, graſ-
ſantibus præſertim vndique bellis, & itinerum præ-
donibus, vt propterea videretur debere differri vſque
ad annum Sanctum 1650. quo plures Religioſi de-
uotionis gratiâ ſolent Romam accedere: Idcirco ex
parte eiuſdem Reuerendiſſimi Vicarij Generalis ſup-
plicatum eſt Sanctiſſimo, vt non obſtante tali decre-
to capituli generalis anni 1645. prorogaretur alte-
rius capituli generalis celebratio ad dictum annum
Sanctum Jubilæi anni 1650. ad quam petitionem
Sanctiſſimus reſpondit his verbis: *Obſeruentur Con-
ſtitutiones Ordinis*, quam etiam eſſe Sanctiſſimi men-
tem aſſeuerat Eminentiſſimus, & Reuerendiſſimus
Cardinalis Ginettus Ordinis Protector.

Modo quæritur an in vim huius reſcripti, & ora-
culi Sanctiſſimi poſſit idem Reuerendiſſimus celebra-
tionem dicti capituli generalis ad præfatum annum
Iubilæi prorogare.

3 Pro quo præmittendum, valdè differre inter ſe de-
creta etiamſi ſint capituli generalis, & conſtitutiones
Ordinis non ſolùm quantum ad nomen ipſum decre-
4 ti, quod ſecundum Speculatorem eſt idem quod ſen-
tentia diffinitiua, *ff. de re iud. l. decreta, vel interlocu-
toria. ff. de aſſeſſ. l. 1. in fin.* vel illud quod Capitulum,
vel Ordo, vel Vniuerſitas aut maior pars ordinabit,
5 *ff. quod cuiuſque vniuerſit. l. planè*: Conſtitutiones ve-
rò cum conſtitutio dicatur à *Con*, & *Statuo*, ſunt eæ
quæ fiunt à Principe cum ſuis Conſiliariis. Panorm.
in rubric. de Conſtit. Sylueſt. *in Sum. verb. Conſtitutio*:
6 Sed etiàm, & ſpecialiter, quod Conſtitutiones Ordi-
nis important ſolùm illas, quæ in volumine aliquo
comprehenduntur, & ſunt approbatæ à Sede Apo-
ſtolica.

7 Decreta autem Capituli generalis non ſic, ſed
ſunt ordinationes quædam ſcriptæ in libro, ſeu Re-
giſtro Ordinis, & non ſunt approbata à Sede Apo-
ſtolica. Vnde etiam differunt in hoc, quod decreta
Capitulorum Generalium vel non obligant, iuxta
D. Antoninum 3 *part. tit. 24. cap* 2. §. 4. niſi vſque ad
ſequens Capitulum, prout contingit in aliquibus
8 Religionibus; vel eſto quod ſint perpetua, prout
reuera ſunt, quia ſiunt facta per modum legis, de
cuius ratione eſt perpetuitas, nam per illam diſtin-
guitur à præcepto; nihilominus tamen minor de illis
notitia habetur, quàm de Conſtitutionibus Ordinis,
vel quia non practicantur, vel quia facilè traduntur
obliuioni, vel præcipuè quia cùm non ſint auctorita-
te Apoſtolica confirmata, proculdubio faciliùs om-
ninò abrogantur, quàm Conſtitutiones Ordinis, quæ
ab eadem Sede approbatæ ſunt, ac proinde vel nullo
modo, vel difficilè ſaltem abrogari poſſunt. Sic col-
ligo ex Sylueſtro *ſup. d. verb. Conſtitutio*, qui propterea
pro inconuenienti affert, quod ſi hoc non eſſet, acta
Capitulorum generalium, & Ordinationes factæ
collegialiter in Ordine Prædicatorum non differrent
à conſtitutionibus. Vide etiam Barboſ. *in vot. deciſiuis,
vot.* 104.

9 Secundò præmittendum, quod cum Sanctiſſimus in
præfato reſcripto, ſeu oraculo viuæ vocis dixerit,
quod in præſenti caſu obſeruentur conſtitutiones Or-
dinis, proculdubio nomine conſtitutionum Ordinis
non venit Decretum relatum capituli generalis, ſed
Ordinis conſtitutiones.

10 Primò quidem, quia verba ſunt intelligenda, &
interpretanda ſecundum propriam ſignificationem,
& ab ipſa nullo modo recedendum, *l. non aliter, ff. de
leg.* 3. Cranet. *conſ.* 10. *n.* 9. & *conſ.* 105. *n.* x. & *conſ.* 149.
n 7 & *conſ.* 227. *n.* 11. & *ſeq.* & *conſil.* 239. *n.* 3. & 4.
Pariſ. *conſil.* 22. *n.* 6. *lib.* 4. vbi ampliat etiamſi agatur
de præiudicio tertij. Dec. *conſ.* 113. *n.* 6. Surd. *conſ.* 140.
n. 63. & *ſeq.* vbi ampliat procedere etiam in materia
odioſa, quando non præiudicatur tertio, nec iuriſdi-
ctioni ordinariæ, & *conſ.* 288. *n.* 27. Decian. *conſ.* 17.
n. 45. *lib.* 1 & *conſ.* 30. *n.* 22. *lib.* 3. Vnde prouenit quod
vulgò dicitur verba debere intelligi quatenus propria
eorum ſignificatio patitur, *l. cum lege, ff. de teſtam. l.* 1.
§ quod autem, ff. de aleat. c. ad audientiam 12. *de decim.*
Card Mant. *de Conieɛt. vlt. volunt. lib* 8 *tit.* 18. *n.* 35. Bar-
boſa Sen *in l. quia tale, n.* 37. *ff. ſolut. matr.* Rot *dec.* 312.
n. 1 apud Farinac. *p.* 1. *recent.* Cùm ergo, vt dictum eſt,
ſecundum proprietatem verborum conſtitutiones Or-
dinis, & Decreta Generalis Capituli valdè differant,
abſque dubio nomine conſtitutionum Ordinis non
intelligit Sanctiſſimus præfatum Decretum Capituli
Generalis.

Secundò, quia verba debent intelligi iuxta ſubie- 11
ctam materiam, *l. cum pater, §. donatum, ff. de legat.* 2.
l. ſi verò, & ibi Bart. *ff. locati, l. ſed etſi poſſeſſor* 11. §.
item ſi iuramento. ff. de iureiur. l. fin. C. de non num. pecun.
l. cum manu ſata. 1 *fin. ff. de contrahend. empt. l. damni
infecti, in princ. ff de damno infecto, l. fluminum, § hæc
ſtipulatio, eodem tit. l. Proculus, ff. vſufructu, l. ſi ſtipula-
tus. ff de vſuris, l. vbi ita donatur, ff. de donat. cauſ. mort.
l. inſulam, ff de præſcript. verb. l. ſi olei, C. locati, c. Con-
ſtitutus, de relig. dom. c. ſolita, de maior. & obed.* Corn.
conſ. 239. *n.* 5 *lib.* 1. & *conſ.* 138. *n.* 3 *lib.* 3. Ber. *conſ.* 106.
n. 24. *lib.* 1. Alex. *conſ.* 129. *Puto de iure, lib.* 2. & *conſ.*
57. *v ſo, n.* 3. *lib.* 3. Euerar. *in topic. legal. q.* 6. Maſcard. *de
probat. concl.* 1131. *n.* 20. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3.
præſumpt. 104. *n* 28. & plures alij, quos refert Barbo-
ſa Iun. *in tract. de Axiomat. Iur. Axiom.* 222. *num.* 8.
Cùm igitur in ſupplicatione facta ad Sanctiſſimum
ab ipſo peteretur, vt non obſtante dicto Decreto
capituli generalis, prorogare poſſet Generale Capi-
tulum, & ipſe reſponderit quod *obſeruentur Conſti-
tutiones*, non verò reſponderit quod obſeruetur præ-
fatum decretum, clarè videtur inferri, quod etiam
iuxta ſubiectam materiam nomine conſtitutionum
non intellexit ipſum decretum, alioquin facillimo
negotio poſſet reſpondere quod obſeruaretur dictum
Decretum.

Hoc tertiò maximè vrget, quia cùm Sanctiſſimus
ſit Doctor ſapientiſſimus, ac verſatiſſimus in Tribu-
nalibus S. Rotæ Romanæ, & Nunciaturarum Hiſpa-
niæ, & Neapolis, in quibus ſæpè ſæpius cauſæ Re-
gularium agitari ſolent, ad quarum exactam notitiam
neceſſe eſt ſcire, qualiter inter ipſos diſtinguantur
conſtitutiones generales Ordinum, & Decreta capi-
tulorum generalium, nulla ratione, nullòve funda-
mento affirmari poteſt, quod ipſe nomine conſtitu-
tionum Ordinis intellexerit Decretum illud Capi-
tuli.

Præſertim quia de Papa dicitur omnia iura in ſcri- 12
nio pectoris ſui habere recondita, *c.* 1. *de Conſtit. lib.* 6.
Tiraq. *de Nobilit. cap.* 20. *n.* 41. & *c.* 31. *n.* 537. Valaſc.
conſ. 51. *n.* 6. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell* §. 4. *proœm.* *n* 85.
Nullatenus ergo præſumenda de ipſo ignorantia talis
diſtinctionis, quæ potiùs ad ius, & naturam conſtitu-
tionis & decreti ſpectat, quàm ad factum ipſum, de
quo in Papa admitti poteſt neſcientia.

Imò cum Papæ iudicium cœleſte arbitrium appel- 13
letur *in l.* 1. *in fin. C. de Sum. Trinit. & fid. Cathol.* Lotec.
de re benef lib. 1. *q.* 11. *n.* 14. Abb. *q.* 1. *col.* 3. *n.* 3. Cardin.
Tuſch. *tom.* 6. *lit. P*, *concl.* 49. *n.* 87. ſpeciali lumini, &
aſſiſtentiæ Spiritus Sancti tribuendum videtur quod
dixerit, *Obſeruentur Conſtitutiones Ordinis*, non verò
obſeruetur decretum Capituli generalis. Iam viden-
dum, an ex vi Conſtitutionũ Ordinis prorogari poſſit
Capitulum generale vltra terminum præfixum per
dictum Decretum.

Et reſpondendum affirmatiuè. Primò quidem, quia 14
in conſtitutionibus generalibus Ordinis iuſſu Cle-

menris VIII. factis, & authuritate ipſius confirmatis,
ſic habetur 4.p.cap 1.quod eſt de capitulo generali,&
eius Præſidente, & qui poſſunt intereſſe. *Generale*
Capitulum de ſexennio in ſexennium celebretur, niſi
forte propter mortem, & aſſumptionem Prioris genera-
15 *lis ipſum oporteat accelerari, vel niſi ex cauſis rationa-*
bilibus præcedens Capitulum generale diffiniſſet,tempus
eſſe prolongandum. Eadem ſimiliter habentur in aliis
conſtitutionibus generalibus poſterioribus, ſcilicet in
eis quæ factæ ſunt ſub Generali Ioan.Baptiſta Caffar-
do, & in aliis etiam adhuc poſterioribus ſub Generali
16 Gregorio Canali *p.4 cap.1.* quod eſt eiuſdem Tituli, in
quibus etiam additur: *aut prior Generalis iiſdem de*
cauſis in aliud tempus prorogandum eſſe iudicauerit
de aſſenſu RR. Diffinitorum Capituli Generalis. Ex his
enim ſimul iunctis habetur mentem conſtitutionum
generalium Ordinis eam eſſe, vt capitulum generale
de ſexennio in ſexennium celebretur, ac proinde cùm
Sanctiſſimus reſponderit, *Obſeruentur Conſtitutiones,*
poſſe ea vi illarum dictum Capitulum generale pro-
longari, ſaltem vſque ad annum Sanctum præfatum,
in quo quinquennium alterius capituli generalis fi-
nitur.

17 Nec obſtant illa verba, *niſi fortè propter mortem,*
& aſſumptionem Prioris Generalis ipſum oporteat ac-
celerari, quia iſta acceleratio capituli, de qua in caſu
præſenti, non ſolùm non congruit,ſed etiam eſt ma-
ximè diſconueniens Religioni propter indicata in-
18 conuenientia, ſcilicet propter intolerabiles expen-
ſas pauperioris inter Mendicantes Religionis, peri-
cula itinerum, prædonum, &c. ac tam acceleratam,
& intempeſtiuam Capituli generalis celebrationem.
Immò ex iiſdem verbis colligi poteſt contrarium.
Dictio enim *Niſi*, eſt excluſiua aliorum caſuum,præ-
ter numeratos, *ex l.qui aliena, §.ſi libertas, ff de neg.*
*geſt. cap ſi duo, de procurat. in 6. cum concord.citat.*per
Crauet. *conſ.155. n.1.*Iacob.Sbroz. *de Vicar. Epiſcop.*
*lib.2.q.111.n.5.*Nicol.Gara *de benefic.p.1.c.5. num.70.*
Barboſ. *in tract de dict.vſufreq. Diction.127.n.4.* Cum
ergo ſolum concedatur acceleratio capituli generalis
citra ſexennium, quando id oporteat fieri propter
mortem, vel aſſumptionem Generalis, cùm in caſu
noſtro id non oporteat, ſed potius oporteat contra-
rium, vtique dicendum, ſeruari debere dictam con-
ſtitutionem de celebratione capituli ſolùm de ſexen-
nio in ſexennium.

19 Expendenda etiam eſt dictio illa, *Fortè*, quæ eſt
nota dubitationis, vt *in l. vrbana prædia, & in l.ab-*
ſentem. ff de verbor. ſignific. & in l inuite, & l.filiuſ-
fam ff de procur & in l ſi duo, & ibi Gloſſ *ff. de re-*
ceptis arbitris, & in l. & ſi forte in princ. §.1.ſi ſerui-
tus vindicetur, & in l.1.§.1 iuncta gloſſa verb. adiecta
cauſa, ff de rei vend. & in cap.2.de ſponſal. & tradunt
Rebuff.Pariſ.Iaſ. Ludouicus Gomez, Menoch.Thuſ-
cus, Cened. & alij, quos refert, & ſequitur Barboſa
*in tract.relat dict.127.n.1.*Ex hoc enim infertur, Re-
ligionem maximè dubitaſſe de hoc, quod poſſit dari
cauſa accelerandi capitulum generale citra ſexennium,
etiam pro caſu mortis, vel aſſumptionis Prioris
Generalis.

20 Inſuper expendenda illa, *vel niſi ex cauſis rationa-*
bilibus præcedens Capitulum Generale diffiniſſet tempus
eſſe prolongandum. Ex eis enim videtur inferri,
quod licet Capitulum generale poſſit prorogare ca-
pitulum vltra ſexennium, non tamen poſſit illud ac-
celerare infra, intra, vel citra ſexennium, ſiquidem
primum ipſi conceditur, non verò ſecundum.

21 Neque etiam obſtant illa addita in poſterioribus
Conſtitutionibus: *Aut Prior Generalis iiſdem de*
cauſis in aliud tempus prorogandum eſſe iudicauerit de
aſſenſu RR. Diffinitorum Capituli Generalis; ex quibus
videtur ſequi, quod Generalis, ac Vicarius generalis
non poſſint id facere, niſi aſſentientibus Diffinito-
ribus capituli generalis.

Primò quidem, quia videtur eſſe ſermo de proro-
gatione capituli generalis facienda alio capitulo ge- 22
nerali præcedenti, & tempore quo celebratur; tunc
enim ſolum habent ſuam authoritatem Diffinitores
capituli generalis, non verò de prorogatione facien-
da extra illud.

Secundò, quod eſt maximè notandum, quia vt
conſtat ex ipſiſmet conſtitutionibus, tam antiquis,
quàm modernis, *part.1.cap.1.num 9.* Generales (idem
dico de Vicariis generalibus, quia ſuccedunt ipſis in
eadem authoritate) poſſunt facere ſe ſolis, quæ Diffi-
nitores facere poſſunt. Dicitur enim ibi: *Etiam com-*
mittimus eidem quod poſſit omnia facere, quæ nos Dif-
finitores facere poſſumus: abſolutionibus Priorum
prouincialium liberè, ſine culpa, & eorum inſtitutioni-
bus pro libito, vbi poteſt fieri electio, & apertione ſi-
gilli communis Ordinis dumtaxat exceptis Cùm ergo
ex vi prædictæ conſtitutionis poſſit Generalis proro-
gare capitulum generale aſſentientibus Diffinitoribus,
poterit id facere ſine illis, ſiquidem ipſimet com-
mittunt vniuerſalem facultatem faciendi omnia, quæ
ipſi facere poſſunt, illis tribus exceptis. Certi enim
iuris eſt,quod cùm alicui conceditur facultas faciendi
aliquid de aliorum conſenſu, ſi illi ſe remittant ipſius
prudentiæ, factum eſſe legitimum, ſiue conſenſus
præcedat, ſiue ſequatur actum, Antonius Gomez
*l.53.Taur.n 6.*Tiraq.*de iure mar. gloſ.6. à n.1.* Flamin.
lib.8 q 8. à n.105 Cald. Pereira *de extinct. emphyt.*
*c.11.n.7.*Vioian. *lib.4 c.11. n.36. in 2. edit.*

Minùs obſtat, ſi objiciatur Decretum illud capituli 23
generalis relatum, quatenus in illo præſcribitur tem-
pus celebrandi capitulum generale poſt mortem Ge-
neralis, eodem vel ſequenti anno. Etenim iuxta di-
cta in præcedentibus ex mente Sanctiſſimi, Religio
quantum ad hoc punctum prorogationis capituli,
non debet attendere præfatum decretum, ſed ad con-
ſtitutiones generales Ordinis. Deinde cum in dicto
Decreto non abrogentur conſtitutiones generales,ſed
ſolùm illa conſtitutio, quæ habetur *part.4. cap.3.*
vt patet ex verbis ipſius, & in qua dicitur,quod mor-
tuo, vel aſſumpto generali, ſit Vicarius Generalis
Ordinis ille Prouincialis illius Prouinciæ, in qua ca-
pitulum generale erat aſſignatum; vtique nihil per
ipſum derogatur conſtitutioni illi, *ex 4 p.c.1.*à nobis
relatæ.

Præſertim quia lex poſterior non abrogat priorem, 24
niſi de ipſa faciat expreſſam mentionem iuxta ali-
quos Authores, præſertim Spinum *in ſpecul. teſtam.*
gloſſ.30 princ. num.10, Barboſam *in Collect. Doctor. in*
cap.Eam te, de ætat.& qualit. qui id colligit *ex d cap.*
Eam te; vel ex eo quod oppoſitum ſit dicendum,iuxta
alios quos retuli, & ſequutus ſum *tom.4. verb. leges*
regni. n.53. id tamen intelligitur,vt eodem loco dixi,
quando lex prior non loquitur pro caſu ſpeciali ſo-
lùm, prout contingit in propoſito.

Deinde ſecundò, quo non ſolùm efficaciter con-
cluditur,poſſe Reuerendiſſimum Vicarium Generalem
prorogare celebrationem dicti capituli generalis, ſed
etiam id facere poſſe non obſtantibus quibuſcunque
conſtitutionibus, & etiam Decreto illo Capituli ge-
neralis, quod affertur. Nam certum eſt, generalem
Carmelitarum, ac per conſequens etiam Vicarium
generalem, qui omnimoda cum ipſo poteſtate pollet, 25
poſſe facere ſe ſolo quidquid totum capitulum gene-
rale facere poteſt. Hoc enim colligitur ex verbis ſu-
periùs relatis *part.1. conſtitut. cap.1.num.9.* vbi dici-
tur: *Etiam committimus eidem, quod poſſit omnia fa-*
cere, quæ nos Diffinitores facere poſſemus, abſolutioni-
bus Priorum Prouincialium liberè, ſine culpa, & eorum
Inſtitutionibus pro libito, vbi poteſt fieri electio, &
apertione

apertione ſigilli communis Ordinis dumtaxat exceptis. Cùm enim Diffinitores capituli generalis in Ordine noſtro nullam extra ipſum capitulum authoritatem habeant, ſed ſolùm in capitulo, imò ipſi ſint, & repræſentent totum capitulum generale, eum Priori generali concedunt totam authoritatem, quam habent, præterquam in illis tribus caſibus, proculdubiò liquido conſtat committere illi totam authoritatem capituli generalis, ac perinde quod eum capitulum generale poſſit prorogare, & abbreuiare celebrationem capituli generalis rationabili cauſa ſubſiſtente, non obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus, aut Decretis generalibus in contrarium, ita etiam id facere poſſit Prior generalis, vel Vicarius generalis.

26 Tertiò ad id quoque deſeruit, quod ex vi Generalatus officij poteſt generalis, ſeu Vicarius generalis diſpenſare in conſtitutionibus Ordinis, prout patet non ſolùm ex eiſdem conſtitutionibus loco relato *num.*15. illis verbis: *Sciat Reuerendiſſimus Pater Ordinis quod habet quidem plenam poteſtatem diſpenſandi in ius conſtitutionibus, non tamen ſine iuſta, & legitima cauſa.* Sed etiam ex vi Iuris communis iuxta dicta *tom.*1.*Summa.c.*8.*n.*23.*&* *c.*18.*n.*54. de quo Medina 1.2 *q.*97 *art.*4. *concl.*1. Mirand. *in Man tom.*2.*q.*30. *art.*11. Suar.*tom.*4. *de Relig tract.*8 *lib.*6.*c.*12. Rodrig. *tom.*1 *qq.Regul q.*26.*art.*1. Peirin.*tom.*2. *de Prælato q.*1. *c.*8 *n.*15. ex alijs: Si autem hanc facultatem habent Generales ſuper diſpenſationem conſtitutionum generalium Ordinis, manifeſtè ſequitur etiam habere illam ſupra decreta generalium capitolorum, prout in ſpecie id explicat Peirin. relatus.

27 Nec huic opponitur, quod in noſtris conſtitutionibus eo *c.*1 *p.*2 *n.*9. dicatur de generali: *Non poterit tamen illud, quod in Capitulis generalibus ſtatutum fuerit, vel ordinatum caſſare, vel irritare, ſed in exemplum aliorum illud diligenter obſeruare, & ad obſeruandum alios efficaciter inducere, & coarctare, quia leges condere, & non obſeruare, eſt Ordinem illudere, & animas fratrum illaqueare.* Nam immediatè ſubditur: *Niſi fortè aliquid foret, quod ipſi per has conſtitutiones reſeruaretur, & eſſet ipſi commiſſa facultas idem mutandi, etſi videbitur expedire, aliter faciendi.* Cùm ergo eodem *n.*9. adiungantur illa verba: *Etiam committimus eidem quod poſſit omnia facere, quæ nos Diffinitores facere poſſemus, &c.* & *n.*11. *Sciat Reuerendiſſimus Pater Ordinis, &c.* manifeſtè infertur, ne dicamus has leges ſibi eſſe contrarias, quod verba relata intelligenda ſint, prout dicitur eo *n.*11. ſine iuſta, & legitima cauſa. Quæ quidem, vt ex dictis conſtat, in præſenti caſu manifeſtè reperitur.

28 Et de nouo emergit, ac per conſequens ratione illius recedi poteſt à quacunque conſtitutione, iuxta axioma illud: ea quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, quod etiam in conſtitutionibus, quæ tendunt ad noxam, admittitur à Doctoribus, ſpecialiter Crauetta *conſ.*264.*n.*5. Aucharano *conſ.*84.*num* 4. Rolando à Valle *conſ.*1. *num.*159.*lib.*2. & Barboſa *in tract. de Axiom. axiom.*81.*n.*3.

29 Ex his porrò concludendum poſſe Reuerendiſſimum Vicarium generalem in vim oraculi Sanctiſſimi quo dixit, *Obſeruentur Conſtitutiones Ordinis*, & ipſarum conſtitutionum prorogare celebrationem capituli generalis vſque ad annum Sanctum 1650. quo tempore plures Religioſi ex diuerſis nationibus aliàs Romam confluere ſolent, de conſilio tamen ſuorum Aſſiſtentium, non obſtante præfato Decreto capituli generalis celebrati anno 1645.

Adhæſit autem huius ſententiæ Sapientiſſimus P. Antoninus Diana, vt patet ex ſequenti ſubſcriptione.

Idem ego ſentio Antoninus Diana C.R.

Quia tamen his non obſtantibus, Sanctiſſimo bene viſum fuit, vt tale capitulum generale non prorogaretur, propter motiua aliqua, quæ de nouo emerſerunt, ideo ſub anno 1648. celebratum fuit, & in eo prouiſum in poſterum pro occaſione vacationis Generalatus.

CONSVLTVM XXXVII.

De quodam contractu alienationis facto à quibuſdam Religioſis.

SVMMARIVM.

1 *Factum.*
2 *Caſus reſolutio.*
3 *Ad omnem contractum alienationis bonorum Eccleſiæ requiritur conſenſus Apoſtolicus.*
4 *Verba* Extrauag. Ambitioſæ.
5 *An talis contractus ſit validus, & quomodo.*
6 *De Emphyteuſi, & eius ratione.*
7 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica quando eſt licita ſine conſenſu Sedis Apoſtolicæ.*
8 *Vtilitas Eccleſiæ debet plenè probari.*
9 *Maximè tempore alienationis.*
10 *Ad quod tempus attendendum eſt.*
11 *Vt ſit valida Emphyteuſis, quid requiratur.*
12 *An contigit in præſenti contractu.*
13 *Spatium 40. annorum quid importat.*
14 *Quando emphyteuſis dicitur confirmatoria, & quando noua.*
15 *An emphyteuſis poſſit fieri in perpetuum.*
16 *Per perſonas generationes denotantur.*
17 *An obſtent iura contraria, & quomodo illa intelligantur.*
18 *An poſſit ſuſtineri hic contractus in vim locationis.*
19 *Ex Emphyteuſi ad locationem valet argumentum.*
20 *Locatio longi temporis æquiparatur Emphyteuſi.*
21 *An obſtet præſcriptio.*
22 *Contra bona Regularium quo ſpatio currit præſcriptio.*
23 *Priuilegium Eugenij IV.*
24 *Quid de iure communi.*
25 *Clauſula*, Quatenus opus eſt, *quid importat.*
26 *Et eius explicatio.*
27 *Quatenus valere poſſit huiuſmodi contractus. Regula illa,* vtile per inutile non vitiatur, *ibid.*
28 *Duæ S.Rota Rom. deciſiones.*
29 *Alia Placentina* bonorum.
30 *Alia Romana* Caſalis.

IESVS MARIA.

CASVS.

DE anno 1681. Fratres, & Conuentus Ordinis N. Roccilionis contractum fecerunt cum Maſſotto vice, & nomine Perſiæ, Lydiæ, & Euphemiæ filiarum, & hæredum Artemij hæredis Petri Angeli Valerij quo quatenus opus ſit denuò dederunt, & locauerunt quoddam terrenum cum omnibus, & ſingulis ſuis iuribus ſub onere ſoluendi de Canneto illius terreni ſex iulios quolibet anno, & pro reſiduo dicti terreni ad ſextum redditum, &c. Quæritur de validitate talis contractus. 1

Reſponſio

Reſponſio.

2 Credo talem contractum irritum, & inualidum,
ac nullius momenti eſſe, ac per conſequens iure ipſo
reſciſſum, vel reſcindendum, ac prædictum terre-
num deuolutum ad dictum Conuentum. Ratio eſt,
quia talis contractus nullo pacto fuit initus de con-
3 ſenſu Sedis Apoſtolicæ, qui neceſſariò requiſitus eſt
ad omnem contractum alienationis bonorum ſtabi-
lium Eccleſiæ, maximè regularium. *Extrauag. Ambi-
tioſa, de reb. Eccleſ. non alien.* ibi: *Omnium rerum, &
bonorum Eccleſiaſticorum alienationem, omneque pa-*
4 *ctum per quod ipſorum dominium transfertur, con-
ceſſionem hypothecam, locationem, & conductionem vl-
tra triennium, necnon infeudationem, vel contractum
emphyteuticum, &c.* Et infrà: *Inconſulto Romano Pon-
tifice,* & inferiùs: *Alienata res, & bona huiuſmodi ad
Eccleſias, Monaſteria, & loca pia, ad qua ante aliena-
tionem huiuſmodi pertinebant, libere reuertantur. DD.
communiter ibi,* Filliucius *tom. 3. tr. ct. 44. c. 1.* Riccius
*in prax. rerum for. Eccleſiaſtici, deciſ. 115 cum ſeqq. in 1.
edit.* aliàs *reſol. 100. cum multis ſeqq in 2. edit.* Quaranta
in Sum. Bull. verb. alienatio rer. Eccleſ.

5 Fundamentalis autem ratio eſt, quia talis contra-
ctus non poteſt eſſe validus, neque in ratione contra-
ctus emphyteutici, neque in ratione contractus lo-
cationis, ſeu conductionis. Non in ratione contra-
ctus Emphyteutici, quia id nullo modo exprimitur in
inſtrumento, cum potius ibi bis habeatur verbum
locauerunt, quod denotat locationem, quæ eſt con-
tractus diuerſus ab emphyteuſi, & verba in propria
non in impropria ſignificatione ſunt accipienda, *l. non
aliter, ff. de legat. 3.* Grauet. *conſ. 20. n. 9. & conſ. 105. n. 2.
& conſ. 149. n. 7. & conſ. 227. n. 11.* Pariſius *conſ. 22. n. 6.*
6 *lib. 4.* Decius *conſ. 113. n. 6.* Deinde, quia dictum ter-
renum non fuit datum ad meliorationem, ſeu vt me-
lioraretur, quod videtur eſſe de ratione emphyteuſis,
vt ipſum nomen ſonat, quod eſt *implantatio*, vel
inſitio, prout contingit quando datur ager vt conſe-
ratur arboribus, vel ſegetibus. Leſſius *de iuſt. & iure,
lib. 2. cap. 24. dub. 1. n. 3.* Introductus eſt enim ille con-
tractus ad fœcundandas terras. Card. Lugo *de iuſt. &
iure, tom. 1. diſp. 2. sect. 4. n. 65. & tom. 2. diſp. 29. sect. 5.
num. 86.*

7 Præterea, quia tunc ſolum emphyteuſis eſt licita,
inconſulta Sede Apoſtolica quando ad illam concur-
runt ſimul tres conditiones, ſcilicet prima, quod fiat
in caſibus à iure permiſſis, ſecunda, quod de bonis
ſolitis ab antiquo dari in emphyteuſim; tertia, quod
fiat cum Eccleſiæ euidenti vtilitate. *Extrauag. Am-
bitioſæ,* DD. *ibid* Panormitanus *ſup. de reb. Eccleſ.
non alienand. à num. 9.* Iulius Clarus *§ Emphyteuſis,
quæſt. 6.* Molina *de contractib. diſput. 4. 8. num. 17.*
Quaranta *ſup. num. 19.* Poſt multos alios. Hæ autem
8 conditiones non fuerunt ſeruatæ in tali contractu.
Nam quidquid ſit de prima, certum eſt in illo non
fuiſſe verificatam tertiam conditionem de euidenti
Eccleſiæ vtilitate, ſiquidem fratres, & Conuentus
commemorati conqueruntur de eo, & volunt reſcin-
9 di, & declarari nullum, & irritum ob damnum quod
ipſis contingit ex ipſo, & maiori fructu, & emolu-
mento quod ſperant, ſi dictum terrenum ad ipſos de-
voluatur. Et vtilitas Eccleſiæ debet plenè probari.
Bartol *in l. ſi facto, ff. de caſtrenſ. pecul.* Federicus de
Senis *conſ. 143. circa fin.* Alexand. *conſ. 160. num. 5.*
Rota *deciſ. 181. num. 3. p. 1. & dec. 475. n. 1. p. 1. diuerſ.*
Imò tempore alienationis debet probari euidens, cla-
ra, & indubitata. Baldus *conſ. 256. circa med. verſ. præ-*
10 *terea,* Corneus *conſ. 244. n. 1. lib. 2.* Barbat. *conſ. 4. in
princip. lib. 1.* Inſuper quoad hoc attendendum eſt ad
tempus vltimæ alienationis, non ad tempus aliena-
tionis antiquæ. Carolus de Graſſis *deciſ. . num. 16. de
reb. Eccleſ. non alienand.* Riccius *in prax. deciſion. 5.*
Rota in cauſa *nullius Caſtri, 9. Martij* 1580. coram
Brauo, *in Romana domus, 29. Nouemb.* 1587. coram
Blanchetto. Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc. p. alle-
gat. 95 num. 34.*

Maximè verò emphyteuſim iſtam nullã & inualidã 11
fuiſſe conuincitur propter defectum ſecundæ condi-
tionis; non enim fuit de bonis ab antiquo dari ſoli-
tis in emphyteuſim, prout requirebatur à vi *d. Ex-
tranag. Ambitioſa.* Ad hoc enim neceſſariò require-
batur vt præceſſiſſent duæ conceſſiones eodem modo
factæ, vt de communi ſententia refert Quaranta *ſup.
n. 40. §. notandum,* ex Iulio Claro Genuenſis *c. 60. n. 5.* 12
Bordonus *reſol. 27. n. 41.* vel ſaltem vna ſolemnis, &
valida cum ſpatio 40. annorum, prout ex ratione Re-
buffi, Decio, & pluribus aliis firmat Barboſa *ſup.
n. 36.* & ex aliis Doctoribus, & Rotæ deciſionibus
Tamburin. *de iure Abbat. tom. 3. diſp. 14. quæſit. 7. num. 3.* 13
quod non contigit in præſenti, ſiquidem prout con-
ſtat ex inſtrumento huius contractus tantum præceſ-
ſit conceſſio illius terreni facta Petro Angelo Valerio
annis proximè elapſis, vt ibi dicitur, per quos ne-
queunt denotari quadraginta anni, cum ſpatium qua-
draginta annorum longum tempus, & remotum dici
debeat, iuxta communem DD.

Caſu verò, quod ſecunda illa conceſſio valida eſſe 14
poſſet in vim prioris neceſſarium omnino eſſet, vt
fieret eodem modo quo prima, ſeu iuxta modum,
quo terrenum traditum fuit in prima, & cum eiſdem
circumſtantiis; ſi enim addita eſt noua conuentio, aut
noua qualitas tunc facit vt non poſſit dici confirma-
torium primæ conceſſionis, ſed noua, diuerſa ab illa, ac
per conſequens quod non verificentur verba illa
Extrauagantis, *Ac de rebus, & bonis in emphyteuſim
ab antique concedi ſolitis.* Iulius Clarus *q. 6.* citata, &
verbo *feudum, q. 4.* Molina *d. diſp. 468. n. 19.* Quaranta
ſup. n. 40. ca plu. bus etiam DD Bonac. *de Contr. diſp. 3.
q. 8. punct. 4. n. 30.* Bordon. *ſup.* Tambur. *n. 2.* Barboſa *ſup.
n. 32. & 33.* ex variis etiam Rotæ deciſionibus.

Hoc autem non contingit in præſenti, cum in hac
ſecunda conceſſione conceſſum fuerit illud terrenum
auctum, alteratum, & melioratum quoad in querque-
to, Canneto, & Sterpaho, quæ non erant primitus
in dicto terreno, quando primò conceſſum eſt dicto
Petro Angelo. Deinde in hac ſecunda conceſſione
conceſſa ſunt hæc omnia dictis Perſiæ, Lydiæ, &
Euphemiæ, quibus non erant conceſſa in prima
conceſſione, vtpote ſolum facta dicto Petro An-
gelo.

Quatenus etiam contractus iſte in vim emphy- 15
teuſis validus eſſe poſſet, non poterat in perpetuum
fieri, niſi pro ſuſcipiente, & filiis, & nepotibus
ipſius, *c. Apoſtolicus 12. q. 2. Authent. de non alienand.
§. alienationis,* vbi Gloſſa *verſ. in perpetuum.* Molina
ſup. diſp. 467. n. 1. & diſp. 469. n. 3. præſertim loquens
de emphyteuſi Eccleſiaſtica, quando aliud non ex-
primitur, & conſuetudo patriæ ita exigit, prout in
præſenti Barboſa *de iure Eccleſiaſtico lib. 3. c. 30. n. 23.*
Ex quo euidenter ſequitur hoc tempore deuolutum
eſſe dictum terrenum ad Monaſterium, ſiquidem tres
illæ generationes, quibus conceſſum fuit, iam ſunt 16
extinctæ ob mortem perſonarum, quæ ibi nume-
rantur, & quia per ipſas perſonas generationes de-
notantur, prout ex pluribus Doctoribus, & S. Rotæ
deciſionibus demonſtrat Barboſa *ſup. n. 14.* Nec obſtat
contra hoc quod *Authent. de alienat. & emphyt. § Si
verò quadam, & § licentiam, c. hoc ius porrectum, §.
perpetua, & §. Si quis verò 10. quæſt. 2.* permiſſa fuerit
emphyteuſis etiam bonorum Eccleſiaſticorum in
perpetuum. Quia hoc intelligitur quando res quæ in
emphyteuſim datur, eſt deſtructa, & ex qua nulli
redditus

redditos percipiuntur, nec per Eccleſiam valent meliorari. Barb. *ſup.n.*23.

17 Quod autem nec in vim contractus locationis poſſit ſuſtineri præſens contractus euincitur, manifeſtè non ſolùm quia in dicta *Extrauag. Ambitioſa*, omninò interdicitur, caſſatur, & annullatur locatio vltra triennium ſine conſenſu Sedis Apoſtolicæ, ſed etiam

18 quia ex emphyteoſi ad locationem valet argumentum, data rationis paritate, vt docet Bened. Ægydius *in repet. l. ex hoc iure, ff de iuſtit. & iur. part.*1.*c.*9. *n* 8. Locatio enim longis temporis æquiparatur emphyteuſi, ſicuti ſcribunt Bart. Peret. *ad Extrauag.*

19 *Ambitioſa, de rebus Eccleſ.non alien. c.*2.*n.*38. Card. Mantica *de tacit. & ambig convent. libro* 22. *tit.*2. *n.*55. Molina *de iuſtit.tract.* 2 *diſp.*445. *verſic. hinc oritur*, Leſſius *in ſimili tract lib.*2.*c.*24.*dub.*1.*n.*4. Ex hoc autem elicitur quod quemadmodum contractus iſte in vim emphyteuſis eſt irritus, & inualidus, ſic etiam in vim locationis.

20 Nec contra dicta obſtat præſcriptio Imaginata, quæ vt aliqui autumant, adeſt in præſenti tertero pro illud poſſidentibus contra prædictum Monaſterium non ſolum quia contra bona Regularium non currit præſcriptio niſi ſpatio 100 annorum propter

21 priuilegium Eugenij IV. pro Benedictinis, de quo etiam participant Fratres, & Conuentus de quibus

22 in præſenti, prout dixi *tomo quarto mea Summæ, q.*7. *Regular.verb. Priuilegia Regular.n.*15. ex Rodriguez, Ioanne de Cruce, Portello, & Tamburino; ſed etiam ſtando in iure communi, quia ſi emphyteuſis

23 titulo præſcriptionis comparetur non ad longius tempus cenſenda eſt præſcripta, quàm ad tres vitas, ſiue deſcendentium tantùm, ſi Emphyteuſis Eccleſiaſtica ſit, ſiue etiam extraneorum, ſi ſit non Eccleſiaſtica.

24 Ratio eſt, quoniam non in longius tempus titulo præſcriptionis cenſenda eſt comparata, quàm in minimum, & præſertim in id, in quod frequentius conſueuit tradi. Ita cum Bald.Con.s. *variar. reſ.c.*16. *n.*6. Mol. *diſp.*469. *n.*4. Præſertim quia clauſula illa poſita in Inſtrumento huius contractus, ſcilicet, *quatenus opus eſt*, eſt limitatiua, iuxta tradita per Dec. *conſ.*385. *n.*2. Ber. *conſ.*140. *num.*17. *volumin.*2. Surd. *conſ* 186.*n.*14. & alios apud Barb. *in Dict.vſufrequent. dict* 312. Ex quo infertur limitandum eſſe tempus talis contractus ſolùm ad tres illa generationes, vel perſonas ibi nominatas, non in perpetuum.

25 Quod etiam maximè colligitur, ſi dicamus eam clauſulam eſſe ſolùm conditionaram, & nihil ponere in eſſe prout habet Rota apud Paulum de Rubeis *dec.*188 *n* 8 *tom.*2 *diuerſ.* Ex hoc enim infertur ſolum explicari debere iuxta modum licitum, & ordinarium, qualis eſt ad tres illas vitas.

26 Id tamen admitti poteſt de hoc contractu, ſiue ſit emphyteuſis, ſiue locationis, quod quamvis factus vltra legitimam, ſolitamque metam non valeat, nec ſubſiſtat; valeat tamen, & ſubſiſtat quatenus fieri potuit. Regula etenim illa generalis pro omnibus diſpoſitionibus, *Vtile per inutile non vitiatur*, in ſeparabilibus, & diuiſibilibus communiter eſt recepta. Quod probant iura, & DD. apud Barb. *in Axiomatib. iuris, axiom.*231. & Dian. *p.*8. *tract.*7. *reſol.*30. apud quos plura ad intentum.

27 Circa hanc materiam alienationis bonorum Eccleſiaſticorum offero lectori duas ſequentes S.Rotæ Rom. deciſiones coram Seraphino.

Placentina Bonorum.

Coram Domino Seraphino, 7. Aprilis 1581.

ARGVMENTVM.

Alienatio rei Eccleſiaſticæ facta ab Abbate abſque euidenti cogente neceſſitate, vel vtilitate inualida eſt, non obſtantibus litteris, *ſi in euidentem*, & confirmatione Apoſtolica ſubſequuta. Quæritur etiam hic vtilitas Eccleſiæ quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei Eccleſiaſticæ, non niſi ob euidentem Eccleſiæ vel neceſſitatem, vel vtilitatem, fieri debet.*

2 *Et requirit talis alienatio cauſam, & ſolemnitatem.*

3 *Papæ authoritas omnes ſolemnitates ſupplet.*

4 *Defectus cauſæ alienationis, interpoſitionem decreti Iudicis ſuper ea factam, nullam reddit, &* num.5.

6 *Pro decreto in dubio præſumitur.*

7 *Probatio contra decretum Iudicis in dubio admittitur.*

8 *Abbas pecunias Monaſterij dilapidans, de proprijs bonis refundere tenetur.*

9 *Inquiſitio, de quibus bonis fieri deberet comparatio rei, quæ prætenditur, vtilis eſt ad cauſam ipſam principalem, & euidentem Eccleſiæ vtilitatem ſpectat.*

10 *Bona Eccleſiæ non ſunt alienanda, quando ex pecuniis Eccleſiæ ſatisfieri, & prætenſi debiti ratio poteſt.*

11 *Falſa expreſſio in reſcripto Papæ, ſi in euidentem, non attenditur, &* n.12.

13 *Inquiſitio, quid prius expediat alienare, neceſſaria eſt, ſi alienatio ſit ex cauſa vtilitatis, &* num.14.

DECISIO.

FVIT concluſum, alienationem terrarum, de quibus agitur, fuiſſe nullam non obſtantibus litteris, *ſi in euidentem*, & confirmatione 1
ſubſequuta. Etenim in huiuſmodi alienationibus copulatiuè requiruntur cauſa, & ſolemnitas, nec vnum 2
ſine altero ſufficit, vt per DD. *in c.Sine exceptione* 12. *q.*2. vbi lariſſimè Laur. de Rodulf. *in* 3.*q.* Couar. *var. reſolut lib.*2.*c.*17 *n.*2. Et licet authoritas Papæ ſuppleat 3
ſolemnitates, iuxta *conſ.* Abb.47.*lib.*1. Non tamen ſupplet defectum cauſæ, imò defectus cauſæ reddit nullam interpoſitionem decreti ſuper alienatione Gemin. 4
*conſ.*48.*n.*9. Tunc enim verificatur conditio ſub qua Papa reſcripſit, nempe ſi cedebat in euidentem, vel neceſſitatem, vel vtilitatem Eccleſiæ; ideo ſi neutrum verificatur, nulla eſt interpoſitio decreti. Ruin. 5
*conſ.*68.*n.*5 *lib.*1. Et licet pro decreto in dubio præſumatur, vt aliàs fuit dictum, tamen admittitur probatio in contrarium, quod non ſubſit neceſſitas, ne- 6
que euidens vtilitas, quæ quidem hoc caſu concludenter probata videntur. Cum enim Abbas de anno 1519. vendidiſſet bona Eccleſiæ tanquam patrimonialia pro lib.1744. ipſe ſaltem erat debitor Eccleſiæ 7
prædictæ quantitatis, *cap. ſtatuimus, cum duobus ſeqq.* 12.*q.*2. cumque per quindecim dies ante celebrationem

cont. actus

contractus de quo agitur, idem Abbas conſequutus fuerit libras ſexmilie ex tranſactione inita cum Bottis, apparet, quod non ſuberat neceſſitas alienandi; cum enim debitum, quod vigebat, eſſet tantum librarum 1998. & Commendatarius haberet in manibus lib. 7744. ſatis apparet nulla eogente neceſſitate factam fuiſſe alienationem.

8 Neque obſtat quod reſponderut quantum ad libras 1741. non præſumi quod extarent, quia de ſuo proprio Abbas tenebatur refundere, vt *d c. Statuimus, 12. q.2.* Non obſtat quod poſſet aliam ſummam ſex mille librarum tanquam fructus Abbatiæ pro ſe retinere, quia hoc procedit, quando non ſubeſt neceſſitas alienandi, alias debet ex fructibus ſi poteſt. prouidere, non autem bona Eccleſiæ alienare, *gloſſ. 1. in verb. defenſore. de reb. Eccleſ. non alienand. n.6.* & ibi Ioan. Monach *n.3.* Abbas *c. Nulli, n. 5. de reb. Eccleſ. non alien.* Syluest. *in verb alienatio, n.1.* Tabien. *q.16. n.4.* Soc. *conſ.29. n.16. lib.1.*

Quantum verò ad vtilitatem, probatur eam non ſubeſſe, imò conſtare de damno, ex quo poterat Abbas ex illis pecuniis tedum reſtituere melioramenta, ſed emere aquas, quibus indigebat; nam pro his omnibus ſufficiebant libræ 6998. Et ipſe habebat in manibus libras 7744. & ita omnibus ſolutis ſupererãt et adhuc libræ 746. ergo non fuit vtile tunc temporis vendere prædicta bona pro aquis emendis, quas comparare poterat ex pecuniis penes eum exiſtentibus.

9 Inquiſitio enim, de quibus bonis fieri debebat comparatio rei, quæ prætenditur vtilis, eſt inquiſitio circa cauſam principalem ipſius alienationis, & ſic circa euidentem vtilitatem. Feder. de Sen. *conſ.149. num.2.* Franc *c.1. n 19 de reb. Eccleſ. non alienand.* Et negari non poteſt quin expreſſio omnium iſtorum non ſolùm reddidiſſet Papam difficiliorem ad concedendum alienationem, ſed etiam ipſum penitus retraxiſſet, & ideo videtur ſuppoſita pœna Pelagani, ne hoc negotium, & facilitas conſequendi aquas ſine alienatione aliorum bonorum detegeretur.

10 Non obſtant è contrario deducta, & primò quod dicitur has pecunias fuiſſe in melioramentis expoſitas, quia hoc non probatur, & plura deducuntur, quæ contrarium ſuadent, ſed vt hoc admittatur, ſi res ita ſe habet, apparebit ex alio de damno. Nam euidens vtilitas aliàs conſiderata non prouenifſet ex illis libris 3000. quibus comparatæ ſunt aquæ, ſed ex aliis ſex millibus impenſis in melioramentis, & ideo quod dicitur, nihilominus contractum in ſe fuiſſe vtilem, non ſatisfacit; quia cum omnia poſſent commodè fieri ſine bonorum alienatione, damnoſum fuit Eccleſiæ vno, & eodem tempore priuari bonis. & pecuniis, præterquam quod reſcriptum eſt ſubreptitium, & nullum, vt ſuprà deductum eſt, vt per Ruin. *conſ.17. n.26. lib.1.*

11 Neque obſtat quod in huiuſmodi litteris, *ſi in euidentem*, non attenditur falſa expreſſio, quia Papa ſolum habet præ oculis eoidentem vtilitatem tanquam cauſam finalem, vt per Soc. *conſ.5. num.12. lib.1.* hoc
12 enim procedit quando ſubreptio non verſatur circa
ipſam cauſam, tunc enim ſine cauſa Papa non fuiſſet
conceſſurus. Dec. *conſ.147. num.5. & 6.* Et hoc eſt quod
Feder. *d. conſ.149.* voluit, quod quando alienatio fit
13 ex cauſa vtilitatis, ſit neceſſaria inquiſitio quòd po-
tius expediat alienare, quia hoc eſt inquirere de ipſa
cauſa alienationis; ſecus verò quando fit ex cauſa ne-
ceſſitatis, ſufficit enim quod ſubſit neceſſitas.

14 Et eo magis hæc procedunt, ex quo in ſimilibus alienationibus requiritur non ſolùm neceſſitas, ſed etiam quod ſit euidens vtilitas. Corn. *conſ.143. n.3. lib.2.* Barboſa *conſ.540. lib 1. cum alleg.* Et ideo ex his, omiſſis aliis fundamentis, quæ leuiora Dominis viſa ſunt, concluſum, *alienationem neque neceſſariam, neque vtilem fuiſſe*, & conſequenter litteras *ſi in euidentem*, & confirmatoriam ſequutam Dominis Pateobonellis non ſuffragari.

Habetur hæc deciſio inter deciſiones Seraphini, *num.508.*

Romana Caſalis Longhezzæ.

Coram Domino Seraphino, anno 1593.

SVMMARIVM.

1 *In re conceſſa in emphyteuſim cum pacto affrancationis in conceſſione ſpecialiter conuento, veriſimile eſt, quod ſi per multum tempus poſſeſſa fuerit non reclamante Domino, nec quidquam exigente, ratione affictus, ſeu cenſus fuerit affrancata*, & n.9.

2 *Item præſumitur affrancata, ſi poſtea libera, & franca ab omni onere, ſeruitute, & recognitione vendita fuerit.*

3 *Papæ eſt credendum, ne de mendacio redarguatur.*

4 *Res libera præſumitur, quæ vti talis per longum tempus ſit poſſeſſa.*

5 *Aſſertionibus, & narratiuis Papæ ſtandum eſt, etiamſi ſit de facto alieno, & maximè in actis*, vt num.7.

6 *Narratiua Papæ ſuper facto alieno in reſcripto motu proprio plenè probat; maximè ſi ſuper huiuſmodi narratiua diſponat*, vt n.8.

10 *Scientia probatur ex eo, quod quis habet penes ſe inſtrumentum, & illud produxit.*

11 *In eo quod reſpicit propriam Papæ vtilitatem, ei non creditur.*

12 *Lis præſumitur habita pro derelicta per lapſum triginta quinque annorum, quibus ab ea ceſſatum fuerit.*

13 *Præſcripto contra Monachos Caſſinenſes, non currit vigore priuilegiorum Eugenij Papæ, niſi ſpatio centum annorum.*

DECISIO.

AGVNT RR. Monachi Sancti Pauli aduerſus illuſtr. D. Leonem Stroccium pro recuperatione Caſalis Longhezzæ, quod olim de anno 1514. Monaſterium conceſſerat in emphyteuſim perpetuam Dominæ Alphonſinæ Vrſinæ de Medicis pro ſe, & ſuis filiis, & hæredibus, & ſucceſſoribus deſcendentibus pro annuo affictu, ſiue cenſus perpetui ſolutione ducatorum mille auri de Camera, cum prohibitione alienandi, ſub pœna deuolutionis, & aliis pactis in inſtrumento contentis: Prætendunt itaque prædictum Caſale ad eos eſſe deuolutum ex duobus potiſſimùm capitibus; alterum, quia reperitur alienatum in Dominos Stroccios, quos non conſtat eſſe de deſcendentibus Alphonſinæ; alterum quia ceſſatum fuit non ſolum per annum integrum contra formam inſtrumenti, ſed etiam per quamplures annos à ſolutione canonis, ſeu affictus; & ideo dubitatum, an ſint in probatis, itavt obtinere poſſint contra D. Leonem; vel potius danda ſit ei abſolutoria, & in præſenti diſcuſſione præſuppoſitum fuit ſine veri præiudicio, quod conſtat penes Monaſterium fuiſſe dominium dicti Caſalis de tempore conceſſionis factæ Alphonſinæ.

Et quia ex aduerſo prætenditur hoc Caſale fuiſſe affrancãtum pro ſcutis viginti millibus, iuxta pactum affrancationis in dicta conceſſione ſpecialiter conventum

uenium , ideo difficultas eò fuit redacta , an ex deductis pro D. Leone ſatis conſtaret de huiuſmodi affraocatione. Quæ verò deducuntur hæc ferè ſunt.

1 Primò , quod conuentum fuerat de huiuſmodi affrancatione,ex quo oritur circa hanc rem præſumptio ex primordio veritatis. Veriſimile enim eſt caſale tanto tempore poſſeſſum, non reclamantibus Monachis, neque quidquam exigentibus ratione affictus,ſeu ſenſus, fuiſſe affrancatum , ne duplex oriatur inueriſimilitudo ; altera ratione negligentiæ ex parte fratrum, alia vſurpationis ex parte poſſeſſorum.

2 Secundò , deducitur præſumptio ex eo, quod felic. rec. Clemens VII. anno 1526. vti priuata perſona,& pro omni ſuo iure , & etiam tanquam patruus magnus,& tutor Catharinæ de Medicis pupillæ,ad quam dictum Caſale ſpectare, & pertinere affirmauit , vendidit Illuſtriſſ. D.Clariei de Medicis Strocciæ dictum caſale , vt. liberum , & franchum ab omni homagio, cenſu, canone, nexu, ſeruitute, & recognitione obedientiæ, & reuerentiæ, præterquam ea , quæ per ſubditos erga Sedem Apoſtolicam præſtari debet , ergo de eo tempore neceſſe eſt in neceſſarium antecedens, quod Caſale fuerit affraocatum, ne Papam redarguamus de mendacio.

3 Tertiò deducitur motus proprius eiuſdem Clementis de anno 1529. in quo narrat dictum Caſale fuiſſe per quondam D. Alphonſinam de Medicis à Priore,& Conuentu Sancti Pauli emptum pro pretio viginti millium ducatorum auri de Camera , & à ſe poſtea venditum Dom. Clariei Strocciæ. Vnde vt conſulat hæredibus Coſmi , quorum intereſt,aſſignat pro dictis viginti millibus ducatis creditum ſuper Monte fidei ad fauorem dictorum hæredum.

4 Vltimò deducitur tempus 78. annor.quod videtur excludere Monaſterium ab omni iure , & actione, ſtante perpetua obſeruantia geſtorum per Clementem; nam vbi per longum tempus res vti libera poſſeſſa fuit, talis etiam præſumitur. Bald.*conſ.*402.*in fin.lib.*5.

5 Caſtr. *conſ.*345. *col.fin. lib.*1. Iaſ.*conſ.*161.*col.*4. *lib.*2. Aymon.*conſ.*101.*n.*4.Menoch. *de præſumpt.lib* 3. *præſumpt.*91. *n.*28. Quibus omnibus exſuminatis, Domini pro maiori parte cenſuerunt intentionem Monaſterij non eſſe liquidam, neque ad eius fauorem ferendam eſſe ſententiam ; nam deuolutiones prætenſæ ob contrauentiones deductas ceſſant data Caſalis affrancatione , quæ ſatis probari videbatur ex duabus illis aſſertionibus Clementis , quibus ſtandum eſſe videbatur per text. *in Clem.*1. & ibi notant omnes , *de probat*, Felin.*in cap cum a nobis, de teſtib.*Dec.*conſ.*152.*num.*2. Nec videtur obſtare , quod iſta ſit narratiua Papæ ſuper facto alieno , quia cum reſcripſerit motu proprio, plene probat, vt per Cardin. *d.Clement.*1. & ibi Anchar. & Ioan. de Imol. Alexand. *conſ.*112. *lib.*7. Curt.iun. *conſ.*61.*n.*13.cum aliis cumulatis per Gabr. *de probat.concl.*2.*num.*55.*& in tit. de clauſul. concl.*2. *num.*89. & hanc ſententiam ſequuta fuit Rota, vt per Put.*dec.*101.*die* 1. *Februarij,lib* 3. & Guidob.*dec.*161.

Quod eo magis dicendum eſt, cùm habeamus duplicem enunciationem Papæ , quarum altera enunciat emptionem , altera enunciat caſale eſſe liberum ab omni cenſu, & recognitione. Vnde fit vt iteratæ Papæ aſſertioni etiam de facto alieno ſtandum ſit iuxta tradita per Corſett. *in tract.de verb.geminat.n.*1. *&* 2. Grat.*conſ.*136.*n.*3.*& ſeq. & conſ.*145.*n.*9.*lib.*2. multos congerit Addit.ad Rom.*conſ.*191.& Gabr. *d.concl.*2. *de probat.n.*43.*in fine*.

Præterea ſuper huiuſmodi aſſertionibus Papa diſponit, nam prior fit ad effectum venditionis , poſterior ad effectum reſtitutionis pretij per ipſum habiti. Vnde videntur locum habere ea , quæ tradit Gabr. *de probat. concl.* 2. *n.*43. quæ opinio non patitur difficultatem , vbi atteſtatio eſt motu proprio facta ; nam quæ in contrarium ibi deducuntur, loquuntur in ſimplici Papæ atteſtatione : Præterea magnum fomentum recipiunt prædictæ atteſtationes ex tot annorum obſeruantia , quibus caſale per emptores poſſeſſum fuit ſine vlla moleſtia. 9

Neque eſt præſumendum dictos Priorem, & Monachos fuiſſe neglecturos ius ſuum , ſi verum non eſſet , ſequutam fuiſſe affrancationem , cùm nemo præſumatur iactare ſuum, *l.cum de indebito , de prob.* Maximè, cum pro ipſorum parte non poſſit prætendi ignorantia , cum inſtrumentum emphyteuſis eſſet penes ipſos , & ab ipſis fuerit productum, Aret.*conſil.*15. *in fin.* Felin. *in c.vigilante , n.*4. *de praeſcript.* Bald. *de præſcript.q.*29.*n.*8.Dec.*conſ* 257.*n* 6. Tiraq.*de retract. lign.*§ 35 *gloſſ.*4.*n.*34. Non obſtat , quod Papæ non ſit credendum in eo , quod reſpicit propriam vtilitatem, quia hoc reſpiciebat priuatam vtilitatem Catharinæ & Claricis, non autem Papæ, vt liquet ex motu proprio,in quo de ſuo ſatisfecit de pretio viginti millium ducatorum ; neque eſt veriſimile quod Papa voluerit fraudare ſummam tam inſignis valoris , ſi aliter ſeſe rei veritas habuiſſet. 10 11

Non obſtat , quod deducitur de interruptione ob controuerſiam motam contra Stroccios de an.1555. coram Auditore Cameræ, quia adhuc non conſtat,an fuerit mota controuerſia ſuper poſſeſſorio, vel ſuper petitorio. Præterea cùm tanto tempore fuerit ceſſatum à lite,præſumitur habita pro derelicta,fuit enim ceſſatum per triginta quinque annos, & amplius. Achil.*de lis.dec.*8.*&* 11.Put.*dec.*236.*n.* 3.Peregr.*dec.*119.*&* 129. *lib.*2. Et hoc maximè cùm deregatur malum ius Monaſterij ex affrancatione. Non obſtat vltimò, quod deducitur ex priuilegio Eug. circa præſcriptionem , vt non currat niſi ſpatio 100.an. contra Monachos Caſſinenſes, quia adhuc non fuit productum hoc priuilegium,ſed neque etiam videtur releuare, quia Stroccij defendunt ſe non ratione præſcriptionis,ſed probationis affrancationis, & ita non indigent præſcriptione. Et in hanc ſententiam procliuiores fuerunt Domini , ex quo aliqui ex ſenioribus recordati ſunt aliàs in cauſa Romana viginti millium inter Sereniſſimas Catharinam Reginam Franciæ , & Margaritam ab Auſtria fuiſſe productum inſtrumentum affrancationis. Quare fuit concluſum pro D.Leone contra Monaſterium. Habetur hæc deciſio inter deciſiones Seraphini deciſione 1016. 12 13

CONSVLTVM XXXVIIII.

De quodam ſeculari manu armata percutiente quoſdam Religioſos, & deijciente quædam ſpectantia ad cultum Diuinum.

SVMMARIVM.

1 *Factum.*
2 *Reſponſio.*
3 *Secularis iſte incidit in excommunicationem latæ ſententiæ Papæ reſeruatam.*
4 *Quando caſus aliquis dicatur notorius notorietate facti,vel notorietate iuris.*
5 *Notorius percuſſor Clerici eſt ab omnibus euitandus.*
6 *Priuatur communibus bonis Eccleſiæ*
7 *Videtur etiam incurriſſe in pœnas*, cap. Super eo, de raptoribus.
8 *Particula* penitus, *quid importet.*
9 *Quid particula* Nullatenus.
10 *Quid ſit violatio rei ſacræ.*
11 *Videtur etiam incurriſſe excommunicationem Papalem Clem. IV.*

12 *Commiſit ſacrilegium.*
13 *Quando committatur ſacrilegium.*
14 *Incidit etiam in criminis ſacrilegij pœnas.*
15 *An iſte poſſit excuſari propter calorem iracundia.*
16 *Iracundia non excuſat delictum.*
17 *Videtur in preſenti inexcuſabilis.*
18 *Iracundia non præſum tur in geminato delicto.*
19 *Geminatio actus enixam voluntatem, & maiorem deliberationem inducit.*
20 *An illi ſuffragetur abſolutio in foro conſcientia.*
21 *Diſpenſatio, ſiue abſolutio Sacramentalis non ſuffragatur pro foro externo.*
22 *Abſoluere aliquem in foro conſcientia quid ſit.*
23 *An ſit in poteſtate Iudicis iſtam abſolutionem acceptare, etiam pro foro externo.*
24 *Quando id intelligatur.*
25 *An præcedere debeat ſatisfactio partis læſa.*
26 *Vel ad minus cautio.*
27 *Quid intelligatur nomine ſatisfactionis partis læſa.*
28 *An fieri debeat ante abſolutionem.*
29 *Prælatus Monaſterij tenetur iura ſua Religionis defendere.*
30 *Colligitur ex S. Scriptura.*
31 *Prælati Regulares comparantur Epiſcopis.*
32 *Eorum munia.*
33 *Eorum obligatio ad id faciendum.*
34 *Etiam ſub peccato mortali.*
35 *An Prælatus Regularis poſſit renuntiare ſuis iuribus.*
36 *Secularis iſte an ſit de hæreſi ſuſpectus.*
37 *Voluntas magis facto, quàm verbis declaratur.*
38 *Habetur quaſi pro blaſphemo.*
39 *Deciſio Regij Concilij Hiſpania.*
40 *Ad quos Iudices pertinet de hoc crimine cognoſcere.*
41 *Tales rei puniuntur.*
42 *In criminibus quid attendi debeat.*
43 *An ignorantia iuris reum excuſet.*
44 *Et quid in crimine hæreſis.*

IESVS MARIA.

CASVS.

1 QVIDAM ſæcularis, aliàs ingenuus, & nobilis, ingreſſus Eccleſiam N. Ordinis N. impeditus à quibuſdam Religioſis, qui de mandato Superioris eius Conuentus id faciebant, ne ingrederetur per quandam portam, eos percuſſit, iterumque cum familia armata rediens ad eandem Eccleſiam, iterato eos percuſſit, & pias quaſdam imagines, ſeu figuras ad cultum Dei ibi exiſtentes exturbauit, deiecit, & lacerauit. Quæritur de pœnis quas incurrit.

Reſponſio.

2 In primis certum, & indubitatum eſt hunc ſæcularem incidiſſe in excommunicationem latæ ſententiæ Papæ reſeruatam, *c.ſi quis ſuadente, 17.q.4.* ex Innocentio II. & fauent *c.Non dubium, & c.Cum illorum,*
3 *de ſent.excommun.* Nam ibi imponitur iſta excommunicatio contra violentas manus in Clericum, vel Monachum iniicientes.

4 Quia autem caſus iſtius percuſſionis non ſolum eſt publicus in Vrbe, ſed etiam notorius notorietate facti, vtpote qui contigerit in præſentia multorum, ita vt nullo modo negari poſſit; vel ſaltem notorietate iuris, propter confeſſionem rei in iudicio, quæ facit
5 notorietatem iſtam iuris, Nauarrus *in Manual. c.25. n.73.* Maſcardus *de probationibus, verb.Notorium,* Corneus *tom.2.in 3.part. tract.5. de ſuſpenſ. diſp.4.dub.1.* Thomas de Ieſu *de viſitat.Regular.tract.2.c.4.* Theſaurus *in praxi, p.1. c.21.* quos refero, & ſequor *tom.4. Summa qq. Regul. verbo Notorium, n.2.* ideo talis percuſſor eſt excommunicatus vitandus, iuxta Extrauagantem Martini V. *Ad euitanda*, ex Concilio Conſtantienſi, vbi notorius percuſſor Clerici decernitur ab omnibus euitandus: ſicque receptum eſt ſtylo Curiæ, & communi DD. ſententia. 6

Et ita non ſolùm priuatur communibus bonis Eccleſiæ, ſcilicet participatione Sacramentorum, & ſuffragiorum ipſius Eccleſiæ, ac communione fidelium, ſed etiam alij fideles nequeunt cum ipſo communicare, neque in diuinis, neque in humanis, paucis caſibus exceptis, *cap.Apoſtolica, & c.ſi celebrat, de Clerico excommunicat.celebrant, c.cum illorum, c.Si quem, cap.A nobis, de ſent.excommun.* & aliis iuribus, & DD. communiter.

Deinde videtur incurriſſe in pœnas *cap.Super eo,de* 7
rapt. vbi manifeſtus raptor, ſeu violator Eccleſiarum (diſiunctiuè videlicet, vt in eo textu ponitur) punitur, *vt niſi ipſis ablata reſtituat, ſi poterit, vel emendandè firmam, & plenam ſecuritatem fecerit, pœnitentiæ beneficium ei penitus denegetur.* Id eſt, non poſſit abſolui neque licitè, neque validè.

Nam particula *penitus*, habet vim latæ ſententiæ, 8
& decreti irritantis, vt Tiraquellus cum magis communi tenet *in l. ſi vnquam, verbo reuertatur, n.105. & 106.* & ſequitur Theſaurus *in praxi, p.2.verbo Incendiarius, cap.2. num.2.* ac Barboſa *in tract. de dictionib. dict. 249. num. 6.* Ex aliis addit Tiraquellus *ſuprà num.108.* quod ea particula idem valeat quod *nullatenus*, per particulam autem *nullatenus*, denotari inualiditatem actus (ac per conſequens in præſenti nullitatem abſolutionis) colligitur ex Authentic. *Si qua mulier*, vbi Gloſſa *verbo nullatenus, C. ad Senatuſconſ.* 9
Velleian. Clement.*vltim.* vbi Gloſſa *verb. nullatenus, de ſequeſtr. poſſeſſ.* Rota *deciſ.24. num.2. p.2. diuerſor.* Puteo *deciſ.254. num.3. lib.2. in correct.* & pluribus DD. apud Barboſam *ſupra, dict.226. num.4. & 5.* vbi etiam ex pluribus, quod habeat vim decreti irritantis. Quod verò iſte talis cenſeatur violator Eccleſiæ, ac per conſequens incurriſſe in pœnas dicti *cap.Super eo*, conſtat quia violatio rei Sacræ eſt irreuerentia, ſeu iniuria quæ ipſi fit indignè eam tractando. S.Thom. *2.2.q.99 art.1.& 3.* Leſſius *lib.2.de iuſtit.& iure, c.45.*
num 6.dubit.3. Laymanus *lib 4 tract.10. cap.7. num.1.* 10
& 2. Maximè quando res eſt publicè Deo dicata, *l.in tantum, ff.de rer.diuiſ. l.Sacra, ibidem,* Petrus Gregorius *lib.33 ſynt.cap 14.* Suarez *tom.1. de Relig tract.3. lib.3. de Sacrileg. cap. 2. num.1.* Theſaurus *in praxi part.2. verbo Sacrilegium, cap.1.* Hic autem irreuerenter, & iniurioſè tractauit illas imagines, ſeu figuras poſitas in dicta Eccleſia ad ornatum, & cultum publicum Dei.

Tertiò maximè incurriſſe etiam videtur excommu- 11
nicationem Papalem, à Clem.IV. pro Minoribus poſitam, propter communicationem priuilegiorum, q. à gaudet hæc Religio, cuius eſt illa Eccleſia. Eam autem fulminauit hic Pontifex contra eos qui auſu temerario præſumpſerint Eccleſias fratrum infringere, aut in illis violentiam aliquam damnabilem exercere. Cui prohibitioni contrauenit iſte, de quo in præſenti, violentiam relatam in caſu exercens in dicta Eccleſia.

Refert iſtud priuilegium Caſarubius *in Compend. Priuileg. Mendicant. verbo Monaſteria, n.7.* Et ſimilia pro Fratribus Prædicatoribus ex Clement. IV. & Bonifacio IX. Confectius *in Collectan litterar. Apoſtolic. in Clement. IV. Bulla 6 & in Bonifacio IX. Bulla 1.* quos retuli *tom 4. Summa qq.Regul. verb.Monaſteria Regularium, n.24.*

Quartò etiam, cum commiſerit ſacrilegium, non 12
ſolùm circa perſonas Deo ſacras, ſcilicet Religioſos,

Digitized by Google

in ipſos manus injiciendo; ſed etiam circa res ſacras indignè eas tractando (ſiquidem iuxta S.Thom. *ſup. art.1.* tunc committitur ſacrilegium, quando *violatur res ſacra per aliquam irreuerentiam in Deum redundantem,* & iuxta alios Theologos, omne peccatum, ſal-
13 tem externum, per quod fit irreuerentia loco ſacro, eſt ſacrilegium, maximè ſi cum ſcandalo fiat, prout contingit præſenti, vt docet Suar. *de Relig. tom.1. lib.3. & 7.* poſt Medin. & alios) incidit etiam in criminis ſacrilegij pœnas, inter quas, præter ſpeciales pro diuerſis ſpeciebus ſacrilegij deſignatas in iure, vna eſt veluti communis, ſcilicet *infamia iuris,* & conſequenter irregularitas ex ea proueniens, quando delictum
14 eſt publicum, *l. lege Iulia, ff. ad l. Iuliam pecul. & de ſacril. cap. fin. de furt. cap. Si quis Preſbyt. 50. diſt.* Abb. & DD. *in cap. conqueſtus, de for. compet.* Salzedo ad Diaz *in prax. c.90. lit. A.* Etiam ante condemnationem quando crimen eſt notorium, prout in præſenti. Diaz *ſup. n.2.* cum Hoſtienſi, Theſaurus *in praxi, loco relato.*

15 Nec enim iuuat quod calore iracundiæ ea geſſiſſe dicatur, ac per conſequens ipſi non imputari. Primò, nam iracundia non excuſat delictum, *l. Si non conuitij, C. de iniurijs.* Bertach. *in repert. verb. Iracundia.* Eſto faciat mitiùs puniri, *l.1. c. ſi quis Imper. maled. l. famoſi,*
16 *C. ad legem Iul. Maieſt. 15. q.2. Si quis iraſcitur, l.2. C. de ab. l.2. q.4. § nondum, 16. q.1. inter Hebræicum, l. fin.* Bart. & ibi Alex. *ad legem Iul. repet.* Secundò, quia dato quod pro iis, quæ geſſit, prima vice excuſabilis quadantenus eſſet ratione caloris iracundiæ; pro iis tamen
17 quæ poſt duas circiter horas eundo in domum ſuam, & redeundo ad Eccleſiam cum hominibus armatis fecit, ſcilicet percutiendo de nouo dictos Religioſos, & lacerando ea quæ erant pro cultu, & reuerentia Dei, prorſus eſt inexcuſabilis.

18 Non ſolùm quia dicto ſpatio temporis iam ceſſaſſet calor iracundiæ, ſed quia iracundia non præſumitur ex geminato delicto, prout habetur in Regulis Iuris Ciuil. & Pontif. *lib.9. verb. Iracundia,* ex Gloſſ. *c. Si quis iratus, 2. q.3.* Sal. *l. Si non conuitij, Cod. de iniurijs,* Card. *c. fin. de offic. deleg.* Anton. Corſ. *in tract. de poteſt. Regia, quæſ. 17.* Rom. *l. ſi verò. § de viro in 30. fall. ff. ſol. matr.* Marſil. *l.1. n.38. C. ad l. Corn. de Sicar. & l.1. § quæſtioni, n.2. ff. eod.* Cum ergo bis inciderit, & diſcontinuatè in idem delictum, nullatenus excuſabilis videtur, propter calorem iracundiæ.

19 Ad quod accedit concludenter, quod geminatio actus enixam voluntatem, & maiorem deliberationem inducit, *l. Baliſta, ff. ad Trebel.* Bart. *in l. cum ſcimus, n.7. C. de Agricol. & cenſ. lib.11.* Dec. *in l.1. n.30. C. de pactis, & conſ. 51. col.2. & conſ. 180. col.3.* Corn. *conſ. 59. n.8. & conſ. 190. n.2. lib.2.* Pariſ. *conſ. 94. num.4 vol.2. & conſ. 89. n.22. lib.3.* & plures alij apud Barboſ. *in tract. de Axiom. Iur. axiom. 105. n.1.*

20 Nec etiam illi ſuffragatur prætenſa abſolutio ipſi data in foro conſcientiæ ſeu Sacramentali ab aliquo Confeſſario. Certi enim iuris eſt quod abſolutio ſiue
21 diſpenſatio in foro Sacramentali conceſſa non ſuffragatur pro foro externo ſeu contentioſo, ita vt ipſa non obſtante, Iudex procedere poſſit contra reum ac ſi diſpenſatus, vel abſolutus non fuiſſet. Gl. *in c. de his, in fin. de accuſ.* Nauar. *conſ. 23. n.4. de pœnit. & remiſſ. & conſ. 51. de ſent. excommun.* Couar. *lib.2. cap.10. n.5. & in c. Alma, p.1. § 11. n.16.* Menoch. *de arbitr. caſu 5.9. n.71.* Suar. *de cenſ. diſp. 41. ſect. 2. n.11. & tom. 4. de Relig. tract. vltim. lib. 9. c.2. n.35.* Sanch. *in Decal. lib.2. cap.11. num.13. & de matrimon. lib.8. diſp. 24. num.29.* Gennenſ. *in prax. cap.25.* Quos refert, & ſequitur Theſaur. *in prax. part. 1. c.22.* Et ratio eſt quam addu-
22 xi *tom.3. verb. abſolutio, num.7.* quod abſolui aliquem in foro conſcientiæ eſt abſolui ſaluo iure Iudicis, vel Superioris ad faciendum ea quæ debet Suarez *de Cenſur. diſp. 7. ſect. 5.* Bonac. *de Cenſur. diſp. 1. q.3. punct. 10.* Quamvis ergo conſtaret prædictum fuiſſe abſolutum, nihilominus Iudex ad ipſius punitionem procedere poteſt.

Eſto autem ſit in poteſtate Iudicis, vel Superioris 23
iſtam abſolutionem acceptare etiam pro foro externo, vt plures DD. tenent, id tamen intelligi debet quando pars legitimè non contradicit. Parte namque contradicente, iniuria fieret ipſi reum abſoluendo, &
liberando à pœnis. Nauar. *conſ. 4. num. 4. de fide inſtr.* 24
& conſ. 51. n.3. de ſent. excomm. Genueſ. *in prax. c.25.* & ex ipſis Theſaur. *ſ.p.* Quod maximè procedit quando pars (prout contingit in præſenti) prætendit ſibi ſatiafactionem condignam. Etenim certi etiam
Iuris eſt, quod abſolutionem à Cenſura, quæ incurſa 25
eſt cum damno tertij, præcedere debeat ſatiafactio partis læſæ in totum, ſi fieri poteſt, vel ſaltem ſecundum eam partem, quæ poſſit præſtari, vel caſu, quo nec integra ſatisfactio, nec in parte præſtari
tunc poſſit, ad minus adhibenda eſt cautio pignoratitia, ſi fieri poteſt, ſin autem ſaltem fideiuſſoria; 26
quod ſi nec hæc præſtari poſſit, ſaltem debet dari cautio iuratoria de prædicta ſatisfactione præſtanda; hoc enim totum neceſſarium eſt pro conſeruando illæſo iure tertiæ perſonæ, cui facta eſt iniuria, iuxta doctrinam Nauarri *in Man. cap 26. num.7.* ita enim colligitur *ex c. Parochian. de ſent. excomm.* & ex vſu Eccleſiæ.

Nomine verò ſatisfactionis partis læſæ intelligitur 27
honoris, vel famæ, vel aliorum bonorum, vel ſaltem petitio veniæ pro iniuria. Sot. *in 4. diſt. 22. q.5. art.3.* Henriquez *in Sum. lib.13. c.28.* Eſto autem ſecundum plures huiuſmodi ſatisfactio partis ante abſolutionem non exhibita non irritet, aut inualidet abſolutionem, ſed ſolùm illam illicitam reddat, prout ex Sylu. & Nauar. dixi *tom.3. verb. Abſolutio, n.9.* Nihi-
lominus in caſu præſenti, in quo agitur de violatore 28
Eccleſiæ, procedere videtur id quod dictum eſt ſuprà *ex c. ſuper eo, de raptor.* ſcilicet ipſius abſolutionem fuiſſe nullam, & irritam, ac proinde iterum abſolui neceſſe eſſe, ſatisfacta parte Monaſterij, & Religioſorum læſorum, iuxta dicta.

Prælatum porrò dicti Monaſterij teneri in hac cau- 29
ſa ius Eccleſiæ, & Religionis defendere, omni poſtpoſito priuato commodo, colligitur primò ex Sacra Scriptura Ezechiel. 33. *Quod ſi ſpeculator viderit gladium venientem, & non inſonuerit buccina, & populus ſe non cuſtodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requiram, & c.34. Væ ego, dicit Dominus Deus, quia pro eo quod facti ſunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium beſtiarum agri, eo quòd non eſſet paſtor: neque
enim quæſierunt Paſtores mei gregem meum: ſed paſce- 30
bant Paſtores ſemetipſos, & greges meos non paſcebant; propterea Paſtores audite verba Domini: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ipſe ſuper paſtores requiram gregem meum de manu eorum, & ceſſare faciam eos, vt vltrà non paſcant gregem, nec paſcant amplius Paſtores ſemetipſos, & liberabo gregem meum de ore eorum, & nõ erit vltra eis in eſcam.* Quæ loca de Prælatis communiter intelligunt Doctores ex eis colligentes teneri defendere ea quæ ad bonum ſubditorum ſpectant. Vnde *cap.13.* eiuſdem Prophetæ reprehenduntur Prælati, eo quia ſibi commiſſum gregem non defenderint; *Non aſcendiſtis,* dicitur, *ex aduerſo, nec oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Domini.*

Secundò ex eo, quod Prælati Regulares Epiſcopis 31
comparantur, quorum proprium munus eſt commiſſi ſibi gregis commune bonũ, omni poſtpoſita commoditate propria, procurare, prout & ſignificant nomina illis in S. Scriptura, Sacris Canonibus, & Patribus

32 conceſſi, qualia ſunt eſſe Paſtores, ſal terræ, Lucernas, Angelos, Duces, Medicos, Tutores, & milites
armatos. Prælatos autem Regulares Epiſcopis comparari, habent Gloſ. *in Clem.* 1. *verb. proprij, de reb.*
Ec l. ſ. non alien. Nauar. *com.* 2. *de regul n* 63. *verſ. addo*
ſecundo. Coxiet *de Iuriſd. ord. in exempt. p.* 1. *q* 17. *n.* 9.
& 25. Sayrus *de cenſur. lib.* 4. *c.* 2. *n.* 12. Mandoſius *de*
ſignat grat. verb. Exemptio, Antonius Corn *in tract de*
abſolut. à Iuram p. 2. *q* 4 *n.* 28. Campanil. *in diuerſ. Iur.*
Canon. rubr. 12. *c.* 13. *n.* 2. Fuſchus *de viſit. lib.* 2. *cap.* 15.
ante n. 1. Zuecb. *inſtit. Canon. lib.* 2. *tit.* 6. *n.* 68. Rodriguez
qq regular, tom. 2. *q.* 63. *art.* 3. Barboſa *de off. c. & poteſt.*
Epiſc. alleg. 105. *n.* 4. & alij innumeri.

33 Ad quod tertiò accedunt innumeri Doctores, qui
hanc obligationem Prælatis Regularibus imponunt.
Specialiter videndi Bartol. *in auth. de har. & falcid. in*
princ. n. 4 Rodriguez *tom.* 3. *qq. Reg q.* 34. *art.* 5. Petrus
Nauar. *lib.* 3. *de reſtit. cap.* 4 *n.* 125 Naldus *in Sum verb.*
Prælatus, n. 5. *&* 11. Miranda *in Manual. Pral. tom* 2.
q. 5. *art.* 5. Peirinis *tom.* 2. *de Pralat. q.* 1. *c.* 7. Ex quibus
Bartulus, Rodrig. & Peirinis tenent hanc obligationem
34 Prælatorum eſſe ſub peccato mortali; imò quando
agitur de bono ſpirituali ſubditorum, quale eſt id quod
eſt neceſſarium pro bono communi Religionis, teneri
Prælatos illud procurare etiam cum vitæ periculo.

Colligitur ex illo Ioannis 10. *Bonus Paſtor animam*
ſuam dat pro ouibus ſuis, & 1. Ioan. 4. *Sicut Chriſtus*
animam ſuam pro nobis poſuit, ſic & nos debemus pro
Fratribus animas ponere: & ex Auguſtino *in tract. de*
Paſtor. c. 7. Ioanne Climaco *de offic. Paſtor. fol.* 734. Diuo Gregorio *homil.* 14. *in Euang. Ioan.* ex Authoribus
communiter cum S. Thoma 2. 2. *q.* 26. *art.* 5. Nec poſſe
renunciare ſuis iuribus Prælatos regulares, præſertim
quando ea renunciatio præiudicium afferret ſuæ Re-
35 ligioni, colligitur *ex c. Si diligenti, de for. compet. & ex*
l. 2. *§ Sed quia veremur, C. de iureiur. propt. calum. & ex*
l. ius publicum. ff. de pact. & ex c. nulli, & c. Si quis preſbyterorum, & c. cum ſuper, de reb. Eccl. non alien. maximè *ex c. cum tempore, de arbit.* de quo Panorm. *in c. Si*
de terra, de priuil. n. 5. Tabiena *verb. Priuilegium, n.* 9.
Syluester *eod. q.* 10. *n.* 10. *verſ. octauò.* Armilla *n.* 9. Roſella *n.* 15. Suarez *lib.* 8. *de leg. c.* 33. Tamburinus *de Iur.*
Abbat. tom. 1. *diſp.* 16 *quaſ* 15.

36 Maiori etiam indagine diſquirendum eſt delictum
huius, de quo in præſenti. Si enim imagines aliquot,
quantumvis paruas, Sanctorum deiecit, lacerauit, aut
deturpauit, videtur de hæreſi ſuſpectus, ac per conſequens ad S. Officium deferendus, iuxta communem
praxim Eccleſiæ in decreto ipſius S. Inquiſitionis fundatam de denuntiandis ad S. Officium hæreticis, vel
de hæreſi ſuſpectis.

37 Etenim talis criminis reos ad iudices fidei priuatiuè
quoad laicos, deferendos aſſerendum videtur. Primò,
quia ſi aliquis verbo dixiſſet imagines Sanctorum
non eſſe venerandas, vtique talis blaſphemaſſet hæreticaliter, & per conſequens puniendus eſſet ab Inquiſitore priuatiuè quoad laicum: at voluntas alicuius non minus verbo, quam facto declaratur, *l. repre-*
38 *hendenda,* vbi DD. *C. de Inſtit. & ſubſt.* quinimò voluntas magis facto, quàm verbis declaratur, Barboſa
axiom. 230. *n* 4. qui alios allegat, Carena *in tractat. de*
offic. S. Inquiſit. p. 2. *tit.* 7. *n.* 41. Secundò, quia tales habentur pro blaſphemis. Etſi enim blaſphemia in ſola
loquutione conſiſtat, nihilominus factum hoc pro
blaſphemia reputatur.

Facta enim potiora ſunt verbis, *l. de pupillo, §. meminiſſe, ff. de nou. oper. nunt.* Et facere facto plus eſt,
quàm verbo, *c. Dilecti* 51. *de appell. innct. gloſſ.* Franciſcus Bordonus *de Sacr. Tribunali, c.* 26. *n.* 21. referens
39 Caſtrum, Genuenſem, & Carenam. Tertiò, quia ita
videtur deciſum à ſupremo Regio Conſilio piæ, &
Catholicæ Hiſpaniæ. Cum enim quidam nouiter conuerſus imaginem B. Mariæ Virginis fregiſſet, is prima
ſententia condemnatus fuit ad amputationem manus,
& ad ſuſpenſionem in furca, & cum ab illa appellaſſet
ad Regiam Pincianam Cancellariam, iuſſu Dominorum de dicta Cancellaria cauſa hæc remiſſa fuit ad
Inquiſitores. Ita Azeuedus *ad Reg. Conſtit. lib.* 1. *tit.* 1.
l. 3. *n.* 7. *& ſeqq.* Carena *ſup. num.* 42. Addit Azeuedus
hanc remiſſionem iuſtiſſimè fuiſſe factam, & de hoc
crimine ſolos Inquiſitores poſſe cognoſcere.

Quartò, quia apud Græcos iſti extractores imagi- 40
num vocantur hæretici, vt notauit Azeuedus *ſup. n.* 9.
& ex ipſo Carena *ſup.* Quintò, quia Iudæi imagines
Sanctorum hoc modo malè tractantes à DD. Inquiſitoribus puniuntur, vt habent idem Carena *p.* 2. *tit.* 14.
n. 35. Bordonus *ſup c.* 25. *n* 25 Ergo idem dicendum de
Chriſtianis. Nec obſtat, quod aliquando Iudex laicus
proceſſerit contra huiuſmodi reos. Quia tale iudicium
fuit de facto, non de iure, niſi vſurpato. Bordonus
eo c. 26. *n.* 23. Vbi etiam quod tales rei traduntur brachio ſæculari vltimo ſupplicio perimendi.

Prout de tribus qui plures imagines Bononiæ con- 41
ſpurcauerant, dicitur, fuiſſe videlicet brachio ſeculari
traditos de anno 1623. Pro quo videndi Azeuedus
ſup. Genuenſis *in Prax. Archiep Neapol. c.* 18. *in add.*
n. 17. Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 2. *cap.* 42. *n.* 14. *&*
ſeqq. Carena *d. tit.* 7. *n.* 42. referens etiam ex Maſtrillo
c. 26. *n.* 14 *&* 15. tam enorme eſſe hoc delicti genus,
vt illius rei à Regis Catholici Hiſpaniarum indulto
generali ſint excluſi.

Iungendum tamen non omninò hunc reum rele- 42
uari, eo quod dicat cauſam ex qua id delictum commiſit, non proceſſiſſe ex animò offendendi Sacroſanctam, & orthodoxam fidem, aut minus credendi ea
quæ ipſa docet, ſed vt offenderet illos religioſos. Quia
in criminibus non attenditur niſi illorum qualitas,
delinquendique animus, *l.* 1. *§. Diuus, l. Diuus* 14, *ff. ad*
leg. Cornel. de Sicar. l ſi ſeruus 27. *§. etſi puerum,* 28. *ff.* 43
ad leg. Aquil. l. deſertorem 3. *§. in bello, ff. de re milit.*
Nulla eſt etiam cauſa quæ in delictis extrinſecè prauis
reum poſſit excuſare, *l. palam* 43. *ff. de ritu nupt.* Barboſa *in vot. deciſ. lib.* 3 *vot.* 119. *n.* 36. *&* 37. Nec ignorantia excuſare poterat reum; hæc enim quando eſt
iuris, nunquam excuſat, *l.* 9. *C. de leg.* ibi: *Leges ſacratiſſima qua contingunt hominum vitas, intelligi ab omni-* 44
bus debent. Præſertim in hæreſis, ac blaſphemiæ crimine, quod noſtræ fidei Catholicæ articulis reſiſtit;
hoc enim caſu nunquam ignorantia poteſt excuſationem afferre, *c.* 1. *de Sum. Trin. c.* 1. *de haret. l. Hiſp.* 1. *tit.*
1. *lib.* 1. *Recop.* Alphonſ. de Caſtro *de inſtit. haret. punit.*
lib. 1. *c.* 9. Melch. Can. *de loc. Theolog. lib.* 12. *c.* 9. Azor.
inſtit. mor. p. 1. *lib.* 2. *c.* 12. *& ſeqq.* Farinac. *de hareſ. q.* 179.
§. 2. *n.* 74. Torreblanc. *de iur. ſpirit. lib.* 13. *c.* 2. *n.* 33. *&* 34.
Caſtro Palao *in oper. moral. p.* 1. *tract.* 4 *diſp.* 3. *punct.* 2. *ex*
n. 2. Barboſa *ſup. n.* 40.

Hæc pro veritate non tam requiſitus quàm iuſſus 45
ſcripſi; cum hoc tamen moderamine accipienda, vt
circa hoc delictum, & qui eum commmiſit, non ſolum
conſideranda ſit qualitas perſonæ, quia vt dixi, nobilis, & ingenuus, ac ex nobili, & illuſtri domo oriundus
dicitur; ſed etiam quòd non ex animi prauitate, multo
minus errore intellectus, ſed ſolum ex quadam iuuenili leuitate id fecit: quibus ſi iungatur facti diſplicentia, prudentiſſimorum, & ſapientiſſimorum iudicum, ad quorum tribunal cauſa ſpectat, partes erunt
minorem pœnam, ſpectatis his, & alijs circumſtantiis
imponere.

CONSVLTVM

CONSVLTVM XXXIX.

De geſtis per quendam Commiſſarium Generalem in quibuſdam Prouinciis Regularibus.

SVMMARIVM.

1 *Lis, ſeu controuerſia.*
2 *Actus in dubio debet interpretari validus.*
3 *In dubio quilibet præſumitur elegiſſe viam, per quam diſpoſitio ſua ſit vtilis.*
4 *Maximè ſi ſit perſona genere illuſtriſſima.*
5 *Et bonæ educationis.*
6 *Et præcipuè cum agatur de ſalute animæ.*
7 *Generalis poteſt facere cum illa, quæ commiſſarius gerit.*
8 *Quando ceſſat omnis fraudis præſumptio.*
9 *Præſentia æquiualet mandato.*
10 *An dictus commiſſarius fecerit legitimè ceſſare à ſuis officiis Prouinciales, & Guardianos.*
11 *Quid important clauſula aliqua.*
12 *Quis ſolum ſpoliatus dicitur.*
13 *Quot ſunt caſus, in quibus ſpoliatus non debet reſtitui.*
14 *In dubiis cui ſtandum ſit.*
15 *Generalis poteſt ex clauſula differre Capitula, & quomodo.*
16 *Generalis eſt ſupremus Princeps Religionis.*
17 *Generali commiſſa ſunt omnia, quæ non ſunt prohibita.*
18 *Vocales an fuerint legitimi ſuffragatores.*
19 *Qui ſuffragatores admitti debent.*
20 *Commiſſarius generalis an ſit Iudex ordinarius.*
21 *Iudex delegatus an poſſit cognoſcere de cauſis quæ incidenter adueniunt.*
22 *Quot requiruntur ad conſtituendum Collegium de iure Canonico.*
23 *Quot de iure ciuili.*
24 *An refragentur prædicto Commiſſario tranſmiſſæ litteræ ad Sanctiſſimum, & P. Vicarium generalem.*
25 *Et an cauſa dici poſſit deuoluta.*
26 *Tacens quando conſentire videtur.*
27 *An obſtet* cap. ne pro defectu, de elect.
28 *Non videtur obſtare.*
29 *An Clementina Exiui.*
30 *Nec etiam*
31 *Quia ſic adeſſent aliquæ nullitates.*
32 *Quid ſoleat Sedes Apoſtolica in hoc facere.*
33 *Electi digna perſona.*
34 *Quæ probatio ſufficit ad impediendam electionem, & quæ ad reiiciendum electum.*
35 *D. Gregorij Nazianzeni verba.*
36 *Sedis Apoſtolicæ praxis.*
37 *Æquitas præfertur rigori.*
38 *Quid illa ſit.*

Lis, ſeu Controuerſia.

1 QVIDAM Commiſſarius Generalis Ordinis Minorum in Prouinciis Luſitaniæ legitima authoritate deſignatus celebrauit quædam capitula Prouincialia per quoſdam vocales aliis reiectis, qui gremiales eſſe contendebant, & tempore extraordinario: Propterea contra ipſum Romæ ad Sacr. Congregationem Eminentiſſimorum ſuper negotiis Epiſcoporum, & Regularium querelæ propoſitæ fuerunt, & à me interrogatum de valore geſtorum à dicto commiſſario, an ſcilicet in iure ſtando ſuſtineri poſſent, vel potius pro irritis habenda: Ego autem ad quendam Eminentiſſimum ſic reſpondi, paucis poſtea adiunctis.

Eminentiſſime, & Reuerendiſſime Domine.

Iura clamant pro defenſione geſtorum à commiſſario Generali Ordinis Minorum in Prouinciis Luſitaniæ non, obſtantibus partis contrariæ oppoſitionibus. 2

Primò generaliſſimum illud, Actus in dubio debet interpretari validus, *l. quoties, ff. de rebus dub. l. quoties, ff. de verb. oblig. l. ſi quando, ff. de leg.* 3. Abbas *conſ.* 62. *in controuerſia, col.* 1. *n.* 2. *verſ. Tertio, lib.* 2. Rolandus à Valle *conſ.* 61. *n.* 23. *& ſeq. verſ. Quintò conſiderandum, lib.* 3. vbi extendit ad omnem actum, latè Romanus *conſ.* 180. *Si admittamus, n.* 4. *cum ſeqq.* Immò omnis interpretatio admittitur ad ſuſtinendum actum, Rota *deciſ.* 469. *n.* 3. *p.* 2. *recent.* Rolandus à Valle *d. conſ.* 61. *n.* 26. *lib.* 3. Tuſchus *tom.* 1. *lit. A, concl.* 136. *n.* 14. Quia interpretatio, quæ fit pro validitate actus, eſt regina aliarum interpretationum. Cephalus *conſ.* 51. *num.* 39. Card. Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.* 12. *tit.* 17. *n.* 13. Et vincit omnes alias præſumptiones. Decius *in cap. Quoniam Abbas, n.* 49. *verſ. ſecundò limita, de offic deleg. & conſ.* 77. *n.* 5. Ruinus *conſ.* 72. *n.* 4. *lib.* 2. Aleiatus *de præſumpt. reg.* 1. *præſumpt.* 30. *n.* 5. Cum ergo euidentiſſimum ſit aduerſariorum oppoſitiones (ſi alicuius momenti æſtimari debent) facere rem dumtaxat dubiam, probabilem, & diſputabilem, vtique in fauorem rei geſtæ iudicandum venit.

Accedit quod in dubio quilibet præſumitur elegiſſe viam, per quam diſpoſitio ſua ſit vtilis, & habeat effectum, non autem vt impugnari poſſit, & reddi ad nihilum, *l.* 3. *ff. de teſtam. milit.* Aleiatus *ſup. reg.* 3. *præſumpt.* 33. Socin. iun. *conſ.* 103. *n.* 28. *lib.* 1. Maximè ſi ſit perſona genere illuſtriſſima, qualis eſt præfatus commiſſarius. Thomas de Thom. *in flor. leg reg* 67. Et bonæ educationis, qualis etiam eſt. Farinacius *in prax. p.* 5. *q.* 47. *n.* 281. Ac præcipuè cum agitur de ſalute animæ, prout agebatur in celebratione capitulorum, quæ ipſius authoritate celebrata fuerunt; cum in illis præſertim agatur de Religionis obſeruantia, & Prælatorum inſtitutione, qui illam promoueant, quod ſine dubio ad animarum ſalutem ſpectat, Menochius *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 1. *n.* 29. 3 4 5 6

Secundò rem firmant ampliſſima illa verba litterarum Generalis in commiſſione data præfato commiſſario: *Poſſis facere totum illud quod nos poſſemus præcipere, & exequi ſi præſentes eſſemus.* Cùm enim certum ſit Generalem Miniſtrum, vtpote Principem Religionis potuiſſe facere cuncta illa, quæ prædictus commiſſarius geſſit: ſic etiam de ipſo commiſſario ſentiendum. 7

Eſt enim clauſula iſta valdè prægnans, & energica vt colligitur ex Peirino *in formular. litt. P, c.* 8. *n.* 6. Et ſanè ſi præſentia Generalis præſumitur adfuiſſe in geſtis à commiſſario, vtique ceſſat omnis fraudis præſumptio, vt DD. proditum reliquere *in l. interpoſitas, C. de tranſ.* & ibi Curtius, & plures, cum quibus venit Maſcardus *de probat. vol.* 2. *concl.* 711. *n.* 18. & talis præſumpta præſentia quod æquiualeat mandato, non obſcurè habetur per notata apud eundem Maſcardum *concl.* 1005. *n.* 18. 8 9

In ſpecie etiam ad particularia deſcendendo, quod Pater cōmiſſarius ritè, rectè, & legitimè Prouinciales, & Guardianos ceſſare fecerit à ſuis officiis, ac proinde quod capitula Prouincialia ſine illorum ſuffragiis celebrata ex hoc capite impugnari non poſſint, conſtat ex Statutis Generalibus Ordinis Segobienſibus *c.* 7. fūdaſis in conſtitutionibus Leonis X. Sixti V. & Pauli IV. 10

vbi triennlum dumtaxat pro horum officiorum dura-
cione raxatur.

Er quamvis Statura aliqua generalia ſex vlteriores
menſes Prouincialibus, & Guardianis concedere vi-
deaotur, id tamen intelligitur, ſi its viſum fuerit ex
bonis reſpectibus Generali Miniſtro vel commiſſario
11 Generali, prout expreſsè dicitur in Staturis Aſſiſieo-
ſibus de anno 1556. Er quod magis eſt, quia ita decla-
rauit Clemens VIII. per hæc formalia verba: *Pralati*
Generales vltra ſignatum tempus poſſunt differre Ca-
pitula Prouincialia per ſex menſes, ſi videbitur expe-
dire. Cùm sutem huiuſmodi clauſulæ importent con-
ſenſum dictorum Generalis, ſeu Commiſſarij, & arbi-
erium boni viri, *l. fideicommiſſaria libertas, la s. ff. de*
fideicom. libert. l. fideicommiſſa 11. *§. quanquam ff. de leg.*
3. cum aliis allegatis in Commenſi habitus, 14. Maij
1607. coram Iuſto, latè Moneta *de Commutat. vltim.*
volunt. c. 7. n. 142. cum ſeqq. Gonxalez *ad reg. 8. Cancell.*
§. 7. proœm. n. 515. *& ſeq.* & talis conſenſus, ſeu arbi-
trium non affuerit, vtique ſtandum erat in iure an-
tiquo præſcribente ſolùm triennium pro duratione
talium officiorum; maximè cùm illud ius antiquum
ſit Ius commune Religionis, ad quod facilis eſt tran-
ſitus, iuxta commune Iuriſtarum proloquium.

12 Omninò ergo abuſiuè tales Prouinciales, & Guar-
diani ſpoliati vocantur à parte contraria, quia ſpolia-
tus ſolùm dicitur ille, qui violenter, & iniuſtè à poſ-
ſeſſione excluditur, vt patet ex *tit. ff. de reſtitut.*
ſpoliat. & innumeris aliis Iuribus, & DD. non ille qui
in vim legis à ſuo Superiore cogitur ceſſare in ſuo
Officio, prout in caſu præſenti. Non ſolùm quoniam
pro Iudice, & eius facto in dubio præſumitur, vt
inquit Gloſſa *in c. preſentium 7. q. 1. c. in praſentia, de*
renunciat. l. iuſte poſſidet, ff. de acquir poſſeſſ. l. Herennius,
§ Caia, ff. de euict. cum multis aliis congeſtis à Maſ-
cardo *vol. 3. concl.* 1324. *n.* 5. Sed etiam quia ſpoliatus
non dicitur qui authoritate Prætoris ſpoliatur, *l. fin. à*
13 *contrario ſenſu*, & ibi Baldus, *C. vnde vi*, Bertachiuus
in repert. verb. ſpoliatus. Vnde ſine fundamento prædi-
cti poſtulant reſtitutionem, cum verè ſpoliati non ſint,
ſed à iure priuati, ſeu depoſiti; & quatenus eſſent
(quod negamus) viginti, & octo ſunt iuxta caſus Ber-
tachinum *ſuprà*, in quibus ſpoliatus non debet reſti-
tui, quod maximè procedit in ſpiritualibus, qualia
ſunt officia Religionis, ne detur materia peccandi, &
quod aliquis pro Prælato habeatur qui talis non eſt.
Oldradus *conſil.* 5. quod incipit *In cauſa*, Abbas, &
alij apud eundem Bertachinum.

Caſu verò dato, & minimè conceſſo, quod in di-
ctum Officialium à ſuis officiis depoſitione dubium
aliquod intercedere poſſet, an videlicet à P. Commiſ-
14 ſario deponi deberent, ſeu potius tolerari per ſex alios
menſes, cùm nihil magis tritum ſit apud Doctores
qui de cauſis Regularibus ſcribunt, quales ſunt ex
hoc Ordine Minorum Rodriguex, Miranda, Portel-
lus, Bordonus, & alter Rodriguex, quàm quod in du-
biis ſtandum ſit in iudicio Superiorum, quia hoc
tum iuri naturæ, tum multis priuilegiis Religionum
congruit, certè mirandum eſt viros Religioſos aduer-
ſæ partis propugnatores derogare velle iuri certiſſimo
Prælatorum Religionum, & ſine quo vix poſſunt mu-
nus ſuum rectè exercere, huic facto ſe opponentes.

15 Generalem autem ſi præſens adeſſet, potuiſſe ex
cauſa differre Capitula dicti Regni Luſitaniæ, & illa
celebrare per vota ſolùm vocalium qui tempus trien-
nale non præterierunt, ac per conſequens idem po-
tuiſſe facere prædictum Commiſſarium, pro comperto
videtur. Es parte quidem Generalis non ſolùm quia
ipſe eſt ſupremus Princeps Religionis, veluti Patriar-
cha, & Primas, cùm ſub ſe habeat Prouinciales, qui
ſunt veluti Archiepiſcopi, & Guardianos, qui veluti
Epiſcopalem Iuriſdictionem in ſubditos exercent, ſed
etiam quia habet ſupremam poteſtatem in Religione,
prout ex Mari magno Sixti IV. & innumeris aliis Re-
ligionum priuilegiis habetur. Et quia illi permiſſa
ſunt omnia quæ non ſunt prohibita, iuxta commune
axioma iuris, de quo Oldradus, Ancharanus, Alexan- 17
der, & alij apud Tuſchum *pract. concl. tom. 6. litt. P,*
concl. 298. n. 1. & Barboſam *in axiom. iuris, axiom.* 176.
n. 1. Vnde rectè, & ad intentum Surdus *conſ.* 173. *n.* 72.
& conſ. 222. *n.* 5. *Illud quod non reperitur à lege prohi-*
bitum, non debet ſuperſtitioſis prætenſionibus præſumi
prohibitum. Cùm autem conſtet nullam legem, ſiue
communem Religionis, ſiue municipalem Regni Lu-
ſitaniæ talem dilationem ex cauſa (quæ in præſenti
caſu adfuit) prohibere, pro licita, & permiſſa haberi
debuit.

Ex parte etiam Vocalium ad eam admiſſorum me- 18
ridiana luce patet eos dumtaxat admitti potuiſſe, cùm
ſolùm ipſi legitimi ſuffragatores eſſent, non alij, qui
iam ceſſauerant à ſuis officiis, & à facultate ſuffra-
gandi in Capitulis, quæ ſolùm dictis officiis affixa
erát, vt patet ex ſtatutis generalibus Segobienſ. *c.* 8. *§.* 5.
Solum autem legitimos ſuffragatores ad electiones ad-
mitti debere, ex *c. quia propter, de elect.* & toto eo ti- 19
tulo, ac conſtanti doctrina Doctorum habetur. Ex
parte quoque ipſius commiſſarij ipſius factum ſe ipſũ
defendit, cum vt præmiſſum eſt, Generalis perſonam
repræſentaret; & poſſet facere quidquid Generalis ſi
adeſſet.

Vlterius nam vel erat Iudex ordinarius, cum fue- 20
rit pro vniuerſitate cauſarum deſtinatus, & plenitudi-
ne poteſtatis, *l. 1. § cum Vrbem ff de offic P efect. Vrb.*
& patet in aliis commiſſariis generalibus huius Reli-
gionis, præſertim in Curia Regis Catholici, qui ſunt
Ordinarij, vel eſto quod ſolùm eſſet delegatus, quia
Iudex delegatus non ſolùm de cauſa ſibi nominatim
commiſſa, ſed & de alia quoque, quæ incidenter ad-
uenit poteſt cognoſcere, vt per Tiraquellum *in tract.*
res inter alios, verſ. eaque procedunt, affert Barboſa 21
in collect. D D. cap. cauſa, de in integr. reſtit. num. 4. Ad
quod accedit tritum illud, ſcilicet quod conceſſa alicui
facultate aliqua, cenſentur etiam conceſſa omnia illa
ſine quibus talis facultas non rectè exequi poſſet, pro-
ut ex multis Iuribus, & capitibus *ex tit. de offic. deleg.*
eliciunt Doctores.

Nec dici poteſt Religioſos illos, qui manſerunt, 22
non fuiſſe in numero ſufficienti, vt per illos fieri poſ-
ſent electiones in capitulis. Nam certiſſimum eſt fuiſ-
ſe in numero ſufficienti Et ad maiorem abundantiam
dicitur, quod etſi non eſſent niſi pauciſſimi, in illis
conſeruabant ius eligendi, & poterant eligere. Quod
adeò ampliant Doctores, vt dicant quod quamvis ad
conſtituendum Collegium de iure Canonico requiran-
tur ſaltem duo, *c. 5. de elect. & c. cum dilectus, de conſuet.*
Tambur. *de Iur. Abbat. tom. 1. diſp. 5. q 8. n. 2.* Miranda
tom. 2. Man. q. 6. & 11. Rodriguez *tom. 1. qq. Regul.*
q. 41. art. 1. ac de iure ciuili ſaltem tres *l. Neratius, ff. de*
verb. ſign. Gloſſ. *in c. 1. q. 1.* 10. Antonius à Butr. *in c. gra-*
tum, n. 19. & ſeqq de poſtul. Prælat. Alter. *de cenſ. lib.* 5. 23
diſp. 3. c. 2. litt. P, conſtitutum tamen ſemel in multis
poteſt ius collegij venire ad vnum, & conſeruari in
illo, *l. ſicut, § fin. quod cuiuſc. vniu.* Et notant Panormi-
tanus, Anchar. Biaxius, Lambertinus, Nauarrus, Ro-
driguez, & alij, quos affert, & ſequitur Sigiſmund. de
Bononia *de elect. dub. 13. n. 3. &* 4. Eo quod innocentes
non ſunt priuandi iure ſuo.

Quod opponitur contra factum P. Commiſſarij, 24
ſcilicet quod per litteras miſerit ad Sanctiſſimum, &
ad P. Vicarium Generalem, deuoluendo ad ipſos cele-
brationem talium capitulorum, non releuat aduerſa-
rios. Nullatenus enim hæc prudens conſultatio com-
miſſarii cum Sanctiſſimo & P. Vicario Generali, vt ab
ipſis inſtrueretur quid agere deberet poteſt dici deuo-
lutio

25 lutio. Ea namque non eſt, aut inducitur extra caſus in
iure expreſſos, & tunc propter negligentiam Prælato-
rum, *c.1. de ſuppl.end.neglig. Prælat.in 6.* quæ non ad-
fuit in præſenti.

Cùm autem tranſactis quatuordecim menſibus, nec
à Sanctiſſimo, nec à Vicario Generali aliquid ſuper
negotio reſolutum, aut reſponſum fuiſſet, neceſſitas
Prouinciarum vrgeret, & inſtanter à Commiſſario po-
ſtularent pro celebratione capitulorum, vtique legi-
timè, & iuridicè potuit ad ipſorum celebrationem de-
uenire, prudentiſſimè exiſtimando Papam, & Vicarium
26 Generalem libenter conſenſiſſe in dictorũ Capitulorũ
celebrationem. Tacens enim longo tempore conſen-
tire præſumitur. Baldus *in l.ſi filius, C.de petit. hæred.*
Angelus *in l.qui in aliena, in princip. ff.de acquir.hæred.*
Alex. *in l.2. § voluntate, ff.ſoluto matrim.* Maſcard. *de
probat.vol.3.concl.1218.n.50* Et tacens per longum tẽ-
pus iuri ſuo renunciare præſumitur, vt per Rotam
& DD. affert idem Maſcardus *concl.1263. n.27.*

27 Item nec obſtat quod *in cap.ne pro defectu, de elect.*
ſtatuatur ne Cathedralis, vel Regularis Eccleſia Præ-
lato ſuo vacet vltra tres menſes, alioquin ipſa eligen-
di poteſtas ad Superiorem deuoluatur. Primò, quia vt
dictum eſt *n.11.* Clemens VIII. declarauit poſſe *Præ-
latos Generales* (qualis erat dictus Commiſſarius Ge-
neralis, & Generalis perſonam repræſentans) *differre
Capitula Prouincialia per ſex menſes, ſi videbitur ex-
pedire.* Secundò, quia Pontifex author illius *c.ne pro
defectu*, loquitur in caſu, quo Eccleſiæ manent vi-
duatæ, vt patet ibi: *Ne pro defectu, &c. Eccleſia vi-
duata graue diſpendium patiatur.* Quod non contin-
gebat in præſenti, cum nec Prouinciæ, nec Conuen-
tus carerent Prælatis, qui eas, & eos gubernarent.
Tertiò, quia etiam loquitur Pontifex *iuſto impedimen-
to ceſſante*, vt expreſsè in textu habetur.

28 Atqui commiſſarius iuſtum habuit impedimentum
differendi illa capitula, tum propter tempus æſtiuum,
in quo celebrari contingebat; tum propter recurſum
aliquorum ad tribunalia ſæcularia, qui etiam pacem, &
quietem ordinis turbabant; tum etiam, quia iure opti-
mo potuit differre capitulorum celebrationem, donec
viſitatæ eſſent Prouinciæ; cum id conforme ſit ſta-
tutis huius Religionis, ſcilicet Barcinonenſibus *c.7.de
elect.§.12.* confirmatis in capitulis generalibus Tole-
tanis de an.1583. & 1606. & ſtabilitis in aliis ſtatutis
Valliſoletanis, Salmanticenſibus, & Aquilanis. Verba
autem talium ſtatutorum Barcinonenſium ſunt clara
ad intentum: *Nullibi Capitulum Prouinciale celebre-
tur abſque eo quod præcedat viſitatio facta à Prælatis
Generalibus, vel ab aliis de eorum commiſſione.*

Ratio quoque id ſuadet, quia cum capitula Pro-
uincialia celebrentur pro electione Prælatorum, opor-
tet, vt præcedat viſitatio, per quam cognoſcuntur
qui ſunt apti, & idonei ad hoc munus. Conſtat præ-
terea non fuiſſe obligatum P. Commiſſarium Genera-
lem ad celebranda dicta capitula tempore ordinario,
ex illo iuris axiomate, *Impedito non currit tempus, l.1.
§.fin. C.de annal.except. cap.quia diuerſitatem, de conceſ.
præb. c.fin. de elect.* Tiraq. *de retract.lign.§.3. gloſ.4.n.6.
& §.35.gloſ.4.n.29.* & aliis apud Barboſam *de axiom.
iur. axiom.116.* Etenim legitimè impeditum fuiſſe li-
quet ex dictis de tempore æſtiuo, recurſu fratrum ad
tribunalia ſæcularia, & quia Prouinciæ non erant vi-
ſitatæ. Siue autem impeditus eſſet, ſiue non, nihilomi-
nus quia Minorum Religio fruitur pluribus priuile-
giis circa exemptionem ab obſeruando tempore pro
electionibus requiſito, quod retulimus *5.tom. Summæ,*
in Marimagno Prædicatorum *n.17.* in Marimagno
Minorum *n.8.* & in Marimagno Minimorum *n.11.* &
12. ideo præfatum *c.ne pro defectu*, nihil nocet geſtis
per P. Commiſſarium in præſenti. Pro quo videndus
Miranda *tom.2.q.23.art.1.* poſt alios.

Idem iuris eſt de Clementina *Exiui, de verb.ſignif.* 29
§.cæterum, vbi dum de electione Prouincialium eſt
ſermo, dicitur: *Cæterum, ſi Capitulum memoratum die
prædicta miniſtrum eligere prætermittat, ex tunc mini-
ſtri Prouincialis prouiſio ad Generalem miniſtrum libe-
rè deuoluatur.* Non ſolum quia Pontifex hoc loco lo-
quitur expreſsè pro caſu quo capitulum fuerit congre-
gatum, & pro die determinata: tunc enim procedit 30
diſpoſitio prædicta; in caſu autem noſtri conſulti nec
capitula erant congregata, nec dies pro ipſis cele-
brandis aſſignata. Sed etiam quia dici poteſt hanc
Clementinam procedere ceſſante iuſto impedimento,
aut cauſa rationabili. Prout non incongruè elicitur ex
eo quod ſubjicit ibidem de Prouinciis Hiberniæ, Græ-
ciæ, ſeu Romæ.

Caſu verò negato, & nullatenus conceſſo, quod 31
nullitates aliquæ in dictis capitulis concurrerent, ni-
hilominus à S. Congregatione confirmari debere, &
imponi ſilentium contradictoribus, multa ſuadent.
Primum, bonum pacis dictarum Prouinciarum, quod
valdè, multumque per noua capitula turbaretur. Hanc 32
enim ob cauſam Summi Pontifices in ſimilibus fermè
negotiis iudicandum cenſuerunt, vt patet *in c.Conſue-
tudinis, de conſuet. & c.fin. de conſang. & affinit. & in
Extrau.§ ſanè, de priuil.* De quo optimè, & adamuſſim
ad hoc intentum Iuſtus Lipſius *l.4. Polit.c.9. & lib.6.
c.3.* referens poſt Dionyſium Caſſium *lib.52.* Saluber-
rimum Mœcenatis monitum ad Auguſtum: *Optimum
eſſe inimicitias omnes, & ambitioſa certamina prorſus
exſcindere, atque adeo nec nomina noua, aut aliud quid
permittere, ex quo poſſint oriri diſcordiæ.*

Secundò, quia Religioſi in dictis capitulis electi 33
perſonæ valde dignæ ſunt, nec illis aliqua nota im-
poſita. Ex quo non ſolum pro ipſorum electione præ-
ſumptio oritur, vtpotè ex effectu ad cauſam, quæ *na-
tura* præſumptio dicitur, ſed etiam confirmatio ele-
ctionis veluti debita poſtulatur. Si enim *finis actus eſt
expectandus, l.diximus, ff de accuſat.tutor. & à fine res
denotatur, l.ex imperfecto ff de legat. & legis finis potius
quàm verba attendendi debent*, iuxta commune Prolo-
quium Doctorum: ſanè cum in huiuſmodi electioni-
bus perſonæ dignæ electæ fuerint, ipſarum electio- 34
nes, & capitula, in quibus factæ fuerunt, confirma-
tionis robur iure poſtulant. Ad quod accedit celebris
doctrina Nauarri, qui *lib.5 conſil.de Iudæis, conſ.1.n.6.*
inquit, quod ad impediendam electionem ſufficiat
ſemiplena probatio, ad rejiciendum autem iam ele- 35
ctum plena, iuxta vulgare illud *ex c.Quemadmodum,
de iureiur. Turpius ejicitur quàm non admittitur hoſpes.*
Tertiò, ad impediendas non ſolùm expenſas, ſed etiam
ferè neceſſariò euentoras turbationes Religioſorum,
in nouorum capitulorum celebrationibus. Vix enim
ſine illis ob humanam fragilitatem contingunt, & ad
illa applicari poſſunt quæ Diuus Gregorius Nazian-
zenus cum ad quandam Synodum Conſtantinopoli-
tanam vocaretur, ſic ſcribit *in epiſt.55.* ad Procopium.
*Ego ſi vera ſcribere oportet, ita animo affectus ſum, vt
omnia Epiſcoporum Concilia fugiam, quoniam nullius
Concilij finem lætum, fauſtumque vidi, nec quod depulſio-
nem malorum potius quàm acceſſionem, & incrementum
habuerit. Pertinaces enim dominandi cupiditates, &
contentiones ne vllis quidem verbis explicari queunt.*

Accedit quoque praxis, & ſtylus Sedis Apoſtolicæ, 36
& huius S. Congregationis, quæ ſæpius ob vitanda
præfata inconuenientia, & aliquando minora ſolet
nullitates capitulorum ſupplere perſonas electas con-
firmando, vel de nouo inſtituendo, quod prudentiſſi-
mè, & iuſtiſſimè efficitur ob commune bonum, &
quia æquitas præfertur rigori, *l.1. §. ſi ſgs, ff. ſi pars* 37
hæred.pet. l.fin.in fin.ff.de offic.Præſid. Eſt enim rectitu-
do iudicij naturalem ſequens rationem, Baldus *in l.om-
nes populi, n.19.ff.de iuſt.& iur.* & ipſa iuſtitia naturalis.

Fulgoſius *in l. 1. n. 7. & 8. C. de legib.* Et digna ſupremo Principe, qualis eſt S. Congregatio, *l. 1 ff. de conſt. pecun.* ibi: *Prætor fauet naturali æquitati, qui conſtituta ex conſenſu facta cuſtodit.* Quod verò Sedes Apoſtolica, & S. Congregatio ita geſſerit ex æquo, & bono iudicando, tam certum eſt apud Eminentiſſimos, vt exempla referre ſuperuacaneum videatur.

CONSVLTVM XL.

De Epiſcopo ſuſpendente omnes confeſſarios, & concionatores cuiuſdam Religionis.

SVMMARIVM.

1 *Occaſio controuerſiæ.*
2 *An Epiſcopus poſſit ſuſpendere omnes Confeſſarios vnius domus, vel Collegij.*
3 *Id non poſſe facere probatur per decretum S. Congregationis.*
4 *Authores qui hoc decretum referunt.*
5 *Adducitur eius tenor.*
6 *Idem habetur ex alia declaratione S. Congregationis.*
7 *An Religioſi Epiſcopo ſic ſuſpendenti teneantur obedire.*
8 *Quid ſi cauſa rationabilis ſubſiſtat,* Inconſulta eadem S. Congregatione.
9 *Dictio* nullo pacto, *quid importat.*
10 *An trahatur ad non ſpecificata.*
11 *Littera S. Congregationis, quibus præcipitur cuidam Epiſcopo, ut circa examen, & approbationem confeſſariorum Regularium omninò obſeruaret declarationes S. Congreg.*
12 *Declaratio ipſarum litterarum.*
13 *An id etiam intelligatur de ſuſpenſione omnium Concionatorum.*
14 *Reſpondetur affirmatiuè.*
15 *Quando ratio legis adeſt, etiam adeſt ipſa lex.*
16 *Non ſolùm extenſiuè, ſed etiam comprehenſiuè.*
17 *An obſtet hæc regula in pœnalibus.*
18 *Reſpondetur negatiuè.*
19 *In iure valet argumentum à veriſimili.*
20 *An poſſet Epiſcopus ſuſpendere ſaltem aliquos Concionatores dictæ domus.*
21 *Ad hoc vt Regulares prædicent in propriis Eccleſiis ſolùm requiritur benedictio Epiſcopi petita, etiam ſi non ſit obtenta.*
22 *Adducuntur Authores hoc affirmantes.*
23 *An obſtet Concilium Tridentinum.*
24 *Quid illi reſpondendum.*
25 *An obſtet alia declaratio S. Congreg.*
26 *Ad id faciendum requiritur rationabilis cauſa.*
27 *Et ad munus prædicatoris pertinens.*
28 *Et debet eſſe communis omnibus concionatoribus ſuſpendendis*
29 *Vniuerſitas non debet condemnari pro peccato vnius certi, vel incerti.*
30 *Quid de illis confeſſariis, qui ab ipſomet Epiſcopo approbati ſunt.*
31 *Et ab eius Prædeceſſoribus, & aliis Ordinariis.*
32 *Bulla Pij V. in fauorem Confeſſariorum Mendicantium.*
33 *An ſit reuocata.*
24 *Declaratio S. Congregationis in qua dicitur prædictam Conſtitutionem Pij V. non eſſe reuocatam.*
35 *Alia declaratio eiuſdem S. Congregationis confirmata ab Vrbano VIII.*
36 *Explicatur eius mens.*
37 *An obſtet quod dicitur in relata declaratione Congregationis.*
38 *Si ſuperuenerit noua cauſa rationabilis.*
39 *Ea debet eſſe rationabiliſſima.*
40 *Vel ad minus iuſta.*
41 *Ea non exiſtente procederet illicitè, & inualidè.*
42 *Lex poſterior derogat priori.*
43 *S. Congregationis verba.*
44 *Eiuſdem declaratio, & mens.*
45 *An talis cauſa probari debeat.*
46 *Reuocatio ad quod forum pertineat.*
47 *Et in quo verſatur.*
48 *In quo conſiſtat cauſæ cognitio.*
49 *Adducuntur rationes pro parte D. Epiſcopi.*
50 *An illæ iuuant.*
51 *Gratia ſpecialis non trahitur in aliorum exemplum.*
52 *Et ſpecialia non debent in argumentum, ſeu conſequentiam afferri.*
53 *Quid de confeſſariis ab ipſo Epiſcopo non approbatis, ſed à ſuis prædeceſſoribus.*
54 *Approbatio Regularium an ſit perpetua.*
55 *Videtur quod ſic.*
56 *Adducuntur authores, & Bulla Pontificum.*
57 *Item declaratio S. Congregationis.*
58 *Rationes, & authoritates id negantes.*
59 *Poſſunt à ſucceſſore iterum examinari.*
60 *Pij V. Vrbani VIII. & S. Congregationis limitatio.*
61 *Conceſſio qualificata limitatione non ſolum reponit illam in diuerſam naturam, ſed etiam vbi deficit, deficit ipſa diſpoſitio.*
62 *Et quamuis ſolum in caſu particulari deficiat.*
63 *Quid quando confeſſarij* cum ſcandalo, aut inhoneſtè viuerent, *vel aliquod delictum committerent.*
64 *Pauli III. Bulla in fauorem Ieſuitarum.*
65 *An religioſus ſemel approbatus ab vno Ordinario ſemper ſit approbatus pro aliis diœceſibus.*
66 *Mendicantes à quonam iuriſdictionem habent.*
67 *Epiſcopi habent nudum miniſterium in approbatione religioſorum.*
68 *Regularis ex Mendicantibus approbatus in vna Diœceſi, poteſt eligi in alia ab habente priuilegium Bullæ Iubilæi.*
69 *Non obſtat declaratio S. Congregationi.*
70 *Omnes Sacerdotes certam iuriſdictionem habent pro abſolutione venialium.*
71 *An confeſſarius vnius diœceſis quando eſt extra illam poſſit audire confeſſiones fidelium illius diœceſis in qua eſt approbatus.*
72 *Epiſcopi nequeunt contra Mendicantes per cenſuras procedere.*
73 *An poſſint id facere in vim conſtitutionis Gregorij Decimi Quinti.*
74 *An releuent Breue Vrbani VIII.*
75 *An releuet D. Epiſcopum aliqua declarationes S. Congregationis.*
76 *Aut diplomata Pij V. & Clementis VIII.*
76 *Prælati Ieſuitarum an poſſent procedere per ſeipſos contra dictum Epiſcopum.*
77 *Conſeruatorum proprium munus.*
77 *Quæ ſit notoria iniuria.*
79 *Et quæ dicatur.*
70 *Violatio priuilegiorum dicitur iniuria.*
81 *An poſſit diſſimulari hæc iniuria ſine peccato.*
82 *Et an poſſit renunciari priuilegio exemptionis à Iuriſdictione Ordinarij.*
83 *Iudices conſeruatores mediis cenſuris poſſunt procedere contra Epiſcopum.*
84 *Quæ eorum ſit authoritas.*
85 *An infirmetur conſeruatorum authoritas eo quod ſint religioſi,* & o. ſeqq.

88 *An impugnetur conſeruatorum electio propter inobſeruantiam conſtitutionis Gregory XV.*
89 *Ipſius conſtitutionis verba.*
90 *In partibus Indiarum non militat.*
91 *Non obſtat Conſeruatoribus quod non aſſumpſerint Aſſeſſorem.*
92 *Firmatur conſeruatorum electio ex decreto Tribunalis Inquiſitionis Mexicanæ.*
93 *Adducitur Bulla Pauli III.*
94 *I em alia eiuſdem Pontificis.*
95 *Item alia Gregorij XIII.*
96 *An ſint confirmata à Paulo V.*
97 *An videantur ceſſare per Concil.Trid.*
98 *Vel propter Bullam Vrbani Octaui.*
99 *Eiuſdem Vrbani reuocatio priuilegiorum ad audiendas confeſſiones ſæcularium Religioſis conceſſorum.*
100 *An militet in partibus Indiarum.*
101 *Lex non promulgata non obligat.*
102 *Priuilegia Religionum ſunt priuilegiatiſſima in Eccleſia Dei.*
103 *Videtur ea non poſſe reuocari.*
104 *Quando adeſt ratio vrgens poſſunt reuocari.*
105 *Pauli V. littera monitoria, & num.ſeqq.*
108 *Cardinalis Burgheſij alia littera.*
109 *Authoris intentio.*
110 *Innocentij X. Breue.*
111 *Exponitur clauſula* Ad futuram rei memoriam.
112 *Et clauſula* Salua.
113 *Decreta, & declarationes S.Congregationis, confirmatio, & approbatio Pontificis, quantum ex vi huius Breuis ſolùm procedunt pro Epiſcopo, & Epiſcopatu Angelopolitano.*
114 *Quid importent hæc verba* Directè, & per ſe.
115 *An per hoc Breue ſupponatur Bullam Gregorij XV.* Inſcrutabili Dei prouidentia, *ſuſpenſam eſſe pro Regnis Hiſpaniarum per Vrban. VIII.*
116 *Eiuſdem Vrbani VIII. Breue.*
117 *Deciſiones S.Rotæ Romanæ ad rem facientes.*
118 *Barcinonenſis Incurſus cenſurarum.*
119 *Oſcenſis Iuriſdictionis.*
120 *Toletana Iuriſdictionis.*
121 *Oſcenſis Iuriſdictionis.*

IESVS MARIA.

CASVS.

1 ILLVSTRISS. D. Epiſcopus N. ob particularem quendam (vt dicitur) reſpectum ſibi concernentem prohibuit ne Patres Ieſuitæ Domorum ſeu Collegiorum Ciuitatis N. in partibus Indiarum audient confeſſiones ſæcularium, aut prædicatent, ſub excommunicationis, & cenſurarum pœnis, quas contra illos ſibi non obtemperantes poſtea promulgauit. Illi ad Iudicem conſeruatorem recurrentes Epiſcopum excommunicari fecerunt, qui viciſſim ipſum etiam conſeruatorem anathemate percuſſit. Quæritur quid de iure.

Reſponſio.

2 Quoad primum articulum huius quæſiti de generali ſuſpenſione omnium confeſſariorum dictarum Domorum, ſeu Collegiorum PP Jeſuitarum, certum omnino eſt, non potuiſſe illam facere D.Epiſcopum, de quo in præſenti, propter expreſſum decretum S. Congregationis Eminentiſſimorum DD. Cardina-
3 lium negotiis Epiſcoporum, & Regularium Præpoſitorum, approbatum, & confirmatum ab Vrbano VIII. per Breue Romæ expeditum anno 1625. quod refertur à Ludouico Caſpenſi infrà citando.

Decretum portò, quod referunt inter alios Alphonſus Leo *in fin.lib.1.de Indul.* Peirinis *tom.1.Priu.*
Minim.in Conſtit.2.Sixti IV. n.44. Genuenſis *in Man.* 4
Epiſc.verbo Confeſſor.n.23. Guaſſinus *in ſuo tract.miſcellan.fol.240.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. alleg.25.n.30.* Scroffa *q.36. art.3.* Ludouicus Caſpenſis *tom.1. Curſ. Theol tract.24.de pœnit.diſp.5 ſect 9.* Franciſcus Ceſpedes *de exempt. regul. dub.110.* & ego *tom. 1. Sum.qq. Regul.c.19 n.9.* vtile etiam pro dicendis inferius, & propterea hic ad literam exſcribendum, tale eſt. *Cum S.Congregationi Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum innotuerit, confeſſarios regula-* 5
res grauiter conqueri, quòd ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinariis ab audiendis confeſſionibus quauis de cauſa indiſcriminatim ſuſpendantur, & propterea ſæpè contingere, vt ab eiſdem Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & locorum Ordinariis omnibus ſimul vnius Conuentus confeſſariis confeſſiones audiendi facultas adimatur: Illuſtriſſimi eiuſdem Congregationis Patres rati vix fieri poſſe, vt hæc ſine ſcandalo, magnaque animarum pernicie contingant; re maturè perpenſa ad omnem ſcandali materiam ſubmouendam, & quo magis ſpiritualis piarum mentium conſolationi conſulatur, ſtatuunt, ac decernunt, Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſque Ordinariis locorum, ad quos confeſſarios approbandi ius ſpectat, confeſſarios regulares aliàs ab ipſis liberè approbatos ab audiendis confeſſionibus ſuſpendere poſt hac minimè licere, niſi ex noua cauſa, eaque ad confeſſiones 6
ipſas pertinente, aut ob non ſeruatum interdictum ab ipſis Ordinariis poſitum. Statuunt inſuper eoſdem Archiepiſcopos, Epiſcopos, locorumque Ordinarios confeſſiones audiendi facultatem omnibus ſimul vnius Conuentus Regularibus confeſſariis, eadem S.Congregatione inconſulta, nullo pacto adimere poſſe. quod quidem decretum, vt iidem Illuſtriſſimi Patres opportunum, & neceſſarium duxerunt, ita inuiolabiliter iubent obſeruari. Romæ 20.Nouembris 1615. A Mar. Epiſcopus Hoſtienſ.Card Gallus V Theatin. Secret. Idem habetur ex alia declaratione S.Congregationis Epiſcoporum, & Regularium 21.Februarij 1642. pro Regularibus Ruſſiæ, quam vidi.

Cùm autem hoc decretum authenticè conſtet, non 7
poteſt vlla ratione ſe D.Epiſcopus defendere quin tráſgreſſor fuerit illius. Ac proinde cum exceſſerit limites ſuæ authoritatis, quod Religioſi ſic generaliter ſuſpéſi non tenerentur illi obedire, imò quod poſſent ſine ſcrupolo pergere in confeſſionibus audiendis, prout 8
habent Peirinis, Scroffa, & Ceſpedes relati, ac ego cum ipſis eo loco; expendit etiam rectè idem Ceſpedes, quod cum in dicto decreto dicatur, *Inconſulta eadem Sacra Congregatione*, denotari per hoc, quod 9
etiamſi cauſa rationabilis ſubſiſteret ad ſuſpendendum omnes confeſſarios, nihilominus id non poſſet fieri non conſulta eadem Sacra Congregatione; nam ante illud non poterat fieri ſine dicta rationabili cauſa. Expendo etiam quod dicatur, *nullo pacto adimere poſſe.* Dictio enim *nullo pacto*, idem importat quod nulla ratione. Albericus *in Dictionar. verb Nullo pacto*, 10
per text. *in l.pupillus* 24. vbi Gloſſ. *ff quæ in fraudem cred.* & trahitur ad non ſpecificata, Roland. *conſ.2.n.42. lib.4.* Tiraquel. *in l.ſi vnquam, verb omnia, n.14.* Stephanus Gratian *dec.51.n.14.* Barboſa *in tract de Clauſul. clauſ.91. n 4 & in tract. de Dict. dict.228.n.6.*

Accedit prætereà, quod cum nouiſſimè, iuxta dicta 11
tom.5.in Marimagno Seruitarum, n.55. ſub an.1646. D. Epiſcopus Piſaurienſis rigidè contra Regulares confeſſarios ſe gereret, ipſique mediis ſuis Procuratoribus Generalibus S. Congregationi conquererentur, Eminentiſſimus Cardinalis Carafa nomine S. Congregationis Concilij, litteris ab ipſo, & Illuſtriſſimo D.Paulucio eiuſdem S.Congregationis Secretario ſub-

ſignatis, eidem D.Epiſcopo ſtrictè iniunxit, vt circa
examen, & approbationem confeſſariorum Regula-
12 rium omninò, & adamuſſim obſeruaret declarationes
S.Congregationis eiſdem litteris adiunctas. Inter eas
autem vna erat pro 16.Ianuarij 1606. in qua declara-
batur, *Dominos Ordinarios non poſſe facultatem au-
diendi confeſſiones omnibus ſimul vnius Conuentus
Regularibus, eadem Sacra Congregatione inconſulta,
adimere.*

13 Quamvis autem in his decretis nihil dicatur de
prohibitione ſuſpendendi omnes concionatores alicu-
ius Eccleſiæ, vel conuentus, nihilominus quia ratio,
quam aſſignat S.Congregatio, ſcilicet *vix fieri poſſe,
vt hæc ſine ſcandalo magnaque animarum pernicie con-*
14 *tingant, & quo magis ſpiritual piarum mentium con-
ſolationi conſulatur*, non ſolùm procedit in ſuſpenſio-
ne omnium confeſſariorum, ſed & in ſuſpenſione
omnium concionatorum; ideo dicendum S.Congre-
gationis mentem fuiſſe prohibere etiam ſuſpenſionem
omnium concionatorum vnius Eccleſiæ, vel conuen-
tus ab Epiſcopo faciendam.

15 Quia quando ratio legis adeſt, etiam adeſt ipſa lex,
*l.illud, ff. ad l.Aquil. l. ſi poſtulauerit, § 2. ff.ad l.Iul.
de adult. l.quidam nummular ff.de edendo, l nauta, §.fin.
ff.nauta, caup l à Titio, ff.de furtis, l.illud, C.de Sacroſ.
Eccleſ. § ſi igitur, Inſtit.quod cum eo*, Gloſſa *verb.Italia,
in cap.1. de tempor ord.lib.6.* Abbas *in cap.nihil, n.5 de
elect.* Decius *conſ.15.n.2.& conſ.301 n.6. & 8.* Calde-
rinus *conſ.147. in princ. aliàs conſ.vnic. vt lit.pend. &
conſ.337. verſ. ſed poſito, aliàs conſ 8. de teſtam.* Bald.
16 *conſ.324. omiſſis, in fin. lib.5.* Non ſolùm extenſiuè vt
plures loquuntur, quia ſcilicet lex ad illum caſum
extendatur, ſed etiam comprehenſiuè, quia ſub illa
comprehenditur, *l.his ſolis, verſ.ſatis etiam cautè pu-
tamus, C.de reuocandis donat.l.illud, C.de Sacroſ.Eccleſ.
l.Item veniunt, §.ait Senatus ff.de petit.hæred.* Tiraquel.
in l.ſi vnquam verb libertis, n.45.& 46. Rebuffus *ad l.
in lege conſorta 203.verſ.itemque, de ſeruit, verſ.colligi-
tur, ff.de verb.ſignif.*

17 Nec obſtat, quod hæc regula limitari ſoleat in
pœnalibus, & correctoriis, ita in illis lex loquens
in vno caſu, non extendatur ad ſimilem, etiamſi
ſubſit eadem ratio, Calderinus *conſ.147.* aliàs *conſ.*
18 *vnic.vt lit.pend.verſ.per prædicta*, Portoles *in tract. de
conſortib.& fideicommiſſ. c.6.n.13.* Card.Tuſch. *lit R,
concl.51. n.43.* Nam caſus præſens eſt fauorabilis, non
ſolùm dictæ Religioni, ſed etiam bono publico fide-
lium, qui, vt conſtat ex relato decreto, ſcandalizari
ſolent ex iſta ſuſpenſione miniſtrorum Eccleſiæ, &
animarum perniciem contrahere, ac priuari ſpirituali
conſolatione.

19 Accedit præcipuè, quod in iure valet argumentum
à veriſimili, illudque pro diſpoſito habetur, quod
veriſimiliter fuiſſet diſpoſitum, ſi diſponens fuiſſet
de illo interrogatus. Bald. Paol. de Caſtro, & alij *in
l. Tale pactum, §.fin ff de pact.* Souſa *in Aphoriſm.
Inquiſitor. lib.4.c.9 n.7.* Veriſimile autem eſt S.Con-
gregationem ita diſpoſituram, ſi de eo interrogaretur,
ac proinde haberi debere pro diſpoſito.

20 Ex alio etiam capite habetur, non potuiſſe dictum
D.Epiſcopum ſuſpendere, neque omnes, neque aliquos
concionatores dictæ domus Patrum Ieſuitarum, illis
prohibendo ne concionarentur in eorum Eccleſiis.
Nam iuxta ea quæ dixi *tom.1. c.20. n.3.* & præſertim
21 *tom.3.verb.concionari, & concionator Regularis, num.7.*
conformiter ad doctrinam Concilij Tridentini, Bullam
Pij V. & declarationes S.Congregationis. Imò iuxta
ſpecialem declarationem Vrb.VIII. in Breui miſſo ad
Eminentiſſ. Cardinal.Sandoual, de quo inferius dice-
tur, ad hoc vt Regulares prædicent in propriis Eccle-
ſiis, ſolùm requiritur benedictio Epiſcopi petita, etiam
ſi non obtenta itaut ſi petita eſt, etiamſi Epiſcopus
contradicat, poſſunt Regulares in ſuis Eccleſiis præ-
dicare. Cum igitur, vt ſupponitur, dicti Patres Ie-
ſuitæ concionatores poſtulauerint dictam benedictio-
nem, non potuit poſtea eos ſuſpendere, aut prohi-
bere, ne prædicarent.

Vnde generaliter Epiſcopum non poſſe prohibere 22
ne Regulares prædicent in ſuis Eccleſiis, tenent Ce-
nedo *in qq. Canon. q.26. num.13.* & Vega *in Summa,
tom.1.c.86. caſu 40.* Bordonus etiam *reſ.7 n.15.* Laur.
de Peirinis *tom.1. ſuper Priuil. Minim. in conſtit.2.
Greg XIII. §.1.n.21.* omnes apud Dianam *tract.2. de
Dubiis Regularium, p.3 reſ.58.* Quibus iungitur Ceſ-
pedes *de exemptione Regularium, dub.100.* Nec refert 23
quod in Concil. Trid. *ſeſſ.24.de Reform. c.4.* dicatur:
*Nullus autem ſæcularis, ſiue Regularis, etiam in Eccle-
ſiis ſuorum Ordinum, contradicente Epiſcopo, prædicare
præſumat.* Hoc enim (ne dicatur Concilium ſibi con-
trarium eſſe, dum *ſeſſ 25 cap.2.* dicit: *Regulares poſſe* 24
prædicare in ſuis Eccleſiis ſola benedictione Epiſcopi)
intelligendum eſt ſolùm pro tempore, & hora quo
Epiſcopus prædicare voluerit, iuxta determinatio-
nem Concilij Viennenſis *in Clem. Dudum, de ſepult.*
prout dixi eo *verb.concionari, & concionator, num 6.* ex
Rodriguez, Miranda, Tamburino, & Nauarro, quibus
modò addo Bordonum, & Ceſpedes *ſup.* ac Barboſa
p.3 de offic.Epiſcopi, alleg.76.n.20.

Nec etiam refert ſi dicatur, ex alia declaratione 25
S.Congregationis pro 9. Nouembris 1635. quam re-
fero eo verbo *Concionari, & concionator Regularis, n.7.*
in impreſſione Veneta anni 1646. haberi, quod poſſit
Epiſcopus negare Regulari benedictionem ad prædi-
candum in Eccleſia Regulari, ſi habuerit aliquam
cauſam ad eam negandam. Tum quia, vt ſupponitur 26
in caſu præſenti, nullam rationabilem cauſam ha-
buit D.Epiſcopus ad id quod fecit. Tum quia ſi aliqua
fuiſſet, ea deberet eſſe non ſolùm rationabilis, vt de
ſe patet, ſed etiam pertinens ad munus prædicatoris, 27
prout colligitur à ſimili de confeſſione ex decreto
relato, & quia omnis alia cauſa eſſet prorſus imperti-
nens, ac per conſequens irrationabilis.

Tum quia eſto talis cauſa ſubſiſteret pro vno vel 28
aliquo ex concionatoribus ſuſpendendo, quod tamen
etiam ſubſiſteret pro omnibus concionatoribus ſuſ-
pendendis, prorſus eſt incredibile. Et vniuerſitatem
non debere condemnari pro peccato vnius certi, vel 29
incerti, habetur ex Bald. *in ſpecul.de ſent.in 17.colum.
verſ.pro peccato, in l.Polla, in 1.col. ad fin. verſ. extra
quæro, C.de his qui vt indeb.* Bartol.*in l ſed ſi hac, §.qui
manumittuntur, de in ius voc.& in l.aut facta, in §.fin. in
pen q.ff de pœnis, in l.ſicut, poſt gloſſ. in fine principij, ff.
quod cui vn.nom & in l.1.vltim col.in verſ. vltima facit
iſta gl. ff. quod quiſque iur.* Bertachino *in Repertorio,
verbo Vniuerſitas.*

Sed prætrea nedum omnes, ſed neque aliquos 30
ex prædictis confeſſariis (idem dico de concionato-
ribus, quia de illis eſt eadem ratio apud Doctores)
potuiſſe, aut debuiſſe ſuſpendi à D. Epiſcopo, ex eo
euincitur. Nam inter eos aliqui erant ab ipſomet
ſimpliciter, & abſolutè approbati ad confeſſiones 31
audiendas; alij à ſuis Prædeceſſoribus, alij verò ab
aliis Ordinariis. Ex quibus priores nullatenus ab ipſo
ſuſpendi potuiſſe, vel debuiſſe, habetur ex Pio V. in
Bulla *Etſi Mendicantium*, anno 1567.*in 2.tom.Bullar.* 32
Inter Bullas huius Pontificis *n.41.* vbi Pontificis hæc
decernit in fauorem Confeſſariorum Mendicantium:
*Statuimus etiam, quod ille qui ſemel in vna Diœceſi ad-
miſſus per Epiſcopum fuerit, ſemper in eadem Diœceſi
habeatur pro admiſſo, nec amplius examinari, vel præ-
ſentari in dicta Diœceſi debeat, tam quoad prædicatio-
nes faciendas, quàm quoad confeſſiones audiendas.*

Hanc porrò Bullam, ſeu conſtitutionem Pij V. non 33
eſſe reuocatam à Gregorio XIII. in alia conſtitutione

In

In tanta, quæ extat *in 2. tom. Bull. inter conſtitutiones*
Gregorij n.9. Sed ſolùm quantum ad ea, in quibus con-
traria erat decretis Concilij Tridentini, habetur non
ſolùm ex Rodriguez, Sorbo, Molpheſio, Miranda,
Ioanne de Cruce, & Peirinis, quos refero *2. tom. Summ.*
c.1.n.16 Quibus etiam accedunt Ioannes Præpoſitus
in 3 p. de Sacramento Pœnit. q.8. dub.3.n.17. loquens
de alia ſimili, Villalob. *in Sum. tom.2. tract.9. diffic.53.*
Caſtrus Palaus *p.6. tract.23. punct.18.n.13.* ex Suarez,
Barboſa, & Fagundez. Sed etiam ex Rotæ deciſione in
vna Liciensi *Quarta funeralium*, 15. Ianuarij apud
Barboſam *de offic. & poteſt. Epiſc. allegat.86. n.17.* &
Tambur. *de Iure Abbat. tom.1 diſp 15. queſ.17.* & in
alia Tarentina *Quarta funeralis*, 5. Decembris 1629.
coram Queipio; imò etiam ex declarationibus S. Con-
gregationis, quas refero eo loco, *& tom.1.c.9.n.47. &*
tom.5. in Mari magno Seruitarum, n.55. vbi referuntur
litteræ Eminentiſſimi Cardinalis Carrafæ nomine S.
Congregationis Concilij ab ipſo, & Illuſtriſſimo
Dom. Paulucio Secretario ſubſcriptæ, de quibus ſuprà
dixi, & in quibus D. Epiſcopo Piſaurienſi iniungitur,
& intimatur declaratio S. Congregationis in vna Sa-
lernitana 15. Auguſti 1591. vbi dicitur dictam conſti-
tutionem Pij V. à Gregor XIII. non fuiſſe reuocatam.

34 Accedit alia declaratio eiuſdem S. Congregationis
approbata etiam, & confirmata ab Vrb. VIII. in Breui
relato apud Caſpenſem, in qua hæc habentur: *Ple-*
banus ſemel examinatus ad confeſſiones audiendas non
35 *ſubeſt amplius examini Epiſcopi: neque Regulares ſe-*
mel examinati, & approbati ſubſunt amplius examini
Epiſcopi. Hæc autem generalis locutio, & coniunctio
Regularium cum Plebanis, ſcilicet Parochis, ſeu cu-
36 ratis, manifeſtè denotant ex mente S. Congregationis
non poſſe Epiſcopum Regulares ſemel ab ipſo appro-
batos iterum ad examen vocare, & multo minus eos
ſuſpendere.

37 Nec obſtat ſi dicatur, quod in illa Salernitana relata
ad præfatum D. Epiſcopum Piſaurienſem tranſmiſſa
veluti explicando dictam conſtitutionem Pij V. dica-
tur non poſſe confeſſarios ſemel approbatos iterum
ab eodem Epiſcopo examinari, niſi noua ſuperuenerit
cauſa, quod etiam deciditur in alia declaratione eiuſ-
dem S. Congregationis pro die 22. Ianuarii 1597. ad
eundem etiam Epiſcopum Piſaurienſem tranſmiſſa.

38 Imò in litteris Vrbani VIII. ad D. Cardinalem
Sandoual tranſmiſſis, de quibus infra. Tum quia vt
ſupponitur, nulla noua cauſa rationabilis de nouo ſu-
peruenit ad hoc quod D. Epiſcopus poſſet dictos Pa-
39 tres Ieſuitas à ſe approbatos ſuſpendere, aut vellet de
nouo examinare, vel approbare. Tum etiam, quia ſi
40 aliqua cauſa ad id faciendum adeſſet, ea deberet eſſe
rationabiliſſima, prout inquit Vaſquez *de pœnit. q.97.*
41 *art.3. dub.5.* ad minus deberet eſſe iuſta, itaut ea non
exiſtente, non ſolùm illicitè, ſed etiam inualidè proce-
deret D. Epiſcopus, quia ageret contra ius ritè adquiſi-
tum, & reuocando ſententiam iuſte latam. Suarez *in*
42 *3.p. tom.4. diſp.18 ſect.8. dub 7.* Peirinis *de priuil. Mi-*
nim tom.1. conſt.26 Leonis X §.6.n.7 Diana *3 p. tract.2.*
de dub. regul reſ.22. D. Cardin. Lugo *de pœnit. diſp.21.*
ſect.3.n.64 Caſtrus Palaus *de Sacram Pœnit. tract.23.*
diſp. vnic. punct.18.§.4 n 6. Tum præterea, quia cum
43 lex poſterior deroget priori, *c.1. de conſtit. in 6 &*
l. ſed & poſterior. ff de leg. ſiquidem in decreto S. Con-
gregationis in principio adducto, quod emanauit ab
ipſa 20. Nouembris 1615. ac per conſequens poſt re-
latas eiuſdem S. Congregationis declarationes, dicitur,
44 eas veluti explicando, *minimè licere Ordinariis con-*
feſſarios regulares alias ab ipſis liberè approbatos ſuſ-
pendere niſi ex noua cauſa, eaque ad confeſſiones ipſas
pertinente (id eſt, *ſi cum ſcandalo, aut inhoneſtè viue-*
rent, aut crimen aliquod committerent, propter quod
ſuſpendi deberent, prout declarauit eadem S. Congre-
gatio in vna Orioleнſi, 30. Auguſti 1630. apud Bar-
boſam *de Iur. Eccleſ lib.1.c.43.n.209*) Aut *ob non ſer-*
uatum interdictum ab ipſis Ordinariis poſitum, vtique
neceſſum fuit, vt talis cauſa pertinens ad ipſas confeſ-
ſiones, vel non obſeruatio interdicti ſubſiſteret, quo-
rum neutrum contigit, ac per conſequens ſuam au-
thoritatem exceſſit D. Epiſcopus.

Dato etiam, & non conceſſo, quod talis cauſa 45
ſubſiſteret, ea deberet probari *ex l. cum q. ff. de tranſlat.*
§. vlt. iunct. princ. eiuſd. l. quod apertè, & in terminis hu- 46
ius dubij probat Moronus *reſp.29.n.32. & 33. & ex d.*
l. Et ex eo quod reuocatio pertinet ad forum exterius,
& verſatur in adimendo iure quæſito.

Quod etiam tenet Ceſpedes *de exempt. Regul. dub.* 47
150. Vnde cùm cauſæ cognitio ſecundum Menoch.
de arbitr. lib.1. q.19.n.3.4. & 5. conſiſtat in citatione
adhibenda, & litigantium iure exaudiendo, & hæc non 48
præceſſerint, manifeſtè elicitur D. Epiſcopum exceſ-
ſiſſe.

Quod enim pro parte ipſius afferri poteſt, ſcilicet 49
quod Vrbanus VIII. conceſſerit Eminentiſſimo Car-
dinali Epiſcopo Giennenſi, litteris ad ipſum datis 30.
Ianuarij 1629. apud Barboſam *de Iur. Eccleſ. lib.1.*
c.42.n.211. non teneri eam cauſam regularibus edicere 50
parum iuuat ipſum. Fuit enim hoc ſpecialis gratia
huic D. Cardinali conceſſa, intuitu forſan dignitatis 51
Cardinalitiæ, & ita non trahenda in aliorum exem-
plum. Specialia enim non debent in argumentum, ſeu 52
conſequentiam afferri. Caſtrenſ. *l.2. conſ.97.* Tuſchus
pract. concl. tom.7. litt. S, concluſ.462. poſt Abbatem
conſ.114.

Quamvis autem loquendo de aliis confeſſariis, qui 53
non ab ipſo D. Epiſcopo, ſed à ſuis prædeceſſoribus
approbati erant ad audiendas confeſſiones, maiori pro-
babilitatis ſpecie videatur potuiſſe illos ſuſpendere, eo
quòd licet ſit ſententia plurium DD. id non licere 54
Epiſcopis, prout tenent illi, quos infra referam, aſſe-
rentes quod approbatio Regularium eſt perpetua, &
quod ſemel approbatus ſemper eſt approbatus, &
ſpecialiter Cenedo *qq. Canonic. q.26.n.14. in fin.* Bar-
tholomæus Fumus *verb. Abſolutio, n.23.* Rodriguez
tom.3. qq. regul. q.32. art 6. & ſup. Bull. Cruciata, §.9. 55
n.32. Vega *lib.1. caſ. conſc. caſ.58.* Baptiſta Salis *de con-*
feſſ n.5. & alij, quibus fauent verba relata ex Bulla *Etſi*
Mendicantium, Pij V. & declaratio illa relata S. Con-
gregationis ab Vrb. VIII. approbata, & confirmata, in
qua coniunguntur Plebanus, & Regulares, cùm con- 56
ſtet Plebanum ſemel admiſſum ab Epiſcopo non exa-
minari à ſucceſſoribus, de quo D. Lugo *ſup. num.63.*
Nihilominus tamen, quia idem Pius V. in alia conſti-
tutione poſteriori, data ſcilicet anno 1571. quæ inci-
pit *Romani Pontificis*, quam retuli *tom.1.c.19 n.7.* & 57
S. Congregatio Concilij ibi etiam relata. quam etiam
video tranſmiſſam ad D. Epiſcopum Piſaurienſem in
litteris S. Congregationis ad eundem per Eminentiſſ.
Carafam, de quibus ſuprà. & approbatam ab Vrba-
no VIII. in conſtit. Vrbani VIII. tranſmiſſa ad Emi-
nentiſſ. Card. Sondoual Epiſcopum tunc temporis 58
Siennenſem, quam refert Barboſa *lib.1. de Iur. Eccl.*
c 93.n.210. manifeſtè declarant quod licèt Mendi-
cantes præuio examine approbati ab Epiſcopo non
poſſint ab eodem iterum examinari (per quod robo-
ratur id quod ſuprà dictum eſt) à ſucceſſore tamen
iterum examinari poſſint. Et ita ſupponunt commu-
niùs Doctores, ſpecialiter Viualdus, & Miranda, quos
eo loco retuli, Ioannes Sancius, Riccius, Zanardus, 59
Campanile, Fagundez, & Villalobos, quos refert, &
ſequitur Diana *3.p. reſ.27.* Veruntamen parum iuuat
hoc D. Epiſcopum, cum quo eſt iſta controuerſia.
Nam Pius V. Vrbanus VIII. & S. Congregatio relata
ſolùm concedunt hanc facultatem dicto ſucceſſori
Epiſcopi, qui approbauit Regulares cum hac limi-
tatione

Digitized by Google

60 ratione, ſcilicet *pro maiori ſua conſcientiæ quiete*. Vnde eſt conceſſio veluti qualificata illa limitatione ac proinde non ſolùm reponit illam in diuerſam naturam, § *præterea inſtit. de inutilib. ſtipulat. c. cum Mar-*
61 *tha. §. quaſiuiſti, de celebrat. Miſſar. cap ſtatutum, de elect. in* 6. Sed etiam vbi deficit, deficit ipſa diſpoſitio. Gloſſa *verbo auocandum, in l. mancipium, ff de ſeruis fugit.* Menochius *de præſump. lib.6. præſ.15. num.* 47. Fuluius Pacianus *de probat. lib.1. cap.14. num.8.*
62 Mar. Anton. *variar. reſ. lib. 1. reſ.82. num.1.* Etiamſi ſolum in caſu particulari deficiat, *l.4. §. toties, ff. de damn. infect. l.1. § loquitur, ff. de aqua quotid. cap. indemnitatib § pen. de elect. in 6.* Cald. Pereira *conſ.30. n.39. verſ. quamobrem illa qualitas*, Barbuſa *in axiomat. iuris, axiom.196. n.7.*

63 Deficere autem in hoc caſu ex eo liquidum videtur, quia quies conſcientiæ D. Epiſcopi eatenus eſſe poterat, quatenus inquietus poterat eſſe, quòd prædicti confeſſarij, quos ſuſpendit, *cum ſcandalo, aut inboneſtè* viuerent, *vel aliquod delictum* committerent, prout S. Congregatio in Oriolenſi relata dixit; vel ſaltem quòd non eſſent idonei ad Sacramenti Pœnitentiæ adminiſtrationem, quorum neutrum erat in præſenti.

Primum quidem, quia Prælati Religionis tam reformatæ, qualis eſt Societas Ieſu, tales non ſolent permittere. Secundum verò, quia regulariter, & vt in plurimum ſemper præſentant pro confeſſariis idoneos, & habiles ad id munus exercendum. Vtrumque verò expreſſit Paulus III. in Bulla *Cum inter cunctas*,
64 in qua ampliſſimam facultatem concionandi, & confeſſiones audiendi illis concedit, illis verbis: *Attendentes igitur ad fructus vberes, quos in domo Domini hactenus produxiſtis, & producere non deſinitis veſtra Religione, integritate, ſcientia doctrina, moribus, & experientia, &c.* Potuit ergo D. Epiſcopus illos veluti notoriè idoneos exiſtimare, ac proinde non vocare illos iterum ad examen, iuxta ea quæ ex aliis dixi *tom.5. ſup. Maremagn. Seruitar. num.55.* Imò, iuxta Concil. *ſeſſ.23. cap.15.* illis verbis, *Aut alias idoneus iudicetur*, quibus denotatur tale decretum non procedere cum notorie idoneis.

Maiori autem probabilitatis ſpecie proceſſiſſe credi poteſt D. Epiſcopus ſic ſe gerendo contra eos confeſſarios, qui nec à ſe, nec à ſuis prædeceſſoribus, ſed in aliis diœceſibus approbationem obtinuerant. Etſi namque ſententia ſit plurium Doctorum aſſerentium probabile eſſe quod Religioſus ſemel approba-
65 tus ab vno Ordinario ſemper ſit approbatus pro aliis diœceſibus, prout tenent Corduba, Enriquez, Koninch, & Rodriguez, quos refert, & ſequitur Caſtrus Palaus *ſupra num.4.* & abſolutè ſequuntur nouiſſimè Ludouicus Cellotius *lib.5. de Hierarchia, cap.25.* & Stephanus Bauny *in Theologia moral p.1. tr.4. quæſ.4.* & ferme eodem modo Ioannes Præpoſitus *in 3. p. q.8. de Sacram. Pœnitent. dub.4.* Nihilominus, quia oppoſitum tum praxi Curiæ, tum maiori conſenſu Theologorum recipitur; ideò vt probabilius, & ſecurius tenendum eſt Religioſis, prout dixi *tom.1. c.19. n.4.* ac proinde potuiſſe D. Epiſcopum impedire ne prædicti, qui ſolum pro diœceſibus aliis approbati erant, in ſua confeſſiones audirent. Cæterùm id non debere fieri tam rigidè, conuincitur primò ex eo quod, vt dixi, oppoſita ſententia à pluribus vt probabilis defendi-
66 tur, & ab aliquibus ſine vlla limitatione. Ex hoc enim infertur, probabilem quoque potuiſſe reputari à prædictis confeſſariis.

Præſertim quod ea quæ pro communi noſtra ſententia afferuntur, ſcilicet declaratio quædam Sacræ Congregationis, quam communiter referunt Doctores, & quam Rodriguez dicit ſe vidiſſe, vbi dicitur: *Diœceſi Valentina non cenſeri approbatum qui ab alio quàm ab Epiſcopo Valentino approbatus eſt*, non incongruè à Caſtro Palao relato intelligitur de approbatione iuriſdictionem concedente, qualis non eſt approbatio Epiſcopi pro Mendicantibus, quia ſecundum plures, vt infrà dicetur, ille non concedit iuriſdictionem Mendicantibus, ſed ipſi eam habent à Papa, ex Clementina *Dudum*, & Epiſcopus circa illos ſolùm habet nudum miniſterium declarandi eos eſſe idoneos.

Similiter conſtitutio Vrb. VIII. *Cùm ſicut accepimus*, cui maximè inhærent Eminentiſſimus de Lugo *ſupra ſect.2. n.9.* & Reuerendiſſimus Vincentius Candidus S. Palatij Apoſtolici Magiſter *tom.1. diſquiſ. Moral. diſq 24. art.65. dub.7.* & Pater Diana *part.3. tract.2. reſ.123. & p.6. tr.7. reſ.59.* ſolùm loquitur in terminis Conc. Trident. & reuocat priuilegia in contrarium.

Tertiò, quia iuxta dicta, plures, quos retuli *tom 5. In Marimagno Eremit. S. Auguſtini, num.4.* tenent 67
Epiſcopos tantum habere nudum miniſterium in approbatione Religioſorum, nec illis tribuere iuriſdictionem, ſed eam habere à iure communi, ſeu à Papa *in d. Clement. Dudum*, quæ non eſt derogata per Concilium Tridentinum, quia cum ſit lex inſerta in corpore iuris, neceſſariò deberet fieri mentio de illa, vt derogaretur.

Quo ergo iure tam acriter, & acerbè D. Epiſcopus contra dictos Religioſos procedere potuit, præſertim quartò, quia ſaltem eſt probabilis valdè ſententia, quod regularis ex Mendicantibus approbatus in vna Diœceſi, poteſt eligi in alia ab habente priuilegium 68
Bullæ Iubilæi, vel ſimilis, prout tenent Theologi Dominicani, & Auguſtiniani, Iuriſperiti Salmanticenſes, Henriquez, Sanchez, Ledeſma, Fagundez, Commiſſarius Cruciatæ, & alij, quos refert Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.25. n.27.* Item Corduba, Antonius Gomez, Llamas, Ægidius, Reginaldus, & plures alij apud Ioannem Sancium *in ſelect. diſp.44. num.1.* & Ludouicum Caſpenſem *ſupr. ſect 8. num.60.* ac Medinam, & Bonacinam, quos refert, & ſequitur Reuerendiſſimus Magiſter Vincentius Candid. *ſup. art 63 dub.5. & art.64. concl.1.* De- 69
claratio autem quædam Sacræ Congregationis pro Indiis Occidentalibus de anno 1633. quæ affertur in contrarium, vel fuit particularis pro diœceſi Limenſi, vel non conſtat authenticè.

Cur ergo, ſi præfati confeſſarij hanc ſententiam ſequi voluiſſent, condemnari à D. Epiſcopo potuerunt. Maximè etiam quintò, quia cum omnes Sacerdotes etiam iuriſdictionem habeant pro abſolutione venialium, dum pœnitens venialia confitetur, videtur indirectè habere etiam iuriſdictionem pro mortalibus, ſequendo opiniones probabiles reputatas, de 70
quibus *ſup.* prout notauit Ioannes Sancius relatus *n.* 24. Ad quod etiam accedit ſextò, quod priuilegium Clementis VII. & Eugenij IV. pro Minoribus, & Gregorij XIII. pro Ieſuitis, quæ refert Cellotius *ſup.* & quibus videtur concedi, quod ſemel approbati non egeant alia approbatione, etiamſi habeant aliquas limitationes, nec ſit certum, ea modò ſubſiſtere, tamen nec eſt ita certum; aut euidens contrarium, vt Patres Ieſuitæ illis inhærentes, annuentibus à multis annis Prælatis Eccleſiarum, & viris doctiſſimis Indiarum, tam acerbè meruerint à D. Epiſcopo tractari.

Et quid ſi dicamus ſecundum plurium ſententiam, quam ſequitur idem Reuerendiſſ. Magiſter Vincentius Candidus *ſupr. art.55. dub 9.* ex Soto, & Enriquez, & ego eo *c.19.* poſt Ledeſmam, & alios, quod ſcilicet confeſſarius vnius Diœceſis quando eſt extra illã poſſit audire confeſſiones fidelium illius Diœce- 71
ſis in qua eſt approbatus, ſi ad ipſum recurrant? Tali enim ſuppoſita ſententia, P P. illi Ieſuitæ,

qui

qui erant approbati pro aliis diœceſibus, poterant audire confeſſiones fidelium illarum Diœceſum, ſi ad ipſos recurriſſent.

72 Caſu porrò dato, nec conceſſo, quod illi meruerint à munere confeſſariorum, vel concionatorum deponi, & puniri perſiſtentes in eo exercendo poſt monitionem illis factam, nihilominus negari non poteſt, quin D. Epiſcopus exceſſerit contra eos per cenſuras procedendo, aut declarando illas incurriſſe. Eſt enim certiſſimum & notorium Mendicantium priuilegium à Summis Pontificibus illis conceſſum, quod DD. Epiſcopi, aut quicunque alij Prælati, ſeu Legati nequeunt contra illos per cenſuras procedere, propter quodcunque delictum ab ipſis commiſſum, niſi ex ſpeciali Sedis Apoſtolicæ commiſſione, qualis in aliquibus caſibus dumtaxat conceditur in Concilio Tridentino, ſcilicet *ſeſſ. 22. in decret. de obſeruand. & vitan. in celebrat. Miſſ. & ſeſſ. 25. c. 5. &* 16. Et quod ſi aliter faciant, nullius roboris, vel momenti ſit, & pro irrito, & infecto haberi debeat. Pro quo innumeræ extant conceſſiones in Marimagno Prædicatorum, Minorum, Eremitarum S. Auguſtini, Seruitarum, & Minimorum, Sixti IV. Innocentij VIII. & Julij II. & aliorum Pontificum, quas *tom.* 5. retuli, imò Pauli III. pro pro ipſis Jeſuitis, vt retuli *tom.* 3. *verbo Exemptio Regularium*, *n.* 8. conformiter etiam ad ius commune, *c.* 1. *de priuileg. in* 6. Vbi cum decretum fuiſſet Epiſcopum habere iuriſdictionem in exemptos in aliquibus caſibus, ſubdit textus: *In eos autem quibus ne interdici, ſuſpendi, vel excommunicari à quoquam valeat à Sede Apoſtolica eſt indultum (ſicut ſunt religioſi quamplures) in quorum priuilegijs continetur, ne quiſquam Epiſcopus, vel Archiepiſcopus Monaſteriorum ſuorum Monachos pro vllo cauſa, vllove loco interdicere, ſuſpendere, vel excommunicare præſumat iidem Ordinarij iuriſdictionem ſuam quantum ad iſta, vbicunque illi fuerint, penitus exercere non poſſunt.* Pro quo maximè facit conceſſio Sixti IV. pro Carmelitis in eorum Marimagno, §. 7. Qua etiam Jeſuitæ Patres ob communicationem priuilegiorum Mendicantium fruuntur, vbi ſic. *Et ne prætexta Conſtitutionis Innocentij IV. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Volentes, locorum Diœceſani, & alij Ordinarij, ac alij quicumque Legati, aut quavis authoritate vtentes in perſonas, aut loca, & alia quævis bona dictorum fratrum quovis iuſto titulo ad eos pertinentia contra Ioannis XXII & Clem. VI. prædeceſſorum noſtrorum ordinationem ſibi quamcunque iuriſdictionem, vel ſuperioritatem vendicare præſumant, diſtrictius inhibemus, ne quis abſque Sedis Apoſtolicæ ſpeciali commiſſione, & authoritate de huiuſmodi, & aliorum prædeceſſorum noſtrorum, non in genere, ſed verbo ad verbum ſpecialem faciente mentionem, in perſonas, domos, loca, aut alia dictorum Fratrum Beatiſſ. Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carm. bona vtpote prorſus exempta, aliquas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias ſpecialiter, vel quomodolibet promulgare, aut in perſonas, domos, aut loca huiuſmodi aliquam præeminentiam, aut ſuperioritatem, & iuriſdictionem quomodolibet exercere præſumant etiam ratione contractus, vel delicti, ſeu rei de qua ageretur vbicunque ineatur contractus, committatur delictum, vel res ipſa conſiſtat.*

Decernimus quoque ex nunc quaſlibet excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, & quoſcunque proceſſus, quaſvis pœnas, & ſententias generales, vel ſpeciales continentes, quos, & quas promulgari, vel haberi, & omnia quæ contra fratres, domos, & loca dicti Ordinis quomodolibet fieri contigerit, etiam eorum exemptione, vtpote notoria, non aliter allegata, nullius roboris, vel momenti eſſe, & pro infectis prorſus haberi debere. Optimo ergo iure potuerunt præfati PP. Ieſuitæ ea quæ à D. Epiſcopo contra eos geſta fuerunt, pro irritis, & infectis habere.

Nec dicatur id potuiſſe facere in vim conſtitutionis Gregorij XV. quæ incipit *Inſcrutabili*, quæ habetur to. 4. tom. Bullarij inter Bullas huius Pontif. *a.* 18. vbi Pontifex confeſſarios, & concionatores, tam ſecu- 73
lares, quam regulares quomodolibet exemptos omnimodæ iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni diœceſani Epiſcopi tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati ſubjicit, & ſubiectos eſſe declarat. *Itaut Epiſcopi* (ait Pontifex) *in ſuprascriptis caſibus, in prænominatas perſonas, in præmiſſis omnibus, & ſingulis, aut circa ea quoquo modo delinquentes quoties & quando opus fuerit, extra viſitationem per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas, vti eiuſdem Sedis delegati, procedere, omnemque iuriſdictionem exercere liberè, & licitè valeant.* Hæc etenim nullatenus ſuffragantur D. Epiſcopo, aut geſtis ab ipſo contra Patres Ieſuitas relatos, maximè contra illos per cenſuras procedendo, non ſolùm quia conſtitutio iſta cõformis eſt Concilij Tridentini decretis, à quibus prædicti Patres non receſſerunt, & quia plures declarationes à S. Congregatione Concilij pro ipſius explicatione, ac moderatione emanarunt, ſed præcipuè, & maximè ad intentum, quia vt dixi *tom.* 1. *c.* 19. *n.* 35. & aliis, locis præfata conſtitutio Gregorij XV. iuſſu Vrb. VIII. ſuſpenſa fuit pro Regnis Hiſpaniarum, vt conſtat ex Breui Nuntij Apoſtolici tunc temporis exiſtentis, nunc verò Eminentiſſimi Cardinalis Sacchetti, a 1. Aprilis anni 1625. quod hic Romæ vidi. Supplicatum enim eſt pro ipſius ſuſpenſione ex parte Religionum Hiſpaniæ Regnorum, ſubſcribente huic ſupplicationi (quam apud me habeo) D. Antonio de la Cueua, & Sylua, egregio iuris Doctore, & ſollicitante Excellentiſſ. Duce de Paſtrana Regis Catholici Oratore obtentum fuit Breue ad Vrbano VIII. pro ipſius ſuſpenſione, quod de verbo ad verbum affert Antonius de Hinojoſa *in direct. diſq. regul. verbo Confeſſarius*, de quo etiam P. Auguſtinus de Bellis *in tract. pro defenſ. Relig.* Alphonſus de Carranza *in Inform. pro Religion.* & alij.

Nec releuat factum Illuſtriſſimi D. Epiſcopi Breue 74
illud Vrbani VIII. ad Eminentiſſimum Cardinalem Sandoual tranſmiſſum, de quo ſuperiùs, vbi Pontifex hæc: *Quod ſi Regulares ſiue in confeſſionibus audiendis, ſiue in prædicando aduerſus ea quæ ſuperius declarauimus, quoquo modo deliquerint, in vim earundem præinſertarum litterarum ab Epiſcopo Giennenſi coerceri, & puniri poſſint etiam cenſuris Eccleſiaſticis.* Pontifex enim Vrbanus intelligi debet in terminis Concilij Tridentini, & contra tranſgreſſores decretorum illius, quales non fuerunt dicti Patres Ieſuitæ, & quod proprius eſt ad intentum, Breue illud ſolùm pro prædicto D. Cardinali emanauit, atque ita ſolùm ſpecialiter pro ipſo, vel pro Epiſcopo Giennenſi, eiuſque diœceſi, vt patet ex procœmio eiuſdem, non pro aliis Epiſcopatibus, aut diœceſibus, ac proinde non trahendum in exemplum, aut conſequentiam aliorum, iuxta dicta in Superioribus.

Sicut etiam nec releuant eiuſdem D. Epiſcopi fa- 75
ctum aliquæ declarationes S. Congregationis, quæ circumferuntur, ex quibus videtur haberi Epiſcopum poſſe etiam ſub cenſuris Eccleſ. compellere Regulares in caſibus in quibus in eos iuriſdictio illi tribuitur à iure communi, Sacro Concilio, & conſtitutionibus Apoſtolicis. Tum quia iuxta dicta, eſto authenticæ ſint huiuſmodi declarationes, intelligi debent quando Regulares ſunt verè tranſgreſſores decretorum Concilij, & Conſtitutionum Apoſtolicarum. Tum maximè de Regularibus non habentibus priuilegium in contrarium, prout colligo manifeſtè ex declaratione S. Congregationis de anno 1587. quam retuli *tom.* 1. *cap.* 25. *num.* 35. & referunt Rodriguez *tom.* 1. *qq. regul. quæſt.* 45. *art.* 2. *in fin.* Suarez *tom.* 4

de Relig.tr.8.lib.1.c.10.n.27. in qua dicitor : *Regulares adeuntes Monaſteria Monialium ſine licentia Epiſcopi incidunt in pœnam excommunicationis , quam Epiſcopus ſuo edicto propoſuit , niſi Regulares illi haberent ex priuilegio quod non poſſint excommunicari , & tunc deberent puniri à ſuis Superioribus alia pœna.* En iam quomodo S.Congregationis intentio ea ſemper eſt , vt Regulares habentes priuilegium ne cenſuris contra eos procedatur , ab Epiſcopis ipſis ſeruetur etiam quando deliquerint, ſed quod à ſuis Superioribus puniantur.

Minus releuant ipſum D. Epiſcopum diplomata quædam Pij V. & Clem.VIII. quibus prætendit nedum caſſata fuiſſe priuilegia PP. Ieſuitarum quoad confeſſiones,ſed etiam poſſe contra illos per cenſuras procedere. Nam diploma illud Pij V. reuocatum dicitur per Gregorium XIII. inſtante Catholico Monarcha Philippo II. vt teſtatur Salgado *de retent. Bullar. c.4.* Sed quidquid de hoc ſit, ne faciles videamur in huiuſmodi reuocatione Bullarum admittenda , certum eſt hanc Bullam quæ incipit *Romani Pontificis*, ſolum loqui in terminis Concilij Tridentini , & contra illos regulares,qui ſub prætextu quod eſſent Lectores,vel graduati in ſuis Religionibus , prætendebant audire confeſſiones ſæcularium abſque vllo examine Epiſcoporum, quorum priuilegia reuocat quoad hoc Pontifex, non tamen reuocat , aut reuocare poteſt quæ ſui ſucceſſores Greg.XIII. & Gregorius XIV. conceſſuri erant Ieſuitis, atque ita non tangit illos , nec ſuffragatur D.Epiſcopo, quin potius in ea ſtatuit Pontifex quod qui ſemel ab Epiſcopo eſt approbatus, non poſſit ab eo iterum examinari , bene tamen à ſuo ſucceſſore pro maiori conſcientiæ ſuæ quiete , vt dictum eſt.

Ac propterea contra ipſum D.Epiſcopum qui aliter fecit, opponi poteſt Bulla etiam illa Clem.VIII. quæ incipit *Quacunque* , quæ ſolùm loquitur in terminis Concilij Trident.& de confeſſariis confraternitatum, ſeu confratrum, quos ſtatuit Pontifex debere eſſe ab Ordinariis approbatos. Quid ergo inde contra Ieſuitas , aut vnde colligi poteſt ex iis Bullis potuiſſe contra illos D.Epiſcopum procedere.

Cum ergo præfatus D.Epiſcopus, etſi aliàs doctiſſimus, hæc non animaduertens contra præfatos Patres tam rigidè per cenſuras proceſſerit,actio proculdubio contra ipſum omni meliori modo dabatur, vel in defenſionem iurium,& priuilegiorum ſuorum.Et quamvis ex aliquorum ſententia,cui fauent Tamburinus *de Iur. Abbat.tom.2.diſp.14.quæſit.3.*& Ceſpedes *in tract. de exempt.regul. dubit.317. num.6.* videretur potuiſſe
76 Prælatos Ieſuitarum procedere etiam per ſe ipſos, & per cenſuras ac extraiudicialiter contra præfatum D. Epiſcopum,per text.*in cap. Dilecto,& c.Venerabilibus, de ſent. excomm. in 6.* & DD. *ibid.* vtpote quia prædictus D. Epiſcopus vim inferebat dictis Religioſis, nihilominus cautius,prudentius, & ſecurius,ac obſeruata debita reuerentia ipſi Epiſcopo, ad Iudices conſeruatores pro ſuis , & Eccleſiarum ſuarum iuribus tuendis recurſum habuerunt.

Proprium enim munus conſeruatorum eſt defen-
77 dere ſibi commiſſos contra iniurias,*cap.Statuimus, de offic.Iudic.deleg.in 6.* Azor. *tom.2. lib.5. c.35.quæſit.1.* Sorbus *in Compend. priuil.Mendicant. verb. Conſeruator, verſ. Sunt autem*,Moneta *de Conſeruat. c.1 num.8.* Miranda *tom.2.Manual.Prælat. q.47.art.1.* Tamburinus *de Iure Abbat. tom.3. diſp.17. q.1.n.1.* Maximè in manifeſtis, & notoriis iniuriis, & violentiis illatis,vel inferendis iis pro quibus aſſumuntur , ſtando in iure communi, *c.1. & fin. de offic. deleg. in 6.* Tamburinus *ſup.q.2.n.1.* & in priuilegio Gregorij XIII. pro eiſdem PP.Ieſuitis in Bulla *Æquum reputantes , in tom.1. Bullar.* inter Conſtitutiones huius Pontificis *num.1.*
ac aliis aliorum Mendicantium , quorum etiam participes ſunt, & quorum aliqua retuli *tom.2. c.10.n.3. & ſeqq.* ac etiam ſtando in rigore conſtitutionis Gregorij XV. quæ incipit *Sanctiſſimus*, in qua licet dicatur: *Ad hac ſtatuit Sanctitas ſua , vt coram ipſis Conſeruatoribus regulares,ac perſonæ ſupraſcripta conueniri quidem, aut trahi debeant, ſed alios conuenire, aut trahere non poſſint , itaut memorati Conſeruatores in cauſis in quibus regulares, & alij actores fuerint,nullam prorſus iuriſdictionem habeant.* Nihilominus, quia hoc durum videbatur,ad S.Congregationem Concilij recurrerunt petentes *an per hac verba ſublata ſit facultas quam habent Conſeruatores defendendi regulares , & alios à manifeſtis iniuriis, & violentiis, quæ illis de facto inferuntur dum à ſuis poſſeſſionibus deijciuntur , & propriis bonis frui, aut vti impediuntur.* Ad quod eadem Sacra Congregatio anno 1624. reſpondit. *Eiuſmodi verbis minimè ſublatam eſſe facultatem quam habent Conſeruatores defendendi regulares à manifeſtis iniuriis ac violentiis, dummodo obſeruent formam præſcriptam conſtitutionibus Innocentij IV. & Bonifacij VIII. relatis in cap.1.& fin.de offic.deleg.in 6.* Habetur hæc deciſio *in 4.tom.Bullar.* inter conſtit. Gregorij XV. *conſtit.9.* In hoc autem caſu interueniſſe manifeſtam , & noto- 78
riam ex eo euincitur , quod talis dicitur illa , quæ per facti euidentiam ita notoria eſt, vt examinatione non egeat, vel ſi egeat, probari tamen poteſt clarè, & certitudinaliter per multos teſtes, itaut negari non poſ- 79
ſit. Tuſchus *verb.manifeſtum,concl.71.num.7.* Ioannes Monachus *c.1.n.3. de Iud. deleg.* Tamburinus *d.q.2. n.12.* iniuria autem id dicitur quod non iure fit, *Inſtit. de iniur.in princ.l.1.& l.lex Cornelia, ff.de iniur.* Ioan. Andr.*in c.1.in princ. verb.de iniur. de offic. deleg. in 6.* Archidiac. *ibid.n.2. verb.iniuriis*, Franc.*n.2.* Tambur. *ſup.num.*10.

Violatio quoque priuilegiorum Iniuria dicitur,nam 80
iniuriā alteri infert qui eius priuilegia violat. Tambur. *ſup.* ex Ioan.Andr. Hanc porro iniuriam interueniſſe, in præſenti clarum videtur , ſiquidem plures communitates Religioſorum contumelioſè , & ſcandaloſè tractatæ ſunt,ſuſpendendo omnes,& ſingulos confeſſarios,& concionatores earum à munere quod exercebant,& expoliando eos iure adquiſito ex Bullis Pontificiis, priuilegiis, declarationibus,& decretis Sacrarum Congregationum, conſuetudine, & acceptatione Prælatorum Eccleſiarum illarum partium , ipſis non citatis, nec auditis , ac contra eos per cenſuras procedendo,quia huiuſmodi ſibi illatis iniuriis prout poterant, & debebant , reſtiterunt.

Dixi debebant , quia vix ſine peccato poterant diſ- 81
ſimulare dictam iniuriam, prout probant textus *in c. quàm periculoſum 7.q.1. c.placuit,& ſeqq.11.q.1.c.cum tempore,de arbitr.*vbi Abbas *n.2.*& alij per text.*cap.Si diligenti,& c.Significaſti,de for.compet.* Lucas de Peña *in l.prohibitum,verſ. & nota, C.de iure fiſci,lib.11.*Sylueſter *in Sum.verb.Exemptio, n.10.& 11.* Viualdus *in Candelabr.aur.1.p.de abſolut.n.49.* optimè Solorzanus *de Indiar.gubern.lib.3.c.17.n.89.fol.*820.Nec poterant 82
renunciare priuilegio exemptionis à iuriſdictione Ordinarij , aut immediatæ ſubiectionis ad Papam, quam habent ob ſua priuilegia.

Tum quia,iuxta ea quæ dixi *tom.1. c.11. num.5.* ex Rodriguez,& Peirinis, hoc priuilegium non eſt conceſſum priuatis Religioſis, aut familiis , ſed toti Religioni,vt latè probat notabilis S.Rotæ deciſio in vna Vliſſiponenſi Monaſterij,coram Coccino 19.Nouembris 1625. quam per extenſum affero *tom.5. in Marimag.Carmel.n.165.& ſeqq.* tum etiam,quia talis renunciatio eſſet contra ius Papæ, ſicut eſſet contra ius Epiſcopi , quod Clericus ſæcularis permitteret ſe ab altero puniri, *cap. ſignificaſti , de for. compet.* Abbas antiquus, Innocentius, Zabarella , Imola, Hoſtienſis,

&

Digitized by Google

& alij DD. *ibid.* Couarruuias *pract.c.20.num.5.verſ.8.* & plures apud Carolum de Graſſ. *de effect. Cleric. effect.1. a num* 53. Tum denique, quia ſunt ſub protectione, & tuitione Papæ, veluti oblati, & commiſſi ipſi, & effecti iuris S.Petri, & Eccleſiæ Romanæ, ex priuilegiis ſpecialibus ipſorum, & aliorum Mendicantium, quorum plura retuli *ſup. num.164.* ac proinde nihil ſpectat ad Epiſcopum (niſi ex ſpeciali Sedis Apoſtolicæ commiſſione procedat) *c.1.de ſtat. Monac. cap.cum inter vos, de verb ſignif.* Felinus *c. cùm acceſſiſſent,n.29. de conſtit.* Mandoſius *de ſignatura, verb. Exemptiones ab Epiſcop.* Tuſebus *verb. renuntiare, concl.171.* Cokier *de iuriſdict.ord.in exempt. p.3.q.vlt.* Rota *ſupra* relata, & alia in vna Salisburgenſi Exemptiunis coram Seraphino, an.1593. Præſertim, quia cum exempti habeantur loco extraneorum, loeaque exempta parificentur extraneis, & exiſtentibus extra diœceſim, *c.luminoſo 18.q.2.* Antonius de Roſellis *in tract.de Indulg.n.383.* Henriq.*in Summ. lib.7.c.15.§.4. litt.F,* Gonzalez *ad regul 8. Cancel. gloſſ.43.n.182.* & notorium eſſet D.Epiſcopu dictos Patres habere iſtam exemptionem, & caſu quo notorium non eſſet, non pertinebat ad illum interpretatio talis priuilegij, iuxta ea quæ dixi *tom.4. verb. Priuilegia Regularium n.11. & 12.* rectè potuerunt ad conſeruatores Iudices recurrere, vt illum cohiberent, prout ex Sanchez, Tamburino, & aliis dixi *tom.3.verb.Exemptio Regularium,* maximè *num.14.* & ad defenſiooem priuilegiorum iuxta conſeruatorias Sixt.IV. Clem.VII. & Greg.XIII. referendas.

3 Potuiſſe verò Iudices conſeruatores ſic vt præmittitur electos, ſeu nominatos mediis cenſuris procedere contra præfatom D.Epiſcopum, & eius officiales clarè colligitur iure quidem communi *ex c.ſanè 1. de poteſt Iud. Deleg.* & ſupponitur *in c.Authoritate, de priuileg.in 6.* Et etiam, quia quoties mandator alicui negotium, mandatur etiam id ſine quo illud impleri non poteſt, *l.2.de iuriſdict. omu.Iud. c.paſtoralis, cap. Praterea, de offic. deleg.* Eo etiam, quod ſunt delegati Papæ, quibus communiter conceditur hæc authoritat. Gloſſ. *in c.licet, de offic. Vicar. c.1.de conſuet.in 6.* Couar. *in c. Alma mater p.2.§.1.n.3. de ſent.excomm.* Nauarrus *in Manual.c.27. prope fin.* Miranda *in Man. Prælat.tom 1 q.35. art.8.concl.1.* Præſertim quia fruſtranea eſt iuriſdictio, quæ non habet coniunctam vim coactiuam. Azor *tom.2. lib.5.c.35.q.10.* Moneta *de Conſeruat. c.7. n.179.* Tamburinus *de Iur. Abbat. tom.3. diſp.17.q.2. n.25.* ex aliis DD. Iure autem ſpeciali propter priuilegia conſeruatoria Religionum, & ſpecialiter Sixti IV. pro Carmelitis in eorum Marimagno, Pij V. in Bulla *Ad hoc nos Deus*, pro Dominicanis, Julij II. in Bulla *Aliàs Venerabilem*, pro Minimis, ac ſpeciatim Gregorij XIII. io Bulla *Æquum reputantes*, pro Jeſuitis.

4 Cùm autem conſeruatorum authoritas tanta ſit, vt impediri non poſſit ab Ordinariis, nec ab aliquibus Legatis, ſed in cauſis eiſdem commiſſis maiores ſint prædictis Ordinariis, & Legatis, prout colligitur *ex c.2.de poteſt.iud.deleg.in 6.* & tradit Sanch.*tom.2.conſ. moral.lib.6.c.9.dub.6. num.4.* poſt Ancbar. Ruin. & Mandoſ. ab eo relatos, proculdubio attentata fuerunt ea quæ D.Epiſcopus, & eius officiales contra præfatos conſeruatores fecerunt.

Immò videntur incidiſſe in excommunicationem, vel ſuſpenſionem à diuinis, impoſitam à Pio V. in conſeruatoria Dominicanorum, illis verbis: *Qui* (ſcilicet conſeruatores) *quamdiu dictum officium exercueritis, & ipſi exercuerint, à nemine, quominus illud exerceatis, & exerceant, ſub aliquo prætextu, ac ſub excommunicationis, ſeu ſuſpenſionis à diuinis latæ ſententia, quam eo ipſo incurrere volumus, & declaramus, reſpectiuè pœna, impediri, vel moleſtari poſſitis.* Certi enim

iuris eſt Ieſuitarum Religionem frui, & potiri omnibus Priuilegiis PP. Dominicanorum, & aliorum Mendicantium.

Nec infirmatur authoritas dictorum conſeruatorum, eo quòd ſint Religioſi. Etenim Religioſi ſi ſint in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti, vel perſonatum Eccleſiaſticum habentes, poſſunt eligi in iudices conſeruatores, tum iure communi, *c.fin. in princ. de offic. deleg.in 6.* Moneta *de Conſeru.c.5.q 8.num.79. & 80.* Tambur.*ſup.q.4.n.2.* Cui fauet quædam declaratio S. Congregatioois Epiſcoporum, & Regularium in vna Turritana pro die 6.Octobris anno 1617. quam refert Barb. *in Collect. Bull. verb. Conſeruat.* licèt Gauant. *in Man.ver.Conſeruatores,* ex eodem Barboſa in contrario ſenſu eam referat. Prout etiam facit idem Barboſ. *in Sum. Apoſt.dec.verb.Conſeruator, n.12.* vt propterea eùm variè referatur huiuſmodi declaratio, nihil deſeruiat, neque pro hac, neque pro contraria parte. 85

Tum propter eorum priuilegia, vt patet in conſeruat. Clementis VII. pro Minimis, quæ dirigitur ad Priores, quo nomine vocantur Prælati regulares. Rodriguez *tom.1.qq.reg q.65.art.3.* Petrinis *tom 2. priuil. Minim,in Conſtit.5. Gregorij XV.§.1.num.15.* Tamburinus *ſup.* Præſertim cum Superioratus Religionum ſint digoitates, *c.niſi eſſent, de præbend.* ibi: *Non dignitas Prioratus, ſed perſona Prioris maneat onerata.* Joan. Andr.*ibid.n.4.* Antonius de Butr.*num.14.* Cardin.*n.3.* Abb. & alij quos affert Tamburin.*ſup.& tom.1.diſp.1. quæſt.3. & 5.* Nec refert ſi dicatur, quod vnus ex iis electis in conſeruatores non erat Prior, aut Superior habens iuriſdictionem io ſua Religione, ſed ſolùm Definitor. 86

Nam vt dixi *tom.1.c.13.n.2.* Munus Definitoris in Religionibus eſto non ſit dignitas, eſt tamen perſonatus, ac proinde reddit capacem habentem illud vt in conſeruatorem eligatur. Tum iure communi *d. c.fin. de offic.deleg.in 6.& c.ſtatutum, de reſcr.etiam in 6.* Tum iure ſpeciali Clem.VIII.in conſtitutione *Sanctiſſimus*, anni 1591. & Greg. XV. in conſtitutione etiam *Sanctiſſimus*, anno 1621. Tum denique iure ſpecialiſſimo (per quod tollitur omnis difficultas, quæ in præſenti poteſt eſſe) priuilegij ampliſſimi Gregorij XIII. anno 1579. die 24. Octobris conceſſi ipſis PP. Jeſuitis pro partibus Indiarum ad eligendum in conſeruatores loco qualificatarum perſonarum quoſvis idoneos, & probos viros ſæculares clericali charactere inſignitos, non tamen coniugatos. Et rurſus in eadem Bulla: *Nec propterea dictam Societatem ad certos, & determinatos conſeruatores alligare authoritate Apoſtolica, & tenore præſatis ſtatuimus, & ordinamus.*

Ex iis enim clare inferri videtur, potuiſſe eligere in conſeruatorem præfatum Religioſum diffinitorem, ſiquidem poterant eligere conſeruatorem ſæcularem, nec ſunt alligati ad certos, & determinatos conſeruatores. Ad quod etiam deſeruit Bulla Clem. VII. quæ dicitur eſſe authenticata, & comprobata in Conuentu S Dominici Mexicanæ Vrbis, in qua ei conceditur facultatem eligendi in conſeruatores quaſcunque perſonas Eccleſiaſticas, ſæculares, & Religioſas, etiam in digoitate Eccleſiaſtica non conſtitutas, dummodo litteratæ exiſtant, aut ſi litteratæ non ſint, Aſſeſſorem litteratum habeant, & in Sacris Ordinibus conſtitutæ ſint. Quod & vſu receptum dicitur in illis partibus. 87

Accedit ad maiorem abundantiam, quod dato, & non conceſſo, quod dicta electio eſſet inualida reſpectu eius conſeruatoris, qui non erat in dignitate conſtitutus, ſed ſolùm diffinitor ſuæ Religionis, nihilominus ex parte alterius qui erat Prior conuentus Religioſorum valida erit: ſiquidem Regula illa, Vtile non debet per ioutile vitiari, quæ habetur inter Regulas iuris *in 6. num.37.* & ſumitur *ex l.1.§.Sed ſi mihi,*

ff. de verbor. oblig. Vbi communiter DD. etiam procedere debet in præſenti.

88 Maximè, quia eſto quod hæc Regula non procedat in rebus indiuiduis, & inſeparabilibus, procedit tamen in rebus diuiduis, & ſeparabilibus, prout ex multis Sacræ Rotæ deciſionibus, & DD. probat Barb. in collectao. DD. ad iſtam Regulam. Res autem iſta de duplici conſeruatore res diuidua eſt, & ſeparabilis, vt de ſe patet.

Maiori probabilitatis ſpecie impugnari poſſe videtur hanc conſeruatorem electionem, eo quòd, iuxta conſtitutionem *Sanctiſſimus*, Gregorij X V. reiatam deficit illis ea conditio, quam Pontifex pro ipſis requirit, ſcilicet quod *in Conciliis Prouincialibus, aut Diœceſanis prædicti Iudices electi, ſeu deſignati ſint.* Quod non contingit in præſenti, cum dicti duo Religioſi in conſeruatores electi nullatenus erant in aliquo Concilio Iudices electi, ſeu deſignati. Cæterum, non propterea eorum electio inualida cenſeoda eſt. Primò quidem, quia conſtanter aſſeritur hanc Gregorij conſtitutionem in illis partibus nedum receptam, ſed neque publicatam, multoque minus practicatam eſſe, prout Alfonſua de Catanza *in reform.* & alij teſtantur.

89 Quibus iungitur Seraphinus Freitas Ordinis Sanctæ Mariæ de Mercede *in ſcholiis ad Bullar ſui Ordinis, in Gregor XI. Bulla* 2. Vbi loquens de alia ſimili conſtitutione Clem. VIII. dicit ſolùm fuiſſe regulam Cancellariæ, & exſpiraſſe morte Papæ, & non fuiſſe receptam in partibus Hiſpaniæ. Cuius etiam ſignum eſt, quod plures authores Hiſpani, qui poſt eam de conſeruatoribus Religionum ſcripſerunt, ipſius mentionem non faciont, quales ſunt Ioannes de Cruce *in Epitom. ſtat. Relig.* Portellus *in dub. Regularib.* & Hieronymus Rodriguez *in ſuo Compendio.* Et ſanè licet non facilè admitti debeat conſtitutiones Pontificias Romæ more ſolito publicatas non eſſe receptas, aut publicatas in Prouinciis exteris; nihilominus Indiarum Prouinciis, aut Regnis, vtpotè valde diſtantibus à Romana Curia, & in altero Orbe, ſitis plus quam aliis Regionibus in hoc concedendum. Præſertim, ſi iuxta dicta ſuperius, ex Salgado, & Solorzano (quæ tamen mihi non conſtant) Rex Catbolicus non permittit huiuſmodi conſtitutiones Pontificias, quæ cauſa rixarum, & contentionum inter Epiſcopos, & Regulares eſſe poſſunt, in illis partibus promulgari.

Addunt aliqui hanc conſtitutionem Greg. X V. ſolùm loqui de conſeruatoribus electis pro cauſis Regularium, in quibus ipſi ſunt rei, non autem de illis qui eliguntur pro cauſis in quibus ſunt actores, qualis eſt cauſa, de qua in præſenti. Addi etiam poteſt, quod ex contextu ipſius conſtitutionis colligi videtur, quod etſi talis electio contra formam ipſius facta illicita ſit, non tamen inualida, Pontifex enim facit diſtinctionem inter electionem conſeruatorum faciendam in poſterum à Sede Apoſtolica, & ab ipſis regularibus, & de priori dicit nullius eſſe momenti, vel roboris, de poſteriori autem nihil tale dicit, ſed ſolum ponit pœnas tranſgreſſoribus.

Quæ patent ex his verbis conſtitutionis: *Quodque deinceps littera conſeruatoria per Sedem Apoſtolicam concedenda, ſuprascriptis tantum dirigentur, & ſi qua littera aliter expedientur illa, ac deputationes huiuſmodi, omniaque exinde ſequenda nullius ſint roboris, vel momenti. Et nihilominus qui ſecus quàm iuxta formam ſuperius præſcriptam Conſeruatores huiuſmodi cum effectu eligere, nominare, ſeu deputari, aut electis, nominatis, ſeu deputatis vti auſi fuerint; Regulares quidem voce actiua, & paſſiua ſint ipſo iure priuati, adeo vt habilitationem à nemine, præterquam à Romano Pontifice, conſequi valeant. Reliqui verò aliis pœnis arbitrio Sanctitatis ſuæ coërceantur, & prædictorum omnium Conuentus, Monaſteria, ac loca huiuſmodi, eorumque perſonæ ac bona careant Conſeruatore ad annum, itaut illorum cauſæ interea coram locorum Ordinariis dumtaxat cognoſci, ac definiri debeant.*

90 Tollitur autem omnis difficultas ex eo, quod cum in prædictis partibus vel non habeantur prædicta Concilia Prouincialia, vel diœceſana, vt dicitur, vel caſu quo habeantur in eis, non eligantur tales Iudices Synodales, ideo conſtitutio iſta Gregorij quoad hoc punctum habetur pro lege impoſſibili, ac per conſequens nullam vim habeoie. Quia impoſſibilia non obligant, ſeu ad impoſſibile nemo tenetur, *l. Si quis in graui, in princ.* vbi Bartolus, *ff. ad Syllan. l. ſi ſtipuler, ff. de verb. oblig. l. Paulus, ff. qua ſent. ſine app. reſc. l. impoſſibilium, ff. de reg. iur. §. Impoſſibilis, Inſtit. de hered inſtituend. c. nemo poteſt, de regul. iur. lib.* 6. Thom. de Thomaſſ. *in florib. leg. reg.* 194. Oldradus *conſ.* 132. *Quidam teſtator, verſic. tertia actio*, Ioan. Iacobus de Lem. *inter conſ. Bruni conſil.* 117. *n.* 212. *cum ſeqq. vbi n.* 214. ait quod procedit in contractibus, ſententiis, & præceptis. Surd. *deciſ.* 289. *num.* 21. Flamio. *de reſign. benefic. lib.* 11. *quæſt.* 13. *num.* 8. Bellet. *diſquiſit. Cleric. p.* 2. *tit de Clerico debitore.* §. 1. *n.* 4. Card. Tuſch. *tom.* 4. *lit. S, concl.* 54. Barboſa *in axiom. Iur. axiom.* 118. *n.* 7.

91 Minùs obſtat contra prædictam electionem conſeruatorum, & geſta per ipſos, quod ipſi non aſſumpſerint ſecum Aſſeſſorem. Cum hoc nec ex iure communi, nec ex priuilegiis Religionum habeatur, quin potius oppoſitum eliciatur ex dictis in Superioribus de priuilegio Clementis VII. pro Dominicanis Indiarum, faueatque Moneta *de Conſeruat. c.* 9. *n.* 58.

92 Maximum autem robur firmitatis recipit dicta conſeruatorum electio ex decreto Tribunalis S. Inquiſitionis Mexicanæ de an. 1647. pro die 18. Maij, in quo Domini illi Inquiſitores omninò prohibuerunt ſcripturas quaſdam, ſeu manuſcripta aut impreſſa contra præfatos conſeruatores. Inſuper præcipit in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ſibi reſeruatæ, ne aliquis verba aliqua iniurioſa in cathedra, pulpito, vel alibi contra Religionem Prædicatorum, ea qua erant dicti conſeruatores, & Societatem Jeſu, quæ illos elegit, proferre auderet. Vbi etiam alia concernentia. Ex quibus elicitur hoc S. Tribunal approbaſſe, & confirmaſſe dictam electionem, ac præfatos conſeruatores habuiſſe pro legitimis, & non intruſis.

93 Ad maiorem autem abundantiam, & pro maiori firmitate eorum quæ dicta ſunt in fauorem PP. Ieſuitarum circa hanc controuerſiam, expendenda primò quidem Bulla Pauli III. anno 1545. edita, quæ incipit, *Cum inter cunctas*, & habetur in Bullario Rodriguez in hoc Pontifice *num.* 7. in qua quoad concionatores, & confeſſores hæc ipſis concedit: *Cuilibet veſtrum, qui ad hoc idoneus repertus, & per veſtræ Societatis Præpoſitum pro tempore exiſtentem deputatus fuerit, in quibuſuis Eccleſiis, & locis, ac plateis communibus, ſeu publicis, & aliàs vbique locorum clero, & populo verbum Dei prædicandi, ac eos viam veritatis edocendi, & ad benè, beatéque viuendum, itaut in vobis verbo pariter, & exemplo ædificentur, in Domino hortandi, admonendi, necnon illis ex vobis, qui preſbyteri fuerint, quorumcunque vtriuſque ſexus Chriſti fidelium ad vos vndecunque accedentium confeſſiones audiendi, & confeſſionibus diligenter auditis ipſos, & eorum ſingulos ab omnibus, & ſingulis eorum peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis, quantumcunque grauibus, & enormibus, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, & à quibuſuis ex ipſis caſibus reſultantibus ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis (exceptis contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini ſolita eſt legi) abſoluendi, ac eis pro commiſſis pœnitentiam ſalutarem iniungendi.*

Item

Digitized by Google

94 Item alia eiuſdem Pauli an. 1549. emanata, quæ
incipit *Licet debitum*, apud eundem Rodriguez *ſup.*
num. 8. in qua ſpecialiter quod ad confeſſarios attinet
inquit Pontifex: *Vniuerſis vtriuſque ſexus Chriſti fi-*
delibus, vt cuilibet de Societate ipſa confiteri poſſint,
Rectoris ſui licentia minimè requiſita, &c. ſupple *con-*
cedimus, vel *indulgemus*. Inſuper aliæ Gregorij XIII.
& Gregorij XIV. quibus conceditur, *Presbyteris eiuſ-*
dem Societatis, qui ſemel à Prepoſito Generali eiuſdem
Societatis pro tempore exiſtente, vel ſaltem ab aliquo
Epiſcopo approbati fuerint ad prædicandum, confeſſiones
95 *audiendum, & Miſſas celebrandum, pro Myſteriorum*
huiuſmodi exercitio vlteriores licentiam, & approbatio-
nem ab aliis Epiſcopis petere, ſeu aliàs habere minimè
teneantur. ſed abſque illis prædicare, confeſſiones audire,
Miſſaſque etiam extra Eccleſias conſecratas ſuper alta-
96 *ribus portatilibus, &c.* Hæc, inquam, non omittenda,
maximè quia prætendi poſſunt confirmata à Paulo V.
in alia Bulla *Quantum religio*, an. 1606. edita, vbi con-
firmantur priuilegia Societatis cum clauſulis ampliſſi-
mis. Et quia conſonant viuæ vocis Oraculo Pij V. in
quo eiſdem Patribus confirmantur priuilegia reuocata
per Concilium Tridentinum, quod viuæ vocis Ora-
culum prætendi etiam poteſt dici debere Bullatum
per illam Bullam Pauli V. ac per conſequens non
comprehenſum in reuocatione generali huiuſmodi
Oraculorum facta per Gregorium XV. & Vrba-
num VIII.
97 Cæterum hæc omnia, & ſi quæ ſunt alia ſimilia
priuilegia, quatenus in illis conceditur facultas au-
diendi confeſſiones ſæcularium ſine examine, aut
approbatione Epiſcopi Diœceſani, ceſſare videntur
non ſolum quoad ea quæ præceſſerunt Concilium,
propter ipſum *in ſeſſ.* 23. *c.* 15. vbi oppoſitum cauetur,
prout in terminis Bullarum Pauli III. dixit Suarez 4.
98 *tom de Relig tract.* 10. *lib.* 9 *c.* 2. *n.* 1. Et quoad alia, non
obſtante quod ſint poſteriora Concilio, ac per con-
ſequens potuerint illi derogare propter declaratio-
nes S. Congregationis relatas, & præcipuè propter
Bullam Vrbani VIII. quæ incipit, *Cùm ſicut accepi-*
mus, de an. 1628. cui maximè inſiſtunt Cardinalis Lu-
go, Diana, & alij Authores communiter, quia Pon-
tifex in ea omnia indulta, ſeu priuilegia ad audiendas
confeſſiones ſæcularium aliquibus Religioſis cōceſſa,
etiamſi ab Epiſcopis Diœceſanis ad id examinati, &
99 *approbati non fuerint*, reuocat his vniuerſaliſſimis
verbis: *Nos huic malo opportunè prouidere volentes,*
de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardina-
lium negotiis Regularium prapoſitorũ conſilio, & omnia,
ſingula indulta huiuſmodi, audiendi ſæcularium con-
feſſiones abſque Ordinarij examine, & approbatione,
quibuſvis Collegiis, Capitulis, Religionibus, Societati-
bus, & etiam Societati Ieſu, Congregationibus, &
Ordinibus, tam Mendicantium, quàm non Mendican-
tium, necnon Monachorum quorumcunque, etiam S. Be-
nedicti, Ciſtercienſium, & Carthuſienſium, ac etiam
quibuſvis Militiis, etiam Hoſpitalis S. Ioannis Hiero-
ſolymitani, ac quibuſcunque Eccleſiis etiam Patriarcha-
libus, & Metropolitanis, Monaſteriis, cæteriſque locis
piis, ſiue eorum, & earum reſpectiuè Abbatibus, Prepo-
ſitis, Decanis, Magiſtris, Miniſtris, Prælatis, Priori-
bus, Rectoribus, etiam Generalibus, vel Prouincialibus,
Capellanis, Confeſſariis, aut aliis quocunque nomine
nuncupatis Superioribus, & perſonis quibuſcumque,
etiam quomodolibet exemptis, ac Sedi Apoſtolicæ imme-
diatè ſubiectis, cuiuſcunque dignitatis, preeminentia, &
conditionis exiſtentibus, & quovis priuilegio munitis,
& tam ad ſupplicationem partium, quàm motu proprio,
& ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis pleni-
tudine hactenus quandocumque, & qualitercumque ex
quavis etiam de neceſſitate exprimenda cauſa, & alias
quomodolibet conceſſa, Apoſtolica auctoritate, tenore
præſentium reuocamus, caſſamus, tollimus, abrogamus, &
annullamus, viribuſque, & effectu euacuamus, ac reuo-
cata, caſſa, ſublata, abrogata, & annullata, viribuſque,
& effectu vacua eſſe, & fore, nec Religionibus, Socie-
tatibus, etiam Societati Ieſu, Congregationibus, Ordini-
bus, ac Militiis, & Eccleſiis, Monaſteriiſque prædi-
ctis, eorumque Superioribus, & perſonis quibuſcunque
in poſterum vllo modo ſuffragari, minuſque illos, & il-
las, etiamſi de iis ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac
de verbo ad verbum mentio habenda foret, indultis hu-
iuſmodi vti poſſe.

Quamvis autem hoc ita ſit, nihilominus dicta Vr- 100
bana, & aliæ declarationes S. Congregationis in
partibus Indiarum notæ non erant ob defectum pu-
blicationis in illis partibus, & lex non promulgata
non obligat, *l. leges, C. de legib.* S. Thom. 1. 2. *q.* 99. *art.* 4.
& DD. communiter.

Maximè quando talis lex eſt reuocatoria priuile- 101
giorum, prout ex Suarez, Bonacina, & Portello dixi
tom. 4. *verb. Priuilegia Regularium*, *n.* 20. Adeo vt maxi-
mè tunc procedat (ſaltem pro foro conſcientiæ) ſen-
tentia, quam tenent Serarius, Sa, Toletus, Medina,
Angelus, Sotus, Carbo, Conradus, Miranda, Victo-
rellus, Molina, Layman, Becanus, & Homobonus,
quos refert Diana 1. *p. tract.* 10. *de legib. reſolut.* 8. &
Celeſtinus, Duuallius, Marchaotius, Ioannes Uvigers,
Gordonus, & Bandelius, quos refert 5. *part tract.* 14.
reſol. 25. aſſerentes huiuſmodi leges non obligare ante
promulgationem factam in Prouinciis, ſeu Diœce-
ſibus.

Quod maiorem vim habet pro Indiis, non ſolùm
propter maiorem diſtantiam ab Urbe, ſed etiam quia
vt viri docti inquiunt, Rex Catholicus ex commiſſio-
ne ſibi à Sede Apoſtolica tradita pro concordia inter
Epiſcopos, & Regulares, non permittit, quod huiuſ-
modi Bullæ contra Regularium priuilegia in illis par-
tibus promulgentur. Prout ex Solorzano *tom.* 2. *lib.* 3.
cap. 25. Salgado *de retent. Bullar.* afferunt alij
viri docti. Ideo ab obſeruantia tum dictæ Bullæ
Vrbanæ, tum dictarum declarationum S. Congre-
gationis excuſabantur dicti PP. Ieſuitæ, & propterea
D. Epiſcopus non debuit contra ipſos tam rigidè pro-
cedere.

Præſertim animaduertendo, quod priuilegia Reli- 102
gionum ſunt, & debent eſſe priuilegiatiſſima in Ec-
cleſia Dei. Primò ex illo principio: *Summa ratio eſt,*
quæ pro religione facit, iuxta *l. ſunt perſo.* 2, *in fin. ff. de*
relig. & ſump. fun. Sanch. *lib.* 8. *de matrimon. diſput.* 1.
num. 13. ac proinde quod ipſis ſtare debeant priuile-
giati Regulares, donec illis legitimè conſtet de reuo-
catione ipſorum.

Quod etiam ſequitur ſecundò ex eo, quod cum
non vni, aut alteri perſonæ concedantur, ſed toti
Religioni, aut communitati, æquantur legi, ac per-
inde habentur ac ſi in corpore iuris inſerta eſſent.
Oldradus *conſ.* 303. *num.* 4. *verſ Conſiderandum eſt.*
Henriquez poſt alios *lib* 7. *de Indulg. c.* 22. *n.* 3. *& c.* 24.
n. 4. Sanch *ſupra*. Tertiò, quia iuxta ea quæ dixi 4. *tom.*
verb. Priuilegia Regularium, *n.* 20. Sunt remuneratoria
propter merita Religionum conceſſa, vt ſæpius decla-
rant Pontifices in dictis Bullis, & aliis de Societate
loquentes.

Quæ ratio adeò efficax multis eſt, vt propter ipſam 103
cenſeant reuocari non poſſe. Quod etſi verum non ſit
quando adeſt aliqua ratio vrgens, & bonum cōmune
concernens, quando tamen ea non ſubſiſtit, verum vi-
detur, prout dixi eo loco ex Suarez, Salas, & Bonac.
Ad minus ex eo ſequitur, vt dixi, quod potuerint di-
cti Patres ſtare dictis priuilegiis, donec illis legitima
ipſorum reuocatio promulgata eſſet.

Quod maximè applicandum videtur huic Vrbanæ 104
reuocationi, eo quòd, vt dicitur, idem Vrbanus VIII.

anno ſequenti, ſcilicet 1629. renalidauit priuilegium Ieſuitarum pro partibus Indiarum.

Meritò proinde iidem PP. Ieſuitæ ad Sanctiſſimi D. N. pedes prouoluti benigniſſimum ipſius patrocinium quæruit ad inſtar illius quod Paulus V. bo. me. eiſdem Patribus in partibus Indiarum coofiſteotibus tribuiſſe dignoſcitur. Etenim cum quidam D. Epiſcopus in illis partibus parum benignè erga PP. Ie-
105 ſuitas ſe gereret, ad ipſum litteris monitoriis, & exhortatoriis datis de anno 1608. inter alia ſic ſcripſit: *Quantum autem ad Sacerdotes Societatis Ieſu attinet, cupimus, vt eos benignè ac paterna Sacerdotalique charitate tractes, & ſi quid ammaduertendum in eis fortè Tibi videbitur, præcipimus, ac mandamus fraternitati tuæ vt illud prædicta Societatis Prælatis ſignifices, noſque de omnibus certiores facias, qui Deo adiuuante, vt par eſt, prouidebimus.*

106 Et in aliis anni ſequentis ad eundem Epiſcopum ſic: *Sacerdotes Societatis Ieſu egregiam operam hactenus nauarunt ſemper Catholicæ Eccleſiæ: propterea eos valde diligimus, eorumque exiſtimatio, quies, & pax Nobis ſummopere cordi eſt, vt commodius Deo ſeruire, & animarum vtilitati ſtudere poſſint. Itaque fraternitatem tuam monemus, & hortamur, vt à ſimilibus in poſterum abſtineas, & charitate, ac humanitate, qua decet, dictos Religioſos tractes, vt bonus odor Chriſti ſitis in Eccleſia Dei; & ſi fortè aliquid in illis deprehenderis, quod Tibi videatur indigere correctione, illud nobis ſignifices. Nos enim de opportuno remedio prouidebimus.*

107 Similiter in aliis durioribus eiuſdem anni ad eundem Epiſcopum, ſic Pontifex: *Fraternitatem tuam hortamur, & in virtute Sanctæ Obedientiæ Tibi præcipimus, & mandamus, vt ſtatim ac noſtras litteras acceperis, ab illis perturbandis omninò abſtineas. Quod ſi renueris, aut diſtuleris, quod non credimus obedire noſtræ voluntati, mandauimus Venerabili Fratri Epiſcopo Malioperenſi, quid circa hoc agendum erit.*

108 Pro quarum litterarum exequutione Eminentiſſimus Cardinalis Burgheſius litteris aliis datis ad Illuſtriſſimum Hiſpaniarum Nuntium, ſic etiam ſcripſit: *Sarà V. S. informata da i Padri della Compagnia di Giesù de i danni notabili per cauſa delle perſecutioni nouamente ſuſcitate da quei Veſcoui, & in particolare da quelli della China, e del Cocin, li quali non contenti delle diſcordie, che veron frà di loro, hanno medeſimamente voluto moleſtare li Padri, non ſolo con ingiurie, minaccie, e maladicenze, ma ancora con fatti, ſpoglianđogli delle proprie Chieſe, che amminiſtrauano, e priuandogli del miniſterio della parola di Dio, il che potrà V. S. per ſe ſteſſa conſiderare di che ſcandalo, e conſeguenza ſia in quei populi, oltre all'impedimento, che ſi fà al progreſſo di quella noua Chriſtianità.*

Noſtro Signore hà inteſo tutto queſto con gran ſuo diſplacere, e per il zelo particolare, che hà che Dio ſia ſeruito, e glorificato in quelle parti, e che la Compagnia ſia promoſſa à continuare il ſuo Inſtituto per il frutto che da lei ſe ne caua nella Chieſa, hà penſato di ſcriuere, ſi come fa alli medeſimi due Veſcoui vn Breue per ciaſcuno, ordinando loco, che deſiſtino da queſte moleſtie contra i Padri, e che non diino occaſione di maggior ſcandali e nouità, & in euento, che quel del Coccino non obediſca, ch'è quello, ch'è venuto alla priuatione delle Chieſe, e della predica, ſi ſcriue vn'altro Breue ad Veſcouo di Maliapor, accio ne formi proceſſo, e lo mandi à Roma.

E parço anco à Sua Santità, che di tutti queſti inconuenienti V. S. ne dia parte à ſua Maeſtà, ſi come farà à nome della Santità ſua con quelli officij conſiderati, che la prudenza ſua le dettarà, tenendoſi per fermo che la Maeſtà ſua non hauerà meno à cuore la pace, e concordia di quei Veſcoui, e Religioſi di quel che le ſiano le coſe della medeſima Religion Cattolica in quei ſuoi Regni.

Stripſeram hæc fermè omnis pro veritate in hac controuerſia, quando à S. Coogregatione Epiſcoporum, & Regularium editæ ſunt declarationes aliquot materiam iſtam concerneotes, quas Sanctiſſimus Dominus noſter Innocentius litteris datis apud 109
Sanctam Mariam Maiorem die 14. Maij 1648. approbauit, & confirmauit, & inuiolabiliter obſeruari mandauit. Idcircò præfatum Sanctiſſimi Breue, in quo tales declarationes inſeruntur hic placuit apponere, vt ſi quæ in prædictis continentur eiſdem contraria, ad inteotum Sanctiſſimi, & eiuſdem S. Congregatioois, prout iure debitum eſt, adaptentur, & prout libens profiteor meæ intentionis eſſe. Quæ porrò alia conformiter ad SS. D. N. mentem dicta ſunt, magis roborentur.

INNOCENTIVS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

CVm ſicut accepimus, aliquæ fuerint ortæ differentiæ inter Venerabilem Fratrem Ioannem Epiſcopum Angelopolitanum, ſiue Populæ Sanctorum Angelorum in Indiis Occideotalibus ex vna, & dilectos filios Clericos Regulares Societatis Ieſu partibus ex altera de, & ſuper munere prædicationis verbi Dei tam in propriis eorundem Clericorum regularium, petita ſolum Epiſcopi benedictione, quam in aliis Eccleſiis petita, & obtenta ab eodem Epiſcopo Diœceſano licentia exercendi; necnon ſuper confeſſionibus laicorum audiendis præuio examine, ſiue approbatione eiuſdem Epiſcopi Diœceſani, quæ dicti Clerici Regulares in vim priuilegiorum prædictæ Societati Apoſtolica authoritate conceſſorum ſibi proprio iure licere prætendebant, & deſuper in partibus fuerit deuentum ad plures actus iudiciales, & pro parte Clericorum Regularium huiuſmodi ad electionem conſeruatorum priuilegiorum huiuſmodi: nobiſque tam dicti Ioanois Epiſcopi, quàm eorundem Clericorum Regularium nomine pro ſopiendis differentiis huiuſmodi quædam dubia deciſionem differentiarum præfatarum, necnon iuriſdictionem Ordinariorum in exemptos, & ipſorum Clericorum Regularium exemptionem à Iuriſdictione Ordinarij concernentia fuerint propoſita, ad quæ ambæ partes reſponderi, & quid deſuper obſeruandum ſit, authoritate noſtra Apoſtolica, ſtatui & ſtabiliri deſiderabant. 110

Nos qui omnium fidelium, & præſertim Eccleſiaſticorum quieti libenter incumbimus, differentias prædictas, totumque negotium particolari congregationi aliquorum Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, & dilectorum Romanæ Curiæ Prælatorum examinanda commiſimus, qui auditis ſæpius Procuratoribus prædicti Ioannis Epiſcopi, necnon Procuratore Generali Societatis prædictæ, negotio maturè diſcuſſo, omnibus dubiis, & petitionibus hinc inde propoſitis reſponderunt prout ſequitur, videlicet: Sacra Congregatio à Sanctiſſimo Domino noſtro deputata ſuper controuerſiis vertentibus inter Epiſcopum Angelorum in Indiis Occidentalibus, & Religioſos Societatis Ieſu, ſæpius auditis Procuratoribus ab eodem Epiſcopo ad Vrbem delegatis, necnon ipſius Societatis Procuratore Generali, negotioque accuratè diſcuſſo cenſuit prædictos religioſos nequaquam poſſe in Ciuitate, & Diœceſi Angelopolitana perſonarom ſecularium confeſſiones audire ſine approbatione Epiſcopi Diœceſani, nec verbum Dei prædicare in Eccleſiis ſui Ordinis, non petita ipſius benedictione, nec in aliis Eccleſiis ſine eius licentia, nec in Eccleſiis etiam ſui Ordinis ipſo contradicente, & contrauenientes

ab

ab Epiſcopo tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato coërceri, & puniri poſſe etiam cenſuris Eccleſiaſticis in vim conſtitutionis Sanct. Mem. Gregorij XV. quæ incipit *Inſcrutabili Dei prouidentia*. Ac proinde memoratis Religioſis qui huiuſmodi approbationem, ac licentiam ſe obtinuiſſe non docuerint potuiſſe Epiſcopum, ſeu eius Generalem Vicarium præcipere ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, vt à confeſſionibus audiendis, & verbi Dei prædicatione abſtinerent, nec ob eam cauſam licuiſſe dictis Religioſis quaſi à manifeſtis iniuriis, & violentiis eligere conſeruatores, eoſque, vt præfertur, electos in Epiſcopum, eiuſque Vicarium generalem indebitè ac nulliter excommunicationem fulminaſſe.

Cæterum S. Congregatio ſeriò in Domino hortatur, ac monet Epiſcopum, vt chriſtianæ manſuetudinis memor erga Societatem Ieſu, quæ laudabili ſuo Inſtituto in Eccleſia Dei tam fructuosè laborauit, ac ſine intermiſſione laborat, paterno ſe gerat affectu, eamque in regimine Eccleſiæ ſuæ perutilem adiutricem agnoſcens benignè foueat, ac priſtinæ ſuæ beneuolentiæ reſtituat, quemadmodum S. Congregatio ipſum facturum confidit, ſibique certò pollicetur cum eius zelum, pietatem ac paſtoralem ſollicitudinem compertam habeat.

Datum Romæ die 16. Aprilis anno 1648. Et præmiſſorum occaſione pro parte prædicti Ioannis Epiſcopi, necnon religioſorum Societatis Ieſu in eadem Congregatione propoſita fuerunt diuerſa dubia de mandato Sanctiſſimi reſoluenda, quæ quidem S. Congregatio ſæpius auditis, vt in præmiſſis, ab eodem Epiſcopo ad Vrbem miſſis, necnon Procuratione Generali ipſius Societatis, negotioque maturè perpenſo ad ſingula dubia ab vtraque parte propoſita reſpondit ordine quo ſequitur.

Primò, an in caſu quo Epiſcopus præcipiat decreta aliqua Concilij Tridentini à Regularibus obſeruari, & executioni demandari, Regulares quicumque etiam Societatis Ieſu ſub prætextu quod huiuſmodi præcepta infringant ſua priuilegia, poſſint eligere conſeruatores? S. Congregatio reſpondit, ſi Epiſcopus præcipiat regularibus etiam Societatis Ieſu, vt decreta aliqua Concil. Trid. obſeruent, ac exequantur in illis caſibus, in quibus per ipſum Concilium vel conſtitutiones Apoſtolicas Regulares exempti ſubjiciuntur iuriſdictioni, & correctioni Epiſcopi, minimè licere ipſis Regularibus ob eam cauſam conſeruatores eligere.

Secundò, an quando Ordinarius procedit iuris ordine ſeruato aduerſus Regulares prædictos in caſibus in quibus per Concilium Tridentinum vel conſtitutiones Apoſtolicas ipſi ſubjiciuntur, poſſint conſeruatores Iudices aſſignare? Reſpondit, vt ad proximum, non poſſe.

Tertiò, an Regularibus etiam Societatis Ieſu aſſerentibus ſe habere priuilegia quominus obediant Epiſcopo in executione decretorum iuris communis Concilij Tridentini, & conſtitutionum Apoſtolicarum Ordinarij debeant ipſis adhibere fidem abſque exhibitione huiuſmodi priuilegiorum? Reſpondit, Ordinarios non teneri huiuſmodi aſſertioni fidem adhibere abſque integrali priuilegiorum exhibitione.

Quartò, an in caſu, quo Regulares quicunque, etiam Societatis Ieſu exhibeant aliqua priuilegia, & Ordinarij iudicent ea non ſuffragari caſui de quo agitur & ad rem non facere Regulares præfati poſſint, & debeant prouocare ad Summum Pontificem, vel in partibus Indiarum remotiſſimis ad Metropolitanum, ſiue Ordinarium viciniorem, vel potiùs poſſint hoc caſu eligere Iudices conſeruatores? Reſpondit, ſi verba priuilegiorum ſint obſcura, & ambigua, non licere recurrere ad Metropolitanum, vel viciniorem Epiſcopum, nec conſeruatores eligere, ſed Summum Pontificem pro interpretatione eſſe adeundum.

Quintò, vtrum conſtitutio fel. record. Gregor. XV. circa conſeruatores Regularium publicata an. 1621. cum declarationibus Eminentiſſimorum S. Congregationis Concil. Trid. interpretum deſuper editis, æquè afficiat, & comprehendat religioſos Societatis Ieſu, ac reliquos regulares, itaut omnia alia prædicta Societatis priuilegia fuerint reducta ad terminos dictæ conſtitutionis, & ſic in poſterum debeant ab iis eligi conſeruatores iuxta formam, & tenorem prædictæ conſtitutionis? Reſpondit, huiuſmodi conſtitutionem cum declarationibus, vt prætenditur editis æquè afficere Religioſos Societatis Ieſu, atque aliorum Ordinum, & conſeruatores ad illius præſcriptum eſſe eligendos, non obſtantibus quibuſvis priuilegiis, quippe quæ omnia ſunt redacta ad terminos ipſius conſtitutionis.

Sextò, an regulares prædicti grauati ære alieno, vel ad ratiocinia, teſtamentorum executores, poſſint conueniri coram Ordinario, ſi conſeruatores non nominauerint intra tempus habile ab Ordinario præſcriptum? Reſpondit, Regulares in cauſis præfatis coram Ordinario loci eſſe conueniendos, ſi ad præſcriptum conſtitutionis Sanct. Mem. Greg. XV. conſeruatores non elegerint, ipſumque electionis documentum intra præfinitum tempus in actis Curiæ ipſius Ordinarij non exhibuerint, ac dimiſerint.

Septimò, an dicti regulares conſeruatores ſiue ad iura, ſiue ad priuilegia tuenda aſſumentes teneantur ante exercitium commiſſionis præſtare cautionem coram Ordinario, ſiue alio iudice competente de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, caſu quo in lite, ſiue cauſa ſuccubuerint? Reſpondit, non teneri.

Octauò, an quando Epiſcopi iura, vel decimas Cathedralium aduerſus regulares prædictos dote ſua ſpoliantes Eccleſias coram Iudice competente tuentur libroſque, memorialia, & allegationes producunt iura Eccleſiarum Cathedralium exprimentes, & acquiſitiones Religioſorum, aliaque id generis adnumerantes huiuſmodi ſcriptorum occaſione poſſint Regulares nominare conſeruatores prætendentes iniuriam ſibi inferri in referendo immoderatas acquiſitiones. Reſpondit, ſi Epiſcopi pro tuendis iuribus Cathedralium Eccleſiarum coram Iudice competenti huiuſmodi ſcripta producant, & regularium immoderatas acquiſitiones veraciter, & modeſtè referant, non licere Regularibus ob eam cauſam ad conſeruatores recurrere.

Nonò, vtrum regulares quicunque etiam Societatis Ieſu poſſint adminiſtrare Sacramentum Pœnitentiæ ſæcularibus abſque licentia Epiſcopi Diœceſani, etiamſi in aliena Diœceſi approbatus ſit? Reſpondit, regulares etiam Societatis Ieſu in vna Diœceſi ab Epiſcopo approbatos ad confeſſiones perſonarum ſæcularium audiendas nequaquam poſſe in alia Diœceſi huiuſmodi confeſſiones audire ſine approbatione Epiſcopi Diœceſani.

Decimò, an Epiſcopus contra dictos regulares audientes in ſua Diœceſi confeſſiones ſæcularium abſque ſua approbatione, vel concionatores abſque licentia Epiſcopi intra, & extra proprias Eccleſias poſſit procedere eos à talibus miniſteriis remouendo, ſiue præceptis, & aliis iuris remediis coërcendo? Reſpondit eiſdem Regularibus, qui confeſſiones perſonarum ſecularium audiunt ſine approbatione Epiſcopi loci, vel prædicant in Eccleſiis ſui Ordinis non petita illius benedictione, aut in aliis Eccleſiis abſque ipſius licentia, vel in Eccleſiis etiam ſui Ordinis ipſo contradicente, poſſe Epiſcopum in vim conſtitutionis fel. record. Gregorij XV. quæ incipit *Inſcrutabili Dei prouidentia*, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatum

adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ, ac munus prædicationis interdicere, eoſque Iuris remediis coercere, & punire.

Vndecimò, an quando Epiſcopo conſtat dictas licentias obtentas uon fuiſſe, ipſe poſſit præcipere, vt donec licentiam intra præſcriptum tempus exhibeant, à tali miniſterio abſtineant, & an requirendus ſit per Epiſeopum pro bis exhibeodis Prouincialis in alia Diœceſi, vel longiſſimè exiſtens, vel ipſi Regulares confeſſarij, vel eorom Superiores eiuſdem Diœceſis, in qua prædicta exercent? Reſpondit poſſe Epiſcopum ſic præcipere, nec pro huiuſmodi licentiis requirendum eſſe Prouincialem, ſed ſatis eſſe ipſos Religioſos requirere, aut eorum Superiores in Diœceſi Epiſeopi exiſtentes.

Decimoſecundò, an ſi contingat vt aliquis prædictorum Regulariom inſurgat contra Epiſeopum in propria Diœceſi maledictis eum ſcripto, vel dicto populum ſcandalizando, poſſit ab Epiſcopo puniri, & qua animaduerſione, & quid ſi huiuſmodi delinquens tranſiuerit ad aliam Diœceſim, hoc caſu ſeruandum ſit? Et qua pœna puniendus ſit Regularis, qui commorans in vna Diœceſi ſpargit famoſos libellos contra Ordinarium alterius Diœceſis? Reſpondit ſi regularis intra clauſtra degens extra ea in caſibus in dubio expreſſis ita notoriè deliquerit, vt populo ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtaote teneti Superiotem regularem infra tempus ab Epiſcopo præfigendum ſeuerè illum puoire, ac de punirione Epiſcopum certiorem facere, alioquin ſic delinquentem ab Epiſcopo puniri poſſe ad præſeriprum Coneilij Tridentini cap. 14. ſeſſ. 25. de Regul. quod ſi delinquens ad aliam Diœceſim migrauerit, ſeruandum eſſe quod præcipitur in conſtitutione Sanct. Mem. Clementis VIII. incipiente *Suſcepti muneris ratio.*

Decimotertiò, an conſeruatores nominati, & electi à regularibus prædictis ante exercitium ſuæ iuriſdictionis teneantur electionis authenticum documentum exhibere coram Ordinario ſob pœna nullitatis actuum? Reſpondit vtique teneri.

Decimoquartò, an priuilegia, quæ ſunt contra Iuriſdictionem Ordinarij, & quibus gaudent, & gaudere prætendunt Regulares prædicti, debeant Epiſcopis notificari, ſiue inſinuari? Reſpondit, regulares teneri huiuſmodi priuilegia Epiſcopo exhibere, ſi eis vti voluerint.

Decimoquintò, an prædia ruſtica, metallorum fodinæ, ſaccari opificinæ à regularibus Societatis, vel aliis poſſeſſa, vel aliæ domus ſeculares, in quibus videlicet vnus vel duo regulares tantum commorantur, gaudeant priuilegio collegiorum ſeu Conuentuum? Reſpondit non gaudere.

Decimoſextò, vtrum regulares prædicti apothecas quarumcunque mercium, macella, & ſimilia, præſertim propriè collegia, ſiue Conuentus exercentes, poſſint ab Ordinario ſub cenſuris inhiberi, ne huiuſmodi exerceant. Reſpondit, non poſſe Epiſcopum hoc prohibere regularibus exemptis, ſed ſi in præmiſſis ita notoriè delinquant extra clauſtra, vt populo ſcandalo ſiut, ſeruandum eſſe quod dictum eſt ſupra in reſponſione ad duodecimum.

Decimoſeptimò, vtrum regulares etiam Patres Ieſuitæ, in ſuis prædiis, opificinis, aliiſque ſuis Domibus ſecularibus ſitis intra limites parochialium ad ſe non ſpectantium, poſſint adminiſtrare Sacramentum Baptiſmatis ſolemnis, Matrimonij, Extremæ vnctionis, & Euchariſtiæ in Feſto Paſcatis famulis, mercenariis, ruſticis, ſiue aliis id genus hominibus ſecularibus abſque Ordinarij, vel Parochi licentia? Reſpondit, non poſſe.

Decimo-octavò, vtrum PP. Societatis in Ciuitate, & Diœceſi Angelorum poſſint conſecrare vaſa ſacra, altaria, & ſimilia, in quibus vnctio requiritur? Reſpondit itidem non poſſe; pro parte verò Religioſorum Societatis Ieſu propoſita fuerunt infraſcripta dubia.

Primò, an Epiſcopi in partibus Indiarum poſſint ex integro totum vnum Monaſterium, vel Collegium ab audiendis confeſſionibus ſuſpendere? Reſpondit Epiſcopos Indiarum poſſe quidem omnibus ſimul vnius Monaſterij, vel Collegij confeſſariis adimere facultatem audiendi confeſſiones perſonarum ſecularium, etiam inconſulta S. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium negotiis præpoſita, cum decretum ab ea editum ſub die 20. Nouembr. 1615. ex intentionis defectu, & conueoientia morali non extendatur ad Regiones illas tam longè ab Vrbe diſſitas. Verùm ab hac generali ſuſpenſione, quæ vix ſine ſcandalo, & animarum pernicie contingere poteſt, abſtinendum eſſe Epiſcopis, niſi grauiſſima ſubſiſtente cauſa, ſuper quo S. Congregatio illorum conſcientias grauiter voluit eſſe oneratas. Secundò, an Epiſcopus regularem pro confeſſionibus ſemel approbatum ſine noua cauſa ſuſpendere poſſit ab ipſis confeſſionibus audiendis. Reſpondit, regulares alias liberè ab Epiſcopo, præuio examine approbatos ad audiendas confeſſiones perſonarum ſecularium, ab eodem Epiſcopo ſuſpendi non poſſe ſine noua cauſa, eaque ad confeſſiones ipſas pertinente.

Tertiò, an Bulla Pij V. 34. in ordine, tom. 2. Bullarij, conceſſa inſtante, & ſupplicante Sereniſſimo Rege Catholico non ad petitionem Regularium ſit reuocata in Bullis Summorum Pontificum in quibus exemptiones regularium mitigantur? Reſpondit agendum cum Sanctiſſimo, an velit declarare Bullam non eſſe reuocatam, illam tamen non ſuffragari, niſi in locis vbi eſt defectus Parochorum.

Quartò, an Epiſcopus poſſit cum cenſuris procedere contra regulares exemptos, ſi inobedientes fuerint in confeſſionibus audiendis, vel prædicatione verbi Dei, & hoc an vigore Concilij Tridentini, vel per quem Canonem? Reſpondit poſſe procedere non quidem in vim Concilij Tridentini, ſed in vim conſtitutionis Gregorij XV. quæ incipit *Inſcrutabili Dei prouidentia.*

Quintò, an licentia audiendi confeſſiones, & prædicandi ab Epiſcopo per literas miſſiuas, ſolum per literas patentes Cancellariæ concedi poſſit? Reſpondit, poſſe concedi etiam per literas miſſiuas, vel uretenus, ſi ita Epiſcopo videbitur.

Sextò, an talis licentia oretenus ſine ſcriptis concedi poſſit? Reſpondit vt ad proximum.

Septimò, an facultas eligendi conſeruatores conceſſa Societati à Gregorio XIII. ſuffragetur in locis in quibus non adſunt Iudices Synodales? Reſpondit priuilegium Gregorij XIII. non ſuffragari quoad hoc, vt Societas non teneatur ex illis eligere conſeruatores, dummodo tamen in reliquis ſeruetur forma conſtitutionis Greg. XV. hac de re editæ.

Octauò, an conſeruatores Societatis Vicarios generales Epiſcoporum auctoritate Apoſtolica per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas compellere poſſint virtute Bullæ Greg XIII. incipientis *Æquum reputamus.* Datum vltima Februarij 1573. Reſpondit poſſe à manifeſtis iniuriis, & violentiis eos compeſcere etiam cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis. Datum Romæ die 16. Aprilis 1648. Quapropter vt præmiſſa firmiùs ſubſiſtant, & inuiolabiliter obſeruentur, Nobis pro parte Ioannis Epiſcopi huiuſmodi fuit humiliter ſupplicatum, vt illa authoritate Apoſtolica confirmare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur dicti Ioannis Epiſcopi votis hac in re annuere, illumque ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, & eundem Ioannem Epiſcopum

à

Digitized by Google

à quibuſvis excommunicationis, ſoſpenſionis, & ioterdicti, aliiſque Eccleſiaſticia ſententiis, cenſuriis, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodarus exiſtir, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum hatum ſeris abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati præincerta reſponſa, ſeu reſolutionea authoritate prædicta tenore præſenrium confirmamus, & approbamus illiſque Apoſtolicæ firmitaris vim, & robur adjicimus, & inuiolabiliter obſeruari mandamus. ſalua tamen ſemper in præmiſſis auctoritate dictæ Congregationis: decernentes ſic, & non aliter in præmiſſis per quoſcunque Iudices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de Latere Legatos iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi quid ſecus à quoquam quavis authoritate ſcienter, val ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Vniuerſalibus, Prouincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, & ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus; necnon Eccleſiæ Angelopolitanæ, ac Societatis prædictæ, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis Statutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Eccleſiæ, & Societati ſub quibuſcunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam Derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac decretis etiam irritantibus, etiam motu proprio, ac etiam conſiſtorialiter, & aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum quomodulibet conceſſis, confirmatis, & innouaris. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habente, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad effectum præmiſſorum ſpecialiter, & expreſse derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumqoe.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 14. Maij M.DC.XLVIII. Pontificatus noſtri anno quarto.

M. A. Maraldus.

111 Circa quod Breue SS. D. N. Innocentij notatu dignum illud quod ipſi præponitur, ſcilicet: *Ad futuram rei memoriam*. Non enim dicitur: *Ad perpetuam rei memoriam*, vt alibi ſæpè in Reſcriptis Pontificum; non ſolum, quia perpetuum nihil poteſt eſſe ſub Sole, *l. cum debere, ff. de ſeruit. vrbanor. prædior.* cum traditis per Molinam *de primogenit. lib. 1 cap. 4. num. 15*. Sed etiam quia cum hoc Breue ſit ad inſtantiam partis, quæ poterat proponere multa, quæ non probabantur, non debebat à Sede Apoſtolica emanare Breue quod obligaret omnes ſemper, aut in perpetuum. Tempus enim perpetuum in infinitum ſe extendit, *l. purè in fin ff. de except. l. fundi, § Labeo, ff. de act. empt.* & aliis iuribus, & Doctoribus apud Barboſam *in tract. de Dictionib. dict. 154. num. 2. & 3*. Solum ergo declarationes, & decreta S. Congregationis in eo Breui contenta obligant pro tempore, & quouſque ab ipſamet S. Congregatione melius, & exactius informata aliter prouiſum non fuerit.

112 Quod manifeſtè declarat Pontifex illis verbis: *Salua tamen ſemper in præmiſſis authoritate dictæ Congregationis*. Clauſula etenim *ſalua, &c.* vel *ſaluo, &c.* eſt præſeruatiua iuris, vt cenſuit Rota *deciſ. 610. in fin.* quam affert Barboſa *de clauſul. clauſul. 139. n. 4.* & modificat, & limitat Angelus *conſil 27.* Tuſchus *pract. concluſ. tom. 2. littera D, concl. 508. n. 1.*

Notandum prætera, declarationes, & decreta Sac. 113
Congregationis, Confirmationem, ac approbationem à Sanctiſſ. factam ſolum videri procedere, quantum eſt ea vi huius Breuis, directè, & per ſe pro Epiſcopo, & Epiſcopatu Angelopolitano in Indiis Occidentalibus nouæ Hiſpaniæ, pro quo, & ſedandis controuerſiis inter ipſum, & Patres Societatis editum eſt.

Ita enim conſtat ea titulo præfixo eidem, ſcilicet: *Breue SS. D. N. Innocentij in cauſa Angelopolitana iuriſdictionis in Indiis Occidentalibus nouæ Hiſpaniæ.*
Deinde ea toto contextu ipſius Breuis, maximè ex
verbis procemij: *Cum ſicut accepimus aliqua fuerint* 114
orta differentia inter Venerabilem Fratrem Ioannem Epiſcopum, &c. & dilectos filios Clericos Societatis Ieſu, &c. Adiunctis illis: *Pro ſopiendis differentiis huiuſmodi*. Dixi autem *directè, & per ſe*, quia directè, & veluti per accidens aliquæ declarationes, & decreta in Breui contenta videntur generalia pro aliis Epiſcopis, Epiſcopatibus, & aliis Religionibus Societatis Ieſu, maximè in partibus illis Indiarum.

Maximè animaduertendum, in huiuſmodi Breui 115
ſuppooi Bullam Gregorij XV. *Inſcrutabili Dei prouidentiâ*, non eſſe ſuſpenſam pro Regnis Hiſpaniarum per Vrbanum VIII. in ſpeciali Breui ſuper hoc edito, quod retuli ſupra n. 96. Etſi enim, vt eo loco dixi, verè extaret tale Breue Vrbani ſuſpenſiuum pro Regnis Hiſpaniarum dictæ Bullæ Gregorij XV. quia illud iam olim propriis oculis videram, vt dixi *tom. 1. Summa, cap. 19. num. 35.* & retulerunt Antonius de Hinojoſa, P. Auguſtinus de Bellis, Alfonſus de Gattaneza, & alij; nihilominus quia in Regiſtris Papæ Vrbani non inueniebatur per treamenſes, quibus ſuper hoc diligentia adhibita eſt, vt teſtatur Ioannes Naldus vir ſingulariter doctus, & in Curia Aduocatus *in informatione ſuper hac cauſa*, §. 59. ideo S. Congregatio in decretis, & declarationibus præfatis confirmatis à SS. D. N. Innocentio, ſuppoſuit ſemper dictam Bullam Gregor. XV. eſſe in viridi obſeruantia in Hiſpaniarum Regnis.

Cum verò poſtea repertum fuerit (Deo ſic prouidente) præfatum Vrbani VIII. Breue, nec illud reuocatum ab eodem Vrbano, aut SS. D. N. Innocentio, cenſendum eſt manere in ſua vi, & vigore, ac proinde iuxta illud in hac, & ſimilibus cauſis in Regnis Hiſpaniarum in dies emergentibus iudicandum eſſe. Illud propterea hîc apponimus, prout à viro fide digno accepimus.

BREVE VRBANI VIII.

Venerabili Fratri Iulio Epiſcopo Crarienſi, noſtro, & Sedis Apoſtolicæ in Regnis Hiſpaniarum Nuntio.

VRBANVS PAPA VIII.

VEn. Fr. Aliàs à fel. record. Gregorio Papa XV. 116
Prædeceſſore noſtro emanarunt litteræ tenoris ſequentis ſcil. Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, &c. Cum autem ſicut accepimus circa executionem litterarum prædictarum in Regnis Hiſpaniarum faciendam nonnulla per dilectum filium nobilem virum Rodericum de Sylua Ducem Paſtranæ chariſſimi in Chriſto filij noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici apud nos, & Sedem Apoſtolicam Oratorem, eiuſdem Philippi Regis nomine coram dilectis filiis

Digitized by Google

filiis noſtris Dominico Sanctorum duodecim Apoſtolorum Gymnaſio, Joanne Garzia Sanctorum quatuor Coronatorum Millino, ac Scipione Cobellutio Sanctæ Suſannæ, necnon Antonio Sancti Onuphrij titulorum Presbyteris Cardinalibus reſpectiuè nuncupatis, ad id à nobis ſpecialiter deputatis deducta fuerint per Dominicum, Joannem Garziam, Scipionem, & Antonium Cardinales prædictos, ſeu alios à nobis ſuper his deputandos, maturius, ac plenius videantur, atque conſiderentur; motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine fraternitati tuæ per præſentes committimus, & mandamus, vt in Regnis Hiſpaniarum prædictis tantum ad executionem inſertarum litterarum huiuſmodi ſuperſederi auctoritate noſtra cures, & facias, donec aliter à nobis, ſeu Romanis Pontificibus ſucceſſoribus noſtris prouiſum fuerit, contradictores quoſlibet, & rebelles, ac ſibi in hoc non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, non obſtantibus præinſertis litteris huiuſmodi, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque.

Datum Romæ apud S.Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die ſeptima Februarij, anno 1625. Pontificatus noſtri anno 2.

Quamvis autem pro maiori robore eorum quæ in conſultio dicta hoc ſunt, plures S. Rotæ Romanæ deciſiones afferri poſſent, illis prætermiſſis, ſolùm paucas aliquot ad rem facientes hic apponere libuit.

Barcinonenſis Incurſus Cenſurarum.

Coram Domino Mantica, anno 1593.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicari ab Epiſcopo non poteſt, qui ab eius iuriſdictione eſt exemptus.*

2 *Attentata intelliguntur, quæ pendente lite in Rota geſta ſunt coram Ordinario, quando cauſa eſt commiſſa ſuper toto negotio principali, & incidentibus,* num.3.

4 *Iuriſdictio per conſenſum prorogatur: ſed exempti non poſſunt prorogare ſine conſenſu Romani Pontificis, cui immediatè ſunt ſubiecti,* num.5.

6 *Abſolutio à cenſuris, vt cauſa apertiùs cognoſcatur, conceditur cum reincidentia.*

DECISIO.

1 FVIT concluſum Monachos ab excommunicatione eſſe abſoluendos: nam ex reſolutionibus die 28. Nouembris 1583. & die 1. Iunij 1584. factis coram S.D.N. tunc temporis Sacri Palatij Apoſt. Auditore conſtat de exemptione Abbatiæ S.Cucufati, & Eccleſiæ S. Petri de Octauiano; cui conſequens eſt dicere vt ſententia excommunicationis ab Archiepiſcopo Tarraconenſi contra Monachos illius Eccleſiæ ſit nulla; quia exemptus non poteſt excommunicari ab Epiſcopo, à cuius iuriſdictione eſt exemptus, *cap.2. ad fin. de in integr.reſt.& c.quantò, de prin. & Clem.1. §.nonnulli, de exceſſ. prælat.* Imol. *in c.ex parte, de priuil.* Bellam. *in conſ.20.n.14. verſ.& eſt ratio,* Nat.*conſ.257.n.7.*

2 Quod multò magis in caſu propoſito dicendum eſt, quia cauſa pendet in hoc ſacro Auditorio: & ideo omnia quæcumque geſta ſunt coram Archiepiſcopo Metropolitano, & Epiſcopo Gerundenſi, ſubiacent vitio attentatorum, *c.non ſolùm, de appell.lib.6.*

Neque hæc cauſa poteſt dici non eſſe comprehenſa in commiſſione, quia eſt commiſſa ſuper toto negotio principali, cum omnibus incidentibus, & dependentibus; & commiſſio ad inſtantiam Epiſcopi Barchinnoenſis fuit in Rota præſentata. 3

Neque ad rem pertinet, quod iuriſdictio Epiſcopi Gerundenſis à Monachis fuerit prorogata, cum in eius iuriſdictionem conſenſerint, *l.1.& 2. ff.de iudic.* quia exempti non poſſunt prorogare alterius iuriſdictionem ſine conſenſu Romani Pontificis, cui immediatè ſunt ſubiecti, *cap.cum tempore, in fine,* & ibi not. Abb. *n.2.de arbitr.* Ioan. Andr. *in c.ſcienti, col.mihi 14.verſ. ſoluit pro hac parte, de reg.iur.lib.6.* Felin. *in c.P.& G. n.13.de offic.deleg.* 4 5

Neque etiam obſtant conſtitutiones Prouinciales, quæ prohibent abſolui eos, qui Clericis violentiam intulerunt, niſi cum de omnibus ſatisfecerint, quia debent intelligi quando violentia infertur ſine iuſta cauſa: diuerſum enim eſt, ſi cum iuſta cauſa inferatur, *l.nec vim,* & ibi Bart. *n.6.in fin.de iuſt.& iure.* 6

Sed vt apertiùs cauſa cognoſcatur, Domini cenſuerunt Monachos à cenſuris eſſe abſoluendos, cum reincidentia eorum arbitrio.

Habetur hæc deciſio inter deciſiones Manticæ deciſione 237.

Oſcenſis Iuriſdictionis.

Coram Reuerendiſſimo P.D.Pirouano Decano. Die Veneris 11. Decembr.1637.

ARGVMENTVM.

Ordinarij cùm habeant intentionem fundatam in iure ſuper exercitio iuriſdictionis in ſua diœceſi, quouſque eis non ſit inhibendum. Ordinarij non habent iuriſdictionem contra Regulares, &c.

SVMMARIVM.

1 *Contra Ordinarios, cum habeant intentionem fundatam in iure ſuper exercitio iuriſdictionis in ſua diœceſi, non eſt inhibendum, donec cognoſcatur de iuribus prætendentium exemptionem,* n.2.

3 *In Viſitationis, & executionis piarum voluntatum materia, plura in iure ſancita ſunt.*

4 *Regulis non ſemper, & indiſtinctè inhærendum eſt.*

5 *Ordinariis circa iuriſdictionem non aſſiſtit ius contra Regulares, quod procedit etiamſi Ordinarij ſint Sedis Apoſtolicæ delegati.*

6 *Regulares Superiorum vigilantiæ relinquuntur.*

7 *Titulus vigore priuilegij allegari poteſt.*

8 *In poſſeſſione ſua quis turbari non debet dum cognoſcitur de eius releuantia.*

9 *Concilio Tridentino cenſetur derogatum, licet de Tridentino non ſit facta mentio, ſtante derogatione Conciliorum.*

10 *Ordinarius quando dicatur proceſſiſſe vti piæ opera exequutor in caſibus à iure conceſſis.*

11 *Ordinarij tanquam Sedis Apoſt.delegati in caſibus à iure conceſſis omnium piarum diſpoſitionum, tam in vltima voluntate, quam inter viuos ſunt exequuteres.*

12 *Ordinarius ceſſante negligentia non poteſt priuare exequutores teſtamentarios ſuis facultatibus.*

13 *Appellatio*

13 *Appellatio de iure ſemper datur ad vtrumque effe-ctum, ſcilicet deuolutiuum,& ſuſpenſiuum.*
14 *Iudex pro ſua iuriſdictione tuenda, & partium ſecuritate debet inhibere partibus inſtantibus.*

D E C I S I O.

PATRES Societatis prætendentes ſe eſſe gra-
uatos ex proceſſu, & ſententia Ordinarij
Oſcenſis appellarunt, & cauſa ad Rotam de-
lata cum facultate inhibendi,cauſa cognita hodie fuit
dubitatum, an eſſet inhibendum, & Domini affirma-
tiuè reſponderunt.
1 Nam etſi vera ſit concluſio,& per Rotam ſæpè re-
cepta,contra Ordinarios nedum de iure communi ha-
bentes fundatam intentionem in exercitio eorum iu-
riſdictionis, *c.conquerente, de offic. ord. c.cum perſonæ,*
de priu. in 6. c.cum vener. cap.cum de Xenodochiis, de
2 *relig. dom* ſed etiam ex decretorum Trid. diſpoſitio-
ne, *c.8. ſeſſ.21. c.8.ſeſſ.22. c.20. ſeſſ.25.* non eſſe inhi-
bendum, donec cognoſcatur de iuribus prætenden-
tium exemptionem aut præſcriptionem. Caput.*deciſ.*
201.*p.2.*Tolet.iuriſdictionis,quæ eſt 396.*part.1. & in*
c.493.p.2.recent. & Theatina Iuriſdictionis 501. *eod.*
3 *p.2.& 525.p.3.recent.* Attamen quia tam in materia
viſitationis, quàm executionis piarum voluntatum
vtroque iure plura ſancita fuerunt, *cap.tua nobis, de*
teſt.Clem.1. & vnica, eod.tit.Clem.2. de relig.domib.&
4 *c.8.ſeſſ.21.c.8 ſeſſ.22.* non ſemper, & indiſtinctè regu-
læ inhærendum eſt, ſed videndum quo iure Ordina-
rius proceſſit contra Rectorem, & alios executores,
vel tanquam piæ operis exequutor,vel tanquam Viſi-
tator. Si de hac poſtrema parte materiam viſitationis
5 tangente ageretur, & qui non eſt caſus, nec Ordina-
rius, nec eius Vicarius ex tenore monitorij tranſ-
miſſi intendit viſitare Collegium Patrum quoad regi-
men, & regularem diſciplinam, aut bonorum Eccle-
ſiaſticorum conſeruationem, tunc indiſtinctè eſſet in-
hibendum, quoniam ius non aſſiſtit Ordinariis con-
6 tra Regulares, quinimò in decretis ſupradictis exci-
piuntur propter regularem obſeruantiam, quæ in
eorum Monaſteriis viget, quorum Superiorum vigi-
lantiæ relinquitur, & de iure competit etiam quod
ordinarij ſint Sedis Apoſtolicæ delegati. Clem.2. vbi
7 gloſ. *in verbo alia,*& ibi Vitalin. *in §. hoc igitur, n.4.*
& ſeq.de ſtatu Monuo.& in Clem quia contingit,n.73.
de relig. domib. quæ iuris aſſiſtentia eo minus Ordi-
nariis deſeruire poſſet contra Patres Societatis, haben-
8 tes priuilegia Pauli III. Pij IV. & Greg. XIII. cum
clauſulis ampliſſimis exemptionis ab omni ſuperiori-
tate, ſubiectione, & viſitatione quorumcunque Or-
dinariorum cum ſuſceptione ſub protectione Sedis
Apoſtolicæ. cum quibus poſſunt allegare titulum, &
à die datæ illorum obſeruantiam,& dum cognoſcitur
de releuantia,in eorum libertatis,& exemptionis poſ-
ſeſſione turbari non poſſunt, *c.cum perſonæ, in fin. de*
priuileg. in 6. Et comprobant Anchar. *ibid. num.12.*
9 Gemin. *n.3. & 4.* Franc. *n.1.* Hancque declarationem
ſequuta eſt Rota *deciſ.491.n.4.& 5. 685.n.2.p.1.382.*
n.5.p.2. recent. Seraph. *deciſ.595. n.3. & 1279. in fin.*
Et idem fuit firmatum in Lauretana iuriſdictionis 12.
Maij 1631. coram Epiſcopo Vrgellenſi, & ſeruari
debet, cum priuilegia Patrum poſt Concilium Tri-
dentinum ſuperuenerint cum derogationibus Conci-
liorum quæ ſufficiunt, etiam quod de Tridentino in
indiuiduo mentio facta non fuerit, vt in cauſa S.An-
geli penſionis, 16. Decembris 1594. coram Cardin.
Hieronymo Pamphilio *179. n.6.p.2.recent.* & in Alet.
penſionis 20. Martij 1626. coram D.meo Decano.
10 Rectiùs igitur exiſtimarunt Domini inſpecto teno-
re monitorij, dici poſſe Ordinarium proceſſiſſe vti
piæ operis exequutorem in caſibus à iure conceſſis,
cap.tua nobis, de teſtam. Clem.vnic. eod.tit. c.quia con- 11
*tingit, de relig.domib.*ad quæ iura Concil. Trident. ſe
retoiſit *in c.8.ſeſſ.22.* ibi: *Epiſcopi etiam tanquam Se-*
dis Apoſtolicæ delegati, in caſibus à iure conceſſis om-
nium piarum diſpoſitionum, tam in vltima voluntate,
quàm inter viuos ſint exequutores,
Cæterum, quia iura prædicta præuident in caſum 12
negligentiæ, abuſus, diſſipationis, & dilapidationis
bonorum, quicquid ſit, an etiam in hoc ſecundo caſu
inirent priuilegia Societatis, attamen de negligentia
Rectoris Collegij adhuc non conſtat, & eo minùs
aliorum exequutorum, qui nominati fuerunt in te- 13
ſtamento Ludouici, quos ordinarius ſuis facultatibus
priuare non poteſt. Bald. *conſ.39.n.2.lib.5.* Caſtr.*conſ.*
*456.n.1.lib.2.*Alex.*conſ.106.n.6. lib.6.* meritò ceſſante
cauſa, & culpa aliorum exequutorum, ius in hac
parte non aſſiſtit Ordinariis ad ſuſtinendum inordi-
natum proceſſum, & grauamen diſſimulari non poteſt
propter quod de iure ſemper datur appellatio ad
vtrumque effectum,deuolutiuum,& ſuſpenſiuum,*c.non* 14
ſolum,cap.Romana,§.Si autem,de appell.in 6. l.appella-
tione, C.eod.tit.& Iudex pro ſua iuriſdictione tuenda,
& partium ſecuritate, ne aliquid innouetur,poteſt, &
debet inhibere partibus inſtantibus.Lancell.*de attent.*
*c.4.ampl.10.n.2. & c.20.n.7. & ſeqq.*Menoc. *conſ.35.*
*n.14 lib.1.*Et ita concluſum fuit.
Habetur hæc deciſio inter collectas à Rubeo *p.1.*
num.160.nouiſſ.

Toletana Iuriſdictionis.

Coram Domino Burutto, anno 1616.

A R G V M E N T V M.

Exempti ab Ordinariorum iuriſdictione ne-
queunt ab ipſis Ordinariis, vel eorum mi-
niſtris excommunicari. Notarij, & Nun-
cij relationi creditur, vbi adeſt ſtylus.

S V M M A R I V M.

1 *Abſolutio ad cautelam ex inueterato ſtylo Rotæ, ſine cauſæ cognitione concedi ſolet.*
2 *Exempti à iuriſdictione Ordinarij,inconſulto Summo Pontifice, nulliter excommunicantur ſub prætextu, quod præcepto eiuſdem Ordinarij non paruerint.*
3 *Abſolutio à cenſuris non remittitur ad Ordinarium, quando conſtat de grauamine ab ipſo, vel eius Officiali illato.*
4 *Notarij, & Nuncij relationi ſine teſtibus ſtatur, ſi adeſt ſtylus, & loquitur de ſtylo ciuitatis Tolet.*
5 *Nuncius refert per verba præteriti temporis.*
6 *Notario atteſtanti de cauſa deputatione creditur de ſtylo Rotæ.*
7 *Ad interdictum quomodo procedatur,remiſſiuè.*

D E C I S I O.

CVM Abbas de Eſcalona, & alij appel- 1
lantes à cenſuris, & interdictis per
Commiſſarium Illuſtriſſimi D.Cardina-
lis Archiepiſcopi latis, prætenderent,
ſe non eſſe remittendos ad dictum Illuſtriſſimum eo-
rum ordinarium pro abſolutione ad cautelam, ex in-
ueterato ſtylo, ſine cauſæ cognitione per Rotam
concedi ſolita; propoſito dubio viſum fuit DD con-
ſtare de notorio grauamine per dictum Commiſſa-
rium illato.

Fuit

2 Fuit enim à S. D. N. conceſſa exemptio collegiatæ dicti loci de Eſealona in limine illius erectionis à iuriſdictione Ordinarij, cum immediata ſubiectione Nuncio Hiſpaniarum, & Sanctæ Sedi Apoſtolicæ, ita quod Ordinarius non poſſet excommunicare, ſuſpendere, & interdicere, nec de defectu eius vacationis, & conſenſus opponere, cum decreto irritanti, & alius clauſulis ampliſſimis, de quibus in litteris Apoſtolicis eidem Commiſſario exhibitis, qui reſpondit, ſe ſcire de verbo ad verbum omnia in eis contenta, & quod propterea non indigebat earum lectura, vel intimatione, *vt in Summario Abbatis nunc dato, num. 3.* Et ideo inconſulto Summo Pontifice, & non informato de exemptione Illuſtriſſ. D. Archiepiſcopo (qui
3 aliàs præſumendum aſt quod pro ſumma eius prudentia, & erga Sanctam Sedem Apoſtolicam, & S. D. N. obſeruantia dicto Commiſſario mandaſſet, vt à dictis cenſuris, & interdictis ſe abſtineret prout ſtantibus præmiſſis abſtinere debebat) non potuit idem Commiſſarius ad illa procedere contra præbendaros eiuſdem Eccleſiæ, & alios, prætextu, quod eius præcepto non paruerint, prout proceſſit, & ſic nulliter, *cap. Ad quorundam*, vbi Socin. *n. 1. de exceſſ. Prælat.* quæ ſuſtineri non poſſunt. Innoc. *in cap. Ex parte, il 1. col. 2. n. 3 verſ. licet, de verb ſignif.* & ibi Ioan. Andr. *col. 2. n. 5. verſ Quod ſi monitus.* Hoſt. *in ſimili, verſ. a. 5.* Butr. *n. 11 verſ. Secundo caſu*, Card. *n. 6. verſ. Quod ſi monitus.* Et conſequenter ceſſat manifeſta offenſa, & dubietas, nec debet fieri remiſſio pro abſolutione ad Ordinarium, cuius Commiſſarius excommunicauit, *cap. Venerabilis, §. Sanè, verſ. Si verò.* vbi Gloſſ. & DD. *de ſentent. excommunicat.*
4 *in 6.*

Non obſtat quod non ſit danda fides atteſtationi Notarij ſine teſtibus, qui exhibuit dictas litteras: quia imò illi ſtatur de ſtylo illarum partium; ſi enim ſtatur relationi Nuncij abſque teſtibus, quando adeſt ſtylus, vt illi credatur, vt fuit dictum *in alia Toletana decimarum, 3. Iani, de anno 1590. coram bon. mem. Peña in Vliſbonenſi iuris deputandi Collectores, 14. Maij 1603. coram Reuer. Attrebatenſi, & in Placentina, & Toletana Canonicatus, & Beneficiorum, 26. Iunij 1609. coram Reuerendiſſimo D. Bononienſi*, multò
5 magis Notarij, *vt in dicta Vliſbonenſi B.* Et ſic ceſſat etiam obiectum, quod dicta atteſtatio ſit facta per verba enunciatiua præteriti temporis, quia facta à Notario tanquam Nuncio, qui ſemper refert per verba præteriti temporis, ad not. *in c. Cum parat, de appel.* & iuxta formam traditam à Speculat. *in tit. de citat. §. Sequitur videre, n. 11.* Vltra quod eſt etiam ſubſcripta per eundem Notarium, & recognita per teſtes, citata parte. & cum eius interrogatoriis iuxta ſtylum
6 Curiæ, vt in Actis.

Et prædicta fortius locum habent, quia ipſe erat Notarius cauſæ pendentis coram Abbate, & eius aſſertioni de ſua deputatione ſtatur ex ſtylo Rotæ. Caputaq. *deciſ. 245. n. 1. p. 2.* & fuit dictum *in Firmana iuriſdictionis, 26. Iunij 1610. coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Lancelloto C.* Ex quibus etiam dictum fuit non potuiſſe procedi ad interdictum, non ſeruatis præſertim traditis per Couar. *in c. Alma mater, p. 1. §. 1. n. 4. verſ Sed ob vnius, de ſent. excomm. in 6.*

Habetur hæc deciſio apud Tambutinum de iure Abbatum tom. 3. deciſione 118.

Oſcenſis Iuriſdictionis.

Coram Domino Vbaldo, anno 1614.

ARGVMENTVM.

Conſeruatores an habeant iuriſdictionem iudicialem, & ex quibus illis talis iuriſdictio conceſſa cenſeatur, & an Concil. Tridentin. ſeſſ. 24. cap. 10. tollat conſeruatorias Regularium.

SVMMARIVM.

1 *Conſeruatores iuriſdictionem non habent niſi manifeſtis iniuriis, & moleſtiis illatis iis, quibus dati ſunt Conſeruatores, nec poſſunt exercere iudicialem indaginem.*

2 *Fallit in iis Conſeruatoribus, in quibus retento eodem conſeruatorum nomine maior à Pontifice fuit poteſtas attributa, vt quia à Papa appellantur, vel habent facultatem in priuilegio expreſſam cognoſcendi de iniuriis, & aliis cauſis, ſi requirant iudicialem indaginem. Vbi quod de ſtylo Curiæ Conſeruatoria in hac forma conceduntur.*

Litterarum Apoſtolicarum forma ſeruanda eſt, ibid.

3 *Conſeruatoribus per quæ verba cenſeatur conceſſa iuriſdictio iudicialis.*

4 *Clauſula* Contradictores, &c. *importat vt cenſeatur conceſſa iuriſdictio iudicialis.*

5 *Conſeruatoria Regularium non ſunt ſublata per Concilium Trid. ſeſſ. 24. cap. 10.*

DECISIO.

FVit dictum Iudices Conſeruatores Monaſterij a 1
S. Ioannis de Piña Oſcenſis Diœceſis habere iuriſdictionem iudicialem in cauſis ad dictum Monaſterium, & eius Abbatem, & Monachos ſpectantibus: licet enim regulariter conſeruatores iuriſdictionem non habeant, niſi pro manifeſtis iniuriis, & moleſtiis in eos illatis, quibus dati ſunt conſeruatores, nec poſſint exercere iudicialem indaginem iuxta text. *in c. 1. & c. final. § Vt autem, de offic. deleg. in 6.*

Tamen id procedit in nudis conſeruatoribus, ſecus 2
autem in iis, quibus retento eodem conſeruatorum nomine, maior à Summo Pontifice poteſtas attributa eſt, vt quia Iudices à Papa appellantur, vel habeant facultatem in priuilegio expreſſam cognoſcendi de iniuriis, & aliis cauſis, etiamſi requirant iudicialem indaginem, ita vt tota vis ſtet in litteris Apoſtolicis, quarum forma ſeruanda eſt, *c. Cùm dilecta, de reſcript. l. Diligenter, ff. mand.* & tradit in noſtris terminis Ioan. Andr. *in d. c. 1. ſub n. 6. verſ. in gloſ. fin. de offic. deleg. in 6.* Et idem in addit. ad Spec. *in tit. de iud. deleg. § fin ſub n. 24. in verb. Conſeruatoribus*, Hoſt. & poſt eum Gemin. *in d. c. 1. ſub n. 13. verſ. Vel ſecundum.* Guid. Papæ *deciſ. 18. n. 3.* Franc. Marc. *dec. Delphin. 349. n. 5. lib. 1.* plenè Corn. *conſ. 15 per tot. lib. 3.* Et formam huiuſmodi conſeruatoriæ ſatis ſimilem præſenti, de qua agitur, ponit Prob. ad Ioan. Monac. *in dicto c. 1. n. 3. de offic. deleg. in 6.*

Quod autem in caſu, de quo agitur, conſeruatores 3
prædicti Monaſterij habent iuriſdictionem iudicialem facilè deprehenditur ex lectura ampliſſimi priuilegij felic. record. Eugenij IV. ſub datum Romæ ſeptimo Idus Maij 1444. Nam ibi in primis *in verſ. Diſcretioni veſtræ*, non ſimpliciter appellantur conſeruatores, ſed conſeruatores Iudices, vt conſiderat in puncto

Corn.

Corn.*d. conſ.*15.*n.*6.*lib.*3. Præterea illis datur ampliſſima facultas non ſolùm defendendi Monaſterium à quibuſcumque moleſtiis, grauaminibus, & iniuriis ei illatis, vel inferendis, ſed cum fuerint ab Abbate, & Conuentu, vel eorum Procuratoribus requiſiti, perſonis quibuſlibet ſuper reſtitutione Caſtrorum, Villarum, Terrarum, & aliorum locorum iuriſdictionum, iurium, & bonorum ad Monaſterium ſpectantium iuſtitiam adminiſtrent, cum clauſula in illis videlicet, *Quæ iudicialem requirunt indaginem*, per quæ verba iudicialis iuriſdictio cenſetur conceſſa *dicto c.*1. *& final. à contrario, ſeu de offic.deleg. in* 6. adeo vt propter hanc formam, quæ venit in ſtylum Curiæ parum inſeruiat diſpoſitio illorum iurium, vt tradit Joan.Andr.*in d.c.fin.ſub n.*3.& ibi Dom.*in* §.*Conſeru. ſub n.*4.*verſ An indiſtinctè.* Nau.*in Man.c.*28. *n.*125. *verſ.Neque conſeruator.*

Accedit alia clauſula *Contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo*, per quam dicitur conceſſa facultas iudicialiter procedendi Ioan.Andr.*in d.c.*1.*n.*9. *verſ. Si ergo*,& ibi Hoſt.*n.*4.& Dom.*n.*13.*de offic.deleg.in* 6. & rurſus adeſt derogatio expreſſa conſtitutionis Bonifacij VIII. qua diſponitur quod conſeruatores de aliis quàm de manifeſtis iniuriis, & violentiis, ac aliis quæ iudicialem requirunt indaginem pœnis in eos, qui ſecus agerent, & in id procurantes, ſe nullatenus intromittant, quæ ſunt expreſsè diſpoſita *in d.c.*1. *& c fin.de offic. deleg.in* 6.

4 Nec viſum eſt obſtare Concilium Tridentinum *ſeſſ.*7.*cap.*14. *& ſeſſ.*24.*cap.*5. *de Reformat.* Quia *in d. ſeſſ.*7.*c.*14.loquitur de Regularibus extra Monaſterium degentibus, & in cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum, *ſeſſ.autem* 24.*c.*5.expreſsè reſeruat Regularia loca in vniuerſitates.

Imò, quod tales conſeruatoriæ Regularium non ſint ſublatæ per Sacrum Concilium *ſeſſ.*24.*c.*20. *de Reform.* cenſuit S.Congregatio Concilij Interpretum in vna Mediolanenſi, etiam quod cauſæ graues ſint,& plenariam cognitionem requirant. Et ita fuit deciſum pro Abbate, Monaſterio ſolùm informante.

Habetur hæc deciſio inter collectas à Farinacio tom.4. deciſione 616.

CONSVLTVM XLI.

De Eccleſia Parochiali quibuſdam Religioſis conceſſa.

SVMMARIVM.

1 *Occaſio dubij.*
Regulares etiam Mendicantes poſſunt exercere munus Paſtorum, ſeu curam animarum, ibid.
2 *Poſſunt illis conferri beneficia regularia.*
3 *Quid requiratur vt aliquod beneficium dici poſſit regulare.*
4 *Quot modis beneficium regulare conſtituatur.*
5 *Quid de Beneficiis Curatis ſecularibus.*
6 *An vt eligantur Regulares ad huiuſmodi Eccleſias, requiratur aliqua diſpenſatio.*
7 *Exponitur* cap. Quod Dei timorem, de ſtat. Monach.
8 *Et* cap.in Parochia, 16.q.1.
9 *An commune ius Regularium extendatur etiam ad Mendicantes.*
10 *Quid dicendum ad* Clem.1. de Regul. *quam pro contraria parte quidam afferunt.*
11 *An extendatur etiam ad omnes regulares qui ad officium concionandi non ſunt apti.*
12 *An obſtet* text. c.Quod Dei timorem.
13 *Ipſius textus explicatio.*
14 *Quid quando populi neceſſitas, vel vtilitas id poſtulat.*
15 *An ſit neceſſaria ad electionem Regularis ad Eccleſiam Parochialem ſecularem diſpenſatio Epiſcopi.*
16 *Probatur non eſſe neceſſariam.*
17 *Eſt tamen neceſſaria licentia Prælati.*
18 *Reſolutio caſus noſtri.*
19 *An obſtet Bulla Pauli IV.*
20 *Videtur redactam eſſe ad ius commune per Pium Quintum.*
21 *An obſtet declaratio quadam adducta S. Congregationis.*
22 *Reſponſio ad illam*, & n.ſeq.
24 *Non procedit dicta declaratio in caſu neceſſitatis.*
25 *Item non præiudicat priuilegiis Religionum.*
26 *Declaratur mens S.Congregationis adducta.*
27 *Exponuntur verba Innocentij III.* in c.Quod Dei timorem.
28 *Et verba Alexandri III.* in c.Super eo, de regul. & tranſeunt.ad Relig.
29 *Item verba Honorij III.* in cap.ad audientiam, de Capel. Monach.
30 *Decretum Clementis Octaui pro reform.regul.*
31 *Qualis ſit horum Pontificum intentio.*
Rota deciſio, ibid.
32 *Reſpondetur Authoribus, & Iuribus in contrarium*, & n.ſeqq.
36 *Adducitur pro noſtra ſententia vſus.*
37 *Adducitur etiam priuilegium Sixti IV. pro Carmelitis.*
38 *Et priuilegium conceſſum Prædicatoribus, & Eremitis S.Auguſtini*, & n.39.
40 *Priuilegia Ordinis Eremitarum S. Auguſt.communicantur Carmelitis, & aliis Mendicantibus.*
41 *Verba Sixti IV. etiam pro Carmelitis.*
42 *Roboratur noſtra ſententia iure communi.*
43 *Epiſcopus poteſt concedere cum conſenſu Capituli Regularibus Eccleſias baptiſmales.*
44 *Reſpondetur obiectioni Concili. Trident.*
45 *Quis ſtatuerit primus omnium Pontificum, vt Monachi poſſint Sacris ordinibus initiari, & præfici Eccleſiis ſecularibus curatis.*
46 *Conceſſio Bonifacij IV.*
47 *Adducuntur iura diuerſa.*
48 *An omnes Religioſi huius Conuentus cui eſt annexa cura animarum, poſſint dici Parochi.*
49 *Videtur dicendum idem quod de Canonicis Collegiata.*
50 *Adducitur quadam declaratio.*
51 *Quomodo ſit per Regulares exercitium curæ animarum.*
52 *Reſpondetur obiectioni.*
53 *Eccleſia regularium in odioſis non venit nomine collegiata.*
54 *Reſponſio ad aliam obiectionem.*
55 *Reſolutio quæſtionis.*
56 *Illius moderatio.*
57 *An poſſint de facto Regularibus ſine Sedis Apoſt. conſenſu concedi Parochiæ ſeculares, vt illas adminiſtrent viuentes ſeparati à monaſteriis.*
58 *Et quid in caſu grauis neceſſitatis Eccleſiæ.*
59 *Exempla quæ ſententiam affirmatiuam comprobant.*
60 *Regulares ob bonum publicum id munus tenentur acceptare etiamſi Prælatus regularis nollet.*
61 *Alia remiſſiuè.*
62 *S.Rota deciſio.*

IESVS MARIA.

Occaſio dubij.

1 CONCESSIT Eminentiſſimus, & Re-
uerendiſſimus Dominus Cardinalis Ha-
rach quibuſdam Religioſis Eccleſiam
quandam Parochialem in Ciuitate Pra-
genſi ſitam, quam per aliquot annos poſſederunt,
ſed poſtea, quibuſdam ſuggerentibus, fuit dubitatum,
an talis conceſſio valida, & legitima fuerit, & dicti
Religioſi capaces ſeruiendi dictæ Eccleſiæ Parochiali
curam animarum in ipſa exercendo. Ad quod dubium
ſic reſpondi.

*Regulares etiam Mendicantes poſſe exercere munus Pa-
ſtorum, ſeu curam animarum gerere, pro comperto
omnibus eſt.*

2 Primò quidem loquendo de beneficiis regularibus.
Quod ex ipſis terminis eſt manifeſtum, cum bene-
ficia iſta ſolum Regularibus conferantur, & ab eis
ſolum miniſtrentur, ex hoc enim euidenter ſequitur,
capaces eſſe illorum. Syluester *verb. Religio* 6. Na-
uarrus *Comment.*4. *de regular. num.*23. quos ſequitur
*tom.*2. *ſum. qq. regular. cap.* 18. *num.*2. Et ſupponunt
3 communiter DD. quos in ſequentibus referam. Vt
autem aliquod beneficium regulare dicatur, non ſuf-
ficit, quod ad Regulares eius collatio, aut præſen-
tatio pertineat, neque quod ipſi Religioni vnitum ſit;
cùm hæc omnia ſæculari beneficio competere poſ-
ſint, ſed neceſſariò requiritur, quod per Regulares
adminiſtretur. Sic aliis relatis docet Gonzalez *ad reg.*
8. *Cancell. gloſſ* 8. *num.*38. Sanchez *lib.*7. *Summ.c.*29.
*n.*13 Caſtrus Palaus *oper. moral. par.*2.*tract.*3.*diſp.*1.
*punct.*2. *n.*2. Huiuſmodi autem beneficium regulare
dupliciter conſtituitur.

4 Primò ex fundatione, vt ſi fundator beneficij ſta-
tuat eſſe per Regulares adminiſtrandum, cui funda-
tioni Epiſcopus conſentire debet. Secundò, fit re-
gulare, ſi tempore quadragennij pacificè, & continuò
per regulares adminiſtretur, quia præſcriptione obti-
netur hæc qualitas, tametſi antea à ſæcularibus fue-
rit adminiſtratum, vt expreſsè deciditur *c. Cum de be-
nef. de præbend. in* 6. Caſtrus Palaus *ſup.*

5 Deinde loquendo de beneficiis curatis ſecularibus,
quamuis quorumdam Canoniſtarum ſententia ſit,
non poſſe Regulares illa poſſidere, nihilominus ve-
riſſima, & inter Doctores frequentiſſima ſententia
eſt abſque vlla diſpenſatione ſtando in iure commu-
ni, poſſe eligi regulares ad Eccleſias Parochiales ſe-
culares.

6 Quam tenent quamplurimi tum Iuriſtæ, tum Theo-
logi, ſpecialiter Gloſſa, Hoſtienſis, Ioannes Andreas,
Antonius, Anchar. Abbas, Cardinalis, Ananias,
Henricus, Federicus, Archidiaconus, Dominicus,
Francus, Imola, Præpoſitus, Felynus, Rochus, Lamber-
tinus, Bertachinus, Selua, Cortaſius, Gregorius Lo-
pez, Roſella, Angelus, Tabiena, Armilla, Syluest. Co-
uarruuias, Nauarrus, Gambara, Antonius Cuccus,
Villalobos, Monaldos, Thomas Zerola, Emma-
nuel Sà, Graffis, Azor, Rodriquez, & Leſſius, quos
refert & ſequitur Sanchez *lib.*7. *in Decalog.c.*29.*n.*31.
Tambur. *de Iure Abbat. tom.*3. *diſp.*9.*q.*8 *n.*4. Bordon.
*reſ.*91.*n.*7. Caſtrus Palaus *ſupra punc.*3.§.1.*n.*12. Pe-
lizzarius *tom. Manual. tr* 8.*c.*4.*ſect.*4 *n.*104. Ceſpedes
*in tr. de exempt Regular.c.*8.*dub.*168.

7 Habetur expreſse *in c. Quod Dei timorem, de ſtatu
Monach* ibi *Et per antiquos Canones etiam Monachi
poſſunt ad Eccleſiarum parochialium regimen in preſ-
byteros ordinari.* Circa quem textum notatur, ex illo
elici abſque vlla diſpenſatione id effici poſſe. Quia
non dicitur poſſe fieri, quod remedio extraordinario,
quale eſt diſpenſatio, indiget, vt optimè tradit Inno-
centius *c. paſtoralis, n.* 1. *verb. renunciatum, de cauſ. poſſ.
& propriet.* vbi eius additionator ait hoc dictum eſſe 8
notabile, & amplecti à Cardinali *conſ.*57. aliàs irregu-
laris diceretur poſſe ordinari, & ad beneficium pro-
moueri, ſiquidem ex diſpenſatione id poteſt fieri.

Idem colligitur ex *c. in Parochia* 16.*q.*1. vbi Gela-
ſius Papa iubet Monachum ad beneficium Parochiale
præſentatum admitti ab Epiſcopo, & nullatenus ver-
bo *diſpenſationis* vtitur, quaſi voluerit diſpenſare, &
ideo ius commune videtur explicare, quod hoc in fa-
uorem curæ animarum inductum ſit. Sanchez, &
Tambur. *ſupra*, & Caſtrus Palaus *n.*14.

Hoc porrò commune ius Regularium etiam ad 9
Mendicantes extendi, contra paucos quoſdam qui
leui ducti fundamento id negarunt, expreſsè tenent
Sanch. *ſuprà, num.*37. poſt Rochum, Lambertinum
Leſſium, & Cordubam, quos refert Palaus etiam
ſupra, Pellizzarius *num.*106. Eo quod textus, & au- 10
thores adducti generaliter loquuntur, & Clement. 1. *de
Regular.* Quam pro contraria parte quidam afferunt,
potius pro noſtra ſtat.

Cum enim prohibet quod Mendicantes tranſlati
ad non Mendicantes non poſſint hæc beneficia obti-
nere, manifeſtè ſupponit quod in propria Religione
Mendicantium manentes ea obtinere poſſint, vt ait
Sanch. *ſuprà.* Solum ergo Minores excluduntur per
Clement. *Exiui, de verbor. ſignificat.* Et illi Religioſi,
quibus per ſpecialia ſtatuta ſuæ Religionis id inter-
dicitur, quales ſunt PP. Ieſuitæ, non alij. Sanch. Tam-
borinus, & alij.

Extenditur etiam ad omnes iſtos regulares, etiamſi 11
ad officium concionandi apti non ſint. Nam occaſio
eligendi regularem eſt populi vtilitas, & neceſſitas:
ſed ſecluſo publico officio concionandi poteſt regu-
laris eſſe populo maximè vtilis, & neceſſarius: er-
go poteſt in Parochum eligi, & ſic docet expreſsè
Abbas *cap. non eſt, n.*9. *de vot.* Lambertin. *de Iurepa-
tron. lib.*2.*p.*1.*q.*7.*art.*19. *num.*22. Sanch. *ſupr. num.*40.
Palaus *ſuprà num.*12.

Nec obſtat textus in relato *c. Quod Dei timorem,* 12
ibi: *Ex quo debent prædicationis officium quod priui-
legiatum eſt, exercere.* Quia officium prædicationis,
cui communiter religioſi aptiores ſunt, præſtat ſupra-
dictum priuilegium quod amitti non debet, etſi in
vno, vel alio religioſo aptitudo ad illud exercendum
non inueniatur.

Deinde in ſupradicto *cap.* non videtur ſumi officium 13
prædicationis, prout communiter fieri ſolet, ſed pro
officio doctrinæ, quam quilibet Parochus ſuis ouibus
præſtare tenetur, & quia regulariter religioſi aptio-
res ſunt ad docendum, ea de cauſa in fauorem anima-
rum illis hoc priuilegium conceditur. Sic fermè San-
chez *ſuprà n.*40. & Caſtrus Palaus *n.*12.

Maximè verò hæc procedunt quando populi ne- 14
ceſſitas, vel vtilitas id poſtulat. Cum enim hæc iuris
conceſſio fauore boni animarum dimanauerit, & huic
bono proſpiciens religioſorum proprium munus ſit,
proculdubio cùm talis neceſſitas, vel vtilitas adeſt, ip-
ſi præfici poſſunt huic miniſterio curæ animarum ge-
rendæ. Gloſſ. *cap. Quod Dei timorem, verb. regimen, de
ſtat. monach. &* 16.*q.*1. *in Summa ſiu.* Rochus *de Iure-
patron. verb. honorificum, q.*4.*n.*13. Roſella *in Summa,
verb. Monachus, num.*4. Syluest. *verb. Religio* 7.*q.*3. Bo-
nif. *Clem* 1. *de elect. n.*45. *&* 65. Couarruuias *c.*8.*n.*3. *de
teſtam.* Rodriguez *qq regul. tom.*1.*q.*34 *art.*5 *initio*, Leſ-
ſius *lib.*2 *de iuſt. cap.*41 *dub.*12.*n.*99. Sanch. *ſupr. n.*39.
Tamburinus *ſupr. num.*7. Et fauet S. Pagina *Actuum
Apoſtol. cap.*6. vbi habetur quod cum neceſſitas Ec-
cleſiæ id poſtulauit, *creſcente numero diſcipulorum* aſciti
etiam

atiam ſunt alij miniſtri pro animarum ſalute curanda, vt notat Vincentius Parentiua infra referendus.

15 Quamuis autem plures teneant ad hanc electionem regularia ad Eccleſiam Parochialem ſecularam ſubeundam neceſſariam eſſe Epiſcopi diſpenſationem, prout tenent Gonzalez, Bellamera, Staphileus, Alexander, & alij, probabilius tamen eſt oppoſitum, prout tenent Gregorius Lopez, Couarruuias, Nauarrus, Lambertinus, & alij, quos refert, & ſequitur Sanchez eo *num.*35. & Palaus *num.*14. Ea
16 eo quod in iuribus relatis nulla ſit mentio talis diſpenſationis, neque ſit aliqua incapacitas ex parte ipſorum regularium, vt oſtenſum eſt, & oſtendetur in ſequentibus. Ita præter relatos authores id tenet Vincentius Parentius I. V. D. in conſilio quodam apud Tamburinum *ſup. num.*13.

17 Eſſe tamen neceſſariam licentiam Prælati omnes ſupponuntur, & conſtat *ex c. Religioſus, in princip. de elect. in 6.* vt ſpecialiter notant Tambur. *ſup. n.*10. & Caſtrus Palaus *n.*15.

18 Ex dictis autem manifeſtè conſtat, poſſe Religioſos iſtos, de quibus in præſenti, exercere munus Parochi in dicta Parochia S. Galli Ciuitatis Pragenſis; cum, vt oſtenſum eſt, iure communi id ſibi liceat neceſſitate, vel vtilitate populi, in patria bellorum tumultibus, & hæreticorum perfidiæ expoſita, vt quotidie experiuntur, & ſuorum Prælatorum licentia adſit, & quatenus opus eſſet etiam diſpenſatio Epiſcopi, videlicet Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi D. Cardinalis ab Harach Pragenſis Antiſtitis, qui dictam Parochiam Patri Magiſtro Sigiſmundo conceſſit anno 1626. annuente quoque piiſſimo Cæſare Ferdinando II.

19 Nihil obſtat contra hæc Bulla Pauli IV. qua omnes regulares priuauit beneficiis ſecularibus quibuſcunque per ipſos acquiſitis, vt refert Mandoſius *de ſignat. gratia, verb. diſpenſatio Monachorum pro obtin. non benef. verſ. hodie non ſolum.*

20 Quia vt ipſemet Mandoſius *verſ. penult.* refert, redacta eſt ad ius commune per Pium IV. & ita vt inutilem ad intentum eam reiiciunt Sanchez *ſup. n.*35. Tambur. *n.*5. & Pellizzarius *num.*104. Bulla Pauli IV. incipit *Priuſquam diuina bonitas*, Bulla autem Pij IV. de anno 1560. incipit, *Sedis Apoſtolicæ ſolertia.* Pellizzarius *ibid.*

21 Magis videtur obſtare declaratio quædam Sac. Congregationis relata à Gonzalez *in Regula* 8. *Cancellaria, gloſ.*7. *n.*53. Tamburino *ſupr. n.*4. Pellizzario *num.*104. & aliis, in qua de mente Greg. XIII. hæc dicit S. Congregatio *SS. D. N. Gregorius XIII. noluit licere Canonicis Regularibus, etiam de licentia ſui Generalis, abſque permiſſu Summi Pontificis, aſſumere curam animarum, etiam ad tempus, multoque minus beneficium curatum ad tempus.*

22 Sed plura ſunt, quæ huiuſmodi obiectionis debilitatem ad præſentem caſum oſtendunt. Primò etenim hæc declaratio ſolum fuit pro Canonicis Regularibus, vnde ergo locus, vt in materia odioſa, & à iure communi exorbitante extendatur etiam ad Mendicantes, maximè in proprio Monaſterio, vt expendemus inferiùs, commorantes? Deinde Gabriel Pennotus diligens author, & Ordinis Canonici chronologus *lib.* 2. *c.*72. quem ſequuntur Tamburin. *ſupra num.*11. *& ſequentib.* Pellizzarius eo *num.*104. contendunt dictam declarationem, ſeu decretum nunquam in praxi fuiſſe, & Gonzalez retractaſſe id quod dixerat in contrarium; quinimò eandem S. Congregationem de anno 1602. (cum illa Gregorij XIII. dicatur eſſe de anno 1581.) declaraſſe oppoſitum, & S. Rotam Romanam idem deciſiſſe, ac in praxi obſeruatum fuiſſe dando Parochialem Eccleſiam, ſeu Præpoſituram aliquibus Canonicis Regularibus, ſcilicet Don Theophilo Variſo, & Don Paulo Tappparallo Pedemontano.

Quamuis autem propter hæc eneruata videatur 23
dicta declaratio Sac. Congregationis; nihilominus, quia quoad alios ſaltem Regulares, Mendicantes præſertim, vſu, & praxi receptum videtur, vt non admittantur ad beneficia curata ſæcularia ſine diſpenſatione Apoſtolica, prout ſupponunt Mandoſius *ſupra*, Piaſecus *in praxi Epiſcopor.* 1. *p. cap.*5. Garzia *de benefic.* 7. *part. cap.*10. *n.*32. & Sanchez *ſupra n.*71. quos refert, & ſequitur Caſtrus Palaus *ſupra num.*10. ideo aliis modis ſatisfaciendum præſenti difficultati, & ita clarè, vt nullus omnino remaneat ſcrupulus circa ipſam.

Primò quidem ex dictis, vt ſcilicet id non procedat 24
in caſu neceſſitatis, qualis ſine dubio fuit quando d. Eccleſia S. Galli cōceſſa fuit ab Eminentiſſimo de Harach Carmelitis Pragenſibus. Etenim quemadmodum quando non inueniuntur Regulares ſufficientes pro beneficiis Regularibus ſeruiendis, præfici poſſunt ſæculares, quia neceſſitas caret lege, *cap. ſi quis forte de furtis*, ſic è contra cum non inueniuntur Clerici ſæculares ſufficientes, vel quoad numerum (prout in caſu noſtro contigit) præfici poſſunt Regulares beneficiis ſæcularibus. Prout dixi *tom.* 2. *Summa cap* 18. *n.* 1. ex *c. inter quatuor, de Religioſis domibus*, & ex Gonzalez, Garzia, & Tamburino ibi relatis. Quibus etiam modo addendi Rebuffus, Abbas, Azor, Barboſa, quos refert idem Tamburinus *d. diſp* 9. *quæſt.* 2. *n* 5. & Caſtrus Palaus *ſupra n.*11. Quia vt ipſe inquit: *Conuenientius eſt beneficium gubernari per Clericos alienæ profeſſionis, quam omni gubernatione deſtitui, vel iniquè gubernari.*

Dici poteſt ſecundò huiuſmodi praxim, ſeu vſum, 25
quod Religioſis non concedantur Eccleſiæ parochiales ſeculares, vel etiam declarationem Sacræ Congregationis circa illud non derogare priuilegiis religionum, quibus fruuntur ad talia beneficia conſequenda. Eo vel maximè, quod Religionum priuilegia priuilegiatiſſima, cum ſint ſpecifica, ſpeciali derogatione egent, vt ipſis derogari poſſit. Extare autem aliqua huiuſmodi priuilegia, ex dicendis conſtabit. Veruntamen hac ſolutione prætermiſſa, ad aliam quæ omnino, & totaliter difficultatem euacuat, iam accedo.

Dico ergo S. Congregationis declarationem, vſum, 26
& praxim etiam curiæ, Doctorum qui noſtræ parti aduerſari videntur, mentem, & alia ſi quæ fuerint, quæ aduerſari videantur, ſolùm probare beneficia curata ſecularia ſeparata à Monaſteriis, ſeu Eccleſiis Regularium, itaut Religioſi ipſis inſeruientes extra propria Monaſteria in priuatis domibus commorentur, ipſa concedi non poſſe ſine Sedis Apoſtolicæ conſenſu, non verò quod illis dari, ſeu concedi non poſſint Eccleſiæ aliquot curam animarum habentes pro Monaſteriis, & Conuentibus, vt in ipſis clauſtraliter, & religioſè viuentes eidem animarum curæ ſub ſuorum Prælatorum obedientia incumbant.

Ac perinde nihil prorſus, & omnino contrariari caſui noſtro, in quo Religioſi hanc curam ſæcularem adminiſtrantes, non in priuatis domibus, ſed in ipſomet Monaſterio S. Galli ſub obedientia, & vita Religioſa commorantur. Id porrò clarè, & liquidò monſtratur ex toto iure communi, tum antiquo, tum moderno, & fundamentis aduerſariorum, quæ noſtræ theſi obuiare creduntur.

Etenim primò Innocentius III. vir equidem Sapien- 27
tiſſimus, & inter Pontifices Romanos egregius *in d. cap. Quod Dei timorem, de ſtat. Monach. § licet autem*, id ſatis expreſſit illis verbis: *Licet autem in Lateranenſi Concilio de Monachis caueatur, ne ſinguli per villas, & oppida, per quaſcunque Parochiales ponantur Eccleſias, &c.* Denotans ſanè tam ipſum, quàm

Lateranānſa Concilium ſolùm auerſari prouiſionem Eccleſiarum ſecularium Religioſis manentibus ſigillatim *per villas, & oppida*, non ſi clsuſtraliter in Monaſteriia degant.

28 Vnde Abbas *in cap. Monachi, de ſtat. Monach.n.2.* inquit : *Concilium Lateranenſe ſtatuit, ne Monachi ſoli per Parochias habitent, quia va ſoli, quia non eſt qui ſubleuet eum, ſi ceciderit.* Idem indigitat Alexander III. in *cap. Super eo de regular. & tranſeunt. ad relig.* vbi determinat quod Monaſterium ſemel ingreſſi non *amplius in Eccleſiis ſæcularibus debent aſſumi ne contra votum, quod Domine fecerunt venire prebentur,* indicans quoque manifeſtè ſolùm deteſtari ſeruitium regularium Eccleſiis Parochialibus ſi extra Monaſteria degant.

29 Pariter id manifeſtè ſubindicat Honorius III. *in c.ad Audientiam, de Capel. Mon.* quo loco committit Archiepiſcopo Burdigalenſi, vt mandet omnibus Abbatibus ſibi ſuppoſitis, quatenus reuocent omnes Monachos ſolitariam vitam ducentes in quibuſdam Prioratibus Eccleſiarum ſecularium, & in iis ipſe Archiepiſcopus ſeculares Clericos conſtituat Deo famulaturos.

30 Quam etiam ob cauſam Clemens VIII. in decretis pro reformatione regularium confirmatis quoque ab Vrbano VIII. dicit : *Ineatur ratio, qua ſublatis licentiis, ac facultatibus hactenus quibuſcunque conceſſis, degentes extra Conuentus clauſtra, ad ea quamprimum reuocentur, nec de catero, niſi ex grauiſſima cauſa, à Sede Apoſtolica probanda, huiuſmodi facultates concedi poſſint.* Ex quibus clariſſimè habetur Summorum Pontificum mentem dumtaxat eſſe, ne regulares extra Monaſteria viuant, etiam prætextu animarum ſaluti ſubueniendi, & Eccleſiis Parochialibus ſer-
31 uiendi. Vnde Sacra Rota Romana in vna Vliſbonenſi Iuris conferendi coram Lancelloto an. 1607. cum eſſet dubium, an Monachis interdicta eſſet cura animarum ſic habetur ad intentum : quæ denique dicuntur de reſiſtentia iuris contra Monaſterium, aum Eccleſiæ præſumantur liberæ, non autem ſubiectæ, & quod Monachis ſit interdicta cura animarum, procedunt in dubio, ſecus verò quando de contrario conſtat, prout etiam Rota reſpondit in alleg. ta Vrgellenſi coram Illuſtriſſimo Pamphilio, & quidquid ſit in Monachis particularibus, & quando monaſterium non habet populos, in quibus terminis procedit textus *in cap. Placuit*, 16.q 1. vt notat ibi Gloſſ *in verb Placuit*, de iure non eſt probibitum Monaſterio habere curam animarum, ſaltam de conſuetudine à iure approbata, vt *in c.1 de Cappel. Monach Clement Ne in agro, §. caterum, de ſtat. Monach.* Abbas *in d cap.1. num.1. & 6. de Capel. Monach.* Et ita concluſum, &c. Hæc Rota.

32 Idem iuris eſto de fultris, quibus innixi aliqui Authores hanc facultatem ſeruiendi Parochialibus Eccleſiis ſecularibus denegant Religioſis. Dicunt enim ipſos non habere neque velle nec nolle, *c. ſi religioſus, de elect. in 6* & notant Ioannes Andreas *in add. ad Specul tit. de ſtat. Monach.* Iaſon *in l. legatum, n.15. cum ſimil.* Sed in acceptatione beneficij conſenſus, atque voluntas, aut ſaltem, vt ita dicam, voluntas, aut non reſiſtentia acceptantis requiruntur, vt *in d. c. Si Religioſus*, vbi talis electio *ibid* ideo annullatur, quia ipſe nullo modo poterat ſuum conſenſum præſtare electioni de ſe factæ : ergo.

Accinunt alij apud Sanchez *ſup. n. 34.* etiam refragantes, eo quòd dicunt religioſos per profeſſionem mortuos eſſe mundo, & cum per aſſumptionem ad Eccleſiam curatam veluti reſuſcitentur, oportet vt id fiat ſuprema Papæ authoritate diſpenſantis.

33 Item quod profeſſi religionem nihil proprij habere poſſint, prout neceſſe eſt habituros illos, qui Parochiis ſecularibus deſeruirent. Notatur hoc *c. Ioannes,* 34
vbi Abbas *de regul. & c. Non dicatis, & cap Nolo 12. q.1.* notat & Abbas *in c. cum ad Monaſterium, de ſtat. Monach. & in cap. Ad noſtram, de confirmat. vtil. vel* 35
inutil. Hæc etenim applicata Parochis regularibus qui intra ſuorum Monaſteriorum mœnia degunt, inania prorſus ſunt.

Cum enim de Prælatorum regularium præcepto id munus obeant, non tolli quominus dici poſſint non habere, *neque velle, neque nolle, & mortuos eſſe mundo.* Similiter cum religioſi diſciplina obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis funiculis illigata viuant, non habebunt proprium. Hæc ergo obiecta, vt dixi, inania. Ad alia ergo pro noſtro placito robuſtiora pergo.

Inter quæ vnum omnium oculis objicitur, quod 36
ſcilicet per totum Orbem Chriſtianum, in partibus quoque illis, in quibus non eſt penuria Clericorum ſecularium (qualis cernitur in Bohemiæ Regno) plures ſecularium Parochiæ ſub gubernio religioſorum conſpiciuntur. Nec ſolùm in Indiis, propter eandem, quæ in Bohemia viget, neſſitatem ; ſed & in Hiſpaniis, & Galliis, & in Italia ipſa Eccleſiaſticis ſecularibus referta.

Et in vna alma Vrbe, in qua ad 26. Eccleſiæ Pa- 37
rochiales regularibus demandatæ numerantur, ſupra 60. circiter alias ſecularium Clericorum curæ commiſſas. Nouiſſimè etiam diebus iſtis ſub Pontificatu SS. D. N. Innocentij X. Illuſtriſſimus Taurinanſis Archiepiſcopus Eccleſiam quandam Parochialem in Terra *Summa Ripa* nuncupata ſitam Carmelitis donauit.

Accedo etiam ad priuilegia, inter quæ primò referendum illud Sixti IV. pro Carmelitis, *in eorum Mari magno, n.6.* in quo manifeſtè ſupponit ipſis concedi poſſe Eccleſias Parochiales. Dicit enim : *Caterum ne ſi ratione Parochialium Eccleſiarum, apud quas domus Fratrum eorundem conſtructæ fuerint, aut conſtruentur in poſterum, locorum Ordinary in eoſdem Fratres aliquam Superioritatem vendicare tentarent, Fratrum eo-* 38
rum quies in aliquo perturbaretur, concedimus ipſis Fratribus, vt in ſic conceſſis, & quas eis concedi contigerit, curatis Eccleſiis, poſſint per Capellanum per eos pro eorum nutu ponendum, & amouendum curam huiuſmodi, exercere Eadem fermè conceduntur Prædicatoribus *in eorum Marimagno, n.50.* & aliis Mendicantibus, vt notaui tom. 5. Summæ, in Marimagno Prædi-
catorum circa dictum priuilegium *n.158. & 159.* vbi 39
etiam, & 4. *tom. verb. Monaſteria Regularium, n.21.* attuli notabile priuilegium conceſſum Eremitis S. Auguſtini a Iulio II. in conſtit. *Etſi,* apud Peirinis *tom. 1. priuil. Minim. in conſtit. 11.* Huius Pontificis, per quod illis concedit facultatem ad recipiendum noua loca & Eccleſias, etiam Parochiales, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia.

Verba autem Pontificis cum Ægidio Ordinis Eremitarum Priore Generali loquentis, hæc ſunt : *Cum igitur Superiori anno per noſtras litteras quædam Religioni tua conceſſerimus, inter quæ id erat, vt loca oblata tu, Fratreſque tui, tam qui ſunt, quàm qui erunt, capere pro religione poſſetis. Nunc per has noſtras ea, qua conceſſimus, clarius declaranda duximus. Eandemque locorum ſuſcipiendorum facultatem ad alia quacunque loca, domos Eccleſias, etiam Parochiales, ac cuiuſcunque ſint Ordinis, aut conditionis ſuſcipiendas extendimus, demuſque proprio tam motu, quàm ſcientia, atque de plenitudine poteſtatis, vt hac omnia capere poſſitis, facta vobis poteſtate tam per litteras, quas ſupra memorauimus, quàm per harum conceſſionem declarationemque litterarum. Licere igitur vobis perpetuè decernimus hac omnia poſſe capere abſque alia Sedis Apoſtolica conceſſione, &c.* expendat lector clauſulam illam,

etiam

40 *etiam Parochiales*, & illam *abſque alia Sedis Apoſto-*
lica conceſſione, & notet priuilegiom hoc, & alia
Ordinis Eremitarom S. Auguſtini communicati Car-
melitis, & aliis Mendicantibus propter Bullam Leon.
X. quæ incipit *Dudum per nos*, in t. tom. Bullar. *n.* 32.
& Pij V. quæ incipit *Romanus Pontifex*, quas retuli
tom. 2. *mea Sum. c.* 1. *n.* 51. in quibus priuilegia omnia
Mendicantium communia illis omnibus eſſe decla-
rantur. Specialiter propter Bullam Clem. VII. quæ
incipit *Ex Clement.* in tom. 1. Bullat. in hoc Pontifice
n. 31. Vbi Carmelitis concedit priuilegia quorumcun-
que aliorum Ordinum, & illis *vti*, *frui*, *& gaudere*
poſſe, atque debere, in omnibus, & per omnia perinde,
ac ſi eis conceſſa fuiſſent.

Sed neceſſe non eſt in hac parte communicationi
priuilegiorom cum Auguſtinianis inniti, cùm Car-
melitis ipſis in ſpecie conceſſum ſit accipere quaſ-
cunque Eccleſias *etiam parochiales*, ex priuilegio Six-
ti IV. in eorum Marimagno, vt notat Caſarubius *in*
Compend. priuileg. Mendicant. verbo ædificare, *n.* 18.
Verba autem eiuſdem Sixti in dicto Marimagno
n. 103. hæc ſunt: *Et quia in eadem regula conceditur,*
41 *quod eiuſdem Ordinis profeſſores poſſint habere loca in*
eremis, vel vbi eis donata forent ad eorum Religionis
obſeruantiam apta & commoda, ſecundum quod eiſdem
Priori, & Fratribus videbitur expedire, & ex conceſ-
ſione præfati Vrbani IV. prædeceſſoris noſtri, ſi qui Chri-
ſti fideles aliqua loca ad ſe ſpectantia, quæ feudalia, ſeu
cenſualia non exiſtant, eis contulerint pietatis intuitu,
liceat eis de licentia diœceſanorum illa ſuſcipere, & in
eorum ſingulis Eccleſiam vel Oratorium conſtruere, de-
uotioni, ac petitioni eorum non plenè videtur ſatisfa-
ctum, conceſſionem prædictam ad alia quæcunque loca,
domos, & Eccleſias etiam Parochiales, motu, ſcientia, &
authoritate prædictis extendimus, ac conceſſionem præ-
dictam effectum ſortiri volumus, non obſtante Conſtitu-
tione fel. record. Bonifacij Papæ VIII. ſimiliter præde-
ceſſoris noſtri, prohibente, ne cuiuſvis Ordinum Mendi-
cantium fratres ad habitandum noua loca recipere, vel
cepta mutare præſumant ſine dictæ Sedis licentia ſpecia-
li faciente ſpecialem, & expreſſam de prohibitione hu-
iuſmodi mentionem.

42 Relictis etiam his, & aliis priuilegiis, ad ius com-
mune redeundo intentum noſtrum roborari poteſt
ex *cap. Tua nuper, de his quæ fiunt à Prælatis ſine con-*
ſenſu Capituli, vbi Innocentius III. decreuit non
poſſe Epiſcopum concedere *Eccleſiis Conuentualibus*
Eccleſias baptiſmales, ſine ſui capituli conſenſu. Ex
quo à contrario ſenſu (quod genus arguendi efficax
eſt in hac materia) elicitur quod ſi adſit conſenſus ca-
pituli, poteſt Epiſcopus concedere Regularibus *Eccle-*
ſias baptiſmales. Idem habetur *ex c. Paſtoralis, eod. tit.*
vbi idem deciditur.

43 Et ita in terminis tenent Moneta *c.* 11. *de mut. ſtat.*
Eccleſiar in tract. de commut. vltim. volunt. num. 96 Ste-
phanus Gratianus *diſcept. forenſ. tom.* 3. *diſcept.* 473.
n. 2. Joannes Rada *tract. de diſpenſat. Epiſcop. caſ.* 16.
& Ceſpedes *in tract. de exempt. regul. c.* 8. *dub.* 178. Nec
id rejicit Pellizzarius *ſup. n.* 513. Cùm autem credi-
bile omninò ſit Eminentiſſimum D. de Hitach, vipote
prudentiſſimum Prælatum talem Eccleſiam S. Galli
de conſenſu ſui Capituli conceſſiſſe, vtique habetur
intentum.

44 Nec obuiat ſi dicetur contrarium id eſſe Concilio
Tridentino *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 13. vbi prohibet
ne Parochiales Eccleſiæ Monaſteriis Regularium
vniantur. Nam vt benè ipſe Ceſpedes ex Moneta re-
lato, & Petro de Peruſio *in tract. de vnion. Eccleſ. c.* 1.
nullatenus hoc fuit vnitio Parochialis Eccleſiæ Mo-
naſterio.

Quia, vt diAi *tom.* 5. *in Marimagno Prædicat n.* 159.
aliud eſt vniri Eccleſiam Parochialem alicui Mona-
ſterio, ſeu illud annectere tali Monaſterio, quod eſt
illud vniri ipſi, & quod prohibetur à Concilio, aliud
verò concedere alicui Religioni aliquam Eccleſiam
Parochialem, vt in ipſa maneant, & habeant Mona-
ſterium ad ſeruiendum tali Parochiæ Religioſi talis
Religionis, quod non prohibetur à Concilio.

Addimus ad maiorem quoque cautelam alia ad in- 45
tentum Etenim vt habet Vincentius Parentius I.V.D.
in conſ relat. Gregorius I. Summus Pontifex, qui flo-
ruit anno à Chriſto Domino nato 94. ſupra quingen-
teſimum, primus omnium ſtatuit, vt Monachi poſſint
Sacris Ordinibus initiari, & præfici Eccleſiis ſæcula- 45
ribus curatis ob Clericorum defectum. In Concilio
Ferrarienſis Collegij *in cauſa præcedentiæ Canonico-*
rum Regularium, & Monachorum edito habetur, quod
Bonifacius IV. ſupremus Eccleſiæ Antiſtes hoc idem
ipſis Canonicis conceſſit anno ſalutis octauo ſupra 47
milleſimum ſexcenteſimum. Verum, & quod idem
munus Monachis iure communi competat, habemus
ex text. *in c. Doctos*, & paſſim 16. *q.* 1. Et tenent om-
nes DD. & præſertim Abbas *in c.* 2 *& c. Quod Dei ti-*
morem, de ſtat. Monach. & in fin de Cappell. Monach. &
in c. Cum olim, not. 8. *de præſcript. & conſ.* 59. *lib.* 2. Joao-
nes Dett. *in tract. de Epiſcopo*, *lib.* 2. *p.* 1. *q.* 19. Felinus
conſ. 131. Decius *in cap. Ad noſtram, de confirm. vtil.*
vel inutil. cum ſimil.

Obiter etiam hic proponam dubium, quod relatus
Ceſpedes eo *cap.* 8. *dub* 178. proponit, an videlicet 48
omnes Religioſi huius Conuentus Praghenſis, cui
eſt annexa cura animarum, poſſint dici Parochi, an
verò vnus ſolus à Superiore ad id munus deſtinatus.
Ad quod ipſe Ceſpedes ſic reſpondet. Dico ergo, idem
eſſe dicendum de regularibus talis Parochiæ, ac de 49
Canonicis collegiatæ, quæ habet curam animarum
annexam, ſed Canonici talis collegiatæ, vt notat no-
ſter Alphonſus de Leone *de offic. Capellani*, *q.* 3. *n* 26.
& ſeqq. ſunt omnes curati, & ad omnes cura talis
ſpectat, vt colligitur ex declaratione quam affert Pari- 50
ſius in ſuo opere *de reſignat. lib.* 8. *q.* 9. *n.* 93. in qua
dicitur, quod quando Eccleſia in prima ſua inſtitu-
tione, & origine eſt Parochialis, & poſtea erigitur in
collegiatam cum retentione curæ animarum, illius
curæ exercitium ſingulis de collegio incumbit, vt ab
ipſis Canonicis per turnum adminiſtretur, & tunc
fructus qui ex cura procedunt, debent diuidi æqualiter
inter Canonicos, & dignitates, ſicut onera fuerunt
communia. Ergo idem proportionaliter dicendum de
regularibus, niſi aliter in inſtitutione, vel tranſlatio-
ne fuerit ordinatum.

Et licèt apud regulares curæ exercitium non fiat 51
per turnum a ſingulis, ſed ſoleat committi alicui
Capellano, qui eſt extra gremium capituli; attamen
titulus ſemper manet apud Capitulum, nec potuit
transferri in dictum Capellanom, & liberari capitu-
lum etiam immemorabili tempore vt aduertit dictus
Alphonſus de Leone. Nec obſtat dicere: Paro-
chiam vnam non poſſe habere plures Rectores, ſi-
cut nec ſponſa plures ſponſos, *ex cap.* 1 *de ſponſa*
duorum: nec vnum corpus poteſt habere duo capi-
ta, quia eſſet monſtrum, *ex cap. pleriſque, de offic. ord.*
vnde ſic etiam Eccleſia nec duos, vel plures Paro-
chos, ſeu Curatos per caput *cum nō ignores, de præb. &*
per c. in Apibus 7. *q.* 1. *& per c. Sicut vnaquæque*, 22. *q.* 2.

Nam reſpondeo talem Parochiam annexam ca-
pitulo, & Monaſterio habere vnicum tantum Paro- 52
chum, & ſponſum, habet enim capitulum, & ſin-
gulos capituli, quatenus capitulum conſtituunt.
Hinc eſt, quod Campanilis dicit, quod huiuſmodi
Canonici, ſcilicet qui in his Eccleſiis collegiatis
curam animarum habentibus ponuntur, debent eſſe

in ea ætate conſtituti, quæ requiritur ad exercendam curam animarum. Ita Rubric. 7. *cap.* 6. quia licèt non ſinguli Canonici ſint curati, ſed totum collegium, attamen à ſingulis exercetur cura animarum.

. Quod ſi objicias, Monaſteria non poſſunt dici propriè Eccleſiæ collegiatæ, quia in odioſis non venit nomine collegiæ Eccleſia Regularium, vt vult Rodriguez *tom.* 1. *qq. quæſt.* 43. *art.* 12. Vnde ex hoc concludit, non teneri Regulares cantare duas Miſſas, in caſu in quo Collegiatæ ſæculares tenentur, vt tradit Gauantus *in Rubric. Miſſalis, part.* 3. *tit.* 12. *num.* 12. Reſpondeo Eccleſias Regularium ſaltem in fauorabilibus eſſe collegiatas, & tales æſtimari, ſed modò ſumus in fauorabilibus: ergo. Quod autem Eccleſiæ Regularium collegiatæ ſint, habet Moneta *cap.* 11. *de mutat. ſtat. Eccleſ. numero* 39.

55 Ex poſita doctrina collige, omnes illos Religioſos, qui ſunt in Monaſteriis ſic curam animarum habentibus, cum debitis conditionibus, ſcilicet Sacerdotes, &c. eſſe tanquam Parochos reputandos. Hæc Ceſpedes, quæ tamen moderatur Pellizzarius
56 *ſuprà num.* 107. dicens: *Verum quia vſus videtur eſſe in contrarium, ideo in re adeo graui non auderem conſulere praxim huius aſſertionis ſine altiori indagine contra communem vſum, & maximè ad cauendam Ordinariorum offenſionem, & ad vitandas tricas, & lites.*

Addendum etiam ad maiorem corroborationem eorum quæ dicta ſunt, quòd licet, vt ſæpius dixi in variis locis meæ Summæ, præſertim *tom.* 1. *cap.* 2. *num.* 17. *& tom.* 2. *cap.* 18. *num.* 1. *& tom.* 4. *verbo Parochus, num.* 2. *& tom.* 5. *in Mari magno Prædicato-*
57 *rum, num.* 159. Regularibus non poſſint de facto ſine Sedis Apoſtolicæ conſenſu concedi Parochiæ ſæculares, ita ſcilicet, vt illas adminiſtrent viuentes ſeparati à Monaſteriis, & Conuentibus in domibus priuatis, ſicut alij Clerici ſæculares faciunt, in caſu tamen grauis neceſſitatis Eccleſiæ ob magnam videlicet penuriam Clericorum ſæcularium ad id munus
58 ſufficientium, vel quia hæreſes graſſantur, & oportet ponere paſtores, qui Chriſti oues defendant, ne à lupis (hæreticis) ſtrangulentur, prout ſæpius in partibus Germaniæ, & Bohemiæ contingit, credo poſſe Epiſcopum committere id munus Religioſis. Colligo ex Bellamera *in ſuis deciſion. Canon. concl.* 750. *num.* 4. *&* 5. referente etiam Cardinalem Sancti Euſtachij.

Et ratio eſt, quia pro comperto eſt apud omnes, plura eſſe in materia diſpenſationum, & abſolutionum, quæ licet iure communi ad Papam ſpectent, ratione tamen neceſſitatis, quæ lege caret, fieri poſſint ab Epiſcopis. Quod maximè debet attendi in iis, quæ ſpectant ad bonum commune populi Chriſtiani, quale eſt hoc munus Parochorum.

59 Corroboratur etiam exemplis in eodem Regno Bohemiæ comprobatis, de Parochiis videlicet conceſſis fratribus noſtris ob præfatam populi neceſſitatem. Etenim circa idem tempus, anni ſcilicet 1626. quo, vt dictum manet, Eminentiſſimus Cardinalis ab Harach dictam Eccleſiam, & Parochiam eiſdem donauit, Illuſtris Baro D. Georgius Michna, qui oppidum Chiſenſe decem milliaribus à Praga diſtans tenebat, audito quod Chiſenſe Monaſterium antiquitus erat noſtrum, illud nobis de conſenſu Eminentiſſimi Cardinalis Archiepiſcopi reſtituit, & Parochiam addidit.

Item Bartholomæus Martha Sacerdos noſtri Ordinis Polonus in ciuitate Bohemica Turnou Parochialem Eccleſiam tenebat, donec cùm exercitus Saxonicus anno 1634. menſe Iulio ad inuadendam Pragam properaret, ab equitatu illius penes illam Eccleſiam deprehenſus, & aliquot ſclopetorum globis traiectus, ibidem ſtatim mortuus eſt. Imò paulò ante hoc tempus, cum res Bohemicæ quietiùs pro Catholicis procederent, prout ex fide digna relatione accepi, multi ex variis Religionibus in Bohemiam venerunt Sileſij, Poloni, & Belgæ, *& ob defectum aliorum Sacerdotum Parochiis præficiebantur.* En iam quomodo ob populi neceſſitatem Epiſcopi accedente conſenſu ſine Summi Pontificis expreſſo placito plures in ea Patria Religioſi ſecularibus Parochiis præfecti fuerunt.

Quidni? Tanta in hoc eſſe potuit neceſſitas, vt 60
tenerentur id munus ob bonum publicum acceptare. Etiamſi Prælatus regularis nollet, vel ſaltem cogere illum ad conſenſum. Populi enim tam grauis neceſſitas, ſtando in iure naturali, & diuino, hoc totum poſtulat. Rodriguez *tom.* 1. *qq. Regular. q.* 30. 61
artic. 5. Pellizzarius *ſup. num.* 108. Palaus *ſup. num.* 20. Alia quæ ſpectant ad huiuſmodi Parochos habet Lector ex noſtra Summa variis in locis, præſertim *tom.* 1. *cap.* 17. de quo etiam Ceſpedes, & Pellizzarius relati.

Fauet ad intentum huius conſulti S. Rota Ro- 62
mana in vna Ianuenſi *Parochialis*, vbi etiam pro Monaſterio Monialium concedit habere poſſe curam animarum, vt propterea huic loco adiungi debeat.

Ianuenſis Parochialis.

Coram D. Vrgellenſi.

ARGVMENTVM.

Eccleſia quando dicatur Regularis, & an ab Eccleſia Regulari poſſit exerceri cura animarum.

SVMMARIVM.

1 *Monaſteria non dantur ſine Eccleſiis.*
2 *Monaſterium ſi ſit regulare, Eccleſia etiam eſt regularis.*
3 *Monaſterium quale eſt, talis etiam eſt Eccleſia.*
4 *Eccleſia regularis an poſſit exercere curam animarum,* & n. 5.
6 *Loci ſanctitas ordinatur ad ſanctitatem hominis qui in loco Sacro cultum Deo exhibet.*
7 *Deus non propter locum gentem, ſed propter gentem locum eligit. Viſitatori Apoſtolico multum eſt tribuendum circa qualitatem, & ſtatum Eccleſiarum.*
8 *Poſſeſſio quadragenaria quid operetur.*

DECISIO.

ORta lite inter Illuſtriſſimum Archiepiſcopum Ianuenſem, & Moniales S. Andreæ de Porta nuncupatas eiuſdem Ciuitatis ſuper iure nominandi Vicarium pro exercenda cura animarum in dicta Parochiali Eccleſia S. Andreæ, abſoluto iam poſſeſſorio manutentionis, & ſuper eo emanatis tribus deciſionibus conformibus ad fauorem Monialium, quia nihilominus pro earum parte proſequitur petitorium, &

1 & tota difficultas ſtat in eo, an dicta Eeeleſia ſit re-
gularis vel ſæcularis, propterea de hoe hodie dubi-
taui, & fuit reſolutum dictam Eeeleſiam eſſe Regu-
larem, quia eum Monaſteria non dentur ſine Eeele-
ſiis, Roi. *dec.*204 *pare* 2. *recent.* vbi ab exiſtentia Ab-
2 batis, & Monaſterij arguitur, & iofertur ad exiſten-
tiam Ecclesiæ, & dictum Monaſterium non habeat
aliam Eeeleſiam quàm iſtam, cum Monaſterium ſit
Regulare, Eccleſia etiam eſt regularis, *c.*1. *de capel.*
Monach. & ibi gloſ. *in verbo Monaſt. in fin.* Barbat. *in*
3 *cap. Cùm dilectus*, *num.*3. *de conſuet.* præſertim, quia
eum ſit dicto Monaſterio incorporata, cenſetur eiuſ-
dem pars integralis. Vnde quale eſt Monaſterium,
talis etiam eſt Eecleſia, Gloſſ. *in c.*1. *in verbo exempt.*
4 *de priuileg. in* 6. Rota coram Greg. XV. *deciſ.*370. *n.*2.
& 3. ex quibus propterea dubitari non poteſt, quin
moniales habeant de iure intentionem fundatam.
ætiam quod in dicta Eceleſia exerceatur iura ani-
marum, prout deprehenditur ex Saero Concilio
Tridentino *ſeſſ.* 25. *cap.* 11. *de Regular.* dum ibi fit
5 mentio de eura animarum in Monaſteriis, ſeu domi-
bus mulierum; eum tameo eura in Eceleſia exer-
ceatur, quæ ideo ex mente S. Concilij venit appella-
tione Monaſterij, ſeu domus mulierum, & fuit di-
ctum in deciſione in hac eauſa facta 19. April. 1627.
eoram me.

Deinde enim iuris aſſiſtentia coneurrit obſeruan-
tia regularitatis, quia enm hoc Monaſterium anti-
quitus eſſet Ordinis Sancti Benedicti, & eſſet ferè
deſtitutum, fuerunt in illum auctoritate Papæ de
anno 1509. tranſlatæ Prioriſſa, & Moniales ſanctæ
6 Margaritæ Ordinis Sancti Auguſtini, quibus in
ſpecie fuit tradita poſſeſſio tam Conuentus, quàm
Eecleſiæ, & eum inuentario conſignatæ ſuppellecti-
les Saeræ ad vſum, & curam Sacramentorum perti-
nentes. Vnde eum ex dicta conſignatione bene arguā-
7 tur, & inferatur curam animarum dictæ Eccleſiæ ad
Moniales ſpectare, prout ſpectat, vt fuit dictum in ea
deeiſione in hae cauſa facta eoram me in principio,
multo magis infertur ad eam etiam Eccleſiam perti-
nere. Sanctitas enim loci ordinatur ad Sanctitatem
hominis, qui in loco Sacro cultum Deo exhibet, 4. *diſt.*
per tot. & vt dicit Saera Scriptura, *Non propter locum*
gentem, ſed propter gentem Dominus locum elegit.)
D. Thom. 2. 2. *q* 99. *art.* 1.

8 Præterea pro Eeeleſia Regulari, & dependenti à
dicto Monaſterio fuit habita per Viſitatorem Apo-
ſtolicum de anno 1580. & talis nominatur, & repu-
tatur in pluribus viſitationibus Ordinariorum, quibus
multum eſt tribuendum circa qualitatem, & ſta-
tum Eecleſiarum. Verall. *deciſ.* 158. *part.* 2. Seraph.
*deciſ.*780. *num.*1. & 2. *deciſ.*138. 1272. *num.*3. & *in*
*recent. dec.*371. *num.* 2. *part.*1. & *dec.*573. *part.*2. & fuit
latè dictum in prædictis deciſionibus in hae cauſa
factis.

Tandem accedit quaſi poſſeſſio Monialium depu-
tandi Vicarios pro exercitio curæ ad nutum per vltra
40. annos, ex qua quadragenaria poſſeſſione bene
9 etiam infertur ad regularitatem, & in puncto Seraph.
*dec.*1304. *n.*1. *verſ.*3. *comprobatur.*

Et ita Monialibus tantum informantibus, &c.

Habetur hæc deciſio inter deciſiones à Paulo Ru-
beo collectas *tom.*1. *deciſio n.*165. & inter deciſiones
Durani *deciſione* 144.

CONSVLTVM XLII.

De quodam Prouinciali capto à Turcis.

SVMMARIVM.

1 *Dubij occaſio.*
2 *Quot in eo diſcutienda.*
3 *Prouincialis noui electio ſuſtinetur tanquam legi-tima.*
4 *Comprobatur rationibus.*
5 *Obiectio.*
6 *Solutio.*
7 *Conſtitutio Ordinis.*
8 *Alia conſtitutio.*
9 *Conſenſus facto non minus quàm verbo elicitur.*
10 *Plus eſt aliquid facto declarare, quàm verbo.*
11 *Ratio celebrandi capitulum Prouinciale.*
12 *Bonum commune anteponi debet cuicunque bono priuato.*
14 *Rationes ob quas P. Generalis capitulum Prouinciale indixit.*
15 *Ezechielis verba.*
16 *P. Generalis etiam de iure communi poteſt, & debet id facere.*
17 *Adducuntur verba Innoc. III.* in cap. qualiter, & quando.
18 *Subſiſtente cauſa poſſunt regulares à ſuis officiis amoueri.*
19 *Adducuntur iura, & Authores,* & n. ſeq.
20 *Differentia inter beneficia, ſiue officia regularia, & ſæcularia.*
21 *Beneficia regularia cuius ſint natura.*
22 *Exponitur* cap. Cùm ad Monaſterium.
23 *Regularis priuatus ab officio, an poſſit ſuo Prælato contradicere.*
24 *Authoritas P. Suarez, quod ſubſiſtente cauſa communi boni poſſunt Prælati regulares à ſuis officiis amoueri.*
25 *Item authoritas aliorum.*
26 *Reſponſio ad rationem partis aduerſæ.*
27 *Ius naturale eſt, quod bonum commune præponatur particulari.*
28 *Vna ſponſa non poteſt habere duos ſponſos, & ſimilia*
29 *Non obſtant iura, & alia adducta à parte contraria.*
30 *Et quando illa procederent.*
31 *Generi per ſpeciem derogatur.*
32 *Reſponſio ad aliam obiectionem partis.*
33 *Adducuntur alia differentia inter beneficia ſæcularia, & regularia*
34 *An Prouincialis liberatus poſſit petere reſtitutionem ſui Prouincialatus.*
35 *Factum legitimè non debet retractari.*
36 *Electiones conditionatæ an admittantur in iure.*
37 *An obſtet* c. ſi Epiſcopus, de Parochiis.
38 *Demonſtratur rationibus illud non obſtare.*
39 *Differentia inter Epiſcopalem dignitatem, & Prouincialem.*
40 *An ſaltem obſtet ius poſtliminij.*
41 *Rationibus, & authoritatibus probatur, non ſuffragari parti aduerſæ,* & n. ſeqq.
45 *Cuius intereſt vt officia poſſint reuocari.*
46 *An ius poſtliminij, quod eſt merè ciuile, procedat in iure Canonico.*

47 *Priuilegium in quo prohibetur appellatio Regularium a prouiſione ſuorum ſuperiorum facta.*
48 *Huius priuilegij communicatio.*
49 *Quid ex hoc priuilegio contra Prouincialem appellantem elicitur.*
50 *Quid ſenſerint aliqui Authores de huiuſmodi appellationibus.*
51 *Obiectio vltima partis aduerſæ.*
52 *Reſponſio.*
53 *Authoris proteſtatio.*

IESVS MARIA.

Dubij Occaſio.

2 PROVINCIALIS quidam Ordinis N. rediens è Capitulo generali, captus in mari fuit à Turcis. De eius captiuitate factus certior Generalis, creauit Vicarium Prouincialem, & iuſſit, vt pro redemptione Prouincialis captiui pecuniam peteretur ex Cœnobiis ſingulis. Mittitur pecunia collecta, ſed ea non contenti Barbari Prouincialem detinent, magnam Summam pecuniæ pro ipſius redemptione poſtulantes, ita vt impoſſibile videretur eam ex paupere Prouincia exigere. Quod videns Generalis, & ſimul, quod Vicarius Prouincialis inſtitutus conquereretur ſe non poſſe gubernare Prouinciam, & quod obſeruantia Religionis valdè periclitaretur, nec eſſet aliud remedium, niſi quod Prouincialia comitia celebrarentur, & in ipſis nouus eligeretur Prouincialis, idque poſtularent ipſe Vicarius, & alij Patres, annuit, & conceſſit vt dicta Comitia Prouincialia celebrarentur, nouuſque Prouincialis eligeretur. Dumque id fieret, caſualiter, & præter ſpem redemptus eſt Prouincialis antiquus, & ſibi poſtulauit reddi Prouincialatum, non obſtante quod nouus Prouincialis in dicto Capitulo electus eſſet. Quæritur ergo quid iuris in hoc caſu.

Reſponſio.

2 Ad duo ſpecialiter puncta reducitur caſus præſens. Primum, an electio iſtius noui Prouincialis vt valida, & legitima ſuſtineri debeat: ſecundum, an eſto valida ſit, nihilominus prior ille Prouincialis à captiuitate rediens debeat in eiuſdem Prouincialatus poſſeſſione de nouo conſtitui.

3 Et quidem quoad primum, ſuſtinenda videtur vt ritè, & legitimè facta electio dicti noui Prouincialis. Primò quidem, quia celebrata fuit, vt ſupponitur, nec pars aduerſa negat, ſecundum
4 iura, conſtitutiones, & conſuetudinem Religionis, maximè iuxta Sacros Canones, *cap. quia propter, de elect.* Concilij Tridentini, &c. & decreta Summorum Pontificum. Secundò, quia facta fuit in vniformitate, & concordia Gremialium,
5 nemine reclamante, aut renitente, quod euidenter denotat eius legitimitatem, & valorem, *cap. bonæ mem. 2. de poſtulat. Prælat. cap. Cum Eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſeſſ.* Tertiò, quia ſi quid poſſit obſtare, id ſolùm eſſet quod Prouincialis apud Turcas detentus ſuum officium non finierit, aut vita functus fuerit. Sed effugium præcluditur.

6 Poſito namque, prout ex facto conſtat, quod ipſius liberatio deſperabatur, neceſſitas Prouinciæ vrgeret, detrimentumque graue illius, niſi nouus Prouincialis eligeretur, immineret, potuit, & debuit P. Generalis Capituli Prouincialis celebrationem anticipare. Extat enim expreſſa conſtitutio Ordinis *part. 1. Conſtitut. cap. 1. num. 7.* his verbis: *Po-* 7
terit etiam (intellige Generalis) *Capitulum Generale, vel Prouinciale mutare, & terminum ex cauſa rationabili abbreuiare, vel elongare, & hoc idem committere Prouincialibus, aut Vicariis quando ſibi videbitur expedire. Volentes quod Priores, Prouinciales, & Superiores locales, ac Vicarij in hoc ſibi firmiter teneantur obedire.* Qua conſtitutione nihil clarius deſiderari poteſt cum in caſu præſenti cauſa valde rationabilis fuerit, & vt talis approbata non ſolum 8
ab ipſo P. Generali, ſed etiam à Vicario Prouinciali Prouinciæ, aliiſque gremialibus illius. Fauet etiam alia conſtitutio eodem *cap. 1. numero 1.* vbi cum eſſet ſermo de authoritate Generalis dicitur: *Item poterit Prouinciales deſtituere, & reſtituere, conſentiente maiori, & ſaniori parte Capituli Prouincialis, cum ſibi videbitur expedire.* Nam hic conſenſus maioris, & ſanioris partis Capituli Prouincialis ſufficienter apparet ex eo, quod Patres illius Prouinciæ ad electionem dicti noui Prouincialis, nemine reclamante, aut ſe opponente vel contradicente, vltrò, & incunctanter proceſſerint.

Etenim facto ipſo, non minus quàm verbo 9
conſenſus elicitur, *l. Paulus, l. non tantum, ff. rem. ratam haberi, l. de quibus, circa fin. ff. de legib.* Doctores plures apud Barboſam *in axiomat. Iur. axiomat.* 10
93. numero 6. Imò plus eſt facto aliquid declarare, quam verbo, *Can. dilecti filij, §l. 1. de appell.* & plures Doctores.

Accedit & efficax ratio. Cum enim celebratio 11
talis capituli fuerit neceſſaria pro bono regimine, & obſeruantia dictæ Prouinciæ, quæ in magno diſcrimine erat ob abſentiam Prouincialis, cuius reditus veluti deſperatus habebatur nullatenus negari poſſe videtur electionem Prouincialis noui, ac alia 12
geſta in eodem Capitulo valida, & legitima cenſeri debere, vtpote facta legitima authoritate Superioris, & pro communi bono quod cuiuſcumque priuati bono anteponi debet, & in huiuſmodi proui- 13
ſionibus principaliter attendi. Quia, vt ait S. Thom. lib. 1. de reg. cap. 1, *Bonum gregis paſtores quærere debent, & Rectores quilibet bonum multitudinis ſibi ſubiectæ.*

Et ſanè, poſita neceſſitate Prouinciæ, ruina quæ 14
ipſi imminebat, inobſeruantia Regulari ob abſentiam Paſtoris qui non ſperabatur tam cito ex Turcarum partibus reuerſurus; ac maximè authoritate conceſſa per conſtitutiones Patri Generali ad abbreuiandum, vel mutandum Prouinciale Capitulum, *cauſa rationabili* ſubſiſtente; & deſtituendum Prouincialem *conſentiente maiori, & ſaniori parte Capituli Prouincialis, cum ſibi videbitur expedire*, prout habetur in conſtitutionibus relatis, de 15
ſe nimis, negligens, & culpabilis appareret, idem Pater Generalis, ſi Prouinciæ illi non prouideret, prout fecit: ac ex illis vnus, de quibus Ezech. 34. Dominus conqueritur, dicens: *Quod infirmum fuit non conſolidaſtis, & quod ægrotum non ſanaſtis, quod contractum eſt non alligaſtis, & quod abiectum eſt non reduxiſtis, & quod perierat non quæſiſtis.*

Stando etiam in iure communi Canonico, & ſe- 16
cluſa authoritate per conſtitutiones Ordinis P. Generali conceſſa, potuit, & debuit prouidere de nouo Prouinciali illius Prouinciæ, deſtituendo primum, qui apud Turcas detinebatur ſine ſpe acceleratæ redemptionis. Etenim *in cap. Qualiter, & quando 2. de accuſat.* poſtquam Innocentius III. qui eſt author illius capitis, cum Concilio Generali Lateranenſi modum præſcripſiſſet quo Prælati Eccleſia-

ſtici

ſtici contra ſibi ſubditos procedere deberent, etiam
ad priuationem, ſeu depoſitionem officiorum, de
Regularibus tamen hæc ſubiungit: *Hunc tamen
ordinem circa regulares perſonas non credimus vſ-
quequaque obſeruandum, quæ cum cauſa requirit,
facilius, & liberius à ſuis poſſunt adminiſtrationi-
bus amoueri.* Denotans ſanè, quod ſubſiſtente ra-
tionabili cauſa, qualis euidenter in caſu præſenti
reperitur, poſſint Regulares *faciliùs, & liberiùs,*
à ſuis officiis *amoueri.* Notant hoc Sigiſmundus
de Bononia *de elect. Prælator. Regular. dubit. 49.
num 4. & 6. dub. 102. num. 6.* Iulius Lauorius *va-
riar. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 23. num 1.* Barboſa
18 *in Collectan. DD. in dict. cap. Qualiter, & quando,
num. 18. & in votis deciſiuis, lib. 1. vot. 4. numerò 46.*
maximè verò Ioſephus de S. Maria Author Hiſpa-
nus, qui in libro, cui titulus *Tribunal de Religio-
ſos, tract. 5. cap. 6. §. 1.* conformiter ad mentem
Emmanuelis Rodriguez *tom. 2. qq. Regular. quæſt. 25.
artic. 10.* ſic habet: *Mas para que ſe entienda
19 aſſila doctrina del dicho Padre, como lo que ſe deue
tener en eſte caſo, ſe aduierta vna doctrina de Inno-
cencio III. y la trae el miſmo Autor en el art. 2.
de la queſtion citada, y ſe refiere en el cap. qualiter y
quando, el 2. de accuſ. donde auiendo tratado el Pon-
tifice, como, y quando deuen los Eccleſiaſticos cor-
regir à ſus ſubditos, y auiendo pueſto las cauſas y
circumſtancias que han de concurrir para ſuſpender-
los, priuarlos dize luego: Hunc tamen ordinem
contra Regulares perſonas non credimus vſquequaque
ſeruandum, quæ cum cauſa requirit, facilius, & li-
berius à ſuis poſſunt adminiſtrationibus amoueri. Em-
pero eſte orden no creemos ſe ha de guardar contra
las perſonas Regulares, laſquales quando la cauſa
lo pide mas facil, y liberalmente pueden ſer qui-
tados de ſus adminiſtraciones. De donde ſe infieren
dos coſas. La primera es hauer de priuar, o ſuſpen-
der alguno de ſu oficio ha de hauer cauſa, y razon,
que eſſo quiere dezir, cum cauſa requirit. Lo ſegundo
que quando la ay, no es neceſſario ſea tan grande
quanta para priuar à vn Cura de ſu beneficio, o à
vn Canonigo de ſu Calongia, que eſſo es facilius, &
liberius à ſuis poſſunt adminiſtrationibus amoueri.
La razon deſta differentia es, que los beneficios de
los Clerigos ſon benficios colados, y perpetuos, y
por el conſiguiente irreuocables ſin graue cauſa, mas
las Prelacias, y officios de los Religioſos aunque ſon
beneficios Eccleſiaſticos no ſon perpetuos ſino à mane-
ra de los annales, que ſe quitan, y ponen con mayor
facilidad, y aſſi les llama el Pontifice, miniſtraciones
adminiſtrationibus amoueri. Demas deſto el Clerigo
es Señor de ſu voluntad, y tiene querer, y no que-
rer, y aſſi quando el Obiſpo le quiſiere quitar el be-
neficio, puede reſponder, que no lequiere dexar, ſi
para ello no hauiere razon, y cauſa baſtante: mas el
Religioſo no tiene voluntad, ni es Señor della, por
tener la renuntiada en manos de ſu Prelado por el
voto expreſſo de obedientia, de manera que quando le
quiten el oficio, aun ſin cauſa baſtante no tiene de que
quexarſe, pues en efeto ſu voluntad, y todo lo que
tiene, y poſſee, lo ha renunciado en manos de ſus Supe-
riores, y no quiriendo ellos que haga el tal oficio, no
tiene accion alguna para pedirle.*

20 Item colligitur ex *cap. cum ad Monaſterium, de
ſtatu. Monach. §. tales,* vbi idem, qui ſupra In-
nocentius III. agens de officiis Regularium dicit:
*Nec alicui committatur aliqua obedientia perpetuò
poſſidenda, tanquam in ſua ſibi vita locetur, ſed
cum oportuerit amoueri ſine contradictione qualibet
reuocetur.* Ex quibus poſterioribus verbis manifeſtè
habetur, Prælatos Regulares reuocari poſſe à ſuis
officiis, *cum oportuerit.* Vnde circa hunc textum 21
Barboſa in collectan. Doctores habet, quod bene-
ficia regularia ſuaptè natura, & regulariter ma-
nualia ſunt, per Rebuffum, Companile, Nauarrum,
Flaminium, Garziam, Azor, Gonzalez, Sanchez,
& alios, ac duas deciſiones Rotæ. Vnde concludit
ad libitum Prælati poſſe reuocari per Nauarrum,
Rodriguez, Azor, Leſſium, & Sanchez. Ac tan-
dem circa illa *ſine contradictione aliqua,* ſic inquit:
*Notatur ad hoc, quòd Monachus Abbati contradi-
cere non poteſt ſi velit eum ab officiis remouere, &
priuare, vt per Rodriguez qq. Regular. tom. 2. quæ-
ſtione 18. artic. 1.* Rectè etiam Ioſephus de S. Maria 22
ſuperius relatus circa hunc textum inquit: *Y ſe
confirma con la doctrina del cap. cum ad monaſte-
rium, de ſtat. Monach. §. tales, donde manda que
en ninguna manera ſe prouean oficios perpetuos, y 23
dize, ſed cum oportuerit amoueri, ſine contradictione
qualibet reuocetur. Que quando conueniere ſer qui-
tado, le ſea ſin ningun genero de contradicion,
porque dele contrario ſe ſeguirian mil abſurdos como
lonota Rodriguez tomo 2. queſt. 18. art. 1. quales ſer
rian el poder los Religioſos contradecir, litigar, y
andar vagueando en ſeguimiendo de ſu pleyto, y fi-
nalmente ſe ſeguiria el oponerſe imprudentemente à la
voluntad del Pralado, por eſſa via ſe refriaria, e ſe
acaboria la obediencia tan encargada de los funda-
tores de las Religiones, y tan encarecida en el dere-
cho, c. nullam 18 q. 2.*

Nec ſolùm hi Doctores pro hac parte ſunt.
Communis namque omnium (quos viderim)
conſenſus eſt, quod dum cauſa communis boni
ſubſiſtit, prout in præſenti ſubſiſtere, ea quæ ad-
duximus, ſufficienter demonſtrant, poſſunt Præ-
lati regulares à ſuis officiis remoueri. Pro quo Sua-
rez *4. tom. de Relig. tract. 8. lib. 2. num. 25.* quærens
an Prælatus maior poſſit inferiorem amouere, in- 24
quit: *Certum eſt ex iuſta cauſa poſſe hoc & licitè,
& validè fieri, quia iuriſdictio non deeſt, & ad
licitum vſum ſufficit iuſta, & proportionata cauſa:
quod ita explicatur. Nam hæc cauſa generatim lo-
quendo duplex eſſe poteſt. Vna eſt culpa ſufficiens
ipſius Prelati: nam iuſtè poteſt à ſuo ſuperiore puni-
ri, ſed priuatio officij poteſt eſſe iuſta pœna: ergo.
Alia eſt ratio aliqua vrgens maioris boni communis;
nam hæc munera non ad priuatum commodum Præ-
latorum, ſed ad bonum commune Religionis ordi-
nantur: cura autem huius boni communis, & iuriſ-
dictio ad illud tuendum proportionate, maximè per-
tinet ad ſupremos, & vniuerſales Prelatos, vt ſu-
prà declaraui: ergo in eo caſu, & ex parte eorum
eſt ſufficiens poteſtas, & ex parte cauſæ ſufficiens
ratio, vt talis mutatio ſanctè fiat.* Et Aſcanius 25
Tamburinus *de Iure Abbat. tom. 1. diſputat. 13.
quæſtione 2. numero 9.* ſic ex mente Panormitani,
& Suarez dicens: *Alia iuſta cauſa remouendi
Abbatem à ſua Abbatia, eſt aliqua vrgens ratio
maioris boni communis; cum enim Abbates non ad
priuatum ipſorum commodum, ſed ad commune Reli-
gionis bonum ordinentur, & cùm huius communis boni
cura, & iuriſdictio ad illud tuendum proportionata,
maximè ad ſupremos Religionis Prælatos pertineat,
in eo caſu ſufficientem habent cauſam faciendi huiuſ-
modi mutationem, & remouendi Abbatem ab eorum
muneribus.*

Vnde corruit euaſio partis aduerſæ dicentis, non 26
potuiſſe validè procedi ad electionem noui Prouin-
cialis, niſi is, qui erat electus, & confirmatus
fuiſſet priùs abſolutus, aut declaratus abſolutus,
vel propter completum tempus à conſtitutionibus
conceſſum, vel per liberam renunciationem cum

iuſta

iuſta, & graui cauſa acceptatam, vel per deſti-
tutionem ob crimina, vel per mortem naturalem,
aut per aſſumptionem ad aliquam dignitatem ſu-
periorem. Hæc enim calculario, & numerario dimi-
nuta prorſus eſt, cum ex iis quæ allara ſunt, mani-
feſtè perſpiciatur potuiſſe dictum Prouincialem à
Patre Generali deponi, & deſtituti ob eius deſpe-
ratum regreſſum ad Prouinciam, neceſſitatemque
illius ad habendum Paſtorem qui Prouincialis no-
mine, & non ſolùm Vicarij potiretur, vt ipſam
in obſeruantia regulari conſeruaret, & difficul-
tatibus obuiantibus reſiſteret. Idque non ſolum
27 ex expreſſis ſtatutis Religionis, hanc facultatem
concedentibus P. Generali; ſed ex iuris communis
Sanctionibus, & ipſo iure naturali præſcribente,
vt bonum commune ſemper præponatur bono par-
ticulari. Accedit ad hæc, quod quemadmodum in
phyſicis, & naturalibus, *generatio vnius eſt corru-
ptio alterius*, ſic quoque in huiuſmodi moralibus
ſpectantibus ad electiones electio vnius eſt deſtitu-
tio alterius, & ita electio noui Prouincialis fuit
depoſitio antiqui. Cum certum ſit quod vna ſpon-
ſa non poteſt habere plures ſponſos, *ex cap.* 1.
28 *de ſponſa duorum*, nec vnum corpus poteſt habe-
re duo capita, quia eſſet monſtrum, *ex capite
quoniam, de offic. Ordinar.* Nec vna Eccleſia plu-
res Parochos, ſeu Curatos, *per cap. Cum non
ignores, de prabend. & per cap. in Apibus 7. quæ-
ſtione 1. & per cap. ſicut vnaquaque 21. quæſtione 2.*
Imò ipſa proxima præparatio ad electionem noui
Prouincialis deſtituit antiquum, ſicut in naturalibus
vltima diſpoſitio ad formam aduenientem deſtruit
præcedentem. Quod & ſupponitur in iure, *in tit. de
elect.* ſæpius.
29 Euaneſcit quoque effugium aliud partis aduer-
ſæ, videlicet, quod nullus beneficiatus, ſiue Præ-
latus regularis poſſidens prælaturam regularem
electiuam poſſit ab ea amoueri, *can. nullam poteſta-
tem* 18. *quæſtione* 2. *& cap. Monachi, in fin. de ſtat.
Monachor.* vbi Gloſſ. *verb. non mutentur*, & Pa-
norm. *numero* 8. *verſ. in gloſſ. penult.* ibi, *qui per
electionem*, Azor *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 26. *quæſtione* 15.
& communiter Doctores, teſte Rota *deciſ.* 772. *nu-
30 mero* 3. *part.* 1. *diuerſ.* Nam prout ex eiſdem texti-
bus, & authoribus probat Sigiſmundus de Bono-
nia *de elect. Prælat. dub.* 49. *numero* 4. *&* 6. id in-
telligitur niſi iuſta, & rationabilis cauſa exiſtat, prout
de facto extitit in præſenti. Ea enim exiſtente, Præ-
latiæ regulares etiam electiuæ poſſunt à Superio-
ribus auferri ab iis qui illas poſſident, vt etiam
probatum manet. Deinde id debet intelligi, niſi
lex particularis oppoſitum præſcribat, qualiter
31 id faciunt ordinis ſtatuta relata; derogant enim
iuri communi ſicut generaliter, *Generi per ſpe-
ciem derogatur*, iuxta commune axioma, *l. in toto
iure* 91. *ff. de Regul. iuris*, *l. Sanctio* 41. *ff. de pœ-
nis*, & aliis iuribus, & Doctoribus apud Barboſam
de axiom. iur. axiomat. 107. *num.* 1. vbi *num* 3. quod
procedat in omni materia, itaut ſemper ſpecialis
diſpoſitio deroget generali, ſi ſunt incompatibiles.
Caſtrenſis, Tuſchus, Nauarrus, & alij apud eun-
dem Barboſam.
32 Si inſtetur, beneficia auferri non poſſe, viuente
beneficiato, niſi à ſolo Papa. Euacuatur hoc ex
dictis, & limitandum ad vera beneficia, qualia
ſunt ſecularia: ea enim ſunt eſſentialiter, & ex
natura ſua perpetua, quia in collatione ipſorum
33 contrahitur matrimonium ſpirituale inter benefi-
ciatum, & Eccleſiam, *capite Sanctorum*, 70. *diſt.*
cap. penultim. de cleric. ægrotante, *cap. ſi gratioſè*,
de reſcript. capite inter, *de tranſlat. Epiſcopor.*
Abbas *capite* 1. *numero* 4. *de conceſſ. prabend.* Gon-
zalez *ſup. Reg.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 5. *numero* 11. *&* 12.
ex Rebuffo, Gigante, & aliis. Officia autem Re-
ligionum non ſunt propriè, aut verè beneficia,
ſed officia temporalia, & quaſi manualia, vel ſal-
tem triennalia, quadriennalia, &c. Vnde *faciliùs,
& liberiùs* tolluntur, & *cùm oportuerit*, vt dixit
Innocent. III. *in cap. Qualiter, & quando, de ac-
cuſat. il* 2. *& in cap. cum ad Monaſterium, de ſtat.
Monach.* & vocantur bona de menſa Barboſa de
iure Eccleſiaſtico *lib.* 3. *cap.* 4. *numero* 84. Tamburi-
nus *de iure Abbat. tom.* 3. *diſput.* 9. *quæſit.* 2. *num.* 9.
Ac per conſequens eorum conſeruatio, vel de-
ſtitutio pendet à rationabili voluntate ſupremi ca-
pitis Religionum.
Liquet etiam ex dictis, ad ſecundum quæſiti 34
punctum reſpondendum eſſe, nullatenus Prouin-
cialem à Turcis liberatum poſſe petere reſtitutio-
nem, aut continuationem ſui Prouincialatus.
Cum enim, vt oſtenſum manet, electio noui
Prouincialis prudenter, ritè, & legitimè, ac ſe-
cundum iura communia, & particularia Ordinis
facta fuerit, omnino erit in Prouincialem con-
firmandus. Tum quia factum legitimè retractari
non debet, *cap. factum legitimè, de regulis iuris
in* 6. *l. in ambiguis*, §. *non eſt nouum*, *ff. eodem.*
Seu ad idem, quia factum legitimè nullam pœ-
nam meretur, *l. nemo damnum*, *ff. de iureiur. and.* 35
l. qui ſeruum, *ff. de verbor. obligation.* ſeu, vt ob-
jiciebar Marcellinus *in quadam epiſtola* D. Augu-
ſtino: *Mutari non debet quod rectè factum eſt.*
Tum quia aliàs fieret contra ius ipſius, cui eo
ipſo quod eſt legitimè electus, eſt debita confir-
matio, *cap. fin. de elect. in* 6. *cap. poſtquam, de elect.*
Et talis confirmatio non eſt liberalis, aut gratio-
ſa, ſed neceſſaria, *l. rem legatam*, *ff. de adim. leg.*
Quia non impendit beneficium, qui exhibet de-
bitum, *l. ſi ſeruo*, §. 1. *ff. de reb. inſt. l. proximè, ff. de* 36
rit. nupt. Tum præterea, quia illius electio non
fuit conditionata, donec ſcilicet captiuus rediret,
ſed omnino abſoluta, quia electiones conditio-
natæ ſunt in iure reprobatæ *ex cap. in electionibus
in* 6. Syluester *in Summ. verbo electio* 2. *numero* 6.
& plures apud Barboſam *in collectan. ad hunc
textum.* Et non valet vllo modo electio facta ſub
conditione *ſi vacet*, vel alia ſimili. Rebuffus *in
concord. verbo innodatus*, *verſ. intellige*, Couarru-
uias *lib.* 3. *variar. capite* 16. *numero* 2. Garzia *de
benefic. part.* 8. *capite* 2. *numero* 9. Si autem iſtius
noui Prouincialis electio fuit abſoluta, & effi-
cax, ergo ex vi præciſæ illius depoſitus, & de-
ſtitutus eſt antiquus Prouincialis, propter dicta
ſuperiùs, præſertim quia ſecundum iura vna Eccle-
ſia non poteſt habere duos ſponſos, nec vna Pro-
uincia duos Prouinciales.
Obſtare tamen videtur pro parte antiqui Pro- 37
uincialis, *cap. ſi Epiſcopus, de Parochiis*, ex Con-
cilio Africano deſumptum: vbi habetur, quod
cum quidam Epiſcopus factus fuiſſet Donatiſta
hæreticus, fuit propterea priuatus, & alius Epiſ-
copus de nouo electus. Sed prior Epiſcopus ad
meliorem frugem, & fidem redactus, diſpenſa-
tionem obtinuit, vt dignitatem reciperet, diui-
dendo Epiſcopatum. Ex quo inferri videtur, 38
idem dici poſſe in præſenti caſu. Cæterum, ſi
hic textus, & caſus diligentius inſpiciatur, nihil
prorſus fauere, ſed potius aduerſari Prouinciali
depoſito manifeſtum erit. Primò ſanè (vt omit-
tamus inauditam eſſe huiuſmodi diuiſionem Pro-
uinciæ vnius in duos Prouinciales) quia vt notat
Gloſſa, quæ ſummam huius capitis compilauit,
id

id factum fuit propter multitudinem ſequentium
Epiſcopum depoſitum. In præſenti autem nullus
fermè religioſus illius Prouinciæ pro antiquo Pro-
vinciali loquitur. Secundò quia vt eadem Gloſſa
inquit, *hodie non fieret talis diſpenſatio* propter
abſurditatem, ſcilicet quam continet. Vnde Gloſſa,
verbo *Donatiſtis*, inquit: *Quod dicitur in hoc ca-
pitulo diſpenſatiuè dictum eſt.* Tertiò quia vt ea-
dem Ghaſſa ſubiungit: *Non continet ius hoc caput.*
Nihil ergo obſtat ad intentum Rationem etiam ad-
dit, quia *alter Canonicè ordinatus eſt*, quod ada-
39 muſſim adaptatur noſtro intento, cum nouus Pro-
uincialis ritè, Canonicè, & legitimè ordinatus
fuerit. Eo præſertim quia toto Cœlo differt quan-
tum ad hoc dignitas Epiſcopalis, & Prouincialа-
tus alicuius Religionis. Epiſcopatus namque eſt be-
neficium ex natura ſua perpetuum, & includit ma-
trimonium ſpirituale Epiſcopi cum Eccleſia omni-
nò inſeparabile. Prouincialatus autem nec eſt pro-
priè beneficium, nec perpetuum, ſed officium tem-
porale, à quo illud obtinens deſtitui poteſt per Ge-
neralem Religioois, *cauſa rationabili ſubſiſtente*, &
conſentiente Capitulo, *cum ſibi videbitur expedire*, vt
dicitur in Conſtitutionibus relatis. Prorſus ergo extra
rem hoc caput, *ſi Epiſcopus*, ad intentum adducunt.

Maiori apparentia obſtare videtur ius poſtlimi-
40 nij, quod habetur *in l. Poſtliminij, ff. de captiu. &
poſtlimin. reuerſ. & redempt. ab hoſtibus*, vbi ſic:
*Poſtliminij ius competit aut in pace, aut in bello.
In bello cum ij quo nobis hoſtes ſunt, aliquem ex
noſtris ceperunt, & intra præſidia ſua perduxe-
runt. Nam ſi eodem bello is reuerſus fuerit, poſtli-
minium habet: id eſt perinde omnia reſtituuntur
ei iura, ac ſi captus ab hoſtibus non eſſet*, & *l. cum
dua*, ibi: *Recuperet & ipſe ius ſuum*, & *l. Poſtli-
41 minium*, vbi ſic: *Poſtliminium eſt ius amiſſa rei
recipienda ab extraneo, & in ſtatum priſtinum re-
ſtituenda*, & *l. hoſtes*, ibi: *Ab hoſtibus autem ca-
ptus, &c. poſtliminio ſtatum recuperat priſtinum.*
Ex his enim prætendit aduerſa pars reuocari de-
bere ad priſtinum Prouincialatum. Hoc tamen
poſtliminij præſidium ipſi nullatenus ſuffragari
haud difficilè demonſtrari poteſt. Primò ſanè, quia
vt eodem titulo, *l. Poſtliminio*, habetur: *Poſtli-
minio carent qui armis victi hoſtibus, ſe dedide-
rant*: id eſt, vt Gloſſa *verb. hoſtibus*, inquit: *licet
non ſponte, quia coacta voluntas eſt.* Nauis autem
in qua erat præfatus Exprouincialis, *hoſtib. ſe
dedit*, nec conſtat dimicaſſe, prout debebat face-
42 re, vt iure poſtliminij frueretur. Secundò, quia
expreſsè *eod. tit. l. cum dua*, habetur, Matrimonium
diſſolui per captiuitatem, niſi nouus adſit con-
ſenſus, ita vt vxor non reſtituatur marito niſi
adſit nouus conſenſus in matrimonium. Dicitur
enim ibi: *Non vt pater filium, ita vxorem mari-
tus iure poſtliminij recipit, ſed conſenſu redinte-
43 gratur matrimonium.* Cum ergo Prouincia quæ
erat veluti ſponſa, & vxor illius ſui Exprouin-
cialis, non conſentiat in matrimonium ipſius, ſed
alium ſponſum ſibi vltro, ac ſponte acceperit,
vtique dicendum in vim harum legum poſtliminij
non habere ius ad Prouincialatum prætеritum.
Tertiò, quia hoc ius Romanorum de poſtliminio,
ſtando in iure Canonico, omninò ceſſat. Ius enim
Canonicum ſupponit contrarium eius, quod ſup-
44 ponebant Romani, ſcilicet Turcam nullum do-
minium acquirere in rebus, vel perſonis Chri-
ſtianis captis, cùm Romani crederent hoſtes ſuos
verum dominium ſupra res captas adquiſiuiſſe.
Sic Couarruuias *tom. 1. in reg. peccat. part. 2. §. 11.
numero* 6. Molina *tom. 1. de Iuſt. & iur. diſput.* 118.
§. obſerua tamen. Quartò, quia eſto hoc ius poſt-
liminij, quod eſt merè ciuile, iure Canonico re-
cipi deberet id ſolum eſſet quantum ad iura pri-
uata, quibus capti ab hoſtibus antea fruebantur,
vt colligitur ferrnè ex toto titulo hoc *de capti-
uis, & poſtliminio reuerſ.* Specialiter ex *l. apud ho-
ſtes, & l. bona eorum, & l. ſi quis prægnante*, non 45
verò de publicis officiis. Ea enim hoc habent,
vt magis pendeant à publica poteſtate, quam à
iure priuatorum, quorum ſunt. Vnde in cauſa
iuſta publicæ vtilitatis, ſeu neceſſitatis (prout
erat in præſenti) poſſunt auferri à dominis ſeu
quaſi dominis illorum officiorum, & aliis con-
ferri, neque poſtea ceſſante cauſa dicti periculi
poſſunt iuſtè reuocari à prouiſis, & prioribus
officialibus reſtitui, quia officia publica ſunt in-
ſtituta ad bonum publicum principaliter, & inter-
eſt Reipublicæ vt poſſint ex cauſa reuocari, &
alteri liberè conferri. Hæc tradunt Leſſius *lib. 2.
capite 29. numero 84. verſ Tertiò quia*, Coninch.
de cenſur. diſput. 13. dubit. 13. numero 111. Siue 46
autem dicta de poſtliminio ſecundum ius ciuile
ceſſent, aut non ceſſent in iure Canonico ſtan-
do, certiſſimum eſt ceſſare in terminis caſus præ-
ſentis, in quo per municipales leges Religionis
ſtatutum eſt, vt vidimus, quod P. Generalis po-
teſt ex rationabili cauſa *abbreuiare* celebrationem
Capituli Prouincialis, ac per conſequens deponere
Prouincialem antiquum, & ordinare quod alius eli-
gatur de nouo, & quod conſentiente maiori parte
Capituli poſſit *Prouinciales deſtituere.* Quod cum
egerit, nullus locus querelæ parti aduerſæ permitti-
tur, præſertim cum loco relato ex conſtitutionibus
eo num. 7. dicatur: *Volentes quod Priores, Prouincia-
les, & Locales, ac Vicarij in hoc ſibi firmiter teneau-
tur obedire.* Imò mirandum quod præfatus Exprouin-
cialis à dicta prouiſione per Generalem facta appel-
lauerit.

Pro quo præter innumera priuilegia huius Re- 47
ligionis, & aliarum cum quibus communicatio-
nem habet, in quibus cauetur ne Religioſi à pro-
uiſionibus, ſeu obedientiis ſuorum Generalium
appellare poſſint, extat unum ſpeciale Iulij II.
pro ordine Prædicatorum in Bulla *Expoſuiſti*, ſub 48
datis Romæ 14. Nouembris 1511. in qua expreſ-
sè prohibentur fratres appellare ab abſolutione
ſuorum officiorum his verbis: *Statuimus vt ſi quis
frater dicti Ordinis, aut ſoror ſub cura, & habi-
tu eiuſdem, ob abſolutionem ab officio Prioratus,
Prouincialis, vel Conuentualis, ſeu monaſterio à quo-
cunque ſuperiore dicti Ordinis, habente poteſtatem
abſolutionem huiuſmodi faciendi, factam, vel fa-
ciendam, appellauerit etiam prætextu grauaminis. aut
appellationis huiuſmodi quocumque nomine interpoſitæ
adhæſerit, ſit ipſo facto abſque alia declaratione ab
ſolutus, aut abſoluta ab huiuſmodi officio. pro quo 49
appellatum eſt.* Quo priuilegio fruitur hæc Reli-
gio, prout colligitur ex Paſtorello, qui illud inſer-
uit inter priuilegia Ordinis Minimorum in libro
qui ſcribitur *Priuilegia ſacri Ordinis Minimorum*,
pag. mihi 102. & Laurentius de Peyrinis in Priui-
legiis Minimorum, in Iulio II. Bulla 15. & Barbo-
ſa *in votis deciſiuis, lib. 1. vot. 4. numero* 70. Ex eo
autem colligitur præfatum Exprouincialem per
huiuſmodi appellationem abſque alia declaratione
abſolutum remanere ab huiuſmodi officio, quod
prætendit, etiam caſu dato, quod aliquod ius ad
ipſum haberet.

Pro quo etiam audiat quæ Laurentius Portellus 50
in dub. Regul. verb. Appellare, n. 2. circa hoc priuile-
gium Iulij II. dixit: *Ego non poſſum non laudare*

tantum

tantum Pontificis Zelum, & tantum ſubditorum obedientiam pro ambitionis etiam vmbra reſecanda. Doleo verò è contra videns alicubi tot appellationes aliquando interpoſitas pro iuſta officiorum priuatione cum clamore cœlum, ac terram implente, quaſi prædicta officia paterna hæreditate fuerint comparata, &c. & illa refert Barboſa *ſup. n. 122.*

51 Minus obſtat, quod aliqui opponunt, videlicet quod cum fœmina aliqua ad ſecundas nuptias tranſiit credens quod primus vir erat mortuus, ſi poſtea reuertatur ipſi reſtituenda eſt, & à ſecundo viro ſeparanda; ex quo colligunt idem fieri debere in caſu præſenti, & Prouincia illa primo Prouinciali reſtitui. Sed exemplum hoc eſt valde remotum, & viris doctis indignum. Cum enim Matrimonij vinculum viro viuente ſit iure diuino, & naturali perpetuum, & omnino indiſſolubile, ſecundum matrimonium prorſus irritum eſt, & inualidum, & ita vxor primo viro reſtitui debet tanquam legitimo domino, & proprie-
52 tario. Prout expreſsè habetur *c. cum per Bellicam* 34. *q. 1.* vbi Barboſa, ex Rolando, Menochio, Sanchez, & Farinacio, ex illis ac aliis Illuſtriſſimus Inquiſitor Traſmiera *Poligamia lib. 2. q. 6* Hoc autem non procedit in propoſito caſu, cum Prouincialatus multis de cauſis auferri poſſit à Prouinciali eum poſſidente, vt oſtenſum eſt; nec vinculum ipſius ſit perpetuum, ſed amouibile, etiam per voluntatem P. Generalis cauſa ſubſiſtente rationabili. Vnde potius ſecundus Prouincialis manutenendus eſt in poſſeſſione. Tum quia à poſſeſſione eijci durius eſt quam de nouo non admitti, *cap. Quemadmodum* 25. §. *alioquin, de iureiuran.* Gloſſa, Tiraquellus, Surdus, Belletus, Tuſchus, Menochius, & alij apud Traſmieram relatum *num. 2.* Tum quia fauorabilior eſt cauſa conſeruationis, quam nouæ adquiſitionis, & facilius ius adquiſitum retinetur quam de nouo adquiritur, *l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui.* Menochius *conſ. 31. n. 37.* Surdus *deciſ. 4. n. 5.* Traſmiera *n. 3.*

Quamuis autem hæc quæ dixi, vera eſſe videantur, illiſque ſubſcribant viri doctiſſimi, in Curia exiſtentes, & ſuper eis conſulti, videlicet P. Antonius Diana,
53 P. Antonius Theſaurus, & P. Auguſtinus de Bellis, quorum vitã apud me habeo; nihilominus, ſi oppoſitum bene viſum fuerit S. Congregationi Epiſcoporum, & Regularium, ad quam, vt audio, Prouincialis præteritus recurſum habuit, acquieſcendum eſt, & colli ſubmittenda prudentiſſimo iudicio Purpuratorum Patrum eiuſdem S. Congregationis.

CONSVLTVM XLIII.

De matrimonio cuiuſdam magni Principis Catholici cum fœmina hæretica.

SVMMARIVM.

1 *Dubij occaſio.*
2 *Reſponſio.*
3 *Aliquorum Iuriſperitorum ſententia irritum hoc matrimonium eſſe affirmans.*
4 *Docetur oppoſitum.*
5 *Comprobatur multis iuribus, & rationibus,* & n. 6. 7.
8 *Videtur eſſe communis DD. ſententia.*
9 *Reſpondetur Canoni 6. Synodi ab aduerſariis relato.*
10 *Quid dicendum ſi ineatur tale matrimonium cum pacto quod quidam ex liberis naſcituris fidei catholicæ, quidam autem hæreticæ ſectæ adhæreant.*
11 *Tale matrimonium eſſet contra ius Eccleſiaſticum.*
12 *Et contra ius diuinum.*
13 *An ſi hoc matrimonium celebraretur ſine diſpenſatione Apoſtolica, vel beneplacito Papæ, eſſet validum, & ſine peccato.*
14 *Ratio qua probatur illud inualidum eſſe, & peccaminoſum.*
15 *Tale matrimonium iure etiam naturali prohibitum eſſe demonſtratur.*
16 *Aduerſatur fini matrimonij, qui eſt legitima educatio prolis.*
17 *Aduerſatur etiam alij fini matrimonij, qui eſt tranquilla habitatio.*
18 *Probatur eſſe aliquo modo contra ius diuinum.*
19 *Prohibitum eſſe iure Eccleſiaſtico poſitiuo, clarè oſtenditur.*
20 *Afferuntur Eccleſiaſtica hiſtoria, quibus hæreticos euitandos eſſe, docetur.*
21 *Sanctorum Patrum teſtimonia, & conſilia.*
22 *Illorumque exempla.*
23 *Domicilia hæreticorum etiam fugienda.*
24 *Defertur mirabile Coſmæ eunuchi exemplum.*
25 *Horum omnium traditur ratio.*
26 *Obiectio.*
27 *Reſponſio.*
28 *Fœminarum mores.*
29 *Multos viros hæreticos fecerunt.*
30 *Simon magus, cuius auxilio hæreſim condidit.*
31 *Aliorum hæreticorum origo.*
32 *Tale tamen matrimonium, cauſa aliqua eximia exiſtente, licitum eſt.*
33 *Probatur exemplo.*
34 *Probatur etiam ratione.*
35 *Requiritur authoritas Summi Pontificis.*
36 *Ratio.*
37 *Quando hæc eximia cauſa adeſſe videtur.*
38 *Aliquorum ſententia.*
39 *Impugnatur.*
40 *Quid, ſi verè ſubſiſterent cauſæ illæ in caſu aſſignata.*
Quid quando prima cauſa eſt dubia. ibid.
41 *Affertur variorum hæreticorum exemplum pacem conturbantium.*
44 *Quare eorum paci non credendum, duplici ratione conuincitur.*
43 *Eorum ſuperbia.*
44 *Secunda cauſa etiam poteſt eſſe dubia.*
45 *Teſtantur plurima Europæ Regna.*
46 *De tertia cauſa ſenſus.*
47 *Mulier mala malorum cauſa.*
48 *Authores id probantes.*
49 *His cauſis verè ſubſiſtentibus Papa diſpenſare poteſt.*
50 *Talis diſpenſationis exempla.*
51 *An maior requiratur cauſa, vt vxor Catholica detur viro hæretico, vel è contra.*
52 *Reſolutio.*
53 *Quid dicendum de Regina Saba.*
54 *Fœminas eſſe fortiores viris, teſtatur Sacra Scriptura.*
55 *Et Sanctorum Patrum teſtimonia.*
56 *Quandoque fœminæ ad pietatem proniores ſunt viris.*
57 *De hoc hiſtoria.*
58 *Alia hiſtoria.*
59 *Alia fœminarum ſeductricum.*

IESVS

IESVS MARIA.

Dubij Occaſio.

1 MAONVS quidam Princeps Catholicus matrimonium contrahere voluit cum fœmina clariſſimi ſanguinis, heretica tamen, his conditionibus, vt matrimonium celebraretur in Reguo Catholico, ritu Catholico, & quod filij, & filiæ qui naſcerentur, in Religione Catholica educari deberent: & nutrices, quæ liberos lactarent, Catholicæ futuræ eſſent, ac domeſtici, & familiares Principis Hæreticæ præſtare deberent iuramentum fidelitatis prædicto Principi Catholico. Quæſitum ergo à me fuit, an tale matrimonium licitum eſſet, & caſu quo non liceret, an poſſet Sanctiſſimus facultatem ad id concedere, vel ſine cauſa, vel dato quod cauſæ requirerentur, an ſufficerent hæ tres, ſcilicet cuiuſdam magni Regni quies; facilior recuperatio alterius; & pax vniuerſalis.

Reſponſio.

2 QVamuis pauci aliquot ex Iuriſperitis ſentiant, ſimile matrimonium perſonæ fidelis cum hæretica irritum eſſe, quod conſequenter etiam dicent
3 de hoc matrimonio, videlicet Gloſſa *in cap. fin. verb. contra ſubſtantiam, de condit. appoſit.* Hoſtienſis *in cap. 1. de coniugio ſeruorum, num. 1.* Carretius *de hæret. num. 157.* Simancas *de Cathol. Inſt. cap. 40. & 46.* & Rojas *in ſing. 228. n. vn.* ducti ex *Can. 72.* Sextæ Synodi generalis, vbi habetur: *Non licere orthodoxum cum hæretica coniungi, nec orthodoxam cum hæretico: ſed & ſiquid eiuſmodi factum apparuerit, irritas nuptias exiſtimari, & nefarium coniugium*
4 *diſſolui.* Nihilominus pro certo tenendum oppoſitum, ac perinde ad caſus intentum, quod ſi Princeps iſte Catholicus de facto contrahat cum Principi hæretica, matrimonium teneat.
5 Primò, quia c. *Decreuit, de hæret. in 6.* videtur ſupponi, tale matrimonium valere. Dicit enim ibi Pontifex author eius capit. ſcilicet Bonifacius VIII. *Decreuit felicis recordationis Innocentius Papa IV. quod propter hæreſim maritorum vxorum Catholicarum dotes non debeant confiſcari. Quod intelligendum fore cenſemus, niſi fortè mulieres ipſa cum viris matrimonia contraxiſſent, quos hæreticos tunc ſciebant.* Se-
6 cundò, quia quamuis in pluribus textibus in ſequentibus referendis tale matrimonium vitetur, nullibi tamen declaratur, fore irritum: nec vſus Eccleſiæ obtinuit, non valere: quin potius à contrario
7 valere obtinuerit. Tertiò, quia cum matrimonium ſit Sacramentum quoddam, ſolùm petit in ſuſcipientibus quoad neceſſitatem paritatem baptiſmi, qui eſt ianua ſacramentorum præbens ius ad recipiendum alia ſacramenta: ac per conſequens validè ſuſcipietur etiam ab hæreticis, cum verè bap-
8 tizati ſint, vt ſupponitur. Quartò, quia iſta eſt conſtans, & communis Doctorum ſententia, quos in magno numero refert Sanchez *lib. 7. de matrim. diſput. 72. num. 1.* ſpecialiter id tenent D. Thomas, Albertus Magnus, Bonauentura, Ricardus, Argentina, Carthuſianus, Caietanus, vterque Sotus, & Bellarminus: & ex Iuriſperitis Bellameta, Abbas, Alexander de Neuo, Nauarrus, Couarruuias, & plures alij apud eundem Sanchez. Quibus iunguntur ex recentioribus Ægidius Coninch, Hurtadus, Layman, Becanus & Caſtrus Palaus.
9 Canoni autem ſextæ Synodi relatæ reſpondent Sanchez, Gutierrez, Coninch, & alij, nullius eſſe authoritatis, eo quod tales Canones ſuppoſititij ſint. Vnde nihil authoritatis habere, oſtendunt Bellarminus, & alij innixi authoritati Bedæ *lib. de ſex ætat. bus, in Iuſtiniano,* vbi illos vocat *Synodum erraticam*, & ait à Sergio Pontifice fuiſſe improbatos. Deinde dato legitimæ authoritatis eſſe, vt placuit Gratiano *in cap. Sextam Synodum, cap. habeo 17. diſt.* Et colligitur ex Anaſtaſio Bibliothecario *in præfat. ad ſeptimam ſynodum*: reſpondeo antiquis temporibus matrimonia Catholici cum hæretico irrita fuiſſe ſicuti colligitur ex Concilio Carthaginenſi *3. Canon. 12.* & Chalcedonenſi, *canon. 14.* & Illiberitano *canon. 11. 16. & 17.* Agathenſi *canon. 67.* in quibus eodem modo de matrimonio cum hæreticis, ac de matrimonio cum infidelibus, & Iudæis eſt ſermo: at poſtmodum conſuetudine abrogata eſt annullatio matrimonij Catholici cum hæretico, perſeuerante irritatione, & annullatione fidelis cum infideli. Præterquam quod nomen hæretici in prædicto *can. 72.* non incongruè ſumitur pro infideli, vti explicuit Theodorus Balſamon *in Commentar. ad Nomocanonem Photij, titul. 12. de hæreticis, can. 13.* quem refert, & ſequitur Baſilius Ponce *in append. ad cap. 46. lib. 7. c. 1.* & conſenſit Reginaldus *2. tom. prax. lib. 31. n. 169.*

Caſu autem dato, quod hoc coniugium inire- 10
tur cum pacto quod quidam ex liberis naſcituris fidei Catholicæ, alij autem hæreticæ ſectæ adhærerent, eſſet prorſus impium, & irritum. Eſſet enim 11
contra ius Eccleſiaſticum præſcribens, vt ſoboles ſequatur conditionem patris fidelis, *cap. fin. in fin. de conuerſ. infidel.* & *canon. Iudæi, 28. quæſt. 1.* ex Concilio Toletano *4. canon. 62.* & quia eo ipſo quod vnus parens eſt de Eccleſiæ foro, filij omnes ipſius de Eccleſiæ foro eſſe debent, *canon. Cum multa 15. quæſt. vlt.* D. Thomas *in 4. diſtinct. 39. quæſt. vnic. articul. 4.* Et contra ius diuinum, in quo ſtando incumbit omnibus parentibus cura educandi liberos in fide, iiſque moribus, vt remedia ſaluti ſpirituali neceſſaria addiſcant, & vitam æternam conſequi poſſint. Sic paſſim Doctores, & ſignanter Nauarrus, Azorius, Sanchez, & Laymanus.

Nihilominus prædictum, matrimonium ſine diſ- 12
penſatione Apoſtolica, vel beneplacito Papæ celebratum, illicitum erit, & peccaminoſum, etiam cum prædictis conditionibus: ita vt non liceat Sereniſſimo huic Principi illud celebrare, ſub reatu peccati mortalis. Sic ferè Sotus, Nauarrus, Veracruz, Palatius, Ledeſma, Valentia, Sà, & alij apud Sanchez *ſuprà, num. 4.* Ratio eſt, quia pro- 13
hibitum eſt aliquo modo iure naturali, aliquo etiam modo iure diuino, præcipuè autem iure Eccleſiaſtico, & poſitiuo: vnde poſita grauitate materiæ, non poteſt non eſſe peccatum mortale celebratio talis matrimonij.

Etquidem iure naturali quadantenus prohibitum 14
eſſe conſtat primò. Quia ius naturale dictat peccandi periculum totis viribus cauendum eſſe: at præſentaneum valdè periculum imminet peruerſionis coniugis fidelis, ac lapſus ipſius in hæreſim ob mutuum amorem, & arctiſſimam neceſſitudinem, qua coniuges deuinciuntur. Etenim experientia ipſa compertum eſt, plures Catholicos ob coniugia irrita cum hæreticis in multos errores lapſos eſſe. De quo Stephanus Papa IV. *in epiſt. ad Francorum Regem,* apud Baronium *tom. 9. Annal. an. 770.* ſic habet: *Quamplurimos comperimus, ſicut externa hiſtoria inſtruimur per alienæ nationis iniuſtam copulam à mandatis Dei deuiare, & in magna deuolutos facinora.* Neque vitatur hoc periculum in præſenti, eo quòd

Sereniſſimus hic Pſinceps valde Catholicus, & firmus, ac ſecurus in Romanæ Eccleſiæ fide ſit, taliſque ſemper experientiâ comprobatus. Hoc enim non tollit quominus ex parte prædicti matrimonij periculum ſubſit, ne à ſua Eua ſeducatur. Præſertim cum Salomon vir mira Sanctitate, & Sapientia præditus, ob coniugium cum infidelibus fœminis ad infidelitatem tractus ſit, provt habetur 3. *Reg.* 11. & notatur Eccleſiaſtici 19. cum dicitur: *Vinum, & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes.*

15 Secundò etiam, quia tale connubium aduerſatur fini matrimonij, qui eſt legitima educatio prolis; vbi enim parentes religione diſpares ſunt, nequit proles benè in Catholica fide educari. Vteruis enim parens ad ſuam religionem pertrahere filios, & filias conabitur. Quod timeri poteſt in caſu præſentis coniugij, nihil obſtantibus conditionibus aſſignatis; quia illæ non tollunt, quominus ſaltem occultè, & clanculum fœmina hæretica mares filios, vel filias illecebris, næniis, vel donis ad ſuam ſectam trahere ſæpius conetur, hæreſes cum lacte inſtillando, preces impias, & maledicta in Sacramenta, Chriſti Vicarium, & Eccleſiæ cæremonias dicendo, &c.

16 Tertiò quia etiam aduerſatur prædictum coniugium alij fini matrimonij, qui eſt mutua coniugum quies, & tranquilla habitatio. Hæc enim vix poteſt eſſe inter Catholicum, & hæreticum iuxta illud 2. Corinth. 6. *Quæ enim participatio iuſtitia cum iniquitate, aut quæ ſocietas luci ad tenebras, quæ autem conuentio Christi ad Belial, aut quæ pars fidelis cum infideli?* Quomodo enim quies, & tranquillitas inter Catholicum, & hæreticum conſiſtere poteſt, cum ſeſè neceſſe ſit inter eos lites, iurgia, & altercationes de fide, religione, ieiuniis, cibis vetitis, feſtis diebus, veneratione Sanctorum, & cultu imaginum ſuboriri quotidie, nec terminari poſſe, ſine aliquo odio, vel maleuolentia vnius erga alium. Nicolaus Serarius *in opuſcul. de matrim. Catholic. cum hæret. cap.* 2.

17 Quod ſit etiam aliquo modo contra ius diuinum conſtat primò ex illo Exod. 34. *Nec vxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis.* Fuiſſe autem hoc præceptum non ſolùm legale, ſed etiam aliquo modo morale, colligitur ex eo quod adiungitur. *Ne poſtquam fornicatæ fuerint, fornicari faciant & filios tuos in Deos ſuos.* Secundò ex illo Deuteronom. 7. *Neque ſociabis cum eis coniugia, filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies Filio tuo.* Quod etiam præceptum fuiſſe morale, conſtat ex ratione adiuncta. *Quia ſeducet filium tuum, ne ſequatur me.* Tertiò ex 3. Reg. 11. *Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad veſtras*, vbi etiam adiungitur ſimilis ratio, ex qua colligitur hoc præceptum morale eſſe. *Certiſſimè enim auertent corda veſtra, vt ſequamini Deos earum.* Quartò ex illo 2. Corinth. *Nolite iugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio iuſtitiæ*, &c. vt *ſuprà.* Quem locum D. Hieronymus *lib.* 1. in Iouinianum, & epiſt. ad Geruntiam intelligit de coniugio fidelis cum infideli. Eſto autem cum Theophylacto, & aliis intelligeretur de quocunque commercio, à fortiori contractus matrimonij, in quo ſumma coniunctio, & familiaritas reperitur, comprehenderetur.

18 Iure autem poſitiuo Eccleſiaſtico tale matrimonium interdictum eſſe clariùs demonſtratur ex iuribus, quæ paſſim ad intentum referri ſolent. Videlicet, ex Concilio Illiberitan. *can.* 16. Laodiceno ſub Silueſtro 1. *can.* 10. & 31. Carthaginenſi 3. *can.* 12. Chalcedonenſi *can.* 14. & ex 6. Synodo *can.* 72. de quo ſuperiùs dictum, Agharenſi ſub Symmacho, & habetur *c. non oportet* 28. q. 1. vbi ſic: *Non oportet cum viris hæreticis commiſcere connubia, vel filios dare.* Item *cap. caue* 28. *q.* 1. ex Stephano 4. *in epiſt. ad Francor. Regem*, apud Baronium, de qua ſuprà.

Idque ſuadent plura ex Eccleſiaſticæ hiſtoriæ penu deprompta, ex quibus conſtat commercia cuncta cum hæreticis euitari debere, quantum fas fuerit vero Catholico. Et primò, vt prætermittam pleraque patrum teſtimonia, dicentium hæreticos quaſi peſtes fugiendos, inter quos ſunt S. Ignatius *in Epiſt. ad Trajan.* Cyprian. *lib.* 1. *Epiſt.* 3. *ad Cornel.* Clemens Rom. *lib.* 6. *conſtit. c.* 18. S. Martialis *epiſt. ad Toloſ.* Irenæus, Hilarius, Hieronymus, Chryſoſtom. plures alij, qui paſſim referentur: & celebre eſt illud quod de S. Ioanne Euangeliſta refertur, ingreſſum videlicet balneum quoddam, cum videret in eo Cherintum hæreticum eſſe, ex eo exiiſſe dicentem, *fugiamus ocyus ne balneum, in quo eſt Cherintus, extemplò corruat.* Sic referunt Irenæus, & Euſebius. Additque Hieronymus *in Dialog. cont. Luciferian.* illico balneum corruiſſe. Item illud, quod ex S. Polycarpo habet eius hiſtoria, & legenda in Breuiario, videlicet: *Cùm ei fortuito obuiam fuiſſet Marcion* (Hæreticus) *& diceret: cognoſcis nos? Reſpondit: cognoſco primogenitum diaboli.* Eius vel 19

20 colloquium hoc ſcommate fugiens. Euſebius etiam Vercellenſis captus ab Arrianis malebat fame mori, quàm ab illis cibum ſumere, vt ex eius vita habetur. Item Liberius Papa reiecit munera, quæ Euſebius Conſtantis Imperatoris Arriani legatus S. Petro offerebat teſte S. Athanaſio *in vita ſancti Antonij*, teſte, idem Antonius diſcipulis dicebat: *Hæreticorum, & ſchiſmaticorum venena vitate, meumque circa eos odium ſectamini.* Quod odium ſupra modum mirabiliter habuiſſe videntur Samoſateni Ciues circa Eunomium hæreticum. Vt enim Theodoret. *lib.* 4. *hiſt.* a. *cap.* 1. & Baronius *anno Chriſti* 370. narrant, cum pueri pila ludentes, caſu mulam Eunomij ea tetigiſſent, in luſu pergere noluerunt, niſi illam quaſi hoc tactu contaminatam, priùs traiiciendo per flammas expiaſſent. Similia ferè de Alexandrinis ſuis Arrianos auerſantibus habet S. Athanaſius *in epiſt. ad Solitarios.* Hinc Abbas Chame (5. *lib. Vit. Patr. libell.* 1. *de profectu*) proximè moriturus dixit filiis ſuis: *Nolite habitare cum hæreticis.* Et Abbas Olympius *lib.* 10. *Vit. Patr. c.* 12. interroganti vt diceret aliquod verbum, hoc protulit: *Ne ſedeas cum hæreticis.* Item celebris ille Ioannes eleemoſynarius, provt Leontius author Vitæ ipſius narrat, ſuis dicebat: *Nullatenus aliquando hæreticorum communione, imò coinquinatione participemini, etiamſi omni vita veſtra ſine communione permanſeritis.* Quod & æmulatus S. Hermenegildus Rex communionem ab Epiſcopo Arriano noluit accipere, provt de ipſo narrat D. Gregorius *lib.* 3. *Dialog. cap.* 31. Abbas etiam Pachomius proximus morti, provt in eius vita *lib.* 1. *vit. Patr.* habetur, Fratribus dicebat: *Nulla ſit vobis coniunctio cum ſectatoribus Meletij, vel Arrij, vel Origenis, ſeu cæteris Chriſti præceptis aduerſantibus.* Quod ſic exactè obſeruabat ipſe vt ex eadem ipſius hiſtoria habeantur hæc: *Hæreticos autem deteſtabatur plurimùm, & maximè Origenem, velut blaſphemum, ac perfidum vehementer horrebat, qui ſprauus Arrij, Melitique declaratus ſub Heraclio venerabili Alexandrinæ ciuitatis Epiſcopo, de Eccleſia pulſus eſt, quique Sacræ Scripturæ dogmatibus exoſa, atque deteſtanda, quæ nonnullorum corda ſubuerterent, expoſitionibus ſuis admiſcuit, & ſicuti ſolent, qui venena temperant, amaritudinem melle contegere; ſic iſte proprij virus erroris, cœleſtium verborum dulcedine liniens, exitioſa rudibus dogmata propinauit. Quapropter vniuerſos fratres ſollicitius admonebat, vt*

nen

non ſolùm ipſi Origenis commeata non legerent, ſed ne que legentibus quidem aurem penitus à moneret. Vnde fertur aliquando reperiſſe volumen eius, & in aquas miſiſſe continuò, teſtatus his verbis: Niſi ſcirem nomen Dei in eo eſſe conſcriptum, omnes garrulitates blaſphemiarum eius ignibus concremaſſem.

22 Domicilia quoque hæreticorum fugienda ſuadet mala mors cuiuſdam monachi Ægyptij, de quo *lib. 10. Vit. Patr. c. 177.* legitur, quod cum habitare voluiſſet in cellula Euagrij hæretici, inuentus eſt poſt aliquod tempus *innecto fune ſeipſum ſuffocaſſe.* Quantum porrò heroiſſa illa Romana Paula hæreticos auerſata fuerit, ex eius vita à D. Hieronymo ſcripta erui facilè poteſt. Mirabile quoque eſt illud quod de Abbate Coſma eunicho refert Ioannes Moſcus *lib. 10. Vit. Patr. c. 40.* videlicet, quod cum ſepultus eſſet in quadam Eccleſia, vbi etiam conditus iacebat quidam Epiſcopus hæreticus, ſingulis noctibus audiretur dicens ad Epiſcopum. *Noli me tangere, hæretice, ne appropinques mihi, inimice Sanctæ Dei*
23 *Catholicæ Eccleſiæ.* Ex qualiter nec cum mortuis hæreticis commercia catholicis permittantur. Quorum omnium ratio eſt, quia hæreſis eſt illud *immedicabile vulnus*, quod vt Ouidius *lib. 1. fab 8.* dixit, *En ſe reſcidendum eſt, ac pars ſincera trahatur.* Et de quo Iuuenalis *Satyra 2. ſicut grex totus in agris vnius ſcabie cadit, & porrigine porci, vuaque contractu liuorem ducit ab vua.*

24 Porrò ſi dicatur in aliquibus regionibus in vſu eſſe ſimilia matrimonia Catholicorum cum hæreticis, ac proinde pro permiſſis, & toleratis cenſeri debere, prout ex Nauarro, & Azorio tenet San-
25 chez dicta *diſt. 7 a. n. 5.* Reſpondeo talem vſum nec eſſe vniuerſaliter receptum, maximè inter Catholicos timoratæ conſcientiæ, nec inter alios poſſe eſſe niſi abuſum; nam eſto quod in illis quandoque periculum peruerſionis, & iniquæ educationis prolis, ac minùs pacificæ cohabitationis ceſſet, ſed non ſemper, nec crebriùs, vt puto. Vnde Cornelius à Lapide, Ægidius Coninch, Baſilius Pontius, & Laymanus, quos refert, & ſequitur Caſtrus Palaus *de ſponſalib. diſp. 4. punct. 11. num 10.* non audent talem vſum approbare. Nec Eminentiſſimus Cardinalis de Lugo *de fide diſp. 22. ſect. 2 num. 16.* illum approbat, niſi quatenus conſuetudinis legitimæ vim habere poteſt, quam tamen non habet. Caſu quoque dato, quod inter priuatos permitti poſſet, inter Principes tamen, qui cæteris aliis exemplum, & normam rectè viuendi præbere debent, & ex ipſorum matrimoniis plura inconuenientia ſequi poſſunt, prout ex Hurtado *de fide diſp. 76. §. 234.* approbat Diana inferius referendus, nullatenus tolerari poteſt. Cuius ſignum eſt, quod Principes Catholici illarum partium, cum talia matrimonia inire volunt, Apoſtolicæ Sedis beneplacitum quærunt prout illud petiuit Rex Chriſtianiſſimus, vt ſuam ſororem Regi Angliæ dare poſſet, & pro parte Sereniſſimi Regis Poloniæ poſtulatum eſt, vt poſſet ducere filiam Comitis Palatini hæreticam, quod tamen ab Vrbano VIII. non obtinuit, fœliciori quidem ſorte; ſiquidem Cæſaris ſororem poſteà ducere potuit.

26 Fœminæ namque, quia illecebroſæ, blandiloquæ, & adulatrices ſunt, non paucos viros hæreticos fecerunt, vel pro hæreſi propaganda opitulatæ ſunt. Prout de multis hæreſiarchis dixit D. Hieronymus *in epiſt. ad Teſiphontem* hiſce, verbis: *Simon magus hæreſim condidit adiutus auxilio Helenæ meretricis. Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarum conditor choros duxit fœmineos. Marcion quoque Romam præmiſit mulierem ad maiorem laſci-*
27 *uiam. Appelles Philomenem comitem habuit. Monta-*

nus Priſcam, & Maximillam primum auro corrumpit, deinde hæreſi polluit. Arrius, vt Orbem deciperet, ſororem Principis ante decepit. Donatus Lucillæ opibus adiutus eſt. Elpidium cæcum Agape cæca duxit. Priſcilliano ſancta fuit Galla, non gente, ſed nomine. Quid porrò diceret de neothericis nebulonibus Luthero, Baleo, & aliis, qui à ſimilibus ſcortis excæcati fuerunt. Qualis fuit vnus Biturieenſis, cuidam fœminæ (Maria vocabatur) aſſociatus, de quo Baronius *ſub anno 595.*

Non tamen adeo illicitum eſt hoc matrimonium, 32
vt nullatenus licitè celebrari poſſit. Cauſa etenim aliqua eximia perurgente, licitum erit. Ita Baſilius Pontius *in Append. de matrim. Cathol. cum hæret. c. 3.* Nicolaus Seratius *in opuſc. de ead. re, cap. 1.* & paſſim alij Doctores, & Theologi.

Probari id poteſt exemplo Sanctorum fidelium, 33
qui ſimilia matrimonia cum infidelibus contraxerunt, vt credi par eſt, licitè, & ſine peccato; quia ob grauem cauſam. Hi ſunt Iacob cum Rachele, & Lia Idololatris, *Geneſ. 29.* Iudas Patriarcha cum Cananæa, *Geneſ. 38.* Heſter cum Aſſuero, *Heſter 2.* Similiter Iudith, ſecundum aliquos, ornabat ſe, vt placeret Holoferno in ordine ad matrimonium, & Iacob. *Geneſ. 34.* filiam Dinam nuptui tradebat Principi Idolatræ. Idem etiam exemplum ſecutæ ſunt Sanctæ aliquæ fœminæ in nouo teſtamento, vt ſunt Cecilia, & Lucia viris infidelibus deſponſatæ; & S. Monica viro pagano iuncta, vt teſtatur eius filius S. Auguſtinus *lib. 9. confeſſ. cap. 9.* ac S. Clotildis nupta Clodoueo Regi Francorum Ethnico, teſte Gregorio Turonenſi *lib. 2. cap. 28.* Item, propius ad rem, Ingundis piiſſima, & catholica fœmina, Sigeberti Francorum Regis filia, cum Hermenegildo Leouigildi Regis Hiſpaniarum filio, quo tempore Hermenegildus ipſe Arrianus erat, etſi poſtea Sanctus & Martyr, teſte eodem Gregorio *lib 5. cap. 38.* & Baronio *ſub ann. 583.* Tum ex doctrina Patrum, ſpecialiter D. Hieronymi *1. contra Iouinianum*, & D. Auguſtini *de fide, & operibus, cap. 19.* aſſerentium, hæc matrimonia ſuo tempore frequentia eſſe. Non eſt autem credendum, omnes, qui ſic
contrahebant, peccaſſe. Tum tertiò ratione, quia 34
etiamſi tale matrimonium ſit contra ius Eccleſiaſticum, & aliquo modo contra naturale, & diuinum, tales tamen rationes, congruentiæ, motiua, & circumſtantiæ occurrere poſſunt, vt meritò cenſeri poſſit, ius Eccleſiaſticum in hoc caſu diſpenſari poſſe, ac ius naturale, & diuinum declarari, quod tunc non obligent.

Ad id tamen requiritur authoritas Summi Pon- 35
tificis. Ratio, eſt quia ad ipſum ſolum ſpectat etiam poſita tali cauſa eximia relaxatio Iuris Eccleſiaſtici, ſeu diſpenſatio in lege Canonica, & interpretatio, ſeu declaratio iuris naturalis, aut diuini; maximè in negotiis, & caſibus arduis, ac ſpectantibus ad bonum commune Eccleſiæ, vel alterius magni Principis, aut Regni, ex quibus multa mala, vel bona prouenire poſſunt, vt contingere poteſt in præſenti caſu. Hurtadus *de matrim. diſp. 24. diffic. 2.* Perez *de matrim. diſp. 36. ſect. 2. num. 7.* P. Diana *part. 8. n. 1. reſol. 74.* Quibus etiam à fortiori adhærent illi, qui putant, Summi Pontificis partes eſſe diſpenſare etiam in matrimonio fidelis cum infideli non baptizato, vt ſunt Rebellus, Præpoſitus, Coninch, & alij, quos citat, & ſequitur idem Diana.

Hæc porrò eximia cauſa ſine dubio videtur eſſe, 36
quando certa ſpes adeſt de conuerſione fœminæ hæreticæ. Sic enim habetur ex Concilio Chalcedonenſi *can. 14.* his verbis: *Niſi fortè ſpoponderit, ſe venire ad orthodoxam fidem, dum coniungitur*

perſona orthodoxa : & ex *c.non oportet* 28. *q.*11. vbi
dicitur, filias hæreticorum poſſe accipi,ſi ſpondeant,
ſe profeſſuras orthodoxam fidem. Confirmatur, quia,
licet in lege veteri Exod. *c.*34. & Deuter. 7. cautum
fuerit, ne Iudæorum quiſpiam vxorem acciperet ex
gentilitate, quia auertent corda ipſorum, vt ſequantur
Deos alienos, ſicuti exemplo oſtendit Salomon Rex :
nihilominus Mahalon, & poſtea Booz Dauidis pro-
auus in vxorem duxit Ruth Moabitidem ; & Sal-
mon Raab meretricem, ſicuti conſtat ex *c.*1. *Matth.*
propter hanc cauſam, quod Iudaiſmum ſuſcipere pa-
ratæ eſſent. Nicolaus Serarius *de Coniug. Catholic. cum
haret. c.*2 Sà *de matr. impedim. n.*8. vbi ait : *Mortale,
eſt cum heretico contrahere, niſi ſpes certa conuerſio-
nis eſſet.* Hurtad. *ſupr.* §. 229. Eminentiſſimus Lugo
ſup. num. 17.

38 Etſi tamen quidam apud Baſilium Legionenſem *in
append. de matrim. c.*5. *n.*2. negent, matrimonium
inter Catholicum, & hæreticam licitum eſſe poſſe,
non ſubſiſtente præfata ſpe conuerſionis ; nihilomi-
nus idem Eminentiſſimus *n.*20. poſt Nauarrum,
Sanchez, Reginaldum, Coninch. Azor. Filliucium,
39 & ipſum Pontium meritò tenet contrarium. Quia,
etiam non ſtante ſpe conuerſionis, poſſunt ceſſare
pericula, quæ reddunt quodammodo iure naturæ il-
licitum matrimonium, imò poſſunt aliunde concur-
rere alia bona, quæ compenſent aliquod periculum, &
reddunt illud matrimonium expediens ad bonum re-
ligionis.

Vnde ſi tres illæ cauſæ in caſo aſſignatæ, ſcilicet
cuiuſdam magni Regni quies, facilior recuperatio al-
terius, & pax vniuerſalis verè ſubſiſterent, ſine dubio
propter illas concedi poſſet talis diſpenſatio. Prout
ſupponit idem Lugo, vt *ſupra* poſt relatos Authores.
Qui etiam cum Salas, & Pontio Legionenſi addit, tot,
& talia bona ex tali coniugio ſperari aliquando poſ-
ſe, vt non ſolùm poſſit, ſed etiam debeat diſpenſatio
concedi.

40 Dixi autem, ſi tales cauſæ *verè ſubſiſterent*, quia
de omnibus illis valdè dubitari poteſt, vanas, &
illuſorias eſſe, nec vnquam ſubſiſtentiam habitu-
ras. De prima quidem, quia vbi Religionis diuer-
ſitas eſt, pax, & tranquillitas vix vnquam ſpera-
41 ri potuit. Hoc teſtatur Chriſtus, cum ait : *Omne
regnum in ſe diuiſum deſolabitur.* Hoc teſtantur om-
nes authores ſacri, & Prophani, Chriſtiani, &
Gentiles. Quas enim turbas in toto Oriente non ex-
citarunt Arriani ? Quas in Græcia Macedoniani ?
Quas in Africa Donatiſtæ, & Circumceliones ?
Quas in Anglia Vviclephiſtæ ? In Bohemia Huſ-
ſitæ ? In Germania Lutherani ? In Belgio, &
Gallia Caluiniſtæ ? Tædet, ac pudet eas referre.
Et quid mirum ? Nulla vnquam familia fuit, in
qua diſſentiens religio pacem non turbarit. Exem-
plum ſit diſcordia inter Iſaac, & Iſmaelem in fami-
lia Abrahæ : inter Iacob, & ſocerum Laban in Me-
ſopotamia : Moſen, & vxorem Sephoram, dum pro-
ficiſcuntur in Ægyptum. Quomodo ergo in toto Re-
no, prouincia, ciuitate, pax, & concordia ſperari
poteſt, vbi religionis, ac Fidei ſumma eſt diſcor-
dia ? Vidit hoc olim Iulianus Apoſtata, qui cum
Chriſtianorum Eccleſiam turbare, ac peſſundare
vellet, libertatem, & varietatem doctrinarum intro-
duxit. Refert Ammianus, & ex illo Lipſius *in lib. con-
tra Dialogiſt. de vna Religione*, & ex vtroque Beca-
42 nus *de fide heretic. ſeruand. lib.*2. *cap.*10. Cuius
duplicem rationem aſſignat. Prior, quia vbi eſt ani-
morum diſſenſio, ibi pax eſſe non poteſt : atqui
ſumma eſt animorum diſſenſio, vbi ſectæ, ſchiſma-
ta, & diuortia doctrinarum ſunt : ergo paci, &
concordiæ locus non eſt. Altera, quia impoſſibile
eſt, inter ſuperbos ſeruari vnitatem, & amicitiam,
at vbi hæreſis, ibi ſuperbia : Fruſtra ergo de vnita-
te conſeruanda cogitatur. Quanta porrò eorum ſu- 43
perbia ſit, vel ex vno ipſorum ſpurciſſimo Antesig-
nano Luthero conijci datur. Is enim cum ſuam de
Iuſtificatione per ſolam fidem ſtabilire vellet hære-
ſim vſus eſt illo Apoſtoli ad Romanos 3. *Arbitra-
mur hominem iuſtificari per fidem.* Addidit autem ip-
ſe *Solam*, cum in textu non haberetur. Cumque ro-
garetur cur id feciſſet, reſpondit in Epiſtola qua-
dam ad amicum per hæc verba : *Si tuus Papiſta mo-
roſum, & difficilem ſe prabere volet de voce Sola, ſta-
tim dic, Papiſta, & aſinus eadem res eſt : ſic volo, ſic iu-
beo, ſit pro ratione voluntas. Nolumus enim Papiſtarum
eſſe diſcipuli, ſed præceptores. Semel enim ſuperbiendo
gloriabimur aduerſus eiuſmodi aſinos.* Et infra : *Rogo
te, ne quid aliud huiuſmodi aſellis reſpondeas de voce
Sola, ſed tantum dicas : Lutherus ſic vult, ille Doctor
omnium Doctorum in Papatu.* An ſuperbior Lutheru
Lucifer?

De ſecunda quoque cauſa pariter dubitari po- 44
teſt, quod ſit vmbratilis, fallax, & doloſa ; cum
hæreſis potius mater diuiſionis, & ſchiſmatum Re-
gnorum ſit, quam ipſorum vinculum, & vnio. Hæ-
reſis namque, ſeu hæreticorum turba Turrem Ba-
bel conſtruit, cuius ædificatores variis linguis,
ſcilicet opinionibus diuiduntur, ita vt *non audiat
vnuſquiſque vocem proximi ſui.* Teſtantur id plus
æquo Hungaria, Germania, Bohemia, & aliæ Pro-
uinciæ ob hæreſes ſciſſæ, & fermè deſolatæ. Plura
de hoc Thomas Boxius Eugubinus *in lib. de robore
bellico aduerſus Machiauellum, & de Imperio Vir-
tutis contra eundem.* Plura quoque de Sacris, & 45
Praphanis Scriptoribus, quia vulgaria prætermit-
tenda. Sed meditanda quæ Cochlæus *lib.*8. *hiſtor.
Huſſitar.* & vetuſtus Chronicorum liber apud Bzo-
uium *ſub ann.*1434. *n.*37. tradunt vbi hæretici in Bo-
hemia inter ſe tumultuantes ſibi & aliis vltimum
exitium exhibentes cernuntur, in ſignum ſanè pro-
priæ conditionis, quæ has tragædias ſemper moli-
tur. Quomodo ergo vnio regnorum ex hæreſi ſpe-
randa. Clarus eſt in hoc puncto Conradus Brunus in
ſex libris *de hereticis in genere*, vbi quamplura ad in-
tentam. Speciatim *lib.*2. *c.*16. probans ob Arrianam
hæreſim imperium Romanum diuiſum fuiſſe, ad Tur-
cam Orientem perueniſſe, & per totam Africam Re-
ligionem, & iuſtitiam exulaſſe. Et propter vnum ſer-
gium hæreticum improbum Mahumetem quaſi to-
tius Orbis tyrannum euaſiſſe. Quid plura in re plus
æquo compertiſſima?

Ex quo quid de vniuerſali pace, quæ pars tertia 46
huius diſpenſationis cauſa à parentibus aſſignatur,
ſentiendum innoteſcit. Cum mulier mala, qualis iure
præſumitur ea quæ labe hæretica tabefactata eſt, Bel-
lorum potius inuentrix, quam pacis conciliatrix ſit.
Hinc illud Chryſoſtomi *in ſerm. de decollat. Ioan-
nis Baptiſta*, dum de muliere mala : *Per te bella* 47
*fiunt, per te ſapientes ſe perdunt, per te Sancti occi-
ſi ſunt, per te ciuitates combuſta ſunt, per te vita per-
dita eſt, per te mors inuenta eſt, per te diuites paupe-
res.* Super Matthæum ſic : *Quid aliud eſt mulier, niſi
amicitia inimica* ? Quin ſecundùm Ariſtotelem lib. 8.
de animal. *Mulier maioris eſt inuidia, & diligit lites,* 48
& malitioſior eſt viro, & facilius decipitur. Et vt Iuue-
nalis *Satyr.*6.

*Nulla fere cauſa eſt, in qua non fœmina litem moue-
rit.* Optimè etiam Ouidius *lib.*2.

——— ——— *Niſi rapta fuiſſet*
Tyndaris, Europa pax, Aſiaque foret,
Fœmina ſilueſtres Lapithas populumque biformem
Turpiter appoſito vertis in arma mero.
Fœmina Troianos iterum noua bella mouere
Impulit, in regno iuſtè Latine tuo.

Fœmina

Digitized by Google

Fœmina Romanis iterum nunc vrbe recenti
Immiſit ſoceros, armaque ſæua dedit.

Terentius quoque *in Phor.*

A mulieribus perit magnus Orbis.

Quæ porrò omnia in genere dicta ſine præiudicio bonæ indolis, ingenuæ claritatis, & nobiliſſimi ſanguinis huius fœminæ, de qua in præſenti, intelligenda: eam namque dumtaxat auerſandam dico propter hæreſis labem, qua mali magiſterij improbitate imbuta dicitur, & ob eam ſolummodò cauſam à matrimonio cum tam Catholico Principe rejiciendam, non ſubſiſtentibus cauſis deſignatis.

49 Si autem præfatæ cauſæ verè, & legitimè ſubſiſterent, poſſe Papam diſpenſare in eo matrimonio, non ſolum colligitur ex dictis, ſed maximè ex praxi & ſtylo Curiæ. Ex eo enim conſtat quod Clemens VIII. prout refert Dom. Lugo *ſectione relata*, ac præſertim *diſput.* 8. *de Sacrament. ſect.* 14. *num.* 227. anno 1604. ex conſilio Cardinalium in Congregatione, re diſputata, & tractata, ſimilem diſpenſationem conceſſit Catharinæ ſorori Henrici IV. Re-
50 gis Franciæ, vt cum eſſet adhuc hæretica, nuberet Dom. Barenſi Catholico conſanguineo ſuo, quod Breue datum Romæ 8. Februarij teſtatur legiſſe, & miſſum fuiſſe ad Innocentium Bubalum Epiſcopum Camerinenſem, tunc Nuncium Apoſtolicum in Gallia, & poſtea Cardinalem: non habuiſſe tamen effectum dictam diſpenſationem, quia prædicta Catharina antequam Breue ad eius manus veniret, morte præuenta eſt. Addit etiam *numero* 228. quod iuxta praxim Curiæ in diſpenſationibus matrimonialibus, quæ expediuntur pro Regno Franciæ, ſupprimitur clauſula illa apponi ſolita: *Dummodo orthodoxa fidei cultores exiſtant*; quæ ſuppreſſio (inquit) videtur eſſe implicita permiſſio eiuſmodi coniugiorum. Maximè etiam, vt obſeruat Ioannes Præpoſitus *in* 3. *part. quæſt.* 7. *de impedim. matrim. dub.* 17. & ex ipſo P. Diana *ſuprà*, Paulus V. in Bulla quæ incipit, *Vt animarum ſaluti*, data anno 1616. 21. Iunij conceſſit Epiſcopo Funianenſi in Iaponia, & ſuperioribus Societatis in Regno Chinarum, vt ad decennium poſſent diſpenſare in impedimento diſparitatis cultus. Quæ conceſſio ſic generaliter ſumpta etiam extendi videtur ad matrimonium Catholici cum hæretica, caſu quo in illis partibus hæretici reperirentur.

51 Obiter tamen ſatisfaciendum dubio quod Baſilius Pontius *ſuprà c.* 4. *num.* 16. & poſt ipſum D. Cardinalis Lugo *d. ſect.* 2. *num.* 23. curioſius mouent, an ſcilicet maior requiratur cauſa, vt vxor Catholica detur viro hæretico, quam vt vxor hæ-
52 retica iungatur viro Catholico. Et omiſſis variis diſtinctionibus, de quibus ipſi, mihi videtur dicendum, regulariter loquendo, & cæteris paribus, maiorem cauſam requiri, vt diſpenſetur in matrimonio hæretico. Ratio eſt, quia experientia ipſa teſtante faciliùs fœminæ trahunt viros ad ſectam, vel religionem ſuam, quàm è contra viri fœminas vxores. Id conſtat manifeſtè in Salomone ſapientiſſimo, & fideli Rege, qui ſuarum vxorum lenociniis in Idololatriam lapſus eſt, & non conſtat vel vnam ex mille vxoribus quas habebat, & inter illas *Moabitidas, Ammonitidas, Idumæas, & Sidonias, & Hethæas, de gentibus*, vt dicitur 3. *Reg.* 11. eius monitionibus Dei veri cultum recepiſſe. Fateor id cum aliquo fundamento dici poſſe de Regina Saba quæ ipſum inuiſit, prout colligitur ex illo 3. Reg. 10. *Sed Regina Saba audita fama Salamonis in nomine Domini venit tentare eum in ænigmatibus*, ac ea Theodoreto, Nyſſano, Iſidoro, vel Beda qui eam collaudant, & clariùs ex hiſtoria Æthiopiæ per Emmanuelem Pax conſcripta, quam affert Cornelius 3. *Reg.* 10. *verſ.* 13. Sed nec iſta cogunt, & ſecundùm Lyranum, cui fauet Dionyſius, Hugo, Vatablus, Abulenſis, & alij, ipſa antequam ad Salomonem veniret, verum Dei cultum, etſi non ſub lege Moſaica tenuerat. Et ſaltem, eſto concubina fuiſſet Salomonis per modicum tempus, prout ex ea hiſtoria, & Æthiopum traditione habetur, nihilominus vera vxor ipſius non fuit. Sunt etenim fœminæ ſuis lenociniis viris fortiores, & robuſtiores, ad eos ſibi ſubjiciendos. Conſtat id in problemate illo à tribus cuſtodibus corporis Regis Darij poſt ſplendidam cœnam dormientis propoſito 3. *lib. Eſdræ, cap.* 3. *&* 4. vbi cum illorum vnus Regem præſtare, &
excellere omnibus rebus peroraſſet, alius, ſcilicet 53
Zorobabel, fœminas fortiores eſſe Regibus fœliciùs propugnauit. Inter alia ſic dicens: *Si congregauerint* (Reges vel homines) *aurum, & argentum, & omnem rem ſpecioſam, & viderint mulierem vnam bono habitu, & bona ſpecie, omnia hæc relinquentes in eam intendunt, & aperto ore conſpiciunt, & eam alliciunt magis quàm aurum, & argentum, & omnem rem pretioſam. Homo patrem ſuum relinquit, qui enutriit illum, & ſuam regionem, & ad mulierem ſe coniungit. Et cum muliere remittit animam, & neque patrem meminit, neque regionem. Et hinc oportet vos ſcire quoniam mulieres dominantur veſtri.* Et inferius: *Videbam tamen Apemen filiam Bezacis, mirifici concubinam regis, ſedentem iuxta regem ad dexteram, & auferentem diadema de capite eius, & imponentem ſibi, & palmis cædebat regem de ſiniſtra manu. Et ſuper hæc aperto ore intuebatur eam, & ſi arriſerit ei, ridet; nam ſi indignata ei fuerit, blanditur, donec reconcilietur in gratiam. O viri, cur non ſunt fortiores*
mulieres? Hinc illud Hieronymi in epiſt. ad Nepo- 54
tianum: *Nec Samſone fortior, nec Dauide ſanctior, nec Salomone poteris eſſe ſapientior.* Quaſi diceret eximios hos viros à fœminis dominatos fuiſſe. Hinc etiam Ambroſius *in Hexameron, die* 4. notat, quod *Adam per Euam deceptus eſt, non Eua per Adam.* Hinc quoque Chryſoſtomus *in form. de Decollat. Ioannis Baptiſtæ*, inquit: *Per mulierem Adam ab initio in Paradiſo cecidit, mulier ipſum exterminauit.* Bene etiam Democritus: *Mulier multò quam vir promptior eſt ad aſtutias, & ma-*
lignitatem. Quandoque etiam ad pietatem fœminæ 55
promptiores, & potentiores viris ſuis euaſerunt. Pro quo extat inſignis hiſtoria apud Gregorium Toronenſem *lib.* 5. *hiſtoriar. cap.* 38. quam etiam refert Baronius *ſub ann.* 585. de Ingunde piiſſima, & catholica fœmina, & quæ pro fide Chriſtiana ab auia Arriana calces, verbera, & multa mala paſ-
ſa eſt. Hæc etenim Herminigildo etiam Arriano 56
Leouigildi Regis filio, vt dictum eſt ſupra, matrimonio coniuncta, *cœpit* (inquit Gregorius) *prædicare viro ſuo, vt relicta hæreſis fallacia catholicæ legis veritatem agnoſceret. Quod ille diu refutans, tandem commotus ad eius prædicationem conuerſus eſt ad legem canonicam.* Quam adeo conſtanter retinuit, vt pro ea non dubitaret poſtea martyrium ſuſtinere, nolens communicare cum Arriano Epiſcopo à patre illi miſſo. Vt eius hiſtoria, ex D. Gregorio Papa excerpta narrat.

Nec ſola Ingundis tam præclari facinoris cauſa 57
fuit, ſed aliæ fœminæ eo tempore id præſtiterunt. Etenim, vt notat Baronius *ad ann.* 591. ſicut Gothi in Hiſpania propter Ingundem; ſic etiam Franci in Gallia per Chlotildem Burgundam, & Longobardi in Italia per Theodelindam Bauaram, verum Religionis cultum amplexati ſunt.

At regulariter fœminæ, quia molliores ſunt, fœ- 58
mina enim eſt *mollis vir*, ad hæreſim, quæ molliora, & ſenſui dulciora ſuadet, procliuiores cenſen-

tur. Teſtatur, inter mille alias, vxor Saturi Hunerici Regis Procuratoris, quæ teſte Victore in perſecut. *Vuandalic.* maritum Arrianiſmum abnegantem à propoſito, familiæ euerſionis timore abducere conabatur. Et vxor Thomæ Mori viri celeberrimi, quæ pari modo, vt hiſtoriæ Anglicæ narrant, à veritatis via ſeiungere virum contendebat.

CONSULTUM XLIV.

Expedienſne ſit in Religionibus conſtitui monaſteria ſtrictioris Obſeruantiæ Regulæ.

SVMMARIVM.

1 *Scribendi occaſio.*
2 *Reſponſio.*
3 *Strictioris obſeruantia vſus antiquiſſimus.*
4 *Etiam tempore veteris legis.*
5 *Monachatus manſionum diuerſitas.*
6 *Ioannis Ieroſolymitanum.*
7 *Corroboratur ex pluribus aliis authoribus.*
8 *Probatur etiam ex S. Scriptura.*
9 *Ex Rechabitis.*
10 *Quid ſit tabernaculum.*
11 *Hieremiæ verba.*
12 *Talis diuerſitas comprobatur ex Aſſidais.*
13 *Et ex Eſſenis.*
14 *Authorum teſtimonia.*
15 *Quid de monachis Aſcetis, ſeu Therapeutis.*
16 *De monachis qui in ſecundo Chriſti ſeculo floruerunt.*
17 *S. Frontonij exemplum.*
18 *De Eremitis tertio Chriſti ſeculo.*
19 *Probatur etiam Cœnobiorum varietas ex monachis quarti ſeculi.*
20 *Ex monachis Nitrienſibus.*
21 *Eorundem in inſtituto munerum diuerſitas.*
22 *Probatur Anachoretica vita ſeparata à cœnobitica ex Trullana Synodo.*
23 *Ex hiſtoriis SS. Sabæ, & aliorum.*
24 *Et ex monachis qui in quinto, ſexto, & ſeptimo ſeculo vixerunt.*
25 *Quæſtio.*
26 *Reſponſio.*
27 *Quibus permittenda eſt Anachoretica vita.*
28 *Quod tempus exigitur, vt ex cœnobiis ad eremos monachi tranſeant.*
29 *Monaſteriorum inter mendicantes diuerſitas oſtenditur.*
30 *Patrum Dominicanorum circa hoc conſtitutiones.*
31 *Et Diploma.*
32 *Demonſtratur huiuſmodi Monaſteriorum varietas in Minorum Ordine.*
33 *In Familia S. Auguſtini.*
34 *In Carmelitarum Religione.*
35 *Eiuſdem Religionis decretum circa reformata cœnobia.*
36 *Et Diploma Pontificium.*
37 *Ex reformatione facta à S. Thereſia cernitur monaſteriorum diuerſitas.*
38 *Loca eremitoria eiuſdem Religionis.*
39 *Monaſteriorum varietas.*
40 *Ex Minimorum Ordine probatur eadem varietas.*
41 *Ex Ieſuitarum Religione.*
42 *Heterologi noſtri temporis quid ſentiant de Reformatione.*
43 *Reformatorum conuentuum inſtitutio à Sede Apoſtolica canonizata videtur.*
44 *Et hoc eſſe conueniens, & vtiliſſimum, quin etiam & neceſſarium demonſtratur.*
45 *Refertur decretum Concilij Trid.*
46 *Via ad maiorem perfectionem nulli praeludò debet.*
47 *Et ad id teneri Religiorum Prælatos multis authoritatibus oſtenditur.*
48 *Huiuſmodi Reformatorum Conuentuum vtilitas.*
49 *Per Reformationem hypocriſis labes euertitur.*
50 *Hypocritæ ſimulatores.*
51 *Hypocrita quis.*
52 *Hypocritæ monachi exemplum.*
53 *Item & aliud.*
54 *Reformatio per ſe eſt deſiderabilis.*
55 *Plurium Sanctorum Patrum teſtimonia.*
56 *Exercitia decem dierum pro Religioſis.*
57 *Obiectio prima contra huiuſmodi reformationem.*
58 *Reſponſio B. Raymundi.*
Et Ioannis Excuria. ibid.
59 *Reſponſio Ioannis Nider.*
60 *Secunda obiectio.*
61 *Reſponſio.*
62 *Tertia obiectio.*
63 *Reſponſio.*
64 *Quarta obiectio.*
65 *Reſponſio.*
66 *Quinta obiectio.*
67 *Reſponſio.*
68 *Sexta obiectio.*
69 *Septima.*
70 *Reſponſio.*
71 *Chriſtiana vita perfectio in quo ſita ſit.*
72 *Qui obſeruantes dicantur.*
73 *Obiectio.*
74 *Reſponſio.*
75 *Bulla Leonis X. contra fratres appellantes aliquem fratrem nomine irriſorio.*
76 *Quando viuentes in Conuentibus relaxatis ſecurè ſunt in conſcientia.*
77 *Prima propoſitio.*
78 *Secunda.*
79 *Tertia.*
80 *Quarta.*
81 *Quinta.*
82 *Sexta.*
83 *Duæ aliæ.*
84 *Duo corollaria, & n. 85.*
86 *Deciſiones S. Rotæ ad intentum. & num. ſequentibus.*

IESVS MARIA.

Conſulti Occaſio.

Requiſitus à piis quibuſdam Religionis grauiſſimæ Regularibus, qui & ipſius, & aliorum ſpiritualem profectum deſiderabant, 1
an expediens ſit pro bono communi, quod in Religionibus ſint aliqui Conuentus, ſeu Monaſteria, vbi Regula exactiùs, perfectiùs, & ſtrictiùs obſeruetur, an verò potiùs oppoſitum magis expediat, ſic reſpondi.

Reſponſio.

Dico primò. Vſus antiquiſſimus, & inueteratus eſt in omnibus fermè Religionibus, quæ in Eccleſia fuerunt, vt in eis eſſent aliqua Cœnobia, Monaſteria,

Monaſteria, ſeu Conuentus, in quibus Regula Ordinis ſtrictiùs, perfectiùs, & exactiùs obſeruaretur, quàm in aliis Cœnobiis, Monaſteriis, aut Conuenti-
3 bus. Conclusio hæc, cum ſolum de facto procedat, non aliter probari poteſt, niſi hiſtoricè, afferendo videlicet ea quæ ex Hiſtoriis, Annalibus, & Chronologiis deſeruiunt ad intentum. Non quidem cunctarum Religionum, ne plus æquo conſultum protendatur, ſed earum duntaxat, in quibus hoc ſpecialiori modo conſtat receptum, & quas aliæ imitantur.

4 Pro quo primò, & vt rem, vt dicitur, ab ouo eliciamus, occurrit, quod tempore etiam veteris Legis, & SS. Dei Prophetarum Eliæ, & Eliſei, ac ipſorum diſcipulorum, qui ſæpius in S. Pagina *Filij Prophetarum* nuncupantur; qui etiam Monachi, ſeu Religioſi Legis (quatenus tamen illa vtpotè vmbratilis, & imperfecta talem ſtatum admittere poterat) communiter dicuntur à PP. & DD. quos in magno numero retuli *tom.* 1. *Ann. in Apparatu, maximè c.* 5. *&* 6: qui etiam eos Duces, Principes, & Patres Monachorum, ſeu Religioſorum vocitant; fuit illa diuerſitas
5 manſionum, collegiorum, ſeu domorum, ita vt in aliis ſtrictiùs, & perfectiùs, in aliis laxiùs, & delicatiùs viuerent, etſi cuncti ſub norma, & methodo prophetalis inſtituti. Quod manifeſtè euincitur ex eo, quod alij in eremis, ſeu locis deſertis, alij verò in Vrbibus, & oppidis morabantur: nam ij, qui eremos, & deſerta loca incolebant, vtpotè cum anachoreſin exercerent, rigidiorem, & aſperiorem vitæ rationem gerebant, quam illi, qui in Vrbibus, & oppidis cum populo, & aliis hominibus conuerſabantur. Aliquos verò ipſorum Eremi ſpeluncas, ſeu cauernas; alios è contra Vrbium, & oppidorum habitacula incoluiſſe, fide certum haberi debet. Nam de Elia eorum primo Patriarcha conſtat 3. *Reg.* 17. abſconditum manſiſſe in Torrente Carith contra Iordanem, & habitaſſe in Carmelo 3. *Reg.* 18. ac de Eliſeo, quod etiam Carmelum montem incoluiſſet 4. *Reg.* 4. eo enim in monte ipſum conuenit Sunamitis illa, cuius Filium à mortuis ſuſcitauit: & de Filiis Prophetarum, prout probaui eo 1. *tom. Annalium, in Appar. cap.* 8. *& ſub ann.* 3128. *num.* 4. & *ſub ann.* 3893. *num.* 5. ac manifeſtè comprobat Oratorium, ſeu *Semnion*, in eo monte ab Elia extructum, vt illuc orationis cauſa conuenirent, prout locis relatis oſtendi; & confirmant verba illa Sixti IV. Iulij II. & Greg. XIII. in ſuis diplomatibus dicentium: *Sanctorumque Prophetarum Eliæ, & Eliſei, & aliorum Patrum, qui montem Sanctum Carmeli iuxta Eliæ fontem inhabitarunt*, &c. Porrò etiam Vrbes & Oppida populata inhabitaſſe certò etiam conſtat ex 4. *Reg.* 2. Vbi Filij Prophetarum dicuntur habitaſſe in Bethel, & Iericho, & ex Galgatis, ad eos aduenisse Eliam cum Eliſeo, ac Eliſeum poſt Eliæ raptum cum illis cohabitaſſe; ſicut & in Samaria in alio Filiorum Prophetarum collegio, vt dixi eo loco, *ſub ann.* 3147. *num.* 2. ac *ſub ann.* 3154. Vbi etiam de aliis locis vbi Prophetæ collegialiter viuebant, ſcilicet Gabaa Saulis, Naioth in Ramatha, Maſphat, monte Ephraim, & aliis; ſicut & de Eremitorio iuxta Iordanem ab Eliſeo Filiis Prophetarum constructo 4. *Reg.* 6. Manet ergo pro compertiſſimo inter primos illos veteris Teſtamenti Prophetalis vitæ cultores fuiſſe alios, qui ſub auſteriori diſciplina eremi ſpeluncas, ſeu antra incolerent, alios verò, qui ſub mitiori in Vrbibus, & Oppidis populatis.

6 Hæc porrò quæ dixi, imò huius diuerſitatis manſionum cauſam mirificè, & ad intentum præſens corroborat Ioannes Ieroſolymitanus Patriarcha in libro *de inſtitutione monachorum*, Patrum Bibliothecæ inſerto *cap.* 21. iuxta diuiſionem capitum huius libri, quam tom. 3. Annalium ſequor, ſic inquiens: *Licet autem Elias, & Eliſæus cum cæteris eiuſdem propoſiti religioſis viris filiis Prophetarum manerent præcipuè in eremis; iubente tamen Deo, propter vtilitatem ſui populi, ciuitates, & villas interdum frequentabant, miracula in populis operantes, & futura eis prædicentes, vitiaque hominum caſtigantes, & eos ad Deum reuocantes, atque ad ſuam propheticam religionem multos attrahentes. Vnde in ſuburbanis quarundam ciuitatum, & villarum terræ promiſſionis, maximè autem in Galgala, & in Bethel, & in Hiericho, & in Samaria habuerunt cuneos filiorum prophetarum virorum religioſorum, ſicut legitur in libro Regnorum, apud quos manebant dum ad ciuitates, & villas veniebant; & illos de populo, quos ad ſuam propheticam religionem tradere poterant, primò quidem in his conuentibus faciebant erudiri, & in diſciplina prophetica, & in rudimentis religioſæ vitæ monaſtica, vt eos paulatim à conuerſatione vrbium diſtraherent, quos poſtmodum ad eremos transferebant. His enim monachis filiis Prophetarum habitantibus in vrbibus poſtquam erant in rudimentis diſciplinæ prophetica, & vita monaſtica eruditi, videbantur vrbes quaſi carceres, & ſolitudo eis paradiſus apparebat. Saluti ergo ſuæ perfectiùs prouidere curantes, monaſticam, ac prophetalem vitam longè ab vrbibus ducere malebant in ſolitudine, quam appetentes ad eam ſecedebant nutu Prophetarum, qui eos regebant. Hinc in libro Regnorum legimus, hos filios Prophetarum dixiſſe ad Eliſæum: Ecce locus in quo habitamus coram te, anguſtus eſt nobis: eamus vſque ad Iordanem, & ſinguli tollent de ſylua materias ſingulas, vt ædificemus ibi locum nobis ad habitandum.* Certè nihil clarius ab Authore, præſertim ante 1200. annos ſcribente dici potuit: iis enim intentum noſtrum, motiuum ipſius, & cauſam huiuſmodi diſcriminis inter monaſteria eiuſdem etiam Religionis perſpicuè deſcribit.

7 Corroborat idem intentum id quod dixi eo *tom.* 1. *Annal. in Appar. c.* 4. *n.* 9. ex D. Ignatio Martyre *in Epiſt. ad Philadelph.* D. Hieronymo *in Epiſt. ad Euſtochium*, Bellarmino, Suarez, Ægidio Camartho, & Cornelio, ac præſertim ex Thoma Waldenſi *lib.* 3. *doctrinal. fidei, art.* 1. *c.* 1. quodque etiam ex S. Pagina 8
non obſcurè elicitur, fuiſſe videlicet inter filios Prophetarum aliquos cœlibes, aliquos verò vxoratos. Ex hoc enim manifeſtè colligi datur, fuiſſe eo tempore diuerſas manſiones pro vtriſque: non enim cœlibes & vxorati rectè compati poſſent in eodem Collegio, aut eiſdem inſtituti Prophetici ritibus æqualiter vacare. Vnde ſicut ritibus, & cæremoniis diuerſi eſſe debebant, ſic & inhabitationibus, ſeu manſionibus, ita vt illi qui rigidiori obſeruantiæ addicti erant, ab aliis, qui laxiori vacabant, ſecernerentur.

9 Idem quoque argumentum depromitur ex Rechabitis, ſeu filiis Rechab in Sac. Scriptura *Ierem.* 35. valde commendatis. Etſi enim ipſi quadantenus Religioſi dici, & inter Eliæ alumnos numerari deberent, prout eo *tom.* 1. *Annal. ſub ann.* 1359. probatum manet ex D. Hieronymo, Ioanne Hieroſolymitano, Ioanne de Malines, Iacobo Bulduco, & aliis; nihilominus quidam ex illis, qui auſteriori vitæ, & cœlibatui dediti erant, *in Tabernaculis* degebant, vt ex eodem *Ierem.* 35. loco habetur. Eſt autem *Tabernaculum* (Calepino teſte) *ſabdiarium* 10
quoddam tectum, frondibus, ſtragulisque coopertum, aduerſus Solis, tempeſtatumque iniurias; ad inſtar tuguriorum, quæ ex eadem materia fabricantur. Non ſic alij ex ipſis, qui in Ciuitatibus commorati videntur. Prout elicitur ex relato loco Hieremiæ. Dicitur

enim ibi: *Vade ad domum Recabitarum.* Et clariùs
11 inferius: *Cum autem aſcendiſſet Nabucodoſor rex Babylonis ad terram noſtram, diximus: Venite, & ingrediamur Ieruſalem a facie exercitus Chaldæorum, & à facie exercitus Syriæ, & manſimus in Ieruſalem.* Quibus denotatur eos in vrbe quoque Ieroſolymorum habitationem habuiſſe. Ex quo ad intentum noſtrum elicimus, etiam inter pios illos, & commendatiſſimos Recabitas diſtinctionem manſionum repertam fuiſſe, itaut alij communiter cum populo in Ciuitatibus degerent, alij verò non niſi in agris, eremis, aut deſertis, in tabernaculis, vt dictum eſt.

12 Nec incongruè idem dicere poſſumus de Aſſidæis, de quibus mentio fit in Sacra pagina, 1. *Machab. cap. 2. & cap. 7.* Item 2. *Machab. cap.* 14. Hi enim cum iidem eſſent cum Eſſenis, vt eodem primo tomo latè probatum manet, præſertim in Apparatu, *c. 7. n. 9.* ex Genebrardo, Serario, Ioſepho, Stephano, Lorino, Torniello, Philippæo, Bolduco, Coria, Franciſco à Maria, & aliis Catholicis, ac ex Sectariis, Munſtero, Druſio & Bertramo, quemadmodum Eſſeni hanc varietatem manſionum, ſeu Collegiorum habebant, vt iam oſtenderetur, vtrique idem de Aſſidæis dici debet. Quod ſanè ratio ipſa conuincit. Si enim aliqui ex illis belligeri erant, & bellis gerendis cum hoſtibus Synagogæ vacabant, prout habetur ex textu Sacro 2. *Machab.* 14. vbi Alcimus impius ad Regem Demetrium ſic dicebat: *Ipſi qui dicuntur Aſſidæi Iudæorum, quibus præeſt Iudas Machabeus, bella nutriunt;* alij verò contemplationi, ſeu meditationi attendebãt, itaut *nouem horas orationi* vacarent, *cum alij tres tantùm cederent, ac nunquã ferè à Templo recedebant*, prout ex Serario, Scaligero, & Ioanne Druſio dixi eo *tom. 1. ſub ann.* 36 2 2. clarè elicitur, intra idem Aſſidæorum inſtitutum, ſeu congregationem diuerſitatem cæremoniarum, rituum, & obſeruantiarum fuiſſe, ac perinde etiam manſionum, ſeu habitationum.

13 Maximè verò id ſuadetur de Eſſenis, quos in lege veteri incepiſſe, & in lege noua à Chriſto, Apoſtolis, Ioanne Baptiſta, & Marco Euangeliſta in Chriſtianiſmo, ac vero monachiſmo inſtructos fuiſſe exactè probaui *tom.* 1. *&* 2. Annalium, ex plurimis, & grauiſſimis Doctorum teſtimoniis. Hi autem partim in vrbibus, & oppidis habitabant. Prout ſic deſcribit Philo Iudæorum diſertiſſimus *in* Apologia
14 pro Iudæis. *Incolunt multas Iudææ vrbes, multos vicos magnos, numeroſoſque hominum cœtus.* Et Ioſephus 2. de bello Iudaico: *Non eſt*, inquit, *illis vnica ciuitas certa, ſed in ſingula multi ſe domicilia transferunt.* Et inferiùs: *In ſingulis autem Ciuitatibus ex eodem Collegio ſpecialis curator hoſpitum conſtituitur.* Vnde *ſub anno* 3608. *n.* 3. dixi circa id tempus habitaſſe Eſſenos Ieroſolymis iuxta portam *Vallis*, quæ etiam *ſtercoris*, ſeu *ſterquilinij* vocabatur, vel etiam *porta Eſſenorum*, ex Villalpando, & Saliano. Porrò alios ex ipſis ſolitudinis loca incoluiſſe euidenter demonſtratur ex eodem Philone *in libro de Vit. contemplat.* in quo de ipſis agit, vbi ſic: *Singuli habent ſacras ædiculas quæ Semnea vocant, ſiue monaſteria, vbi ſolitarij ſanctæ vitæ myſteriis dant operam.* Clarius ibidem: *Extra mœnia degunt in hortis, ac villis ſolitariis amantes ſolitudinem.* Item ſic veluti exponens quales fuerint huiuſmodi habitatiunculæ in deſertis. *Domicilia verò cœnobiorum ſunt admodum fragilia, parata contra æſtum tantummodò, & frigora, non contigua, vt in vrbibus, non placet id amantibus ſolitudinem, nec tamen longè remota, quia ſocietatem diligunt, vt ſibi poſſint inuicem ſuccurrere contra latronum incurſus fortaſſis.* Nec eſt cur in hoc immoremur, cum pro comperto ſit, & ſæpius à me corroboratum 1. *&* 2. *Tomo Annalium*, Eſſenos iſtos habitationes habuiſſe in Iudæa apud lacum *Aſphaltites*, & in Ægypto apud lacum *Maria* nuncupatum, quæ erant deſerta loca. Huiuſmodi autem manſionum diuerſitatem ex eo ortam fuiſſe, quod etſi inter ipſos viuus eſſet communiſſimus viuendi modus, ſpecialibus tamen ritibus, & obſeruantiis diſcreti erant; itaut alij obſeruantiores, & ſtrictioris, ſeu rigidioris vitæ eſſent, alij veluti mitigatiores, & laxioris diſciplinæ, vt tetigi *tom. 2. in Apparatu, cap. 1. num. 11. & 16.* & conſtat ex iis, quæ in vtroque tomo dicta manent.

Quamuis autem de monachis, aſcetis, ſeu therapeutis, qui poſt Chriſti, & Apoſtolorum tempora 15
immediatè in Eccleſia floruerunt, & quos ad inſtitutum Elianum, & Propheticum ſpectaſſe *in 1. tom. Annalium*, ſæpius comprobaui, nihil certi ex hiſtoriis dici poſſe videatur, quia eorum geſta non ita clarè, & perſpicuè, ſed lubricè, & ſubobſcurè ab ſcriptoribus deſignantur: nihilominus in primo Chriſti ſæculo inter monachos eam vitæ rationem viguiſſe, vt alij ſtrictiùs, alij ſuauiùs; quidam in vrbibus, alij in deſertis degerent, haud difficilè oſtendi poteſt. Etenim Therapeutæ illi, ſeu monachi à D. Dionyſio commendati *in lib. de Eccleſiaſt. Hierarch. c. 6.* Demophilus, & Caius, ad quos litteras ſcribebat, qui etiam Aſcetæ, Therapeutæ, & monachi illius æui erant, quantum ex eodem Dionyſio elici valet, communiter cum ſæcularibus aliis, etſi ſub monaſtica forma, in vrbibus conuiuebant. Martha etiam Virgo Chriſti Domini hoſpitio celebris duo eiuſdem methodi Monaſteria in Galliis conſtruxit, virorum alterum, alterum fœminarum, vel ſaltem virginum vnum, prout 2. *tom. Annal. ſub ann. Chriſt.* 48. dicebam, in locis ſanè populatis, vbi Maximinus manebat. Similiter S. Elpidius Iacobi Apoſtoli diſcipulus alterum eiuſdem normæ Cœnobium Toleti in Hiſpania fundauit, prout ex Luitprandi fragmentis dixi eo loco, *ſub ann. Chriſti* 105. E conuerſo autem alia Marthæ Soror Magdalena pedibus Domini per contemplationem aſſueta, *aſperrimam eremum petiit, & in loco diuinitus præparato* 30. *annorum ſpatio hominibus incognita manſit*, inquit S. Antoninus in ipſius hiſtoria, & alij plures. Quam etiam eremiticam viuendi methodum æmulatus eſt cum Carmeli Anachoretis S. Amator coniux Veronicæ, aliis Veronicæ, cui Dominus ſpeciem ſuam expreſſam dedit. De eo enim extat luculentum illud teſtimonium, quod legitur in fragmentis Luitprandi, *fragm.* 209. videlicet: *S. Amator coniux Veronicæ, cui Dominus faciem ſuam expreſſam dedit, famulus S. Virginis Mariæ, & Ioſeph, & Domini baiulus, ac nutricius, poſt diſceſſionem eius ad cœlos, eius hortatu S. Martialem cum coniuge ſequutus eſt ad Gallias, vbi ſicut viderat propè Nazareth eremitas Montis Carmeli, eam vitam in editiſſimo monte ſequutus eſt. Vixit ibi multos annos agens vitam magis cœleſtem, quàm terrenam: creditur deceſſiſſe anno 75. celebratur 1. die Nouembris.* Conſonat etiam D. Antoninus 1. *part. Hiſtor. tit. 6. cap.* 22. §. 2. vbi loquens de S. Martiali inquit: *Venit autem cum B. Petro Apoſtolo Romam, & per eum miſſus fuit in Galliam, habens in comitatu ſuo Amatorem, & coniugem eius Veronicam, quæ familiaris, & præcordialis amica fuit Virginis Mariæ. Sanctus verò Amator in rupe, quæ modò* Amatoris *dicitur, ſolitariam vitam egit, ibique obiit. Veronica autem S. Martialem prædicantem ſequuta eſt in territorio Burdigalenſi, ibique conſenuit.* Adde Eſſenum illum, cui *Abbas* nomen, quem Flauius Ioſephus Iudæus æmulari cupiens in ſolitudine mira vitæ auſteritate degentem adiit, & cum eo per triennij ſpatium conueniens, ipſum poſtea deſeruit, Phariſæorum ſecta magis delectatus. Rem ſic enarrat Cedrenus *in hiſtor. Compend. in Claud. Imper.* de Eſſenis agens: *In hoc ſtudio, cùm Ioſephus ad ſummam*

perſe

perfectionem perueniens maiores adhuc facere progreſſus cuperet, audito quendam in ſolitudine vitam degere, Abbam nomine, cui ſub arboribus latibulu, veſtis, cibus, quod terra vltro educeret, ductus æmulatione eius tam abſoluta exercitationis, ad ipſum ſe contrahit, trienniumque cum homine verſatus, in vrbem redijt, Phariſæorumque iuſtam vitam colust. Eadem Georgius Peccator *in Chronic.* etiam *ſub Claudio*, interprete Leone Allatio, commemorans Ioſephum præfatum adiiſſe quendam Eſſæum Abbam nomine, qui ante alios eo inſtituti genere vteretur; nam veſtem illi arbores ſubminiſtrabant, alimenta vltro terra educebat, & quod eius ſummæ exercitationis æmulatione raptus ad illum ſe contulerat, ſed poſtquam per triennium cum illo verſatus eſſet, Romam rediit, & Phariſæorum ſectæ nomen dedarit.

16 In ſecundo Chriſti ſæculo ſequenti, ſicut Anachoreticam ducebat vitam Teleſphorus Papatum poſtea aſcenſurus, pro vt vnanimis ferme DD. ſententia eſt, ſic ciuilem, & Vrbanam S. Veneranda, alias *Venera ſeu Venerdia*, Virgo in Monaſterio quodam ſub Abbatiſſa, & contubernio Monialium, quemadmodum eo *tom. 1. ſub ann.* 143. ſcripſi, ſimiliter ſicut communem, & oppidanam vitæ rationem obſeruaſſe viſæ ſunt Virgines illæ monialium inſtar conſecratæ, de quibus Pius Papa I. *tom. 1. Concil. inter decreta ipſius*: quod refertur *Can. Virgines non velentur*, 20. *q.* 1. his verbis: *Virgines non velentur ante viginti quinque annos ætatis, niſi forcè neceſſitate periclitantis pudicitia virginalis. Et non ſunt conſecranda, niſi in Epiphania, & in Albis Paſcha, & in Apoſtolorum natalitiis, niſi cauſa mortis vrgente.* Et aliæ, quarum meminit S. Soter Papa in Epiſtola quadam decretali præcipiens ne ſacra vaſa, vel ſacratas pallas contingerent, prout habetur *can. Sacratas diſt.* 13. Et ex viris S. Helenus cum ſuis monachis Eſſenis in monaſterio Alexandriæ, vbi poſtea S. Eugenia cum Protho, & Hiacyntho ſociis vitam monaſticam geſſit. Item illi qui in Bannochorenſi cœnobio in Anglia ſub hoc tempore viguiſſe hiſtoriæ huius nationis narrant. Sic quoque Anachoreticam ſeriem ſectatas fuiſſe Serapionem, Epiſcopum poſtea Antiochenum, & Narciſſum Hieroſolymitanum Antiſtitem, ex eorum geſtis, quæ retuli eo *tom. 2. ſub ann. Chriſti* 186. *&* 189. ſufficienter habetur. En iam prudens lector, quomodo in eo etiam ſæculo diuerſitas vigebat Ordinis monaſtici profeſſorum, ita vt alij communi via oppida, & vrbes incolerent, alij Anachoreſin.

17 Extat & clariſſimum, ſimulque luculentiſſimum huiuſce rei exemplum in S. Frontinio huius ſecundi ſæculi Abbate percelebri, prout ex Vitis Patrum, *lib.* 1. in vita ipſius habetur; ibi enim conſtat in Nitriæ partibus ipſum cum monachis ſeptuaginta in monaſteriis in populatis locis habitaſſe, & maioris perfectionis zelo, vt ad eremum pergerent conſocius ſuaſiſſe. *En quid nobis* (dicebat) *& mundo damnabili, cuius operibus renunciare omni modo condecet, vt cæleſtem conſequamur vitam? Quapropter pergamus ad eremum, nihil nobiſcum ferentes ad acquirendam cæleſtem gloriam, & ſuperiorem inueſtigamus ex virtutibus diſciplinam. His dictis, vniuerſi conſenſere: deferentesque ad eremum ſecum parua olerum ſemina, & bis acutos paruoſque ſarculos, vnde humum defoderent, profecti ſunt, & venerunt ita in eremum.* Subiungit hiſtoricus, qualiter in eremo omnes habitarent Deo ſeruientes; & quo modo tentati fratres cogitatione redeundi ad Vrbem ob inopiam, & egeſtatem, quam metuebant, à Frontonio conſolationem, & à quodam diuite ſubſidium, & prouiſionem per camelos annona onuſtos, vrgente Angelo, quia diuiti eidem in ſomnis apparens id præceperat. Quod maximo miraculo peractum eſt, eo quod cameli illi, nullo ductore, ad ipſos in eremo commorantes peruenerunt. Certè clarius nihil vel deſiderari potuit pro intento noſtro roborando de monachorum diuerſitate ſtrictiori, & laxiori, etiam ſub eodem inſtituto communi.

Tertio quoque Chriſti ſeculo monachorum fertiliſſimo plura ſuppetunt eius rei exempla. Nam primò de Eremitis, ſeu ſtrictioris monachiſmi in deſerto cultoribus extat vnus Paulus tam celebris, vt encomiaſticè & veluti per antonomaſiam *Eremita primus* appellatus fuerit. Deinde Dionyſius S. poſtmodum Romanus Pontifex ex Anachoreſi ad Pontificatum euocatur, vt in prædicto 2. *tomo Annal. ſub ann.* 247. oſtenſum manet. Item inſignis Chariton, ex cuius geſtis apud Lypomanum, Surium, Morigiam, & alios habemus fundatorem extitiſſe eorum Cœnobiorum, quæ apud S. Ciuitatem Ieroſolymæ vocata fuerint *Laura*, in deſerto. Et Sabbas, Iſaias, & alij 36. Martyres, & monachi, qui in Sina monte Arabiæ degebant, quoſque commemorant Martyrologia, Romanum Græcorum, Molani, & alia apud Bullandum *in Actis Sanctorum* 14. *Ianuarij*. Et ſuper omnes magnus Antonius, qui monachiſmi illuſtrator eximius, *ſolus contendit ad montem, & eremi adhuc monachis ignota vitæ rupta mora, viam conatus eſt pandere*, vt inquit Athanaſius *in eius vita*. Quod geſſit, prout ex eadem habetur, Monaſteriola in Eremis condens. Præter hæc autem rigidioris monachiſmi habitacula fuiſſe quoque mitiora, & communiora alia in vrbibus, ſeu oppidis, elici videtur ex hiſtoria SS. Iuliani, & Baſiliſſæ, qui in Antiochiæ partibus Monaſteria virorum, & fœminarum conſtruxere, in quibus decem millia morabantur. De quo Bollandus ſuprà *ſub die* 9. *Ianuarij*, ex pluribus Martyrologiis, faſtis, & authoribus. Item ex iis, quæ de S. Fructuoſo noſtro dixi *ſub ann.* 137. Tyrocinium namque ſui monachiſmi habuiſſe videtur in Monaſterio Alexandrinò plurium monachorum lycæo, vt eo loco dictum. Ex quibus, & aliis quæ afferri poſſent ſatis colligitur eo etiam æuo diuerſas vias, planiores alias, & alias rigidiores, per quas monachiſmi ſectatores incedentes ad cœleſtia Regna properabant. 18

De quarto porrò ſæculo ab anno ſcilicet Chriſti trecenteſimo vſque ad 490. ſuperfluum videtur loqui, cum innumeræ monachorum myriades hoc æuo militantes reperiantur, qui Chriſti ſponſam, Eccleſiam, præfata varietate Cœnobiorum circumdabant. Scilicet ſub Antonij diſciplina in Ægypto; Hilarionis in Palæſtina; Amonij in Nitriæ monte; Cyrilli Nicomedienſis in ea vrbe; Monaſterij Hermopolitani in Thebaida (vnde magnus ille eremita Onuphrius prodiit) Pachomij in Tabenna; Maximi Baſilij in Ponto; Hieronymi, & Paulæ in Betelehem; Ioannis Ieroſolymitani, Eutitij, & Capraſij in Carmelo; D. Martini Turonenſis in Galliis; S. Auguſtini Eccleſiæ iubaris in Africa; Apollonij in Thebaida: Oxyrinchanæ vrbis in eadem Thebaida; Poſthumij circa eandem regionem; & Orſis, vel Orſiſis in Tabenna. Ex iis enim aliqui ſtrictiori vita, alij laxiori, alij media in diuerſis manſionibus, quas *Cellulas* appellant, Ruffinus *libro* 2. *vit. Patr. in præfat. & lib.* 3. *num.* 119. & Eucherius *in lib. de laud. Erem. ad Hilar.* vacabant, prout ex D. Hieronymo, Theodoreto, Euagrio, Palladio, Heraclide, Ioanne Hieroſolymitano, & aliis, qui ipſorum acta deſcripſerunt, quorum plurima eo ſecundo tomo Annalium exſcripſi, luce meridiana clariùs conjici datur. Vnde de Nitrienſibus monachis, qui ſub 19

Amone

Digitized by Google

A mone in eo monte Eſſenorum ſtrictam vitam ſectabantur Palladius *lib. 8. Vitar. Patr.* ſeu *in Hiſtoria. Lauſiaca, cap. 68.* dicit: *Alij quidem ex ipſis verſabantur in contemplatione, alij verò in actione.* En munerum diuerſitatem in eodem inſtituto. Hinc Caſſianus *in præf. ad 7. vltimas collationes PP.* commendat Iouinianum, Minetuium, & Leontium monachos, quod non ſolum (inquit) *Cœnobialem profeſſionem monachos apprimè expetere, verùm etiam anachoreticam ſitire ſublimitatem veſtris inſtitutionibus prouocaſtis.* Hinc etiam in Actis S.
21 Epiphanij apud Surium die 12. Maij legitur de quodam monaſterio ſub Luciano, *quod habebat decem monachos, qui quidem libros diligenter ſcribentes ex iis ſibi victum parabant.* Quæ ſi conferas cum aliis, qui merè ſoli contemplationi, & vitæ auſteritati attendebant, comperies ſanè in domo Dei manſiones multas, diuerſa, que eſſe iuxta Seruatoris noſtri ſententiam.

Sed iam altius petamus, ex his nempe, quæ in hoc quarto ſeculo, vel circiter contigere, aut ſcripta ſunt: etenim ex illis liquidò conſtare poterit ſemper inter monachos eam conſuetudinem extitiſſe, vt præter communia Cœnobia, in quibus collegialiter viuebant, haberent etiam loca ſeparata pro
22 anachoretica palæſtra exercenda. Primò enim Trullana Synodus *can. 41.* quam ad hoc intentum afferunt Poſſeuinus *in Biblioth. Selecta, lib. 5. cap. 4.* & Haeftenus *lib. 3. Diſquiſit. monaſtic. tract. 2. cap. 4.* Definiuit loquens de tranſitu Cœnobialis vitæ ad Anachoreticam: *Quadriennio toto multis modis in Monaſteriis probatos, & accedente Epiſcopi examine, & iudicio ad illam admitti poſſe.* En iam habitationum, ſeu manſionum inter monachos approbatam diſtinctionem. Item celebris author noſter Thomas Vvaldenſis *tom. 1. lib. 3. artic. 1. cap. 50.* expreſsè ait, quod tempore Sancti Auguſtini præter Religioſos in eremis commorantes erant etiam alij Romæ, & Mediolani. Quod probat ipſius Auguſtini teſtimonio. En etiam eo tempore diuerſitatem viuendi, arctiorem ſcilicet, & minus rigidam inter Religioſos. Clariſſimè id quoque innoteſcit (eſtque perſpicuum pro noſtro intento argumentum) in hiſtoriis Sanctorum Sabæ, Euthymij, & Theodoſij, quas ex Cyrillo monacho magnæ authoritatis viro, prout ſæpius Baronius recitat, habet Surius, & ante ipſum Metaphraſtes. In eis namque apertiſſimè conſtat, fuiſſe in partibus illis Palæſtinæ, præter Cœnobia, vbi monachi conuentualiter degebant, manſiones quaſdam eremiticas à cœnobiis ſeparatas, quas *Lauras* appellabant, ad quas Deo, ſibique vacaturi, Prælato conſentiente, ad tempus recedebant. Vnde hi duo, Sabas, & Theodoſius, curam omnium monachorum ad Ieruſalem ſuſceperant; Sabas Anachoretarum in *Lauris* viuentium; Theodoſius verò Cœnobitarum in Cœnobiis: & propterea Cœnobiarcha dictus. Sic Sabas decennium habitauit apud Theoctiſtum, & inde ad Anachoreticam Lauram pertranſiit. Sic etiam è contra Aphrodiſius cum 30. annos in Laura tranſegiſſet, à S. Saba petiit, vt ad cœnobium Theodoſij tranſitum faceret. Sic quoque Barnabas Anachoreta, cum pes eius, ob infixam ex arundine feſtucam, eſſet læſus, coactus eſt aſcendere ad Monaſterium *Turrium*, ſibique vnam cellam accipere, cum prius in quadam deſerti iuxta Iordanem ſpelunca habitaſſet. Rem geſtam refert Pratum Spirituale *cap. 10.* De his porro Haeftenus relatus tum ſupra, tum *lib. 1. tract. 6. diſquiſ. 4. & tractat. 5. diſquiſ. 14. & lib. 3. tractat. 3. diſquiſ. e.*

Præterea de quinto, ſexto, ſeptimo, & ſequentibus ſæculis vſque ad 12. vel 13. in quibus Mendicantes florere cœperunt, vel de nouo exorti, vt grauiſſimi Dominicani, & Religioſiſſimi Franciſcani; vel ex eremis ad vrbes excitati, vt Carmelitæ cum Auguſtinianis, actum agere, & ſolem illuminare eſſet, ſi conaremur oſtendere in ipſis eam diuerſitatem Monaſteriorum, ſeu Cœnobiorum fuiſſe aliorum nempe in quibus arctiùs, & rigidiùs monachi viuerent, in eremis præſertim, & deſertis locis; aliorum verò, in quibus laxiùs, & liberiùs; citra tamen veræ, & ſanctæ diſciplinæ Regularis limites, & cancellos. Pro quo Canonicorum Regularium Baſilianorum, Benedictinorum, Ciſtercienſium, Cluniacenſium, Camaldulenſium, Præmonſtratenſium, & ſimilium hiſtoriæ mira, multaque ſuppeditant. Ac maximè Lerinenſis Cœnobij in Galliis celeberrimi, de quo id ſignanter animaduertit Haeftenus *in diſquiſit. monaſt. libro 1. tractat. 5. diſquiſit. 3.* ex teſtimonio Sidonij *lib. 9. epiſt. 3.* ſic ſcribentis Fauſto: *Precum poricas inſulanarum, quas de palæſtra congregationis Eremitides, & de Senatu Lerinenſium cellulanorum, in Vrbem quoque tranſtuliſti.* Vbi per *Cellulanos* Cœnobitas, & per *Eremitides* Anachoretas intelligit. Vnde Thomas Bozius *lib. 9. de ſignis Eccleſ. capit. 4. numero 14.* disertè notat, plerumque geminos in Eccleſia Dei excitatos Religioſorum cœtus fuiſſe, quorum alter contemplationi magis, & ſolitudini deditus eſſet, alter verò actioni, & frequentiæ. Prioris quidem Ducem facit Antonium; poſterioris Baſilium: ſanctum verò Benedictum, Romualdum, Robertum, Brunonem, Antonij magis imitatum eſſe inſtitutum; Auguſtinum verò, Euthymium, Studitas, Norbertum, Baſilij ſectatores iret. Cæterum ipſum Baſilium hanc vitæ diuerſitatem in ſuis monachis affectaſſe, ex his, quæ de ipſo eius amiciſſimus Nazianzenus in Oratione de eius laudibus dixit, haurire poſſumus. Sicut etiam quod S. Benedictus non ſolum Cœnobitas Monaſterienſes, ſed & Eremitas quoque direxiſſe, ex Bellotto monacho Caſſinenſi approbat eius antagoniſta Gallonius *in Apolog. pag. mihi 51.* Elici id quoque egregiè poteſt ex hiſtoria Sanctæ illius quondam peccatricis Mariæ Ægyptiacæ dictæ, quæ extat *tom. 1. Vit. Patr.* vbi habetur in quodam Monaſterio degentes monachos ea lege aſtrictos fuiſſe, vt Quadrageſimæ tempore illud dedererent, & ſolitudinem petentes in ea habitarent circa Iordanem, donec reſurrectionis Dominicæ dies adueniret. Vnde contigit, vt vnus Zoſimus id cum aliis peragens Mariam in ea Eremo reperiret. Deinde ex Ioanne Climaco *ad Paſt. cap. 10.* Vbi laudat Ioannem Monachorum Præſidem, quòd haberet *Laurum* quandam præter Cœnobium, quò *ad ſolitudinis quietam perfectiores deducebat.* Item ex D. Iſidoro *lib. 2. de officiis, cap. 15.* qui diuerſitatem hanc manſionum refert, & approbat. Ac ex D. Romualdo, qui vt habetur in hiſtor. Camaldulenſi *lib. 1. c. 5.* vbicunque loci opportunitas ſe offerebat, non longè à Monaſterio *Eremum* quoque condebat. Ante ipſos etiam S. Columbus Pictorum Apoſtolus, & plurium monachorum Pater circa Scotiæ partes, non ſolùm Monaſteria pro Cœnobitis, ſed etiam manſiones Eremiticas pro Anachoretis inſtituit, prout ex Adamnano in eius vita *lib. 3. cap. 18.* & Haefteno relato *diſquiſit. monaſt. lib. 1. tractat. 6. diſquiſit. 8.* infertur. Ac maximè S. Fructuoſus, qui in Hiſpaniarum partibus Monaſterium *Complutum*, ſeu *Compluticum* appellatum inſtituit, vbi erant *Monachi*, & 23

Anacho

Digitized by Google

Anachoreta. Sic enim ex teſtimonio Regis Chin-
daſvinti elicit idem Haeſtenus *tractat. 7. diſqui-
ſit. 7.*
25 Si verò petatur, an ex hoc duplici monachorum
genere, ſolitariorum nempe, qui auſteriori vitæ va-
cant, & Cœnobitarum, qui mitiori (quorum primum
cordi Eccleſiæ, ſecundum collo comparat Vualdenſis
noſter *tom. 1. lib. 1. art. 2. cap. 14.*) vnum ex alio pro-
genitum eſſe debeat, reſpondet Petrus Rouerius *in
Illuſtrationibus Hiſtoriæ Monaſterij Reomaenſis,*
26 *num. 11.* quem refert Benedictus Haeſtenus in *vita
S. Benedicti Commentario num. 12.* ſic. *Quamuis mo-
naſtica militia lex fuerit, ſolitarios ferè ex cœnobitis
fieri; quos tamen Deus ad magna deſtinauit, eos fermè
communi cæterorum hominum lege non coërceri. Cœno-
bitas enim ex ſolitariis contrario more exiſtere plerum-
que voluit, quos religioſæ vitæ columnas, atque auctores
eſſe toto terrarum orbe cupiebat. Ita Antonium ex Ni-
lotica, Pachomium ex Thebana, Baſilium ex Pontica,
Hilarionem ex Palæſtina, Macarium ex Scetica, alios
alia ex eremo, ad inſtituendas in Oriente Cœnobitarum
acies euocauit. Ita Martinum Turonica, Honoratum
Lerinenſis, Romanum Tarenſis, Benedictum Sublacenſis,
Columbanum Luxouienſis, alioſque non paucos alia
ſolitudines Cœnobiorum Patres Occidenti dedere. Ad
quorum exemplum & S. Ioannes Reomaenſis Abbas
duplicis ſe ſolitudinis inhabitatione ad religioſæ vitæ*
27 *magiſterium informauit.* Hactenus ille. Idem con-
firmat Gazæus *ad cap. 9. collat. 18. Caſſiani,* dicens:
Magni Antonij Abbatis exemplo, qui primò qui-
dem Anachoreticam, deinde Cœnobiticam vitam
exercuit, ac tandem ad Anachoreticam redijt, prout
ex eius vita habetur, contigiſſe reciproco quodam
ordine, *Anachoretas* generare *Cœnobitas*, & vice
verſa, *Cœnobitas* parere *Anachoretas.* Nihilomi-
nus communis fermè PP. Doctrina eſt, Anacho-
reticam vitam permittendam non eſſe, vel ſaltem
non fuiſſe permiſſam, niſi iis, qui in Cœnobitica
antea exercitati fuerunt. Sic habet Eccleſiæ lumi-
nare Hieronymus *epiſt. 4. ad Ruſticum*, Caſſianus
collat. 19. cap. 10. & lib. 8. Inſtit. cap. 18. Ioannes
Ieroſolymitanus noſter in ſuperioribus relatus. Et
Sabbas *Laurarum* Pater, qui teſte Cyrillo *in vit.
B. Ioannis Silentiarij*, hoc axiomate vtebatur: *Sicut
flos fructum præcedit, ita vita Cœnobitica Anachoreti-
cam.* Fauet Trullana Synodus in ſuperioribus relata,
quadriennij probationem exigens, vt ex cœnobiis
ad eremos monachi tranſeant. Et D. Iſidorus *lib. 2.
de officiis, cap. 15.* xx. vel xxx. annos (iuxta alios)
ad hanc mutationem requirens. De illa porrò
28 Haeſtenus relatus *lib. 3. tractat. diſquiſit. 4.* Et ante
ipſum, & alios neotericos noſter Arnoldus Boſtius
*in ſpeculo hiſtoriali ſectatorum Eliæ, & Eliſæi, lib. 2.
præſertim cap. 6. &* 10.
29 Ad Mendicantes porrò accedendo, certo certius
eſt, in iis ſemper hoc manſionum, ſeu habitaculo-
rum diſcrimen viſum fuiſſe; in quorum aliquibus
Religionis forma adamuſſim, & exactè obſeruata
ſit, in aliis verò non niſi mitiori, & benigniori
30 methodo. Et vt ab Illuſtriſſimorum Patrum Do-
minicanorum familia clariſſima exordiar, quam cæ-
teris Mendicantibus S. Sedes Apoſtolica præcedere
ſtatuit, pro comperto eſt hoc obſeruari, prout à Re-
uerendiſſimo eius ordinis Generali Ioanne Baptiſta
Merino audiui, & iuxta ipſorum S. Conſtitutiones,
diſtinct. 2. cap. 1. vbi hæc antea ad intentum. *Cæte-
rùm, quia magis bona ſpiritualia, quàm temporalia
in conuentibus noſtris conſeruari debeat, declaramus
pro reformatione obſeruantiæ regularis iſtud à Bo-
nifacio Papa IX. & à B. Raymundo Capuano Ge-
nerali olim Magiſtro ſtatutum, & poſt in Capitulo
Salmanticenſ. 1551. Rom. 1558. Bononienſi 1564.
Rom. 1569. & Valliſoleti 1605. ſtrictiſſimè man-
datum eſſe omnibus Reuerendis admodum Patribus
Prouincialibus, vt vnuſquiſque in ſua Prouincia
vnum, vel plures Conuentus iuxta qualitatem, & nu-
merum fratrum deputet, in quibus Regula, & Con-
ſtitutiones Ordinis noſtri cum omni rigore ab omnibus
illic degentibus ad vnguem obſeruentur, nec cum ali-
quo ibi commorante in carnibus, vel aliis regulari
vitæ repugnantibus quoquo modo, aut quouis præ-
textu, vel colore, niſi propter actualem infirmitatem
dumtaxat diſpenſari poſſit. In quibus Conuentibus,
& locis nemo inuitus rogatur manere, nec aliquis
nolens à ſuo retrahatur feruore, niſi quem iam arrepti
propoſiti, & cœpta obſeruantia pœnituerit.* Vidi
hoc Diploma Bonifacij IX. in quo decretum per
B. Raymundum de Capua ſacerrimæ huius familiæ
Generalem, ac Sanctæ Catharinæ Senenſis Confeſ-
ſarium promulgatum, quo ſtatuerat, vt in qualibet
Prouincia eſſet vnus locus dicti Ordinis, in quo
regularis obſeruantia ſecundùm ſtatuta B. Dominici
Prædic. ſeruaretur, corroborat, & confirmat, & ſub
excomunicationis pœna ipſo facto incurrenda Con-
uentus ſic reformatos à nemine impediri, aut reuo-
cari mandat. Vidi etiam eiuſdem Raymundi opuſ- 31
culum ad Philippum de Lauconio Cardinalem
hoſtienſem directum, ex quo plura in ſequentibus
hauriam: & in quo præfatum decretum ſanctiſſimè
defendit. Vidi quoque in Capitulo Generali de
anno 1580. ſic haberi: *Confirmamus ordinationem
totius factam de vno, vel pluribus Conuentibus in
qualibet Prouincia, vel Vicaria in fauorem cupien-
tium arctam obſeruantiam regularem. Addentes tales
à nemine poſſe quomodolibet impediri, iuxta decretum
Bonifacij IX. quod & Reuerendiſſimus magiſter or-
dinis obſeruare intendit; & obſeruari præcepit ab
omnibus diſtrictè.*
In Sanctiſſimo, & Seraphico Minorum Ordine 32
tam expreſsè, & clarè huiuſmodi Monaſteriorum
diuerſitas cernitur ſub quatuor ſupremis Generali-
bus, conuentualium, obſeruantium, capuccinorum,
& Tertij ordinis, quibus etiam aliæ plures Con-
gregationes adnectuntur, vt eam vel referre ſu-
peruacaneum videatur. Nec mirum quidem, quia
eorum primus Patriarcha Franciſcus, prout ex hi-
ſtoriis eius Ordinis habetur, hanc vitam ſepara-
tam ſæpiùs geſſit in Eremis Camaldulæ, Lacus
Peruſini, fontis Plumbi, & aliis. Quod etiam
imitati ſunt SS. Antonius, Bonauentura, & nonnulli
vetuſtiores. Ipſe etiam Franciſcus fratres hoc
modo vitæ vtentes vocat collat. 16. *Milites tabulæ
rotundæ, qui latitant in deſertis*, & in quadam
collatione *opuſcul. S. Franciſci collat. 3.* Eremitis à
Cœnobialem vitam gerentibus ſeiunctis viuendi
formulam ſtatuens dicit: *Illi qui religiosè volunt
ſtare in eremitorio, ſint tres, aut quatuor, &c.* Quod
in Hiſpaniæ, & Luſitaniæ partibus noſtro æuo vi-
diſſe operi mandatum, & magna cum intuentium
ædificatione, teſtatur P. Lucas Vuadinghus *ibidem.*
A Patribus etiam Capuccinis id quoque obſerua-
tum, iuxta decretum primæ Congregationis Alua-
cinæ coactæ, ſcribit eorum Chronologus Bouerius
in Annalib. ann. 1529. Sed rem altiùs inueſtigando
clarè innoteſcit hunc vſum habendi ſtrictioris
obſeruantiæ monaſteria, ſeu Eremitoria in hoc Sa-
cro Ordine, conformem eſſe S. eius inſtitutoris
menti, *in lib. 1. conformit. 6.* Legitur S. P. Franciſ-
cum cuidam Theologo ſui Ordinis petenti licen-
tiam ad Religioſiora loca confugiendi, reſpondiſſe:
*Quod à me poſtulas, à Chriſto ſcias tibi eſſe conceſ-
ſum.* Chriſtus ergo annuit huiuſmodi *Religioſiora
loca eſſe.* In Regula etiam. *cap. 10.* idem P. Fran-
ciſcus ſic habet: *Vbicunque ſunt fratres, qui ſcirent,*
&

& cognoſcerent ſe non poſſe Regulam ſpiritualiter obſeruare, ad ſuos miniſtros debeant, & poſſint recurrere. Miniſtri verò charitatiuè, & benignè eos recipiant. Vtique de conuentibus reformatis eos prouidentes. Quod qualiter faciendum in Conſtitutionibus antiquis Capituli Generalis Aſſiſienſis de ann. 1354. ſic legitur: *Caueant Prælati, ne fratres aliquos ad Eremitoria mittant pro reſidentia ibidem facienda, niſi ſolidos, & probatos, in obſeruantia Regulari.* Supponitur ergo Eremitoriorum vſus in Seraphica Religione. Perſeueraſſe autem in poſterioribus ſæculis ſupponitur etiam in Diplomatibus Pontificiis. In Bulla namque Leonis X. *Ite & vos in vineam meam*, de anno 1517. leguntur ipſa: *Domus, loca, & Eremitoria, quæ fratres de obſeruantia, ſeu alij Reformati hactenus tenuerunt, ipſi Miniſtro Generali, & Prouinciali perpetuò ſubiicimus.* Et in Bulla Clement. VII. *In ſuprema militantis Eccleſia*, ſic præſeruatur hoc ius conuentuum ſtrictioris obſeruantiæ; & præcipitur Prælatis vt eos conſeruent: *In virtute S. Obedientiæ ſtrictè præcipiendo mandamus, quod fratribus dictam ſtrictiorem obſeruantiam deſiderantibus per Prælatos ordinis Minorum S. Franciſci de obſeruantia aſſignentur quatuor, vel quinque loca.* Et in Bulla, ſeu Breui Pij V. *Iniunctum nobis deſuper*, clarè id quoque exprimitur ibi: *In qualibet Prouincia S. Franciſci de obſeruantia duæ ad minus domus, & loca Recollecta eſſe debeant.* Egi de hac Pij V. Bulla *tom. 4. meæ ſumm. verb. monaſteria Regularium num. 16.* cum Rodriguez, & Portello *ibi* relatis. Vnde Antonius Corduba huius S. familiæ egregius alumnus, *in cap. 10. Regulæ, quæſt. 5. circa fin.* inquit: *In ſingulis Prouinciis habentur Conuentus valde reformati, vbi poteſt qui vult, puram Regulam obſeruare, & libenter miniſtri mittunt illuc omnes volentes.* Et ſubiungit poſt: *Et vbi omnia deeſſent manet, libera facultas recurrendi ad Papam, vel Eccleſiam pro debito remedio.* Et Hieronymus Rodriquez *in Compendio, Reſol. 96. num. 9.* inquit: *Apud Minores in vnaquaque Prouincia obſeruantiæ ad minus duo Monaſteria Recollecta vbi fratres arctiorem vitam degant conſtituenda eſſe.* Subiungitque: *In conſtitutionibus verò Toletanis præcipitur, vt ad minus tria loca pro Recollectis habeantur.* Plura alia in Chronicis huius ſacræ Religionis, vbi etiam varia diplomata Summorum Pontificum, præſertim Pij V. Gregorij XIII. Clementis VIII. Pauli V. Gregor. XV. & Vrbani VIII. quibus plures fauores huiuſmodi reformatis monaſteriis conceſſi cernuntur, pro Diſcalceatis præſertim Hiſpaniæ, & Recollectis Galliæ. Mirum proinde eſt, quod eiuſmodi Cœnobiorum ſtrictioris obſeruantiæ in hac religione conſeruatio non rectis oculis à quibuſdam conſpiciatur.

33 Idem quoque cernitur in auguſtiſſima S. Auguſtini Eremitarum familia; non ſolùm propter plures congregationes Diſcalceatorum Italiæ, Hiſpaniæ, & Galliæ, ex quibus conſtat; & in quibus plura extant Monaſteria ſub rigidiori diſciplina, & obſeruantia ordinis: ſed etiam propter diuerſas congregationes vocatas Lombardiæ, Illicitanæ, Peruſinæ, Ianuenſis, Montis Ortoni, Apuliæ, Calabriæ, & Dalmatiæ, in quibus etiam quadantenus ea diuerſitas animaduerti poteſt. Imò propria ſacræ huius Religionis videtur, cum vita Anachoretica ſeu Eremiticam ſimul cum Cœnobitica propter, vel ex nomine *Eremitarum*, quo fruitur, maximè ſi cum Canonicorum Regularium ordine coniungatur, cenſeri poteſt. Eo quoque quod ab illo celeberrimo viro Ioanne Bono nuncupato, qui vitam ſolitariam exercuit, & huic ordini adiunctus eſt, ſui magnam valde propagationem accepit. De illo enim noſter Arnoldus Boſtius *in ſpeculo hiſtorial. ſolitator. Eliæ, & Eliſei, lib. 2. cap. 10.* hæc habet. *Erat quidam frater magnæ ſanctitatis, re, & nomine Ioannes* Bonus, *qui primò apud Videolum Teſenatenſis diœceſis domunculam quandam de aſſenſu diœceſani conſtruxit, & ibi vitam eremiticam in arctiſſima duxit pœnitentia. Cumque fama conuerſationis eius per loca vicina crebreſceret, plurimi ad eum conuerſi ſunt, qui in honore S. Mariæ Virginis conſtruxerunt ibidem monaſterium, in quo ſimul cum dicto Patre virtutum Domino ſedulò ſeruierunt. Creſcente autem illorum monachorum numero, religio illa per eos in diuerſis partibus, in quibus manſiones conſtruxerant, extitit propagata. Vocabantur autem iſti fratres eremitæ fratres Ioannis Boni; cum ipſe fuerit primus inſtitutor eorum, & quaſi Prior Generalis ordinem illum paterna ſollicitudine gubernaret. Cum autem iidem religioſi aliquam de approbatis regulam non haberent, ordini eremitarum S. Auguſtini de mandato Sedis Apoſtolicæ ſunt vniti, ſicque iſte vir Sanctus qui prius ſine regula religioſè vixerat, poſtea ſub regula S. Auguſtini militans per amplius in deuotione ſedula virtutum Domino ſeruiebat. Tandem verò, vt liberiùs orationi, & contemplationi vacare poſſet, de licentia Prioris Generalis apud Ciuitatem Mantuanam locum ſolitarium elegit, ibique Deo deuotiſſimè ſeruiens, ibidem in pace vitam finiuit, & multis miraculis claruit.* En Eremitoriorum vſum in hac Sac. Religione practicatum ab vno eximio ipſius propagatore. Video etiam in Epiſtola Ioannis de Excuria ordinis Prædicatorum celebris alumni ad Carolum Ducem Burgundiæ ſcriptam mentionem fieri octoginta Conuentuum Regularium S. Auguſtini in Alemania Reformatorum.

Porrò de noſtra Carmelitarum vetuſtiſſima fami- 34
lia pro liquido cunctis erit ſemper in ipſa huiuſmodi monaſteria, eremitoria, ſeu habitacula Religioſorum ſtrictiorem obſeruantiam regularis diſciplinæ viguiſſe; ad inſtar & æmulationem eorum monachorum, quos in antiquis ſeculis hanc viuendi normam tenuiſſe, in ſuperioribus demonſtratum manet. Hi namque omnes Eliam, Eliſeum, filios Prophetarum; & in lege noua Eſſenos, Aſcetas, ac Therapeutas (inter quos talis etiam vigebat vſus) pro Ducibus, & Anteſignanis agnoſcunt, vt Annales noſtri oſtendunt. Et quidem Regula B. Alberti ab Apoſtolica Sede vicibus repetitis confirmata haud leuiter id indicat *cap. 2.* dum dicit: *Loca autem habere poteritis in eremis, vel vbi donata vobis fuerint ad veſtræ Religionis obſeruantiam apta, & commoda.* Cum enim primo loco habeatur *in Eremis*, & in ſecundo *vbi vobis donata fuerint*, indigitat ſanè eremitoria, ſeu loca anachoretica præcipua, & primaria noſtrorum habitacula fuiſſe. Vnde quia illa fratres reliquiſſe videbantur, contra ipſos acriter inſurrexit Nicolaos Gallicus ordinis Generalis Antiſtites circa annum 1270. aureo illo libello *ſagitta ignea* nuncopato, quia aurea veluti cuſpide eos qui talia eremitoria ſpreuerant, grauiter pungit. Cuius aliqua ad intentum non extranea hic apponenda. Ex *cap. 1.* illud: *Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus? Diſperſi ſunt lapides Sanctuarij in capite omnium platearum? Heu me mater, quæ me genuiſti, Religio Sanctiſſima, de altitudine excellentis, ac eminentis circumciſionis ſpiritualis olim meritò nuncupata, propter te Propheta lamentatur, & tu propter te lachrymas non effundis.* Et cap. 2. *Quis dabit capiti meo fontem lachrymarum, vt die, noctuque plorans, gemens, & ſuſpirans, tuum contra eos excitem plantatorem, qui te de terra ſolitudinis eradicantes fructifera, in terram ſalſuginis à malitia inhabitantium in ea miſerabiliter tranſplantarunt. Recordare & ſuſpira, & ſuſpirans recordare quàm digna, & quàm ſancta eras in ſtatu priſtino, ac in oculis omnium mirabilis,*

mirabilis ; & famoſa , dum Patres noſtros Eremitas ſanctiſſimos in loco paſcuæ ſpiritualis optimè collocatos , ſuper aquam refectionis mirabiliter educatos , nutritiuo non ceſſabat pabulo ſaginare. Et ex cap. 5. illa : *Audite ergo Eremitæ ab Eremo nuncupati , qui in corde ciuitatis habitaculum elegiſtis , audite inquam, non quod ego, ſed quod Propheta protulit. Vidi,*inquit, *iniquitatem , & contradictionem in Ciuitate : die , ac nocte circumdabit eam : ſuper muros eius iniquitas , & labor in medio eius , & iniuſtitia , & non defecit de plateis eius vſura,& dolus. O quàm tuta,& ſecura extitit manſio veſtra, quæ tot excubiis vtique ſollicitis,tam interius,quàm exterius,horis,ac momẽtis omnibus dignoſcitur cuſtodita. Ecce iniquitas ſuper muros diligenter excubans , vt non ſit in ea qui ſe abſcondat à calore eius. Ciuitatis habitatores ambiens circumcingit , vniuerſos ſui ſigni charactere cupiens maculari.* Opere autem exercuit , quod docuit pius iſte Generalis Nicolaus ; de ipſo enim noſter Boſtius *in ſpecul. hiſtor. lib.* 2. *c.* 10. hæc ſcripſit : *Poſtquam aliquibus annis dictum ordinem laudabiliter rexiſſet, demum renunciauit officio,& ad eremum ſe transferens,ſolitariam vitam duxit , & tandem in maxima ſanctitate ſecunda die menſis Aprilis ab hac luce migrauit.*

35 Quamvis autem Carmelitæ ad Ciuitates acceſſerint,& Eremos reliquiſſe viderentur , nihilominus Reformata, & ſtrictæ obſeruantiæ Cœnobia, ſiue in deſertis locis non reſpuiſſe , ex eo quod de ſequentibus temporibus hiſtorici noſtri narrant , facilè euincitur. Sed multis prætermiſſis , occurrit primò decretum Capituli Generalis Venetiarum de anno 1524. vbi inter alia dicitur : *Ordinamus ,quod in qualibet Prouincia conſtituantur aliqui Conuentus pro totaliter reformatis , in quibus ſint benè reformati fratres.* In Capitulo etiam Gen. Aſtenſi de anno 1473. ſtatutum erat ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna,ne aliquis præſumeret *Conuentibus Reformatis in aliquo derogare.* Deinde , vnum vel alterum Pontificium diploma hoc loco apponendum, in quo talium Reformatorum conuentuum memoria extat. Præcipuè verò vnum Pauli II. quod habetur in Marimagno noſtro , *numero* 27. & in quo Pontifex veſtigiis inhærens Calixti III. & Pij II. Prædeceſſorum , ad promotionem dictorum conuentuum Reformatorum prouidit ne Prouinciales , aut capitulum Prouinciale poſſent pro ſuo libito Priores illis præficere, vel eos amouere ; ſed quos elegiſſent, confirmare tenerentur : nec etiam poſſent fratres illorum extra ponere , aut alios loco ipſorum collocare : & alia fauorabilia pro ipſorum Conuentuum manutentione , & conſeruatione prout ea Bulla ipſius Pauli , quæ talis eſt , liquidò noſcitur. *Paulus*

36 *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei , ad futuram rei memoriam. Circa quorumlibet Regularium ordinum profeſſores eo diligentiùs laboramus , quo fœcundius illorum Religionum fructum videmus afferre ſalabriorem, eoſque poſſe ex noſtris inſtitutis laudabilibus proficere iugiter incrementis. Sanè pro parte dilecti filij Ioannis Soreth Prioris Generalis Ordinis fratrum Glorioſiſſimæ Dei Genitricis , ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli nobis nuper exhibita petitio continebat , quod olim ne in ipſo Ordine ſciſſuram aliquam pullulare contingeret , & vt fratribus dicti Ordinis ſub arctiori obſeruantia Regulæ, etiam per felic. record. Eugenium Papam IV. prædeceſſorem noſtrum mitigatæ Altiſſimo famulantibus fauor debitus impenderetur, & vt quietiùs , abiecto omni timore humano, id efficere poſſent , & in vnitate fraterna charitatis in præmiſſa obſeruantia permanerent , in quibuſdam generalibus , & prouincialibus in ipſo Ordine celebratis capitulis, promouente dicto Generali , inter cætera ſtatutum extitit , vt Priores prouinciales , aut prouinciale Capitulum non poſſent pro libito eiſdem præficere Priores , vel etiam amouere ſine eorum conſenſu , ſed quos elegiſſent, confirmare ; fratres etiam eorum abſque Prioris,& fratrum aſſenſu extraponere, ſiue alios præter eorum conſenſum, ipſorum adiungere nequirent conſortio ; quod quidem ſtatutum , & nonnulla tunc expreſſa per piæ mem. Calliſtum III. confirmata ſunt, necnon per Pium II. Romanos Pontifices , ſimiliter prædeceſſores noſtros : etiam deſuper adiuncto , ne quis ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna reformationem Conuentuum dicti Ordinis impediret, aut ſe illi opponeret quouis quæſito colore , à qua quidem ſententia abſolutionem , niſi reſipiſcerent , Sedi Apoſtolicæ duntaxat , præterquam in mortis articulo reſeruauit. Quare pro parte dicti Generalis nobis fuit humiliter ſupplicatum , vt ſtatuto , & aliis præmiſſis pro eorum ſubſiſtentia firmioris robur Apoſtolicæ confirmationis adiicere , ac aliàs ſuper iis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui dicti Ordinis ſtatum proſperum , & tranquillum paterno zelamus affectu , huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ſtatutum prædictum ratum habentes , & gratum, illud prout in litteris Calliſti , & Pij prædeceſſorum huiuſmodi continetur , authoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus , & approbamus , ac plenum robur obtinere decernimus. Adiicientes nihilominus ad præmiſſa , quod nullus Prouincialis Conuentus dicti Ordinis Reformatos poſſit per Vicarium viſitare , niſi talem Conuentus ipſe requirat ; ſed perſonaliter teneatur eos viſitare cum ſocio , qui fuerit perſeuerans in vita conſimili. Item , quod pro communibus expenſis Ordinis Conuentus hactenus reformati,aut etiam qui in poſterum reformabuntur, vltra ſummam conſuetam , quam antea perſoluebant , taxari, vel compelli non poſſint. Volenteſque , & diſtrictè iniungentes,quod omnis Prior, tam in Conuentibus reformatis prædictis , quàm de cætero reformandis promittat tam confirmanti , quàm Conuentui , in quo recipitur , fideliter obſeruare & obſeruari facere Regulam ſecundum ipſius Eugenij prædeceſſoris mitigationem, vt præmiſſum eſt. Si verò in hoc deſes,ſeu negligens notabiliter repertus fuerit , Prior Generalis , ſeu Prouincialis teneatur eum abſoluere , ſub pœnis , & cenſuris contra impedientes reformationem ; vt ſuprà dicitur, latis. Cæterum,vt Prouinciales ad plantandam in dicti Ordinis Conuentibus , ſuiſque Prouinciis, conſouendamque regularem obſeruantiam per amplius animentur , volumus vt Conuentus, quos iam reformarunt, aut in poſterum reformabunt , ſub eorum obedientia , ſeruatis præmiſſis conditionibus perſeuerare debeant,nec Vicarius cuiuſcumque hoc impedire præſumat, non obſtantibus , &c.* Hæc porrò priuilegia Conuentuum Reformatorum recipiuntur in Capitulo Generali Pariſienſi de ann. 1456. Aſtenſi iam relato , & in ipſorum gratiam præcipitur in Cap. Gener. Paduanu de anno 1532. vt capitula Prouincialia celebrentur in illis.

Eluxit hoc etiam temporibus ſequentibus in Reformatione ordinis facta ab Heroiſſa illa cunctis 37
ſæculis mirabili S. Thereſia Hiſpana Virgine. In duplici enim, ipſaque ampliſſima congregatione Hiſpanica , & S. Eliæ, huius Sanctæ Reformationis, non ſolum conſpiciuntur Monaſteria , in quibus Regulæ exacta viget obſeruatio , iuxta declarationem,& aliqualem mitigationem Innoc. IV. (cum tamen in Religionis corpore obſeruetur ſecundum Eugenij IV. ampliorem mitigationem,) ſed & præter ipſa Reformata Diſcalceatorum Patrum Cœnobia, vbi Cœnobitica exercetur vita , extant quoque Eremitoria deſerta , in Eremis , in quibus Anachoreticam , & Eremiticam ducunt , cum magno ſæcularium exemplo. Prout videre fas eſt in eo quod

vocatur in Caſtellæ Regno *Paſtrana deſertum*, & alio de *Batuecas* nuncupato. In corpore quoque ipſo Religionis, obſeruantia videlicet, paſſim cerni poſſunt conuentus ſtrictioria, & arctioris diſcipli-
39 næ. Quales ſunt illi, quos *Primi inſtituti* inter Patres Siculos noſtrates appellant. Item plures in Belgij prouincia, ac in Neapolitano Regno illi, qui de *Obſeruantia S. Mariæ de la Vita* nuncupantur. Florent, & inſigniter obſeruantes ſunt ij, qui de *Taurinenſi Reformatione* dicuntur. Nec in Bœtica Hiſpaniæ celeberrima Prouincia ſimiles Reformati Cœtus deſiderantur. In Galliis quoque, in multis Prouinciis, Turonenſi præſertim, quæ magna in hoc cum laude cæteris aliis ducatum præbet, ob plurima eius generis Cœnobia viris ſanctitate, doctrina, & nobilitate referta. Eo etiam quòd ſtatutis a Sede Apoſtolica pro hac Turonenſi Reformatione, & aliis approbatis, *capite 2. numero 1.* ſic habetur. *Vt primæuum Sacri Ordinis noſtri inſtitutum, cuius pars olim vnica, nunc verò potiſſima eſt ſtudium diuinæ contemplationis, & ſancta ſolitudinis amor, perpetuò inter nos vigeat, ordinamus quod in qualibet Prouincia quantocius fieri poterit, vnus habeatur conuentus Eremiticus ab Vrbibus, & ſæcularium ſtrepitu ſemotus.* Plura etiam in toto illo capite de huiuſmodi conuentibus. Et quod magni ponderis eſt, in Prouincia Vaſconiæ loco *Gratnuilla* dicto Diœceſis Vaſatenſis, in receſſu quodam, ſolitario loco, ac eremo, Eremitorium nouiſſimè extructum eſt, anno 1639. currente, curantibus Henrico Epiſcopo Vaſatenſi, & Henrico de Gouanai Comite de Marcheville (qui eam ob cauſam Romam magno ſui impendio, & labore venit) annuente Reuerendiſſimo Theodoro Generali, & confirmante Vrbano VIII. felic. record. per litteras datas Romæ eo anno ſub quarta die Maij, in quo primæua, & omninò primitiua B. Alberti Regula abſque vlla mitigatione introducta eſt. Speciali ſanè Dei prouidentia, ne talis Regula obliuione ſepulta maneret. Solicita præterea diligentia Reuerendiſſimi moderni Patris Generalis Ioannis Antonij Philippini Romani ſimilium Cœnobiorum reformatam vitæ normam ſectantium in Germaniæ partibus erectio procuratur, & Dei gratia in aliquibus locis obtinetur. In Illuſtriſſima demum huius ordinis Congregatione, *Mantuana* dicta, eiuſmodi Monaſteriorum diuerſitas cernitur; cum in pluribus communis obſeruantia vigeat, in aliis verò ſpecialior Reformatio, prout in Conuentu *Caſtellina* iuxta Florentiam, his temporibus, & antea in Cœnobiis *Piſtorienſi*, & *Syluarum*.

Ex ordine etiam deuotiſſimo PP. Seruitarum, qui inter Mendicantes quintum obtinent locum, plura ſuppetunt, quæ huiuſmodi Cœnobia ſpeciali vitæ norma Reformata propugnent. Et, vt omittam quæ de Reformata Sanaij Congregatione, ipſiuſque per Vrbes pleraſque propagatione ſcribit Archangelus Giania ſacræ huius Religionis Chro-
40 nologus, *Centur. 1. lib. 1. capite 1. Annalium*, video etiam fermè ab initio ordinis, præter Cœnobia in vrbibus, & oppidis conſtructa, in quibus Regulari Cœnobiticæ vitæ ſerui Virginis vacabant, habuiſſe quoque Eremitoria in deſertis, vbi Anachoreſi, & Eremiticæ etiam attenderent, ſtrictiori videlicet, vt par eſt credere, obſeruantia. Qualia ſunt, Eremus Balneorum *B. Philippi* dicta, ſub Pientinæ Diœceſis præruptas, præcipiteſque rupes: Eremus S. Anſani inter Apenninos, & ſuper fluuium Baniori: Eremus S. Angeli de monte Vicchio prope Burgum S. Sepulchri inter montes illos: Eremus Baracolæ in Maſſa Trabaria ſuper Tiberim: Eremus S. Margaritæ de Barbiano extra Bononiam, in amœno ſitu: Eremus montis Regionis ad quartum milliare Vrbis Senarum, & Eremus S. Margaritæ de Lampoteccio à Piſtorio diſtans. De quibus Gannius relatus *part. 1. Annalium.* Clarius autem huiuſmodi diuerſitatem Cœnobiorum, in quorum aliquibus arctiùs, & ſtrictiùs Religioſa vigeret diſciplina, conijcio ex Marimagno huius Religionis per Innocentium VIII. compilatum. Ibi enim *ſub numero 59.* habetur prohibitio facta *Fratribus de Obſeruantia*, quos Scholiaſtes huius Mariſmagni appellat *Congregationis*, auferendi Monaſteria à fratribus de communi obſeruantia, qui ibidem *Conuentuales* appellantur. Quo ſatis indicatur in hoc etiam ordine reperiri dictam diuerſitatem Monaſteriorum, ita vt alia mitiùs, & latiùs Regulam obſeruent, alia verò ſtrictiùs, & potiùs.

De Sacro præterea Minimorum ordine, qui etiam inter Mendicantes cenſetur, nec in obſeruantiæ rigore, eo maximè, qui in Quadrageſimalis vitæ iugi auſteritate conſiſtit, aliis cedere debet, huiuſmodi variegata Regulæ diſciplina, iure quoque prædicari poteſt. Etſi namque non parua, nec exigua, aut minùs laudabilis vitæ conformitas in eorum inſtituto cerni queat, nihilo ſeciùs cum aliis quoque Sacrorum Ordinum familiis, ad Regis ſupremi dexteram aſtat, & iſta, *in veſtitu deaurato* (charitatis nempe, quæ ipſius theſſera eſt) *circumdata varietate.* Alij namque cum eorum piiſſimo Patriarcha Franciſco Paulenſi, qui eremiticæ vitæ cultor olim fuit, deſerta incolunt loca; alij verò gentibus obuia, & populata. Quidam excalceati incedunt; alij calceis honeſtis ornati, Rigidiori obſeruantiæ alij intendunt, prout de iis, qui Paulenſe Cœnobium Ordinis fontalem originem habitant, à fide dignis audiui: alij verò communi via ſuæ Regulæ, & ſtatutorum contenti non paucos, nec exiguos in Eccleſia Sancta progreſſus faciunt. Hæc cunctis nota, & ea, quæ Franciſcus Lauorius huius Religionis Chronologus *in Minimorum chronico* diſſerte ſcribit. Ad quæ lector, ſi plura pro dictorum robore deſiderat, remittendus; ex quibus non pauca pro animæ ſuæ ſpirituali ſolamine haurire poterit pietatis, & veræ virtutis documenta.

Ex celeberrima tandem PP. Ieſuitarum Religio- 41
ne, quæ etiam inter Mendicantes à Sede Apoſtolica cenſetur, etſi pleraque, ipſaque piiſſima Sociorum exempla afferri poſſent, quibus ſatis, ſuperque innoteſceret, quanti apud ipſos ſemper fuit huiuſmodi ad maiorem perfectionem ſectandam à communi obſeruantia receſſus, eorum Patriarcha Ignatio exemplo comprobante; Montis Serrati enim primum, deinde Manreſæ, & hinc Rubricati amnis ripæ incolatu bene doctus, *ex hoc fonte* (inquit eius Religionis Chronologus Orlandinus *lib. 1. numero 24.*) *quæ geſſit tota vita pro cauſis animarum, quæque perpeſſus eſt, & multò plura quæ cupiit perpeti, ex eodem Sociorum adlectio, & ipſius Societatis conſtitutio, & vniuerſa deſcriptio emanauit.* Vnde ipſe S. Ignatius (eodem Orlandino *lib. 10. numero 66.* atteſtante) huic Manreſano receſſui totius à ſe inſtituti rationem tribuebat. Hinc ſpecialia rigidæ obſeruantiæ ſuorum ſtatutorum domicilia (*domus profeſſas vocant*) inſtituit, in quibus veluti caſtris, vt ait huius familiæ ſplendidiſſimum iubar Franciſcus Suarez, *tom. 4. de Relig. tract. 10. lib. 4. c. 11. numer. 12.* Profeſſi ſe exercent, ſub ſtricta votorum diſciplina, paupertatis præſertim, ſine vllo dominio, vſufructu immobilium, iurium, aut annuorum redditnum. Quod non ſic in ſtudentium

colle

Digitized by Google

collegiis, ſed mitiori obſeruatur modo. Elucet etiam hæc maioris, & arctioris obſeruantiæ diuerſitas in domibus pro inſtruendis tyronibus deſignatis, in quibus adamuſſim, & exactè abſque vlla rigidæ cuſtodiæ Ordinis diſpendio (vocant diſpenſationem) tyrocinium exercetur. Mitto plures huius ſacræ Sodalitatis in deſertis locis conſtitutas manſiones, vbi à mundanarum rerum tumultibus, & ſæculi ſtrepitu alieni noui iſti Ieſſæi, ſicut & veteres illi à Philone *in lib. de vita contemplatiua* commemorati, ſoli Deo vacant, *Solitarij ſanctæ vitæ myſteriis* (vt ille dicebat) *dant operam*. Illarum vna ea forſan eſt, quæ in Complutenſi Tractu, Lotantiam verſus, *Ieſus del monte* nuncupata, cernitur; æſtiuus Sociorum Complutenſium receſſus, à B. Borgia ipſis procuratus; in quo corporis, & mentis tranquillitati addicti, vt hilariùs, & vegetiùs litterariis laboribus in Gymnaſio, hieme redeunte, intendere poſſint, commorantur. Hæc portò de Sacro hoc Cœtu dicta intenti noſtri indicula ſunt: cum equidem, etſi vitæ vniformi impenſiùs incumbat, nihilo ſeciùs manſionum diuerſitatem maioris, & minoris arctitudinis retinet.

Expedientem autem valde eſſe hanc Reformatorum Conuentuum inſtitutionem, in quibus regularis vita ſtrictiùs, & exactiùs à Religioſis obſeruatur, ex multis, variiſque fundamentis efficaciter euincitur. Abſtrahendo tamen ab inuidia, quam cauſare poteſt verbum *Reformatio*, ſeu *Reformati*, quo Hæterologi noſtri temporis abutuntur, ſuam ſectam *Reformationem*, & ſuos ſectarios *Reformatos*, nuncupantes: quia vt rectè D. Auguſtinus *de ſerm. Dom. in monte* admonuit, *oues non debent pelles ſuas deponere, ſi aliquando eis lupi ſe contegant*. Præſertim, cum Concilium Tridentinum
42 hoc loquendi modo ſæpiſſimè vtatur, ſua decreta *de Reformatione* appellando. Primò equidem; quia huiuſmodi conſuetudo videtur veluti a Sede Apoſtolica canonizata etiam de iure communi, & pro omnibus, præſertim Mendicantibus religioſis. Etenim non ſolùm Paulus V. in Bulla Romæ ann. 1606. expedita indulgentias concedit Religioſis, qui huiuſmodi vitæ per decem dies vacauerint, quod eſt veluti typicè, & vmbratieè approbare talem ſeparationem; ſed etiam antiquitus *capite vltim. 20. quæſt. 4.* vbi conceditur, poſſe aſſignari monachis cellas ſeparatas ad ſolitariam vitam, & aſperiorem Regulam ſectandam. Item, quia cum *in cap. vnic. de exceſſibus Prælat.* Bonifacius VIII. ſtatuiſſet, Mendicantes *non poſſe acquirere noua loca ad habitandum, vel antiqua alienare, vel mutare abſque ſpeciali licentia Papæ*, de locis tamen eremiticis ſic ſubiungit: *Per hoc tamen eis, qui vitam duxerint eremiticam, ſeu ſolitariam eligendam de maiorum ſuorum licentia, quin cellas, manſiones, ſeu habitacula in eremo, ſiue locis, vbi non ſit hominum habitatio de propinquo, poſſint acquirere, ac mutare, non intelligimus interdictum.* Quibus ſatis indicat Pontifex, conſuetudinem habendi loca anachoretica inter Religioſos mendicantes laude dignam eſſe. Vnde Gloſſa *ibid. verb. licentia*, inquit: *Nota, quod religioſus mendicans de licentia Prælati ſui poteſt vitam eremiticam eligere.*

43 Idem argumentum ſumitur *ex cap. Priuilegium, de verbor. ſignif.* vbi idem Bonifacius VIII. approbare conſpicitur huiuſmodi loca ſeparata pro religioſis contemplatiuam, & arctionem vitam ducentibus. Dicit enim: *Priuilegium monaſterio tuo conceſſum, vt monachi, ſiue fratres in cellis ad monaſterium ipſum ſpectantibus habitantes, ab alio, quàm Papa, vel eius Legato excommunicari, aut ſuſpendi, vel ipſa cella interdicto ſupponi non poſſint, non fratres in prioratibus, Eccleſiis, ſeu Capellis eiuſdem monaſterij commorantes, aut ipſos Prioratus, Eccleſias, vel Capellas ab ordinariorum iuriſdictione in aliquo, ſed reſidentes tantùm in cellis, & cellas ipſas, hoc eſt loca ſecreta, & ſolitaria, quæ ab hominum ſeparata conuictu ſunt ad contemplandum, & Deo vacandum ſpecialiter deputata, defendat.*

Suadet idem intentum id, quod in opere de *Reformatione Regularium* latius ſcripſi; eſſe videlicet 44
nedum congruum, conueniens, & vtile valde, quin potius neceſſarium Eccleſiæ ſanctæ Regulare inſtitutum, eo quòd eximium, præcelſum, & ſublime à Patribus, & Doctoribus æſtimetur; & *cælum terrenum, paradiſus terreſtris, tabernaculum fœderis, & reclinatorium Sponſi* ab ipſis compelletur; integrum, illæſum, & ab omni labe, & vitioſa fæce purgatum, & immune ſemper permanere. Ad quod neceſſarium eſſe comprobaui orationis valde iuge exercitium; monaſterij clauſuram quoad fieri poſſit; abſtractionem à ſecularibus negotiis, dum charitas, vel obedientia aliud non præſcripſerint; ac maximè exactiſſimam, & illibatam Regulæ obſeruantiam, etiam quoad minima quæque, & ordinis conſtitutiones, ac ſtatuta. Ad hæc enim neceſſarium quoque videtur, in Religionibus reperiri ſpecialiores manſiones, in quibus veluti in *Armatura fortium, Turri Dauidica, & Palaſtra virtutum*, monaſticæ perfectionis cultores fortiores; & robuſtiores contra eaſuis vitia, Diaboli inſidias, & mundi illecebras exerceantur. Si enim pro recta tyronum inſtructione peculiaria Monaſteria etiam à Summis Pontificibus, vt videre eſt in Decretis pro reformatione Regularium Clementis VIII. Pauli V. & Vrbani VIII. ſtatuuntur: Item pro profeſſoriis, vbi nouiter profeſſi in iis, quæ in nouitiatibus didicerunt, ſtrenuè exerceantur: ac pro ſtudiis, & ſtudentibus, vt ſacris litteris imbuantur; ſanè irrationabile prorſus videtur, nolle admittere peculiares etiam domos, & manſiones, vbi Religioſi ſtrictiùs, arctiùs, & adamuſſim ſuæ Regularis diſciplinæ rigorem ab omni relaxationis næuo immunem obſeruent. Tangit hoc punctum B. Raymundus de Capua ſuperiùs relatus in opuſculo illo ad Cardinalem Lauonium directo, vbi ſic: *Qualibet Prouincia habet in ordine noſtro vnum Conuentum, in quo eſt aſſignatum ſtudium generale, & ſi nolunt, & ſi volunt, oportet, quod proficiant in ſcientia, & poſtquam ibi profecerunt, fiunt lectores, & bacchalaurei per diuerſos conuentus, & iterum alij mittuntur loco illorum, & ſic efficiuntur fratres ſcientifici. Quare, obſecro, non poteſt ſic fieri de obſeruantia regulari, ſicut de ſcientia, maximè cum ſcientia inflet; obſeruantia verò regularis ædificet.*

Vrgeo deinde ſanctiſſimum illud Concilij Tri- 45
dentini *ſeſſ. 25. de Regularib. cap. 1.* decretum. *Quoniam non ignorat ſancta Synodus, quantum ex monaſteriis piè inſtitutis, & rectè adminiſtratis in Eccleſia Dei ſplendoris, atque vtilitatis oriatur, neceſſarium eſſe cenſuit, quo faciliùs, ac maturiùs, vbi collapſa eſt, vetus, ac regularis diſciplina inſtauretur, & conſtantius, vbi conſeruata eſt, perſeueret, præcipere, prout hoc decreto præcipit, vt omnes regulares, tam viri, quàm mulieres ad Regulæ, quam profeſſi ſunt, præſcriptum vitam inſtituant, & componant, atque in primis quæ ad ſuæ profeſſionis perfectionem, vt obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis, ac ſi quæ alia ſunt alicuius Regulæ, & ordinis peculiaria vota, & præcepta, ad eorum reſpectiuè eſſentiam, necnon ad communem vitam, victum, & veſtitum conſeruanda pertinentia fideliter obſeruent, omniſque cura, & diligentia à ſuperioribus adhibeatur, tam in capitulis generalibus, & prouincialibus, quàm in eorum viſitationibus, quas ſuis temporibus facere non prætermittant, vt ab*

illi non recodatur, cùm compertum ſit, ab eis non poſſe ea, quæ ad ſubſtantiam regularis vitæ pertinent, relaxari; ſi enim illa, quæ baſes ſunt, & fundamenta totius Regularis diſciplinæ, exactè non fuerint conſeruata, totum corruat ædificium neceſſe eſt. Cum enim ad *profeſſionis perfectionem*, quam Concilium tam enixè commendat, neceſſaria potius, quam perutilis ſit talium ſelectorum Conuentuum erectio, vbi Regularis diſciplina exactè obſeruetur: cum in communibus, & ordinariis id ſæpius fieri nequeat, vel propter magnum concurſum populi ad illos, & cum extraneis commercium, quod crebrius vitari non poteſt; vel propter exercitia Religioſorum, ſtudia videlicet, in quibus occupantur; confeſſiones, quas audiunt; conciones quas, prædicant, & conſilia; quæ pro conſcientiis quietandis præbent, vel ſcribunt; vel propter ſimiles cauſas. Alioquin Religio patietur detrimenta, quæ Concilium auertere conatur; nempe quod ea *quæ ad ſubſtantiam Regularis vitæ pertinent* relaxentur: & illa *quæ baſes ſunt, & fundamenta totius Regularis diſciplinæ, exactè* non conſeruentur.

46 Vrgeo etiam, quod cum via ad maiorem perfectionem nulli præcludi debeat, & *propoſitum diuinitus inſpiratum impedire* non liceat, *cap. licet, de Regularibus.* Vt propterea Religioſo petenti tranſitum ad arctiorem, ſeu perfectiorem Religionem negari non poſſit ſub peccati mortalis reatu, vt dixi *tom.* . . *Summa, cap.* 22. *num.* 13. ex Syluestro, & Miranda, & tenent Barthnlomæus à S. Fauſto, & Bartholomæus de Vecchis, quos refert, & ſequitur Barboſa *in d. cap. licet, num.* 16. proculdubio Religioſo ad perfectam, & exactam ſuæ profeſſionis obſeruantiam, ex propoſito ſibi diuinitus inſpirato anhelanti, non debet negari manſio, ſeu Ciuitas refugij, in qua omnibus obſtacolis Regulari obſeruantiæ obicem ponentibus, commodiùs, & ſecurius obſiſtere queat.

47 Ad id porrò teneri Prælatos Religionum, colligo ex Corduba *in Regula S. Franciſci, cap.* 10. aſſignante duplicem modum obſeruandi regulam, quorum prior eſt obſeruantia ipſius ſine tranſgreſſione quoad præcepta, de poſteriori ſic loquitur conformiter ad intentum, dicens: *Secundo modo eſt regulam ſecundum perfectam puritatem, & rigorem in ſpiritus tranquillitate obſeruare, & ipſi Miniſtri tenentur de præfato remedio perfectionis prouidere. Patet quia Regula ſubſequenter obligatoriè iniungit, dicens; Miniſtri verò benignè, & charitatiuè eos recipiant. Item quia de iure diuino teneatur fauere perfectioni Regulæ, & legis Chriſti, vt habetur 2. Corinth. 10. Item quia iure eccleſiaſtico tenentur quilibet Prælati, vt in c. licet, de Regularib. Vbi ſic habetur: Profectò Prælatus ſine difficultate, & prauitate qualibet debet ſubdito ad frugem melioris vitæ tranſeundi licentiam indulgere, ne videatur propoſitum impedire diuinitus inſpiratum.* Hæc autem obſeruantia Regulæ *ſecundum perfectam puritatem, & rigorem* eſt idem ac illud quod eidem Patri S. Franciſco à Chriſto reuelatum eſt, vt ipſius ordinis hiſtoriæ narrant, *ad litteram & ſine gloſſa.*

48 Specialiter huiuſmodi Reformatorum cœnobia vtiliſſimo pro Sancta Eccleſia eſſe, eo videlicet quod in ipſis veluti in arce fortiſſima ſtrenuiſſimi milites ſemper Deo vacent pro populi Chriſtiani neceſſitatibus ipſum aſſiduè deprecantes, elicitur quoque ex Concilio Auguſtodunenſi ſub Leodegario Epiſcopo, *can.* 15. vbi ſic: *De Abbatibus verò, vel monachis ita obſeruare conuenit, vt quidquid Canonicus Ordo, vel Regula S. Benedicti docet, & implere, & cuſtodire in omnibus debeant. Si enim hæc omnia fuerint legitimè apud Abbates, vel monaſteria conſeruata, & numerus monachorum, Deo propitio, augebitur, & mundus omnis per eorum orationes aſſiduas, malis carebit contagiis.* Quibus etiam fauet S. noſtra Thereſia, quæ, vt in eius vita, *c.* 7. habetur, Eccleſiæ calamitates Religioſorum relaxationi attribuit. Dicit enim Hiſpanico idiomate: *No ſe de que nos eſpantamos aya tantos males en la ygleſia; pues los que auian de ſer los dechados para que todos ſacaſſen virtudes, tienen tan borrada la labor, que el eſpiritu de los Sanctos paſſados dexaron en las Religiones.* Similia fermè reuelata fuiſſe S. Franciſco ex *libro Conformitatum, conform.* 7. *art.* 3. ſic habetur: *Stante in oratione B. Franciſco in S. Maria de Angelis apud Aſſiſium, dixit Chriſtus Franciſco: Si vis vt habeam miſericordiam de populo Chriſtiano, fac vt ordo tuus permaneat, in quo poſitus eſt, quia non remanet mihi plus de toto mundo: & ego promitto tibi quod amore tui, & ordinis tui non permittam mundo euenire aliquam tribulationem, quia ſi in tua Religione non manſerint niſi tres fratres perfecti, adhuc ipſa erit mea Religio, & ipſam in perpetuum non relinquam, & vſque ad diem iudicij perdurabit.* Hæc ibi, piè ſanè & piè intelligenda.

Vtiliſſimo quoque Religioſis ipſis eſſe nedum conuincitur ex dictis, eo præſertim quod pro maiori ipſorum perfectione conſequenda conducat; 49
ſed & quia per hanc viam infamem hypocriſis labem fugiunt, quam deſides, & negligentes ſuæ profeſſionis ſectatores grauiter incurrunt. Tales etenim ſimulatores, & mendaces eſſe ex S. Thoma 2. 2. *quæſt.* 184. *art.* 4. elicitur, & notat Ioannes Tobienſis, *verb. Religio*, dicens: *Ex eo ſolum quod Religioſi deponant intentionem perfectionem proſequendi, tales eſſe in contemptu, & poni à S. Thoma in ſtatu peccati mortalis, tanquam mendaces, & ſimulatores facto, eſt clarum.* 50
Et meritò quidem, quia hypocrita eſt ille qui veluti mimus, & hiſtrio aliam perſonam induit, quàm gerit: Religioſus porrò habitu quem geſtat ſuæ Regulæ exactum profeſſorem ſe nominat, & ſi res cum nomine non cohæreat, fingit, & hypocriſi laborat: ſiquidem veri margariti, obſeruantiæ nempe perfectæ loco, vitrum apparentiæ ponit, vt benè Iſidorus Peluſiota *lib.* 2. *epiſt.* 24. Vnde tritum illud: *Tanti vitrum quanti margaritum* (de Tertullianos *lib.* 4. *contra Marc.*) hypocritis quadrat. Quod ſatis a Deo in ipſorum morte reuelari ſolet. Ita hypocriſim monachi cuiuſdam reuelauit Deus S. Euthymio, cùm Angelum vidit horrenda 51
ſpecie, tridente graui, animam illius è corpore extrahentem, teſte Nicephoro *lib.* 14. *c.* 52. Ita hypocrita monachus fingens ſe abſtinere cibis, cùm occultè comederet, in morte coactus id ipſum publicè confiteri, atque addere: *Ecce nunc ad deuorandum draconi traditus ſum, qui cauda ſua mea genua, pedeſque colligauit, caput verò ſuum intra meum os mittens, ſpiritum meum ebibens extraxit.* 52
Vti refert S. Gregorius 4. *Dialog.* 38. Ita hypocriſim ſuam detexit doctor Pariſienſis: cùm enim in vita probus ab omnibus haberetur, mortuus ex feretro proclamauit: *Iuſto Dei iudicio accuſatus, iudicatus, & condemnatus ſum.* Qua voce perculſus S. Bruno cum ſociis ordinem Carthuſienſium inſtituit. 53

Sed cur in hoc immorandum, cum exacta, & perfecta Regulæ obſeruantia, ad quam huiuſcemodi Conuentus ſpecialiùs Reformati diriguntur, tam per ſe expetibilis, amabilis, & deſiderabilis ſit, vt nihil aliud magis Religioſorum animis inſitum eſſe debeat. Plura de hoc *in opere de Reformatione Regularium, cap.* 5. & 6. dixi, vbi etiam horrendos caſus quorundam Regulæ monaſticæ contemptorum recitaui. Nunc verò ſpecialiora quædam Patrum, & Sanctorum teſtimonia in medium producam. Ex S. Ephrem Syro *in Adhortat.* 1. *ad nouit.* illud: 54

Si

Si in Cœnobio fratrum degeris, regulas conuentuales ne deſpexeris. Si ſolitariam vitam vixeris, caue optimas formas Anachoretarum, qui rectam ſibi ſemitam ſtrauerunt, deprauaueris. Ex Gregorio Nazianzeno, *Iamblic.* 55. iſtud. *Quid eſt monachus? Eſt qui vitus, & Regula, & Deo.* S. Cæſarius *in Regula Sanctimonial.* ſic: *Quia vos Angelis deſidero eſſe conſimiles, iterum atque iterum rogo, & per omnipotentem Deum vos conteſtor, vt nihil de ſanctæ Regulæ inſtitutione minùs permittatis, ſed totis viribus eam cuſtodire, auxiliante Domino, laboretis.* D. Bernardus de præcept. & diſpenſat. ſic: *Omnes magiſtram regulam ſequantur, nec ab ea temerè deuietur.* Vbi temeritatis notam Regulæ transgreſſoribus indicit Bernardus. Alibi quoque, ſcilicet epiſt. 321. ſic: *Rogo vos fratres, & multum obſecro, ſic agite, & ſic ſtate in Domino dilectiſſimi, ſolciti ſemper circa cuſtodiam ordinis, vt ordo cuſtodiat vos.* Diuus Bonauentura *in ſpecul. Diſciplinæ, p.2.c.2.* ſic: *Communem ordinis obſeruantiam ſequantur, perfectioni in ſilentio, & alus inſtitutis pleniùs obtinendis inſiſtant: à qua nec exemplari leuium, vel negligentium aliquorum diſſolutione diuertant.* Eodem quoque libro ſic habet: *Optima religioſi perfectio eſt, perfectè communia quaque conuentualia ſeruare.* Clariùs cæteria D. Vincentius Ferterius tam altè, & excellenter de Regulæ Religioſæ obſeruantia ſentiens, vt *in ſermon. de S. Franciſco* dixerit: *Qui Regulam ſeruat, ſanctus eſt, & poſſet canonizari.* Iſtorum Patrum veſtigia ſequitur S. Ignatius de Loyola celeberrimæ Societatis Ieſuiticæ Patriarcha, Chriſtianique orbis alter ſol, dum Regulæ, & conſtitutionum exactiſſimam obſeruantiam ſuis mandat his verbis: *Omnes conſtanti animo incumbamus, vt nihil perfectionis, quod diuina gratia conſequi poſſimus, in abſoluta omnium conſtitutionum obſeruatione, noſtrique inſtituti ratione adimplenda prætermittamus.* Nonnulla etiam ex Sanctis noſtris Virginibus Thereſia, & Magdalena de Pazzi in eo opuſculo *de Reformat. Regular. cap.* 5. ad intentum hoc adduxi. Quibus modò addendum id quod eadem B. Magdalena in quodam raptu, ſeu ecſtaſi, prout 4. *part. ſuæ vitæ, cap.* 18. ſcribitur, dixit, quæ omnino ad noſtrum thema deſeruiunt, ſi quæ alia: *La cognitione appartenente alla Religione è queſta, conoſcere quanto ſia vtile, è neceſſario il conſeruare la Religione, è Regola in quella primiera cognitione, è rigore, come quando ella fu inſtituta, con oſſeruar perfettamente le promeſſe, è voto, che ciaſcun'anima Religioſa hà fatto à Dio, è ſtar del continuo con l'animo lontano dal ſecolo, quanto è poſſibile.* Meritò autem hæc ab his Sanctis dicuntur, quia Regulæ ſpecialiori quadam ratione dicuntur à Deo datæ, vel inſpiratæ, prout ex Regula S. Franciſci dixeront Leo X. & Iulius III. in ſuis diplomatibus, & de Regula S. Brigittæ dicitur in eius reuelationibus, & tractat Corduba *q.* 1. *introductor. in Regul.* Quibus ſi iungatur, quod ex oppoſito veluti parallelè, tepidi Religioſi, Regularum tranſgreſſores in magno animarum ſuarum periculo verſentur, propter quod D. Auguſtinus tritum illud protulerit: *Sicut non vidi meliores his, qui in clauſtris profecerunt, ita non vidi deteriores his, qui in clauſtris virtuosè ſe habere non ſtuduerunt:* & Dionyſius Carthuſianus *lib. de Reformat. Clauſtral. art.* 6. dixerit: *Quanto quis perfectiùs viuere obligatur, tantò vitioſior eſt conuerſatio eius, ſi vt tenetur, viuere non conatur.* De quo Ioannes Euſebius Nierembergenſis *in doctrina Aſcetica lib.* 1. *doctrina* 4. *c.* 36. profectò manifeſtè conuincitur huiuſmodi monaſteria, ſeu cœnobia Regularium, in quibus eorum Regulæ exactè & adamuſſim obſeruentur, vtiliſſima valdè Eccleſiæ, & ipſis Regularibus eſſe.

Vix tandem omittere poſſum, quod ſi pro cuiuſlibet Religioſi maiori in ſpiritualibus profectu, 56
iuxta multorum piorum viſum, qui maximè in Religioſiſſima Societate IESV cernitur (eiuſdem Patriarcha S. Ignatio 4. *p. conſt. c.* 8. *regul.* 7. id præcipiente Sacerdotibus: *Vt in armorum ſpiritualium genere tractando, quod Dei gratia ad ipſius obſequium tantoperè conferre cernitur, dexteritatem habere poſſint*) tempus, & loca ſpeciatim deſignata ſunt, vt ſolitariæ vitæ attendere queat, eo quòd à Cornelio Muſio *in carmine* laudatum ſit illud:

O beata ſolitudo,
O ſola beatitudo
Piis ſeceſſicolis.
Quàm beatè candidati,
Qui ad te volant alati
Procul à mundicolis.

Quantò magis ſi pro pluribus id fiat, qui impenſiùs Deo vacare ſtudentes audiunt Saluatorem, Marci 6. dicentem: *Venite ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite puſillum?* Quis eſt iam qui communia illa orationis, ſilentij, & ſolitudinis habitacula auerſari præſumat? Sanè temeritatis notâ dignum cenſerem, niſi me modeſtiæ regulæ reprimerent. Hoc quidem indicaſſe viſus eſt æternæ memoriæ Summus Pontifex Paulus V. dum iuxta dicta in ſuperioribus, diplomate dato, ſimili exercitio per decennium vacantibus pleniſſimam peccatorum ſuorum Indulgentiam his verbis conceſſit. *Ij verò, qui de ſuorum Superiorum licentia à negotiis per decem dies alieni in cella commorabuntur, aut ob aliorum conuerſatione ſeparati in pietum librorum, & aliarum rerum ſpiritualium animos ad deuotionem, & ſpiritum inducentium, lectionibus operam ſuam dederint, addendo ſæpe conſiderationes, & meditationes myſteriorum fidei Catholicæ, diuinorum beneficiorum, quatuor nouiſſimorum, Paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & aliorum exercitiorum orationum iaculatoriarum, aut vocalium, ſaltem per duas horas in diem ac noctem orationibus mentalibus ſeſe exercendo, faciendo eodem tempore confeſſionem generalem, aut annualem, vel ordinariam, ſantiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, aut Miſſam celebrauerint: toties pro quolibet prædictorum exercitiorum plenariam ſimiliter omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus.*

At vehementer contra huiuſmodi Reformatorum conuentuum erectionem inſurgunt quidam 57
boni zelatores (vt par eſt credere) dicentes, ea illis ſequi ſectas, & diuiſiones in Religionibus, ac proinde impediendos, cùm iuxta Origenis doctrinam, *hom.* 26. *in Numer.* quod ad præſens intentum applicari poteſt: *Diſcenda nobis magnopere eſt conſonantia diſciplinæ, quia tanquam in muſicis, ſi harmonia chordarum fuerit conſonanter aptata, ſonum ſuauem modulati carminis reddit: ſi verò ſit aliqua in fidibus diſſonantia, ingratiſſimus ſonus redditur, & carminis dulcedo corrumpitur: ita & iis, qui Deo militant, ſi diſſenſiones, & diſcordias inter ſe habeant, ingrata erunt omnia, & nihil acceptum Deo videbitur, etiamſi multa bella conficiant, etiamſi ſpolia multa deferant, & multa munera offerant Deo.* Ad quod maximè vrget illud Chriſti, Lucæ 11. *Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur, & domus ſuprà domum cadet.* Sed ad hoc obiectum B. Raymundus de Capua in opuſculo illo ſuperiùs relato ſic ſe opponit: *Ad iſtud reſpondetur, quod ſalua ſemper reuerentia dicentium, ipſi non videntur intelligere quid ſit diuiſio. Loquendo de illa diuiſione, quæ habet deſtruere. Omnis enim congregatio multitudinis fit ſemper ad aliquod vnum, aliàs non eſſet congregatio abſque vnitate,*

puta ad vnum actum, ad vnum propoſitum, ad vnum locum, ad vnum bonum; ſicut multi ſcholares congregantur in vna ſchola ad audiendum vnum magiſtrum, milites multi congregantur in vno loco ſub vno vexillo, & vno Capitaneo ad faciendam vnam victoriam, & ſic de alijs. Religionum autem Congregatio ſecundum B. Auguſtinum facta eſt charitatis vnione, clamante Propheta iſta voce: Ecce quàm bonum, & quàm iucundum, &c. Semper ſit ſub vno determinato modo viuendi. Et poſt alia: *Dicere ergo quod fratres qui volunt ſeruare prædictum modum viuendi, & B. Dominicum imitari, diuidunt Ordinem, eſt ſicut dicere, quod milites qui ſequuntur vexillum, & obediunt Capitaneo, deſerunt, & diuidunt campum, vel exercitum; eſt ſicut dicere, quod ſcholares qui libenter vadunt ad ſcholas, & audiunt magiſtrum, deſtruunt ſtudium, quia diuidunt ſe ab alijs, qui nolunt venire ad audiendum magiſtrum in ſcholis. Manifeſtum eſt etiam cuilibet vtenti ratione, quod accedentes ad vnitatem, in qua eſt, vel in quam congregatio ſit, non diuidunt, ſed vniunt, non diſgregant, ſed congregant, non deſtruunt, ſed conſtruunt quod iam erat deſtructum.* Deinde hoc motiuum inane eſſe ſic proſequitur. *Ex iſto enim formaliter ſequitur, quod nullus Rector iſtius Ordinis debet vnquam attendere, nec cogitare de Reformatione ipſius Ordinis. Nam arguo ſic: Impoſſibile eſt circa Deum, quod totus Ordo ſimul reformetur. Si autem pars reformetur, erit diuiſio inter reformatos, & non reformatos: igitur nunquam cogitemus de hoc, niſi quod Deus totum faciat ſimul, alias non apponamus manum. O ſi Sancti Apoſtoli timuiſſent hoc, ſcilicet ne ponerent, vel poſuiſſent diuiſionem inter Chriſtianos, & Paganos, profectò de cætero nunquam aliquem conuertiſſent, nec etiam inſtruxiſſent. O ſi Sancti Patres, & Doctores hoc attendiſſent, nunquam pro certo aliquem inſtruxiſſent. Quia verò intellexerunt verbum veritatis, quod non venerat pacem mittere ſed gladium inter bonos, & malos, ideo faciendo quod debebant, non curabant, ſi qua ex hoc diuiſio ſequeretur. Nec ſequitur, ſalua eorum reuerentia, quod fierent duo ordines, & confunderentur ambo, imò vbi ſunt centum, quando quilibet facit quod ſibi placet, non eſt inter illos vnus ordo, qui tamen efficeretur paulatim vnus per vnitatem obſeruantiæ vnius vniformiter ſcriptæ, vbi non ſequuntur proprias voluntates, & diuerſas, ſed vnam ſtatuentem, & ordinantem, & tunc eſſet vnum ouile & vnus paſtor.* Idem ſequitur Ioannes Excutia Vicarius Conuentuum reformatorum Congregationis Olandriæ eiuſdem Ordinis in epiſtola ad Carolum Ducem Borgundiæ, dicens: *Nec eſt hoc Ordinem diuidere, ſtatum Ordinis mutare, aut eius hierarchicum, vt quorundam verbis vtamur, confundere, vel deſtruere.* Et inferiùs, *Vnus magiſter Ordinis, vnum Capitulum generale, vna profeſſio ſub eiſdem Regula, & conſtitutionibus, abſque quacunque
59 diuiſione Ordinis vnitatem conſeruat.* Alius propterea eiuſdem Ordinis celebris Profeſſor Ioannes Nider *in Opuſcul. de Reformatione Religioſorum*, ſic ſe opponit contra eos qui Conuentuum reformationem reiiciebant, eo quòd per illam ordo diuideretur. *Obiiciunt quod per reformationem quorundam, & non aliorum, Ordo diuidatur, & duo videantur Ordines. Meliùs fortaſſe arguerent quod apud Reformatos vnus reſuſcitatur Ordo; & apud deformatos nullus manet Ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.* Subiungit: *Imò reformatè viuere eſt vnire, & ordinare ſe in Dei exercitiu, ductum ſequendo ſui fundatoris.* Et inferiùs: *Et ita hodie fit, vt docet experientia, tam apud Religioſos, quàm apud Sanctimoniales bene reformatas, quidquid dicant conformatores ſeculi, & Reformatorum æmuli.* Ita Niderus *c. 7. eius Opuſculi.*

60 Opponunt ſecundò alij, quod ex huiuſmodi Conuentuum diuiſione ſequantur ſcandala, murmurationes, detractiones, odia, contumeliæ, & generaliter ſolutio totius concordiæ, & pacis, quæ maximè ſunt contraria perfectioni Religionis. Sed ad hæc idem Ioannes Excutia, qui vt ſuprà in epiſtola ad Ducem Burgundiæ ſic reſ-
pondet: *Circa quod dicendum eſt ſecundum D.* 61
Thomam in materia de ſcandalo, tractantem qualiter bona ſpiritualia debeant, vel non debeant dimitti propter ſcandalum. Bona enim ſpiritualia ſunt in duplici differentia, ſcilicet neceſſaria, & voluntaria. Bona ergo ſpiritualia, quæ ſunt de neceſſitate, non debent omitti propter ſcandalum paſſiuum aliquorum. Reformatio autem religioſorum eſt non obſeruantibus neceſſaria: ad quam faciendam obligantur Prælati de directo ex debito iuſtitiæ; ideo non debet omitti propter ſcandalum aliquorum. Bona verò ſpiritualia voluntaria poſſunt interdum differri, ſed ex toto illa dimittere, non eſt neceſſe. Nam ſi aliqui de bono opere ex ignorantia, ſeu fragilitate ſcandalizantur, vocatur ſcandalum puſillorum. Debent ergo puſilli tales inſtrui, & informari, & ſi ſcandalum deponere noluerint, tunc ſcandalum eorum videtur ex malitia procedere, nec propter eos bonum eſt ampliùs omittendum, vel differendum: quoniam eorum ſcandalum ſimile eſt ſcandalo Phariſæorum. Quod autem per tales lites, & odia ſuſcitentur, pacis, & charitatis fœdera diſſoluantur, Chriſtus non eis audiatur, nec obediatur qui ait: Sinite illos, cæci ſunt, &c. Si autem fortè aliqui forent qui nolentes in obſeruantia pro ſalute ſua manere, aut ad Conuentum alium ſe transferre, ſed longè lateque vagari errabundi, minus malum erit incomparabiliter, quàm poſteritatem ſuam per futura tempora periculo perditionis exponi. Timendum quippe eſt in propoſito Euangelium ſibi applicari, vbi Dominus ait. Væ vobis ſcribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum proſelitum, & cum factus fuerit, facitis filium gehennæ duplo quàm vobis. Ferè ad idem reſpondet Ioannes Niderus in Opuſculo citando *cap. 13.*

Obſtant & alij dicentes ſingularitatem eſſe hu- 62
iuſmodi monaſteriorum inſtitutiones, ac per conſequens auerſandas, prout ſæpiùs de ipſa Patres docent. Et ſignanter Caſſianus *lib. 5. cap. 13.* dicens: *Quidquid enim extra conſuetudinem præſumitur, vſumque communem, vt vanitatis, & gloriæ, atque oſtentationis morbo pollutum antiquiſſima Patrum traditio notat.* Vnde D. Bonauenturæ *in Specul. diſciplin. & in Alphabet.* hæc dogmata ſunt: *Optimum religioſi perfecti eſt perfectè communia quæque conuentualia ſeruare. Qui communia ſectatur, & ſingularia vitat, magis diligetur, & citiùs ad bonum finem perueniet.* Et noſtra S. Thereſia *in Documentis Monial.* ſic: *Huya ſiempre la ſingularidad, quanto le fuere poſſible, que es gran mal de la Communidad.* Sed ad hoc obiectum benè reſpondet primò Ioannes Niderus Dominicanus *in tract. de Reformat. Religioſ. cap. 5.* ſic dicens contra eos qui reformationem Religionis impugnabant: *Ad quartam obiectionem vbi, di-* 63
cunt reformationem eſſe rei nouitatem, & ſingularitatem: in hoc impij ſuam cæcitatem manifeſtant, & ignorantiam. Nouitas enim non ſemper in malo, ſed ſæpe in ſacra pagina in bono accipitur, imò nullus reformari poteſt abſque indutione nouæ formæ; vnde toto niſu cordis ſtudere debent religioſi quatenus innouentur ſpiritu. Seruiamus, inquit Apoſtolus ad Romanos 7. in nouitate ſpiritus, & non in vetuſtate litteræ. Aſſumere itaque quinque nouitates ſacra docet pagina. Primò, nouitatem cordium in pœnitendo de vita præterita, quam nouitatem Deus promittit Ezechielis 2. Dabo vobis cor nouum. Secundò, nouitatem oris, quæ

verbum

verbum vitæ prædicemus, & cantemus, quam Chri-
ſtus promittit Matthæi vltimo: Linguis loquentur
nouis. Et in Pſalmis: Cantate Domino canticum no-
uum. Tertiò, nouitatem conuerſationis, de qua 1. ad
Corinth. 5. Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua
conſperſio. Quartò nouitatem bonæ famæ, & nominis,
de quo Iſai. 42. vocabitur tibi nomen nouum, quod os
Domini nominauit. Quintò, nouitatem vitæ, de qua
Hebræor. 10. Habentes itaque fiduciam in ſanguine
eius qui initiauit nobis vitam nouam. Sciant tamen re-
formationis æmuli, quod nouitas, cum à ſanctis vitu-
peratur Doctoribus, importat aliquid, quod nec à ſa-
cris approbatum eſt ſcripturis, nec ab Eccleſia Sanctæ
vſibus. Certum autem eſt, quod reformare mores ſe-
cundum Regulam, & ſtatuta per Eccleſiam approbata
diuinè nihil mali, ſed maiorem viuendi perfectionem
importare dignoſcitur. Et poſt alia: De ſingularitate
pari modo ſe pandunt eſſe aut maleuolos, aut ignoran-
tiſſimos. Singularitas enim, prout importat vitium,
quemadmodum S. Thomas 2. 2. q. 162. art. 4. ad 4. &
habet ù B. Bernardo, quidam eſt gradus ſuperbiæ.
Quia quintus humilitatis gradus eſt tenere quod com-
munis regula monaſterij habet, cui opponitur ſingula
ritas, per quam ſcilicet aliquis ſanctior vult apparere
aliis. Subiungit deinde: Videas hic mentis compos,
quod apud religioſos ſingularis eſt. & dicitur primò qui
non vult tenere quod communis tenet vita monaſterij,
quia in monaſterio ſæpe multitudo monachorum non ſe-
quitur quam profeſſa eſt regulam, ſed potius vitam
imitatur mundanam, & huic ſeculo ſe conformare ni-
titur totis viribus. Ad ſingularitatem etiam exigitur,
vt quis ſanctior velit apparere quàm exiſtat. Hoc cer-
tè vitium hypocriſis importat, & ſuperbia, aut inanis
gloria, nedum in religioſo, & monacho, ſed etiam in
quolibet Chriſtiano fidem profeſſo. Inferius autem ſic:
Seruare autem regulam, & ſtatuta à ſanctis confirma-
ta patribus, ab Eccleſia vniuerſali approbata, & præ-
dicata à viris qui olim prudentiâ pollebant, & virtuti-
bus, hoc non eſt ſingularitatis incurrere vitium, ſed
ſub voto Deo reddere promiſſum. Nec de ſingularita-
tis vitio debet notari qui ſuper alios opera ſupereroga-
tionis in victu, vel amictu exercet, niſi faceret illud
propter iactantiam, vel ſuperbiam, vt ſe cæteris præ-
ferat, quia ſic eſſet vitium ſuperſtitionis, vt dicit S.
Thomas 2. 2. Si autem hoc facit, inquit, propter ma-
cerationem carnis, vel ad humiliationem ſpiritus, ad
virtutem temperantiæ pertinet. Vnde Auguſtinus dicit
lib. 3. c. 6. de Doctr. Chriſt. Quiſquis reſtrictius rebus
prætereuntibus vtitur quàm habeant mores eorum cum
quibus viuit, aut intemperans, aut ſuperſtitioſus eſt.
Et ita per omnia dicit Bonauentura lib. de perfection.
Euangel. c. 12. In cuius rei euidentiam primo dialogo-
rum refert B. Gregorius: Cùm inter ſeculares in alpi-
bus commune S. Honoratus nollet carnes comedere
puerus exiſtens ſecularis, & de ſingularitate à conſoda-
libus corrigeretur, exiuit mancipium volens aquam hau-
rire per ſitulam quandam in montibus, vbi conſueuerunt
homines audire de piſcibus, non eos videre, intrauit
piſcis miraculosè, qui ad ſancti viri plura poſſet vale-
re prandia. Per quod certè Dominus approbauit ſingu-
laritatem ſupererogationis, & temperantiæ, non ſingu
laritatem ſuperſtitionis, & ſuperbiæ. Ex quibus aper-
tè iam conuincitur, nullum reformationi beneuolum
cenſeri debere ſingularem, aut inuentorem nouitatum,
quia ſe ſeculo conformare volentes religioſi tepidi, &
Patrum ſancita contemnentes vetera, potius ſingulares
ſunt vocandi. Videndus etiam Corduba in Regul. S.
Franciſc. c. 10. q. 5.

64 Succlamant alij dicentes, ſe viuere ſicut Patres
eorum, apud quos non erat huiuſmodi Conuen-
tuum Reformatorum, & non Reformatorum diſ-
crepantia. Sed illis obſtandum, eo quòd ferè ſem-
per in Religionibus talis diuerſitas viſa fuerit, vt ali-
qua ex iis quæ adduxi, ſufficienter demonſtrant.
Deinde illis opponitur Ioannes Niderus relatus eo 65
opuſculo, c. 8. Sic dicens: Reſpondetur eis, quod aut
loquuntur de primis ſui Ordinis Patribus, aut de mo-
dernis tranſgreſſoribus. Si de primis, hoc inquit non
eſſe credendum. Si verò de modernis, ait: Hoc pri-
mum reſponſum habeant, quod mortui, de quorum virtu-
tibus apertè non conſtat, iudicium cordium cognitori
committendum eſt, non temerè à viuis definiendum, quo
animo plura regulæ, & conſtitutionum non obſerua-
uerunt. Piè enim credi poteſt multos animum habuiſſe
ea ſeruandi, ſi hi cum quibus degebant Prælati ea om-
nino ſeruanda mandauiſſent, & multitudo fratrum, ſi-
ne qua plures ceremoniæ ſeruari nequeunt, talia practi-
caſſent. Quod ſi de illis conuincatur ita feciſſe, ſub-
iungit idem Author: Lugeant potius taliumn filij pro
patribus, dicentes cum Ieremia illud Threnor. 5. Patres
noſtri peccauerunt, & non ſunt, & nos iniquitates
eorum portauimus. Et cum Pſalmiſta: Peccauimus
cum patribus noſtris, iniuſtè egimus, iniquitatem fe-
cimus. Nec mirum ſi patres eorum comederunt vuam
acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt.

66 Opponunt prætetea diſpenſationes in Regulari-
bus obſeruantiis, quibus conformantur conuentus
non reformati. Sed iſtis obuiam vno verbo occur-
ri poteſt, quod ſi tales diſpenſationes per Apoſto-
licam Sedem factæ fuerint, acquieſcendum, quod 67
illis vti poſſunt; & ſic melius eſſet, præſertim ſi ip-
ſa S. Sedes oppoſitum non præciperet, Regulæ pu-
ritati ſinceriter ſe conformare. Si autem per diſpen-
ſationes intelligant laxas quaſdam, & irrationabi-
les licentias, ſeu permiſſiones viuendi contra Re-
gulam, tales non diſpenſationes, ſed diſſipationes
meritò compellari debent. Eſt enim diſpenſatio,
prout Hoſtienſis, Angeſtus, Corduba, & alij: Ri-
goris iuris per eum ad quem ſpectat, miſericors canoni-
cè facta relaxatio. Expendatur illud Canonicè facta.
Pro quo D. Bernardus de conſiderat. ad Eugenium
lib. 3. ſic: Quid inquis? Prohibes diſpenſare? Non
ſum tam rudis, vt ignorem poſitos vos diſpenſatores,
ſed in ædificationem, non in deſtructionem. Denique
quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniа-
tur. Vbi neceſſitas vrget, excuſabilis diſpenſatio eſt:
vbi vtilitas prouocat, diſpenſatio laudabilis eſt. Vti-
litas, inquam, communis, non propria. Nam cum nihil
horum eſt, non planè fidelis diſpenſatio, ſed crudelis
diſſipatio eſt. De tali etiam diſpenſationis genere
optimè Niderus ſuprà c. 9. dixit: Diſpenſare eſt cum
licentia ad infirmum intrare. Et inferius: Satis igitur
patet quàm inanis ſit obiectio de diſpenſationis velamine,
per quod multi totaliter ferè ſeipſos conformant ſæculo.

68 Nonnulli etiam impugnant huiuſmodi Cœno-
bia ſtrictioris obſeruantiæ, quia dicunt occaſionem
eſſe, quod aliqui propter ipſorum ſtrictiorem vi-
tam, Religionem deſerant, & fiant apoſtatæ. Cæ-
terùm, præterquam de iſtis dici poſſet commune
illud, quod Phariſæorum ſcandalum paſſiuum non
eſt curandum, ſicut nec Chriſtus curauit Matth. 15.
& Ioan. 2. vlterius Corduba in Regul. S. Franciſc.
q. 3. introductor. ſic dicit: Reſpondeo illud ad Galat. 5.
Vtinam abſcindantur qui vos conturbant. Nam vt ait
S. Bonauentura q. 14. ſuper Regulam, gratiæ ſunt
Deo referendæ pro tanto beneficio, non quia apoſtatans
ad ſæculum exiens peccauit frater, ſed quia oues ſuas à
contagioſa peſte liberauit. Et infrà: Nam minus ma-
lum eſt quod ſolus ille dyſcolus damnetur in ſæculo, &
inter peccatores, quàm in Religione inter ſanctos in ſcan-
dalum aliorum. Ad quod affert exemplum Catho-
licæ Reginæ Elizabeth Hiſpaniarum, quæ cùm
reformaſſet quædam Monaſteria Monialium, &
aliquæ illarum quæ ex Monaſteriis exierant, in

lupanari exiſtentes canerent hymnos, & cantilenas, & hoc eſſet illi relatum, ipſa dixit: *Optimè factum eſt, vt meretrix ſit in ſuo loco decenti, ſcilicet lupanari: illa erat meretrix in loco ſancto, melius eſt vt ſit in ſuo loco.* Vide Nyderum ſuprà *c. 14.* afferentem ad intentum oraculum cuiuſdam ſancti viri Ratiſponenſis Epiſcopi ad alium eiuſdem Eccleſiæ Antiſtitem.

69 Item alij dicunt, horum Conuentuum ſpecialiter Reformatorum inſtitutionem prorſus eſſe charitati contrariam, quia ex ea ſequitur, quod non reformati vilipenduntur, calumniantur, & veluti ethnici, & publicani reputantur. Sed iſtis obſtat, quod ſi hoc dicant de Reformatis, quaſi ipſi ſint, qui alios

70 non Reformatos vilipendunt, calumniantur, &c. malè faciunt, & reprehenſibiles valde ſunt. Quia nemo ſtrictiorem vitæ modum ſequens alium iudicare debeat, eo quòd videat ipſum laxioris vitæ normam ſectari, ne ſimilis ſit Phariſæo illi, qui in Euangelio dicebat Luc. 18. *Non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri, velut etiam hic publicanus, ieiuno bis in ſabbato, decimas do omnium, quæ poſſideo.* Etenim, vt Vvaldenſis noſter *tom. 1. lib. 2. artic. 3. cap. 28.* contra ſimilem Phariſæo Vviclephum dicebat: *Hoc vnum credo, nemini vnquam creato iuditio fore conceſſum ante tempus extremi iudicij zizania ventilare de tritico.* Et inter malos ipſos multi perfecti reperiuntur. Pro quo audiatur quod de Cirione, Squirione, vel Iſquirione Monacho Scythiæ legitur *3. lib. Vitar. Patr. n. 197. & 6. lib. de Prouidentia, n. 14.* vbi de ipſo dicitur, quod cum Sancti illi Patres prophetarent de futuris monachis, quales videlicet eſſent futuri, ipſe dixit: *Nos quidem adhuc mandata Dei implemus.* Interrogatus autem de ſucceſſoribus, dixit: *Dimidium operis noſtri operaturi ſunt.* Interrogatus verò de aliis poſterioribus, reſpondit: *Omnino non habet operationem generatio illa ventura.* Subiunxit tamen: *Qui reperti fuerint probati in tempore illo, meliores ſuper nos, & patres noſtros erunt.* Et meritò quidem, quia ſub cœnobitica, & laxiori vita degentes, ſi cum trium votorum obſeruantia, & humilitate viuant, dubio procul alios excedent in perfectione, qui etſi arctiori vitæ vacent, id tamen ex amore proprio, & ſuperbia faciunt. Prout aptiſſimo exemplo declarat Pelagius, ſeu Author *lib. 5. de vit. Patr. libell. 14. n. 19.* & colligi poteſt ex D. Baſilio *in Regul. fuſ. diſp. reg. 7.* Vnde (quod mirum videri poſſet) S. Franciſcus, prout legitur in chronicis eius ordinis, & refert Cordoba *ſup. cap. 10. q. 2.* prohibuit obſeruari in ſuo ordine præceptum fratris Eliæ Generalis eiuſdem de carnibus non comedendis.

71 Nec mirum ſanè, quia cum Chriſtianæ vitæ perfectio, quam addiſcere Religioſi profitentur, in conformitate cum diuina voluntate ſita ſit, quicunque religioſus eam fecerit, ſiue in ſtrictiori, ſiue in mitiori vita, perfectionem aſſequetur. Idcirco enim Abbas Niſterus Antonij Magni amicus, vt ex 4. *lib. vitar. Patr. libello 1.* habetur, cuidam petenti conſilium aliquod, poſt relata diuerſa virtutum exercitia, in quibus antiquiores Patres occupabantur, dixit: *Quod vides ſecundum Deum velle animam tuam, hoc fac, & cuſtodi cor tuum.* Vtique ad conſolationem Regularium eorum, qui corpora nimiis auſteritatibus non incumbunt; ſi enim ſecundum Dei voluntatem vixerint, poterunt alios in vera perfectione excedere. Vnde Origenes *hom. 10. in Numer.* quem ad ſimile intentum affert noſter Vvaldenſis *tom. 1. lib. 2. art. 4. cap. 36. num. 4.* Clauſtrales omnes *Sanctos* appellat, etiamſi ſint peccatores, quia ſcilicet *ſe Deo vouerunt, & ſeparauerunt à vulgo vitam ſuam, vt Domino ſeruiant.* Poſſunt etiam dici obſeruantes, ſicut alij qui rigori vitæ vacant. Vt enim diſcretè *in Opuſc. illo relato* dixit Ioannes Eacuria iam citatus: *Differentia inter obſeruantes, & non obſeruantes non conſiſtit in hoc quod eſt vti diſpenſatione, & non vti: ſed non obſeruantes dici debent, qui paſſim, & indifferenter tranſgrediuntur ſtatuta, & cæremonias ſuæ Religionis: Obſeruantes autem illi, qui regulariter, & ordinariè illas obſeruant; quamuis interdum pro loco, & tempore, ſeu cauſa, vel caſu vrgente, diſpenſationibus vtantur. Aut fortè, vt contingere poteſt, ex fragilitate ſine diſpenſatione tranſgrediantur, dummodo ſe intendant emendare, & non paſſim frangere, & pœnis ſe ſubmittere.* Benè etiam Ioannes Nyderus *in opuſc. relato cap. 8.* dixit: *Omnes in non reformatis exiſtentes Monaſteriis iudicare tranſgreſſores ſuæ Regulæ, ſuperbiâ non caret, aut ei eſt proximum.* Optime etiam, & iuxta mentem noſtræ Seraphicæ Virginis Thereſiæ, Dominicus Granata eiuſdem florentiſſimæ Dominicanæ vineæ frugifer palmes, contra nebulones hæreticos, & quoſdam ex Catholicis autumantes in Religionibus laxis nihil boni ferè reperiri, ſic inſurgit. *Nulla eſt, quamuis laſſata, & defatigata congregatio, quæ (vt B. Matri Thereſiæ in eius vita reuelatum eſt) magno non ſit Eccleſiæ adiumento. Bos laſſus fortius figit pedem, ſcripſit Hieron. epiſt. ad Aug. & in illa parte, quam pro exemplo perditionis ponunt hæretici (dicit Auguſtinus lib. de vnit. Eccleſ.) id eſt in Iſrael, fuerunt Sancti Prophetæ: ibi erat ille memorabilis Elias, vt de aliis taceam. Vnde & ſe ſolum Dei ſeruum exiſtimantem, cum diceret, Relictus ſum ego ſolus: blanda obiurgatione à Domino reprehenſum legimus, dicente Domino:* Reliqui mihi ſeptem millia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal. Et inferius ſic: *Non eſt vinea iſta Religioſorum, ſicut vinea illa viri ſtulti à Salomone deſcripta, quam totam repleuerant ſpina, & vrtica, cum tot flores delegerimus, cum tot fructus collegerimus. Præclarè S. Auguſtinus in Pſalm. 47. illam vocem impiorum dicentium, quod in Eccleſia vix inuenitur vnus, vel duo, ſed pauciſſimi boni, ſic confutat. Non audiamus tales voces, ne putemus paucos eſſe iſtos: multi ſunt, ſed inter plures latent. Et vt alibi idem Auguſtinus dixit: Sunt ibi & grana, accede, tenta, excute, adhibe oris iudicium.* Facit etiam concinnè ad hoc intentum, quod noſtra etiam Ecſtatica Virgo B. Magdalena de Pazzi in quodam Raptu, ſeu Ecſtaſi, prout refertur in ipſius vita *part. 4. c. 31.* intellexit, ſcilicet: *Che oltre modo diſpiaceuano à Gieſu que' religioſi, che non ſolo non vogliono oſſeruare i voti promiſſi à Dio, e le regole, e ſtatuti della lor Religione, ma ſon anche d'impedimento à gli altri, che non caminano in oſſeruanza. Per lo contrario inteſe ancora, che molto aggradiuano à gli occhi diuini, que Religioſi che dimorano in Religione poco oſſeruante, procurano dalla parte loro, benche con grande incommodo, e patimento, di corriſpondere al vero, e perfetto viuere religioſo. Onde di queſti con ſomma compaſſione, è con gli occhi talora pieni di lagrime dicea: O quanto mi duole di non poter col proprio ſangue far sì, che queſt'anime illuminate, le quali ſtanno in Religione larga, abbian quella facilità, e quell'occaſioni, che hò io di poter corriſpondere al deſiderio, e ſtimolo interno che hanno. E riuolta à ſe ſteſſa dicea: O quanto meglio di me ſeruirebbono à Dio? O quanto più grate ſarebbono di tanto dono, ſe ſi trouaſſero, don'io mi trouo.* Poſſunt ergo eſſe, ſicut de facto ſunt, plures ſancti, etiam in laxioribus Cœnobiis, etſi vt tales non habeantur, vel quia alij non ſic boni inter eos degant, & bonum ipſorum nomen obſcurent, vel quia ſanctitas vera, cum in interiorum virtutũ exercitio conſiſtat principaliter, non apparet exteriùs, vel quia ipſi ſe occultant. De quo Diuus

Digitized by Google

D. Bonauentura *quæſt.16. & 19. ſup. Reg. D. Franciſci*, & Corduba *ibid. quæſt. 3. introduct.* Vnde de ſimilibus verificari poterit id quod ſuperius ex D. Vincentio *in ſerm. de S. Franciſco*, dixi: *Qui Regulam ſeruat, ſanctus eſt, & poſſet canonizari.*

73 At dicent, ſaltem ſæculares, & extranei, viſa huiuſmodi diuiſione conuentuum, & fratrum, malè iudicant de illis, qui laxiori modo viuunt, illoſque vilipendunt, calumniantur, &c. Sed iſtis opponitur, quod male faciant, & contra regulas cha-
74 ritatis, & iuſtitiæ. Tum propter dicta, quæ etiam ad hoc intentum deſeruiunt. Tum quia, vt benè B. Raimundus relatus dixit: *Tota die videmus quod in diuerſis locis, & conuentibus ſunt aliqui fratres excellentes; quidam in ſcientia, quidam in ſanctitate vitæ: & tamen non propter hoc alij reputantur ignorantes, vel mali.* Sic ergo, quamuis conuentus, & fratres ſtrictioris obſeruantiæ boni iudicentur, non propterea alij, qui ſecundum mitigationem approbatam, vel laxiorem vitæ normam degunt, mali æſtimari debent. Vt enim Nyderus *ſuprà c.7.* dixit: *In quolibet ſtatu, ac Religione, & ordine quolibet non omnes ſunt perfecti; ſed in eis, ſicut inter ſæculares, ſunt gradus: itaut qui iam ſint boni, alij meliores, & quidam optimi. Non ergo ſequeretur: iſti Reformati ſunt meliores, ergo vos, qui adeò strictè non viuitis, & tamen ad ſalutem neceſſaria ſeruatis, eſtis mali.* Deinde, vt idem Nyderus *ibidem* dixit: *Aut iſti Religioſi habent, & ſeruant ea, quæ de neceſſitate ſalutis ſunt ſeruanda in ſuo ordine: & tunc à nullis debent haberi pro publicanis, & ethnicis; poſſunt tamen, & arctari debent ad obſeruandum ea, quæ ſunt profeſſi, & ſine quibus tria ſubſtantialia diu non queunt ſubſiſtere.* Et poſt alia: *Si autem non ſeruant ea, quæ ſalutis neceſſitate ſunt ſeruanda, non mirum ſi à cunctis æſtimantur miſeri. Ipſi enim ſi nomini religionis ſatisfacerent, meritò laudari deberent, iuxta illud Pſalmiſtæ: ſecundum nomen tuum, ſic & laus tua. Poſtremò ipſi Religioſi in Eccleſia ſunt velut ſal poſiti, quorum bono exemplo mores aliorum condiendi forent: ſed ſi ſal infatuatum fuerit, dicit Chriſtus Matth. 5. ad nihilum valet vltra niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Imputent ergo ſibi ſi iudicantur ſicut & ſunt.*

75 Ex dictis porrò elicitur, iure, meritòque Leonem X. in Bulla, quam retuli *tom. 5. meæ Summæ, in Mare magno Seruitarum*, *n.189.* præcepiſſe ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrendæ, & Papæ reſeruata, quam referunt Caſſarubius, & Corduba ibi relati, ne aliquis ex fratribus Minoribus appellaret alium *Priuilegiatum, Collectaneum, Bulliſtam, Amadeitam, Clarenum, de Euangelio, ſeu de Caputio, & Bigotum*, aut alio nomine irriſorio, aut iniurioſo. Quod, vt inquit idem Corduba *ſuprà cap.2. Reg S. Franciſc. quæſt.18.* etiam intelligitur de appellantibus alios *alio quouis nomine, etiam de nouo reperto, ſeu fortè in futurum.* An verò etiam intelligatur de illis Reformatis, qui alios, etſi obſeruantes, non tamen ea ſtrictioris vitæ norma degentes, vocant, vel vocari à Sede Apoſtolica faciunt, Calceatos, Mitigatos, Pannoſos, &c. alij viderint.

76 Elicitur ſecundò, conformiter ad dicta *ſuprà numero 69.70. & 71.* viuentes in laxioribus Religionibus, vel conuentibus eſſe in ſtatu ſalutis, ſi aliàs obſeruent ea quæ ad ſubſtantiam Religionis ſpectant, & quæ ipſi in profeſſione promiſerunt. Vnde Corduba *ſuprà c.2. quæſt.18.* contra Ioannem Pirrinum, quem ibi refert, dicit fratres Conuentuales ſui Ordinis Minores eſſe in bono ſtatu ſalutis, *ſi aliàs* (inquit) *viuunt reformatè, vt tenentur, ſecundùm alia obligatoria Regulæ.* Quod de aliis etiam Religionibus diſpenſatis, ſeu mitigatis dici debet. Quia tamen hoc maiorem exigit indaginem, & ad ſatisfactionem plurium conſcientiarum, quæ circa hoc ſæpius augi ſolent ſcrupulis, ideo diligentius inueſtigandum, quando tales ſunt tuti in conſcientia, & quando non. Pro quo huiuſmodi poſitiones ſtatuendæ ſunt.

Prima eſt, iuxta dicta ſuprà *n.66.* Religioſi vi- 77
uentes in Religionibus mitigatis, ſeu diſpenſatis à Sede Apoſtolica, tuti ſunt in conſcientia, & ſunt in ſtatu ſalutis, obſeruantes Regulam Ordinis ſecundum talem mitigationem, vel diſpenſationem. Ratio eſt, quia eo ipſo, quod Papa, vel Apoſtolica Sedes diſpenſauit, vel mitigauit dictam Regulam, conſequenter etiam approbauit modum illum viuendi ſub ipſa. Cuius ſignum eſt, quod Pontifex in ea mitigatione ſeu diſpenſatione adiungere ſoleat *ad animarum ſalutem*, ſeu *profectum animarum*, prout Innocentius IV. & Eugenius IV. in ſimili diſpenſatione Regulæ B. Alberti pro Carmelitis dixerunt. Et quia obſeruantibus Regulas ſic diſpenſatas, & mitigatas concedere ſolent indulgentias, prout illas conceſſit idem Eugenius. Vnde tam certum eſt Religioſos ſic viuentes eſſe in ſtatu ſalutis, quam certum eſt Papam errare non poſſe in approbatione Religionum. Quod etiam roboratur ex eo quod, vt eſt certum apud omnes, lex legitimè diſpenſata non obligat, idque ſæpius Pontifices diſpenſantes Regulas explicare ſoleant. Sic colligitur ex Corduba ſuprà *cap. 10. q.5. §.2. notand.*

Secunda. Religioſi etiam viuentes in Religioni- 78
bus, vbi per legitimam conſuetudinem Regula eſt relaxata, ſeu mitigata, dummodo illam ſic relaxatam, aut mitigatam obſeruent, ſunt ſecuri in conſcientia, & in ſtatu ſalutis. Ratio eſt, quia præcepta Regulæ (exceptis his quæ pertinent ad vota eſſentialia) ſunt quaſi leges adiunctæ Religioni. Quare tantum obligant dum vim legis habent: hanc autem vim amittunt, ſtante conſuetudine contraria, ſufficiente ad abrogandas alias leges Eccleſiaſticas, cùm non maiorem vim, quàm leges Eccleſiaſticæ habeant. Ergo illas non obſeruans, neque peccabit, neque erit propterea in ſtatu damnationis. Confirmatur, quia cùm ſuperior diſpenſat in aliqua ex illis legibus, excuſatur à culpa non obſeruans: ergo ſimiliter, quando in deſuetudinem abiit; eandem enim vim contra legem habet legitima conſuetudo, ac diſpenſatio. Secundò, quia tales religioſi iam in re non profitentur priorem illam, & priſtinam regulam, ſed aliam diuerſam laxiorem; & nihil refert, ſi in eum ſtatum deuenerit, ſiue per diſpenſationem, ſiue per legitimam deſuetudinem. Ita Sanchez *lib.6. in Decalog. cap.2. num.26.* ex aliis, quos etiam ſequitur Pelizzarius *in Manuali Regular. tract.5. cap.2. n.54. & ſeqq.* conformiter ad id quod dixi *tom.5. ſumm. cap.7. num.17.* ex Corduba & Azorio.

Tertia, conformiter etiam ad dicta eo loco, *n.18.* 79
Religioſi viuentes in Religionibus, in quibus Regula, vel ipſa Religio relaxata eſt per legitimam conſuetudinem quoad modos, vel circumſtantias votorum eſſentialium Religionis, ſi illam iſto modo relaxatam obſeruent, ſunt etiam in ſtatu ſalutis, & tuti in conſcientia. Ratio eſt eadem, quia ſcilicet conſuetudo habet vim tollendi, ſeu abrogandi tales modos, & circumſtantias, quia non pertinent ad ſubſtantiam votorum, ſed ad maiorem ipſorum perfectionem. Sanchez *ſuprà numero 26. & 29.* Pelizzarius *ſuprà numero 54.* qui ponunt exemplum in præceptis non equitandi, & non portandi calceamenta in Ordine Minorum, quia illa non pertinent ad ſubſtantiam votorum, ſed ad perfectionem illorum.

Quarta,

80 Quarta, Religioſi viuentes in Religionibus relaxatis, quantum ad ſubſtantiam votorum eſſentialium Religionis, iſto modo viuentes non ſunt ſecuri in conſcientia, ſed ſunt in ſtatu damnationis. Ratio eſt ex oppoſito fundamento, quia ſcilicet eſſentia Religionis conſiſtit in illis votis; propterea enim vocantur eſſentialia, ac proinde nulla conſuetudine abrogari poſſunt. Confirmatur, quia vota Religionis ſaltem quoad ſubſtantiam obligant iure naturali, & diuino: quemadmodum ergo in iure naturali, & diuino non cadit diſpenſatio, ſic neque in illis votis. Ita etiam Sanchez, & Pellizzarius, conformiter ad ea, quæ dixi eo loco *n. 16.*

81 Quinta. Religioſi viuentes in Religionibus, vel Conuentibus, vbi Regula, & Conſtitutiones rarò, vel nunquam ſeruantur, ſed paſſim franguntur, ſi hoc modo ipſi viuant, in ſtatu damnationis, vel maximo ſaltem periculo ipſius ſunt. Hanc probant quæ adduxi *in Tractatu de Reformatione Regularium, cap. 5. & 6.* ex quamplurimis Patrum, & Doctorum teſtimoniis, variiſque exemplis, etiam horrendis ibi relatis. Eamque docet Ioannes Ezcuria in opuſculo ſuperius relato dicens, quod talis modus viuendi *ſuos amatores, & defenſores, ſi ſic moriantur, ineuitabiliter damnat.* Ratio verò eſt, quia eſto admittamus tranſgreſſionem Regulæ, & Conſtitutionum in iis quæ non ſpectant ad obſeruantiam votorum non eſſe mortale peccatum, ſed ſolum veniale; nihilominus conſuetudo (potiùs corruptela, & abuſus) taliter viuendi excuſari non poteſt à peccato mortali, prout tenent Abbas, Felinus, Carthuſianus, & Tabiena, quos ſequitur Sanchez *ſuprà cap. 4. n. 18.* vel quia eſt contemptus interpretatiuus, vt tenent D. Antoninus, Syluester, Valentia, quos refert idem Sanchez, vel quia vt ipſe dicit, qui hoc facit, *probabiliſſimo contemnendi Regulas periculo expoſitus eſt,* & quia *grauiter Religioni ſuæ pernicioſus eſt,* vt propterea mereretur è Religione expelli.

82 Sexta. Si tamen Religioſi viuentes in talibus Religionibus, vel Conuentibus, vbi Regula, & Conſtitutiones rarò vel nunquam ſeruantur, ſed paſſim franguntur, tali modo viuendi non ſe accommodent, ſed doleant de illo, & curent quà poſſunt, illum euitare, non ſunt iudicandi vt damnabiliter viuentes. Tutius tamen agerent, ſi ad alia loca ſe transferrent. Ita Ioannes Excuria relatus referens D. Antoninum. Ratio ſumitur ex oppoſito fundamento; quia ſcilicet ſic viuentes nec poſſunt dici contemptores ſuæ Regulæ, aut expoſiti periculo illam contemnendi, aut dici pernicioſi ſuæ Religioni.

83 Ponit prætereà idem Excutia duas has concluſiones. Prima eſt: *Religioſi, quorum voluntas renuit ſubiici ordinationibus Regulæ, & conſtitutionum, ſed deliberatè magis volunt extra obſeruantiam viuere regularem, nolentes reformari, ſiue reſiſtant, ſiue non reſiſtant, ſi ſic perdurant vſque in finem, non poſſunt niſi damnabiliter mori, niſi Deus faciat miraculum, quoniam vixerunt & mortui ſunt formaliter contemnentes, & per conſequens in peccato mortali.* Secunda eſt. *Religioſi, quibus nulla cura eſt de ſui ſtatus obſeruantia, aut regularitate, ſed paſſim, & indifferenter ceremonias ſui Ordinis frangunt, ſi ſic vſque in finem, continuauerint, etiamſi poſitiuè, & formaliter non renuant ceremoniis ſubiici, quia tamen in ſchola ſuæ Religionis prout promiſerunt in ſua profeſſione, non ſtuduerunt, & per conſequens tendentia in perfectionem non intenderunt, aut vacauerunt, vt humiliter, & compaſſiuè magis, quàm aſſertiuè loquamur, non videmus quin tranſitus eorum in tremendo Dei iudicio ſit de periculo perditionis vehementiſſima trepidatione ſuſpectus.* Hæc dictus author, altè penſanda.

Hinc veluti corollariè ſequitur primò, quod inducere aliquem ad Religionem valdè deformatam, ſaltem ſecundum vota eſſentialia Religionis, iuxta ea quæ dixi *tom. 1. Summa, cap. 24. num. 19.* meritò à pluribus exiſtimatur eſſe peccatum mortale. De quo latè Corduba *ſuprà cap. 2. quæſt. 2.* probans illud ex eo Chriſti Matth. 23. *Væ vobis, Phariſæi, circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum proſelytum, & cum fecerit is, facitis eum filium gehennæ.* Deinde, ex doctrina D. Thomæ, & Caietani dicentium non licere inducere niſi ad Religionem reformatam, & vbi regulariter viuatur, vt habeat inductus occaſionem in melius proficiendi. Secundò ſequitur, quod 85
ſi Religioſi in Conuentibus dicto modo relaxatis viuentes petant à Prælatis tranſitum ad alia loca reformata, tenentur Prælati eis prouidere, & peccant illos impedientes. Ita Corduba *ſupra c. 10. q. 5.* Quod probat ex ipſa Regula S. Fräciſci, declaratione Martini V. D. Bonauentura, Hugone, & Bartholomæo Piſano. Idque conſtat manifeſtè ex mente Prælatorum Regularium, qui ſunt paſtores, & patres ſuorum ſubditorum, ac per conſequens illis prouidere tenentur in neceſſariis ad ſalutem animarum, ne dicatur ipſis illud Matth. 23. *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi, qui clauditis Regnum cælorum,* & illud Luc. 11. *Væ vobis legis peritis, quia tuliſtis clauem ſcientiæ, & non introiſtis, & eos qui introibant prohibuiſtis.* Vnde de talibus inquit *in quodam Sermone* D. Bernardus. *Si quid Religionis oritur, quicunque repugnat, planè cum Ægyptiis, & Pharaone paruulos Iſraëlitici germinis necare conatur. Immò cum Herode naſcentem perſequitur Saluatorem.* Legant hæc Prælati negligentes, & quibus non cura ineſt maioris profectus ſpiritualis ſibi ſubiectorum; & quæ ſcripſi *in Tract. de Reform. Reg. c. 15.* de bonis, & malis Prælatis agens.

Quia tamen hæc doctrina de diſtinctione Conuentuum, & Religioſorum ſtrictioris obſeruantiæ à communibus aliis videtur ſæpius approbata à S. Rota Romana in variis deciſionibus, ideo earum aliquas, quæ hanc materiam concernunt, huic loco adiungere congruum erit. 86

Tullenſis.

Reformationis.

Coram Domino Dunozetto, 22. Aprilis 1630.

ARGVMENTVM.

De tribus votis ſubſtantialibus Religionis: & an ſtabilitas in loco concernat ipſorum votorum eſſentiam.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi Profeſſi eſſentia conſiſtit in tribus votis ſubſtantialibus, Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ.*

2 *Stabilitas in loco non concernit ſubſtantiam trium votorum à Religioſis emittendorum.*

3 *Stabilitas in loco in Ordine Præmonſtratenſi non eſt de eſſentia Profeſſionis.*

4 *Clauſula, Non obſtantibus Conſtitutionibus quibuſcumque, & ſpeciali ſtabilitate, &c. derogat ſtabilitati in loco.*

5 *Diſpoſitio non intelligitur circa illa, de quibus in contrarium in ipſa diſpoſitione diſponitur.*

6 *Reformatio ex quibus actis conſeatur ſufficienter acceptata, & approbata.*

CVM

CVm per duas deciſiones conformes fuiſſet firmatum, Bullas fel. recor. Pauli V. & Greg. XV. obtentas à Communitate antiqui rigoris Præmonſtratenſis ſuper Reformatione, eſſe iuſtificatas; nihilominus, quia dum pro parte ipſius Communitatis peteretur huiuſmodi iuſtificationem canonizari per ſententiam, nonnulla motiua fuerunt in memorialibus pro retardanda expeditione pro parte Capituli, & Abbatis generalis datis excitata; placuit Dominis pro tertia vice ipſis Capitulo, & Abbati concedere audientiam ſuper iſtis motiuis. Vnde propoſito à me dubio. An capita deducta in dictis memorialibus, quæ ad duo præcipuè reducebantur, obſtarent, quominus ad dictam expeditionem deueniri poſſit? Domini negatiuè reſponderunt.

Nam quoad primum, nempe quod formula Profeſſionis Reformatorum non ſit conformis primitiuæ regulæ, & antiquo rigori, prout requiritur in dictis Bullis, & fuit etiam deciſum à Sacra Congregatione Regularium, cum inter alia, quæ præcipiuntur Religioſis per dictam primitiuam, præcipiatur ipſis vt affilientur illi Eccleſiæ, à qua recipiuntur, & promittant ſtabilitatem in illo loco; quod non præſtant moderni Reformati, ſed genericam ſolum ſtabilitatem in vniuerſa communitate.

1 Quoniam cum non differat in votis ſubſtantialibus, paupertatis videlicet, caſtitatis, & obedientiæ, quæ emittere debent Reformati, iuxta Bullam Iulij II. in quibus tribus votis conſiſtit eſſentia Religioſi profeſſi, *cap. cum ad Monaſterium, de ſtatu Monach.* & docet S.Thomas 2.2. *queſt.* 186. *art.*9. Sanchez *ſuper Decal. lib.*5. *cap.*1. *num.*16. *& lib.*6. *cap.*4. *n.* 9. Nulla poteſt dici adeſſe diſcrepantia:
2 nec ſtabilitas in loco concernit ſubſtantiam trium votorum à Religioſis emittendorum. Sanchez *ſuper decalog. loco ſuprà citato.* Quod tantò magis ſuadetur in præſenti Religione Præmonſtratenſi, nedum ex dicta Bulla, cuius vigore conceditur facultas Ordini Præmonſtratenſi totaliter mutandi ſtatuta; ſed etiam ex conceſſione ipſiuſmet Capituli generalis de anno 1618. quod ſinguli Religioſi poſſint tranſire ad Monaſteria Reformata, quemadmodum re vera multi tranſlati fuerunt: quod etiam firmauit Rota *in deciſione ſub die* 18. *Iuny* 1629. ſignum euidens quod dicta ſtabilitas in hoc Ordine non eſt de eſſentia profeſſionis.

3 Et ceſſat omnis difficultas dum in litteris ſan. mem. Gregorij XV. derogatur dictæ ſtabilitati in loco, & expreſsè diſponitur per hæc verba, quod Religioſi Communitatis antiqui rigoris ſint ita communes, vt nullus magis huius, quàm illius Monaſterij dicatur, & habeatur profeſſus cum clauſula, non obſtantibus Conſtitutionibus quibuſcumque, & ſpeciali ſtabilitate permiſſa in profeſſione, ex quibus ſatis cenſetur derogatum dictæ ſtabilitati in loco. Bero. *conſ.*147. *num.*28. *lib.*3. Matt. *de clauſ.clauſ.*5. *n.*12. Gonz. *gloſſ.*36. *n.*23. Rota *deciſ.*506.*n.*5. *part.*1. *recent.*

4 Non obſtant verba appoſita in litteris Gregorij XV. ibi; Seruetur formula ſolita cum additione antiqui rigoris. Quia illa debent intelligi præterquam de illis, quæ in contrarium expreſſe in ipſis diſponuntur. Oldr. *conſ.*330. *in fin.* Pariſ. *conſ.*70. *n.*12. *lib.* 1. Matt. *de clauſ. part.* 3. *clauſ.*157. *n.* 3. Put. *deciſ.*183.*lib.*3.

5 Quo verò ad ſecundum caput circa approbationem Reformationis, & eius acceptationem factam à Capitulo, & Conuentibus, de qua non dicitur conſtare, niſi ex inſtrumento conceſſionis Reformationis factæ per Abbatem generalem de anno 1618. quod prætenditur non eſſe in forma probanti, ſed eſſe ſimplicem copiam ſuſpectam de falſo, eò quia confecta fuit ſuper folio albo ſubſcripto ab Abbate, ſine verò eius ſigillo, illud etiam non releuare Domini dixerunt.

Nam viſum fuit ſufficienter conſtare de prædicta acceptatione, & approbatione, nedum ex dicta atteſtatione Abbatis, ſed etiam ex alia fide Secretarij Capituli, & ex pluribus actibus Capitularibus datis *in ſum. numero* 4. *&* 6. iuncta obſeruantia Statutorum Reformationis ſcientibus, & patientibus Abbate, & Capitulo generali vſque ad annum 1628: de quo tempore fuit mota lis, *l. ſemper qui non prohibet, ff. de reg. iur.* Socin. Iun. *conſ.*139. *num.*14. *lib.*3. Surd. *conſ.*28. *n.*22.

Neque obſtat, quod imò appareat de expreſſa 6
contradictione Capituli, & Abbatis generalis vſque de anno 1618. vt *in ſumm.* Capituli *num* 2. 3. *&* 4. Quoniam contradictio Capituli in eo verſabatur, ne ſcilicet per Reformationem obtentam in Litteris Pauli V. conſtitueretur vnum caput ſpeciale præter Abbatem Generalem, & recederetur ab vnitate, & iuriſdictione Ordinarij, ad quod euitandum fuit decretum, vt Abbas S.Mariæ Manſipontanæ renunciare deberet huiuſmodi prætenſioni, & ſe ſubmitteret Capitulo generali, prout renunciauit, & proinde ceſſante huiuſmodi ſuſpicione diminutionis authoritatis Abbatis generalis, & defectionis ab vnitate, & iuriſdictione Ordinarij, vtique ceſſarunt etiam contradictiones ſupradictæ, & emanarunt ſecundæ litteræ Gregor. XV. ſuperioritatem, & iuriſdictionem Abbati generali reſeruantes.

Non obſtant alia deducta in dictis memorialibus, quia illis viſum fuit Dominis ſufficienter ſatisfactum ex reſponſionibus datis in primis deciſionibus, cum quibus tranſierunt.

Et ita vtraque, &c.

Habetur hæc deciſio apud Tamburinum de iure Abbatiſſarum in fine *dec.* 18.

Tullenſis.

Reformationis.

Coram Domino Dunozetto, 10. Ianuarij 1631

ARGVMENTVM.

Profeſſionis Regularis tres ſpecies recenſentur, & explicantur. Reformati Præmonſtratenſes antiqui rigoris, ſub quanam Profeſſionis ſpecie comprehendantur.

SVMMARIVM.

1 *Profeſſio Religionis in genere generaliſſimo, eſt quando quis vouet in manibus Superioris obſeruantiam Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientiæ.*

2 *Profeſſio Religionis in ſpecie, ſeu in genere ſubalterno, & eſt promiſſio obſeruantiæ certæ alicuius Regulæ.*

3 *Profeſſio in indiuiduo emittitur, quando quis vltra Profeſſionem certæ Regulæ ſe adſtringit ad eam obſeruandam in certo Monaſterio.*

4 *Reformati Præmonſtratenſes antiqui rigoris comprehenduntur ſub Profeſſione Religionis in ſpecie, ſeu in genere ſubalterno.*

5 *Verba intelligenda ſunt iuxta ſubiectam materiam.*

6 *Stabilitas in loco facit vt Monachus aſcribatur vni præciſo Monaſterio, priuatiuè quoad aliud.*
7 *Papa non præſumitur voluiſſe incontinenti ſe corrigere.*

DOMINI ſteterunt in vltimo loco deciſis, licet enim Informantes pro Abbate, & Capitulo generali obiicerent profeſſionem emittendam per Reformatos Communitatis antiqui rigoris diſcrepare à primo Inſtituto Præmonſtratenſium, qui antiquitus vouebant ſtabilitatem in loco, & proinde etiam repugnare Bullæ San. mem. Gregorij XV. in qua inhærendo decreto Sacræ Congregationis Regularium, idem Pontifex adiecit clauſulam, Dummodo in iuramento per Religioſos in eorum Profeſſione præſtando, ſeruetur formula ſolita, cum additione antiqui rigoris, ſeu primitiuæ Regulæ.

Tamen obiectum viſum eſt DD. facilè remoueri præmiſſa diſtinctione. Calder *conſ.* 23.*verſ. ad quod probandum, cum ſeq. de Regular.* qui triplicem modum profeſſionis recenſet.

1 Primus, quo aliquis Deo vouet in manibus Epiſcopi, aut alterius Superioris ſe obſeruaturum Religionem quoad tria ſubſtantialia vota, Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientiæ: & ſic profitentur Religionem (vt inquit Calder. vbi ſupra) in genere generaliſſimo, de quibus videtur loqui Text. *in c. ſuper eo, & in c. conſulti, de regul.*

2 Secunda ſpecies Profeſſionis eſt illa, per quam quis profitetur, non quidem in genere, & in abſtracto, prout faciunt profeſſi primo modo, ſed in ſpecie, promittendo, & vouendo ſe ſeruaturum certam aliquam Regulam, Prædicatorum nimirum, Minorum, aut Ciſtercienſium: & hi dicuntur profeſſi in ſpecie, ſeu in genere ſubalterno, qui debent perpetuò in eo ordine Deo famulari.

3 Tertio verò modo alij profitentur in indiuiduo, id eſt certam Regulam, & certum Monaſterium: vt ſi quis profiteretur Regulam S. Benedicti in Monaſterio S. Proculi: quo caſu eius profeſſio implicaret ſtabilitatem in illo præciſo Monaſterio, cui Religioſus aſcribitur in limine profeſſionis: quæ diſtinctio ſumitur ex *c. in ſingulis, & c. ea quæ, de ſtat. Mon. & c. cum deportati, de iud. c. cum plantare, de priu. & Clem. attendentes, de ſtat. Monac.* prout pulchrè declarat idem Calder. *dicto conſ.* 23.*de Regul. verſ. Profeſſi, in genere, cum ſeq* Butr. *in c. præſentia, n.* 64. *verſ. puto tamen,* vbi Abb. *n.* 65. *de probat.*

4 Suppoſita autem hac diſtinctione, clarum eſt Reformatos Communitatis antiqui rigoris comprehendi ſub ſecundo membro diſtinctionis. Non enim profitentur Religionem in genere generaliſſimo, prout faciunt profeſſi primo modo; neque profitentur ſe ſeruaturos Regulam Ordinis Præmonſtratenſis in aliquo certo Monaſterio, in qua conſiſtit formalitas ſtabilitatis in loco, prout faciunt profeſſi tertio modo: ſed profitentur Regulam Præmonſtratenſem ſimpliciter in manibus ſui Superioris. Vnde meritò dici poſſunt profeſſi in ſpecie, ſeu in genere ſubalterno, iuxta ſecundum membrum diſtinctionis Calder. Vnde quatenus ex diſpoſitione Conſtitutionis Gregorij XV. debeant ſeruare ſtabilitatem, hæc quidem non eſt intelligenda in ordine ad aliquod certum, & indiuiduum Monaſterium, quæ diceretur ſtabilitas in loco; ſed de ſtabilitate in ſpecie, quatenus importat permanentiam in eadem Religione, quam profitentur, cum verba intelligi debeant iuxta naturam materiæ ſubiectæ, *ad l. inſulam, ff. qui pot. in pign. hab. l. ſi ſtipulatus, ff. de vſur.* Decian. *conſ.* 45. *in* 2. *vol. n.* 27.

5 Quod quidem clariùs eluceſcit ponderando tenorem dictarum litterarum Gregorij, in quibus Papa nedum ſtatuit quod Religioſi Communitatis antiqui rigoris non ſint magis vnius Monaſterij, quam alterius: quæ verba repugnant ſtabilitati in loco, cuius vigore Monachus aſcribitur vni præciſo Monaſterio priuatiuè quoad aliud, vt colligitur ex Calder. *præfat. conſ.* 23. *verſ. alij ſunt qui profitentur.*

Verùm etiam ad remouendum omnem ſcrupulum 6
adiecit clauſulam, *Non obſtantibus Conſtitutionibus quibuſcumque, & ſpeciali ſtabilitate promiſſa in profeſſione.* Per quæ verba fuit expreſsè derogatum ſtabilitati in loco, ex prægnantia, & efficacia derogatoriarum, *cap.* 1. *de conſtit. in* 6. *Clement. eos, in fine, de ſepult.* Rota *deciſ.* 506. *n.* 5. *part.* 1. *recent.*

Neque obſtat quod Papa voluerit ſeruari formulam ſolitam cum additione antiqui rigoris. Nam vltra quod hoc debet intelligi, vt fuit deductum in aliis deciſionibus, in ſubſtantialibus, non autem in accidentalibus; ceſſat etiam difficultas, quia hoc intelligitur in omnibus, præterquam in iis, quorum contrarium fuit ſpecificè diſpoſitum. Pariſ. *conſ.* 70. *num.* 12. *lib.* 2. Put. *deciſ.* 183. *lib.* 3. aliàs enim Papa
voluiſſet in continenti ſe corrigere, quod non eſt di- 7
cendum, *l. præcipimus, C. de appellat. l. non ad ea,* vbi Gloſ. & Doctores, *ff. de cond. & demonſtr.* Surd. *conſ.* 33. *num.* 107.

Et ita vtraque, &c.

Habetur hæc deciſio apud Tamburinum de Iure Abbatiſſarum in fine deciſionis 19. & inter deciſiones diuerſorum à Paulo Rubeo collectas, part. 6. deciſione 4.

Tullenſis.

Reformationis.

Coram Domino Mormanno, 6. Februarij 1632.

ARGVMENTVM.

Confirmationes Ordinationum Regularium quando impugnari non poſſint de defectu intentionis Pontificis Stabilitas in loco, quæ promittitur in emiſſione Profeſſionis, quomodo intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Defectus intentionis Pontificis concedentis opponi non poteſt in confirmatione Ordinationum Regularium, quando ipſa ſunt inſerta in ſupplicatione.*
2 *Derogatio non ampliat gratiam, neque ſupplet defectum intentionis, ſed declarat voluntatem, & intentionem Pontificis.*
3 *Formula ſolita Profeſſionis, vltra tria vota continet promiſſionem ſtabilitatis in loco.*
4 *Stabilitas requirit perpetuam permanentiam.*
5 *Promiſſio ſtabilitatis, quæ fit in Profeſſione, intelligitur de ſtabilitate in Congregatione Communitatis.*
6 *Profeſſionum diuerſitas in Ordinibus parit ſciſſuram, & quo remedio illi occurratur, & numero 7.*
8 *Carthuſiani non promittunt ſtabilitatem in loco certo, & indiuiduo, ſed clauſuram.*
9 *Obedientia magis exercetur, quo pluribus ſucceſſiuè Superioribus in diuerſis locis Religioſi coguntur obedire.*
10 *Scriptura teſtibus præualere debent.*

Reſo

RESOLVTVM fuit ſententiam Rotalem la-
tam pro obſeruatione litterarum Apoſtoli-
carum, de quibus agitur, eſſe confirman-
dam. Quia nihil eſt, quod objici poſſit aduerſus
illius validitatem, & iuſtitia comprobatur ex plu-
ſibus deciſionibus in priori inſtantia coram Domino
Dunozetto emanatis, in quibus firmatum fuit litte-
ras confirmationis, tam à fel. rec. Paulo V. quàm
etiam à Gregorio XV. illius ſucceſſore conceſſas
eſſe iuſtificatas.

Cui reſolutioni non obſtat, quod poſteriores lit-
teræ ſunt ſubreptitiæ, vel ſaltem poſſint redargui
de defectu intentionis Pontificis concedentis, cùm
poſt narratiuam, in qua colligitur, quod nouæ or-
dinationes communitatis antiqui rigoris tendebant
ad inſtaurationem veteris diſciplinæ, omiſſa fuerit
expreſſio, quod illæ non erant conformes inſtitutis
1 à primordio dictæ Religionis obſeruatis. Quia fuit
reſponſum, ad euitandam ſubreptionem ſufficere,
quod ſtante inſertione ipſarum ordinationum in ſup-
plicatione Pontifex, ſaltem in genere potuerit cogi-
tare ordinationes huiuſmodi non eſſe dictis inſtitu-
tis conformes: quandoquidem ad hoc, vt tanquam
illis conformes obſeruarentur, non erat opus con-
firmatione, *l. qui iure, ff. de milit. teſtament.* Corn.
conſ. 20. numero 14. *lib.* 2. Caſſad. *deciſ.* 1. *de pri-*
2 *uileg.* Intentio autem confirmandi huiuſmodi ordi-
nationes, etiam non conformes dictis inſtitutis,
arguitur ex clauſula derogante omnibus ac in ſpecie
promiſſæ ſtabilitati, quatenus dictis ordinationibus
non ſint correſpondentes, cùm ea ſit proprietas de-
rogationis, vt licet non ampliet gratiam, neque
ſuppleat defectum intentionis, attamen declaret
voluntatem, & intentionem Principis confirman-
tis, ſeu concedentis. Bald. *in l. cum quem, nume-*
ro 38. *Cod. de fideicommiſſ.* Felin. *in cap. nonnulli,*
numero 27. *de reſcript.* Rebuff. *ad concord. inform.*
mand. Apoſt. gloſſ. in verb. non obſtantibus, verſ. &
nota. Surd. *in conſil.* 303. *n.* 9. *&* 10. *lib.* 3. Rota *de-*
ciſ. 532. *ſub num.* 6. *part.* 3. *diuerſ.* & fuit dictum *in*
Romana pecuniaria, 26. *Martij* 1627. *coram Emi-*
nentiſſimo D. Cardinali Virili, impreſſa poſt tract.
Moderni de iurepatr.

3 Neque in eo verſatur defectus Intentionis Papæ,
quod inter alia confirmauerit ordinationem, quæ
habet, quod omnes Religioſi dictæ Communitatis
ſint communes, & nullus eorum dicatur, vel ha-
beatur profeſſus magis vnius, quàm alterius Mo-
naſterij dicti ordinis; ſed legitima auctoritate tranſ-
miſſus ad aliud quodcumque Monaſterium eiuſ-
dem Communitatis, iiſdem iuribus gaudeat, ac ſi
inibi expreſsè emiſiſſet profeſſionem: & deinde
ſubiunxerit illa verba, Dummodo ſeruetur formu-
la ſolita profeſſionis, cum additione antiqui ri-
goris, quæ vltra tria vota continet promiſſionem
ſtabilitatis in loco, vt in formola deſcripta per Spe-
cul. *titul. de regul. in princ.* & per Trull. *de Canon.*
4 *Regular. lib.* 3. *cap.* 17. *in fin.* Cui ſtabilitati cum
requirat perpetuam permanentiam, *cap.* 1. *&* 2. 19.
quæſt. 3. maximè repugnat tranſmiſſio profeſſorum
de vno ad aliud Monaſterium, quia cum imme-
diatè poſt dictam clauſulam, Dummodo ſeruetur
formula ſolita, ſequantur verba, quatenus in aliis,
quàm vt præfertur, antiquis dicti ordinis inſtitutis
non repugnent, & nulla ratio poſſit aſſignari, per
quam Papa voluerit in eadem diſpoſitione excipere
ſtabilitatem in loco indiuiduo, & ſimul admittere
contrariam ordinationem tranſmiſſionis Religioſo-
rum de vno loco ad alium, vtique ne à ſapienti-
bus redargui poſſint verba hæc confirmationis,
iuxta *l. Saluius Ariſt. ff. de leg. præſt. & l. ex facto, ff. de*
vulg. & pupill. dicendum eſt tam ordinationes,

quàm dictam formulam cum additione fuiſſe limi-
tatam ad antiqua inſtituta, præterquam in expreſſis,
in quibus tanquam non exceptuatis ſecundum na-
turam exceptionis firma remanet confirmatio, *l. quæ-*
ſitum, § *denique*, vbi Bart. *ff. de fund. inſtruct.* Dyn.
in rub. numero 16. *de reg. iuris*; & declaratur inten-
tio Principis volentis propoſitas ordinationes in
expreſſis, licèt primæuo inſtituto repugnantes, ad
not. per Dec. *in l.* 1. *num.* 25. *ff. de regul. iur.* Alexand.
conſ. 217. *num.* 29. *lib.* 2. Greg. *deciſ.* 609. *num.* 3.
Ita vt promiſſio ſtabilitatis iuxta prædictas ordina-
tiones intelligi debeat de ſtabilitate in congregatio-
ne communitatis, iuxta ſecundum caput diſtinctio- 5
nis. Calder. *conſ.* 23. *de regul.* & deciſionem in hac
cauſa factam 10. Ianuarij anni præteriti.

Præterea non obſtat, quod per prædictas ordina- 6
tiones non conformes primæuo inſtituto præiudice-
tur ordini, qui admiſſa diuerſitate profeſſionum,
patitur ſciſſuram, cui malo ſit tempeſtiuè occur-
rendum, iuxta text. *in cap. licet de vitanda, de elect.*
Quia huic malo ſufficientem cautelam in eiſdem
ordinationibus adhibitam eſſe conſtat ex eo, quod
ſtatutum fuit, vt ab omnibus dictæ Communitatis
Monaſteriis reuerenter agnoſcatur Abbas Generalis
vti caput ſpeciale, à quo Vicarius eiuſdem Com-
munitatis, ſuæ electionis tenetur petere confirma-
tionem, & cui Abbati generali omnes Religioſi
eiuſdem Communitatis tenentur promittere in Pro-
feſſione obedientiam, vt in litteris: quod procul-
dubio tendit ad conſeruationem vnitatis, & exclu-
ſionem ſciſſuræ, quæ illi eſt contraria, *cap. loquitur*
Dominus, & ibi Gloſſ. 24. *quæſt.* 1. quod etiam in de-
ciſione huius cauſæ 22. Aprilis 1630. fuit com-
probatum.

Minùs obſtat, quod ex profeſſione cum dictis 7
ordinationibus compatibili inducatur relaxatio
diſciplinæ, quæ alias potius retinetur à Religioſis
obſeruantibus ſtabilitatem in loco, tanquam perpe-
tuum carcerem, quemadmodum de Carthuſianis
dicitur, quàm ab aliis habentibus occaſiones va-
gandi in tranſitu de vno ad aliud Monaſterium.
Quia huiuſmodi tranſitus non temerè, ſed ex obe-
dientia à Superiore iniuncta ſecundum eiuſdem or-
dinis Conſtitutiones variis de cauſis, & pleriſque
caſibus eſt permiſſus ipſis Præmonſtratenſibus, ac 8
etiam Carthuſianis, qui non promittunt ſtabilita-
tem in loco, ſed clauſuram obſeruant, Nauar. *de*
regul. comm. 4. *numero* 30. *cum ſeq.* quinimò eiuſ-
modi debet recenſeri inter officia promptæ obedien-
tiæ, quibus tantò magis exercentur Religioſi, quo
pluribus ſucceſſiuè Superioribus in diuerſis locis
coguntur obedire, per ea quæ tradit Azor. *inſt. mo-*
ral. lib. 12. *cap.* 11. *quæſt.* 3. *in fin.*

Denique non obſtant allegati defectus conſenſus 9
Abbatis Generalis, & Conuentuum, qui pro ora-
toribus fuerunt in precibus Papæ porrectis omi-
ſſi, & quod ex teſtibus conſtat de contrario,
quodque reſpectu Religioſorum nominatorum non
iuſtificetur eos eſſe profeſſos in Monaſteriis ibi
enonciatis. Quia huiuſmodi obiecta quoque ſubla- 10
ta ſunt in dictis deciſionibus Domini Dunozetti, ex
ſcripturis, quæ teſtibus præualere debent. Seraphin.
deciſ. 319. *num.* 7.

Et ita vtraque parte informante, &c.

Habetur hæc deciſio apud Tamburinum de iure
Abbatiſſarum in fine deciſionis 20.

Tullenſis.

Reformationis.

Coram Domino Veroſpio 2. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

De Reformatione Religionis.

SVMMARIVM.

1 *Gratia vt non ſit ſubreptitia, debet fieri mentio Priuilegiorum, & Conſtitutionum quas Papa probabiliter ignorare poteſt.*

2 *Diſpoſitiua ſolum declarat quid verè conceſſum fuerit, licet verbum Fiat, ex quo gratia perficitur, referatur ad omnia.*

3 *Diſpoſitiua vocatur à Practicis diſpoſitio.*

4 *Clauſula Quorum tenores, ex ſtylo Palatij continet pleniſſimam derogationem, etiam illarum Gratiarum, quæ propter derogatoriarum derogatorias requirunt particularem mentionem.*

5 *Noua profeſſio in quo caſu ſit repetenda.*

6 *Monachus de Iure communi non poteſt retinere, & habere iura in duobus Monaſteriis, & num. 9.*

7 *Actus ex ſe validus, & omnino ab alio ſeparabilis, non poteſt per actum inutilem vitiari.*

8 *Amplia regulam, vt locum habeat etiam in rebus ſpiritualibus.*

10 *Reformationis nomen indicat rem ad ſuum primum principium reſtitutam eſſe.*

AGEBATVR in hoc dubio de confirmatione ſententiarum Rotalium: & in tertia propoſitione hodie facta eiuſdem Dubij, non ſolùm repetitæ fuerunt eædem duæ obiectiones, quæ fuerunt ſublatæ in aliis duabus diſputationibus ſub die 5. Iulij, & 20. Decembris anni 1632. quod ſcilicet non fuiſſet in litteris Reformationis derogatum voto ſtabilitatis; & quod non conſtaret de conſenſu Monaſteriorum, à quibus dicebatur petita eadem Reformatio: verùm etiam addita fuit tertia obiectio contra validitatem earundem litterarum, & gratiam dictæ Reformationis, propter mentionem in ea non factam iuria Capituli Generalis, quod ſcilicet illius diſpoſitioni eſſet reſeruata facultas derogandi, aut immutandi, quidquid antiqua ordinis inſtituta iuberent, tam ex eiuſdem ordinis Conſtitutionibus, quam ex priuilegiis Apoſtolicis illis conceſſis, vt propterea fuerit neceſſaria illorum mentio ad excuſandam gratiam à vitio ſubreptionis, dum eas Con-
1 ſtitutiones, & Priuilegia potuit Papa, qui Gratiam dictæ Reformationis conceſſit, probabiliter ignorare, tanquam Conſtitutiones particulares, ex notatis *in cap. vltimo, de offic. Archid. cap. 1. de conſtitut. lib. 6. cap. ſuper litteris*, & ibi Felin. *n. 8. de reſcript. in 3. reg.* & fuit dictum in hac eadem cauſa, occaſione alterius competentis Capitulo Generali in deciſione facta coram Domino Dunozetto, 29. Nouembris 1629.

Ex his tamen obiectionibus non putarunt Domini oſtendi iniuſtitiam dictarum ſententiarum, vt ſingulis ſatisfaciendo, tertiò demum in hac cauſa reſponderunt. Quod enim eidem voto derogatum fuerit, non vno in loco legebatur in gratia Reformationis. Immò vt in eadem deciſione dicebatur, neceſſaria fuit derogatio eiuſdem voti, tam dum in dicta gratia conceſſa fuit facultas quibuſcumque Religioſis huius Ordinis Præmonſtratenſis, vt Reformationem amplecti poſſent: quod in neceſſarium antecedens videbatur ſupponere, vt qui eidem Reformationi ſe ſubiicere volebant, poſſent deſerere antiqua Monaſteria, in quibus erant affiliati (cum non omnia Monaſteria pro eadem Reformatione inſtarent, ſed ſolùm Monaſteria Sancti Pauli Virdunenſis, & Salinæ vallis) quàm dum fuit in iiſdem litteris Abbas Generalis Vniuerſi Ordinis Præmonſtratenſis conſtitutus Caput huius nouæ Communitatis, & conceſſum Monachis in eadem Communitate victuris, vt non eſſe deberent magis Monachi vnius, quàm alterius Monaſterij; & demum dum inducta fuit inter Monaſteria reformata rerum omnium communio, cum hæc omnia, tanquam ea, quæ ſimul eſſe non poterant cum voto ſtabilitatis, neceſſariò concluderent eiuſdem voti derogationem, vt ipſa gratia inanis non eſſet, & fuit late deductum tam in dicta deciſione facta coram me, quàm in deciſione 22. Aprilis anni 1630. coram Domino Dunozetto.

Neque ad hunc effectum viſa fuerunt obeſſe ea, quæ ex parte Abbatis, & Capituli fuerunt ſæpius conſiderata, quod ſcilicet tota hæc gratia reſtringeretur ab vnica clauſula, & conditione, in qua pro forma requirebatur, vt in iuramento, quod in poſterum contingeret præſtari ab his Reformatis, ſeruari deberet antiqua forma Profeſſionis. Quod quidem fundamentum hodie confirmabatur ex originali ipſius ſupplicationis, in qua eandem clauſulam non ſolùm apparebat poſitam fuiſſe in parte diſpoſitiua; quod potuiſſet ſatis eſſe ad hoc 2
vt per eam dici deberet reſtricta tota gratia, cùm eadem pars ſola declaret, quod verè conceſſum fuerit, licet verbum Fiat, ex quo ipſa gratia perficitur, ad omnia referatur, vt ſcribit Rebuff. *in praxi, tit. de Signatura Grat. in 3. part. ſignat. in verb. quod obſtantia Oratoris, numero 13.* Rota *deciſ. 642. num. 3. part. 1. & deciſ. 208. numero 2. part. 2. recent.*
vt propterea eadem pars vocetur etiam à practicis 3
diſpoſitio, vt obſeruauit Rota *coram D. Decano in vna Romana Sancti Thomæ, 27. Iunij 1607. inter alias impreſſas deciſ. 361. num. 5.* verùm legebatur eadem clauſula ante perfectam orationem, & ante ipſum nomen confirmationis: ex quo approbata fuerunt Statuta huius Communitatis, ita vt regerentur ab vna, & eadem diſpoſitione, tam ipſa prima, ac principalis diſpoſitio, quàm hæc illius conditio, & reſtrictio inducta ex eadem clauſula. Sed huic fundamento fuit etiam reſponſum in eadem prima deciſione, quod poſt dictam conditionem, & clauſulam poſita fuit noua declaratio eiuſdem conditionis, quatenus ſcilicet eadem forma antiquæ Profeſſionis non repugnaret cum inſtitutis huius Ordinis, præterquam in expreſſis, quod idem perinde erat, ac ſi dictum fuiſſet, vt ea reſtrictio intelligi ita deberet, vt non pugnaret cum iis, quæ ſuperiùs conceſſa fuerunt, & eſt de natura Reformationis, vt poſt Oldrad. *conſil. 230. in fin.* tradit Sarnenſ. *ad reg. de iure quæſit. non toll. quæſt. 1. numer. 41.* Put. *deciſ. 133. numero 5. lib. 3.* Et præterea derogatum apparebat eidem voto ea clauſula non obſtantibus, poſita in fine earundem litterarum, vt fuit in ſpecie conſideratum in deciſione facta coram Domino Dunozetto, 10. Ianuarij 1631. quia cum in eadem clauſula facta legeretur particularis, & præcipua expreſſio eiuſdem voti ſtabilitatis in loco, quæ ſtabilitas ſolùm promittebatur ſecundùm antiquam formam Profeſſionis, ceſſabat omnis difficultas, quæ fieri poterat ex eadem conditione, cùm etiam

ſatis

Digitized by Google

ſatis eſſe potuiſſet, vt aliquo modo conſtaret de vo-
4 luntate Papæ derogandi eidem voto ex clauſula, quorum tenores, quæ ex ſtylo Palatij continet pleniſſimam derogationem ad alias gratias, quamuis eædem gratiæ propter clauſulas derogatorias derogatoriarum requirerent etiam ipſam particularem, & expreſſam mentionem in derogatione, quæ de illis fieret, vt de hoc ſtylo poſt Butr. *in conſil.* 2. & Caſſad. *in deciſ.* 2. *ſuper Regular.* atteſtantur Felin. *in cap. nonnulli, num.* 7. *de reſcr.* Gabr. *de clauſ. concluſ.* 9. *num.* 12. *Gonz. ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 36. *num.* 29. & fuit reſolutum coram Greg. *deciſ.* 109. *num.* 10. *& in deciſ.* 666. *num.* 2. *part.* 1. *recent. & in Cæſarauguſtana diſmembrationis,* 29. *Nouembris* 1627. *coram Domino Pirouano.*

5 Altera obiectio erat ſuper defectu conſenſus duorum Monaſteriorum, à quibus petita dicebatur confirmatio huius Reformationis, Monaſterij ſcilicet Virdunenſis Sancti Pauli, & Monaſterij Sanctæ Mariæ Maioris Salinæ Vallis. Et hæc obiectio duplici modo in hoc dubio proponebatur: cum & negaretur, vt ij, quorum nomine data fuit ſupplicatio, eſſent Monachi in Monaſterijs, & daretur expreſſa contradictio illorum Monachorum. Verum ea, ex quibus dicebatur probari eadem contradictio, non viſa fuerunt Dominis aliquam fidem facere, non ſolùm quia Scriptura ad hunc effectum data, erat ſcriptura penitus informis; ſed quia nihil officere poterant, quæ in eadem ſcriptura continebantur, cum eſſet ſolum ſupplex libellus datus nomine Reformatorum Abbati Generali contra quoſdam Monachos, qui licet tunc non eſſent in Monaſterio Salinæ Vallis, ſed reſiderent in ſuis beneficiis, quorum Curæ præerant, iuxta diſpoſitionem *cap. quod Dei timorem, de ſtat. Monachorum*; tamen aſſerebant ſe filios eiuſdem Monaſterij, & de facto interuertere tentarunt poſſeſſionem, quam illius Monaſterij obtinuerant Abbas Gomberuaux, & alij Monachi Reformati. Quod factum cum aliunde non iuſtificarent, quàm ex eo libello, in quo hæ prætenſiones dictorum Monachorum impugnatiuæ narratæ fuerunt, viſum fuit præterea pendere ab inſpectione alterius articuli, in quo dicitur de validitate ceſſionis dicti Monaſterij factæ a Monachis, qui tempore eiuſdem ceſſionis verè in eo erant.

6 Quantum vero attinet ad perſonas Monachorum, qui ſe inſcripſerunt, & fecerunt Monachos eorum duorum Monaſteriorum, viſa fuit obiectio in hac parte tolli ex his, quæ fuerant conſiderata in ſecunda deciſione facta coram me 20. Decembris præteriti, quod ſcilicet tunc cum petita fuit ea gratia, & confirmatio, verè probaretur, vt quorum nomine porrectæ fuerunt pro eadem gratia obtinenda, eſſent Monachi in eiſdem Monaſterijs, licet ante eſſent filij Monaſterij Muſſipontani, propter Profeſſionem in eo emiſſam.

Neque contra hoc fundamentum, quod in eadem deciſione conſtitutum fuit, obſtare poterant ea, quæ dicebantur, tam contra dictam ceſſionem, ex qua poſſidere cœperunt Monachi hæc duo Monaſteria, quam contra validitatem tranſlationis factæ in viam eiuſdem ceſſionis. Quia licet, vt ea tranſlatio, & ceſſio valere potuiſſent, plura requirerentur, tam ex particularibus Conſtitutionibus huius Ordinis Præmonſtratenſis, quàm etiam ex diſpoſitione iuris communis: tamen omnia vel apparebant ſeruata fuiſſe, vel ſi fuerunt omiſſa, non potuerunt nullam reddere ipſam tranſlationem: quia cum eædem Conſtitutiones loquerentur in ſtatu, in quo ante Reformationem vigebat votum ſtabilitatis in loco, non poterant dici neceſſariæ ſecundum ſtatuta Reformationis, in qua eadem ſtabilitas non amplius in certo Monaſterio, ſed in vniuerſa Religione promittebatur, cum ſemper quælibet diſpoſitio intelligi debeat, dum antiquus rerum ſtatus mutatus non ſit. Et examinatis in ſpecie omnibus, quæ dicebantur opus fuiſſe ad validitatem dictæ tranſlationis, quatuor illa erant, videlicet quod Monachi ad nouum Monaſterium tranſituri, dimiſſi fuiſſent à tota Congregatione eius Monaſterij, quod deſerebant: quod obtinuiſſent abſolutionem ab obedientia, quam in primo Monaſterio promiſerant proprio Abbati: quod reciperentur in filios ab Abbate, & maiori parte Monachorum eius Monaſterij, ad quod fieri debebat hic tranſitus: & demùm quod in eodem Monaſterio inſtaurarentur profeſſio, & votum obedientiæ promiſſæ primo Abbati. Quæ omnia, excepta noua profeſſione, quæ tamen repetita fuit; cum id fieri debuiſſet etiam ex diſpoſitione iuris communis, vt habetur *in cap. Abbatem, de verbor. ſignific.* & ex eo notant Abb. *num.* 5. *& in conſil.* 96. *num.* 1. *in fin.* Dec. *in cap. præterea, numero* 6. *de præbend.* non potuerunt in hac tranſlatione ſeruari. Cum enim antequam impetrarent a Sede Apoſtolica confirmatio huius Reformationis, inducta fuiſſet eadem Reformatio tam in Monaſterio Muſſipontano, cui per profeſſionem dicebantur fuiſſe affiliati Petrus de Slans, Claudius Moricet, & Petrus Thieñville, quam etiam in Monaſterijs Virdunenſi, & Salinæ Vallis, pro quibus iidem Monachi dictam confirmationem petierunt: & leges eiuſdem Reformationis induxiſſent, non ſolum communionem inter omnia Monaſteria reformata, verum etiam iuberent, vt obedientia præſtaretur Abbati Generali, qui licet eſſet caput vniuerſæ Religionis, erat tamen etiam præcipuum, ac peculiare caput huius communitatis; hinc patet quod vt ea tranſlatio valere poſſit, non requirebat niſi eiuſdem Abbatis Generalis auctoritatem, cum ipſe eſſet Abbas vtriuſque Monaſterij; ſicut etiam inde ſequitur, quod ea, quæ dicuntur tam de licentia Abbatis primi Monaſterij, quàm de acceptatione alterius Abbatis in ſecundo Monaſterio, non poterant conuenire in hoc ſtatu Reformationis, in quo non dabatur hæc diſtinctio inter Monaſteria reformata. Et faciunt ad horum, quæ dicta ſunt confirmationem, quod hæc omnia potuit intelligere ſanctæ memoriæ Gregorius XV. qui confirmationem conceſſit dictæ Reformationis tam ex eo quod narratum fuit in litteris hoc genus viuendi ſub obedientia Abbatis Generalis, quod reſeruabatur ex forma conſtitutionum, quàm ex eo quod confirmatio earundem conſtitutionum petita fuit, cum hoc nomen confirmationis ſupponeret exiſtentiam, & obſeruantiam dictarum conſtitutionum.

Nec dicatur, vt valere non potuerit eadem tranſlatio, eo quia illi, qui erant filij eorum duorum Monaſteriorum, non ceſſerint liberè iura quæ habebant in dictis Monaſterijs, ſed aſſignatis ſibi certis penſionibus, præſertim cum in Monaſterio Salinæ Vallis aliqui ex Monachis, qui dictam ceſſionem fecerunt, reſeruauerint ſibi vtramque vocem, tam actiuam, quàm paſſiuam in futuris electionibus, quod repugnabat tam Conſtitutionibus Ordinis, quam diſpoſitioni iuris communis, ex quo prohibitum eſt, vt Monachus poſſit retinere, & habere iura in duobus Monaſterijs, *cap. ſi quis tranſlatus,* 21. *quæſt.* 1. *cap. vltim. de Religioſ. domibus, gloſſ. in capite conſtitutus, in verb. vocem, de electión.* Quia præter ea quæ in ſatisfactionem huius obiecti adducta fuerunt in poſtrema deciſione ſub die 5. Iunij anni præteriti, vt tempore, quo petita fuit confirmatio Reforma-

tionis, non eſſent præſentes in iis duobus Monaſteriis alij Monachi, præter eos, à quibus eadem confirmatio obtenta fuit; & quod conſtaret de expreſſo conſenſu aliorum Monachorum, qui erant in eiſdem Monaſteriis, vt in illis hæc Reformatio induceretur; pluribus modis credíderunt Domini poſſe in hoc dubio euitari dictam obiectionem; & quia ſatis erat, quod tam ceſſio eorum qui prius inibi erant, quam translatio ad eadem Monaſteria aliorum Monachorum proceſſerint ex auctoritate Abbatis, ne poſſent ea, quæ poſtea ſibi inuicem
7 promiſerunt iidem Monachi, irritam facere dictam tranſlationem, tanquam actus, qui cum eſſet ex ſe validus, & non ſolum à dicta reſeruatione ſeparabilis, ſed omninò diſtinctus, non poterat per actum inutilem vitiari, argumento *l. 1. §. ſed ſi mihi ff. de verb. oblig. l. 1. § item quæritur, & §. Trebatius, ff. de aqu. quotid. & æſtiu. cap. vtile 37. de reg.*
8 *iur. lib. 6.* quam regulam diffundi per omnes humanas actiones, & habere locum etiam in rebus ſpiritualibus, aduertit Petrus Peck. *in expoſitione eiuſdem cap. vtile in 6.* ex Innoc. *in cap. cum ex officiis, de præſcrip.* & quia neque omnes reſeruauerunt ſibi eadem iura, ſed duo ſolum Monachi in dicto
9 Monaſterio Salinæ vallis. Immò quatenus connectunt ij duo Monachi, vt vſum vtriuſque vocis habere poſſent ſimul cum reformatis, & hoc iure prohibitum erat, non potuit idem pactum irritam facere dictam ceſſionem, & tranſlationem, ſed potius ipſum vitiabatur, *§. neque illud, Auth. de non alienand.* & ex eo textu voluerunt Bald. *in Auth. ſi quas ruinas, num. 3. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Caſtr. *in Auth. qui rem, num. 7. C. eodem tit.* Felin. *in cap. cum ordinem, num. 2. de reſcr.* & in terminis reſeruationis fictæ à Monacho, Imol. *in cap. cum M. Ferrarienſis, num. 41. de conſtitut.* Iaſ. *in l. non ſolum, §. morte, num. 20. ff. de non. oper. nunc. & Auth. ingreſſi, n. 30. & 37. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Et demùm quia hæc gratia, & confirmatio Reformationis, antequam expediretur, fuit ſæpius examinata in Congregatione Regularium, & de ordine eiuſdem Congregationis ab Epiſcopo Virdunenſi, vt fuit conſideratum in deciſione 18. Iunij 1629. coram Domino Dunozetto: in qua in ſpecie ponderatum fuit, quod iuſtificabatur conſenſus Abbatis Iuſtimontis, qui erat Pater Abbas Monaſterij Salinæ vallis, ipſiuſmet Abbatis eiuſdem Monaſterij Salinæ vallis, & cuius conſenſus defectus adducebatur hodie ex parte Abbatis, & Capituli generalis, tanquam præcipuum fundamentum ad probandam negatiuam, quod non interueniſſet idem conſenſus. Et ex his viſæ fuerunt Dominis ceſſare hæ duæ præcipuæ obiectiones, quæ ſemper, & in omnibus diſputationibus repetitæ fuerunt.

Ad tertiam verò obiectionem, de qua nunquam actum fuit, vt hæc noua ſtatuta, & mutatio in Religione fieri non potuerint, niſi de conſenſu Capituli generalis, propter priuilegia eiuſdem Capituli, ne antiquis Ordinis inſtitutis derogari poſſet ſine illius conſenſu: Reſponderunt Domini, quod ex Reformatione in dictis tribus Monaſteriis ſuſcepta nulla ſucceſſit mutatio in Religione, neque quidquam ex cauſa eiuſdem Reformationis factum fuit contra Ordinis inſtituta, ſed ſolùm reſtitutus rigor antiquæ diſciplinæ, cum id concludat ipſum nomen Reformationis, ex qua res ad ſuum primum principium cenſetur reſtituta, *cap. ab exordio, 35. diſt.* & notat Sanchez *ſuper præcept. Decalog. lib. 6. capit. 2. numero 27.* Et ſola mutatio voti ſtabilitatis, quæ ante Reformationem promittebatur in certo Monaſterio, ſecundum verò Reformationem promitti debebat in vniuerſa Congregatione, non poterat dici contra conſtitutiones Ordinis, ſi omnia Monaſteria reformata vnam Congregationem, & Communitatem conſtituere debebant, prout vnum caput eidem Communitati fuit præpoſitum, nempe Abbas Generalis vniuerſi Ordinis Præmonſtratenſis, vt latè deductum fuit in prima deciſione facta coram me 5. Iulij præteriti.

Et ita vtraque, &c.

Habetur hæc deciſio apud Tamburinum de Iure Abbatiſſarum in fine, deciſione 24.

CONSULTUM XLV.

De Prælatis exemptis habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.

SVMMARIVM.

1 *Scribendi occaſio.*
2 *Reſponſio.*
3 *Huiuſmodi iuriſdictio videtur inutilis.*
4 *De quo iure loquuntur ea quæ ex aduerſo adducuntur.*
5 *A quo tempore cœpit conceſſio exemptionis Regularium.*
6 *Prælati iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem in ſeculares exercentes.*
7 *Huiuſmodi ſunt in duplici differentia.*
8 *De iis qui habent territorium ſeparatum.*
9 *Quomodo appellantur.*
10 *De iis qui territorium ſeparatum non habent.*
11 *Eorum nomen.*
12 *Loca exempta an ſint in diœceſi.*
13 *Diſtinctio Abbatum.*
14 *Eorum diuerſa nomina.*
15 *Qui ſint, & quam poteſtatem habeant.*
16 *Prælati, qui habent territorium, in quo iuriſdictionem Epiſcopalem exercent, poſſunt omnia facere quæ in ſua Diœceſi faciunt Epiſcopi.*
17 *Exceptuantur quæ ad ordinis Epiſcopalis poteſtatem ſpectant.*
18 *Declaratio S. Congregationis Concilij.*
19 *Eiuſdem declaratio an comprehendat inferiores Epiſcopo.*
20 *Tales Prælati ſunt quaſi Epiſcopi.*
21 *Quid de Prælatis non habentibus proprium territorium, & exercentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ſubditos.*
22 *Poſſe eandem poteſtatem exercere, iuribus, & ratione comprobatur.*
23 *An iuriſdictio Epiſcopalis ſit neceſſariò coniuncta cum conſecratione Epiſcopali.*
24 *Horum omnium limitatio.*
25 *Eiuſdem limitationis ratio.*
26 *Differentia inter eſſe Epiſcopum, & habere poteſtatem quaſi Epiſcopalem.*
27 *Dictio* quaſi, *per modum cauſæ poſita quid ſignificet.*
28 *Quid quando ponitur per modum ſimilitudinis.*
29 *Diuerſitas inter habentes iuriſdictionem Epiſcopalem in propria diœceſi ſeparata, & habentes illam intra limites alterius diœceſis.*
30 *Diuerſorum diuerſum eſſe iudicium, oſtenditur.*
31 *Reſpectu quorum Prælatorum id maximè procedat.*
32 *Quid ſit Epiſcopatus.*
33 *Quando ea quæ conceduntur Epiſcopis, Prælatis conceſſa non cenſeantur.*

34 *Delegatus Sedis Apoſtolica eſt minor ordinario.*
35 *Rota decretum, ſiue deciſio ſuper dubio.*
36 *Qui Pralati ſint ſimiles Epiſcopis.*
37 *S.Congregationis Concily declaratio.*
38 *Rota deciſiones.*
39 *Huiuſmodi Pralatorum poteſtas.*
40 *Territorium, & diœceſis an ſit idem.*
41 *Qaid ſit diœceſis.*
42 *In quo caſu Pralati iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habeates beneficia prouidere poſſunt.*
43 *Quibus competat etiam hac facultas, & an competat Epiſcopis.*
44 *Huiuſmodi Pralati poſſunt in caſu hareſis contra quoſcunque exemptos procedere.*
45 *Cui ſolùm authoritate Apoſtolica id concedatur.*
46 *Huiuſmodi Pralati poſſunt etiam clauſuram monialium S. Sedi Apoſtolica immediatè ſubiectarum procurare.*
47 *Poſſunt earundem monialium monaſteria exempta viſitare.*
48 *Declaratio S. Congregationis Concily ſuper hoc.*
49 *Poſſunt etiam hoſpitalia reformare exemptos compellendo.*
50 *Et cui hac poteſtas concedatur.*
51 *Poſſe etiam procedere contra pradicatores, oſtenditur.*
52 *Poſſunt etiam prouidere animarum cura.*
53 *Cui alteri hac poteſtas concedatur.*
54 *Poſſunt etiam tales Pralati iuriſdictionem Epiſcopalem cum diœceſi habentes, Regulares quoſcunque extra monaſteria degentes punire.*
55 *Cui etiam hoc concedatur.*
56 *Poſſunt etiam corrigere Eccleſiarum capitula.*
57 *Poſſunt quoque beneficiorum uniones examinare.*
58 *Poſſunt pariter examinare quaſcunque Eccleſias exemptas.*
59 *Et in quibus aliis Prelatis id procedat.*
60 *Poſſunt ſimiliter in cauſis ciuilibus mercedum, & perſonarum miſerabilium ſe immiſcere.*
61 *Poſſunt corrigere quoſcunque clericos exemptos.*
62 *Poſſunt vnire beneficia, ſeu Eccleſias Parochiales ſua diœceſis.*
63 *Et quibus aliis hoc competat.*
64 *Poſſunt transferre beneficia ex Eccleſiis collapſis in alias, & illas reficere.*
65 *Poſſunt monaſteria commendata, in quibus obſeruantia non viget, viſitare.*
66 *Ad quos alios has facultas extendatur.*
67 *Poſſunt uti facultate circa diſtributiones quotidianas.*
68 *Poſſunt frui facultate circa diſpoſitiones ultimarum voluntatum ipſis committendas.*
69 *S.Rota deciſiones.*
70 *Poſſunt videre omnes pias diſpoſitiones quorumcunque Collegiorum, &c.*
71 *Ad quos alios hac facultas extendatur.*
72 *Poſſunt ſcrutari ſufficientiam notariorum.*
73 *Huius facultatis limitatio.*
74 *Poſſunt compellere Abbates negligentes ad lectionem S.Scriptura.*
75 *Eiuſdem facultatis reſtrictio.*
76 *Poſſunt cognoſcere de ſubreptione, & obreptione gratia.*
77 *Huius conceſſionis ampliatio.*
78 *Poſſunt facere acceſſiones, beneficia, &c.circa Patronatus.*
79 *An ipſis concedatur facultas, qua à Concili Tridentin. ſeſſ. 24. cap.6. Epiſcopis tribuitur.*
80 *Referuntur ſuper hoc vary Doctores.*
81 *An procedat hac facultas in aliis Pralatis territorium habentibus.*
82 *S.Congregationis ſuper hoc declaratio.*
83 *Cauſa matrimoniales, & criminales non ſunt relinquenda iudicio Pralatorum, qui non habent proprium territorium.*
84 *Concily Tridvatini decretum.*
85 *An etiam excludantur ab hac facultate Abbates habentes iuriſdictionem Epiſcopalem cum territorio.*
86 *Partem negatiuam ex variis Rota deciſionibus probant Authores.*
87 *An hac facultas ob praſcriptionem, conſuetudinem, &c. extendatur ad Pralatos exemptos territorio carentes.*
88 *Et an hoc poſſit illis competere ex Papa delegatione.*
89 *Pralati exempti, & territorio carentes ſine priuilegio, non poſſunt confeſſarios examinare, & approbare.*
90 *Et variis iuribus, authoribus, & declarationibus id oſtenditur.*
91 *An ſaltem Abbates territorium habentes, & qui* Nullius *dicuntur, hac facultate uti poſſint.*
92 *Pars affirmatiua probatur.*
93 *Quid de facultate dandi licentiam Regularibus ad concionandum, & cui competat.*
94 *Quibus Pralatis communicetur facultas, quam aliqui Abbates habent, conferendi primam tonſuram.*
95 *Quid de facultate concedendi litteras dimiſſorias ſubditis ſecularibus ad ſuſcipiendos Ordines ab Epiſcopis.*
96 *Concily Tridentini decretum.*
97 *Ad quem pertineat harum litterarum conceſſio in caſu quo Pralatus ſuam iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habeat contentioſam.*
98 *Huius doctrina limitatio.*
99 *Quid dicendum de facultate abſoluendi à caſibus Papalibus.*
100 *Quibus hoc competat.*
101 *Ad quem pertineat facultas dandi licentiam Epiſcopo Titulari, vt in eius territorio Pontificalia exerceat.*
102 *Pralati exempti exiſtentes ſub aliena diœceſi non poſſunt remittere denunciationes pro matrimonio celebrando.*
103 *S. Congregationis declaratio.*
104 *An ſecluſa hac declaratione, hac facultas ipſis Pralatis competat.*
105 *Quibus competat aſſiſtere matrimony contractui.*
106 *Et ſynodum congregare, & conſtitutiones ſynodales facere.*
107 *Et facere concurſum ad prouiſionem Parochialium Eccleſiarum.*
Quibus Pralatis competat concedere indulgentias.
109 *Exempti qui in aliena diœceſi iuriſdictionem habent quaſi Epiſcopalem, qua communia habeant cum Epiſcopis, & aliis.*
110 *An iidem vocentur Pralati.*
111 *Huiuſmodi exempti dicuntur ſponſi ſua Eccleſia.*
112 *Dicuntur etiam in Eccleſiis ſibi ſubiectis ordinarij, & in earum cauſis iudices eſſe poſſunt.*
113 *Praferuntur omnibus clericis, dignitatibus, ac perſonatibus poſt Epiſcopos.*
114 *Poſſunt ea facere, qua vel ex conſuetudine, vel priuilegio illis competunt.*

115 *Videtur ipſis concedi facultatem ferendi cenſuras, & abſoluendi.*
116 *Quando, ſi fruiatur Abbates vſum mitræ, & baculi habentes, poſſint degradationi clerici, loco Epiſcoporum, aſſiſtere.*
117 *Poſſunt probabiliter vti iuriſdictione Epiſcopis conceſſa à Concilio Tridentino,* ſeſſ. 25. de Regular. cap. 11.
118 *Poſſunt etiam remittere denunciationes pro matrimonio contrahendo requiſitas à Concilio.*
119 *Quid dicendum de facultate aſſiſtendi contractui matrimonij, vel etiam committendi alteri.*
120 *An teneantur ſoluere Epiſcopis canonicam portionem, & charitatiuum ſubſidium.*
121 *Quando teneantur ad ſynodum diœceſanam, aut Prouincialem accedere.*
122 *Conceditur collatio beneficiorum ſuarum Eccleſiarum.*
123 *Cùm prouidentur in Conſiſtorio, quid facere teneantur.*
124 *Huiuſmodi Prælati à Papa prouiſi reſignare non poſſunt, niſi in ipſius manibus.*
125 *An Epiſcopus, ſaltem vt Delegatus, poſſit viſitare Eccleſias Parochiales Regularium, quibus imminet cura ſecularium.*
126 *Quid ſuper hoc ſit dicendum.*
127 *Decretum Concilij Tridentini hoc in caſu an locum habeat.*
128 *Quid quando tales Eccleſiæ Parochiales non ſubſunt Prælatis vtramque iuriſdictionem exercentibus in Parochos, & Parochianos.*
129 *Decretum Concilij Tridentini non concedit Epiſcopo ius viſitandi altaria, ſed perſonas curam ſecularium exercentes.*
130 *An per viſitationem talium perſonarum intelligenda ſint dependentia à tali cura.*
131 *Reſpondetur ad ea quæ releuare poſſent Epiſcopum.*
132 *An Epiſcopus id facere poſſit in vim alterius decreti Concilij Tridentini.*
133 *Bulla Pij V. adducitur ad intentum.*
134 *Epiſcopum id facere non poſſe in vim alterius decreti eiuſdem Concilij oſtenditur.*
135 *Exponitur mens decreti Concilij.*
156 *Adducitur pro Epiſcopo declaratio. S. Congregationis.*
137 *An illi faueat.*
138 *Quomodo ſit intelligenda.*
139 *Argumentum non ſumitur à tacito, vel præſumpto ad expreſſi deſtructionem, ſed è contra.*
140 *Quis viſitare debet oratorium per laicos erectum intra fines Parochiæ Regularium, quibus vtraque cura incumbit.*
141 *Tale oratorium an erigi potuerit ſine Epiſcopi authoritate.*
142 *Ratio negatiua.*
143 *Demonſtratur poſſe ab Epiſcopo viſitari.*
144 *Rationes, & Concilij Tridentini verba.*
145 *Adducitur etiam deciſio.*
146 *Exemplo ædificante in loco exempto ſine licentia, totam acquiritur Epiſcopo.*
147 *Quomodo hoc ius viſitandi tale oratorium competat Epiſcopo.*
148 *Generalis ordinis S. Hieronymi an poſſit in loco dicto* Hoſpitaletto *conſtituere Parochum, & alia facere.*
149 *Probatur pars affirmatiua.*
150 *Facultas deputandi Parochum cui competat.*
151 *Actus deputandi Parochum an ſit actus ordinis Epiſcopalis, vel iuriſdictionis.*
152 *Probatur hoc non repugnare Monachis.*
153 *In Monachis particularibus, & quando monaſterium non habet populum ſibi ſubiectum, non eſt de iure prohibitum illis habere curam animarum.*
154 *In hoc caſu conſuetudinem quoque ſubſiſtere, probari, & ſupponi debet.*
155 *Parochus à P. Generali ſic deſignatus, an teneatur accedere ad Congregationes caſuum conſcientiæ.*
156 *Decretum Congregationis Concilij.*
157 *Aliæ declarationes ad intentum eiuſdem S. Congregationis.*
158 *An dictus Parochus poſſit audire confeſſiones aduenarum illuc confluentium.*
160 *Requiri bonam fidem ex parte talium aduenarum, oſtenditur.*
161 *Quid ſi Religioſi huius ordinis habeant communicationem cum Mendicantibus.*
162 *An poſſit dictus Parochus abſoluere ſuos Parochianos à caſibus reſeruatis Epiſcopo loci.*
163 *Concilij Tridentini diſpoſitio.*
164 *Monaſterium hoc de* Hoſpitaletto *de quibus ſit.*
165 *Reſeruatio caſuum concernit curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum.*
166 *Facultas abſoluendi à reſeruatis Epiſcopo, an poſſit à Parocho per caſuum reſeruationem ab Epiſcopo auferri.*
167 *Facultas Epiſcopi circa reſeruationem caſuum ad inferiores Sacerdotes ſibi ſubditos reſtringitur.*
168 *An poſſit dictus Parochus abſoluere dictos aduenas à caſibus reſeruatis à propriis Epiſcopis in ſuis diœceſibus.*
169 *Fundamentum pro parte affirmatiua.*
170 *Reſeruatio caſuum eſt quid pœnale, & strictè interpretanda.*
171 *Videtur hoc introductum eſſe conſuetudine.*
172 *Requiritur tamen ad hoc bona fides aduentantium.*
173 *Præfatus P. Generalis quæ facere non poteſt.*
174 *Vt Prælatus dicatur.* nullius Diœceſis, *quid requiratur.*
175 *Quæ ipſi Patri Generali ex hoc Conſilio applicanda ſint.*
176 *An poſſit facere illa, quæ competunt Epiſcopis, vt Epiſcopis, vel vt Delegatis.*
177 *Alia de hoc dubio remiſſiuè.*
178 *Epiſcopus an poſſit viſitare monaſterium dicti loci* Hoſpitaletti.
179 *Declaratio S. Congregationis.*
180 *Item decretum eiuſdem S. Congregationis.*
181 *Quid ſit notandum circa poſſeſſorium per Epiſcopum prætenſum.*
182 *An ſi aliqua viſitatio præceſſerit, aliquod ius Epiſcopis acquiſiuerit.*
183 *Per Epiſcopum debet probari, adfuiſſe ſcientiam præfati P. Generalis.*
184 *Item adfuiſſe conſuetudinem præſcriptam.*
185 *Item quod actus eſſent facti eo animo, vt conſuetudo induceretur.*
186 *Quid vnuſquiſque facere poteſt.*
187 *Ius Epiſcopi præſeruatum.*
188 *S. Rotæ deciſiones ad intentum.*

IESVS

IESVS MARIA.

Scribendi occaſio.

1 SÆPIVS requiſitus à diuerſorum Ordi-
num Regularibus circa facultatem, ſeu
authoritatem, quam Abbates, ſeu alij
Prælati Regulares habent in caſu, quo
non ſolùm ſunt exempti à iuriſdictione cuiuſcunque
Epiſcopi, ſeu Ordinarij, ſed ipſi ſint veluti Ordinatij,
iuriſdictionem ſpiritualem, & quandoque tempo-
ralem in populum exercentes. Ad quam dubitatio-
nem ſic reſpondendum duxi, in re difficultatibus
plena, nec ſatis expedita, ſed confuſim, & implexè
ab Authoribus diſputata.

Reſponſio.

2 PRimò quidem videri, illam inutilem prorſus
eſſe, eo quòd de iure communi monaſteria om-
nia, monachi Regulares, & Prælati ipſorum ſub
3 Epiſcopi in cuius territorio ſunt, obedientia manere
debeant. Etenim ex Concilio Arelatenſi, quod refer-
tur *in can. monaſteria* 18. *q*. 2. ſic habetur: *Monaſte-
ria, & monachorum diſciplina ad eum pertinent Epiſ-
copum, in cuius territorio ſunt conſtituta.* Et ita colli-
gunt Petrus Rebuffus *de congr. portione, num.* 121.
Quintil. Mandoſ. *de ſignat. grat. tit. Exemptiones ab
Epiſcopis, verſ. omnes Eccleſiæ.* Paulus Fuſc. *de viſitat.
lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 9. quos refert Cenedo *ad Decretal.
Collect.* 87. *numero* 4. Vnde ex Concilio Aurelia-
nenſi 1. ſic ibidem *can. Abbates*, deciditur: *Ab-
bates pro humilitate Religionis in Epiſcoporum pote-
ſtate conſiſtant, & ſi quid extra regulam fecerint, ab
Epiſcopis corrigantur, qui ſemel in anno in loco, vbi
Epiſcopus elegerit, accepta vocatione conueniant.* Hinc
etiam Paſchalis Papa, *ibidem can. Abbatibus*, hæc ſta-
tuit: *Abbatibus, qui neque ſub Primate, neque ſub Pa-
triarcha ſunt, nullus prorſus Epiſcoporum Epiſcopa-
lia qualibet adminiſtret. Cum enim ſe nulli Epiſcopo
omnino ſub eſſe profiteantur, conſequens eſt, vt nullus
Epiſcoporum, quæ ſua ſunt, eis tanquam extraneis
largiatur.*

4 Verumtamen hæc non cogunt, cùm ſolùm lo-
quantur de iure communi vetuſto, non de illo pro-
vt includit etiam exemptionem, & exemptionis
priuilegia dictis Regularibus conceſſa, iuxta pluri-
morum communem ſenſum, quos refert Barboſa
5 *de offic. & poteſt. Epiſc. allegat.* 105. *à num.* 3. Adeo
quod à tempore Diui Greg. Magni hæc conceſſio
ab aliquibus aſſignetur. Quod quamuis incertum
ſit, ſaltem de poſterioribus Pontificibus id nullus
negare poterit. Specialiter quoad inuentum, quod
pluribus Regularium præpoſitis à Sede Apoſtolica
conceſſum fuerit, vt nedum ipſi, & eorum Reli-
gioſi ſubditi, ab Epiſcopis, & communibus ple-
bis Ordinariis exempti ſint; ſed & quod in ali-
quem populum iuriſdictionem, Epiſcoporum in-
ſtar, habeant, ſpiritualem, & temporalem in ſæ-
culares iuriſdictionem exercendo, conſtat in pluri-
6 bus, provt de Generali monachorum S. Hieronymi
in loco *Hiſpitaletti* dicto intra fines Diœceſis lau-
denſis dicitur; & de Abbatibus Caſſinenſibus, & S.
Mariæ Tremitanæ Congregat. Lateranenſis, ac de
aliis Abbatibus ordinis S. Benedicti in Cathalonia,
& S. Dionyſij Pariſienſis, & Genouefæ Virginis Ca-
nonicorum Lateranenſium, & ſimilibus refert Bar-
boſa de *iur. Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 21. & de
Abbatibus Caſſinenſibus Sayrus *in Claui Regia, lib.* 6.
cap. 11. *num.* 83. Vbi etiam de Commendatariis S.
Ioannis. De quibus omnibus, & aliis, quæ ad meam
notitiam hucuſque non peruenerunt, hæc procedet
diſceptatio.
Pro cuius clariori deciſione præmittendum, hu- 7
iuſmodi Prælatos, ſeu Abbates regulares, ſiue etiam
ſæculares, habentes populum ſibi ſpiritualiter, &
temporaliter ſubiectum, eſſe in duplici differentia. 8
Alij enim habent territorium, aut diœceſim omnino 9
ſeparata, & dicuntur eſſe *Nullius diœceſis*, quia ne-
que in diœceſi, neque de diœceſi alterius ſint, ſed
dicuntur habere propriam diœceſim per ſe, reſpectu
cuius ipſi etiam *Diœceſani* dicantur, & Diœceſano-
rum appellatione veniant. Cardinal. *in Clement.* 1.
§. *volumus, quæſt.* 4. *num.* 1. & Panorm. *numer.* 13. *de
foro compet.* Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſputat.* 29.
num. 16. *verſ. ad primam confirmationem, & libro* 8.
diſput. 2. *num.* 12. Rota *deciſ.* 324. *num.* 1. *part.* 1. *re-
cent.* Sigiſmundus de Bononia *de elect. dub.* 51.
Tamburinus *de iur. Abbat. tom.* 2. *diſput.* 1. *quæſt.* 5. 10
Alij verò ſunt qui territorium, aut diœceſim ſepara-
ta non habent, ſed ſunt in alterius diœceſi, à diœce-
ſano tamen, ſeu Epiſcopo exempti: vnde communi
vocabulo vocantur *exempti* exiſtentes in aliena diœ-
ceſi. Exempti enim, & loca exempta, etſi non ſint 11
de diœceſi, ſunt tamen *in diœceſi*, vt patet ex *cap.* 2. *de* 12
conſtitut. in 6. & *cap. cùm Epiſcopus, de offic. Ordin.
in* 6. dum dicitur, quod Epiſcopus in qualiber par-
te ſuæ diœceſis poteſt iuriſdictionem ordinariam
exercere, dummodo in loco non exempto id faciat:
ergo locus exemptus eſt in diœceſi. Facit etiam tex-
tus *in cap. de monialibus, de ſentent. excommun.* vbi di-
citur, quod Moniales abſoluantur ab Epiſcopo, in
cuius diœceſi monaſterium ſitum eſt, & tamen Gloſſa
ibi etiam intelligit de exemptis. Pro quo etiam ex-
tant plures S. Rotæ deciſiones, & Doctores, quos re-
ferunt, & ſequuntur Gonzalez *ſup. Reg.* 8. *Cancellar.
gloſſ.* 43. *à num.* 187. Sigiſmundus, & Tamburinus
relati.
Vnde ortum habuit diſtinctio illa de Abbatibus 13
(eadem ratio eſt de Prioribus, Præpoſitis, aut ſimi-
libus nominibus appellatis.) Alij enim dicuntur eſſe 14
in diœceſi, & *de diœceſi*: alij *in diœceſi*, ſed non
de diœceſi: alij verò nullius *diœceſis*. Primi ſunt
illi, qui in diœceſi aliqua conſiſtentes omninò ſub-
duntur Epiſcopo, ſeu Diœceſano, eo quòd nullam 15
habeant exemptionem. Secundi ſunt illi, qui illam
habent, ſed non habent territorium, aut populum
ſibi ſubiectum. Tertij ſunt illi, qui non ſolùm ſunt
exempti à Diœceſano, ſed etiam habent territorium,
& populum ſibi ſubiectum, & exemptum ab omni
alio Diœceſano. Sic colligo ex Stephano Alunno
in tract. de poteſt. Epiſcop. & Abbat. p. 2. *capite* 22.
num. 31.
His poſitis, dicendum primò eſt, Abbates, ſeu 16
Prælatos Regulares illos, qui habent proprium ter-
ritorium, & diœceſim, in qua iuriſdictionem
Epiſcopalem exercent, & dicuntur nullius diœce-
ſis, niſi aliquo ſpeciali iure prohibeantur, poſſe om-
nia facere, quæ faciunt Epiſcopi in ſua Diœceſi;
exceptis tamen iis quæ ad Ordinis Epiſcopalis pote-
ſtatem ſpectant. Gloſſ. *in capite Ordinarij*, vbi etiam
Geminianus *de offic. Ordin. lib.* 6. Moneta *de Com-* 17
mut. vltim. volunt. capite 5. *numero* 455. Rota coram
Orano in vna Burgenſi *Iuriſdictionis*, ann. 1596. Et
deciſione 1386. *coram Cardinali Seraphino*, & *deciſ.*
1052. ac plures alij, quos etiam referunt, & ſe-
quuntur Sigiſmundus, & Tamburinus relati. Qui-
bus iungitur Sanchez *conſil. moral. libro* 7. *capi-
te* 21. *numero* 3. ex pluribus iuribus, & Doctori-
bus. Colligitur primò ex declaratione S. Congre- 18
gationis Concilij, quam refert Rota *ea deciſ.* 1052.
vbi non obſtante quod in Concil. Tridentin.
ſeſſ. 24. *de reformat. cap.* 20. dicatur, quod cauſæ

matrimoniales Epiſcopi tantùm examini, & iuriſ
dictioni relinquantur; nihilominus decidit, quod
ſi *Prior eſt nullius diœceſis, & habet quaſi Epiſco-*
palem iuriſdictionem, litteræ diſpenſationum matri-
monialium ſunt ipſi committendæ. Quod ſignum
manifeſtum eſt, tales Prælatos nullius diœceſis
19 poſſe omnia, quæ Epiſcopi poſſunt. Secundò ex
aliis, quas refert Sigiſmundus ſupra, vbi dictum
decretum Concilij declaratur non comprehende-
re Prælatos inferiores Epiſcopo, qui ſunt nul-
lius diœceſis. Tertiò ex ſimilibus aliis declaratio-
nibus in materia Confeſſariorum, & Concionato-
rum, de quibus in ſequentibus. Quartò ex aliis
deciſionibus, quas refert Barboſa in locum Con-
cilij relatum, *numero 47. & ſeqq.* Ac demùm ex ea
20 ratione, quod tales Abbates, ſeu Prælati regulares
habentes tale territorium ſunt quaſi Epiſcopi, atque
ita retinere debent omnem iuriſdictionem, & pote-
ſtatem Epiſcopalem.

21 Dicendum ſecondò, etiam Abbates, ſeu Prælatos
Regulares non habentes proprium territorium, ſi
tamen habeant iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in
ſubditos, poſſe circa illos exercere omnem iuriſdi-
ctionem Epiſcopalem, quam Epiſcopi circa ſuos
ſubditos exercent. Sic ex Innocentio, Panormitano,
Felino, Deciano, Nauarro, & Sanchez eliciunt Si-
22 giſmundus, & Tamburinus ſupra. Et fauet Rota
coram Orano relata, vbi dicitur Abbatis territo-
rium eſſe Eccleſias ſibi pleno iure ſubiectas. Et ratio
videtur eſſe, quia eo ipſo, quod tales, ſiue ex priui-
legio, ſiue ex conſuetudine legitimè præſcripta ha-
bent iuriſdictionem Epiſcopalem, neceſſe etiam eſt
quod habeant quidquid ea iuriſdictione Epiſcopali
denotatur, aliàs talis iuriſdictio vana eſſet, inutilis, &
ventoſa, ac ſolum de nomine; nec haberet omnia,
quæ ad eam ſunt neceſſaria, contra *l. 2. ff. de iuriſ-*
23 *diction. omn. iudic.* Quod ex eo etiam firmatur, quia
iuriſdictio epiſcopalis non eſt neceſſariò coniuncta,
vt naturalis proprietas cum conſecratione epiſ-
copali, vt videre eſt in Epiſcopo titulari, qui nul-
lius Diœceſis eſt ordinarius Paſtor, & in Epiſcopis
qui cum licentia Papæ renunciarunt dignitati, aut
ob crimen priuati ſunt Epiſcopatu: ergo poterit
dari ſeparata, itaut aliquis habeat omnem iuriſdi-
ctionem epiſcopalem ſine ipſa epiſcopali digni-
tate. Barboſa *de Iur. Eccleſiaſt. lib. 1. capite 8. nume-*
ro 23.

24 Dicendum tertiò, traditam doctrinam limitan-
dam eſſe, vt non teneat pro caſibus, in quibus ali-
qua conceduntur Epiſcopis provt epiſcopi ſunt, vel
epiſcopalem iuriſdictionem habentibus in Diœceſi,
ſeu territorio ſeparatis, provt tales etiam ſunt: ita vt
ea extendi non poſſint ad alios talem qualitatem non
habentes. Ita ſimiliter Sigiſmundus, & Tambu-
rinus relati, poſt alios, quos referunt. Et ratio eſt,
quia talia cenſentur ipſis conceſſa *priuatiuè* quoad
25 alios quoſcumque, non *cumulatiuè*, ac proinde non
debent extendi, iuxta communem doctrinam de di-
ctionibus *priuatiuè, & cumulatiuè*, ſeu *accumulatiuè*.
26 Et etiam, quia ſine dubio diuerſum quid eſt, etiam
quoad poteſtatem iuriſdictionis, eſſe verè Epiſcopum
& habere poteſtatem *quaſi* Epiſcopalem. Etſi enim di-
ctio *quaſi*, quando ponitur per modum cauſæ, provt eſt
27 in illo Ioan. 1. *Vidimus gloriam eius quaſi vnigeniti à*
Patre, denotet, & exprimat veritatem, Baldus *in l. qui*
Romæ §. duo fratres, ff. de verbor. obligat. Barboſa
in tract. de Dictionib. dict. 321. num. 3. quando tamen
28 ponitur per modum ſimilitudinis, (vt in præſenti)
denotat improprietatem, fictionem, & diminutio-
nem. Provt ex iuribus, S. Rotæ deciſionibus, &
pluribus Doctoribus Barboſa *ibid. num. 1.* Similiter
diuerſum quid eſt habere iuriſdictionem Epiſco-
palem in propria diœceſi, & territorio ſeparatis,
ac habere illam intra limites, ſeu fines alterius
diœceſis, ſeu territorij; quia primum eſt eſſe veluti
in domo propria, ſecundum verò eſſe in domo al-
terius. Ergo ex vno ad aliud non poteſt fieri illatio, 29
cum iuxta Axioma iuridicum, *Diuerſorum diuerſum*
eſt iudicium, ex l. inter ſtipulantem. § ſacram, ff. de 30
verbor. obligat. Stephan. Gratian. *Marchia deciſ. 35.*
num. 8. & deciſ. 42. num. 10. Vnde Magiſter S. Pa-
latij *in indice librorum expurgandorum, in expurgat.*
numero 6. pagina 461. *Emmanuel Sà*, inquit:
Prælati exempti habentes iuriſdictionem quaſi Epiſco-
palem in ſuos, non poſſunt in eos quidquid poſſunt
Epiſcopi in ſibi ſubditos, niſi ex ſpeciali indulto Se-
dis Apoſtolicæ. Quod maximè procedit reſpectu 31
Prælatorum exemptorum, qui ſunt intra Diœce-
ſim alicuius Epiſcopi, quia illi, licet aliquo mo-
do dicantur extranei, vt probat Eraſmus Co-
chier ex variis Doctoribus *in tractat. de iuriſdict. Or-*
din. in exempt. part. 1. quæſt. 46. numero 2. & part. 2.
quæſt. 19. numero 3. & quæſt. 45. numero 118. ni-
hilominus Ordinarius plus iuris vindicat in exem-
ptos iſtos, quam in omnino extraneos. Rota *nouiſſ.*
deciſ. 702. numero 4. part. 1. Cochier *numero 128.*
relato. Et ſubiiciuntur in aliquibus ipſi Epiſco-
po, vt inquit Hoſtienſ. *in capite Cum contingat,*
numero 1. de for. compet. in capite Quanto, nume-
ro 13. & in cap. quoniam, de offic. ordin. cum Epiſ-
copatus ſit vnum corpus, cuius caput eſt Epiſcopus,
& ſi ponantur ibi duo Epiſcopi, fiet vnum corpus 32
duo capita habens, quod eſt monſtruoſum, ſiue pro-
digioſum, & quod natura abhorret, & ius reſ-
puit, *can. in apibus 7. quæſt. 1.* Sigiſmundus *ſupra*
num. 11.

Vnde dicendum quartò: Ea quæ conceduntur 33
Epiſcopis vt Sedis Apoſtolicæ delegatis, ſeu (pro-
vt Barboſa antiquior notat *in leg. cum prætor, §. 1.*
num. 33. ff. de iudic.) quod idem eſt, quæ conce-
duntur illis *authoritate Apoſtolica*, ſiue iure com-
muni, ſiue ex Concilio Tridentino, aut alio modo,
non cenſentur conceſſa aut permiſſa Prælatis ha-
bentibus iuriſdictionem Ordinariam quaſi Epiſco-
palem intra fines, ſeu limites Diœceſis alicuius
Epiſcopi, ſeu Epiſcopatus; benè tamen habenti-
bus talem iuriſdictionem extra diœceſim cuiuſcun-
que Epiſcopi, ſeu habentibus proprium territorium,
ſeu diœceſim; aut, quod idem eſt, qui ſunt nullius
diœceſis. Duæ partes huius concluſionis ſigillatim
probandæ ſunt, ſupponendo cum communi Docto-
rum, quod Epiſcopi poſſunt multa ex vi iuriſdictio-
nis Ordinariæ Epiſcopalis, multa etiam ex ſpeciali
delegatione Sedis Apoſtolicæ illis facta tum iure
communi, tum præcipuè ex Concilio Tridentino. De
quibus Azorius *tom. 1. inſtitut. moral. lib. 3. cap. 54.*
Franciſcus Leo *in Theſaur. fori Eccleſiaſtic. p. 2. cap. 1.*
num. 59. Riccius *in praxi aurea, reſolut. 449.* & Bar-
boſa *de offic. & poteſt. Epiſcopi part. 2. in epilogo, &*
part. 3. allegat. 92.

Prima ergo pars ſufficienter ſuadetur ex dictis 34
ſuprà *numero 24.* Quibus iungitur, quod cum de-
legatus Sedis Apoſtolicæ ſit ſuperior, maior, & dig-
nior Ordinario, *cap. ſanè, de offic. & poteſt. iudic. de-*
legat. cap. paſtoralis, de offic. iudic. Ordinar. cùm hæc
dignitas conceditur Epiſcopo, ſolum debet credi con-
ceſſa vero Epiſcopo, vel æquali ipſi, qualis ſolùm eſt
is qui habet diœceſim, & territorium de per ſe;
quia magis confidit Sedes Apoſtolica de iſtis, quàm
de aliis, qui exiſtunt in aliena diœceſi. Vnde cum
eſſet dubium in Rota propoſitum de anno 1607.
coram Coccino, an ſcilicet quidam Archidiaco-
nus veniret nomine Ordinarij quantum ad com-
miſſionem diſpenſationum, quas Ordinarijs com-
mitti

miſti voluit Concilium Tridentinum *ſeſſ. 22. de Reformat. cap. 5.* eadem Rota, prout habetur *deciſ. 346.*
inter deciſiones eiuſdem Coccini decreuit non comprehendi, ex eo quod, vt inquit: *Aliàs congregatio*
Illuſtriſſimorum Interpretum Concilij cenſuit, tune diſpenſationes huiuſmodi poſſe committi inferioribus Ordinariis, quando ſunt nullius diœceſes, & habent quaſi
Epiſcopalem iuriſdictionem, vt dicitur in cauſa nullius della Serena, 19. Nouembris 1593. coram Illuſtriſſimo
Seraphino. Quæ qualitas, quod ſit nullius diœceſis non poteſt verificari in iſto Archidiacono, quia licèt habeat
territorium exemptum non ſubiectum iuriſdictioni Epiſcopi, tamen non poteſt dici, quod non ſit de Diœceſi,
& in Diœceſi Burgenſi. Ex quo ſaltem à ſimili colligitur, quod ea quæ committuntur Epiſcopis, vt
delegatis Sedis Apoſtolicæ, non cenſeantur conceſſa
niſi veris Epiſcopis, & aliis habentibus iura Epiſco-
36 palia cum Diœceſi, & territorio ſeparatis, ſicut illa
habent veri Epiſcopi.

Secunda verò pars quartæ concluſionis colligitur
ex eo, quod Prælati habentes iuriſdictionem quaſi
Epiſcopalem cum territorio, & diœceſi ſeparata, ſunt
omnino ſimiles Epiſcopis quoad poteſtatem iuriſdictionis. Vnde cum Gregorius XV. in Bulla *de exemptorum priuilegiis* plura conceſſiſſet Epiſcopis Diœceſanis in ordine ad exemptos, nihilominus S. Congregatio Concilij declarauit non intelligi illis tributam aliquam facultatem *in perſonas nullius diœceſis.* Ex eo ſanè quia tales perſonæ ſunt plenè ſubiectæ Prælatis *nullius.* Hinc etiam de illis dixit Rota
in Lucenſi, ſeu nullius *Iuriſdictionis*, coram Seraphino *deciſ. 1278. num. 4.* haberi ac ſi eſſent *extra territorium Epiſcopi in omnibus, & per omnia.* Et in vna
Piſcienſi, ſeu nullius *iuriſdictionis*, coram Gypſio
deciſ. 798. num. 3. & 4. inter collectas à Farinacio,
37 quod nomine Ordinariorum veniunt, & quod ita
declarauerit S. Congregatio Concilij. Similiter de
illis habet alia Rota Volaterranenſis *iuriſdictionis in*
2. part. diuerſorum deciſ. 207. quod illi, nec ſunt *in*
diœceſi, nec de diœceſi, ad differentiam aliorum Prælatorum, qui habent ſuam iuriſdictionem in diœceſi
aliorum; tales enim licet non ſint *de diœceſi*, ſunt
tamen *in diœceſi*, iuxta doctrinam Abbatis, Felini,
& Vbaldi, quos eadem Rota affert, impugnans eos
39 qui dicunt quod *locus exemptus conſtituat territorium*
de per ſe. Et ita Sanchez *lib. 8. de matrimon. diſp. 2.*
num. 12. de illis dicit: *Hi in ſua diœceſi plenam Epiſcoporum iuriſdictionem habent, ab illiſque ſola conſecratione differunt, vt paſſim tradunt Doctores.* Ex
quo rectè infertur, poſſe illos facere omnia quæ
veri Epiſcopi, etiam vt delegati Sedis Apoſtolicæ
faciunt.

40 Supponimus autem territorium, & diœceſim idem
eſſe, hoc ſolum excepto, quod Diœceſis eſt territorium quoad ſpiritualem iuriſdictionem, & territorium quoad temporalem, *cap. ſi Epiſcoporum 16. q. 2.*
Ioannes Andreas *in c. cum Epiſcopus, de offic. ordinar.*
41 *lib. 6.* Ruinus *conſ. 22. num. 5. in fin.* Abbas *conſ. 82.*
num. 7. & Barboſa poſt illos *de iure Eccleſiaſt. lib. 2.*
c. 39. n. 85. & 86. Et quod diœceſis eſt *Ciuitas, & territorium vbi Epiſcopus iuriſdictionem habet in ſpiritualibus*, vel *vbi eſt, Epiſcopus, & Epiſcopatus.* Barboſa
de offic. & poteſt. Epiſc. p. 1. tit. 1. c. 7. n. 8. Vide Eraſm.
Cochier *de iuriſdict. ordin. in Exempt. part. 4. q. 74.*

42 Ex his iam primò elicitur, præfatos Prælatos
Regulares habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in populum, poſſe in caſu negligentiæ Religioſorum exemptorum, authoritate Apoſtolica beneficia ad illorum diſpoſitionem ſpectantia prouidere,
iuxta *Clement. vnic. de ſupplenda negligent. Prælator.*
Vbi Doctores communiter. Cùm autem hæc facul-
43 tas non competat Epiſcopis reſpectu exemptorum,
niſi ſolum *authoritate Apoſtolica*, vt habetur in eadem
Clementina, non competet aliis non habentibus territorium, aut diœceſim, iuxta dicta.

Secundò, poſſe etiam in caſu hæreſis procedere 44
contra quoſcunque exemptos, iuxta *cap. Ad abolendam, de hæreticis.* Quia tamen facultas hæc procedendi
contra exemptos conceditur Epiſcopo ſolùm *authoritate Apoſtolica*, & vt delegato ipſius, ideo etſi 45
competere poſſit dictis Abbatibus, &c. habentibus
territorium, & diœceſim, prout tenent Ludouicus
Molina *de iuſtitia, tract. 5. diſp. 28. num. 15.* Caſtrus
Palaus *in oper. moral. p. 1. tract. 4. diſput. 8. punct. 12.*
§. 1. num. 6. in fin. & Carena *de offic. S. Inquiſit. part. 1.*
titul. 6. §. 4. Non tamen competet aliis non habentibus dictum territorium, aut diœceſim, etiamſi habeant iuriſdictionem Epiſcopalem, propter dicta in
ſuperioribus.

Tertiò, poſſe dictos Prælatos clauſuram Monialium etiam Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectarum
eiuſdem Sedis authoritate procurare. Ita enim conceditur Epiſcopis *cap. periculoſo, de ſtatu Regular. in 6.* 46
Et in Concil. Trident. *ſeſſ. 25. de Regularib. cap. 5.*
Cum autem hoc concedatur illis, vt delegatis Sedis
Apoſtolicæ, ideo extendendum eſt ad Prælatos habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum territorio, & diœceſi, non autem aliis, propter dicta.

Quartò, poſſe etiam dictos Prælatos monaſteria 47
exempta Monialium, quæ nulli alij ſuperiori ſubdita ſunt, niſi ſolùm Sedi Apoſtolicæ, annis ſingulis
viſitare. Ita enim conceditur Epiſcopo *in Clement.*
Attendentes de ſtat. monach. quod innouatur à Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. de Regular. cap. 9.* vbi diſponitur, quod *monaſteria Sanctimonialium Sanctæ Sedi*
Apoſtolicæ immediatè ſubiecta, etiam ſub nomine Capitulorum Sancti Petri, vel S. Ioannis, vel aliàs, quomodocunque nuncupentur, ab Epiſcopis tanquam dictæ
Sedis delegatis gubernentur, non obſtantibus quibuſcunque. Quod quidem decretum Sacra Congregatio 48
declarauit eſſe intelligendum quoad ſpiritualem gubernium, ſed non quoad temporale, vt refert Aemendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib. 1.*
tit. 18. l. 7. de Relig. num. 93. vbi *num. 94.* ſubdit per
illud Concilij decretum nullam iuriſdictionem eſſe
conceſſam Epiſcopo in monaſteriis Sedi Apoſtolicæ
immediatè ſubiectis, niſi in concernentibus ſpiritualia; in temporalibus verò, nihil agere poſſe. Hæc
porrò, ſicut præcedentia ſolùm poſſunt conuenire dictis Prælatis habentibus proprium territorium, non
aliis carentibus ipſo, & exiſtentibus intra fines alterius, iuxta dicta.

Quintò ſimiliter poſſe reformare hoſpitalia, compellendo etiam exemptos ad hoc. Sic enim ſtatuitur 49
in Clementina *Quia contingit, de Religioſ. domib.* innouata à Concil. Trident. *ſeſſ. 7. cap. 15. de reformat.*
& ſeſſ. 25. cap. 8 de reformat. Quia verò hæc conceſſio in ordine ad exemptos ſolum conceditur Epiſcopis *authoritate Apoſtolica*, ſeu quod idem eſt, vt delegatis illius, non competet, iuxta dicta, niſi illis 50
Prælatis, qui habent proprium territorium, vel diœceſim.

Sextò, pariter poſſe procedere contra concionatores hæreſes prædicantes, etiamſi ſint exempti. Quia 51
hoc conceditur Epiſcopo *authoritate Apoſtolica*, &
vt Sedis Apoſtolicæ delegato in Concil. Trident.
ſeſſ. 5. de reformat. capite 2. De qua conceſſione
Rodriguez *tom. 2. quæſt. Regul. quæſt. 32. artic. 8.*
Portellus *in dub. Regular. verbo Prædicatores, numero 12.* Alter Rodriguez *in Compend. reſolut. 112.*
numero 12. De eadem pariter dicendum non extendi niſi ſolùm ad habentes Epiſcopalem iuriſdictionem cum propria diœceſi, vt ex dictis innoteſcit.

Septimò

52 Septimò quoque poſſe prouidere, vt *per deputationem idoneorum Vicariorum, & congrua portionis fructuum deſignationem cura animarum nullatenus negligatur*, à quibuſcunque etiam exemptis ad reſidentiam perſonalem obligatis, & non reſidentibus. Propter decretum Concilij Trident. *ſeſſ.6. de Reformat, cap.2.* Quod tamen quia dicit eſſe *officium Epiſcoporum tanquam in hac parte à Sede Apoſtolica delega-*
53 *torum*, non incumbet dictis Prælatis habentibus iuriſdictionem Epiſcopalem in diœceſi aliorum, iuxta probata. De hac porrò conceſſione agunt Mandoſius, Salzedo, Franciſcus Leo, Armendariz, & alij, quos citat Barboſa in collectan. ad hunc locum Concilij.

54 Octauò ſimiliter poſſe dictos prælatos habentes iuriſdictionem Epiſcopalem cum diœceſi, vel territorio punire quemcumque Regularem extra Monaſterium degentem, etiam ſui ordinis priuilegio non obſtante. Propter decretum Concilij Trident. *ſeſſ.6. de reform. cap.3.* vbi id ſtatuitur. Cum verò id concedatur Epiſcopo *tanquam ſuper hoc à Sede*
55 *Apoſtolica delegato*, excluduntur alij Prælati habentes diœceſim tanquam Epiſcopi, propter dicta in ſuperioribus. De hac porrò conceſſione, & decreto Concilij tractant Campanile *in diuerſ. iuris canonic. Rubric.12. cap.13.* Riccius *in deciſ. Curia Neapolit. part.1. deciſ.223. num.4. & part.4. deciſ.235.* & alij, quos ſequor *tom.1. mea Summa, c.11. n.8. & tom.3. verbo Cauſa iudicialis Regularium, num.13.*

56 Nonò pariter, viſitare, & corrigere capitola Eccleſiarum, ipſorumque perſonas, non obſtantibus quibuſcunque, &c. Quia ita conceditur Epiſcopis in Eodem Concilio Trident. *ſeſſ.6. de reformat. c.4.* Quia verò additur ibi, *etiam authoritate Apoſtolica*, propterea excluſi videntur Prælati non habentes diœceſim, & territorium, propter dicta in ſuperioribus.

57 Decimò quoque poſſe examinare vniones beneficiorum à quadraginta annis citra factas, iuxta eiuſdem Concilij diſpoſitionem *ſeſſ.7. de reform. c.6.* Sed cùm hoc concedatur ordinariis tanquam à Sede *Apoſtolica delegatis*, prout dicitur in eodem Concilio, non extenditur niſi ad habentes territorium, & diœceſim propriam, ſicut de aliis conceſſionibus dictum eſt. De hac porrò materia aliquid dixi *tom.2. Summa cap.41.*

58 Vndecimò etiam poſſe viſitare quaſconque Eccleſias quomodolibet exemptas ſingulis annis, & opportunis remediis prouidere circa reparationem earum, & curam animarum. Quia ita conceditur in eodem Concilio *ſeſſ.7. de reform. cap.8.* locorum
59 ordinariis, quod procedere etiam in Prælatis inferioribus habentibus iura Epiſcopalia, tenuit Rota in Piſcienſi, ſeu nullius *iuriſdictionis*, coram Gypſio 16 Decembr. 1593. in deciſionibus à Farinacio collectis *deciſ.798* vbi idem refertur deciſum in alia Salmantina *Iuriſdictionis*. Excludi autem videntur ab hac facultate alij, qui non habent territorium, ſeu diœceſim, iuxta probata in ſuperioribus. De quibus autem Eccleſiis exemptis loquatur Concilium, vi-
60 dendi Rodriguez *tom.1. Quaſt. Regul. q.36. art.1.* & Ceſpedes *in tract. de Exempt. Regular. cap.15. dub.133.*

Duodecimò, poſſe etiam in cauſis ciuilibus mercedum, ſeu miſerabilium perſonarum procedere etiam contra Regulares extra Monaſterium degentes, non obſtante eorum exemptione. Propter decretum eiuſdem Concilij *ſeſſ.7. cap.14.* Etſi quoad Regulares intelligi id debeat cum exemptione, quam poſui *tom.3. ſumma, verbo cauſa iudicialis Regularium, n.6. & tom.5. in Mari magno Prædic. n.10. & ſequentibus* ac maximè *tom.1. c.11. n.10.* Conceditur autem hæc facultas à Concil. *locorum ordinariis tanquam à Sede Apoſtolica delegatis*, & ita non extenditur ad Prælatos non habentes territorium, ſeu diœceſim, vt dictum manet.

Tertiodecimò, poſſe viſitare, & corrigere quoſ- 61
cunque clericos, etiam exemptos, & extra viſitationem. Quia ita decernitur in eodem Concilio *ſeſſ.14. de Reformat. c.4.* pro omnibus Eccleſiarum Prælatis, vt & Sedis Apoſtolicæ delegatis. Vnde idem videtur dicendum de hac conceſſione, quod de aliis ſimilibus dixi. Et illi cohæret ea quæ conceditur *ſeſſ.24. cap.10. de Reform.* De qua etiam idem cenſendum.

Quartodecimò, iuxta decretum eiuſdem Conci- 62
lij *ſeſſ.21. cap.5.* poſſe vniri beneficia, ſeu Eccleſias parochiales ſuæ diœceſis. Quia verò id non conceditur niſi Epiſcopis, & tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis, ideo non competet Prælatis in diœ- 63
ceſi aliena exiſtentibus, quantacunque poteſtate quaſi Epiſcopali fulgere dicantur: niſi hoc ex priuilegio aliquo Pontificio, ſeu legitima præſcriptione adquiſierint. Rebuffus *in prax. beneficiorum, tit. de vnionibus, n.32. & 33.* Sbroz. *de vicario Epiſcopi lib.2. q.115. n.12.* Azor. *tom.2. inſtit. mor. lib.6. c.28. q.10.* Competet tamen Abbatibus, ſeu Prælatis in propria diœceſi, vel territorio Epiſcopalem iuriſdictionem habentibus. Vt bene Sanchez *lib.7. in Decalog. c.29. n.160.* poſt Abbatem, & alios, quos etiam ſequitur Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc. Alleg.66. num.14.*

Quintodecimò, poſſe item transferre beneficia 64
ſimplicia ex Eccleſiis collapſis in alias Eccleſias, & parochiales Eccleſias collapſas refici curare, iuxta modum aſſignatum ab eodem Concilio *d. ſeſſ.21. c.7. de reform.* Cum id concedatur Epiſcopis. Quia verò conceditur ipſis, vt delegatis Sedis Apoſtolicæ, non poterit extendi hæc facultas niſi ad dictos Prælatos non ſolum habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ſed etiam diœceſim, vel territorium, propter dicta in ſuperioribus.

Decimoſextò, poſſe etiam commendata Mona- 65
ſteria, in quibus non viget Regularis obſeruantia, necnon beneficia etiam curata, & Regularia annis ſingulis viſitare, & ipſa Monaſteria, etiam in quibus viget obſeruantia, in caſu quo ſuperiores ea non viſitauerint admoniti. Iuxta modum ſanè, & præſcriptum Concilij Tridentini *ſeſſ.21. cap.8.* Quod quia conceditur ordinariis, & Epiſcopis tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis, etiamſi non extendatur ad Prælatos inferiores non habentes diœceſim, ſeu territorium, extenditur tamen ad illa habentes cum iuriſdictione quaſi Epiſcopali, propter ſæpius repetita. Videndus Azor. *tom.1. inſtitut. moral. lib.12. cap.18. verſ.6.* quem ſequitur Barboſa *in collectan. ad hunc locum concilij num.5.*

Decimoſeptimò, poſſe quoque vti facultate con- 67
ceſſa ab eodem Concilio *ſeſſ.21. cap.3. & ſeſſ.22. c.3. de reform.* circa diſtributiones quotidianas ex tertia parte fructuum beneficiorum. Cum verò id concedatur Epiſcopis tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis idem dicendum de hac conceſſione, ſicut de aliis præcedentibus, quantum ad extenſionem illius ad Prælatos inferiores.

Decimooctauò, frui quoque poſſe facultate con- 68
ceſſa ordinariis in eodem Concilio *ſeſſ.22. cap.5. & 6. de reform.* circa diſpenſationes, ſeu commutationes vltimarum voluntatum ipſis committendas. Quod intellige ſicut in ſuperioribus dicta, quando iſti Prælati Epiſcopis inferiores ſunt nullius diœceſis, & habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, cum proprio territorio. Vt habet Rota coram 69
Coccino

Coccino deciſ. 346. referens aliam *nullius* de la Serena, coram Seraphino, 19. Nouemb. 1595. Secus verò ſi non habent tale territorium proprium, ſed in diœceſi alia. Pro quo dicta Rota Coram Coccino dixit: *Quæ qualitas, quod ſit nullius diœceſis, non poteſt verificari in iſto Archidiacono, quia licet habeat territorium exemptum, non ſubiectum iuriſdictioni Epiſcopi, tamen non poteſt dici quod non ſit de diœceſi, & in diœceſi Burgenſi.* De quo maximè videndus Nicolaus Garzia *de Benefic. p.9.c.2.num.142. & ſeq.* & Flores de Mena *variar. Reſolut. lib.3.q.24. num.22.*

70 Decimonono, poſſe videre pias omnes diſpoſitiones quorumcunque Collegiorum, & hoſpitalium iuxta modum, & diſpoſitionem Concilij Tridentini *d. ſeſſ.22.cap.*8. Quæ diſpoſitio cùm loquatur de Epiſcopis tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis, non videtur extendenda, niſi ad Abbates,
71 qui non ſolùm iuriſdictionem Epiſcopalem, ſed etiam proprium territorium habent ſeparatum. Quo ſenſu intelligendi veniunt Flores de Mena *variar. quæſt. lib.2.q.24.num.25.* & Riccius *in Prax. aur. reſolut.* 303. quos refert, & ſequitur Barboſa ſuper hunc locum Concilij, *num.* 16.

72 Vigeſimò, poſſe ſimiliter iuxta decretum Concilij Tridentini *eadem ſeſſ.22.cap.*10. ſcrutari ſufficientiam Notariorum, & ea non reperta, ipſos arcere. Quæ authoritas cum concedatur Epiſcopis
73 tanquam delegatis Sedis Apoſtolicæ, pari modo, ac præcedentes, limitanda eſt pro Prælatis inferioribus Epiſcopo habentibus qualitatem territorij, & diœceſis ſeparatorum. Et in hoc ſenſu accipiendus Sellius *in ſelect. Canon. c.29. n.16.* referens id eſſe deciſum, quem ſuper hunc locum Concilij affert Barboſa *ibi num.* 2.

74 Vigeſimoprimò, poſſe ſimiliter in caſu ſpeciali, ſi Abbates monachorum negligentes fuerint in habenda lectione S. Scripturæ, eos ad id opportunis remedijs compellere, prout deciditur in eodem Concilio *ſeſſ.5.de reform. cap.*1. Quia tamen hoc con-
75 ceditur Epiſcopis, vt Sedis Apoſtolicæ delegatis, ſolùm reſtringi debet ad Prælatos iſtos nullius diœceſis, ſeu habentes propriam diœceſim, aut territorium, conformiter ad dicta ſæpius. Pro hac lectione videnda quæ dixi *tom.4. Summa, verbo Lectio quoad Regulares, numero ſecundo.*

Vigeſimoſecundò, poſſe quoque cognoſcere de ſubreptione, vel obreptione alicuius gratiæ conceſſæ alicui ſuper abſolutione alicuius criminis,
76 iuxta decretum eiuſdem Concilij *ſeſſ.13. de reform. cap.*5. Quæ etiam conceſſio, cum ſolùm ſit facta Epiſcopo vt Sedis Apoſtolicæ delegato, non competet illis Prælatis, qui habent ſuam iuriſdictionem in diœceſi aliena, prout dictum ſæpius.

77 Vigeſimotertiò, poſſe ſimiliter cognoſcere de ſubreptione, obreptione, & defectu intentionis conſtitutionum, ſeu conſuetudinum faciendi quaſdam deductiones fructuum beneficiorum in admiſſione ad illa, &c. Sic enim decernitur in eodem Concilio Trident. *ſeſſ.24.cap.*14. *de reformat.* Cum autem id concedatur Epiſcopo *tanquam Apoſtolicæ Sedis* delegato, non competet niſi ſolùm Prælatis habentibus diœceſim, aut territoria ſeparata, iuxta dicta. De hac porrò materia Nauarrus, Saytus, Gutierrez, Leo, Riccius, Bonacina, & alij, quos refert Barboſa *in collect.* ad hunc locum Concilij.

78 Vigeſimoquartò, poſſe pariter facere circa Patronatus, acceſſiones, beneficia, &c. ea quæ ordinariis conceduntur ab eodem Concilio *ſeſſ.*29. *capit.*9. *de reformat.* Quæ quia ipſi ſunt conceſſa vt Sedis Apoſtolicæ delegatis, limitanda ſunt quoad extenſionem, iuxta dicta. Idem dicendum de facultate procedendi contra clericos concubinarios, iuxta decretum Concilij *eadem ſeſſ. cap.*14.

Elicitur ſecundò ex dictis, facultatem conceſſam 79
Epiſcopis à Concilio Tridentino *ſeſſ.24. cap.*6. illis verbis: *Liceat Epiſcopis in irregularitatibus omnibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentioſum, diſpenſare, & in quibuſcumque caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, delinquentes quoſcumque ſibi ſubditos in diœceſi ſua per ſe ipſos, aut Vicarium ad id ſpecialiter deputandum, in foro conſcientiæ gratis abſoluere, impoſita pœnitentia ſalutari. Idem & in hæreſis crimine in eodem foro conſcientiæ eis tantùm, non eorum Vicariis, ſit permiſſum.* Elicitur, inquam, hanc facultatem nullatenus communicari Prælatis iſtis, de quibus eſt ſermo in præſenti, qui non habent territorium, aut diœceſim per ſe, ſed ſunt in diœceſi aliena. Tum quia id colligitur ex illis verbis, *in diœceſi ſua*, quibus denotatur ipſam non concedi illis, qui ſunt in diœceſi aliena. Tum quia ita videtur deciſum à S. Congregatione in declaratione, quam his verbis refert Garzia *de beneficiis part.7. cap.*11. & alij plures: *Non comprehenduntur inferiores habentes iuriſdictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalem, nec etiam Prælati Regulares, ſed tantùm Epiſcopi priuatiuè quoad omnes alios.* Et ita tenent communiter Docto-
tes, ſpecialiter Suarez, Cenedo, Toletus, Aragon, Ro- 80
driguez, Sanchez, & alij, quos referunt, & ſequuntur idem Garzia *ſupra*, & Sigiſmundus de Bononia *de elect. dub.51. num* 8. Vnde ſubditi talium Prælatorum, imò ipſi Prælati exempti pro obtinenda gratia huius conceſſionis poſſunt recurrere ad Epiſcopum illius diœceſis, vt tradit Garzia *ſuprà*, & alij poſt ipſum.

Loquendo etiam de aliis Prælatis habentibus 81
territorium, ſeu diœceſim, quamuis ſecundùm probabilem plurium opinionem poſſet dici iſtam Conciliarem diſpoſitionem ad illos extendi, nihilominus ſi relata S. Congregationis declaratio ſub-
ſiſtit, prout ſubſiſtere debet, quia communiter pro 82
authentica habetur (vide Suarez *tom.5. in 3. part. diſput.41. ſect.5. n.7.* de ea dicit: *Sufficienti ratione & authoritate nobis de ea conſtat*) tenendum eſt contrarium. Ratio, eſt, quia in ea dicitur non comprehendi inferiores Epiſcopis *habentes iuriſdictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalem*, maximè cùm addatur, *ſed tantùm Epiſcopi priuatiuè quoad omnes alios*, quæ verba tollunt omnem difficultatem. Præſertim, quia hæc conceſſio ex ea parte qua derogat iuri communi eſt odioſa, & ideò limitanda ad proprietatem verbi Epiſcopus. Suarez *ſup.* Garzia etiam *ſuprà*, & quamplures alij, quos citat, & ſequitur Barboſa *in collectan. ad eum locum Concilij, numero 7.* ac Sigiſmundus *ſupra*, & P. Diana *part. 4. Tractatu 4. Reſolut.* 211. vtramque partem probabilem vocans.

Elicitur tertiò, cauſas matrimoniales, & crimina- 83
les non eſſe relinquendas iudicio horum Prælatorum exemptorum, quia non habent proprium territorium, aut diœceſim, ſed ſunt in diœceſi aliena. Ita enim
colligitur ex Concilio Trident. *ſeſſ.24. de reformat.* 84
cap.10.§. Ad hæc, ibi: *Ad hæc cauſæ matrimoniales, & criminales, non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum iudicio, etiam viſitando, ſed Epiſcopi tantùm examini, & iuriſdictioni relinquantur.* Verba enim illa *ſed Epiſcopi tantùm*, excludunt Prælatos iſtos. Prout illos etiam excluſit Rota coram Coccino *deciſ.346.* ſuperiùs *num.*49. relata. Et Rota coram Oembergo in vna Conſtantienſi *iuriſdictionis*, 29. Nouembris 1617. Et fauet declaratio S. Congregationis, quam affert Sigiſmundus *ſupr. num.*9. apud

quem

quem, & Barboſam *in Collectan. ad hunc locum Concilij, num. 56. & de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 84. num. 2. & de Appellat. iur. Appellat. 89. num. 18.* alia ad propoſitum.

85 Quamuis autem propter illa verba, *ſed Epiſcopi tantum*, excluſi etiam videbantur ab hac conceſſione Abbates, & alij Prælati habentes iuriſdictionem Epiſcopalem cum territorio, & diœceſi, ſeu nullius diœceſis; nihilominus eos non eſſe excluſos, ſed poſſe illos de prædictis cauſis cognoſcere, reſoluit Riccius *in deciſ. Curia Archiepiſc. Neapol. deciſ. 184.*
86 *part. 4.* & deciſum refert Narbona *l. 59. gloſſ. 1. num. 66. tit. 4. lib. 2. recop.* & ſentit Rota in Burgenſi *iuriſdictionis*, coram Pamphilio *num. 6.* quam refert Tamburinus *tom. 3. de iure Abbat. in fine, deciſ. 44.* Item Rota in cauſa Salamantina *iuriſdictionis* coram Aldobrandino, die 1. Iulij 1565. Et conſtat ex dictis ſuprà ex deciſ. Rotæ 1032. coram Seraphino. Videnda etiam alia Rotæ deciſio in Burgenſi *iuriſdictionis* coram Orano apud telarum Tamburinum *ſuprà deciſ. 41.*

87 Ex præſcriptione etiam immemorabili, conſuetudine, vel priuilegio extendi poſſe hanc conceſſionem ad Prælatos exemptos præfatos territorio, ſeu diœceſi proprijs carentes, & in diœceſi aliena exiſtentes, reſoluunt Gloſſa *in cap. litteras, de reſtitut. ſpoliat. & in cap. 1. de conſanguin. & affin.* Palat. *in repet. capit. per veſtras, notab. 2. §. 1. num. 33.* Couarruuias *de ſponſal. part. 2. cap. 8. §. 12. num. 1. verſ. verum*, Nauarrus *conſil. 1. num. 5. de offic. deleg. in antiq. aliàs conſil. 3. eod. tit. in nouis*, quia hoc decretum non ſuſtulit conſuetudinem, in qua ſunt inferiores Prælati, ſi ſit immemorabilis, vt referunt deciſum additio *ad dict. conſil. 3. Nauarri*, Gunzalez *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 33. n. 5.*

88 Pariter id poſſe competere illis ex delegatione Papæ per *cap. propoſuiſti, de probat. & cap. ex litteris, de in integrum reſtit. & cap. 1. vt lit. non conteſt.* reſoluunt Couarruuias *d. n. 1. verſ. eſt tamen*, Rendina *in promptuario recept. ſent. tom. 1. tit. 72. num. 6.* aſſerentes non ſolere Romanos Pontifices cauſas matrimoniales, niſi ex iuſta cauſa alijs quàm Epiſcopis committere.

89 Elicitur quartò, nec poſſe dictos exemptos territorio, & diœceſi carentes, ſecluſo ſpeciali priuilegio, vti facultate conceſſa à Concilio Tridentino *ſeſſ. 23. cap. 15.* Epiſcopis ad examinandum, & approbandum confeſſarios pro confeſſionibus ſæcularium audiendis. Cùm enim Concilium dicat: *Nullum etiam Regularem poſſe Confeſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per*
90 *examen, &c. approbationem obtineat*, colligitur hanc facultatem ſolis Epiſcopis priuatiuè ad omnes alios quoſcunque inferiores Prælatos competere. Sic enim deciſum teſtantur Armendariz *in addit. ad recopil. legum Nauar. lib. 4. tit. 29. l. 1. §. 1. de confitendo ſemel in anno*, Sellius *in ſelect. canonic. cap. 14. num. 27.* Stephanus Aluinus *de poteſt. Epiſcop. & Abbat. cap. 19. num. 6.* Barboſa *in collect. ſup. hunc locum, num. 23.* & alij. Colligitur etiam ex declarationibus S. Congregationis, quas ex eiſdem authoribus habet idem Barboſa *ibidem*, & Suarez *4. tom. de Pœnit. diſp. 28. ſect. 5. num. 2.* maximè ex alia, de qua infrà. Ac proinde Rota in Calaguritana *Iuriſdictionis*, coram Ottembergo die 9. Iunij 1611. apud Tamburinum in deciſionibus adiunctis *tom. 3. de iur. Abbat. deciſ. 49. num. 1.* dixit hanc facultatem competere Epiſcopo *priuatiuè*. Et eadem Rota in alia etiam Calaguritana *iuriſdictionis*, coram Vbaldo inter deciſiones relatas *deciſ. 50.* dixit, Epiſcopum habere in hoc ſuam intentionem fundatam in iure communi, & aſſiſtentiam iuris. Additur autem in his duabus deciſionibus id eſſe verum non obſtante quacunque conſuetudine contraria, etiam immemorabili. Conformiter ſanè ad Concilij decretum, vbi hoc ſtatuit *conſuetudine quacunque, etiam immemorabili*, non obſtante.

Nihilominus tamen Abbates alios, ſeu Prælatos 91
habentes territorium, ſeu diœceſim, & qui *nullius* dicuntur, dicta facultate Concilij vti poſſe, res eſt certa. Tum quia ita obtinuit vſus, & conſuetudo, vt probant plura exempla, quæ afferunt Suarez *ſupr. num. 3.* Barboſa *num. 28.* Tum quia Confeſſarios
approbare non eſt actus Ordinis, ſed iuriſdictionis, 92
dicti autem Prælati ſunt ſimiles Epiſcopis in iuriſdictione. Tum maximè, quia ita declarauit S. Congregatio Concilij, quam refert, & ſequitur Rota in Calaguritana *iuriſdictionis*, coram Peña 4. Iulij 1604. & alia Rota eiuſdem tituli, 26. Iunij 1604. coram Ottembergo, quæ habentur inter deciſiones à Tamburino adiunctas ſuo tertio tomo, *deciſ. 45. & 46.* Verba autem talis declarationis, ex quibus id totum quod diximus, roboratur, ſunt hæc. *Si Abbates non ſunt nullius diœceſis, ius approbandi Sacerdotes ad Confeſſiones perſonarum ſæcularium audiendas, atque licentiam concedendi Regularibus, qui in aliis quam ſuorum ordinum Eccleſiis ſacras conciones ſunt habituri, ad ipſos nullo modo pertinet, ſed tantùm ad Epiſcopum, intra cuius diœceſis fines exiſtunt.* Et ita tenent Suarez, & Barboſa *ſup.* Tamburinus *de iure Abbat. tom. 2. diſp. 6. quæſt. 11.* quamplures alios referentes.

Quintò elicitur, idem dicendum eſſe de facul- 93
tate dandi licentiam Regularibus ad concionandum in Eccleſiis, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, iuxta decretum Concilij Trident. *ſeſſ. 5. de reform. cap. 2.* hæc namque facultas non competit Prælatis exemptis non habentibus territorium, ſeu diœceſim; ſed tantùm illis, qui illam habent, & dicuntur *nullius diœceſis*. Ita enim colligitur manifeſtè ex declaratione S. Congregationis, quam immediatè antea adduxi: quæ credenda eſt authentica, vtpote quæ à S. Rota ſæpiùs refertur. Tamburinus *ſuprà, diſput. 11. quæſit. 2.*

Sextò etiam elicitur, facultatem conceſſam ali- 94
quibus Abbatibus ad dandum primam tonſuram, & minores Ordines ſuis ſubditis, tum iure communi *ex c. quoniam, diſt. 69. & cap. cum contingat, de ætat. & qualit.* tum propter ſpecialia priuilegia, de quibus inter alios plures Suarez *tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 29.* nullatenus communicari huiuſmodi Prælatis iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in aliena diœceſi habentibus. Non ſolùm quia, vt dixi *tom. 4. Summa, verbo Ordines Sacri, num. 6.* hæc facultas nullatenus extenditur ad alios præter illos, quibus eſt conceſſa; ſed etiam quia Concilium Tridentinum *ſeſſ. 23. de Reformat. cap. 10.* inquit: *Abbatibus, ac aliis quibuſcunque quantumvis exemptis, non liceat in poſterum, intra fines alicuius diœceſis conſiſtentibus, etiam ſi nullius diœceſis, vel exempti eſſe dicantur, cuiquam qui Regularis ſubditus ſibi non ſit, tonſuram, vel minores Ordines conferre.* Marchinus *de Sacramento Ordin. tract. 1. part. 2. c. 10.* poſt alios. Vbi *num. 16.* cum Molfeſio *in ſumma*, & iuxta declarationem quandam S. Congregationis, quam ex eo refert, excipit magnos Abbates habentes plenam iuriſdictionem ſæcularem, & ſpiritualem in ſubditos, etiam laicos. Fauet & deciſio, quam refert Sellius *in ſelect. can. c. 19. n. 21.*

Idem ſeptimò videtur dicendum de facultate con- 95
cedendi litteras dimiſſorias ſuis ſubditis ſæcularibus ad ſuſcipiendos Ordines ab Epiſcopis, niſi obſtent declarationes aliquæ S. Congregationis, quas refert

Barboſa

Barboſa *de iure Eccleſiaſt.lib.* 1.*c.* 33. *n.*61. vbi dici-
tur hoc ſpectare ad Epiſcopum viciniorem Eccleſiæ
nullius Diœceſis. Licet enim hæc facultas compete-
ret exemptis, *ex cap. tùm nullus, de tempor. ordinat.*
in 6. vt ibi Antonius Andreas, Ancharanus, Fran-
chus, & alij; hodie tamen poſt Concilium Triden-
tinum *d. ſeſſ.* 22. *cap.* 10. id non licet. Dicitur enim
96 ibi: *Nec ipſi Abbates, & alij exempti, aut collegia,
vel Capitula quæcumque, etiam Eccleſiarum Cathedra-
lium, litteras dimiſſorias aliquibus clericis ſecularibus,
vt ab aliis ordinentur, concedant, ſed horum omnium
ordinatio, ſeruatis omnibus quæ in huius Sanctæ Synodi
decretis continentur, ad Epiſcopos, intra quorum diœ-
ceſis fines exiſtant, pertineat, non obſtantibus qui-
buſuis priuilegiis, præſcriptionibus, aut conſuetudini-
bus.* Et infra: *Concedentes autem dimiſſorias contra
formam decreti, ab officio, & beneficio per annum
ſint ipſo iure ſuſpenſi.* Tamburinus *de iure Abbat.
tom.* 2. *disputat.* 2. *quæſt.* 26. *numero* 1. Vnde etiam
conſequenter ad ea quæ dixi *tom.* 3. *ſumm. ver-*
97 *bo Dimiſſoria, numero* 3. etiam in caſu quo aliquis
Abbas, vel Prælatus regularis habeat iuriſdictio-
nem quaſi Epiſcopalem, contentioſam, & volun-
tariam in ſæculares, adhuc non poterunt dictas di-
miſſorias concedere, ſed hoc pertinet ad Epiſco-
pum. Henriquez *in ſumm. lib.* 10. *cap.* 22. §. 3. Tam-
burinus *ſuprà*, ea deciſ. Rotæ in vna Vrbinat. *Pa-
rochialis* 14. Decembris 1592. coram Blanchetto.
98 Limita tamen, niſi huiuſmodi Prælatus eſſet Ordi-
narius priuatiuè ad Epiſcopum, iuſque haberet
congregandi Synodum; contra hunc enim non
procedere determinationem Concilij, defendit Ste-
phanus Gratianus *in diſcept. forenſ. cap.* 112. quem
ſequuntur Campanile *in Diuerſor. iuris Canon. rubr.* 9.
& Tamburinus etiam *ſuprà, num.* 5. ex alia deciſ.
Rotæ in vna Salamantina *Iuriſdictionis*, die 9. Maij
1594. coram Seraphino. Pro hac tamen facultate
concedendi dimiſſorias & ſimili alia conferendi ton-
ſuram, aut minores ordines, conſulendum decre-
tum S. Congregationis Concilij, quod refero con-
ſulto 22. de mandato Illuſtriſſimi Domini Paulutij
eius Congregationis Secretarij.
99 Pariter octauò idem dicendum de facultate ab-
ſoluendi à caſibus Papalibus Sedi Apoſtolicæ reſer-
uatis, ob vrgentem neceſſitatem, & legitimum im-
pedimentum adeundi Sedem Apoſtolicam, ea qui-
bus Nauarrus *in Man. cap.* 27. *à n.*88. Henriquez
*in ſumm. lib.*6. *cap.*9. *num.*7. *& alibi ſæpius*, Auila
*de cenſuris part.*2.*c.*7. *diſp.* 1. *dub* 6. Sanchez *lib.* 2.
in Decalog. cap. 13. *num.* 36. Angelus Boſſius *in diſ-
ceptationib. moral. diſceptat.* 1. & alij. Talis enim
facultas ita competit Epiſcopis, *cap. ea noſcitur, &
cap. de his, de ſentent. excommunicat. & cap. eos qui, de
ſentent. excommunicat. in* 6. vt non competat aliis
100 Prælatis inferioribus, exceptis magnis illis, qui
non ſolùm iuriſdictionem Epiſcopalem habent, ſed
etiam propriam diœceſim, aut territorium. Henri-
quez *lib.*6. *ſumma, cap.*9. *num.* 7. *littera N, in Gloſſa*,
Angelus Boſſius *ſuprà dub.*8. *num.*42. Et ratio diſ-
paritatis eſt, quia illi qui ſubduntur exemptis in
diœceſi aliena exiſtentibus, poſſunt abſolui ab Epiſ-
copo talis diœceſis; qui autem ſubduntur Prælatis
nullius diœceſis, nullum alium habent Epiſcopum, à
quo eam gratiam obtinere poſſint.
101 Similiter nonò, Prælati iſti exempti non haben-
tes propriam diœceſim, ſed exiſtentes in aliena,
non poſſunt dare facultatem Epiſcopo Titulari, vt in
eo loco Pontificalia exerceat: ſed hoc pertinet ad
Epiſcopum illius Diœceſis. Prout deciſum refert
Aldana *in compendio Canonicar. reſolut. lib.* 1. *tit.* 4.
Eſto talis facultas competat Prælatis *nullius Diœceſis*,
ſeu habentibus proprium territorium. Prout ex

Flores de Mena *variar. reſol. lib.* 3. *quæſt.* 24. *num.* 27.
ſequitur Barboſa *de iure Eccleſiaſtic. lib. primo, ca-
pit.* 17. *num.* 109.
Item decimò, Prælati iſti exempti exiſtentes 102
ſub aliena diœceſi, non poſſunt remittere denuncia-
tiones requiſitas pro Matrimonio celebrando, iuxta
Concilium Trident. *ſeſſ.* 24. *de Reformat. cap.* 1.
Propter declarationem quandam S. Congregationis, 103
& viuæ vocis oraculum Sanctiſſimi, apud Nico-
laum Garziam *de beneficiis part.* 5. *cap.* 8. *num.* 56.
Baſilium Pontium *de matrimon. lib.* 5. *cap.* 31. *num.* 3.
Villalobos *in ſumma, tom.* 1. *tract.* 13. *diff.* 23. *num.*6.
& P. Dianam *part.* 3. *tract.* 4. *de Sacrament. Reſolut.*
237. pro quo etiam videndi Armendariz *in Addit.
ad recopilat. legum Nauarræ, lib.* 4. *tit.* 15. *lib.* 1. *de
matrimon. numero* 22. & Gaſpar Hurtado *de Ma-* 104
trimon. diſp. 5. *diff.* 19. *numero* 63. Secluſa autem hu-
iuſmodi declaratione, & Papæ deciſione, ſi fortè
authenticæ non ſunt, quod mihi non conſtat, cre-
derem hanc facultatem competere dictis Prælatis
iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus, etiam
in diœceſi extranea, iuxta dicenda inferiùs *nume-
ro* 118. Illud tamen communiter receptum video,
competere Prælatis habentibus territorium, ſeu *nul-
lius diœceſis*, quia ipſi ſunt vere Ordinarij, quibus
hæc facultas conceditur à Concilio, & regulariter
poſſunt facere quidquid Epiſcopi faciunt in iu-
riſdictionalibus. Ita ex Nauarro, Henriquez, &
Rodriguez tenet Sanchez *lib.* 3. *de matrimon. diſp.* 7.
num. 4. & ex illis, ac Flores de Mena, Sairo, Mo-
lina, Gratiano, Barboſa & Reginaldo tenet Tam-
bur. *tom.* 2. *de iur. Abbat. diſp.* 8. *quæſ.* 2.
Vndecimò, aſſiſtere, ſeu intereſſe Matrimonij 105
contractui iuxta decretum Concilij *ſeſſ.* 24. *de refor-
mat. cap.* 1. competere poteſt Prælatis habentibus
iuriſdictionem Epiſcopalem in propria diœceſi, aut
territorio, quia ſunt ordinarij, & iuriſdictionem
quaſi Epiſcopalem habentes. Prout firmant Henri-
quez, Rodriguez, Ledeſma, quos ſequitur, & refert
Sanchez *lib.* 3. *de matr. diſp.* 28. *n.* 6. Reginaldus, Gu-
tierez, Baſilius Pontius, Coninck, Bonacina, & alij,
quos etiam refert, & ſequitur Tamborinus *ſuprà
quæſ.* 1. An verò id competere poſſit aliis Prælatis,
qui in diœceſi aliena habent dictam iuriſdictionem
quaſi Epiſcopalem, dicam inferius *n.* 119.
Duodecimò, Synodum congregare, & Conſtitu- 106
tiones ſynodales facere, prout facit Epiſcopus,
quia eſt hoc ius Epiſcopale, *cap. cum querente, de offic.
ordinar.* Garzia infrà referendus, *num.* 139. ſolùm
videtur ſpectare ad huiuſmodi Prælatos habentes
diœceſim, & territoria ſeparata cum iuriſdictione
Epiſcopali in ipſa. Propter declarationem S. Con-
gregationis 17. Auguſti 1616. vbi decernitur id ſo-
lùm competere Abbati habenti Prouinciam. Balbus
in tract. de præſcriptionibus, Flores de Mena *d. q.* 24.
*num.*9. Barboſa *de iure Eccleſiaſtic. lib.* 1. *c.* 17. *n.* 104.
Videndus Tamburinus *de iur. Abbat. tom.* 3. *diſp.* 3.
quæſ. 3. Vbi de ſtatutis, ſiue de legibus ab huiuſmo-
di Prælatis concedendis.
Conſequenter tertiodecimò, potuerunt ij Præ- 107
lati (non alij non habentes Prouinciam) facere con-
curſum ad prouiſionem Parochialium Eccleſiarum,
iuxta decretum Concilij *ſeſſ.* 24. *de reformat. c.* 18.
Ita enim habetur ex multis apud Garziam *de bene-
fic. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 121. *& ſequentibus*, Aldanam
tit. 9. *num.* 27. *&* 28. Tamburinum *ſuprà diſput.* 9.
quæſ. 20. Eo quòd concurſus debet fieri per exami-
natores probandos in Synodis, iuxta decretum eiuſ-
dem Concilij loco relato.
Concedere autem indulgentias non competit 108
his Prælatis, ſiue habeant ſuam iuriſdictionem
etiam Epiſcopalem in diœceſi, aut territorio alieno

Epiſcoporum, ſine in propria diœceſi, aut territorio. Hoc enim communiter cenſetur eſſe proprium *priuatiuè* iuriſdictionis Epiſcopalis, *cap. accedentibus, de exceſſibus Prælator. cap. noſtro, de pœnitent.* Bellarminus *tract. de Indulgent. lib. 1. c. 11. q. 3.* Nauarrus *tract. de Indulgent. & Iubilæo, notab. 31.* Cochier *part. 4. q. 10. & 58.* & alij communiter ſequentes D. Thom. *in 4. diſt. 10. q. 1. art. 4. q. 2.* Qui etiam communiter ſupponunt hoc intelligi de iure proprio; nam ex priuilegio, & Papæ conceſſione id poterunt facere, ſi ab illo acceperunt hanc facultatem.

109 Nihilominus huiuſmodi exempti, qui in diœceſi aliena habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, habent multa communia, non ſolùm cum alijs qui dicuntur *Nullius Diœceſis*, & habent proprium territorium, & diœceſim; ſed etiam cum Epiſcopis. Primò enim præ alijs ſunt honorandi. Zabarel. *in Clement. 1. n. 3. de reſcript.* Card. Tuſch. *tom. 2. litt. A, concl. 5. n. 3.* Quia habent dignitatem, *cap. hac conſtitut. de offic. deleg. lib. 6.* & Gloſſ. *in c. à Subdiacono, 93. diſt. c. vi Apoſtolica, de priuil. lib. 6.* qui text. loquens de Abbatibus, ait: *Quibus ex propria dignitate non competit, c. ſi quis deinceps*, & ibi Gloſſa, Panormitanus, Decios, Felinus, & plures alij communiter diuerſis in locis.

110 Secundò, Prælati vocantur, & appellatione Prælatorum veniunt, *cap. decernimus, de iudic.* ibi: *Sed Epiſcopi, Abbates, Archiepiſcopi, & alij Eccleſiarum Prælati. Cap. Præſenti, de offic. Ordin. lib. 6. capit. Apoſtolica, de priuileg. eodem lib.* Decius, Vitalinus, Buttarius, Azor. Suarez, & alij quos refert Barboſa *de iure Eccleſiaſt. lib. 1. c. 17. num. 4.*

111 Tertiò, dicuntur ſponſi ſuæ Eccleſiæ, & ipſis mortuis, Eccleſiæ viduatæ, ſicut Epiſcopales. Innocentius *in cap. quia propter, verſ. viduatis, de elect.* Bartolus *in l. ſi ita quis, §. is cui, num. 3. ff. de legat. 2.* Vide Tuſchum *tom. 1. litt. A, concl. 5. num. 6.*

112 Quartò, in Eccleſiis ſibi ſubiectis dicuntur ordinarij, & ideo poſſunt eſſe iudices in cauſis illarum; & quando agitur de alienatione bonorum Eccleſiæ, requiritur conſenſus illorum. Aretin. *conſ. 99.* Tuſchus *ſup. concl. 11.*

113 Quintò, præferuntur dignitate omnibus clericis, Dignitatibus, ac Perſonatibus poſt Epiſcopos. Lapus *allegat. 84. num. 11.* Abbas *c. ex ore, n. 3. de priuileg.* Illis exceptis, in quibus prædicti ſuam Eccleſiam Cathedralem repræſentant, vt proceſſionibus, & ſimilibus actibus. Barboſa *ſupr. num. 72.*

114 Sextò, generaliter loquendo, poſſunt ea facere, quæ vel ex conſuetudine, vel priuilegio illis competunt. Prout de facultate diſpenſandi, & commutandi vota habent Syluester *in ſumm. verbo votum 4. q. 3.* Azorius *tom. 1. inſtit. moral. lib. 11. c. 19. q. 1.* Suarez *tom. 2. de Relig. lib. 6. c. 11. num. 13. & 14.* Eraſmus Cochier *de iuriſd. ordin. in Exempt. part. 4. q. 20. num. 4.* & Maximè Sayrus *in clau. Regia lib. 6. cap. 11. n. 82.* quamplures alios citans. Eſt autem eadem ratio de iuramentis, prout habet communis ſententia Doctorum.

115 Specialiter videtur ipſis concedi iure communi facultatem ferendi cenſuras, & conſequenter abſoluendi ab illis. Hæc enim facultas maximè annexa eſt iuriſdictioni quaſi Epiſcopali, & in foro externo. Vnde ſi iſti Prælati habent iſtam iuriſdictionem, non videtur illis poſſe negari dictam facultatem, ne dicatur eam eſſe de ſolo nomine, ventoſam, & vanam, iuxta dicta ſupr. n... Et ita ſupponere videntur Bonacina *de Cenſur. diſp. 1. q. 1. punct. 2. n. 5.* Eraſmus à Cochier *ſupr. n. 2.* & Caſtrus Palaus *de Cenſur. diſp. 1. punct. 4. n. 2.* Eſto alij ſolùm videantur hanc facultatem agnoſcere in iſtis Prælatis habentibus territorium, aut diœceſim, ſeu *nullius*.

Similiter poſſunt, ſi fuerint Abbates vſum mitræ, & baculi habentes, quando certus Epiſcoporum numerus à iure requiſitus non poteſt aſſiſtere Epiſcopo deponenti, ac degradanti clericum, loco illorum ipſi aſſiſtere ad talem degradationem. Ita enim ſtatuitur in Concilio Trident. *ſeſſ. 13. de Reformat. c. 4.* Tales tamen Abbates eſſe iudices aſſeſſores, ac per conſequens eorum ſuffragio ſtandum eſſe, poſt Geminianum, & Syluestrum reſoluit Suarez *tom. 5. de Cenſur. diſp. 30. ſect. 1. n. 20.* contra Aldrete *de Religioſa diſciplina tuenda lib. 2. c. 17. num. 15.* dicentem eos nec aſſeſſores, nec conſultores eſſe, ſed adhibitos ad talis actus ſolemnitatem. De quo etiam Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 110. num. 26.* 116

Præterea probabile mihi eſt, poſſe vel iuriſdictione conceſſa Epiſcopis à Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. de Regularibus, c. 11.* circa viſitationem, & correctionem exercentium curam ſæcularium perſonarum in iis, quæ ad dictam curam ſpectant. Etſi enim hoc maximè competere debeat Prælatis habentibus territorium, & diœceſim ſeparata, qui dicuntur *Nullius diœceſis*, quia de iis maximè procedunt Rotæ deciſiones afferendæ; tamen quando alij Prælati exempti exiſtentes in aliena diœceſi habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in aliquas Eccleſias, competet illis dicta authoritas, ſaltem *Cumulatiuè*, cum Epiſcopo diœceſano, ne iuriſdictio quaſi Epiſcopalis, quam ſupponitur habere, ſit inutilis, vana, ventoſa, & de ſolo titulo, iuxta dicta in ſuperioribus. Pro quo videnda Rota in Piſcienſi *iuriſdictionis*, 16. Octobr. 1580. & 5. Martij 1589. Coram Gypſio, & in eadem 20. Octobr. 1593. coram Peña, & 15. Iunij 1590. coram Plato. Fauet Nauarrus *lib. 4. Conſil. de ſponſalib. conſil. 5.* dicens: *Prælati exempti, qui habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, poſſunt regulariter facere omnia, quæ poſſunt in diœceſi ſua Epiſcopi, circa ea quæ ſunt iuriſdictionis, iuxta gloſſam, quæ putatur ſingularis, Clement. 1. verbo proprij, de reb. Eccleſ. non alienand.* 117

Similiter, ſi non obſtaret declaratio S. Congregationis, & oraculum ſanctiſſimi, quæ refero *ſupr. n. 103.* crederem poſſe huiuſmodi Prælatos in diœceſi aliena habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, remittere denunciationes pro matrimonio contrahendo requiſitas à Concilio *ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 1.* Saltem quando id fuerit praxi receptum, vt inquit Villalobos *in Sum. tom. 1. tract. 13. diffic. 23. num. 4.* eo quòd id ſpectet ad dictam iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & quia Concilium non Epiſcopo, ſeu Diœceſano, ſed Ordinario concedit hanc facultatem, iſti autem Prælati ſunt Ordinarij. Ita colligo ex Sanchez *lib. 3. de Matrim. diſp. 7. n. 4.* Garzia *de beneficiis part. 5. c. 8. n. 57. & 58.* Nauarro, Zerola, Flores, Henriquez, Rodriguez, & aliis quos refert idem Garzia. 118

De facultate autem aſſiſtendi, ſeu intereſſendi contractui matrimonij, vel eam committendi alteri ſacerdoti iuxta decretum Concilij loco relato, dicendum primò, quod ſi hi Prælati in diœceſi aliena habentes iuriſdictionem Epiſcopalem, exerceant munus parochi, ſine dubio poſſunt aſſiſtere matrimoniis celebrandis, eo quòd Concilium ſolum petat præſentiam Parochi, *vel alterius Sacerdotis, de ipſius, vel Ordinarij licentia.* Tamburinus *de iure Abbat. tom. 2. diſp. 8. quæſt. 1. num. 3.* Si autem Parochi non ſint, etſi probabile id videatur, quia hoc videtur ſequi ex eo, quod habeant iuriſdictionem veluti Epiſcopalem, & ita tenere videatur Nauarrus *lib. 4. Conſil. in 1. edit. tit. de ſponſalib. conſ. 47. n. 1.* hæreo nihilominus, quia forſan in re quotidiana erit aliqua declaratio S. Congregationis in contrarium, quam 119

non

Digitized by Google

non vidi, ideo cenſeo ſtandum legitimæ conſuetudini locorum.

120 An teneantur ad canonicam portionem Epiſcopis ſoluendam, & charitatiuum ſubſidium, latè Eraſmus Cochier *part.4.quæſt.6.& 9.* cum aliis, quos refert. An verò poſſint illud petere, agit Tamburinus *de iur. Abbat. tom.3. diſp.10. quæſt.2.*

121 Tenentur tamen ad Synodum Diœceſanam, ſed Prouincialem accedere, ſi Eccleſias curatas habent, *cap. Quod ſuper his, de maiorit. & obedientia.* Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. de reformat. cap. 2.* Imò etiamſi Eccleſias curatas non habeant, ſi ipſi non ſunt Regulares Capitulis Generalibus ſubiecti. Sic enim decernitur eo loco à Concilio, *Synodi quoque Diœceſani quot annis celebrentur, ad quas exempti etiam omnes, qui alias ceſſante exemptione intereſſe deberent, nec Capitulis Generalibus ſubduntur, accedere teneantur.* Vgolinus *de offic. Epiſcopi cap. 48. §.2.n.1.* Eraſmus Cochier *de iuriſdict. Ordin. in Exempt. part.4. quæſt.19.* Tamburin. *de iure Abbat. tom.1. diſp.24. quæſt. 4. numero 8. & 9.* Cum voce tamen, & voto deciſiuo. Tamburinus *ibid.* Quo autem loco, quo amictu, & ornamentis, idem Tamburinus *ibid. quæſit.6.*

122 Beneficia porrò ſuarum Eccleſiarum ſibi pleno iure ſpectantium conferre, non videtur negari poſſe huiuſmodi Prælatis, etiam in aliena diœceſi habentibus territorium, aut diſtrictum. Quia hoc eſt munus ordinariorum, *c. quiſo ſcit, in princip. 2.q.6.* Et talis collatio non eſt actus ordinis, ſed iuriſdictionis. Flores de Mena *variar. reſ. q.24.n.21.* Riccius *in prax. for. Eccleſiaſtic. deciſ. 424. num.1.* Maſſobrius *in prax. requiſ.2. num.4.* Maximè Tamburinus *de iure Abbat. tom.3. diſp.9. quæſit.1.* Conſuetudini tamen attendere cautius iudico.

123 Cum prouidentur in Conſiſtorio, tenentur ad faciendum proceſſum informatiuum, ſicut qui promouentur ad Cathedrales, & ſuperiores Eccleſias. Ex Gregorio 14. in Bulla *Onus Apoſtolicæ*, ann. 1590. die 15. Maij. Tamburinus *de iur. Abbat. tom.1. diſp.8. quæſ.1.* vbi *quæſ.2.* de modo fabricandi dictos proceſſus ex Vrbano VIII. & *quæſtione 3.* de profeſſione fidei ab ipſis facienda, iuxta Concilium Tridentinum *ſeſſ.24. cap.12.* & diſpoſitionem Pij IV. in Bulla *iniunctum nobis*, edita idibus Nouembr. anno 564.

124 Infertur, hos Abbates, & Prælatos prouiſos à Summo Pontifice reſignare non poſſe, niſi in manibus ipſius, ſicut de Epiſcopatibus, & ſuperioribus dignitatibus docet Gloſſa in Clement. *1. de renunciat.* Oſtienſis, Panormitanus, & alij relati per Flaminium Pariſium *de reſignat. benefic. libr.7. quæſt.11. à num.17.* Et cùm deponuntur, vel priuantur, à Papa, prout Epiſcopi, priuari, & deponi debent. Azorius *tom.2. lib.4.c.20.* & Barboſa *in vot. deciſiu. lib.3. vot.89. num. 34.* vbi etiam de aliis ſpectantibus ad huiuſmodi Prælatos.

125 Ex dictis porrò aditus pateſit ad ſolutionem quorundam dubiorum, quæ mihi propoſita ſunt ab aliquibus. Primò enim quæſitum fuit, an Epiſcopus, ſaltem vt Sedis Apoſtolicæ delegatus, poſſit viſitare Eccleſias Parochiales Regularium, quibus imminet cura animarum perſonarum ſæcularium, quoad omnia altaria ipſarum, etiam illa, in quibus nulla fit adminiſtratio Sacramentorum.

126 Ad quod primò dicendum, quòd ſi Prælati talium Regularium iuriſdictionem Epiſcopalem, & temporalem exerceant in Parochos, & Parochianos illius populi, vbi ſunt tales Eccleſiæ parochiales, non poſſit illas, aut ipſarum altaria quæcunque viſitare Epiſcopus. Ratio eſt, quia nullam ſuper illas authoritatem videtur habere, cùm ſint bona Regularium, quæ omnimodam exemptionem ab ordinariorum iuriſdictione habent, vt ſuppono ex ſæpius dictis in quinque tomis meæ Summæ *quæſtionum Regularium*: viſitatio autem eſt actus iuriſdictionis, poteſtatis, ſeu authoritatis, *capite Conquerente, de offic. ordinar. capite Cum ex officij, de præſcript.* Gloſſa *ibid.* verbo *Viſitationem, capite Cum venerabilis, de cenſibus*, & aliis iuribus, & Doctoribus paſſim. Deinde, quia ſi Epiſcopus talem iuriſdictionem, & poteſtatem haberet, maximè id eſſet ex Concilio Tridentin. *ſeſſ 25. de Regularib. cap.11.* vbi eſt ſermo de iuriſdictione, & poteſtate Epiſcoporum ſuper Parochias etiam Regularium, & datur illis facultas ſuper perſonas, tam Regulares, quàm ſæculares illas adminiſtrantes: ibi autem expreſsè excipiuntur domus, ſeu Monaſteria, in quibus Abbates, ſeu Regularium Superiores *iuriſdictionem Epiſcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercent.* Vnde conſequenter hoc Concilij decretum non habere locum in Monaſteriis, in quibus Abbates habent vtramque iuriſdictionem Epiſcopalem, & temporalem in Parochos, deciſum eſt à Sacra Rota in Marſicana *iuriſdictionis* 17. Iunij 1587. Coram Robuſterio, & in eadem 23. Octobris 1589. Coram Comitolo, & in Legionenſi S. Facundi, 19. Martij 1590. Coram Pamphilio ſeniore, & *in nullius* 11. Februarij 1594. coram eodem. Refert Barboſa *in collectan. ad locum Concilij relatum, n.27.* Addo Rotam coram Seraphino in Ciuitatenſi *iuriſdictionis*, de ann. 1594. *deciſ.1067.* 127

Dico ſecundò, etiamſi tales Eccleſiæ Parochiales non ſubſint Prælatis vtramque iuriſdictionem exercentibus in Parochos, & Parochianos, nihilominus non poſſe ab Epiſcopo viſitari quoad dicta altaria, in quibus nullum adminiſtratur Sacramentum. Ratio eſt, quia nullibi conſtat, hanc authoritatem conceſſam fuiſſe Epiſcopo, vt patet diſcurrendo per ſingula, de quibus id videtur poſſe colligi. Primò enim decretum Concilij Tridentini *ſeſſ. 25. de Regular. cap.11.* nullam authoritatem concedit Epiſcopo viſitandi altaria, ſed ſolùm perſonas, tam Regulares, quàm ſæculares curam animarum perſonarum ſæcularium exercentes. Dicitur enim ibi: *In monaſteriis, ſeu domibus virorum, ſeu mulierum, quibus imminet animarum cura perſonarum ſæcularium, præter eas quæ ſunt de illorum monaſteriorum ſeu locorum familia, perſonæ tam Regulares, quàm ſæculares huiuſmodi curam exercentes, ſubſint immediatè in iis quæ ad dictam curam, & ſacramentorum adminiſtrationem pertinent, iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi in cuius diœceſi ſunt ſita.* Vnde Rota in Piſcienſi *Iuriſdictionis*, 15. Iulij 1590. coram Plato, quam refert, & ſequitur Barboſa *in collectan. ad Concil. Trident. ſeſſ.7. de reform. cap.7. num.10.* inquit ex vi huius decreti Ordinarium viſitare tantùm perſonas inibi curam animarum exercentes, & hoc cumulatiuè, non autem priuatiuè ad Abbatem. Si autem intendat Epiſcopus per viſitationem, & correctionem talium perſonarum intelligenda quoque eſſe dependentia à tali cura, ſeu habentia connexionem cum illa, eaque denotari illis verbis, *In iis quæ ad dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent*, prout colligi videtur ex Mario Antonino *var. reſol. lib.1. reſolut.112. caſ.50. prope fin.* Marco Antonino de Amatis *deciſ.89 num.5.* Campanili *in diuerſor. Iuris Canon. rubr.12. cap.13. num.51.* Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc. allegat.74. num.20.* Tamburino *de iure Abbatiſſ. diſput.17. quæſt.3. num.3. in fin.* & aliis, velint ſi inquiratur quomodo conſeruentur Sanctiſſimum Sacramentum, & Eccleſiaſtica ornamen-

128 129 130

Digitized by Google

ta; *nam hoc quodam modo venit in conſequentiam viſitationis perſonarum*, provt dixit relata Rota in Ciuitatenſi *Iuriſdictionis*, coram Seraphino, inter deciſiones ipſius *num.*1067. & conformiter ad declarationem quandam S. Congregationis, quæ ibi refertur, & vt calices, & decentia paramenta ad decorem adminiſtrationis Sacramentorum prouideantur, ſicut referunt deciſum Campanile *loc.citat.n.*49. & Franciſcus Leo *in Theſaur.for. Eccleſ.part.*2.*c.*31. *num.*3. Hæc, inquam, non releuant facultatem Epiſ-
131 copi in cauſa præſenti, cum altaria illa, quæ viſitare prætendit, nullatenus ſpectent neque ad conſeruationem Sanctiſſimi Sacramenti, ſeu Eccleſiaſticorum ornamentorum, aut prouiſionem calicum, & decentium paramentorum, ad decorem adminiſtrationis Sacramentorum ſpectantium; ſed omninò caſualiter, & per accidens in ordine ad hoc intentum curæ animarum erecta ſint. Quia nec ſunt annexa, neque connexa cum illa, cum nec ab ipſa dependeant, neque ad eundem finem dirigantur, in quo annexionis, ſiue connexionis ratio poſita eſt, iuxta Abbatem *in c.quando, n.*5. *& 6. de Iudic.* Ruinum *conſ.*108 *n.*6.*lib.*5. & Curtium Senenſem, *conſ.*20. *n.*13. ſed ſunt omnino diſparata, & diuerſa, quorum diuerſum debere eſſe iudicium, habetur ex *l. inter ſtipulantem, §. Sacram, ff. de verb.obligat.* & Stephano Gratiano in Marchiæ *dec.*32. *n.*8. & *dec.*42. *num.*10.

132 Secundò nec id poteſt facere Epiſcopus in vim decreti Concilij Tridentini *ſeſſ.*7. *cap.*7. *de Reformat.* Licet enim ibi Concilium dicat: *Beneficia curata, quæ Cathedralibus collegiatis, ſeu aliis Eccleſiis, vel monaſteriis, ſeu beneficiis, ſeu collegiis, aut piis locis quibuſcunque perpetuò vnita, & annexa reperiuntur, ab Ordinariis locorum annis ſingulis viſitentur.* Hoc tamen decretum ſolùm intelligendum venit, ſicut & præcedens, quoad ea quæ ſpectant ad dicta beneficia curata, non quoad illa quæ omninò diſparatè ad illa ſe habent, provt ſunt prædicta altaria. Vnde Aldana *in Compend. Canonic.reſolut.lib.*3.*tit.*2. *num.*7. dicit reſolutum fuiſſe in vna Curienſi 15. Aprilis 1631. viſitare poſſe Epiſcopum, *non ſolùm Eccleſiam parochialem vnitam monaſterio Ordinis S. Benedicti, cuius cura geritur à Monacho dicti Ordinis, ſed etiam Baptiſterium, & Tabernaculum, vbi aſſeruatur Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in Eccleſia exempta exiſtens.* En quomodo nulla fit mentio de viſitatione altarium, ſeu aliarum rerum, quæ nullatenus ſpectant ad adminiſtrationem Sacramentorum, ſeu curam animarum; ſed ſolùm de Baptiſterio, & Tabernaculo SS. Sacramenti, eo quòd illa ad talem adminiſtrationem ſpectant. Hinc etiam
133 Pius V. in Bulla, *Expoſcit, tom.* 1. *Bullar. inter conſtitutiones huius Pontificis* 136. Huiuſmodi viſitationem exponens dicit: *In his tamen dumtaxat, quæ animarum curam, illiuſque exercitium, & Sacramentorum adminiſtrationem reſpiciunt.* Sicque etiam dicit eſſe deciſum Armendariz *in addit. ad recopilationem legum Nauarræ, lib.*1.*tit.*6.*de viſitat.num.*102. Dictio autem *dumtaxat*, addita maximè verbis Concilij, eam emphaſim habet, vt non ſolùm ſit taxatiua, & reſtrictiua, *l. Iulianus, ff. de petit. hæred.* Extrauag. *Suſcepti Regiminis*, Ioan. 22. *de elect.* ſed concludat negationem in aliis. Cardinal. *in Clementina* 1. *de ſequeſtr. poſſeſſ. & in cap. contingit, de fide inſtrumentor.* quia eius natura eſt excludere omnia alia, *lege tertia, §. cum Titio, ff. de adimend. legat. l.* 2. *C. de legib. cap. cum Eccleſia, de verbor. ſignificat.* & aliis iuribus, & DD.

134 Tertiò, nec id poſſe facere in vim Concilij Trident. *ſeſſ.*21. *cap.*8. quatenus dicit: *Commendata Monaſteria, etiam Abbatia, Prioratus, & Prępoſituræ nuncupatæ, in quibus non viget Regularis obſeruantia, nec non beneficia tam curata, ſæcularia, & Regularia, qualitercunque commendata, etiam exem-
pta ab Epiſcopis, etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis 135
delegatis, annis ſingulis viſitentur, &c.* Nam prætterquam quod Concilium in hoc decreto loquitur de Monaſteriis, & beneficiis commendatis, & vbi non viget Regularis obſeruantia, quæ in præſenti caſu non ſubſiſtunt, adhuc etſi ſubſiſterent, ſolùm intelligi deberet in iis dumtaxat, quæ ad curam animarum, & exercitium Sacramentorum pertinent, iuxta dicta. Vnde Barboſa in collectan. ad illud, *num.*7. affert ex Armendar. ſuperius relato deciſum fuiſſe: *Eccleſias, vbi cura animarum exercetur, viſitari poſſe ab Ordinariis, etiamſi illæ eſſent militum Ieroſolymitanorum; tamen vt illa dumtaxat viſitent, quæ animarum curam, illiuſque exercitium, & Sacramentorum adminiſtrationem reſpiciunt.* Ad quod accedit, quod cum decretum Concilij *ſeſſ.*24. *de Regul. capite* 11. ſuperiùs relatum poſterius ſit præſenti decreto, & alio *ſeſſionis* 7. *cap.*7. etiam relato, & in illo ponatur illa limitatio, *in iis quæ ad dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent*, credi poteſt per illam explicaſſe Concilium decreta anteriora. Lex enim poſterior explicat anteriorem etiam generalem, & abrogat ipſam, *c.*1.*de cognat. ſpirit. & c.*1.*de conſt. in* 6. *& l. non eſt nouum, ff. de legib.* & ex communi DD. notat Suarez *lib.*6.*de leg. c.*27.*n.*12 & naturale eſt, poſteriora derogare prioribus, *l. ſed & poſteriores, ff. de legib. l. cum in plures, §. locator, ff. locati*, & aliis iuribus.

Nec fauet Epiſcopo declaratio S. Congregationis 136
authenticata ſubſcriptione Eminentiſſ. Cardinalis Matthæi, & Illuſtriſſ. D. Fagnani Secretarij, quam nouiſſimè affert D. Cornelius Margarinus in Bullario Caſſinenſi, *in Clem.* 8. *conſtit.*256. in qua S. Congregatio ſic: *Congregatio eiuſdem Concilij cenſuit Epiſcopos, aut alios locorum Ordinarios vigore cuiuſuis decreti eiuſdem Concilij nullam habere facultatem quouis tempore in monaſteriis, domibus, & Eccleſiis Regularium exemptorum, quibus non imminet cura animarum perſonarum ſæcularium, viſitandi Sacriſtias, paramenta, vaſa ſacra, altaria, & cætera huiuſmodi, aut etiam tabernaculum ſeu Pyxidem, in qua Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum aſſeruatur.*

Ex eo enim, quod in hac declaratione dicatur 137
Eccleſiis Regularium, quibus non imminet cura animarum, &c. colligit D. Epiſcopus quaſi à contrario, & ſubintellecto ſenſu, quod in Eccleſiis Regularium, quibus è contra imminet cura animarum, poſſit ipſe viſitare *ſacriſtias, paramenta, vaſa ſacra, &c.* Hoc, inquam, nihil prorſus fauet Epiſcopo.
Primò, quia conſtat ex dictis ex ipſo Concilio, 138
Pio V. & deciſionibus relatis, hoc ſolùm debere intelligi in iis quæ pertinent *ad animarum curam, illius exercitium, & Sacramentorum adminiſtrationem*, non in aliis omnino diſparatis, & nullam habentibus connexionem, aut dependentiam cum illis, qualia ſunt Altaria, de quibus in præſenti ſit ſermo. Similiter, quia per ſubauditos ſenſus, & intellectus, non debent antiqua iura corrigi. Gloſſa ſolemnis *cap. cupientes, §. quod ſi per viginti, de elect. in* 6. Eraſmus Cokier *tractat. de Iuriſdict. Ordinar. in exempt. part.*2. *quæſt.*45. *num.* 113. Maximè cùm legum correctio ſit in dubio vitanda, *leg. ſi quando, C. de inoffic. teſtament. l.*1. *C. de inoffic. dotibus, l. præcipimus, in fin. C. de appellat.* & aliis iuribus, & DD. paſſim. Secundò, quia licet argumentum à contrario ſenſu validum vulgariter æſtimetur, *leg.*1. *§. huius rei, ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio*, & aliis iuribus, ac DD. nihilominus præter innumeras exceptiones, quas hoc dictum patitur,

illa

illa eſt ad intentum, quod non procedat in diſpoſitione concepta negatiuè, ita vt ex illa deducatur argumentum affirmatiuè; nam verba negatiua ſemper negant, & nunquam affirmant, vt docent Baldus, Euerardus, Falconius, Fachinus, Pacianus, & Riminus, Tuſchus, & alij Doctores, quos refert, & ſequitur Barboſa *in Tract. de locis commun. argument. iur. locu 27. n. 25.* Quod contingit in propoſito; ſiquidem ex eo quod S. Congregatio dicat Epiſcopos *nullam habere facultatem viſitandi Sacriſtias, paramenta, vaſa ſacra, Altaria* in Eccleſiis, quibus *non imminet cura animarum*, quod eſt diſpoſitio negatiua, infert D. Epiſcopus argumentum affirmatiuum, ſcilicet quod in Eccleſiis vbi imminet talis cura habeat facultatem prædicta omnia
139 viſitandi. Ad quod accedit tertiò, quod non ſumitur argumentum à tacito, vel præſumpto ad deſtructionem expreſſi, ſed benè e contra, quia *expreſſum facit ceſſare tacitum*, prout ex multis iuribus, & Doctoribus probat idem Barboſa *in Axiom. iur. Axiom. 89. n. 3. & 4.* Cum ergo expreſſum ſit quod dixi, quod Epiſcopus non habeat facultatem viſitandi niſi ea, quæ pertinent *ad animarum curam, &c.* illud faciet ceſſare tacitum, & præſumptum à D. Epiſcopo, ſcilicet quod etiamſi non pertineant, poſſit illa viſitare. Meritò ergo Rota coram Seraphino 1641. n. 1. dicit: *In deciſionibus Rota non ſolet admitti argumentum à contrario ſenſu.* Vnde idem dicendum in propoſito.

140 Secundum mihi propoſitum dubium fuit, an Oratorium per laicos erectum intra fines Parochiæ Regularium, quibus incumbit cura ſpiritualis, & temporalis loci, vbi erectum eſt tale Oratorium, debeat viſitari per Epiſcopum diœceſanum, an verò per Abbatem, ſeu Superiorem eorum Regularium. Ad quod

141 In primis dicendum, tale Oratorium erigi non potuiſſe ſine Epiſcopi authoritate. Ita enim habetur *cap. quidam 18. quæſt. 2.* ex Concilio Chalcedonenſi *cap. 4.* ibi: *Placuit igitur neminem aut ædificare, aut conſtruere Monaſteria, aut Oratorij domum ſine conſcientia ipſius ciuitatis Epiſcopi.* Idem colligitur ex Authentic. *vt nullus fabric. orator.* Et fauet Tridentinum *ſeſſ. 22. in decret. de obſeruand. & vitand. in celebrat. Miſſar.* Imò nec exemptis licet ædificare Eccleſias in diœceſi Epiſcopi ſine eius licentia, *cap. cum olim 5. de priuileg. cap. auctoritate, eodem in 6.* alioquin cederent dominio, & iuriſdictioni Epiſcopi, vt inferiùs dicam. Et ita nulli permittendum eſt propria auctoritate Oratoria, Cappellas, Eccleſiaſve fundare. Selua *tract. de benef. part. 1. q. 6.* vbi latè. Eraſmus Cokier *de iuriſd. Ordin. in exempt. part. 1. quæſt. 36. num. 1.* Vnde ſemper præſumitur authoritate Epiſcopi erectum eſſe Oratorium, præſertim quando habet altare lapideum ſtabile, & non portatile. Decianus *in tract. crimin. lib. 6. cap. 55. num. 19.* Farinacius *de immunit. Eccleſiar. num. 267.* & Barboſa *de iure Eccleſiaſtic. lib. 2. cap. 8. num. 7. & ſequentib.* quos ſequor *tom. 4. Sum-*
142 *ma, verbo Oratoria quoad Regulares, num. 1.* Et ratio eſt ea quæ ſumitur ex ibi dictis, videlicet, quod in hoc diſtinguuntur Oratoria priuata à publicis, quòd illa priuata authoritate, & in priuatis domibus conſtitui poſſunt, *cap. vnicuique, de conſecrat. diſtinct. 1.* Angelus, & Syluester *in Summa, verbo Oratorium*, non verò publica. Cum enim ordinentur ad publicum Dei cultum, *cap. fin. 42. diſt.* Paſqualigus *in deciſ. dec. 165.* Ceſpedes *de exemption. Regul. c. 5. dub. 92.* authoritate publica Epiſcopi erigi debent.

143 Siue autem erectum ſit authoritate Epiſcopi, ſiue ſine illa, nihilominus dicendum ſecundò, poſſe ab Epiſcopo viſitari. Primò, ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 22. cap. 8. in princip.* ibi: *Quæcunque in diœceſi ad Dei cultum ſpectant, ab Ordinario diligenter curari, atque iis vbi oportet, prouideri æquum eſt.* Cum ergo tale Oratorium *ad Dei cultum*, etiam publicum, & commune, ſpectet, ab Epiſcopo qui eſt verus Ordinarius, *curari, & prouideri* debet; ac per conſequens viſitari, cùm viſitatio ad hæc ordinetur. Secundò ex eodem Concilio *ſeſſ. 22. cap. 8.* 144
ibi: *Epiſcopi etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati, in caſibus à iure conceſſis omnium piarum diſpoſitionum, tam in vltima voluntate, quàm inter viuos, ſint executores, habeant ius viſitandi hoſpitalia, collegia quæcunque, ac confraternitates laicorum, etiam quas ſcholas, ſiue quocunque alio nomine vocant, non tamen quæ ſub Regum immediata protectione ſunt, ſine eorum licentia, eleemoſynas Montis Pietatis, ſiue Charitatis, & pia loca omnia, quomodocumque nuncupentur, etiamſi prædictorum locorum cura ad laicos pertineat, atque eadem pia loca exemptionis priuilegio ſint munita; ac omnia quæ ad Dei cultum, aut animarum ſalutem, ſeu pauperes ſuſtentandos inſtituta ſunt, ipſi ex officio iuxta Sacrorum Canonum ſtatuta cognoſcant; & exequantur, non obſtantibus quacunque conſuetudine etiam immemorabili, priuilegio, aut ſtatuto.* Ex hoc enim capite, & iis quæ ibi dicuntur, non ſolùm à ſimili de hoſpitalibus, collegiis, confraternitatibus, & ſcholis, quæ ibi numerantur, ſed etiam ex illis verbis, *pia loca omnia quomodocunque nuncupentur, etiamſi prædictorum locorum cura ad laicos pertineat, atque eadem pia loca exemptionis priuilegio ſint munita*, manifeſtè colligitur intentum. Ad quod accedit deciſum eſſe, prout 145
referunt Marta *de iuriſdict. part. 2. cap. 18. num. 5.* Armendariz *in addit. ad recopilat. legum Nauarræ, lib. 1. tit. 6. de viſit. num. 74.* Epiſcopum viſitare poſſe pia loca quocunque nomine nuncupentur, etiamſi ſint priuata laicorum. Addit Stephanus Vueyms *in Conſtitut. 24. conſtitut. 26. num. 9.* cum Renato Chopino Synodum in hoc nouam poteſtatem Epiſcopis non attribuere, quia & olim ſimilium piorum locorum cura Epiſcopis, Eccleſiaſticiſque relicta fuit. Tertiò, quia cum Epiſcopus ha- 146
beat ſuam intentionem probatam, & aſſiſtentiam iuris quantum ad ius viſitandi omnia loca ſuæ diœceſis, non poteſt hoc iure priuari; neque quia tale Oratorium fundatum fuerit ſine ipſius licentia; quia ſi exemptus ædificet in loco exempto ſine licentia, totum acquiritur Epiſcopo cum fructibus, Franc. *cap. auctoritate, num. 5. de priuil. in 6.* Antonius de Pratis *tract. de iuriſd. Epiſcop. cap. 1. num. 3. & 4.* Angelus *in Summ. verb. Exemptio, num. 14. & 15.* Fumus *verb. Exemptio, num. 10.* Selua *de benefic. part. 1. quæſt. 6.* quos refert, & ſequitur Eraſmus Cocbier *de iuriſdict. Ordin. in exempt. part. 2. quæſt. 45. num. 36.* Neque quia terra illa ſubiecta ſit etiam in temporalibus Abbati, vel ſuperiori Regulari, quia talis exemptio non tollit ſubiectionem Epiſcopo ratione membrorum, Capellarum, Oratoriorum, &c. Abbas *cap. Ex ore, num. 1. & 4. de priuil.* vbi Innocentius. Licèt enim ex eo probetur exemptio capitis, non ideo cenſetur probata exemptio membrorum, *argum. l. liberorum, ff. de adopt.* Innocentius *d. c. ex ore*, & præſertim exempta Eccleſia non cenſentur exemptæ Capellæ Eccleſiæ ſubiectæ accedentes, vel connexæ. Gloſſ. *c. rogamus 24. q. 1.* Gloſſa *c. cùm & plantare*, & textus *cap. cum Capellæ, de priuileg.* Brixienſis *in repert. verſ. an exempto monaſterio.* Cochier *ſuprà n. 70.*

Credo tamen, hoc ius viſitandi dictum Orato- 147
rium competere Epiſcopo, non quidem *priuatiuè*, ſed *cumulatiuè* cum Abbate, vel ſuperiore Regularium habente iuriſdictionem ſpiritualem, &

temporalem in illo loco. Colligo primò ex deciſione, quam refert Armendariz *ſupra num.* 65. in qua dicitur, decretum Concilij concedentis facultatem Epiſcopis viſitandi hoſpitalia, & cætera pia loca, non prohibere quin & iudices ſæculares eadem viſitare poſſint, ſi hoc eis aliàs legitime competat. Thomas Vveyms *in* 24. *Conſtitut. conſtit.* 16. *numero* 10. Secundò, ex declaratione Sacræ Congregationis, quam idem Vveyms *num.* 12. refert, in qua Sacra Congregatio cenſuit Epiſcopos cumulatiuè conſtitutos eſſe executores cum aliis quibuſcunque inferioribus piarum diſpoſitionum executoribus. Ex quo à ſimili idem videtur dicendum ad intentum.

148 Præterea circa authoritatem, ſeu iuriſdictionem quam poteſt exercere Reuerendiſſimus P. Generalis ordinis monachorum ſancti Hieronymi Lombardiæ in loco *Hoſpitalette* nuncupato, ſito intra Diœceſim Laudenſem, in ſtatu Mediolanenſi, in quo ſupponitur habere iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem in cauſis ciuilibus, & criminalibus, etiam capitalibus, & banni, ſicut alij feudatarij Regij, ſæpius requiſitus: primò, an in eo loco poſſit conſtituere Parochum, qui curam habeat animarum ſæcularium ibi exiſtentium: ſecundò, an talis parochus ab ipſo deſignatus teneatur accedere ad congregationes caſuum conſcientiæ cum aliis Parochis: tertiò, an poſſit audire confeſſiones aduenarum, ſeu peregrinorum ad illum locum, ſeu oppidum in dies venientium: quartò, an poſſit dictus parochus abſoluere Parochianos eidem curæ creditos à caſibus reſeruatis à D. Epiſcopo Laudenſi, in cuius Diœceſi extare dicitur dictus locus *Hoſpitalette*, quintò an poſſit abſoluere dictos aduenas à caſibus reſeruatis a propriis Epiſcopis, maximè à D. Epiſcopo Laudenſi; an generaliter poſſit facere ea omnia, quæ alij ordinarij per poteſtatem iuriſdictionis exercent in ſuis diœceſibus: denique ſeptimò, an D. Epiſcopus ius aliquod habeat viſitandi Eccleſiam, ſeu Monaſterium dicti loci? Reſpondeo, conſequenter ad dicta per ſequentes concluſiones.

149 Dico ergo primò, pro comperto videtur poſſe præfatum Reuerendiſſ. Generalem conſtituere in eo loco Parochum idoneum ſibi bene viſum, qui curam habeat animarum ſæcularium illius oppidi, ipſiſque Sacramenta etiam Pœnitentiæ adminiſtret.

150 Ratio ſumitur tum ex inueterato vſu ita faciendi, qui ſupponitur eſſe; tum quia facultas iſta deputandi Parochum competit omnibus iuriſdictionem Epiſcopalem in populum habentibus, maxime cum tali iuriſdictioni ſpirituali temporalis adiungitur, prout contingit in Reuerendiſſimo Generali, de quo in præſenti. Prout firmant Flores de Mena, Barboſa, Riccius, & Maſſobrius, quos refert, & ſequitur Tamburinus *de iure Abbat. tom.* 3. *diſput.* 9. *quæſ.* 1. Et generalis ratio id ſuadet, quia hic actus deputandi Parochum non eſt actus ordinis Epiſcopalis, ſed iuriſdictionis, ac proinde competere poterit omnibus illis, quibus iuriſdictio Epiſcopalis competit, maximè coniuncta cum temporali. Rodriguez, Tambur. & alij, quos ſequor *tom.* 3. *ſumm. verbo Beneficium, num.* 12. *in vltima impreſſ.* Et talis Parochialis cenſetur annexa Monaſterio, vel de eius menſa, ac proinde eius prouiſio ſpectabit ad Monaſterij Rectorem, qualis eſt P. Generalis. Rota in Vlyſbonenſi *iuris conferendi*, coram Litta ann. 1605. inter collectas à Farinacio *tom.* 1. *deciſ.* 102. *num.* 1. ex aliis deciſionibus, & iuribus. Item eſſe de dominio Monaſterij, vtpote exiſtens in territorio ipſius. Eadem Rota *num.* 8. & alia einſdem tituli coram Lancellott. ann. 1607. *num.* 1. apud eundem Farin. *tom.* 3. *dec.* 204. Vbi etiam *num.* 2. quod Eccleſiam parochialem eſſe de iure Monaſterij colligitur ex dominio territorij, perceptione decimarum, præſentatione vicariorum, ſolutione congruæ ſuſtentationis. Felin. *conſ.* 2. *num.* 22. & 25. & fuit reſolutum in Pamphilonenſi de Stella 1598. coram Seraph. & aliis deciſionibus. Nec dicatur mo- 151
nachis, & Monaſteriis hoc repugnare, quia vt eadem Rota *num.* 8. dixit inhærens alij Vrgellenſi coram D. Pamphilio, hæc procedunt in dubio, & quando de contrario non conſtat, prout conſtat in præſenti, ſiquidem, vt ſupponitur, à tempore immemorabili hoc ius competit dicto Monaſterio. De- 152
inde quidquid ſit in monachis particularibus, & quando Monaſterium non habet populum ſibi ſubiectum, in quibus terminis procedit textus *in c. placuit,* 16. *q.* 1. vt notat ibi Gloſſ. *in verb. placuit*, de iure non eſt prohibitum Monaſteriis habere curam animarum, aut ſaltem de conſuetudine approbata, *c.* 1. *de Capell. monach.* Clem. *ne in agro*, §. *caterùm, de ſtat. mon.* Abbas *in d. c.* 1. *n.* 1. & 6. *de Capell. mon.* Rota relata coram Lancellotto *n. vlt.* Bordon. *tom.* 1. *Reſ.* 7. *n.* 45. & ego *tom.* 1. *Summa, c.* 2. *n.* 17. Conſuetudinem 154
porrò in hoc caſu ſubſiſtere, cum ſit res ad factum ſpectans, non tam probari, quam ſupponi debet, & quod eſt certum, quod ſi ea verè ſubſiſtit, ſufficiens eſt ad præbendum iuriſdictionem. Recole dicta ſuperiùs *num.* 122.

Secundò dico, probabile valde eſſe, non teneri 155
dictum parochum deſignatum à P. Generali accedere ad Congregationes caſuum conſcientiæ, quibus interſunt alij Parochi dictæ diœceſis Laudẽſis. Ratio eſt, quia etſi Curati Regulares communiter loquendo ſimilibus congregationibus aſſiſtere debeant, propter illa quæ dico *tom.* 1. *mea ſumma, c.* 19. *n.* 44. & *tom.* 2. *c.* 18. *n.* 40. ac quæ affert Bordonus *dicta Reſol.* 7. *n.* 44. hæc videntur vacare in caſu præſenti, in quo agitur de Parocho Regulari, qui nullo modo pendet ab Epiſcopo Diœceſano, in deputatione, approbatione, deſtitutione, aut alio quopiam; & qui ſolùm in iis pendet à ſui ordinis Generali habente in illo oppido omnimodam iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem, ac per conſequens pleno iure. Accedente præſertim decreto Concilij Tridentini *ſeſſ.* 25. *cap.* 11. de quo poſtea, vbi decidit, Epiſcopum diœceſanum nullam iuriſdictionem habere in perſonas tam Regulares, quàm ſæculares curam animarum habentes in Monaſteriis, ſeu domibus, *in quibus capita ordinum Sedem ordinariam principalem habent*, ſeu *Superiores iuriſdictionem Epiſcopalem, & temporalem in Parochos, & parochianos exercent*, prout in præſenti verificatur. Etenim ſi daretur D. Epiſcopum Laudenſem cogere poſſe monachum Parochum illius Eccleſiæ ad accedendum ad dictas congregationes, ſanè admitti deberet, præfatum Parochum ſubjici iuriſdictioni D. Epiſcopi, ac corrueret diſpoſitio iſta conciliaris. Prudentiſſime ergo, & conformiter ad dictam Con- 156
cilij diſpoſitionem S. Congregatio Concilij ad D. Epiſcopum litteras has ſcribi, & tranſmitti decreuit. *Reuerendiſſime Domine, vti frater. Expoſuerunt Monachi Congregationis S. Hieronymi Lombardiæ Sac. Congregationi Eminentiſſimorum Patrum Concilij Trid. Interpretum, Monaſterium S. Petri loci Hoſpitaletti, curam habens perſonarum ſæcularium eſſe caput eiuſdem Congregationis, in eoque Generalem ſedem ordinariam principalem habere, atque iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercere; & nihilominus Amplitudinem tuam iuriſdictionem ſuper eo exercere, & curam animarum ibi exercentem ad Congregationem caſuum conſcientiæ compellere velle. Quod ſi vt proponitur res ſe habeat, eiſdem Monachis*

aſſiſtit

aſſiſtit eiuſlem S. Concilij c.11. ſeſſ. 25. diſpoſitio. Quare Amplitudo tua hac in re diſtinctè edoceat, nihil innouando, vt quid iuſtum fuerit, maturius decerni poſſit, & Amplitudinem tuam in Domino valere optamus. Romæ die 6. Auguſti 1634.

157 Referuntur etiam ad intentum declaratio S. Congregationis eiuſdem, die 22. Septemb. de anno 1571; referente D. Cardinali Rufticuccio, & alia Fauentina *viſitationis*, 12. Ianuar. 1618. Referri etiam poſſunt plura priuilegia Religionum circa exemptionem Parochorum, ſeu Capellanorum, qui deſignantur à Prælatis Regularibus pro Parochiis eorum Eccleſiis vniris, de quibus priuilegiis dixi *tom. 5. meæ Summæ*, præſertim in Mari magno Carmelitarum *num.* 393. vbi etiam de ſimilibus priuilegiis aliorum Mendicantium.

158 Tertiò dicendum, poſſe dictum parochum audire confeſſiones non ſolùm incolarum illius populi, vt de ſe patet, ſed etiam aduenarum, ſeu peregrinorum illuc confluentium. Ratio eſt, quia talis Parochus non habet minorem authoritatem, quàm haberet ſi poſitus eſſet à vero Epiſcopo, cum verè obtineat parochiale beneficium, quod ſolùm requiritur à Concilio Tridentino *ſeſſ.* 23. *cap.* 15. quilibet autem Parochus poteſt peregrinorum, & aduenarum confeſſiones audire. Ita enim habetur tum ex

159 vſu Eccleſiæ, & tacito conſenſu propriorum Parochorum; tum ex conceſſione Pontificis mediante tali vſu iuriſdictionem tribuentis. Syluelter, Sotus, Ledeſma, & victoria, quos refert, & ſequitur Suarez 4. *tom. de pœnitentia, diſput.* 15. *ſect.* 2. *n.* 8. Sanchez, Sà, & Laymanus, quos etiam citat, & ſequitur Caſtrus Palaus *de Sacramento pœnitent. tract.* 23. *diſp. vnic. punct.* 13. *n.* 12. Quibus adhæret Eminentiſſ. Lugo *de pœnitentia diſp.* 19. *ſect.* 1. *n.* 7. dicens, & in hoc conuenire ferè omnes: Conradus *p.* 1. *ſua Summ. q.* 11. Zerola *in pract. Confeſſ. cap.* 15. §. 4. *& cap.* 16. §. *dico ſecundò*. Poſſeuinus *de pœnit.* §. 5. & alij multi eam conſuetudinem approbantes.

160 Probabilius tamen reputo, imò verum, requiri bonam fidem ex parte talium peregrinorum, ſeu aduenarum venientium ad locum illum *Hoſpitaletto*. Si enim ea ſolùm de cauſa ad eum locum acceſſerunt, vt proprium parochum fugerent, vitarentque confeſſionem cum illo faciendam, vtique non poſſent vti tali facultate; cùm ea ſolum ſuffragetur iis qui habent tacitum conſenſum proprij Parochi, & Eccleſiæ, qui deficit in hoc caſu; eo quòd in eo interuenire videtur fraus, & dolus, qui nemini debet patrocinari, *l. itaque fullo, ff. de furtis*, & aliis iuribus. Vnde ita tenent Suarez *ſupr. n.* 9. Vaſquez *de pœnit. q.* 93. *art.* 1. *dub.* 4. *num.* 8. Dom. Lugo, & Palaos ſuprà relati, Bonacina *de Sacram. Pœnit. diſput.* 5. *q.* 7. *punct.* 2. *n.* 6. poſt Coninck, Reginaldum, & alios recentiores, quibus adhærent etiam Poſſeuinus, & Megallius.

161 Addendum tamen, quod ſi Religioſi huius ordinis S. Hieronymi de Lombardia habent, vel per communicationem cum Mendicantibus, aut aliis Religioſis, facultatem abſoluendi omnes ad ſe venientes, etiam ex alienis diœceſibus, prout audio illos habere ex Martino V. & forſan aliis Summis Pontificibus, ceſſabit difficultas præſens, & ex vi talium priuilegiorum poterit dictus Parochus audire confeſſiones omnium ad ſe venientium, non ſolùm bona fide, vt dictum eſt, ſed etiam alio prætextu; ſi tamen alia priuilegia generaliter loquantur, & non cum iſta reſtrictione de bona fide, aut ſimili. De priuilegiis porrò hoc intentum aliquo modo concernentibus aliqua dixi *tom.* 1. *mea Summæ*, c. 19. *n.* 11. *& tom.* 5. *in Mari magno Carmelitarum, n.* 98.

Quartò dico, poſſe dictum Parochum abſoluere 162
ſuos Parochianos à caſibus reſeruatis D. Epiſcopo
Laudenſi. Fundamentum ſumitur ex conciliari diſ-
poſitione Concilij Trident. *ſeſſ.* 25. *de Regularibus,*
c. 11. ſæpius relata, vbi cum generaliter diſpoſuiſſet
Concilium, quod *perſonatam Regulares, quàm ſæ-*
culares, curam animarum exercentes, *in Monaſte-*
riis, ſeu domibus virorum, ſeu mulierum, quibus im-
minet animarum cura perſonarum ſæcularium, &c. ſub- 163
ſint immediatè in iis, quæ ad dictam curam, & Sa-
cramentorum adminiſtrationem pertinent, iuriſdictio-
ni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cuius diœ-
ceſi ſunt ſita, &c. poſtea facit exceptionem ab hac
generali regula, de tribus generibus Monaſterio-
rum. Primum eſt *de Monaſterio Cluniacenſi cum ſuis*
limitibus. Secundum *de iis Monaſteriis, ſeu locis,*
in quibus Abbates Generales, aut capita ordinum
ſedem ordinariam principalem habent. Tertium, *de*
aliis Monaſteriis, ſeu domibus, in quibus Abbates, aut
alij Regularium Superiores iuriſdictionem Epiſcopalem,
& temporalem in parochos, & parochianos exercent.
Cum ergo Monaſterium hoc ſit ex illis, *in quibus*
capita ordinum ſedem ordinariam principalem habent,
quia ibi reſidet ordinariè, & principaliter dictus
Reuerendiſſ. Generalis Hieronymianorum, in qui- 164
bus *Regularium Superiores iuriſdictionem Epiſcopalem*
& temporalem in parochos, & parochianos exercent,
quia talem iuriſdictionem aliquo modo exercet
ibi dictus P. Generalis, ſanè clareſcit Parochum
ſeruientem dictæ parochiæ non ſubiici vllo modo
iuriſdictioni D. Epiſcopi Laudenſis, *in iis quæ ad*
dictam Curam, & adminiſtrationem Sacramentorum
pertinent, vt Concilium loquitur. Quod & com-
probant S. Rotæ deciſiones *ſupr. n.* 127. relatæ, ac
deciſio quam ex Sellio *in ſelect. canon. c.* 112. *n.* 25.
in Theatina 11. Septembr. 1611. refert Barboſa *in*
Collect. Concilij ſup. hunc locum, n. 13.

Cum igitur reſeruatio caſuum concernat *curam* 165
animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum, pro-
vt ex ſe patet, & colligitur ex eodem Concilio
ſeſſ. 14. *c.* 7. & aliis, manifeſtè hinc colligitur, non
poſſe D. Epiſcopum ſua reſeruatione caſuum ob-
ſtringere parochum, & parochianos dictæ paro-
chiæ, vtpote, quia Concilium eximit illos à iuriſ-
dictione Epiſcopi Diœceſani, ac proinde veluti ſi
talis reſeruatio non eſſet in rerum natura, poterit di-
ctus Parochus ſuos parochianos abſoluere.

Accedit, quod ſtante eius loci exemptione, D. 166
Epiſcopus non ſe intromittit in deſignatione parochi
inibi curam animarum exercentis, vt dictum ſupe-
riùs manet; ac perinde nec facultatem abſoluendi
prædicto parocho tribuit: ex quo etiam fit, quod
talis facultas abſoluendi auferri ab eo non poſſit
per caſuum reſeruationem à D. Epiſcopo factam;
Caſuum enim reſeruatio eſt quædam limitatio, &
& reſtrictio facultatis abſoluendi à peccatis, vt ha-
bent Nauarrus *in Man. c.* 27. *n.* 259. Bonacina *de*
pœnitent. diſp. 5. *q.* 7. *punct.* 5. §. 1. *n.* 2. & ſupponunt
Coninck *de pœnit. diſp.* 8. *dub.* 11. *n.* 78. & D. de Lu-
go *de Sacram. Pœnit. diſp.* 20. *ſect.* 5. *n.* 73.

Ad hæc ſiquidem facultas Epiſcopi circa reſerua- 167
tionem caſuum ad inferiores Sacerdotes ſibi ſubdi-
tos reſtringitur, *l. fin. de iur. omn. iud. & c. Vt animarum,*
de conſt. in 6. Nec reſeruatio Epiſcopi afficit exemp-
tos à iuriſdictione illius, vt per Francum *in c.* 2. *n.* 6.
de pœn. & remiſſ. in 6. Cùm certum ſit talem Paro-
chum ſubditum non eſſe D. Epiſcopo, ſed ab eius iu-
riſdictione exemptum, pro comperto quoque erit,
non habere ligatas manus ad abſoluendum quando
opus fuerit ſuos Parochianos, etiam à caſibus à præ-
dicto D. Epiſcopo reſeruatis. Eſto non poſſit abſol-
uere ab iis, quos P. Generalis reſeruauit.

168 Dicendum quintò, poſſe dictum Parochum ab-
ſoluere dictos aduenas, & peregrinos illuc confluen-
tes à caſibus reſeruatis à propriis Epiſcopis in ſuis
diœceſibus, & ſpeciatim ſubditos D. Epiſcopi Lau-
denſis à caſibus ab illo reſeruatis. Hoc aſſertum ge-
neraliter de confeſſariis vnius diœceſis reſpectu pœ-
nitentium aduentantium ex aliis, reddunt probabi-
liſſimum contra Sotum, Medinam, Nuñum, Graf-
ſium, Zerolam, & alios illud negantes, plures qui
illud concedunt, ſpecialiter Caietanus, Paludanus,
& Antoninus, quos affert, & ſequitur Suarez *de
Pœnitentia diſp.* 30.*ſect.* 1.*num.* 4. Henriquez, Regi-
naldus, Homobonus, Villalobos, quos etiam re-
fert, & ſequitur D. Cardinalis de Lugo *de Sa-
cramento Pœnitentiæ diſp.* 20.*ſect.* 5.*numero* 71. quibus
etiam adhæret Diana *part.* 3. *tract.* 4. *reſ.* 103. Bo-
nacina *de Pœnitentia diſp.* 5.*quæſt.* 7.*punct.* 5.§. 2.*n.* 9.
Fagundez *precept.* 2.*lib.* 8.*cap.* 8.*num.* 19. Comitolus
lib. 1. *q.* 28. & Megalius *p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 8.
169 Quorum fundamentum eſt, tum quia confeſſarius
non tenetur ſcire caſus aliis Epiſcopis reſeruatos,
alioquin multis premeretur ſcrupulis, ferè ſemper du-
bitans aliquem caſum eſſe aliis Epiſcopis reſeruatum:
tum quia reus iudicari ſolet iuxta leges, & conſuetu-
dines loci in quo reperitur. Ad quod accedit, quod
iura quæ vetant abſolutionem impendi à reſerua-
tis Epiſcopo, loquuntur de iis, qui in eadem Diœ-
ceſi ſub eius obedientia degunt. Cum ergo præ-
fatus Parochus non ſit ſub obedientia, niſi ſolùm
ſui Generalis, poterit abſoluere quoſcunque ad ſe
venientes ex prædictis diœceſibus, etiam à caſibus
170 in illis reſeruatis. Quod eo fortiùs procedit, quod
reſeruatio caſuum eſt quid pœnale, ac ſtricti iuris,
ideoque interpretanda ſtrictè, nec vllo modo dila-
tanda. Homobonus *part.* 2.*exam.tract.* 11.*cap.* 6. *q.* 9.
171 *reſol.* 3. Et quia ita videtur introductum conſuetudi-
ne ſatis rationabili, prout ex Suarez, & aliis affert idem
Lugo *ſupr.n.* 72.
172 Requiritur tamen ad hoc bona fides iſtorum ad-
uentantium, ne ſcilicet ea de cauſa ad dictum locum
aduenerint, vt effugerent proprios paſtores. Hoc
enim fraudem, & dolum, vt in ſuperioribus dixi, ſa-
pere videtur, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ contraria-
tur, & omnino eſt contra intentionem ipſorum Pa-
ſtorum, in quorum conſenſu tacito fundatur conſue-
tudo relata. Prout etiam tenent inter alios Diana *ſu-
pra*, & ſupponit D. Lugo *num.* 68. ac ſequitur à for-
tiori ex dictis *ſupra numero* 168. Si enim ad hoc
quod iſti peregrini abſoluantur in aliena diœceſi,
ſeu territorio à peccatis non reſeruatis, requiritur
bona fides ipſorum, multò magis id erit verum reſ-
pectu reſeruatorum: ſiquidem difficiliùs abſoluun-
tur.
173 Sextò dicendum, conſequenter ad dicta in ſupe-
rioribus, præfatum P. Generalem, non ſolum non
poſſe facere ea quæ ſunt propria Ordinis Epiſcopa-
lis, vt per ſe patet, cùm non ſit Epiſcopus; ſed ne-
que illa omnia, quæ ſunt Epiſcopalis iuriſdictionis,
quæ competunt Prælatis, qui vocantur *nullius diœce-
ſis*, quia iſti omnimodam, & æqualem iuriſdictio-
nem habent ſicut Epiſcopi, niſi in caſibus ipſis ſpe-
cialiter prohibitis, iuxta dicta in ſuperioribus,
174 *num.* 16. 17. 18. 19. & 20. Pater autem Generalis
non eſt Prælatus *nullius diœceſis*, quia ad hoc requi-
rebatur, vt nullam omninò iuriſdictionem in loco
illo *Hoſpitalette* D. Epiſcopus exercuiſſet, cuius
contrarium videtur conſtare. Nec ſufficit habere
aliquem diſtrictum, aut territorium, ſed neceſſe eſt,
vt inquit Rota in Calaguritana *Iuriſdictionis*, coram
Ortembergo ann. 1604. ex Abbate *in cap. nimis*,
num. 1.*verſic. hac vera, de iureiur.* quod *tanquam pro-
prium territorium ad eum ſpectet, ita vt faciat termi-
num ſeparatum à Prouincia. Item quod habeat omnia
iura Epiſcopalia ex priuilegio Papæ, qui ſolus poteſt hoc
concedere.* Quod in propoſito non probatur. Ita Ro-
ta relata ex Abbate, Ioanne Andrea, & maximè ex
Felino, ex quo affert illud ſatis ad intentum: *Licet lo-
cus non ſit de iuriſdictione Epiſcopi, tamen eſt de terri-
torio, & diœceſi.*
Quia tamen præfatus P. Generalis habet aliqua- 175
le territorium, ſcilicet oppidum illud *Hoſpitalette*,
& in ipſo exercet aliquam iuriſdictionem ſpiritua-
lem, ſiquidem, vt dictum eſt, in eo deputat ex vſu
antiquo Parochum, qui curam animarum exercet,
ideo ipſi applicanda ea omnia, quæ in hoc conſulto
dicta ſunt, *num.* 21. 22. & 23. cum limitationi-
bus tamen poſitis *num.* 24. & *ſequentibus*, ita vt
nequeat facere illa, quæ competunt Epiſcopis, vt
Epiſcopi ſunt, vel vt Sedis Apoſtolicæ delegati. 176
Etſi quoad cauſas matrimoniales, & criminales ipſi
relinquendas expendi debeant quæ dixi *num.* 87. Et
quoad facultatem approbandi confeſſarios, & dandi
licentiam concionatoribus, ea quæ dixi *num.* 91. 92.
& *num.* 93. Et circa facultatem remittendi denuncia-
tiones requiſitas pro Matrimonio, illa quæ dixi *num.*
104. & 118. Et circa facultatem aſſiſtendi Matrimo-
niis, quæ dixi *num.* 105. & 119. Quæ tamen dixi
num. 109. 110. 111. 112. & 113. aptari videntur D. 177
Patri Generali. Et etiam quæ dixi *num.* 114. ſi tamen
adſit conſuetudo, vel priuilegium, prout ibi dictum
manet. Et quæ dixi *num.* 115. ſi habeat iuriſdictio-
nem ſpiritualem in foro externo, quod mihi non
conſtat. Recolenda quoque quæ dixi *n.* 123. & *ſeqq.*
Dicendum ſeptimò, non poſſe D. Epiſcopum 178
viſitare Eccleſiam, ſeu Monaſterium dicti loci Hoſpi-
talette. Hoc enim manifeſtè infertur ex adductis,
præſertim *num.* 126. & *ſequentibus*, ac maximè ex
conciliari illa diſpoſitione Concilij Trident. *ſeſſ.* 25.
de Regularib. cap. 11. vbi clariſſimè habetur, Mona-
ſteria illa, in quibus *Abbates Generales, aut capi-
ta Ordinum Sedem Ordinariam principalem habent,*
vel in quibus *Regularium Superiores iuriſdictionem
Epiſcopalem, & temporalem in Parochos, & Paro-
chianos exercent* (quæ omnia competunt præfato
Monaſterio) exempta eſſe à iuriſdictione, viſitatio-
ne, & correctione Epiſcopi diœceſani; quibus
aliàs ſubiici deberent propter curam animarum per-
ſonarum ſæcularium, & adminiſtrationem Sacra-
mentorum. Idque, obſeruari mandaſſe Clementem
VIII. colligitur ex Franciſco Leone *in Theſauro for.
Eccleſiaſtic. part.* 1. *capite* 8. *numero* 20. quem affert
Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 74. *num.* 18. 179
Quod etiam confirmat in terminis fortioribus, etiam
pro caſu quo talem curam in dictis Monaſteriis exer-
centes eſſent perſonæ ſæculares, declaratio S. Con-
gregationis apud Zerolam 2. *part. prax. verbo Vi-
ſitatio, quæſt.* 15. & Tamburinum *de iure Abbat.
tom.* 1. *diſp.* 15.*quæſ.* 7.*num.* 49. quæ talis eſt: *In Mo-
naſterio, in quo Generalis alicuius Religionis Regula-
rium ſedem ordinariam principalem habeat, licèt perſonæ
ſæculares ſint in eodem Monaſterio curam animarum
exercentes, quantum ad ipſam curam, & Sacramentorum
adminiſtrationem ſpectat, nulli viſitationi Epiſcopi Ordi-
narij diœceſis, in quo ipſum Monaſterium ſitum eſt, ſubie-* 180
cta ſunt. Ac maximè, & concludenter in hac cauſa, de-
cretum einſdem S. Congregationis die 25. Maij 1641.
talis tenoris: *S. Congregatio Eminentiſſimorum Cardi-
nalium Concilij Tridentini Interpretum reſpondit, non
licere Epiſcopo Laudenſi Eccleſiam Monaſterij nuncu-
patam dell'Oſpidaletto, in qua Generalis Ordinis
S. Hieronymi habet ſedem ordinariam, & principalem,
viſitare, niſi Epiſcopus ſufficienter probauerit ſibi
competere maiorem adminiſtrationem in præfatam
Eccleſiam, vel in illius perſonas. Ioannes Baptiſta*

Cardi

Cardinalis Pamphilius Loco † Sigilli, Franciſcus Pauluccius S. Congregationis Concilij Secretarius. Quod recognitum, & intimatum fuit Illuſtriſſimo Epiſcopo, per Apoſtolicæ Cameræ Auditorem litteris ſuperinde confectis, quarum initium eſt, *Vniuerſis*, &c. *Noueritis qualiter infra dicta die fuit coram nobis comparitum, & pro parte, & ad inſtantiam Reuerendiſſimi Patris Generalis Monachorum Ordinis S. Hieronymi, &c. Datum Romæ anno Domini 1641. die 4. Iunij. P. Paulus Cabullenus Locumtenens.* Ex hoc autem S. Congregationis decreto in terminis propriis huius cauſæ loquente, manifeſtè habetur conſtitutionem Gregorij XV. *Inſcrutabili*, quæ eſt *de exemptorum priuilegiis*, nullatenus ſuffragari parti aduerſæ; ſi enim ipſi faueret, & per ipſam Concilio derogatum fuiſſet, nullatenus a S. Congregatione Eminentiſſim. Concilij Interpretum tale decretum emanaret.

181 Quia tamen, quamuis prædicta concludant reſpectu petitorij, nihilominus quoad poſſeſſorium præfatus D. Epiſcopus ius ſibi competere prætendit, Ideo aliqua circa hoc notanda. Primum quidem, quod cum Parochus Monaſterij, vt dictum eſt in ſuperioribus, à P. Generali in totum, & per totum abſque aliqua dependentia a D. Epiſcopo deputetur, in neceſſariam conſequentiam venit, quod nulla viſitatio potuerit eſſe legitima, ſed intruſa, eo quòd facta
182 fuerit à non habente vllam iuriſdictionem. Secundum, quia dato quod aliqua viſitatio taliter facta præceſſiſſet, nullum ius D. Epiſcopo præterea obuenire poterat, niſi verum titulum demonſtraſſet, ex quo talis viſitatio ſuſtineri deberet. Etenim contra eum, qui habet ſuam intentionem in iure communi, vel conciliari diſpoſitione fundatam, non aliter vnus, vel alius actus releuare poſſet. Gutierrez *practic. lib. 2. q. 19. à n. 11.* Rodriguez *tom. 2. quæſt.*
183 *Regular. q. 63. art. 7.* Barboſa *in collectan. ad cap. cum perſona, de priuileg. in 6. num. 16.* Item tertium, quod probari debuiſſet adfuiſſe ſcientiam præfati P. Generalis, vtpote quia de eius præiudicio principaliter
184 agebatur, prout certi iuris videtur. Ac præterea quartum, quod cum agatur de ſpoliatione iuris competentis Eccleſiæ, videtur quod eſſet probanda conſuetudo præſcripta ſpatio quadraginta annorum, Purpuratus *l. 1. n. 200. ff. de offic. eius cui eſt*, Andreas
185 Siculus *conſil. 5. lib. 2.* Præterea deberet probari quod actus eſſent facti eo animo, & fine, vt conſuetudo induceretur, quia cum poſſint fieri ex gratia, vrbanitate, & modeſtia religioſa, ac obſeruantia dignitatis Epiſcopalis, debet probari finis, ne detur proprij iuris renunciatio. Decius *in cap. cùm acceſſiſſent, col. penult. ante fin. verſ. Et hoc comprobatur, de conſtit.* Illuminatus Moronus *in ſuis reſponſ. reſp. 5.*
186 *num. 26.* Concludens etiam ex Baldo, Purpurato, & Menochio: *Tandem vnuſquiſque poteſt recuperare ius ſuum, & poſſeſſionem precedentem, ſi fortè ius maiorem perdidiſſent; non enim fuit ſuum ius deperditum.* Quia tamen in relato *capite 11. ſeſſ. 25.* dicit Concilium: *Saluo tamen eorum Epiſcoporum iure, qui maiorem in*
187 *prædicta loca, vel perſonas iuriſdictionem exercent;* ideò præſeruatum manet ius D. Epiſcopi, ſi maiora prætendat, prout dicitur in decreto S. Congregationis adducto ſupra *numero 180.* his verbis: *Niſi Epiſcopus ſufficienter probauerit, ſibi competere maiorem adminiſtrationem in præfatam Eccleſiam, vel in illius perſonas.*

188 Quia etiam plures extant S. Rotæ deciſiones circa ſimiles materias, ideo aliquot ipſarum, notabiliores videlicet, hîc placuit apponere pro ſtudioſis.

Marſicana Iuriſdictionis.

Lunæ 23. Octob. 1589.

Coram Comitolo.

SVMMARIVM.

1 *Abbati datur mandatum de manutenendo quoad gubernationem Monaſterij Monialium, & quoad exercitium Iuriſdictionis in clericos, & Presbyteros deſeruientes in Eccleſia eiuſdem Monaſterij priuatiuè quoad Epiſcopum, & per tot. n. 4.*

Præterquam in caſibus quibuſdam, de quibus num. ſeqq.

2 *Quaſi poſſeſſio ante motam litem probatur ex antiquis ſcripturis, & Teſtium depoſitionibus.*

Quæ apparet titulata ex priuilegiis Pontificis.

3 *Moniales, & earum clerici probantur exempti à Iuriſdictione Epiſcopi ex priuilegiis Pontificum, & quod ſubſunt Abbati ex reſeruatione iurium, & num. 4.*

4 *Obſeruantia ſubſecuta declarat, & iuſtificat ſuperioritatem, quam Abbas exercuit.*

5 *Epiſcopi tanquam delegati Sedis Apoſtolicæ gubernant Monaſteria Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecta, ex Concilio.*

Sed vide num. ſeqq.

6 *Exempti à iuriſdictione Epiſcoporum poſſunt habere ſuos immediatos Prælatos.*

7 *Et expedit eis habere exemptionem Papalem.*

8 *Eſſeque ſpecialiter ſub protectione Sedis Apoſtolicæ.*

9 *Epiſcopi actus iuriſdictionales in Moniales non attenduntur, ſi præceſſerunt Concilium Tridentinum, & n. 10.*

11 *Actus facti poſtea, quando non attendantur, & n. ſeqq.*

Moniales, & earum Clerici ſunt exempti à Iuriſdictione Epiſcoporum.

12 *Epiſcopalis ordinis eſt adminiſtratio Sacramenti Confirmationis, & collatio ordinis.*

13 *Epiſcopi quæ exerceant in exemptos, ex Concilio referuntur, & n. ſeqq.*

20 *Poſſeſſione antiquiori non priuatur quis per vltimi turbationes, & pro illa magis præſumitur.*

DECISIO LXXXIII.

DOMINI non receſſerunt à decretis 16. 1
Iunij anni 1587. coram Reuerendiſſimo Oriolen. Dandum eſſe mandatum de manutenendo R.P. Abbati quoad gubernationem Monaſterij Monialium SS. Coſmæ, & Damiani; & quoad exercitium iuriſdictionis in Clericos, & Presbyteros deſeruientes in Eccleſia eiuſdem Monaſterij.

Nam de quaſi poſſeſſione Abbatis Caſſinenſis an- 2
te litem motam conſtat ex antiquis ſcripturis, & Te-
ſtium depoſitionibus aliàs, & nunc denuo conſide- 3
ratis, quæ poſſeſſio ſatis apparet titulata, ſtantibus Romanorum Pontificum priuilegiis; præſertim Clementis IV. & Alexandri III. quibus eximuntur à iuriſdictione Epiſcoporum Marſicanorum Moniales, & clerici eiuſdem Eccleſiæ, & recipiuntur ſub
protectione Sedis Apoſtolicæ, ſalua debita reueren- 4
tia, & iuſtitia Monaſterio Caſſinenſi, quæ reſeruatio
eſt

ex obſeruantia ſubſequuta declaratur, & iuſtific at
ſuperioritatem, quam Abbates pro tempore exercuerunt, *l. ſi de interpretatione, ff. de leg.* Bald. *conſ.* 145.
lib. 3. Roman. *conſ.* 177. *n.* 4.

5 Neque verò hæc exemptio concludit Monaſte-
rium eſſe ſub immediato regimine Sedis Apoſtolicæ,
vt locus ſit diſpoſitioni *cap. 9. ſeſſ.* 52. *de Regul.* in ea
6 parte, in qua monaſteria Sedi Apoſtolicæ immedia-
tè ſubiecta Epiſcoporum, tanquam S. Sedis Delega-
torum, gubernationi ſubiiciuntur, cùm notiſſimum
ſit exemptos à iuriſdictione Epiſcoporum habere
poſſe ſuos immediatos Prælatos, ad nor per Gloſ. &
7 DD. *in cap. graue, de off. ord.* quibus etiam expedit
habere exemptionem Papalem. Achil. *deciſ.* 1. *& ſeq.*
de exempt. & eſſe ſpecialiter ſub protectione Sedis
8 Apoſtolicæ, ad tradita cum ibi nota. *in c. recepimus, de
priuileg.*

9 Non obſtant huic manutentioni actus Iuriſdi-
ctionales facti per Epiſcopos Marſicanos.

10 Nam qui præceſſerunt Sacrum Concilium Tri-
dent. non ſunt conſiderabiles, propter expreſſas
exemptiones Monialium, & Clericorum, *cap.* 1. *§. in*
11 *eos, & cap. ſi Papa, de priuil. lib.* 6. & fuit reſolutum
coram b. m. Lauretano 7. Ianuarij 1586. & rurſus
12 coram Reuerendiſſ. Oriolen. 26. Iunij 1587. Si qui
autem facti fuerunt poſt Concilium Tridentinum,
præter concernentes ea, quæ ſunt Ordinis Epiſco-
palis, qualis eſt adminiſtratio Sacramenti Confir-
23 mationis, & collatio Ordinum, *can.* 3. *de confirm.*
ſeſſ. 7. *& can.* 7. *de Sacram. ordin. ſeſſ.* 23. & alia, quæ
ex eodem Concilio ſpecialiter competunt Epiſcopis
in Clericos exemptos, ſiue ratione curæ, quæ in Ec-
14 cleſia exercetur, iuxta *c.* 11. *ſeſſ.* 25. *de Regul.* prop-
ter quam tenentur etiam exempti intereſſe Synodo,
ex *c.* 2. *in fin. ſeſſ.* 14. ſiue ratione Iuriſdictionis in
15 cauſis ciuilibus mercedum, & miſerabilium Perſona-
16 rum, iuxta *cap.* 14. *ſeſſ.* 7. ſiue ratione correctionis
17 Epiſcopis reſidentibus permiſſæ in exemptos, qui
alias eorum iuriſdictioni ſubderentur, *cap.* 4. *ſeſſ.* 14.
ſiue ratione facultatis reſeruatæ Epiſcopo Diœce-
18 ſano concedendi dimiſſorias clericis exemptis, intra
eius Diœceſis fines exiſtentibus, per *cap.* 10. *ſeſſ.* 23.
& inhibendi etiam Regularibus, ne quis ipſo con-
19 tradicente, etiam in Eccleſiis ſuorum ordinum, præ-
dicare præſumat, per *cap.* 4. *ſeſſ.* 24. Necnon ratione
clauſuræ in Monialium monaſteriis reſtituendæ, &
conſeruandæ, iuxta decretum Concilij *cap.* 5. *ſeſſ.* 23.
20 *de Regul.* fuerunt pariter turbatiuè, nec priuarunt
Abbates eorum quaſi poſſeſſione antiquiori, pro
qua magis præſumitur, *cap. licèt cauſam*, vbi Felin.
num. 13. *& ſeq. de probat.* Anch. *in Clem.* 1. 4. *notab.
de ſequeſtr. poſſeſſ.* & Facit Caſtr. *conſ.* 395. *n.* 2.
lib. 2.

Quare concluſum fuit concedendum eſſe mandatum de manutenendo generaliter P. Abbati, quoad gubernium Monialium, & quoad exercitium iuriſdictionis in Clericos in Eccleſia SS. Coſmæ, & Damiani deſeruientes, priuatiuè quoad Epiſcopum, præterquam in caſibus, in quibus Concilium Tridentinum Epiſcopis, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis, poteſtatem tribuit circa clauſuram Monialium, & in exemptos clericos infra diœceſim exiſtentes, qui caſus in mandato concedendo, ſi expedite videbitur, ſpecificari poterunt.

Habetur hæc deciſio inter deciſiones Comitoli *num.* 83.

Lucenſis.

Iuriſdictionis de Samos.

Coram Domino Mantica anno 1596.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio Epiſcopalis, vel quaſi Epiſcopalis ex quibus actibus per teſtes probetur, & infra.*

2 *Abbas qui habet proprium territorium, & loca pleno iure ſibi ſubiecta, intelligitur habere Epiſcopalem, ſeu quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem: item quando temporalem intelligatur habere iuriſdictionem, num.* 3.

4 *Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio acquiritur per actus iuriſdictionales, qui per teſtes probantur.*

5 *Iuriſdictio cum mero, & mixto imperio probatur per teſtes.*

6 *Res iudicata facit ius, & pro veritate habetur.*

DECISIO.

ALTERA parte non informante, cùm cauſa agere tur per Audientiam contradictarum, deciſum fuit Abbatem S. Iuliani habere iuriſdictionem Epiſcopalem, ſeu quaſi Epiſcopalem, & temporalem, in parochos, & parochianos Eccleſiarum, & locorum districtus Coti, ſiue Cauti vulgariter nuncupati, Abbatiæ, ſiue Archidiaconatus de Samos.

Nam per primum, & ſecundum teſtem probatur 1
ab immemorabili tempore dictos Abbates in dictis locis exercuiſſe iuriſdictionem ciuilem, & criminalem, puniendo delinquentes pœnâ etiam vltimi ſupplicij, deputando vicarios, prætores, & iudices abſque alicuius contradictione; & ſimiliter exercuiſſe iuriſdictionem Eccleſiaſticam viſitando Eccleſias ſitas intra limites dicti Archidiaconatus, & coercendo clericos delinquentes, & de criminibus accuſatos. Idemque alij teſtes deponunt, licèt non probent immemorabilem; qui tamen ab annis 60. deponunt de viſu.

Vnde cum Abbas dicti Monaſterij habeat pro- 2
prium territorium, & loca ſibi pleno iure ſubiecta, intelligitur Epiſcopalem, ſeu quaſi Epiſcopalem habere iuriſdictionem, *cap. Abbates, ad fin de priuileg. libro ſexto. Gloſſ. in clem.* 1. *in verbo proprij, de rebus Eccleſ. non alien.* quod Domini dicebant etiam fuiſſe reſolutum coram R. P. D. meo Decano in Salmantina *iuriſdictionis*, & coram R. P. D. Otano in Burgenſi S. *Ioannis*.

De temporali etiam iuriſdictione dicti Abbatis 3
ſatis conſtat, quia ex depoſitionibus teſtium apparet, eum deputaſſe prætores, & curaſſe delinquentes coërceri.

Nec dubium eſt, quin per actus iuriſdictionales, 4
de quibus teſtes ſpecialiter deponunt de viſu, acquiratur quaſi poſſeſſio iuriſdictionis, & per ea probetur iuriſdictio etiam cum mero, & mixto imperio. Bart. *in l.* 1. *§. ſi quis hoc interdicto, de itin. actuque priuat. & in conſil.* 189. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 1. Bald. *in cap. cum cauſam, num.* 20. *de teſtibus, & in l. data opera, num.* 43. *qui accuſ. non poſſ.* Soc. ſen. *in conſ.* 15. *n.* 1. *verſ. ſecundò præmittendum, lib.* 3. Natta *conſ.* 636. *num.* 72.

Extant etiam duæ ſententiæ, quarum altera de anno 1549. lata fuit à Priore Vallisoleti iudice delega-

to,

Digitized by Google

to: altera Rotalis, quæ fuit lata à bonæ memoriæ Cotta die 9. Iulij 1568. io quibus fuit prononciatum Abbatem, & omnes, tam laïcos, quàm clericos habitantes in dicto Archidiaconatu ab immemorabili tempore fuiſſe, & eſſe exemptos ab omni Lucenſis Epiſcopi correctione, & viſitatione, nullamque eidem Epiſcopo in eos competiiſſe, neque competere iuriſdictionem, ſed eam omnem, tam criminalem, quàm ciuilem, in omnes, & ſingulos, ad ipſum Abbatem priuatiuè ad Epiſcopum pertinuiſſe, & pertinere: quæ ſententiæ tranſierunt in rem iudicatam, & decretæ, & relaxatæ fuerunt litteræ executoriales.

6 Proinde cum res iudicata faciat ius, & pro veritate habeatur, *l. ingenuum, de ſtat. hom. l. res iudicata, de reg. iur.* tollitur omnis dubitatio.

Habetur hæc deciſio inter deciſiones Manticæ deciſione 361.

Burgenſis.

Iuriſdictionis S. Ioannis.

Coram Domino Hieronymo Pampbilio, anno 1598.

ARGVMENTVM.

Abbas Regularis poteſt in Eccleſiis ſibi pleno iure ſubiectis cognoſcere de cauſis matrimonialibus, & criminalibus.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio in Eccleſiis exemptis ſpectat ad Sedem Apoſtolicam, non autem ad Epiſcopum.*

2 Alius, *dictio eſt ſimilium explicatiua.*

3 *Abbates Regulares habentes iuriſdictionem in Clericos, etiam ſeculares, dicuntur in primo poſt Pontificalem dignitatem gradu conſtitui, non autem de inferioribus ſubordinatis Epiſcopo, & num. 4.*

5 *Abbas quoad Clericos Eccleſiæ ſibi pleno iure ſubiecta comparatur Abbati habenti territorium quoad perſonas ſui territorij.*

6 *Abbas habens territorium ſeparatum poteſt cognoſcere de cauſis matrimonialibus, & criminalibus perſonarum ſui territorij, nec comprehenditur ſub diſpoſitione Conc. Trident.* ſeſſ. 24. cap. 20. §. Ad hæc, *& n. 8.*

7 *Iuriſdictio in perſonis conſiſtit, etiam ſine territorio.*

9 *Abbas habens iuriſdictionem Epiſcopalem, poteſt imponere pœnam degradationis, licet actus degradationis ſit poſteà ab Epiſcopis faciendus.*

10 *Archidiaconus, & Decanus habentes territorium ſeparatum, & immemorabilem, poſſunt cognoſcere de cauſis matrimonialibus, & criminalibus.*

11 *Archidiaconus, & Decanus non poſſunt degradare.*

DECISIO.

PLACVIT omnibus Dominis declaratio Illuſtriſſ. DD. Sacri Concilij Interpretum, quod Abbates Regolates babenteo iuriſdictionem criminalem in Clericos, etiam ſæcolares, noo comprehenduntur ſub decreto *c. 20. §. Ad hæc, ſeſſ. 24.* ex rationibus pro hac parte deductis ſub die 6. Nouembris 1596. coram D. meo Orano.

Intentio enim Concilij fuit reſtituere Epiſcopis iuriſdictionem criminalem excluſiuè ad Decanum, Archioconum, & alios inferiores ſubordinatos ipſi Epiſcopo, in quibus militat ratio præſumptæ vſurpationis; non autem illam auferre ab Abbate Regulari exempto à iuriſdictione Epiſcopi, & immediate ſubiecto Sedi Apoſtolicæ, in quo ceſſat præſumptio vſurpationis, præſertim quoad perſonas Eccleſiæ ſibi pleno iure ſubiectæ, in quibus alias 1
iuriſdictio eſſet ipſius Sedis Apoſtolicæ, & non Epiſcopi. Gloſſ. *in c. Authoritate, de priuil. in 6.* & alij omnes.

Et hoc etiam colligitur ex verbis ipſius §. *Ad* 2
hæc, dum loquitur de Decano, Archidiacono, & aliis inferioribus, quod intelligitur de ſimilibus Prælatis Decano, Archidiacono, & ſic ſæcularibus ſubordinatis Epiſcopo, iuxta naturam dictionis *alius*, quæ eſt ſimilium explicatiua. Gloſſ. fin. *in l. Si fugitiui, & ibi* Bald. *C. de ſeru. fugit. cap. Sedes*, vbi Felin. *in fin.*
de reſcript. non autem de Abbatibus Regularibus 3
habentibus iuriſdictionem in Clericos etiam ſæculares, qui dicuntur in primo poſt Pontificalem dignitatis gradu conſtitui, *cap. Deinceps, 16. quæſt. 7.*
Archid. *in cap. 2. ſub num. 2. de præbend. in 6.* Et nec 4
ratione facultatis, nec dignitatis, nec ordinis dicuntur de inferioribus ſubordinatis Epiſcopo, Lap. *alleg. 84.* Bald. *in cap. Paſtoralis*, in Gloſſ. *in verb. Superiores, & ibi* Felin. *column. 4. de off. delegat.* & nullam habent ſimilitudinem cum Decano, & Archidiacono, *ita vt ex eorum expreſſione inferatur* ad Abbates, qui & minores ſunt, etiam de quibus Concilium magis confidit, quod delicta impunita non relinquent, & ſpecificam mentionem facere conſueuit, quando voluit illos comprehendere.

Maximè (prout hoc caſu) agitur de iuriſdictione 5
Abbatum, quoad Clericos Eccleſiæ ſibi pleno iure ſubiectæ, in quibus militant omnia quæ dici poſſunt de Abbate habente territorium, quoad perſonas ſui territorij. Vitalin. *in Clement. Rurſus, n. 10.*
de ſtat. Monach. Quo caſo ceſſat diſpoſitio §. *Ad-* 6
hoc, etiam quoad dignitates, vt fuit reſolutum *in cauſa Salamantina iuriſdictionis, coram bon. mem. Aldo-*
brandino, ſub die 1. Iuly 1565. Quod tamen dictum 7
fuit per Dominos ex abundanti, cum ad hunc effectum non requiratur territorium, cum etiam ſine eo conſiſtat iuriſdictio in perſonis. Bart. *in l. 1. ff. de iuriſdictione omn. iudic.* Butr. & alij *in cap. Cum contingat, de for. compet.* Roch. *deciſ. 227.* & ea vnanimi Dominorum ſententia fuit in hac cauſa deciſum *ſub d. die 6. Nouembris* 1596. coram D. meo Orano.

Nec prædictis viſum fuit obſtare, quod dicitur 8
de dictione taxatiua *tantùm*; quia illa intelligitur reſpectu Decani, Archidiaconi, & aliorum inferiorum ſæcularium ſimilium; non autem reſpectu Abbatis in hac Eccleſia pleno iure ſibi ſubiecta habentis ſimilem iuriſdictionem cum Epiſcopo, ad notata per Bald. *in l. 1. num. 4. C. de bon. poſſ. contra tabul.* Curt. Sen. *conſ. 75. num. 14.* Cephal. *conſ. 257. num. 24. lib. 2.*

Nec etiam obſtat, quod in cognitione cauſarum 9
criminalium veniat aliquando imponenda pœna degradationis; quia non ideò Abbas redditur incapax huius iuriſdictionis, qui prout alij iudices criminales, poteſt imponere pœnam degradationis, etſi poſteà ferendam ab Epiſcopo. Gloſſ. *in cap. Cùm & plantare, in verb. pleno iure, & ibi* Hoſt. Butr.
num. 07. & alij *de priuileg.* Vltra quod hæc ratio 10
militat quoque in Decano, & Archidiacono habente proprium territorium, & immemorabilem, quos ſub

ſub hoc decreto non comprehendi, ſæpiùs reſolutum fuit, tam per Illuſtriſſ. DD. Sacri Concilij Interpretes, quàm etiam in Rota in quamplutibus
11 cauſis. Et tamen indubitatum eſt, non poſſe degradare, *cap. Degradatio, de pœn. in 6. cap. 1. de Haret. eod. lib.* Berot. *in cap. 1. ſub num. 26. de rebus Eccleſ. non alienand.* &c.

Habetur hæc deciſio apud Tamburinum *de iure Abbatum tomo 3. deciſione 44.*

Nullius, ſeu Squillacenſis

Iuriſdictionis.

Coram Domino Martino Andrea, anno 1616.

ARGVMENTVM.

Territorium quando dicatur exemptum, & nullius diœceſis, latè in hac deciſione explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio non datur abſque læſione.*
2 *Loca exempta, licet non ſint de diœceſi, ſunt tamen in diœceſi.*
3 *Prouincia plures comprehendit ſub ſe diœceſes.*
4 *Sententia præiudicat ei, ad quem primo loco ſpectabat definitio, licet ſit lata contra alterum, ſi ſciens permiſit alterum ſubditum agere.*
5 *Sententia in cauſa ſtatus facit ius quoad omnes.*
6 *Sententia facit vehementiſſimam præſumptionem boni iuris.*
7 *Locus exemptus, in quo abdicatur ab Ordinario omne ius Epiſcopale, & transfertur in inferiorem, efficitur proprium territorium inferioris, & non eſt amplius neque de diœceſi, neque in diœceſi.*
8 *Deciſio* in cauſa Conſtantienſis iuriſdictionis, 18. *Maij,* 1611. *ibi coram Attrebatenſi declaratur.*
9 *Verba enunciatiua in dubio accipienda ſunt demonſtratiuè, non autem taxatiuè, nec limitatiuè.*
10 *Enunciatiua non probat, quando principaliter agitur de veritate enunciati.*
11 *Enunciatiuæ vt probent locum eſſe in diœceſi, debet concurrere aliquod adminiculum longæuæ poſſeſſionis.*
12 *Locus, in quo inferior exercet iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in homines, tam de Clero, quàm de populo, cenſetur verè, & realiter nullius diœceſis, etiamſi ſit circundatus limitibus Epiſcopatus.*
13 *Enunciatiuæ plures antiquiſſimæ, & à diuerſis perſonis emanatæ, plenè probant etiam contra tertium.*
14 *Sententia antiqua probat etiam ſine actis.*
15 *Dictio,* ſcilicet, *regulatur ſecundùm ſubiectam materiam, & quo caſu ſtet declaratiuè.*
16 *Pertinentiarum appellatione quæ veniant.*
17 *Scientia præſumitur ex lapſu longi temporis.*
18 *Scientia præſumitur ex actuum multiplicitate.*
19 *Obſeruantia declarat, quid in priuilegiis, & conceſſionibus comprehenſum fuerit.*
20 Pertinentiarum *appellatione quæ veniant, declaratur ex obſeruantia.*
21 *Solemnitates ſupplentur ex beneplacito Apoſtolico.*
22 *Conſenſus Capituli præſumitur ex temporis antiquitate, vnà cum obſeruantia, etiam quod enunciatus, aut reſeruatus non appareat.*
23 *Beneplacitum Apoſtolicum præſumitur ex temporis diuturnitate, vnà cum obſeruantia.*
24 *Locum non eſſe nullius diœceſis, non probatur ex diſpenſationibus matrimonialibus, & excommunicationibus in forma* Significauit, *directis Epiſcopo, intra cuius fines locus eſſe prætenditur.*
25 *Epiſcopi in caſibus, in quibus vigore Concilij Tridentini iuriſdictionem in exemptos exercere poſſunt, non procedunt vti Ordinarij, ſed vti delegati Sedis Apoſtolicæ.*
26 *Seminario contribuere tenentur etiam qui ſunt Nullius Diœceſis, ſi aliter non ſint exempti.*
27 *Obſeruantia præſcripta non interrumpitur per litem.*
28 *Lis non interrumpit quaſi poſſeſſionem, quando ſententia fertur pro poſſeſſore.*
29 *Priuilegia conceſſa Monaſterio, ac rebus, & non perſonis, cenſentur realia, & perpetua, & ſuffragantur quibuſcumque perſonis, ad quarum manus ipſa bona deuenerint.*
30 *Priuilegia conceſſa ſucceſſoribus, cenſeatur perpetua.*
31 *Priuilegia conceſſa Monaſterio, ſeu loco, & eius bonis, cenſentur perpetua, & ſuffragantur ſucceſſoribus.*

DECISIO.

LATA ſententia per Illuſtriſſimum D. Cardinalem Farneſium vigore Commiſſionis cum clauſula, *appellatione remota,* in qua de voto Dominorum meorum Manzanedi, & Pamphilij pronunciatum fuit, omnimodam ordinariam iuriſdictionem in ſpiritualibus, & temporalibus, quam habebant Epiſcopi Squillacenſes ante, & de tempore donationis Theodori, Ioannis, & Donati in Parochos, & Parochialium Caſalium Settæ, Spatulæ, Biungi, Montauri, & Gaſparinæ, ſpectaſſe, & ſpectare ad Priorem, & Monaſterium Sancti Stephani de Nemore, Venerabilis Congregationis Carthuſienſis, eoſdemque in eorum poſſeſſione, ſeu quaſi iuriſdictionis præfatæ fore, & eſſe manutenendos: illiſque ex Apoſtolicis indultis licuiſſe, & licere conſecrationes, chriſma, cæteraſque Epiſcopalis officij indigentias, à quo voluerint Epiſcopo conſequi, vt latiùs in ſententia *ſumm. num. 9.* Cùm aduersùs eam Epiſcopus non acquieſcens, cauſam reſtitutionis in integrum, prout de iure Illuſtriſſimo D. Cardinali Lancellotto de voto Rotæ committi obtinuiſſet, pro eodem voto habendo fuit dubitatum coram me, an conſtaret de noſtis cauſis reſtitutionis in integrum. Et Domini, vtraque parte informante, non conſtare cenſuerunt, niſi obſtet exceſſus quoad loca, de quo videatur.

Nam ex donationibus, tam Comitis Rogerij, quàm Theodori, Ioannis, & Donati, Epiſcoporum Squillacenſium à Sede Apoſtolica confirmatis, necnon ex priuilegiis eiuſdem Sedis Monaſterio S. Stephani conceſſis, vna cum obſeruantia ſubſequuta, apparet manifeſtè de iuſtitia dictæ ſententiæ. Vnde 1
ceſſat læſio, ſine qua non datur reſtitutio. Rota *deciſ. 1. de reſtit. in integr. in nou.* Seraph. *dec. 1238. numero 1.* & fuit dictum *in Cæſaraugustana fructuum, 26. Iunij* 1602. coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno, & *in Marſilienſi pecuniaria, 26. Iunij 1609. coram Reuerendiſſimo Bononienſi,* & aliàs ſæpè.

Nec

Digitized by Google

Nec pro læſione probanda ſuffragatur, in ſententia loca de quibus agitur, enunciari Prouinciæ Reginenſis, cuius contrarium, imò quod ſint in diœceſi Squillacenſi, patere dicebatur ex nonnullis ex dictis
2 iuribus. Vnde licèt prædictæ donationes, ac priuilegia, & confirmationes Apoſtolicæ continerent exemptionem quantumvis ampliſſimam: ita quod dicta loca vti exempta non eſſent ampliùs de diœceſi, attamen in diœceſi permanebant, *cap. Cum Epiſcopus*, & *ibi* Gemin. *num.* 3. Franc. *num.* 5. *de offic. Ordin. in* 6. cum aliis adductis *in Conſtantienſi Iu-*
3 *riſdictionis*, 18. *Maij* 1611. *coram Reuerendiſſimo Atrebatenſi*: & hîc per informantes, quia ſimul ſtare poſſunt quod dicta loca ſint in Prouincia Reginenſi, & nihilominus ſint in diœceſi Squillacenſi, ex quo Prouinciæ nomen eſt generale, plures comprehendens ſub ſe diœceſes, *cap.* 26. *quæſt.* 3. Bartol. *in Extrauag. Qui ſunt rebelles*, §. *Lombardia*, *num.* 7. Ruin. *conſ.* 22. *num.* 4. & 5. *lib.* 1. & habetur in Prouinciali omnium Eccleſiarum, in quo Squillacenſis Epiſcopus eſt deſcriptus inter alios ſuffraganeos Archiepiſcopi Reginenſis.

Præterea dicta caſalia non fuerunt ſimpliciter exempta à iuriſdictione Epiſcopi Squillacenſis, verum etiam cum omnibus ſuis hominibus, tam de Clero, quàm de populo ſubiecto Monaſterio S. Stephani, & illius Priori, quibus per Epiſcopos Squillacenſes fuit conceſſum omne ius, omniſque iuriſdictio, & correctio, quæ in dictis caſalibus ipſis competebat; adeo quod Epiſcopi nullum ſibi retinuerint in eis, etiam quoad conſecrationes, ordinationes, cæteraſque Epiſcopalis officij indigentias, quas à quocunque voluerint Epiſcopo recipiendi eis tribuerint facultatem, vt in donationibus præfatorum Theodori, Ioannis, & Donati, ac confirmationibus Apoſtolicis Vrbani II. & Honorij III. aliorumque Pontificum. *Sum. num.* 2. & 3. Quod etiam patet ex antiquiſſima ſententia lata de anno 1183. per Cantorem Cathacen. Delegatum, *eadem Summ. num.* 4. in qua narratis, ac viſis donationibus, & confirmationibus ſupradictis, necnon examinatis teſtibus declaratur, Syndicum dicti Monaſterij liquidè, & plenariè ſuam intentionem probaſſe, videlicet quod ſpiritualia præfatorum caſalium pleno iure ſpectabant ad Monaſterium, & a longis retro temporibus vſque tunc ab eo pacificè tenebantur.
4 Quæ ſententia, etſi lata fuerit inter Priorem Monaſterij, & Archidiaconum Squillacenſem, & ſic inter alios; attamen plenè probat contra modernum D. Epiſcopum, ex quo illius prædeceſſor, ad quem primo loco ſpectabat defenſio, permiſit,
5 Archidiaconum agere, *cap. pen. de re iudic. l. Sæpè*, *ff. ead.* Et quia dicta ſententia fuit lata in cauſa ſtatus, *l. ingenium*, *ff. de ſtat. hom.* Alex. *in d. l. Sæpè*, *num.* 56. Achill. *dec.* 5. *de ſent. & re iudic.* Seraph. *deciſ.* 1422.
6 Et in omnem caſum facit vehementiſſimam præſumptionem boni iuris, vt ait Seraphin. *vb ſuprà*, *in verſic. Verum.* Put. *deciſ.* 133. *in fine*, *lib.* 1. Concurrente maximè illius antiquitate, & obſeruantia circa exercitium omnimodæ iuriſdictionis in caſalibus præfatis, quæ obſeruantia, & antiqua poſſeſſio Monaſterij, optimè probatur, tam ex teſtibus pro illius parte formaliter examinatis, *Summario num.* 6. 7. & 8. quàm ex authenticis ſcripturis in proceſſu *d. fol* 209. *vſque ad* 240.

7 Vnde ſequitur quod cum omnis iuriſdictio quæ Epiſcopo in dictis locis competebat fuerit ab eo totaliter abdicata, & in Priorem, ac Monaſterium tranſlata, dicta loca, & caſalia fuerunt effecta proprium territorium ipſius Monaſterij, & non ſunt ampliùs neque de diœceſi, neque in diœceſi Squillacenſi. Gloſſ. *in Clem.* 1. §. *Volumus*, *in verbo Diœceſanis*, & ibi Card. *num* 11 *in* 4. *quæſt.* Abbas *num.* 15. Imol. *num.* 28. Vital. *num.* 4. *de ſur. compet.* Aocar. *in cap. Poſtulaſti*, *num.* 45. *ad finem*, *verſ. licet ratione*, *eod. tit.* Franc. *in cap.* 2. §. *Statuto*, *num.* 10. *ad finem*, *verſ. Sed ſi per priuilegium*, *de cauſ. in* 6. Rota *deciſ.* 107. *in fine*, *part.* 2. *diuerſ.* & fuit reſolutum *in Nullius iuriſdictionis* 15. *Martij* 1586. *coram Bubalo. Et in Vrbinatenſi iuriſdictionis*, 19. *Martij* 1594. *coram Gypſio*, & *in Burgenſi iuriſdictionis*, 16. *Decembris* 1594. & 28. *Aprilis* 1595. *coram Orano*, & *in Nullius*, *ſeu Lucenſi iuriſdictionis*, 12. *Februarij* 1596. *coram Mantica. Et in Conſtantienſi iuriſdictionis* 16 *Nouembris* 1607. *coram Reuerendiſſimo Atrabatenſi*, & nouiſſimè *Sacra Rota in Adrienſi*, *ſeu Nullius iuriſdictionis*, 28. *Maij* 1612. & 21. *Mart.* 1613. *coram Reuerendo Patre meo Domino Vbaldo.*

Hinc patet reſponſio ad aliam deciſionem Reuerendiſſimi Atrebatenſis, *in cauſa Conſtantienſi iuriſdictionis*, 18. *Maij* 1611. quia dicta deciſio fuit facta cum præſuppoſito, quod Parochiales, de quibus ibi agebatur, eſſent in diœceſi Conſtantienſi; & priuilegia quibus Abbas ſancti Galli nitebatur, ſolum continebant ſimplicem exemptionem, & eam reſtrictam ad Monaſteria, & eorum membra, non autem ad loca, & caſtra, ſiue populum: & denique ibi non fuerat abdicatum omne ius Epiſcopale, & tranſlatum in Abbatem, prout hæc omnia in contrarium ſe habent in caſu noſtro. 8

Illa igitur enunciatio in prima donatione Comitis Rogerij, & aliæ in confirmationibus Vrbani, 9
& Honorij, ac in dicta ſententia delegati, quatenus dicta caſalia enunciantur diœceſis Squillacenſis, referri poteſt ad tempus antequam eſſent nullius diœceſis; vel dicta verba ſtant demonſtratiuè, vt in dubio accipienda ſunt, non taxatiuè, nec limitatiuè. Bart. *in l. cum pater*, §. *Menſe*, *num.* 8. *ff. de leg.* 2. Dec. *conſ.* 183. *num.* 1. *verſ. Et ad hoc facit*, & *conſ.* 468. *numero* 3. Crauet. *conſ.* 301. *numero* 5. Ceph. *conſ.* 137. *numero* 37. vel non probant,
quando, prout in hoc caſu, principaliter agitur de 10
veritate enunciati: Put. *dec.* 38. *in fine*, *lib.* 1. Vetal. *dec.* 19. *num.* 4. *part.* 2. & in ſpecie fuit dictum *in Lucenſi*, *ſeu nullius iuriſdictionis*, 4. *Maij* 1598. coram Seraphino, *inter impreſſas deciſ.* 1178. & *in dicta Adrienſi*, *ſeu nullius*, *coram D. Vbaldo*; ſtante maximè, quod non concurrit aliquod adminiculum longæuæ poſſeſſionis pro Epiſcopo, ſed pro Priore,
& Monaſterio, vt eſſe neceſſarium dixit Rota *in* 11
dicta Adrien. Et in omnem euentum, poſtquam Monaſterium retinet territorium diſtinctum per vnam
leucam, in quo erant dicta loca, vnà cum iuriſdi- 12
ctione quaſi Epiſcopali in homines, tam de Clero, quàm de populo, vt in trina donatione Comitis Rogerij, *Summ. num.* 1. & in dictis conceſſionibus Epiſcoporum Squillacenſium, Apoſtolica authoritate vallatis, ſequitur manifeſtè, dictum Monaſterium, & dicta loca, & caſalia eſſe verè, & realiter nullius, etiamſi dictum territorium ſit circundatum limitibus Epiſcopatus Squillacenſis, vt in puncto fuit dictum *in Calagurritana*, *ſeu nullius iuriſdictionis*, 7. *Februarij* 1607. *coram Reuerendiſſimo Atrebatenſi*, per Gloſſ. *in d. Clem.* 1. §. *Volumus*, *in verb. Diœceſanis*, cum aliis ibi allegatis.

Non obſtat quod ſententia declaret, ad Monaſterium ſpectare omnimodam iuriſdictionem, quam habebant Theodorus, Ioannes, & Donatus Epiſcopi Squillacenſes: & tamen de priuilegio Theodori non conſtet, nec conſtare poſſit: quia Fratres loca de quibus agitur, in tempore Theodori nondum acquiſiuerant, priuilegium autem Ioannis

loquatur tantummodo de loco Arſafiæ; tertium verò priuilegium Donati videatur reſtrictum ad eundem locum Arſafiæ, ſcilicet Montaurum, Liuianum, & Aruncum, non autem ad caſtra Gaſparinæ, & aliorum locorum, de quibus in ſententia.

13 Nam quoad priuilegium Theodori, ſatis illud probatur ex narratiua Epiſcoporum Ioannis, & Donati, necnon ex confirmatione Honorij III. & narratiua ſententiæ dicti Iudicis Apoſtolici de anno 1283. quæ quidem enunciatiuæ, cum ſint plures, & à diuerſis perſonis emanatæ, & antiquiſſimæ, plenè probant, etiam contra tertium. Bald *in leg. Cum aliquis, num. 4. verſ. Item quod dicit*. Salicet. *num. 3. verſ. Si tamen plura*, Caſtrenſ. *num. 7.* Iaſ. *num. 4. Cod. de iur. delib.* Aret. *in cap. Cum cauſam, num. 23. de probat.* Crauet. *de antiq. 1. part. §. ampliatur, numero* 14. Mantica *de tacit. & ambiguis, lib. 2. tit. 6. num. 21.* Put. *deciſ 209. num. 1. & deciſ. 319. in fine, lib. 2.* Verall. *deciſ. 337. num. 6. & deciſ. 344. num. 2. part. 3.* Rota *deciſ. 684. num. 1. part. 1. verſ. Et præſentim.* Quia in dicta ſententia non ſolùm enunciantur donationes omnium ſupradictorum Epiſcoporum, ſed etiam affirmatiuè dicitur, de illis per inſtrumenta eorundem Epiſcoporum euidenter ipſi Iudici conſtitiſſe: & cum dicta ſententia ſit de antiquo, non ſolùm vltra 100. verum etiam 300. annos probat, etiam ſine actis, Bald. *in leg. Emancipatione, num. 3. C. de fide inſtrum.* Alex. *conſ. 30. num. 7. lib. 5.* Dec. *conſ. 375. num. 3.* Gabr. *de ſent. concluſ. 4. num. 34.* Caſſad. *deciſ. 3. ſub num. 2. de procur.* Put. *deciſ. 338. lib. 2.* Ant. Auguſt. *deciſ. 145. lib. 3.* & fuit ſæpiſſimè reſolutum.

14 Quo verò ad priuilegia Ioannis, & Donati, quod ſcilicet verè comprehendant dicta loca, & caſalia, prout illa comprehendebat etiam priuilegium Theodori, patet ex eo, quia dicta priuilegia confirmant donationem à Comite Rogerio factam Beato Brunoni de Monaſterio, & loco Arſafiæ cum omnibus pertinentiis ſuis, in ſpatium vnius leucæ pro dote dicti Monaſterij: qui locus Arſafiæ licèt non exprimatur in prima donatione, tamen exprimitur in ſecunda, & in vtraque deſignatur, & nominatim circumſcribitur ſitus dicti loci, videlicet inter locum Arenæ, & oppidum Styli, ſuper territorio dicti loci Styli, prout etiam exprimitur in tertia donatione. Dicta autem prima donatio fuit confirmata per Vrbanum II. & Epiſcopum Theodorum, vt in ea dicitur, & ſucceſſiuè, tam prima, quàm reliquæ per dictum Vrbanum, per Ioannem, & Donatum Epiſcopos, ac demùm per Honorium III. *Summ. num. 1. & 2.* ita quod ſumus certi, quod dictum Monaſterium, & dictus locus Arſafiæ exiſtit inter Arenam, & oppidum Styli, & in territorio dicti oppidi Styli. Vnde cùm Epiſcopus in ſua ſeptima poſitione, & teſtes ſuper ea inducti, *Summ. num. 10.* concludentiſſimè probent, quod dictum Monaſterium, & caſalia terræ Spatulæ, & Biungi, ſunt intra territorium eiuſdem oppidi Styli: & quoad Montaurum, & Gaſparinam habeamus donationem tertiam Rogerij confirmatam, in qua ſpecificè dicta caſalia nominantur. Vtique neceſſe eſt fateamur, quod omnia dicta loca fuerunt comprehenſa in dictis priuilegiis Epiſcoporum Squillacenſium, & confirmationibus Apoſtolicis: ac propterea dicta ſententia D. Cardinalis in aliquo non grauauit.

15 Vlteriùs, etſi in priuilegio Donati fiat mentio de loco Arſafiæ, ſcilicet Montauro, Liuiano, & Arunco; tamen per illam dictionem *ſcilicet*, non reſtringitur conceſſio, ſed potiùs ampliatur, prout eſt de natura illius dictionis, quæ regulatur ſecundum ſubiectam materiam, vt dicit Fulgoſ. *conſ. 147. num. 2.* & propterea cum ſubiecta materia in caſu noſtro non admittat, quod iſta dictio, *videlicet*, ſtet reſtrictiuè, quia non concordaret cum præcedentibus donationibus ibidem confirmatis, ideo potiùs dicendum eſt, quod ſtet declaratiuè, & quod propterea non excludat alia caſalia, vt in puncto declarat. Dec. *conſ. 47. n. 2. verſ. ſed prædictis*, vbi dicit quod in iſtis terminis illa dictio *videlicet*, debet intelligi declaratiuè, ita vt non excludat alia loca ſita in territorio, & contenta in diſpoſitione, ad quam fuit habita relatio.

Et tanto magis, quia in dicto priuilegio Donati poſt expreſſionem loci Arſafiæ, Montauri, Liuiani, & Arunci, ſequuntur alia verba generalia, cum omnibus pertinentiis ſuis, &c. prout in alio priuilegio Ioannis, & in donatione Comitis Rogerij, ad quam ſe referunt dicta verba, & ſimilia reperiuntur expreſſa, quarum pertinentiarum appellatione veniunt omnia ibi exiſtentia, quamuis ſint penitùs
ſeparata, *l. Si quando, la prima, C. de bon. vacant. lib. 10.* 16
Bald. *in cap. 1. num. 2. de Capit. qui cur. vend.* Mandel. *conſ. 322. num. 44.* & quicquid concedens ibi habeat, Alexand. *conſil. 105. num. 2. lib. 6.* Imò licet de eo tempore nondum exiſterent omnia dicta caſalia, ſed aliqua poſtmodum fuiſſent fabricata, vt de caſali Serræ deponit Ioannes Baptiſta Spatea Notarius ſuper 81. interrogatorio; nihilominus in dictis priuilegiis, & donationibus adhuc eſſent comprehenſa, *leg. Verbum illud pertinere, in fin. ff. de verb. ſignif.* Pariſ. *conſil. 58. num. 43. lib. 3.* Decian. *conſil. 123. num. 28. eod. lib. 3.* Præſertim, quia in priuilegiis dictorum Ioannis, & Donati, leguntur hæc verba: *Cum omnibus pertinentiis, & cum omnibus hominibus, tam de Clero, quàm de populo, quos ad præſens præfatum Monaſterium habet, vel in poſterum habiturum eſt, de extraneis quoque omnibus, qui in poteſtate ipſius Monaſterij habitant, vel habitaturi ſunt.*

Omnis denique ceſſat difficultas ex antiquiſſima obſeruantia ſubſequuta, & vſque de præſenti continuata, ex qua apparet Monaſterium ſemper, & continuè omnimodam iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem in dictis caſalibus exercuiſſe, & exercere, vt in dicta ſententia Delegati de anno 1283. & depoſitionibus teſtium pro parte Monaſterij examinatorum, quorum aliqui non ſolùm deponunt de ſcientia, & patientia Epiſcoporum, ſed etiam de actibus poſitiuis: vltra quod dicta ſententia præſumitur ex lapſu longi temporis. Rota *deciſ. 28. num. 7. & de-*
ciſ. 147. num. 3. part. 1. diuerſ. vbi quod in pluribus 17
cauſis ita fuit reſolutum: *& dec. 166. num. 1. verſ. Secundò ex lapſu temporis, ead. part. 1.* Et fuit dictum *in Hiſpalenſi legitimitatis*, 11. *Maij* 1612. *coram R. P. D. meo Vbaldo*, quemadmodum præſumitur ex
actuum multiplicitate, Abb. *in cap. Cùm Eccleſia* 18
num. 25. de cauſ. poſſ. & propriet. Aym. *de antiq. tempor. 4. part. §. Materia, num. 62.* Put. *deciſ. 217, in fin, & deciſ. 164. num. 2. verſ. Concurrebat etiam, lib. 1.* Rota *dicta deciſ. 166. num. 4. part. 1.* Seraphin. *deciſ. 306. num. 7.* & fuit reſolutum in Calagurritana *iuriſdictionis de Oñate*, 7. *Maij* 1610. *coram Illuſtriſſi-*
mo Lancellotto. Quæ obſeruantia declarat, quid 19
in præfatis donationibus, & priuilegiis fuit actum, & verbis comprehenſum, *l. Sed & Iulianus, §. Proinde, ff. Ad Macedon.* Caſt. *conſ. 347. num. 4. lib. 1.* Crauett. *conſil. 101. num. 3. &c conſil 211. num. 8.* Gabr. *conſil. 66. num. 24. lib. 2.* Rota *diuerſ. deciſ. 571. n. 3.*
part. 1. Seraphin. *deciſ. 600. num. 3.* Et in terminis 20
de interpretatione verbi *pertinentiarum*, ex obſeruantia poſt conceſſionem tradit Mandel. *conſil. 538. num. 9.*

Vnde etiam tollitur aliud obiectum de defectu conſen

conſenſus Capituli in priuilegiis Ioannis, & Do-
nati, in quibus neque etiam fuit enunciatus, aut
reſeruatus. Nam vltra quod interueniſſe narratur
in litteris Honorij III. & in dicta ſententia, &
omiſſo, quod Apoſtolica authoritas, de qua in
21 confirmationibus Vrbani II. & dicti Honorij III.
ſupplet iſtam, & alias ſolemnitates, Abb. *conſ.* 41.
num. 3. *lib.* 1. *ſæpius canonizato*, & in ſpecie de hoc
defectu conſenſus Capituli tradit Capic. *dec.* 16.
n. 1. *in fin.* & *ſeq.* Rebuff. *in comp. alien. rer. Eccleſ.*
num. 15. *verſ. Fallit quando Papa*, & *num.* 95. *in fin.*
22 Seraph. *dec.* 338. *n.* 2. & 3. Ea dicta temporis anti-
quitate, vnà cum longiſſima, & antiquiſſima ob-
ſeruantia, dictus conſenſus interueniſſe præſumitur,
etiam quod in dictis priuilegiis enunciatus, aut re-
ſeruatus non appareat. Alex. *conſ.* 79. *num.* 3. *in fine*,
& *ſeq. lib.* 1. & *conſ.* 219. *numero* 26. *lib.* 6. Dec.
conſ. 341. *num.* 13. *verſ. Non obſtat illud.* Roland.
conſ. 99. *num.* 34. *lib.* 2. Gozad. *conſ.* 73. *num.* 29.
Cephal. *conſ.* 47. *num.* 10. & *ſeq.* & *conſ.* 90. *in fine.*
Surd. *conſ.* 28. *num.* 116. Et hanc ſententiam eſſe
communem, & veram ait Felin. *in cap. Albericus*,
num. 4. *in fin. verſ. Si autem in inſtrumento, de te-*
ſtib. Idem *in cap. Sicut, num.* 33. *verſ. ſeptimò*, &
vltimò, de re iudic. Redoan *de rebus Eccleſ. non alien.*
quæſt. 39. *num.* 3. & 29. *in fine*, quam etiam perpe-
tuò ſequuta eſt Rota, atteſtante Seraph. *dec.* 142.
num. 3. & conſtat ex Put. *dec.* 355. *num.* 2. *lib.* 1. &
dec. 365. *n.* 7. *lib.* 2. & ea aliis antiquis, & modernis
deciſionibus, *vt in Conchenſi fructuum*, 10. *Februarij*
1586. *Coram Gypſio, Tarraconenſi Sacriſtia*, 9. *Iunij*
1600. *coram Iuſto: Papienſi bonorum* 10. *Maij* 1602.
coram bon. mem. Card. Pamphilio: Calaguritana de
Alberito, 16. *Iunij* 1608. *coram Reuerendiſſ. At-*
trobatenſi. Et in Papienſi dotis, & legatorum, 20.
Decembris 1610. & 16. *Iunij* 1611. *coram R.P.D.*
meo Pamphilio, in quibus & aliæ referuntur.

Defectus autem conſenſus Apoſtolici gratis al-
legatur, cum nedum fuerit enunciatus in prima do-
natione Comitis Rogerij; ſed etiam expreſſæ adſint
confirmationes Vrbani II. & Honorij III. *Summ.*
23 *num.* 3. in quibus tam præfatæ donationes Rogerij,
quàm priuilegia, & conceſſiones Ioannis, & Do-
nati confirmantur. Et nihilominus illæ præſumeren-
tur ea diuturnitate temporis 500. annorum, iuncta
obſeruantia perpetua, & inconcuſſa, etiam quod
reſeruatus non fuiſſet ea prædictis.

Non obſtat prætenſa inobſeruantia: quia non
probatur. Nam quoad ordinum collationes, Ec-
cleſiarum conſecrationes, & alias Epiſcopalis offi-
cij indigentias, poteſt Monaſterium Indultis Apo-
ſtolicis ea à quocunque maluerit Epiſcopo petere,
24 & exerceri facere. Quo verò ad diſpenſationes ma-
trimoniales, & excommunicationes pro reuelatio-
nibus in forma *Significauit*, eæ per Sedem Apoſto-
licam ſolis Epiſcopis diriguntur. Et propterea ipſi
D. Epiſcopo ſuffragari non poſſunt, vt in ſimili
fuit dictum *in vna Adrienſi, ſeu nullius iuriſdictio-*
nis, 28. *Maij* 1612. & 18. *Martij* 1613. coram
R.P.D. meo Vbaldo. Quod autem D. Epiſcopus
in molus caſibus hodie vigore Concilij poſſit exer-
cere ſuam iuriſdictionem in exemptos, & qui ſunt
nullius, hoc in ſententia non fuit adeptum; &
25 ideo non grauauit, cum Epiſcopi in dictis caſibus
non procedant vti ordinarij, ſed tanquam delegati
Sedis Apoſtolicæ, vt fuit in ſpecie conſideratum *in*
eadem cauſa.

Nec ſubſiſtit in facto, quod aliqua lis nunquam
fuerit ab anno 1566. inter Priorem, & Epiſcopum
ſuper iuriſdictione iſta, niſi ab anno 1597. citrs, vt
in litteris Cardinalis Alexandrini. *Summ. Epiſ-*
copi, numero 9. quæ magis videtur fuiſſe extrziu-

dicialis, & de facto, quovſque de anno 1606.
hæc cauſa fuit commiſſa, & actus ex aduerſo alle-
gati, *Summ. num.* 8. ſunt ſuper contributione Semina-
rij, quæ nihil commune habet cum iuriſdictione,
cum ad contributionem Seminarij teneantur etiam
qui ſunt nullius diœceſis, ſi aliter non ſint exempti, 26
vt ex decreto Sacri Concilij *ſeſſ.* 23. *cap.* 18. *circa*
med. firmauit Rota coram R. P. D. meo Vbaldo. Et
quidquid ſit de initio iſtius litis, & omiſſo, quod
illa obſeruantia iam fuerat præſcripta de tempore
litis motæ, vnde non potuit interrumpi, Card. *conſ.*
131. *num.* 4. Abbas *in cap. Audiuis, num.* 10. *de præſcript.* 27
Felin. *in cap. illud, num.* 13. *eod. tit.* cum appareat
manifeſtè de antiquiſſima Prioris, & Monaſterij
quaſi poſſeſſione iuriſdictionis præfatæ, quam etiam
poſt litem iure medio continuarunt, ac demùm fa-
uorabilem ſententiam obtinuerunt, huiuſmodi lis
ad interrumpendam eorum quaſi poſſeſſionem ob-
eſſe non potuit: quia interruptio non inducitur per 28
litem, quando ſententia fertur pro poſſeſſione. Felin.
in d. cap. Illud, n. 17. *in* 14. *concluſ.* Balb. *de præſcr.* 6.
part. princ. 3. *part. quæſt.* 4. *num.* 37. Rota *deciſ.* 534.
num. 6. *part.* 1. *diuerſ.* Card. Seraph. *deciſ.* 1027.
num. 14. & *deciſ.* 1273. *num.* 3.

Poſtremò, non obſtat, quod per mutationem Mo- 29
nachorum Carthuſienſium, & inductionem Ciſter-
cienſium in dicto Monaſterio, fuerint extincta priui-
legia ipſis Carthuſienſibus, vt *ſuprà* conceſſa: &
licet deinde ſuppreſſo ordine Ciſtercienſium poſt
annos 300. ſuperuenerit priuilegium Leonis X. de
nouo concedentis domum S. Stephani dictis Car-
thuſienſibus: attamen hoc fuit cum ſolis priuilegiis
quæ ipſi habebant in aliis eorum Domibus, inter
quæ non probatur adeſſe priuilegia epiſcopalia.
Nam vltra quod dicta conceſſio Leonis de præ-
fata domo facta fuit cum omnibus, & ſingulis eius
mobilibus, & immobilibus bonis, iuribus, & perti-
nentiis ſuis, vt in ea legitur expreſsè, cum dicta
priuilegia, vt conſtat, ex præfatis donationibus &
conceſſionibus Epiſcoporum Squillacenſium, ac
confirmationibus Apoſtolicis fuerint conceſſa ipſi
Monaſterio, necnon locis, ac bonis eidem donatis,
& ſic rebus, & non perſonis; ideo fuerunt realia, &
perpetua, & conſequenter illa ſuffragantur Priori,
& Monachis S. Stephani de Nemore, ad quos Mo-
naſterium, & loca, bonaque præfata deuenerunt, *l.*
Ætatem, §. *fin. l. Forma*, §. *Quamquam, ff de cenſibus*,
Rota *deciſ.* 4. *de priuil. in antiq.* Dyn. *in reg. priuile-*
gium, num. 7. & *ibi* Ioan. Andr. *num.* 1. *in* 4. *caſ.* Franc.
num. 2. *in fine, verſ. Aliquando*, & *n.* 4. *de reg. iur. in* 6.
Bart. *in l.* 1. *num.* 2. *ad finem, verſ. Si verò priuilegium*
conceditur rei, & *ſeq ff. de conſtit. Princ.* Anchar. *conſ.*
327. *num.* 2. *verſ. primò namque.* Natt. *conſ.* 627.
num. 12. & *ſeq.* Idem *conſ.* 649. *num.* 16. & 17. Me-
noch. *conſ.* 276. *numer.* 8. & *præſumpt.* 103. *numer.* 24.
lib. 3. Surd. *conſ.* 525. *numer.* 26. vbi alios cumulat.
Schrader. *conſ.* 23. *numero* 62. *verſ. Deinde quoque*,
lib. 2.

Et tantò magis, quia dictum Monaſterium, & di- 30
cta loca, & bona fuerunt donata, & confirmata Beato
Brunoni, illiuſque ſociis, & ſucceſſoribus, ac cum
omnibus hominibus, tam de Clero, quàm de populo,
quos tunc prædictum Monaſterium habebat, vel in
poſterum habiturum eſſet de extraneis quoque tunc
habitantibus, & habitaturis. Vnde ſine dubio illa
priuilegia competunt Carthuſianis ibi hodie degen-
tibus, & in homines tam de Clero, quàm de popu-
lo, & extraneos omnes ibi nunc habitantes, Bald.
conſil. 159. *numero* 4. *verſicul. Primò namque, lib.* 3.
Cranet. *conſil.* 404. *numero* 5. latè Schrader. vbi ſu-
pra *num.* 62. *verſicul. Et hoc potiſſimum*, & *verſ. Idem*
eſt. Menoch. *d. præſumpt.* 103. *num.* 44. *verſic. Notè*

ſumitur, lib. 3. Etiam quod dicti Carthuſienſes olim exinde receſſerint, attento quod poſtea ad eundem locum fuerunt per Leonem X. redintegrati, & dicta
31 priuilegia ordinem, & perſonam Monachorum non reſpiciunt, ſed fuerunt conceſſa Monaſterio ſeu loco, & ipſius bonis. Innocent. *in cap. Abbate, in fin.* Butr. *num.* 22. Abb. *num.* 16. *ad fin. verb. ſignific.* Franch. in iſtis terminis *in cap. cum perſona, §. fin. num. 4. verſ. Sed ſi ipſa Eccleſia, & verſ. Si verè Papa, de priuileg. in 6.* Prob. ad Monach. *in cap. cum de beneficio, num. 47. & ſeq. de præbend. eod. lib.* Quinimò dicta priuilegia realiter nunquam fuerunt extincta, cum etiam Monachi Ciſtercienſes, dum in Monaſterio permanſerunt, dictis priuilegiis ex conceſſione Honorij III. & aliorum prædeceſſorum gauiſi fuerint, vt in dicta confirmatione Honorij III. *Summario n. 3.*

Ex quibus ita deciſum vnanimiter, non conſtare de cauſis reſtitutionis integrum. Et licet ex prædictis non videretur adeſſe aliquis exceſſus in ſententia quoad omnia quinque loca, & caſalia, de quibus in ea; Domini tamen pro ſua prudentia, & maturitate reſeruarunt, vt de hoc particulariter videretur.

32 Habetur hæc deciſio apud Tamburinum *tom. 3. de iure Abbatum, dec. 69.*

Nullius, ſeu Aquitana.

Iuriſdictionis.

Coram Domino Dunozetto, anno 1624.

ARGVMENTVM.

Locus quando dicatur exemptus, & nullius diœceſis, & quando dicatur eſſe in diœceſi.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus habet intentionem fundatam de iure communi exercendi iuriſdictionem ſpiritualem in omnibus Eccleſiis ſuæ diœceſis, & in omnes perſonas degentes intra limites ſui Epiſcopatus.*
2 *Ordinario conceditur manutentio exercendi iuriſdictionem ſpiritualem in omnibus Eccleſiis, & in omnes perſonas degentes intra limites ſuæ diœceſis ex ſola iuris aſſiſtentia, nulla alia poſſeſſione probata. Limita vt n. 5.*
3 *Loca omnia, ſeu caſtra præſumantur eſſe alicuius certæ diœceſis, & illius, cui ſunt viciniora.*
4 *Fines antiqui probantur leuioribus probationibus.*
6 *Exemplum, exempli nullum facit gradum probationis.*
7 *Enunciatiua Papæ quæ emanauit ad ſupplicationem partis, non probat in præiudicium tertij.*
8 *Enunciatiua non probat quando principaliter diſputatur de enunciato.*
9 *Limites, & fines debent eſſe ita continuati, vt ab omnibus lateribus capiant, & quodammodo includant omnia loca contenta.*
10 *Eſſe hoc non probatur, quod ab hoc contingit abeſſe.*
11. *Mappa non facta ſeruatis ſeruandis, parum aut nihil probat, ſicut etiam ſcriptura typis impreſſa.*
12 *Teſtes deponentes ſuper certis finibus, & limitibus, debent etiam non interrogati, aſſignare rationem concludentem, non per actum intellectus, ſed etiam per ſenſum corporis.*
13 *Teſtibus referentibus ſe ad ſcripturas, non plus creditur, quàm ipſis ſcripturis.*
14 *Viſitatio non probat iuriſdictionem Epiſcopi in locis viſitatis.*
15 *Probatio æquiuoca, non autem vera, elicitur ex actu, qui poteſt referri ad plures cauſas.*
16 *Iuriſdictio non acquiritur abſque ſcientia, & patientia illius, contra quem prætenditur.*
17 *Ratio, quæ dependet à ratiocinatione, & intellectu teſtis, & non à ſenſu corporeo, non ſtringit.*
18 *Teſtes de auditu non ſpecificantes perſonas à quibus audierunt, non concludunt, etiam in antiquis finibus probandis.*
19 *Teſtes de auditu, vt probent, quæ requirantur.*

DECISIO.

MOTA lite ſuper iuriſdictione ſpirituali caſtrorum ſeu locorum Murri, Nuſciani, & Notareſel inter D. Epiſcopum Aprutinum, & D. Abbatem S. Mariæ de Properzano, & Sancti Angeli de Nuſciano, cauſa ad Rotam deuoluta, mihique commiſſa die Mercurij 26. Iunij 1619. dubitaui, cui dandum eſſet mandatum de manutenendo in exercitio iuriſdictionis ſpiritualis dictorum locorum. Verùm quia in diſputatione huius dubij pro parte dicti *D. Epiſcopi* prætendebatur manutentio ex ſola aſſiſtentia iuris communis, quam habent ordinarij in omnibus Eccleſiis ſuæ diœceſis, & pro parte dicti D. Abbatis acerrimè negabatur, ſupra dicta loca eſſe intra fines diœceſis Aprutinæ, ſed eſſe nullius; ideo Domini voluerunt videre particulariter, vtrum prædicta loca probarentur eſſe intra limites dictæ diœceſis, ad effectum, vt ex aſſiſtentia iuris communis competeret dicto D. Epiſcopo manutentio. Quo dubio multoties propoſito, maturéque diſcuſſo, tandem hodierna die Domini negatiuam ſunt amplexi.

Non dubitarunt Domini Epiſcopum iuxta Sacros Canones habere fundatam intentionem de iure 1
communi, exercendi iuriſdictionem ſpiritualem in omnibus Eccleſiis ſuæ diœceſis, & in omnes perſonas degentes intra limites ſui Epiſcopatus, *can.* 2
omnes Baſilicæ, & ibi Doct. 16. *queſt. 7. c. Conquærente, de off. iud. ordin. cap. 1. de appell.* Et ex ſola aſſiſtentia iuris communis nulla alia probata poſſeſſione, Ordinario conceditur manutentio, *cap. cum perſona, & ibi* Doct. *de priuil. in 6.* Certumque eſt omnia loca, ſeu caſtra præſumi eſſe alicuius diœceſis certæ. Felin. *in cap. graue, num. 6. verſ. Imò debetur, de off. iudic. ordin.* Et præſumptio eſt, eſſe illius 3
diœceſis, cui ſunt viciniora. Natt. *conſ. 672. n. 17.* Rota *in vna Fauentina iuriſdictionis, 18. Maij 1609. coram Iuſto, & in vna Adrienſi iuriſdictionis, 22. Iunij 1622. coram R. P. D. meo Pireuano.* Nec etiam controuertitur ad probandos fines antiquos leuiores requiri probationes, *cap. cùm cauſam, de probat. cap. cum olim*, vbi Gloſſ. *de cenſibus, cap. Si Papa*, & ibi Gloſſ. *in verſ. Probatur, de priuil.* Mantic. *dec. 143. n. 12. verſ. ſecundò.* Rota *dec. 405. n. 8. part. 1. & deciſ. 334. n. 1. part. 2. recentior.*

Verùm omnes iſtæ regulæ limitantur, & non 5
habent locum quotieſcunque inferiores Prælati probant ſe exercuiſſe iuriſdictionem ſpiritualem in

iiſdem

iiſdemmet locis, ſuper quibus Epiſcopus petit ma-
nutentionem ex ſola aſſiſtentia iuris communis, vt
in hoc caſu pro parte D. Abbatis multi dantur actus
iuriſdictionales, cum ſcientia, & patientia Epiſco-
porum Aprutinorum, ex quibus prætendit, ſe eſſe
in poſſeſſione forſan immemoriali exercendi omni-
modam iuriſdictionem ſpiritualem in ſupradictis
locis: eo enim caſu tenetur Epiſcopus probare cla-
rè, & concludenter illa loca ſita eſſe intra limites
ſuæ diœceſis. Abbas *in cap. cùm olim, num. 2. de cen-
ſib.* Doct. *in cap. cum venerabilis, de Relig. Domib.*
Anchar. *conſ.* 310. *n.* 5. Pariſ. *conſ.* 95. *lib.* 4. Surd.
conſ. 429. *lib.* 1. *n.* 61. Rota apud Seraph. *dec.* 1278.
n. 4. vbi in ſimili denegauit manutentionem Epiſ-
copo, quia non concludenter probauerat, loca
controuerſa eſſe intra fines ſuæ diœceſis, cum cumu-
latis *in vna Conſtantienſi iuriſdictionis, 16. Nouem-
bris 1607. coram Reuerendiſſimo Attrebatenſi; &
in alia Adrienſi iuriſdictionis*, 29. *May* 1612. coram
R.P.D. meo Vbaldo. Nec ſufficiunt præſumptiones
cum probatur poſſeſſio inferioris ibidem exercentis
iuriſdictionem. Rota *diuerſ. deciſ.* 207. *part.* 2. *&
in d. Adrienſi iuriſdictionis*: tunc enim ad probandos
antiquos fines, coniecturis non eſt locus, duriori-
que onere probandi grauatur Epiſcopus. Menoch.
præſumpt. 3. Surd. *conſ.* 429. *n.* 61.

Hoc poſito fundamento, exiſtimarunt Domini,
examinatis omnibus probationibus adductis pro
parte D. Epiſcopi, eas omnino eſſe imperfectas,
aut ſaltem non eſſe ſufficientes ad probandum, di-
cta loca eſſe ſita intra fines diœceſis Aprutinæ, ſi-
ue fundet ſe in ſcripturis, aut in depoſitionibus
teſtium.

6 Et primò quoad Bullam Anaſtaſij IV. ea eſt ſcri-
ptura informis, & exemplum exempli, quod nullum
gradum probationis facit. *Auth. ſi quis in aliquo, &*
7 *ibi* Doct. *C. de edend.* Deinde ex eius lectura apparet
eam emanaſſe ad ſupplicationem partis, & ſic non
probat in præiudicium tertij. Abbas *in c. Dudum,
num. 3. de decimis*, Imol. *in Clem. 1. col. penult. de pro-
bat.* Innocent. *in c. Inter dilectos, num. 6. de fide in-
ſtrumentor.* Roman. *conſ.* 208. *num.* 3. Rota *dec.* 760.
n. 1. *part.* 1. *diuerſ.* Seraph. *deciſ.* 278. *n.* 11. Præſu-
mitur ineſſe dictæ Bullæ clauſula, *ſi ita eſt, c. 2. de*
8 *reſcript.* Vltra quod dicti limites ſunt enunciatiuè
in dicta Bulla poſiti: & certum eſt tunc non pro-
bare enunciatiuas, quando principaliter diſputatur
de enunciato. Felin. *in c. Per tuas, n.* 12. *verſ.* 2. *de
probat.* Alex. *conſ.* 136. *n.* 11. *lib.* 1. Aym. *conſ.* 29.
n. 3. Put. *dec.* 381. *n.* 3. *lib.* 1.

Conſiderarunt denique Domini, dictam Bullam
Anaſtaſij IV. quæ videtur aſſignare confines diœce-
ceſis Aprutinæ, aut non fuiſſe in vſu, aut ſaltem
nullum probationis gradum facere, quia intra limi-
mites ibidem aſſignatos plurimi vicini Epiſcopi ha-
bent multa loca, & caſtra, in quibus exercent iuriſ-
dictionem ſpiritualem, & ſunt in effectu Aſcula-
9 næ, Firmanæ, Montiſalti, & Ripanæ diœceſum,
vt conſtat ex fide authentica dictorum Epiſcopo-
rum, & id non controuertitur. Certum eſt autem in
iure, eam eſſe naturam limitum, & finium, vt
debeant ita eſſe coniuncti, vt ab omnibus lateribus
capiant, & quodammodo includant omnia loca
confinia, *l. Patronus, §. Sempronius, ff. de leg. 3. l. inter
eos, ff. de acquir. rer. domin.* Montan. *de finibus, c.* 15.
n. 8. Rota *in Ceſenatenſi, bonorum, coram Card. Pla-
to*, 15. *May* 1589. *& in eadem* apud Mantic. *de-
ciſ.* 169. *n.* 4. Ex quo per neceſſe ſequitur, limites in
dicta Bulla Anaſtaſiana ſpecificatos, non eſſe finea
10 certos, & inconcuſſos, ita vt ſuper his debeat fieri
fundamentum, cum non probetur hoc eſſe, quod
ab hoc contingit abeſſe, *cap. In præſentia, de probat. l.*

Neque naturaliter, C. de probationib.

Nec exiſtimarunt Domini aliquod fundamen- 11
tum poſſe fieri in Mappa, quæ circumfertur: nam
vltra quod ſupradictos defectus patitur, ea non facta
fuit ſeruatis ſeruandis; & ideo parùm, aut nihil
probat, ſicuti de ſcriptura typis impreſſa, Guid.
dec. 67. & licet *in deciſ.* 405. *n.* 1. *part.* 1. *recentior.*
fuerit dicta Mappa pro adminiculo conſiderata, idem
factum fuit, quia vtraque pars concorditer eandem
Mappam agnoſcebat fuiſſe legitimè factam.

Quo verò ad probationes, quæ ex depoſitioni-
bus teſtium pro parte D. Epiſcopi examinatorum
eliciuntur, viſum fuit, eas non eſſe ſufficientes:
certum eſt enim teſtes omnes, qui deponunt ſuper 12
certis finibus, & limitibus, debere, etiam ſi non
ſint requiſiti, aſſignare rationem concludentem, non
per actum intellectus, ſed etiam per ſenſum corpo-
ris, ad hoc vt eorum depoſitiones ſtringant. Baldus
conſ. 286. *num.* 3. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 221. *n.* 5. Aym.
conſ. 61. *n.* 5. In hac autem facti ſpecie teſtes pro D.
Epiſcopo examinati non aſſignant rationes conclu-
dentes pro probandis finibus; maior enim pars ſe
refert ad Bullam Anaſtaſianam, & ad Mappam,
quas ſcripturas ex ſupradictis non probare firma-
tum fuit. Et ita non probant dicti teſtes: non enim 13
plus creditur teſtibus referentibus ſe ad ſcripturam,
quàm ipſimet ſcripturæ. Aym. *conſ.* 112. *n.* 13. Se-
raph. *dec.* 106. *n.* 1.

Alij verò reddunt rationem ſui dicti, quia fue-
runt in viſitatione cum Epiſcopo: quæ ratio non
concludit; cum enim ex diſpoſitione Sacri Concilij 14
Tridentini poſſint Epiſcopi, vti delegati Sedis
Apoſtolicæ viſitare omnes Eccleſias viciniores,
etiamſi ſint nullius diœceſis, *cap.* 9. *de Reformat.
ſeſſ.* 24. inde ſequitur, ex actu, qui poteſt referri 15
ad plures cauſas non elici veram probationem, ſed
æquiuocam, quæ in hoc caſu non ſufficit. Surd.
conſ. 168. *num.* 33. *lib.* 2. & in iiſdemmet terminis
Rota *coram R.P.D. meo Vbaldo reſpond. t. in cauſa
Adrienſi, ſeu nullius iuriſdictionis*, 26. *May* 1612. *&*
18. *Martij* 1613.

Sed conſideratum fuit, quod iidem teſtes expreſ-
ſè dicunt, quod Epiſcopus non viſitauit loca de
quibus agitur. Vnde ratio viſitationis non applica-
tur caſui noſtro.

Imò conſideratum fuit, quod etiam ſi daretur 16
aliqua viſitatio, vel aliquis alius actus iuriſdictio-
nalis, neceſſe eſſet vt probaretur id factum fuiſſe
cum ſcientia, & patientia dicti D. Abbatis, quæ
fuiſſet neceſſaria ad conſtituendum D. Epiſcopum in
quaſi poſſeſſione iuriſdictionis. Doct. *in c. cum Ec-
cleſia*, vbi Rip. *n.* 11. *de for. compet.* Cald. *conſ.* 12.
in fin. de iurepatr. Rota apud Cæſ. de Graff. *dec.* 7.
num. 9. *de teſtib.* & apud Put. *dec.* 281. *num.* 3. *&* 4.
lib. 2.

Alij verò teſtes reddunt rationem vicinitatis, aſ-
ſerentes dicta loca, vti propinquiora comprehendi
intra fines diœceſis Aprutinæ. Nam vltra quod 17
etiam hæc ratio non ſtringit, redditur æquiuoca
probatio, cum hoc dependeat à ratiocinatione, &
intellectu teſtis, & non à ſenſu corporeo. Bald.
conſ. 286. *in fin. lib.* 2.

Alij verò, qui nullam aliam rationem reddunt, 18
quàm de auditu, & non ſpecificant perſonas à qui-
bus id audierunt, etiam in antiquis finibus probandis
non concludunt. Montan. *de finibus, n.* 51. 69. Ad
effectum enim, vt teſtes de auditu probent, præcipuè
in antiquis, deberent concurrere requiſita *c. licet ex* 19
quadam, de teſtibus. Corn. *conſ.* 78. *n.* 5. *lib.* 3. Aym.
de antiq. part. 1. *§. Viſo de fama, n.* 11.

In quam ſententiam eo libentiùs iuerunt Domini
quia pro parte D. Abbatis adducuntur vehementes

& Diœceſanum S. Guillelmi anno 1608. & de li-
centiis audiendi confeſſiones ſufficit, quod duo Vi-
carij Nuſcanus, & S. Angeli concludant affirmati-
uam. Demum de iuribus quaſi Epiſcopalibus dan-
tur Summorum Pontificum priuilegia ſupra enun-
ciata. Neque obſtant depoſitiones ſupradictorum
teſtium pro D. Epiſcopo aſſerentium Abbatem pro
14 tempore recognouiſſe Epiſcopum, & illius ſuperio-
ritatem, petendo licentias audiendi confeſſiones, &
accedendo ad publicas ſupplicationes, quæ citra ius,
& nomen ſubiectionis contingere non poterant.
Quia de licentia audiendi confeſſiones non dantur
documenta publica, ſed ex tribus teſtibus datis, duo
ſunt viles perſonæ, quæ non verſabantur in Palatio
15 Epiſcopali, aut in illius Cancellaria, vnde ſolent ſimi-
lia decreta emanare, quibus parum deferendum
eſt, & eo minus, cum ſe referant ad Vicarium Bon-
16 tum, qui abſolutè negat hanc ſubiectionem. Et de
acceſſu ad publicas ſupplicationes nihil refert ad
fundamentum ſubiectionis, quia ſicuti expreſſa con-
17 feſſio Prælati non præiudicat ſuæ Eccleſiæ, Calder.
conſil. 5. num. 1. de Confeſſ. Seraph. *d. deciſ.* 1278.
num. 3. cum aliis ſupra allegatis, multò minus tacita,
quæ reſultat ex prædicto acceſſu, maximè in actu
merè voluntario, vt in præſenti, in quo non etiam
ſubiecti abſque controuerſia ob loci diſtantiam
18 medij milliaris ab ipſa Ciuitate poſſunt compelli,
vt ſæpius Sacra Congregat. Concilij declarauit, 5.
Maij 1592. & 9. Martij 1597. Tertiò denique
principaliter infertur ex depoſitionibus teſtium
Monachorum, Abbatem Generalem Ordinis Mon-
tis Virginis exercere omnimodam iuriſdictionem
in omnibus locis Congregationi ſubiectis, priua-
tiuè quoad Epiſcopum S. Angeli, quorum depoſi-
tiones bene iuſtificantur ex obſeruantia à die, quo
emanarunt Bullæ, & priuilegia Cœleſtini, Alexandri,
Vrbani, & Clementis ſupracitata, in quibus iura
quaſi Epiſcopalia dicto Abbati Generali concedun-
tur, & contra Epiſcopum Auellinum eadem priui-
legia fuerunt canonizata, in cuius Diœceſi erat ſi-
tum Monaſterium Montis Virginis, dum per tres
ſententias pronunciatum fuit eſſe nullius, & ter-
ritorium ſeparatum: quæ ſententiæ tanquam fa-
cientes rem iudicatam, etſi inter alios, faciunt
tamen ius quoad monaſteria ſubiecta, cum reſpi-
19 ciant ſtatum. Mohed. *dec. 8. de ſent. & re iud.* Seraph.
deciſ. 1421. *num* 8. & firmatur in his terminis *in*
20 *alleg. deciſ Squillacenſi iuriſd.* 234. *part. 4. recent.* Non
obſtant actus contrarij totali iuriſdictioni abdica-
tæ, ex quo teſtes Domini Epiſcopi, qui dantur *ſumm.
num.* 20. deponunt de ſolutione carolenorum 24.
ratione fontis Baptiſmalis Eccleſiæ Parochialis S.
Guillelmi, & ex ea eadem cauſa dentur ſequeſtra
contra affictuarios Abbatiæ prædictæ, *ſub num.* 11.
& 12. ex quibus indicatur reſpectiuè ſuperioritas,
& ſubiectio, *cap. cum olim*, vbi Abb. *num. 3. de cen-
ſur. cap.* 1. cum Gloſſ. & *ibidem* Abb. *num. 5. de relig.
21 *domibus.* Caſtan. *conſ. 16. num. 7 & ſeqq.* Quia quoad
teſtes primus deponit ſe exegiſſe tanquam procura-
tor Archipreſbyteri Vallatæ eius patrui à Procura-
tore Sancti Guillelmi 24. vel 25. carolenos, cauſam
exactionis neſciens, ſed illam audiuiſſe referens ab
Archipreſbytero Zona admodum ſene, qui tenebat
libros introitus Epiſcopi, ſcilicet carolenos 24. ſolui
*per il ius che hauea detto Monſignore in detto Mona-
ſterio del fonte Batteſimale*: & tamen neque locum,
diem, menſem, aut annum exactionis exprimit, ne-
que nomen Procuratoris S. Guillelmi, nec demum
exhibentur libri Archipreſbyteri Zonæ, qui fuit
Vicarius Sancti Angeli pro iuſtificatione cauſæ per
teſtem narratæ: ſecundus verò teſtis deponit de vi-
ſu in actu ſolutionis per D. Mercurium procurato-
rem S. Guillelmi, factæ Archipreſbytero Zonæ expri-
mendo locum, & tacendo tempus, & cauſam ex-
primendo pro fonte Baptiſmali: tertius verò de au-
ditu tantùm deponit, quorum depoſitiones vltra
exceptiones contra perſonas, & in concurſu infe- 22
rioris, fidei cum ſint ſingulares loco, & tempo-
re, nihil probant, cum pro vno teſte reputentur. Bald.
in l. Iuſiurandi, num. 19. C. de Teſtib. Menoch. *conſ. 96.
num.* 12. Rol. *conſil. 95. num. 20. volum. 4.* idem Bald.
conſil. 39. num. 4. volum. 3. Dicens non eſſe dubitan- 23
dum, quin ex diuerſitate loci, & temporis teſtes
reddantur ſingulares, quorum ſingularitas nec poteſt
adminiculari ex ſequeſtro, & actis in illo Iudicio
factis pro exigendis dictis carolenis 24. quoniam
ex eiſdem actis datis *ſum.* 11. *&* 12. contrarium
colligitur, dum Monachi nunquam comparuerunt, 24
& per conſequens ſubiectionem non agnouerunt
conſentiendo in iuriſdictionem Epiſcopi, neque
verè caroleni exacti fuerunt, dum iudicium quoad
ſubhaſtationem frumenti ſequeſtrati remanſit in-
definitum.

Et ſic ex prædictis ſufficienter viſum fuit probari,
Monaſterium S. Guillelmi eſſe extra fines Diœceſis
S. Angeli, & habere ſtatum nullius Diœceſis, & ita
vtraque, &c.

Habetur hæc Deciſio inter collectas à Rubeo
part. 7. nouiſſimarum, num. 203.

CONSVLTVM XLVI.

De Meretricio, an in Republica Chriſtiana permittendo.

SVMMARIVM.

1 *Occaſio ſcribendi hoc Conſultum.*
2 *Authores, qui huiuſmodi permiſſionem damnant.*
3 *Nauarri ſpecialis opinio.*
4 *Sacra Scriptura teſtimonia meretricium prohiben-
tia.*
5 *An in populo Hebræo meretrices fuerint.*
6 *Quæ illarum pœna.*
7 *Quotuplex dicatur meretrix.*
8 *Cuius generis meretrices in lege veteri fuerint.*
9 *Parere cur non ſoleant.*
10 *Meretrices prolem interficiunt.*
11 *Qualis fuerit vxor Oſeæ.*
12 *Oppoſitio probans, meretrices propriè in populo
Hebræo fuiſſe.*
13 *Reſpondetur tali oppoſitioni.*
14 *Confirmatio reſponſionis.*
15 *Probatur pars negatiua ex Ezechielis cap. 16.*
16 *Ex D. Hieronymo.*
17 *Ex aliis Patribus.*
18 *Quæ, & quot damna Reipublicæ meretrices affe-
runt.*
19 *Meretricis imago à Salomone depicta.*
20 *Quare meretrix* fouea profunda *vocetur.*
21 *Quot damna etiam temporalia afferunt.*
22 *Quotque morbi ex libidine emanent.*
23 *Exemplum Ethnicorum Principum, qui lupinaria
interdixerunt.*
24 *Item exemplum Catholicorum Principum.*
25 *Item exemplum Pij V.*
26 *Meretricis etymologia.*
27 *Meretrix eſt occaſio peccandi.*
28 *Eſt* lapis offenſionis, *&* petra ſcandali.
29 *Ratio, quâ probatur nociua meretricium permiſ-
ſia.*

30 *Qualis*

30 *Qualis ſit Principum finis in permiſſione meretricum, & an illum aſſequantur.*
31 *Quid ſint lupinaria, & proſtibula.*
32 *An per hec extinguatur, vel accendatur libido.*
33 *Luxuria eſt ſanguiſuga.*
34 *Amor mulieris qualis.*
35 *Lupanarium, Bachanaliumque origo.*
36 *Meretricum permiſſio videtur contraria precepto naturali conſeruationis generis humani à Deo indicato.*
37 *Authores qui pro hac permiſſione ſcripſere.*
38 *Tolerantia Eccleſia in meretricio colligitur.*
39 *Ratio huius tolerantia.*
40 *Minus malum de duobus eligendum.*
41 *Quando minus malum in comparatione maioris mali videtur habere rationem boni.*
42 *An hoc procedat in meretricio.*
43 *Quomodo coitus cum meretrice ſit impunibilis in foro exteriori.*
44 *Et vulnerata videatur iuſtitia.*
45 *D. Auguſtini de meretricibus ſententia.*
46 *Sententia D. Thoma.*
47 *Horum Patrum, & aliorum authorum pro permiſſione meretricum fundamentum.*
48 *Prima limitatio de collocatione meretricum in loco determinato.*
49 *Adducitur ad id exemplum, & obſeruantia in pleriſque locis.*
50 *Talis locus debet eſſe vilior Vrbis, & remotior.*
51 *Meretrix quomodo hebraicè appelletur.*
52 *Ad hoc Authoritas D. Auguſtini.*
53 *In quibus locis meretrices olim conuerſabantur.*
54 *Vnde dicatur fornicatio.*
55 *Thamar nurus Iuda Patriarche.*
56 *Aliud Pij V. exemplum.*
57 *Quid quando meretrix eſt nobilis.*
58 *An per meretricium amittatur nobilitas.*
59 *An amittatur priuilegium nobilitatis.*
60 *Quid attento iure antiquo Pandectarum.*
61 *Meretrices poſſunt ab honeſtis locis expelli.*
62 *Adducuntur varia Conſtitutiones ad hoc probandum.*
Maximè pro Eccleſiis, & Monaſteriis. ibid.
63 *An admittatur ſcretum ad licitationem domus.*
64 *Meretrices ſunt perſona odioſa.*
65 *Iura loquentia in fauorabilibus de mulieribus, an comprehendant meretrices.*
66 *An huiuſmodi fœminis locari poſſint domus ad habitandum.*
67 *Nauarri ſententia.*
68 *Sententia communis.*
69 *Quando locatio domus meretrici erit illicita, & n. ſeqq.*
72 *An liceat locare domos meretricibus cariùs, quàm honeſtis perſonis.*
73 *Nauarri, & Caſtri Palai ſententia.*
De Patronis meretricum. ibid.
74 *Magiſtratus poſſunt cogere meretrices, vt deferant ſignum.*
75 *Ratio prima.*
76 *Signum Caino impoſitum quale.*
77 *Secunda ratio.*
78 *Tertia ratio.*
79 *Quarta ratio ex vſu gentium.*
80 *Quare matrona ſic appellentur.*
81 *In quo differebant meretrices à matronis apud Spartbas.*
82 *Athenienſes leges.*
83 *Hiſpaniarum obſeruantia.*
84 *Aliorum locorum Conſtitutiones hanc etiam diſtinctionem approbant.*
85 *Meretricibus debet prohiberi vſus ſellarum, lecticarum, &c.*
86 *Adducitur, & laudatur vſus hic peruetuſtus.*
87 *Meretrices non debent ambulare noctu, nec habitare apud caupones.*
88 *Meretrices poſſunt vexari.*
89 *Authoritatibus id oſtenditur.*
90 *Debent arceri à perceptione Sacramenti Eucharistia.*
91 *Item à Sacramento pœnitentia quoad abſolutionem.*
92 *Debent audiri quoad confeſſionem.*
93 *Ratio.*
94 *An, & quando Confeſſarij tenentur illarum confeſſionem integram audire.*
95 *An illis danda ſit ſchedula confeſſionis.*
96 *Meretrices ſine pœnitentia decedentes priuari debent Eccleſiaſtica ſepultura.*
97 *Etiamſi in Paſchate ſint confeſſa, & Eucharistiam acceperint.*
98 *Qua meretrices poſſunt in Eccleſia ſepeliri, & n. ſeq.*
100 *Meretrices coguntur ad conciones venire.*
101 *Adducitur decretum S. Congregationis.*
102 *Exemplum plurium meretricum in concionibus conuerſarum.*
103 *Alia antiquitatis monumenta.*
104 *Monaſteria pro meretricibus conuerſis inſtructa.*
105 *Quis fuit primus, qui talia monaſteria inſtruxit.*
105 *Tales meretrices emendata pro honeſtis ſunt habenda.*
107 *An poſſit meretricibus imponi gabella, ſiue tributum.*
108 *Rationes quibus probatur id poſſe.*
109 *Meretrix poteſt pro actu turpi mercedem accipere.*
110 *Mretrix vnde ſic dicta.*
111 *Meretrix ex bonis per ſe acquiſitis poteſt facere eleemoſynas, Eccleſias dotare, & catera.*
112 *Princeps an poſſit aliquam bonorum partem exigere à meretricibus.*
113 *Tale tributum ratione conſuetudinis videtur approbatum.*
114 *Sed videtur eſſe deteſtabile.*
115 *Aliquorum Imperatorum propter id commendatio.*
116 *Item illicitum.*
117 *Racio.*
118 *Conſtitutio Grsgorij XIII.*
Roma non fuit tale tributum. ibid.
119 *An debeant permitti meretrices iuxta caupones.*
120 *Hoc permittens poteſt appellari* laqueos iuuenum, rete expanſum, &c.
121 *Fœmina an poſſint cogi ad meretricandum.*
122 *Ratio quare cogi non poſſint.*
123 *Conſtitutiones varia id etiam prohibentes.*
124 *Violatorum pœna in Vrbe.*
125 *Oppoſitum eſt impium.*
126 *Ducere meretricem in vxorem, vt ipſam in meretricio confoueat, & de queſticis ex meretricio viuat, probatur ſcelus eſſe improbatiſſimum.*
127 *Contra ſic facientes pœna.*
128 *Matrimonium cum meretrice contrahere an ſit prohibitum.*
129 *Videtur eſſe opus miſericordia.*
130 *Et proficit ſic contrahenti in remiſſionem peccatorum.*
131 *An hac remiſſio ſit per modum indulgentia, aut propter bonitatem ipſius operis.*
132 *Quare Pius V. meretricium tolerare nolebat.*

Con

133 *Conſilium pro Principibus Chriſtianis, & ne ciuitates deſtruantur.*
134 *Iericho ciuitas deſtructa à Deo.*
135 *Acriter imprecata, & maledicta.*
136 *Cauſa huius rei.*
137 *Propter meretrices, & ſcorta.*
138 *Erat Iericho ciuitas Veneri, ſeu Lunæ dedicata.*
139 *Fertiliſſima, & amœniſſima.*
140 *Iuſto Dei iudicio anathematizata propter Veneris deuotes.*
141 *Quid faciendum Principibus.*
142 *Cuiuſdam moderni de hac re iudicium.*
143 *Ioannis Beetz antiqui Doctoris doctrina contra luxurioſos.*
144 *Luxurioſus malè ſe habet erga ſeipſum.*
145 *Erga ſuam animam.*
146 *Animæ nobilitas, & n. 147. & 148.*
149 *Animæ dignitas.*
150 *Nobilitas potentiarum.*
151 *Alia nobilitates.*
152 *Malè ſe habet erga corpus.*
153 *Erga ſeipſum.*
154 *Infamia ſequitur luxuriam.*
155 *Item ſeruitus.*
156 *Malè ſe habet erga Deum.*
157 *Deum vilipendit.*
158 *Exempla caſtitatis.*
159 *Per luxuriam infertur Deo contumelia.*
160 *An luxurioſus mereatur ſepulturam.*
161 *Malè ſe habet erga Angelum.*
162 *Item ad diabolum.*
163 *Ipſi placet.*
164 *Exemplum ex vitis Patrum.*
165 *Malè ſe habet ad proximum.*
166 *Cur hæc non prætermittenda.*

IESVS MARIA.

Motiuum ſcribendi hoc Conſultum.

1 IVssvs aliquando loqui in Eminentiſſimorum DD. quodam conſeſſu, an expediat in Republica Chriſtiana meretrices permittere impunè, aliqua dixi, quæ in ampliori forma hic placuit inſerere, ea tamen proteſtatione præmiſſa, quod nec leuiter Catholicorum, & prudentiſſimorum Principum, multò minùs Eccleſiaſticorum Præſulum iudicio, aut ſententiæ contrarius eſſe velim, ſed ipſis humillimè aliqua in præſenti meditanda, ſi ipſis benè viſum fuerit, proponere, vt ſi fieri queat, innumera flagitia, quæ per huiuſmodi fœminas perpetrari ſolent, euitentur, & Deus minùs offenſus per homines reddatur, qui vel pro vno ſolo lethali piaculo impediendo iterum de cœlo ad terras deſcenderet, ſi id neceſſarium foret, vt Patres, & Theologi docent.

2 Igitur nonnulli, nec exiguæ notæ Authores valdè inclinant in eam partem, vt damnent morem, ſeu conſuetudinem Chriſtianorum Principum permittentium, ſeu tolerantium in ſuis ditionibus, vrbibus, ſeu ciuitatibus lupanaria, proſtibula, ſeu publicas meretrices, quæ turpis lucri gratiâ ſui corporis copiam viris præbent. Et prætermittendo pro nunc ſectarios, ac inter ipſos Molinæum, ſpeciatim contra Summum Chriſti Vicarium, quòd ipſas in Alma Vrbe toleret, adlatrantes, inter Catholicos Authores pro hac parte ſunt referendi Bertachinus *in Repertorio, verb. Meretrix.* Etſi enim dicat tolerari ab Eccleſia, vt maius malum euitetur, nihilominus inquit: *Meretrices, & lenones ſunt à ciuitatibus expellendi, argum. text. in authent. de lenon. col. 3. & l. nullas, C. de Sum. Trinit. & ibi Iacobus Butr.* Item Claudius Spenceus Doctor Pariſinus *lib. 3. de continentia, cap. 4.* vbi acriter etiam contra orbis Metropolim Romam ea de cauſa inuehitur. Deinde Doctor celebris ille Martinus Azpilcueta; Nauarrus vulgò nuncupatus, *in Manuali Confeſſariorum, cap. 17. num. 195.* Cum enim de peccatis circa 3
locata, & conducta ageret, & dixiſſet peccare illum,
qui ſuam domum, aut aliam rem locat ei, quem putat
ad peccatum mortale ea abuſurum, plura ſubiungit,
quibus in hac parte inclinare videtur; eſto enim id
licere Poteſtati publicæ fateatur, nihilominus quod
magis expediens eſſet id non permittere, pluribus
proſequitur in ſequentibus. Similiter Ioannes Mariana acris ingenij, & ſingularis doctrinæ author *lib. de Spect. cap. 16.* quem Cornelius infra recitandus pro hac parte differentem affert. Et Ioannes Lorinus *in Deuteronom. 24.* ac Gutierez *Canon. quæſt. lib. 2. cap. 7. num. 19.* Quibus etiam annumerari poteſt ipſe Cornelius à Lapide, præclarus Sacræ Scripturæ Commentator, qui *in cap. 19. Eccleſ. verſ. 3.* ex ſua, & Ioannis Marianæ ſententia, etſi modeſtè, permiſſionem hanc aduerſari videtur. Accinit etiam illis Antonius Ricciullos Archiepiſcopus Conſentinus *in tr. de perſon. quæ in ſtat. reprob. verſantur, lib. 2. cap. 6.* dum inquit, *meretrices in Chriſtiana Republica non eſſe neceſſarias, neque vtiles.* Maximè verò Bartholomæus Fernandez Clericus Hiſpanus *in quadam quæſtione* de hac re.

Habet autem in ſui ſuffragium horum Scripto- 4
rum placitum ſacræ paginæ teſtimonium in Deuteronom. 23. *verſ.* 17. vbi inter alia, quæ Deus Iudæis prohibuit, illud etiam cenſetur: *Non erit meretrix de filiabus Iſraël, nec ſcortator de filiis Iſraël.* Vnde ſubiungitur in tanti piaculi abominationem: *Non offeres mercedem proſtibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui, quidquid illud eſt quod voueris: quia abominatio eſt vtrumque apud Dominum Deum tuum.* Notauit autem D. Hieronymus in Iſai. 66. quod *pulchrè canis, & meretrix copulantur, quia vtrumque animal pronum eſt ad libidinem.* Notant & alij, *quod vtrumque etiam ob impudentiam, vilitatem, turpitudinem, & fœtorem abominantur homines, præſertim Hebræi.* Hunc porrò locum de prohibitione permittendi meretricium, intelligi debere, expoſitores, quos vidi, teſtantur: & vnus eorum
Cornelius inquit, monet hac lege *Magiſtratum, vt* 5
non toleret in politica ſua publicam ſcortationem, & lupanaria. Si autem dicatur, oppoſitum obſeruatum fuiſſe, cum conſtet fuiſſe in eo populo has ſcortantes fœminas, ſiquidem 3. Reg. 3. dicitur: *Venerunt duæ mulieres meretrices ad Regem* Salomonem, & Oſeæ 1. dicatur ipſi a Deo: *Vade, ſume tibi vxorem fornicationum,* meretricem videlicet, vt plures autumant. Reſponderi poteſt cum Abulenſi *in cap. 19. Leuit. quæſt. 27. & capite 21. quæſt. 12.* eatenus ſolùm fuiſſe has impudicas fœminas permiſſas, quatenus
non *occidebantur*, nec ipſæ, nec cum ipſis ſcortan- 6
tes; non verò, quòd mitiori modo non punirentur, ſicut patet ex illis relatis: *Non offeres mercedem proſtibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui, quidquid illud eſt quod voueris, quia abominatio eſt vtrumque apud Dominum Deum tuum.* Et Leuit. 21. quatenus Sacerdoti præcipiebatur: *Scortum, & vile proſtibulum non duces vxorem.* En pœna huius flagitij, ac perinde, quod non ſimpliciter permittebatur. Vel dici poteſt cum eodem Abulenſi dicta quæſt. 12. quod *non omnia quæ Deus iuſſit, fiebant.* Hoc eſt, quod non obſtante prohibitione legis, contra eam permitterentur iſtæ fœminæ. Per quod reſpondetur ad obiecta de meretrice in vxorem

accepta

accepta ab Oſea, & de duabus meretricibus ad Salo-
7 monem venientibus. Forſan etiam dici poteſt, & me-
lius, quod cum mulier *meretrix* dupliciter dicatur, vel
minus propriè pro ea quæ facilè cum aliquibus car-
naliter miſcetur, quo ſenſu dicitur *c. Viduas, diſt. 34: Meretrix eſt, quæ multorum libidini patet*; vel pro iſta,
quæ omnibus indifferenter ſe exponit, prout defini-
tur à Sayro *lib. 8. Clau. Reg. c. 2. n. 9.* hoc eſt, pu-
blicè, & pro omnibus venalis extat, ipſiſque ſui cor-
poris copiam facit, quæ videtur eſſe propria huius
nominis acceptio, expreſſa *in c. meretrices 32. q. 4.*
8 ibi: *Quarum publicè venalis eſt turpitudo* huius po-
ſterioris generis non eſſent meretrices in lege veteri,
ſed ſolùm prioris; & ex eis eſſent illæ commemora-
tæ. Cuius ſignum eſt, quod vna earum, quæ Salomo-
nem conuenit, filium pepererat: non enim quæ hu-
ius generis ſunt meretrices, parere ſolent, quia vt
Abulenſis *in Geneſ. c. 30. §. tertia ratio*, ait, *mulier quæ in eodem tempore vicino cum pluribus coit, ex nullo gignere poteſt, ſicut accidit meretricibus*; cuius rei
cauſas affert Illuſtriſſimus Tranſmiera *de Polygam.*
9 *q. 15.* ex medicis, & philoſophis: vel eſto quod con-
cipiant, & pariant, fœtus ſtatim interficiunt, vt pa-
tet de vna, quam Spenceus *ſupra* refert ſeptem proles
10 barbariſſimè interemiſſe. Meritò proinde Chaldæus
interpres, & Hebræi, quos ſequitur idem Spen-
ceus, has Salomonicas meretrices *Cauponarias* vo-
cant, quarum viri tunc fortè abeſſent, alibi ne-
gotiantes. Non igitur erant ſtrictâ ſignificatione
11 *meretrices* nuncupatæ, ſed minus rigoroſa. Quod
etiam forſan dici poſſet de vxore Oſeæ meretricia;
præſertim cum Lyranus, & Burgenſis myſti-
cè tantum hoc matrimonium intelligant, & Hay-
mo *per vxorem fornicationum*, non meretricem pro-
priam lupanariam, ſed fœminam, quæ aliàs nu-
pta cum procis aliis adulterium commiſerat, acci-
piat.

12 Nec huius argumenti vis infringitur à quibuſ-
dam dicentibus, propriè, & ſtricti iuris meretrices
in populo Hebraico fuiſſe, eo quod *Geneſ. 34.* filij Ia-
cob conquererentur de Sychem, quia Dina eorum
ſorore vſus eſſet vti ſcorto. Et *Geneſ. 38.* Iudas rem
habuerit cum Thamar nuru, putans meretricem. Et
Ioſue 2. exploratores Iericho hoſpitati fuerint apud
Rahab meretricem: & poſtea *capite* 6. ea relicta
fuerit in Iſrael. Hæc enim leuia valde ſunt: nam
tempus illud Sichem, & Dinæ non ad legem Mo-
ſis, ſed ad legem naturæ ſpectabat, & Rahab illa
ex ethnicis Ierichuntinis erat, non Iſraelitica; &
cum poſtea inter Iſraelitas commorata eſt, meretri-
cium reliquit; ſiquidem Salomoni Principi Iuda
nupta eſt. Adde Chaldæum, & Rabbinos *Cauponā-
riam* ſeu *Tabernariam* hanc Rahab nominaſſe, for-
ſan quia non erat proſtibularia, aut lupanaria me-
retrix.

13 Sed placeat audire, quæ circa hanc Moſaïcæ le-
gis prohibitionem de ſcortationibus ſenſit Claudius
Spenceus Pariſinus ſuperiùs relatus. Is enim poſt-
quam in principio capitis malè ſentire de permiſſio-
ne earum viſus eſt, dicens: *Huius enim permiſſionis nos non ſemel puduit, Chriſtianam ſcilicet Rempubli-
cam eo carere non poſſe, quod tandiu, hoc eſt, annis
plus 1500. non admiſit Moſaïca*, refert Origenem,
Lactantium, Clementem Alexandrinum, & Philo-
nem eam prohibitionem Iudæis factam fuiſſe appro-
bantes. Subiungit deinde hæc noſtris Chriſtianis
Principibus iure meditanda: *Quo minus autem hanc
fœditatem lex vetus impunitam tulerit, obeſt etiam præ-
ter ſuperiora, in hodiernum vſque diem Iudæorum vbi-
vis, & inter quoſvis degant, praxis, ſuas meretricium
facere non permittentium: dici nequit quàm incredibilis
Chriſtianorum tum pudore, tum etiam eorum qui verè
euiles ſunt, cordolio, vt Iudæ filia ſcortari non liceat,
Dei filia liceat: imò Iſraelis filia meretricari non al-
ter antè poſſit, quàm facta per Sanctum Baptiſmum
Chriſti ſoror, & filia. Nam quæ Iudæa puella præ vel
inopia, vel libidine proſtare ſtatuit, quoniam inter po-
pulares ſuos non ſineretur, ad Chriſtianiſmum ſcilicet
conuertitur, & tingitur, inter Chriſtianos proſtituta futu-
ra. Res non cælis tantum, vt Propheta deplorat Ie-
rem. 2. ſed omnibus, & Superis, & Inferis miranda,
ſtupenda, lugenda.* Subticeam alia, quæ hic Doctor
contra conſuetudinem Romanæ Almæ Vrbis has
peccatrices fœminas tolerantis ſcribit, liberiùs ſanè,
quam ſit fas Eccleſiæ filiis, ne ipſis dicatur: *Poſue-
runt in cælum os ſuum.* Cœlum voco Vrbem à Sum-
mo Nauclero, Chriſti Vicario diligentiſſimè inſti-
tutam. Quæ propterea *Ciuitas Sancti*, imò & *San-
ctiſſima* dici poteſt.

Vrgent etiam vim huius argumenti hæc ex Ma- 14
riana, & Cornelio deſumpta: *In partem negantem
facit primò, quod Deus Iudæis olim vetuerit meretrices,
Deuteron. 23. 17. Non erit, ait, meretrix de filiabus
Iſrael, nec ſcortator de filiis Iſrael. Vnde Origenes lib. 4.
contra Celſum: Nulla, inquit, fuere meretrices iuuen-
tutis peſtes in eorum Republica. Idem docet Clemens
lib. 3. Strom. & Philo lib. de ſpectacul. leg. ait, apud
Iudæos capitale fuiſſe corpore quæſtum facere. Quod ſi
ſanctitas Iudaiſmi non patiebatur meretrices, multò mi-
nus eas patietur ſanctitas Chriſtianiſmi, præſertim cum
in eo maiora ſuppetant gratiarum, Sacramentorum, con-
cionum, exemplorum auxilia ad castè viuendum, quam
in Iudaiſmo.*

Vrgent aliqui, etiam ad intentum, illud Ezechie- 15
lis 16. vbi exprobrans Deus Ieroſolymæ impietates
ſuas, inter alia dicit: *Et accidit poſt omnem malitiam
tuam (væ, væ tibi, ait Dominus Deus) & ædificaſti ti-
bi lupanar, & feciſti tibi proſtibulum in cunctis plateis.
Ad omne caput viæ ædificaſti ſignum proſtitutionis tuæ,
& abominabilem feciſti decorem tuum: & diuiſiſti pe-
des tuos omni tranſeunti, & multiplicaſti fornicationes
tuas. Et fornicata es cum filiis Ægypti vicinis tuis
magnarum carnium: & multiplicaſti fornicationem
tuam ad irritandum me.* Hæc tamen propè nihili
ſunt, quia fornicatio, proſtitutio, pedumque diuiſio,
quam Deus hoc loco Ieroſolymæ exprobrat, myſticè,
& metaphoricè accipiuntur pro idololatria, videli-
cet Synagogæ, qua *lupanar, & proſtibulum*, id eſt,
excelſa, vbi idola colebantur, extruxit, ſacrificando
etiam diis immundis, ſordidis, & fœdis, ſicut Ægyp-
tij, qui teſte Strabone *lib. 7.* felem colebant, & te-
ſtante Plinio *lib. 30. c. 11.* etiam ſcarabæum immun-
diſſimum animalculum, ſtercoratas pilulas fingens,
ac verſans: & quod magis ſtupendum, cepas & por-
ros, vt meritò Iuuenalis eos irriſerit Satyra 15. di-
cens:

Porrum, & cepe nefas violare, & frangere morſu:
O ſancta Gentes, quibus hæc naſcuntur in hortis
Numina

Parum igitur hic locus pro præſenti caſu iuuat, in
quo de carnis fornicatione ſermo agitur.

Iuuat magis Patrum authoritas, quam iidem Au- 16
thores afferunt. Primò illud D. Hieronymi *in epiſt.
ad Ocean.* dicentis: *Cæſarem, non Chriſtum, Papinia-
num, non Paulum, viris impudicitiæ frena laxare, &
lupanaria permittere.* Secundò quod D. Auguſtinus,
etſi *lib. 2. de ord. cap. 4.* meretricij permiſſionem pro-
bare viſus fuerit, ætate tamen, & vſu ſapientior,
videtur retractaſſe ſententiam. Nam *lib. 2. de Ciuit.* 17
cap. 20. lupanaria numerat inter illicita, & exitialia.
Dixit enim peſſimam, ac flagitioſiſſimam eſſe Rem-
publicam, vbi *abundant publica ſcorta, vel propter
omnes quibus frui placuerit, vel propter eos maximè
qui habere priuata non poſſunt*, & vbi *non prohibentur
impura.*

168 Dicendum quintò, poſſe dictum Parochum abſoluere dictos aduenas, & peregrinos illuc confluentes à caſibus reſeruatis à proprijs Epiſcopis in ſuis diœceſibus, & ſpeciatim ſubditos D. Epiſcopi Laudenſis a caſibus ab illo reſeruatis. Hoc aſſertum generaliter de confeſſarijs vnius diœceſis reſpectu pœnitentium aduentantium ex alijs, reddunt probabiliſſimum contra Sotum, Medinam, Nuñum, Graſſium, Zerolam, & alios illud negantes, plures qui illud concedunt, ſpecialiter Caietanus, Paludanus, & Antoninus, quos affert, & ſequitur Suarez *de Pœnitentia diſp.* 30. *ſect.* 1. *num.* 4. Henriquez, Reginaldus, Homobonus, Villalobos, quos etiam refert, & ſequitur D. Cardinalis de Lugo *de Sacramento Pœnitentiæ diſp.* 20. *ſect.* 5. *numero* 71. quibus etiam adhærent Diana *part.* 3. *tract.* 4. *reſ.* 103. Bonacina *de Pœnitentia diſp.* 5. *quæſt.* 7. *punct.* 5. §. 2. *n.* 9. Fagundez *præcept.* 2. *lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 19. Comitolus *lib.* 1. *q.* 28. & Megalius *p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 8.

169 Quorum fundamentum eſt, tum quia confeſſarius non tenetur ſcire caſus alijs Epiſcopis reſeruatos, alioquin multis premeretur ſcrupulis, ferè ſemper dubitans aliquem caſum eſſe alijs Epiſcopis reſeruatum: tum quia reus iudicari ſolet iuxta leges, & conſuetudines loci in quo reperitur. Ad quod accedit, quod iura quæ vetant abſolutionem impendi à reſeruatis Epiſcopo, loquuntur de iis, qui in eadem Diœceſi ſub eius obedientia degunt. Cum ergo præfatus Parochus non ſit ſub obedientia, niſi ſolum ſui Generalis, poterit abſoluere quoſcunque ad ſe venientes ex prædictis diœceſibus, etiam a caſibus

170 in illis reſeruatis. Quod eò fortiùs procedit, quod reſeruatio caſuum eſt quid pœnale, ac ſtricti iuris, ideoque interpretanda ſtrictè, nec vllo modo dilatanda. Homobonus *part.* 2. *exam. tract.* 11. *cap.* 6. *q.* 9.

171 *reſol.* 3. Et quia ita videtur introductum conſuetudine ſatis rationabili, prout ex Suarez, & alijs affert idem Lugo *ſupr. n.* 72.

172 Requiritur tamen ad hoc bona fides iſtorum aduentantium, ne ſcilicet ea de cauſa ad dictum locum aduenerint, vt effugerent proprios paſtores. Hoc enim fraudem, & dolum, vt in ſuperioribus dixi, ſapere videtur, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ contrariatur, & omnino eſt contra intentionem ipſorum Paſtorum, in quorum conſenſu tacito fundatur conſuetudo relata. Prout etiam tenent inter alios Diana *ſupra*, & ſupponit D. Lugo *num.* 68. ac ſequitur à fortiori ex dictis *ſupra numero* 168. Si enim ad hoc quod iſti peregrini abſoluantur in aliena diœceſi, ſeu territorio a peccatis non reſeruatis, requiritur bona fides ipſorum, multò magis id erit verum reſpectu reſeruatorum: ſiquidem difficiliùs abſoluuntur.

173 Sextò dicendum, conſequenter ad dicta in ſuperioribus, præfatum P. Generalem, non ſolum non poſſe facere ea quæ ſunt propria Ordinis Epiſcopalis, vt per ſe patet, cùm non ſit Epiſcopus; ſed neque illa omnia, quæ ſunt Epiſcopalis iuriſdictionis, quæ competunt Prælatis, qui vocantur *nullius diœceſis*, quia iſti omnimodam, & æqualem iuriſdictionem habent ſicut Epiſcopi, niſi in caſibus ipſis ſpecialiter prohibitis, iuxta dicta in ſuperioribus,

174 *num.* 16. 17. 18. 19. & 20. Pater autem Generalis non eſt Prælatus *nullius diœceſis*, quia ad hoc requirebatur, vt nullam omninò iuriſdictionem in loco illo *Hoſpitaletto* D. Epiſcopus exercuiſſet, cuius contrarium videtur conſtare. Nec ſufficit habere aliquem diſtrictum, aut territorium, ſed neceſſe eſt, vt inquit Rota in Calaguritana *Iuriſdictionis*, coram Ortembergo ann. 1604. ex Abbate *in cap. nimis*, *num.* 1. *verſic. hac vera*, *de iureiur.* quod *tanquam proprium territorium ad eum ſpectet*, *ita vt faciat terminum ſeparatum à Prouincia. Item quod habeat omnia iura Epiſcopalia ex priuilegio Papæ, qui ſolus poteſt hoc concedere.* Quod in propoſito non probatur. Ita Rota relata ex Abbate, Ioanne Andrea, & maximè ex Felino, ex quo affert illud ſatis ad intentum: *Licet locus non ſit de iuriſdictione Epiſcopi, tamen eſt de territorio, & diœceſi.*

Quia tamen præfatus P. Generalis habet aliquale territorium, ſcilicet oppidum illud *Hoſpitaletto*, 175
& in ipſo exercet aliquam iuriſdictionem ſpiritualem, ſiquidem, vt dictum eſt, in eo deputat ex vſu antiquo Parochum, qui curam animarum exercet, ideo ipſi applicanda ea omnia, quæ in hoc conſulto dicta ſunt, *num.* 21. 22. & 23. cum limitationibus tamen poſitis *num.* 24. & *ſequentibus*, ita vt nequeat facere illa, quæ competunt Epiſcopis, vt Epiſcopi ſunt, vel vt Sedis Apoſtolicæ delegati. 176
Etſi quoad cauſas matrimoniales, & criminales ipſi relinquendas expendi debeant quæ dixi *num.* 87. Et quoad facultatem approbandi confeſſarios, & dandi licentiam concionatoribus, ea quæ dixi *num.* 91. 92. & *num.* 93. Et circa facultatem remittendi denunciationes requiſitas pro Matrimonio, illa quæ dixi *num.* 104. & 118. Et circa facultatem aſſiſtendi Matrimonijs, quæ dixi *num.* 105. & 119. Quæ tamen dixi
num. 109. 110. 111. 112. & 113. aptari videntur D. 177
Patri Generali. Et etiam quæ dixi *num.* 114. ſi tamen adſit conſuetudo, vel priuilegium, prout ibi dictum manet. Et quæ dixi *num.* 115. ſi habeat iuriſdictionem ſpiritualem in foro externo, quod mihi non conſtat. Recolenda quoque quæ dixi *n.* 125. & *ſeqq.*

Dicendum ſeptimò, non poſſe D. Epiſcopum 178
viſitare Eccleſiam, ſeu Monaſterium dicti loci Hoſpitaletto. Hoc enim manifeſtè infertur ex adductis, præſertim *num.* 126. & *ſequentibus*, ac maximè ex conciliari illa diſpoſitione Concilij Trident. *ſeſſ.* 25. *de Regularib. cap.* 11. vbi clariſſimè habetur, Monaſteria illa, in quibus *Abbates Generales, aut capita Ordinum Sedem Ordinariam principalem habent*, vel in quibus *Regularium Superiores iuriſdictionem Epiſcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercent* (quæ omnia competunt præfato Monaſterio) exempta eſſe à iuriſdictione, viſitatione, & correctione Epiſcopi diœceſani; quibus aliàs ſubijci deberent propter curam animarum perſonarum ſæcularium, & adminiſtrationem Sacramentorum. Idque obſeruari mandaſſe Clementem VIII. colligitur ex Franciſco Leone *in Theſauro for. Eccleſiaſtic. part.* 1. *capite* 8. *numero* 20. quem affert
Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 74. *num.* 18. 179
Quod etiam confirmat in terminis fortioribus, etiam pro caſu quo talem curam in dictis Monaſterijs exercentes eſſent perſonæ ſæculares, declaratio S. Congregationis apud Zerolam 2. *part. prax. verbo Viſitatio*, *quæſt.* 15. & Tamburinum *de iure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 15. *quæſ.* 7. *num.* 49. quæ talis eſt: *In Monaſterio, in quo Generalis alicuius Religionis Regularium ſedem ordinariam principalem habeat, licèt perſonæ ſeculares ſint in eodem Monaſterio curam animarum exercentes, quantum ad ipſam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem ſpectat, nulli viſitationi Epiſcopi Ordinary diœceſis, in quo ipſum Monaſterium ſitum eſt, ſubie-* 180
cta ſunt. Ac maximè, & concludenter in hac cauſa, decretum eiuſdem S. Congregationis die 25. Maij 1641. talis tenoris: *S. Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum reſpondit, non licere Epiſcopo Laudenſi Eccleſiam Monaſterij nuncupatam dell'Oſpidaletto, in qua Generalis Ordinis S. Hieronymi habet ſedem ordinariam, & principalem, viſitare, niſi Epiſcopus ſufficienter probauerit ſibi competere maiorem adminiſtrationem in præfatam Eccleſiam, vel in illius perſonas. Ioannes Baptiſta*

Curdi

Cardinalis Pamphilius Loco † Sigilli. Franciſcus Paulluccius S. Congregationis Concilij Secretarius. Quod recognitum, & intimatum fuit Illuſtriſſimo Epiſcopo, per Apoſtolicæ Cameræ Auditorem litteris ſuperinde confectis, quarum initium eſt, *Vniuerſis*, &c. *Noueritis qualiter infra dicta die fuit coram nobis comparitum, & pro parte, & ad inſtantiam Reuerendiſſimi Patris Generalis Monachorum Ordinis S. Hieronymi, &c. Datum Romæ anno Domini 1641. die 4. Iunij. P. Paulus Caballerius Locumtenens.* Ex hoc autem S. Congregationis decreto in terminis propriis huius cauſæ loquente, manifeſtè habetur conſtitutionem Gregorij XV. *Inſcrutabili*, quæ eſt *de exemptorum priuilegiis*, nullatenus ſuffragari parti aduerſæ; ſi enim ipſi faueret, & per ipſam Concilio derogatum fuiſſet, nullatenus a S. Congregatione Eminentiſſim. Concilij Interpretum tale decretum emanaret.

181 Quia tamen, quamuis prædicta concludant reſpectu petitorij, nihilominus quoad poſſeſſorium præfatus D. Epiſcopus ius ſibi competere prætendit, Ideo aliqua circa hoc notanda. Primum quidem, quod cum Parochus Monaſterij, vt dictum eſt in ſuperioribus, à P. Generali in totum, & per totum abſque aliqua dependentia a D. Epiſcopo deputetur, in neceſſariam conſequentiam venit, quod nulla viſitatio potuerit eſſe legitima; ſed intruſa, eo quòd facta
182 fuerit à non habente vllam iuriſdictionem. Secundum, quia dato quod aliqua viſitatio taliter facta præceſſiſſet, nullum ius D. Epiſcopo prætetea obuenire poterat, niſi verum titulum demonſtraſſet, ex quo talis viſitatio ſuſtineri deberet. Etenim contra eum, qui habet ſuam intentionem in iure communi, vel conciliari diſpoſitione fundatam, non aliter vnus, vel alius actus releuare poſſet. Gutierrez *practic. lib. 2. q. 19. à n. 15.* Rodriguez *tom. 2. quæſt.*
183 *Regular. q. 63. art. 7.* Barboſa *in collectan. ad cap. cum perſona, de priuileg. in 6. num. 16.* Item tertium, quod probari debuiſſet adfuiſſe ſcientiam præfati P. Generalis, vtpote quia de eius præiudicio principaliter
184 agebatur, prout certi iuris videtur. Ac præterea quartum, quod cum agatur de ſpoliatione iuris competentis Eccleſiæ, videtur quod eſſet probanda conſuetudo præſcripta ſpatio quadraginta annorum, Purpuratus *l. 1. n. 200. ff. de offic. eius cui eſt*, Andreas
185 Siculus *conſil. 5. lib. 2.* Præterea deberet probari quod actus eſſent facti eo animo, & fine, vt conſuetudo induceretur, quia cum poſſint fieri ex gratia, vrbanitate, & modeſtia religioſa, ac obſeruantia dignitatis Epiſcopalis, debet probari finis, ne detur proprij iuris renunciatio. Decius *in cap. cùm acceſſiſſent, col. penult. ante fin. verſ. Et hoc comprobatur, de conſtit.* Illuminatos Moronus *in ſuis reſponſ. reſp. 5.*
186 *num. 26.* Concludens etiam ex Baldo, Purpurato, & Menochio: *Tandem vnuſquiſque poteſt recuperare ius ſuum, & poſſeſſionem præcedentia, ſi fortè ius maiores perdidiſſent; non enim fuit ſuum ius deperditum.* Quia tamen in relato *capite 11. ſeſſ. 25.* dicit Concilium: *Saluo tamen eorum Epiſcoporum iure, qui maiorem in*
187 *prædicta loca, vel perſonas iuriſdictionem exercent*; ideò præſeruatum manet ius D. Epiſcopi, ſi maiora prætendat, prout dicitur in decreto S. Congregationis adducto ſupra *numero 180.* his verbis: *Niſi Epiſcopus ſufficienter probauerit, ſibi competere maiorem adminiſtrationem in præfatam Eccleſiam, vel in illius perſonas.*

188 Quia etiam plures extant S. Rotæ deciſiones circa ſimiles materias, ideo aliquot ipſarum, notabiliores videlicet, hîc placuit apponere pro ſtudioſis.

Marſicana Iuriſdictionis.

Lunæ 23. Octob. 1589.

Coram Comitolo.

SVMMARIVM.

1 *Abbati datur mandatum de manutenendo quoad gubernationem Monaſterij Monialium, & quoad exercitium Iuriſdictionis in clericos, & Presbyteros deſeruientes in Eccleſia eiuſdem Monaſterij priuatiuè quoad Epiſcopum, & per tot. n. 4.*

Præterquam in caſibus quibuſdam, de quibus num. ſeqq.

2 *Quaſi poſſeſſio ante motam litem probatur ex antiquis ſcripturis, & Teſtium depoſitionibus.*

Quæ apparet titulata ex priuilegiis Pontificis.

3 *Moniales, & earum clerici probantur exempti à Iuriſdictione Epiſcopi ex priuilegiis Pontificum, & quod ſubſunt Abbati ex reſeruatione iurium, & num. 4.*

4 *Obſeruantia ſubſecuta declarat, & iuſtificat ſuperioritatem, quam Abbas exercuit.*

5 *Epiſcopi tanquam delegati Sedis Apoſtolicæ gubernant Monaſteria Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecta, ex Concilio.*

Sed vide num. ſeqq.

6 *Exempti à iuriſdictione Epiſcoporum poſſunt habere ſuos immediatos Prælatos.*

7 *Et expedit eis habere exemptionem Papalem.*

8 *Eſſeque ſpecialiter ſub protectione Sedis Apoſtolicæ.*

9 *Epiſcopi actus iuriſdictionales in Moniales non attenduntur, ſi præceſſerunt Concilium Tridentinum, & n. 10.*

11 *Actus facti poſtea, quando non attendantur, & n. ſeqq.*

Moniales, & earum Clerici ſunt exempti à Iuriſdictione Epiſcoporum.

12 *Epiſcopalis ordinis eſt adminiſtratio Sacramenti Confirmationis, & collatio ordinis.*

13 *Epiſcopi quæ exerceant in exemptos, ex Concilio referuntur, & n. ſeqq.*

20 *Poſſeſſione antiquiori non priuatur quis per actus turbatiuos, & pro illa magis præſumitur.*

DECISIO LXXXIII.

DOMINI non receſſerunt à decretis 16. Iunij anni 1587. coram Reuerendiſſimo Otiolen. Dandum eſſe mandatum de manutenendo R.P. Abbati quoad gubernationem Monaſterij Monialium SS. Coſmæ, & Damiani; & quoad exercitium iuriſdictionis in Clericos, & Presbyteros deſeruientes in Eccleſia eiuſdem Monaſterij. 1

Nam de quaſi poſſeſſione Abbatis Caſſinenſis ante litem motam conſtat ex antiquis ſcripturis, & Teſtium depoſitionibus aliàs, & nunc denuo conſideratis, quæ poſſeſſio ſatis apparet titulata, ſtantibus Romanorum Pontificum priuilegiis; præſertim Clementis IV. & Alexandri III. quibus eximuntur à iuriſdictione Epiſcoporum Marſicanorum Moniales, & clerici eiuſdem Eccleſiæ, & recipiuntur ſub protectione Sedis Apoſtolicæ, ſalua debita reuerentia, & iuſtitia Monaſterio Caſſinenſi, quæ reſeruatio eſt 2 3 4

ex obſeruantia ſubſequuta declaratur, & iuſtific at
ſuperioritatem, quam Abbates pro tempore exercuerunt, *l. ſi de interpretatione, ff. de leg.* Bald. *conſ.* 145.
lib. 3. Roman. *conſ.* 277. *n.* 4.
5 Neque verò hæc exemptio concludit Monaſte-
rium eſſe ſub immediato regimine Sedis Apoſtolicæ,
vt locus ſit diſpoſitioni *cap. 9. ſeſſ.* 25. *de Regul.* in ea
6 parte, in qua monaſteria Sedi Apoſtolicæ immedia-
tè ſubiecta Epiſcoporum, tanquam S. Sedis Delega-
torum, gubernationi ſubiiciuntur; cùm notiſſimum
ſit exemptos à iuriſdictione Epiſcoporum habere
poſſe ſuos immediatos Prælatos, ad not per Gloſ. &
7 DD. *in cap. graue, de off. ord.* quibus etiam expedit
habere exemptionem Papalem. Achil. *deciſ.* 1. *& ſeq.*
de exempt. & eſſe ſpecialiter ſub protectione Sedis
8 Apoſtolicæ, ad tradita cum ibi nota. *in c. recepimus, de*
priuileg.
9 Non obſtant huic manutentioni actus iuriſdi-
ctionales facti per Epiſcopos Marſicanos.
10 Nam qui præceſſerunt Sacrum Concilium Tri-
dent. non ſunt conſiderabiles, propter expreſſas
exemptiones Monialium, & Clericorum, *cap.* 1. *§. in*
11 *eos, & cap. ſi Papa, de priuil. lib.* 6. & fuit reſolutum
coram b. m. Lauretano 7. Ianuarij 1586. & rurſus
12 coram. Reuerendiſſ. Oriolen. 26. Iunij 1587. Si qui
autem facti fuerunt poſt Concilium Tridentinum,
præter concernentes ea, quæ ſunt Ordinis Epiſco-
palis, qualis eſt adminiſtratio Sacramenti Confir-
13 mationis, & collatio Ordinum, *can.* 3. *de confirm.*
ſeſſ. 7. *& can.* 7. *de Sacram. ordin. ſeſſ.* 23. & alia, quæ
ex eodem Concilio ſpecialiter competunt Epiſcopis
in Clericos exemptos, ſiue ratione curæ, quæ in Ec-
14 cleſia exercetur, iuxta *c.* 11. *ſeſſ.* 25. *de Regul.* prop-
ter quam tenentur etiam exempti intereſſe Synodo,
ex *c.* 2. *in fin. ſeſſ.* 24. ſiue ratione Iuriſdictionis in
15 cauſis ciuilibus mercedum, & miſerabilium Perſona-
16 rum, iuxta *cap.* 14. *ſeſſ.* 7. ſiue ratione correctionis
17 Epiſcopis reſidentibus permiſſæ in exemptos, qui
alias eorum iuriſdictioni ſubderentur, *cap.* 4. *ſeſſ.* 14.
ſiue ratione facultatis reſeruatæ Epiſcopo Diœce-
18 ſano concedendi dimiſſorias clericis exemptis, intra
eius Diœceſis fines exiſtentibus, per *cap.* 10. *ſeſſ.* 23.
& inhibendi etiam Regularibus, ne quis ipſo con-
19 tradicente, etiam in Eccleſiis ſuorum ordinum, præ-
dicare præſumat, per *cap.* 4. *ſeſſ.* 24. Necnon ratione
clauſuræ in Monialium monaſteriis reſtituendæ, &
conſeruandæ, iuxta decretum Concilij *cap.* 5. *ſeſſ.* 25.
20 *de Regul.* fuerunt pariter turbatiuæ, nec priuarunt
Abbates eorum quaſi poſſeſſione antiquiori, pro
qua magis præſumitur, *cap. licèt cauſam*, vbi Felin.
num. 23. *& ſeq. de probat.* Anch. *in Clem.* 1. 4. *notab.*
de ſequeſtr. poſſeſſ. & Facit Caſtr. *conſ.* 395. *n.* 2.
lib. 2.

Quare concluſum fuit concedendum eſſe mandatum de manutenendo generaliter P. Abbati, quoad gubernium Monialium, & quoad exercitium iuriſdictionis in Clericos in Eccleſia SS. Coſmæ, & Damiani deſeruientes, priuatiuè quoad Epiſcopum, præterquam in caſibus, in quibus Concilium Tridentinum Epiſcopis, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis, poteſtatem tribuit circa clauſuram Monialium, & in exemptos clericos infra diœceſim exiſtentes, qui caſus in mandato concedendo, ſi expedire videbitur, ſpecificari poterunt.

Habetur hæc deciſio inter deciſiones Comitoli *num.* 83.

Lucenſis.

Iuriſdictionis de Samos.

Coram Domino Mantica anno 1596.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio Epiſcopalis, vel quaſi Epiſcopalis ex quibus actibus per teſtes probetur, & infra.*
2 *Abbas qui habet proprium territorium, & loca pleno iure ſibi ſubiecta, intelligitur habere Epiſcopalem, ſeu quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem: Item quando temporalem intelligatur habere iuriſdictionem, num.* 3.
4 *Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio acquiritur per actus iuriſdictionales, qui per teſtes probantur.*
5 *Iuriſdictio cum mero, & mixto imperio probatur per teſtes.*
6 *Res iudicata facit ius, & pro veritate habetur.*

DECISIO.

ALTERA parte non informante, cùm cauſa ageretur per Audientiam contradictarum, deciſum fuit Abbatem S. Iuliani habere iuriſdictionem Epiſcopalem, ſeu quaſi Epiſcopalem, & temporalem, in parochos, & parochianos Eccleſiarum, & locorum diſtrictus Coti, ſiue Cauti vulgariter nuncupati, Abbatiæ, ſiue Archidiaconatus de Samos.

Nam per primum, & ſecundum teſtem probatur 1
ab immemorabili tempore dictos Abbates in dictis
locis exercuiſſe iuriſdictionem ciuilem, & criminalem, puniendo delinquentes pœnâ etiam vltimi ſupplicij, deputando vicarios, prætores, & iudices abſque alicuius contradictione; & ſimiliter exercuiſſe iuriſdictionem Eccleſiaſticam viſitando Eccleſias ſitas intra limites dicti Archidiaconatus, & coërcendo clericos delinquentes, & de criminibus accuſatos. Idemque alij teſtes deponunt, licèt non probent immemorabilem; qui tamen ab annis 60. deponunt de viſu.

Vnde cum Abbas dicti Monaſterij habeat pro- 2
prium territorium, & loca ſibi pleno iure ſubiecta, intelligitur Epiſcopalem, ſeu quaſi Epiſcopalem habere iuriſdictionem, *cap. Abbates, ad fin. de priuileg. libro ſexto. Gloſſ. in clem.* 1. *in verbo proprij, de rebus Eccleſ. non alien.* quod Domini dicebant etiam fuiſſe reſolutum coram R. P. D. meo Decano in Salmantina *iuriſdictionis*, & coram R. P. D. Orano in Burgenſi S. *Ioannis.*

De temporali etiam iuriſdictione dicti Abbatis 3
ſatis conſtat, quia ex depoſitionibus teſtium apparet, cum deputaſſe prætores, & curaſſe delinquentes coërceri.

Nec dubium eſt, quin per actus iuriſdictionales, 4
de quibus teſtes ſpecialiter deponunt de viſu, acquiratur quaſi poſſeſſio iuriſdictionis, & per ea probetur iuriſdictio etiam cum mero, & mixto imperio. Bart. *in l.* 1. *§. ſi quis hoc interdicto, de itin. actuque priuat. & in conſil.* 189. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 1. Bald. *in cap. cum cauſam, num,* 20. *de teſtibus, & in l. data opera, num.* 43. *qui accuſ. non poſſ.* Soc. ſen. *in conſ.* 15. *n.* 1. *verſi. ſecundò præmittendum, lib.* 3. Natta *conſ.* 636. *num.* 72.

Extant etiam duæ ſententiæ, quarum altera de anno 1549. lata fuit à Priore Valliſoleti iudice delega-

to,

to : altera Rotalis, quæ fuit lata à bonæ memoriæ Cotta die 9. Iulij 1568. io qoibus fuit prononciatum Abbatem, & omnes, tam laïcos, qoàm clericos habitantes in dicto Archidiaconato ab immemorabili tempore fuiſſe, & eſſe exemptos ab omni LuceoſisEpiſcopi correctione,& viſitatione,nullamque eidem Epiſcopo in eos competiiſſe, neqoe competere iuriſdictionem, ſed eam omnem, tam criminalem, quàm ciuilem, io omnes, & ſingolos, ad ipſum Abbatem priuatiuè ad Epiſcopum pertinuiſſe, & pertinere : quæ ſeotentiæ tranſierunt in rem iudicatam, & decretæ, &relaxatæ fuerunt litteræ execotoriales.

6 Proinde eum res indicata faciat ius, & pro veritate habeatur, *l.ingenuum,de ſtat. hom.l.res iudicata, de reg. iur.* tollitur omois dubitatio.

Habetur hæc deciſio inter deciſiones Mantieæ deciſiooe 361.

Burgenſis.

Iuriſdictionis S. Ioannis.

Coram Domino Hieronymo Pamphilio, anno 1598.

ARGVMENTVM.

Abbas Regularis poteſt in Eccleſiis ſibi pleno iure ſubiectis cognoſcere de cauſis matrimonialibus, & eriminalibus.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio in Eccleſiis exemptis ſpectat ad Sedem Apoſtolicam, non autem ad Epiſcopum.*

2 Alius, *dictio eſt ſimilium explicatiua.*

3 *Abbates Regulares habentes iuriſdictionem in Clericos, etiam ſeculares, dicuntur in primo poſt Pontificalem dignitatem gradu conſtituti, non autem de inferioribus ſubordinatis Epiſcopo, & num. 4.*

5 *Abbas quoad Clericos Eccleſiæ ſibi pleno iure ſubiecta comparatur Abbati habenti territorium quoad perſonas ſui territorij.*

6 *Abbas habens territorium ſeparatum poteſt cognoſcere de cauſis matrimonialibus, & criminalibus perſonarum ſui territorij, nec comprehenditur ſub diſpoſitione Conc. Trident.* ſeſſ. 24.cap. 20.§. Ad hæc, *& n.8.*

7 *Iuriſdictio in perſonis conſiſtit, etiam ſine territorio.*

9 *Abbas habens iuriſdictionem Epiſcopalem, poteſt imponere pœnam degradationis, licet actus degradationis ſit poſteà ab Epiſcopis faciendus.*

10 *Archidiaconus, & Decanus habentes territorium ſeparatum, & immemorabilem, poſſunt cognoſcere de cauſis matrimonialibus, & criminalibus.*

11 *Archidiaconus, & Decanus non poſſunt degradare.*

DECISIO.

PLACVIT omnibus Dominis declaratio Illuſtriſſ. DD. Sacri Concilij Interpretum, qnod Abbatea Regulares habentes iuriſdictionem ctiminalem in Clericos, etiam ſæcolares, non comprehenduntur ſub decreto c.20. §. *Ad hæc, ſeſſ.* 24. ex rationibus pro hac parte deductis ſob die 6. Nouembris 1596. coram D. meo Oraoo.

Intentio eoim Concilij fuit reſtitoere Epiſcopis iuriſdictionem criminalem excluſiuè ad Decanum, Archiaconum, & alios inferiores ſubordinatos ipſi Epiſcopo, in quibus militat ratio præſumptæ vſurpationis; non autem illam auferre ab Abbate Regolari exempto à iuriſdictione Epiſcopi, & immediate ſubiecto Sedi Apoſtolicæ, in quo ceſſat præſumptio vſurpationis, præſertim quoad perſonas Eccleſiæ ſibi pleno iure ſubiectæ, in quibus aliàs 1 iuriſdictio eſſet ipſius Sedis Apoſtolicæ, & non Epiſcopi. Gloſſ. *in c. Authoritate, de priuil. in 6.* & alij omnes.

Et hoc etiam colligitor ex verbis ipſius §. *Ad* 2 *hæc*, dum loquitur de Decano, Archidiacono, & alius inferioribus, quod intelligitur de ſimilibus Prælatis Decano, Archidiacono, & ſic ſæcularibus ſubordinatis Epiſcopo, iuxta naturam dictionis *alius*, quæ eſt ſimilium explicatiua. Gloſſ.fin. *in l. Si fugitiui,& ibi* Bald. *C.de ſeru. fugit.cap. Sedes*, vbi Felin. *in fin. de reſcript.* non autem de Abbatibus Regularibus 3 habentibos iuriſdictionem in Clericos etiam ſæculares, qoi dicuntur in primo poſt Pontificalem digoitatis gradu conſtituti, *cap. Deinceps, 16.quæſt.7.* Archid. *in cap. 2. ſub num. 2. de præbend. in 6.* Et nec 4 ratione facultatis, nec dignitatis, nec ordinis dicuntur de inferioribus ſubordinatis Epiſcopo, Lap. *alleg.* 84. Bald. *in cap. Paſtoralis*, io Gloſſ. *in verb. Superiores, & ibi* Felin. *column.4. de off.delegat.* & nullam habent ſimilitudinem cum Decano, & Archidiacono, ita vt ex eorum expreſſione inferatur ad Abbates, qui & minores ſunt, etiam de quibus Concilium magis confidit, quod delicta imponita non relinqoant, & ſpecificam mentionem facere conſoeuit, quando voluit illos comprehendere.

Maximè (provt hoc caſu) agitur de ioriſdictione 5 Abbatum, qooad Clericos Eccleſiæ ſibi pleno iure ſobiectæ, in qoibus militant omnia quæ dici poſſont de Abbate habente territoriom, qooad perſonas ſui territorij. Vitalin. *in Clement. Rurſus, n.10. de ſtat. Monach.* Quo caſu ceſſat diſpoſitio §. *Ad* 6 *hoc*, etiam quoad dignitates, vt fuit reſolutum *in cauſa Salamantina iuriſdictionis, coram bon.mem. Aldobrandino, ſub die 1. Iuly* 1565. Quod tamen dictum 7 fuit per Dominos ex abundanti, cum ad hunc effectum non requiratur territorium; cum etiam ſine eo conſiſtat iuriſdictio in perſonis. Bart. *in l. 1.ff. de iuriſdictione omn. iudic.* Butr. & alij *in cap. Cum contingat, de for.compet.* Roch. *deciſ.* 227. & ex vnanimi Dominorum ſententia fuit in hac cauſa deciſum *ſub d.die 6.Nouembris* 1596. coram D. meo Orano.

Nec prædictis viſum fuit obſtare, quod dicitur 8 de dictione taxatiua *tantùm*; quia illa intelligitur reſpectu Decani, Archidiaconi, & aliorum inferiorum ſæculariom ſimilium; non autem reſpectu Abbatis in hac Eccleſia pleno iore ſibi ſubiecta habentis ſimilem iuriſdictionem com Epiſcopo, ad notata per Bald. *in l. 1. num. 4. C. de bon.poſſ contra tabul.* Cort. Sen. *conſ. 75. num. 14.* Cephal. *conſ. 257. num. 24. lib. 2.*

Nec etiam obſtat, quod in cognitione caoſarum 9 criminalium veniat aliquando imponenda pœna degradationis; quia oon ideò Abbas redditur incapax hoius ioriſdictionis, qui provt alij iudicea criminales, poteſt imponere pœnam degradationis, etſi poſteà ferendam ab Epiſcopo. Gloſſ. *in cap. Cùm & plantare, in verb. pleno iure, & ibi* Hoſt. Butr. *num. 27.* & alij *de priuileg.* Vltra qood hæc ratio 10 militat quoque in Decano, & Archidiacono habente proprium territorium, & immemorabilem, quos

ſub

ſub hac decreto non comprehendi, ſæpius reſolutum fuit, tam per Illuſtriſſ. DD. Sacri Concilij Interpretes, quam etiam in Rota in quampluribus
11 cauſis. Et tamen indubitatum eſt, non poſſe degradare, *cap. Degradatio, de pœn, in 6. cap. 1. de Hæret. eod. lib.* Berol. *in cap. 1. ſub num. 26. de rebus Eccleſ. non alienand.* &c.

Habetur hæc deciſio apud Tamburinum *de iure Abbatum tomo 3. deciſione 44.*

Nullius, ſeu Squillacenſis

Iuriſdictionis.

Coram Domino Martino Andrea, anno 1616.

ARGVMENTVM.

Territorium quando dicatur exemptum, & nullius diœceſis, latè in hac deciſione explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio non datur abſque læſione.*
2 *Loca exempta, licet non ſint de diœceſi, ſunt tamen in diœceſi.*
3 *Prouincia plures comprehendit ſub ſe diœceſes.*
4 *Sententia præiudicat ei, ad quem primo loco ſpectabat definitio, licet ſit lata contra alterum, ſi ſciens permiſit alterum ſubditum agere.*
5 *Sententia in cauſa ſtatus facit ius quoad omnes.*
6 *Sententia facit vehementiſſimam præſumptionem boni iuris.*
7 *Locus exemptus, in quo abdicatur ab Ordinario omne ius Epiſcopale, & transfertur in inferiorem, efficitur proprium territorium inferioris, & non eſt amplius neque de diœceſi, neque in diœceſi.*
8 *Deciſio* in cauſa Conſtantienſis iuriſdictionis, 18. *Maij, 1611. ibi coram Attrebatenſi declaratur.*
9 *Verba enunciatiua in dubio accipienda ſunt demonſtratiuè, non autem taxatiuè, nec limitatiuè.*
10 *Enunciatiua non probat, quando principaliter agitur de veritate enunciati.*
11 *Enunciatiua vt probent locum eſſe in diœceſi, debet concurrere aliquod adminiculum longæ poſſeſſionis.*
12 *Locus, in quo inferior exercet iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in homines, tam de Clero, quàm de populo, cenſetur verè, & realiter nullius diœceſis, etiamſi ſit circundatus limitibus Epiſcopatus.*
13 *Enunciatiuæ plures antiquiſſimæ, & à diuerſis perſonis emanatæ, plenè probant etiam contra tertium.*
14 *Sententia antiqua probat etiam ſine actis.*
15 *Dictio, ſcilicet, regulatur ſecundùm ſubiectam materiam, & quo caſu ſtet declaratiuè.*
16 *Pertinentiarum appellatione quæ veniant.*
17 *Scientia præſumitur ex lapſu longi temporis.*
18 *Scientia præſumitur ex actuum multiplicitate.*
19 *Obſeruantia declarat, quid in priuilegiis, & conceſſionibus comprehenſum fuerit.*
20 Pertinentiarum *appellatione quæ veniant, declaratur ex obſeruantia.*
21 *Solemnitates ſupplentur ex beneplacito Apoſtolico.*
22 *Conſenſus Capituli præſumitur ex temporis antiquitate, vnà cum obſeruantia, etiam quod enunciatus, aut reſeruatus non appareat.*
23 *Beneplacitum Apoſtolicum præſumitur ex temporis diuturnitate, vnà cum obſeruantia.*
24 *Locum non eſſe nullius diœceſis, non probatur ex diſpenſationibus matrimonialibus, & excommunicationibus in forma* Significauit, *directis Epiſcopo, intra cuius fines locus eſſe prætenditur.*
25 *Epiſcopi in caſibus, in quibus vigore Concilij Tridentini iuriſdictionem in exemptos exercere poſſunt, non procedunt vti Ordinarij, ſed vti delegati Sedis Apoſtolicæ.*
26 *Seminario contribuere tenentur etiam qui ſunt Nullius Diœceſis, ſi aliter non ſint exempti.*
27 *Obſeruantia præſcripta non interrumpitur per litem.*
28 *Lis non interrumpit quaſi poſſeſſionem, quando ſententia fertur pro poſſeſſore.*
29 *Priuilegia conceſſa Monaſterio, ac rebus, & non perſonis, cenſentur realia, & perpetua, & ſuffragantur quibuſcumque perſonis, ad quarum manus ipſa bona deuenerint.*
30 *Priuilegia conceſſa ſucceſſoribus, cenſentur perpetua.*
31 *Priuilegia conceſſa Monaſterio, ſeu loco, & eius bonis, cenſentur perpetua, & ſuffragantur ſucceſſoribus.*

DECISIO.

LATA ſententia per Illuſtriſſimum D. Cardinalem Farneſium vigore Commiſſionis cum clauſula, *appellatione remota,* in qua de voto Dominorum meorum Manzanedi, & Pamphilij pronunciatum fuit, omnimodam ordinariam iuriſdictionem in ſpiritualibus, & temporalibus, quam habebant Epiſcopi Squillacenſes ante, & de tempore donationis Theodori, Ioannis, & Donati in Parochos, & Parochialium Caſalium Serræ, Spatulæ, Biuugi, Montauri, & Gaſparinæ, ſpectaſſe, & ſpectare ad Priorem, & Monaſterium Sancti Stephani de Nemore, Venerabilis Congregationis Carthuſienſis, eoſdemque in eorum poſſeſſione, ſeu quaſi iuriſdictionis præfatæ fore, & eſſe manutenendos: illiſque ex Apoſtolicis indultis licuiſſe, & licere conſecrationes, chriſma, cæteraſque Epiſcopalis officij indigentias, à quo voluerint Epiſcopo conſequi, vt latius in ſententia *ſumm. num. 9.* Cùm aduersùs eam Epiſcopus non acquieſcens, cauſam reſtitutionis in integrum, prout de iure Illuſtriſſimo D. Cardinali Lancellotto de voto Rotæ committi obtinuiſſet, pro eodem voto habendo fuit dubitatum coram me, an conſtaret de iuſtis cauſis reſtitutionis in integrum. Et Domini, vtraque parte informante, non conſtare cenſuerunt, niſi obſtet exceſſus quoad loca, de quo videatur.

Nam ex donationibus, tam Comitis Rogerij, quàm Theodori, Ioannis, & Donati, Epiſcoporum Squillacenſium à Sede Apoſtolica confirmatis, necnon ex priuilegiis eiuſdem Sedis Monaſterio S. Stephani conceſſis, vna cum obſeruantia ſubſequuta, apparet manifeſtè de iuſtitia dictæ ſententiæ. Vnde 1
ceſſat læſio, ſine qua non datur reſtitutio. Rota *deciſ. 1. de reſtit. in integr. in non.* Seraph. *dec. 1238. numero 1.* & fuit dictum *in Cæſaraugustana fructuum,* 26. *Iunij* 1602. coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno, & *in Marſilienſi pecuniaria,* 26. *Iunij* 1609. *coram Reuerendiſſimo Beneuienſi,* & aliàs ſæpè.

Nec

Nec pro læſione probanda ſuffragatus, in ſenten-
tia loca de quibus agitur, enunciari Prouinciæ Re-
ginenſis, cuius contrarium, imò quod ſint in diœceſi
Squillacenſi, patere dicebatur ex nonnullis ex dictis
2 iuribus. Vnde licèt prædictæ donationes, ac priuile-
gia, & confirmationes Apoſtolicæ continerent
exemptionem quantumvis ampliſſimam: ita quod
dicta loca vti exempta non eſſent ampliùs de diœ-
ceſi, attamen in diœceſi permanebant, *cap. Cum Epiſ-
copus*, & *ibi* Gemin. *num.* 3. Franc. *num.* 2. *de offic.
Ordin. in* 6. cum aliis adductis *in Conſtantienſi Iu-*
3 *riſdictionis*, 18. *Maij* 1611. *coram Reuerendiſſimo
Attrebatenſi*: & hîc per informantes, quia ſimul
ſtare poſſunt quod dicta loca ſint in Prouincia Re-
ginenſi, & nihilominus ſint in diœceſi Squillacenſi,
ex quo Prouinciæ nomen eſt generale, plures com-
prehendens ſub ſe diœceſes, *cap.* 26. *quæſt.* 3. Bartal.
in Extrauag. Qui ſunt rebelles, §. *Lombardia*, *num.* 7.
Ruin. *conſ.* 22. *num.* 4. & 5. *lib.* 1. & habetur in Pro-
uinciali omnium Eccleſiarum, in quo Squillacenſis
Epiſcopus eſt deſcriptus inter alios ſuffraganeos Ar-
chiepiſcopi Reginenſis.

Præterea dicta caſalia non fuerunt ſimpliciter
exempta à iuriſdictione Epiſcopi Squillacenſis,
verum etiam cum omnibus ſuis hominibus, tam
de Clero, quàm de populo ſubiecto Monaſterio S.
Stephani, & illius Priori, quibus per Epiſcopos
Squillacenſes fuit conceſſum omne ius, omniſque
iuriſdictio, & correctio, quæ in dictis caſalibus ipſis
competebat; adeo quod Epiſcopi nullum ſibi reti-
nuerint in eis, etiam quoad conſecrationes, ordina-
tiones, cæteraſque Epiſcopalis officij indigẽtias, quas
à quocunque voluerint Epiſcopo recipiendi eis tri-
buerint facultatem, vt in donationibus præfato-
rum Theodori, Ioannis, & Donati, ac confirmatio-
nibus Apoſtolicis Vrbani II. & Honorij III. alio-
rumque Pontificum. *Sum. num.* 2. & 3. Quod etiam
patet ex antiquiſſima ſententia lata de anno 1283.
per Cantorem Cathacen. Delegatum, *eodem Summ.
num.* 4. in qua narratis, ac viſis donationibus, & con-
firmationibus ſupradictis, necnon examinatis te-
ſtibus declaratur, Syndicum dicti Monaſterij li-
quidè, & plenariè ſuam intentionem probaſſe, vi-
delicet quod ſpiritualia præfatorum caſalium pleno
iure ſpectabant ad Monaſterium, & à longis retro
temporibus vſque tunc ab eo pacificè tenebantur.
4 Quæ ſententia, etſi lata fuerit inter Priorem Mo-
naſterij, & Archidiaconum Squillacenſem, & ſic
inter alios; attamen plenè probat contra moder-
num D. Epiſcopum, ex quo illius prædeceſſor, ad
quem primo loco ſpectabat defenſio, permiſit,
5 Archidiaconum agere, *cap. pen. de re iudic. l. ſæpè, ff.
eod.* Et quia dicta ſententia fuit lata in cauſa ſtatus,
l. ingenium, ff. de ſtat. hom. Alex. *in d. l. Sæpè, num.* 56.
Achill. *dec.* 5. *de ſent. & re iudic.* Seraph. *deciſ.* 1421.
6 Et in omnem caſum facit vehementiſſimam præ-
ſumptionem boni iuris, vt ait Seraphin. *vbi ſuprà,
in verſic. Verum.* Put. *deciſ.* 133. *in fine, lib.* 1. Concur-
rente maximè illius antiquitate, & obſeruantia circa
exercitium omnimodæ iuriſdictionis in caſalibus
præfatis, quæ obſeruantia, & antiqua poſſeſſio Mo-
naſterij, optimè probatur, tam ex teſtibus pro illius
parte formaliter examinatis, *Summario num.* 6. 7. & 8.
quàm ex authenticis ſcripturis in proceſſu *d. fol*
209. *vſque ad* 340.
7 Vnde ſequitur quod cum omnis iuriſdictio quæ
Epiſcopo in dictis locis competebat fuerit ab eo
totaliter abdicata, & in Priorem, ac Monaſterium
tranſlata, dicta loca, & caſalia fuerunt effecta pro-
prium territorium ipſius Monaſterij, & non ſunt
ampliùs neque de diœceſi, neque in diœceſi
Squillacenſi. Gloſſ. *in Clem.* 1 §. *Volumus, in verbo
Diœceſanis.* & ibi Card. *num.* 2. *in* 4. *quæſt.* Abbas
num. 15. Imol. *num.* 28. Vital. *num.* 4. *de for. compet.*
Ancar. *in cap. Poſtulaſti, num.* 45. *ad finem, verſ. licet
ratione, eod. tit.* Franc. *in cap.* 2. §. *Statuto, num.* 10.
ad finem, verſ. Sed ſi per priuilegium, de conſt. in 6.
Rota *deciſ.* 207. *in fine, part.* 2. *diuerſ.* & fuit reſolu-
tum *in Nullius iuriſdictionis* 19. *Martij* 1586. *coram
Bubalo. Et in Vrbinatenſi iuriſdictionis*, 19. *Martij*
1594. *coram Gypſio*, & *in Burgenſi iuriſdictionis*, 16.
Decembris 1594. & 28. *Aprilis* 1595. *coram Ora-
no*, & *in Nullius, ſeu Lucenſi iuriſdictionis*, 12. *Fe-
bruarij* 1596. *coram Mantica. Et in Conſtantienſi
iuriſdictionis* 16 *Nouembris* 1607. *coram Reuerendiſ-
mo Attrabatenſi*, & nouiſſimè *Sacra Rota in Adrienſi,
ſeu Nullius iuriſdictionis*, 28. *Maij* 1612. & 21.
Mart. 1613. *coram Reuerendo Patre meo Domino
Vbalde.*

Hinc patet reſponſio ad aliam deciſionem Reue- 8
rendiſſimi Attrebatenſis, *in cauſa Conſtantienſi iu-
riſdictionis*, 18. *Maij* 1611. quia dicta deciſio
fuit facta cum præſuppoſito, quod Parochiales,
de quibus ibi agebatur, eſſent in diœceſi Con-
ſtantienſi; & priuilegia quibus Abbas ſancti Galli
nitebatur, ſolum continebant ſimplicem exemptio-
nem, & eam reſtrictam ad Monaſteria, & eo-
rum membra, non autem ad loca, & caſtra, ſiue
populum: & denique ibi non fuerat abdica-
tum omne ius Epiſcopale, & tranſlatum in Abba-
tem, prout hæc omnia in contrarium ſe habent in
caſu noſtro.

Illa igitur enunciatio in prima donatione Co- 9
mitis Rogerij, & aliæ in confirmationibus Vrbani,
& Honorij, ac in dicta ſententia delegati, quate-
nus dicta caſalia enunciantur diœceſis Squillacen-
ſis, referri poteſt ad tempus antequam eſſent nul-
lius diœceſis; vel dicta verba ſtant demonſtratiuè,
vt in dubio accipienda ſunt, non taxatiuè, nec li-
mitatiuè. Bart. *in l. cum pater*, §. *Menſe, num.* 8. *ff. de
leg.* 2. Dec. *conſ.* 183. *num.* 1. *verſ. Et ad hoc facit*, &
conſ. 468. *numero* 3. Crauet. *conſ.* 301. *numero* 5.
Ceph *conſ.* 137. *numero* 37. vel non probant,
quando, prout in hoc caſu, principaliter agitur de 10
veritate enunciati. Put. *dec.* 38. *in fine, lib.* 1. Ve-
ſal. *dec.* 19. *num.* 4. *part.* 2. & in ſpecie fuit dictum
in Lucenſi, ſeu nullius iuriſdictionis, 4. *Maij* 1598.
coram Seraphino, *inter impreſſas deciſ.* 1178. & *in
dicta Adrienſi, ſeu nullius, coram D. Vbaldo*; ſtante
maximè, quod non concurrit aliquod adminiculum
longææ poſſeſſionis pro Epiſcopo, ſed pro Priore,
& Monaſterio, vt eſſe neceſſarium dixit Rota *in* 11
dicta Adrien. Et in omnem euentum, poſtquam Mo-
naſterium retinet territorium diſtinctum per vnam
leucam, in quo extant dicta loca, vnà cum iuriſdi- 12
ctione quaſi Epiſcopali in homines, tam de Clero,
quàm de populo, vt in trina donatione Comitis
Rogerij, *Summ. num.* 1. & in dictis conceſſionibus
Epiſcoporum Squillacenſium, Apoſtolica authori-
tate vallatis, ſequitur manifeſtè, dictum Monaſte-
rium, & dicta loca, & caſalia eſſe verè, & realiter
nullius, etiamſi dictum territorium ſit circundatum
limitibus Epiſcopatus Squillacenſis, vt in puncto
fuit dictum *in Calaguritana, ſeu nullius iuriſdictionis*,
7. *Februarij* 1607. *coram Reuerendiſſimo Attrebatenſi*,
per Gloſſ. *in d. Clem.* 1. §. *Volumus, in verb. Diœceſanis*,
cum aliis ibi allegatis.

Non obſtat quod ſententia declaret, ad Monaſte-
rium ſpectare omnimodam iuriſdictionem, quam
habebant Theodorus, Ioannes, & Donatus Epiſ-
copi Squillacenſes: & tamen de priuilegio Theo-
dori non conſtet, nec conſtare poſſit: quia Fra-
tres loca de quibus agitur, in tempore Theodori
nondum acquiſiuerant, priuilegium autem Ioannis

loquatur tantummodo de loco Arſafiæ; tertium verò priuilegium Donati videatur reſtrictum ad eundem locum Arſafiæ, ſcilicet Montaurum, Liuianum, & Aruneum, non autem ad caſtra Gaſparinæ, & aliorum locorum, de quibus in ſententia.

13 Nam quoad priuilegium Theodori, ſatis illud probatur ex narratiua Epiſcoporum Ioannis, & Donati, necnon ex confirmatione Honorij III. & narratiua ſententiæ dicti Iudicis Apoſtolici de anno 1283. quæ quidem enunciatiuæ, cum ſint plures, & à diuerſis perſonis emanatæ, & antiquiſſimæ, plenè probant, etiam contra tertium. Bald. *in leg. Cum aliquis, num. 4. verſ. Item quod dicit.* Salicet. *num. 3. verſ. Si tamen plura*, Caſtrenſ. *num. 7.* Iaſ. *num. 4. Cod. de iur. delib.* Aret. *in cap. Cum cauſam, num. 23. de probat.* Cranet. *de antiq. 1. part. §. ampliatur, numero* 14. Mantica *de tacit. & ambiguis, lib. 2. tit. 6. num. 21.* Put. *deciſ. 209. num. 1. & deciſ. 319. in fine, lib. 2.* Verall. *deciſ. 337. num. 6. & deciſ. 344. num. 2. part. 3.* Rota *deciſ. 684. num. 1. part. 1. verſ. Et præſertim.* Quia in dicta ſententia non ſolùm enunciantur donationes omnium ſupradictorum Epiſcoporum, ſed etiam affirmatiuè dicitur, de illis per inſtrumenta eorundem Epiſcoporum euidenter ipſi Iudici conſtitiſſe: & cum dicta ſententia ſit de antiquo, non ſolùm vltra 100. verum etiam 300. annos probat, etiam ſine actis, Bald. *in leg. Emancipatione, num. 3. C. de fide inſtrum.* Alex. *conſ. 30. num. 7. lib. 5.* Dec. *conſ. 375. num. 3.* Gabr. *de ſent. concluſ. 4. num. 34.* Caſſad. *deciſ. 3. ſub num. 2. de procur.* Put. *deciſ. 338. lib. 2.* Ant. Auguſt. *deciſ. 145. lib. 3.* & fuit ſæpiſſimè reſolutum.

14 Quo verò ad priuilegia Ioannis, & Donati, quod ſcilicet verè comprehendant dicta loca, & caſalia, prout illa comprehendebat etiam priuilegium Theodori, patet ex eo, quia dicta priuilegia confirmant donationem à Comite Rogerio factam Beato Brunoni de Monaſterio, & loco Arſafiæ cum omnibus pertinentiis ſuis, in ſpatium vnius leucæ pro dote dicti Monaſterij: qui locus Arſafiæ licèt non exprimatur in prima donatione, tamen exprimitur in ſecunda, & in vtraque deſignatur, & nominatim circumſcribitur ſitus dicti loci, videlicet inter locum Arenæ, & oppidum Styli, ſuper territorio dicti loci Styli, prout etiam exprimitur in tertia donatione. Dicta autem prima donatio fuit confirmata per Vrbanum II. & Epiſcopum Theodorum, vt in ea dicitur, & ſucceſſiuè, tam prima, quàm reliquæ per dictum Vrbanum, per Ioannem, & Donatum Epiſcopos, ac demùm per Honorium III. *Summ. num. 1. & 2.* ita quod ſumus certi, quod dictum Monaſterium, & dictus locus Arſafiæ exiſtit inter Arenam, & oppidum Styli, & in territorio dicti oppidi Styli. Vnde cùm Epiſcopus in ſua ſeptima poſitione, & teſtes ſuper ea inducti, *Summ. num. 10.* concludentiſſimè probent, quod dictum Monaſterium, & caſalia terræ Sparulæ, & Biungi, ſunt intra territorium eiuſdem oppidi Styli: & quoad Montaurum, & Gaſparinam habeamus donationem tertiam Rogerij confirmatam, in qua ſpecificè dicta caſalia nominantur. Vtique neceſſe eſt fateamur, quod omnia dicta loca fuerunt comprehenſa in dictis priuilegiis Epiſcoporum Squillacenſium, & confirmationibus Apoſtolicis: ac propterea dicta ſententia D. Cardinalis in aliquo non grauauit.

15 Vlteriùs, etſi in priuilegio Donati fiat mentio de loco Arſafiæ, ſcilicet Montauro, Liuiano, & Aruneo; tamen per illam dictionem *ſcilicet*, non reſtringitur conceſſio, ſed potiùs ampliatur, prout eſt de natura illius dictionis, quæ regulatur ſecundum ſubiectam materiam, vt dicit Fulgoſ. *conſ. 147. num. 2.* & propterea cum ſubiecta materia in caſu noſtro non admittat, quod iſta dictio, *videlicet*, ſtet reſtrictiuè, quia non concordaret cum præcedentibus donationibus ibidem confirmatis, ideo potiùs dicendum eſt, quod ſtet declaratiuè, & quod propterea non excludat alia caſalia, vt in puncto declarat. Dec. *conſ. 47. n. 2. verſ. ſed prædictis*, vbi dicit quod in iſtis terminis illa dictio *videlicet*, debet intelligi declaratiuè, ita vt non excludat alia loca ſita in territorio, & contenta in diſpoſitione, ad quam fuit habita relatio.

Et tanto magis, quia in dicto priuilegio Donati poſt expreſſionem loci Arſafiæ, Montauri, Liuiani, & Arunei, ſequuntur alia verba generalia, cum omnibus pertinentiis ſuis, &c. prout in alio priuilegio Ioannis, & in donatione Comitis Rogerij, ad quam ſe referunt dicta verba, & ſimilia reperiuntur expreſſa, quarum pertinentiarum appellatione veniunt omnia ibi exiſtentia, quamuis ſint penitùs
ſeparata, *l. Si quando, la prima, C. de bon. vacant. lib. 10.* 16
Bald. *in cap. 1. num. 2. de Capit. qui cur. vend.* Mandel. *conſ. 322. num. 44.* & quicquid concedens ibi habeat, Alexand. *conſil. 105. num. 2. lib. 6.* Imò licet de eo tempore nondum exiſterent omnia dicta caſalia, ſed aliqua poſtmodum fuiſſent fabricata, vt de caſali Serræ deponit Ioannes Baptiſta Spatea Notarius ſuper 81. interrogatorio; nihilominus in dictis priuilegiis, & donationibus adhuc eſſent comprehenſa, *leg. Verbum illud pertinere, in fin. ff. de verb. ſignif.* Pariſ. *conſil. 58. num. 43. lib. 3.* Decian. *conſil. 123. num. 28. eod. lib. 3.* Præſertim, quia in priuilegiis dictorum Ioannis, & Donati, leguntur hæc verba: *Cum omnibus pertinentiis, & cum omnibus hominibus, tam de Clero, quàm de populo, quos ad præſens præfatum Monaſterium habet, vel in poſterum habiturum eſt, de extraneis quoque omnibus, qui in poteſtate ipſius Monaſterij habitant, vel habitaturi ſunt.*

Omnis denique ceſſat difficultas ex antiquiſſima obſeruantia ſubſequuta, & vſque de præſenti continuata, ex qua apparet Monaſterium ſemper, & continuè omnimodam iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem in dictis caſalibus exercuiſſe, & exercere, vt in dicta ſententia Delegati de anno 1283. & depoſitionibus teſtium pro parte Monaſterij examinatorum, quorum aliqui non ſolùm deponunt de ſcientia, & patientia Epiſcoporum, ſed etiam de actibus poſitiuis: vltra quod dicta ſententia præſumitur ex lapſu longi temporis. Rota *deciſ. 28. num. 7. & de-*
ciſ. 147. num. 3. part. 1. diuerſ. vbi quod in pluribus 17
cauſis ita fuit reſolutum: *& dec. 166. num. 1. verſ. Secundò ex lapſu temporis, ead. part. 1.* Et fuit dictum *in Hiſpalenſi legitimitatis, 11. Maij 1612. coram R. P. D. meo Vbaldo*, quemadmodum præſumitur ex
actuum multiplicitate, Abb. *in cap. Cùm Eccleſia* 18
num. 25. de cauſ. poſſ. & propriet. Aym. *de antiq. tempor. 4. part. §. Materia, num. 62.* Put. *deciſ. 217. in fin. & deciſ. 264. num. 2. verſ. Concurrebat etiam, lib. 1.* Rota *dicta deciſ. 166. num. 4. part. 1.* Seraphin. *deciſ. 306. num. 7.* & fuit reſolutum in Calaguritana *iuriſdictionis de Oñate, 7. Maij 1610. coram Illuſtriſſi-*
mo Lancellotto. Quæ obſeruantia declarat, quid 19
in præfatis donationibus, & priuilegiis fuit actum, & verbis comprehenſum, *l. Sed & Iulianus, §. Proinde, ff. Ad Macedon.* Caſt. *conſ. 347. num. 4. lib. 1.* Cravett. *conſil. 101. num. 3. & conſil. 211. num. 8.* Gabr. *conſil. 66. num. 24. lib. 2.* Rota *diuerſ. deciſ. 571. n. 3.*
part. 1. Seraphin. *deciſ. 600. num. 3.* Et in terminis 20
de interpretatione verbi *pertinentiarum*, ex obſeruantia poſt conceſſionem tradit Mandel. *conſil. 538. num. 9.*

Vnde etiam tollitur aliud obiectum de defectu
conſen

Digitized by Google

conſenſus Capituli in priuilegiis Ioannis, & Donati, in quibus neque etiam fuit enunciatus, aut reſeruatus. Nam vltra quod interueniſſe narratur in litteris Honorij III. & in dicta ſententia, & omiſſo, quod Apoſtolica authoritas, de qua in
21 confirmationibus Vrbani II. & dicti Honorij III. ſupplet iſtam, & alias ſolemnitates, Abb. *conſ.* 41. *num.* 5. *lib.* 1. *ſ.pius canonizato*, & in ſpecie de hoc defectu conſenſus Capituli tradit Capic. *dec.* 16. *n.* 1. *in fin. & ſeq.* Rebuff. *in comp. alien. rer. Eccleſ. num.* 15. *verſ. Fallit quando Papa, & num.* 95. *in fin.*
22 Seraph. *dec.* 338. *n.* 2. & 3. Ex dicta temporis antiquitate, vnà cum longiſſima, & antiquiſſima obſeruantia, dictus conſenſus interueniſſe præſumitur, etiam quod in dictis priuilegiis enunciatus, aut reſeruatus non appareat. Alex. *conſ.* 79. *num.* 3. *in fine, & ſeq. lib.* 1. *& conſ.* 219. *numero* 16. *lib.* 6. Dec. *conſ.* 341. *num.* 13. *verſ. Non obſtat illud.* Roland. *conſ.* 99. *num.* 34. *lib.* 2. Gozad. *conſ.* 73. *num.* 29. Cephal. *conſ.* 47. *num.* 10. *& ſeq. & conſ.* 90. *in fine.* Surd. *conſ.* 28. *num.* 116. Et hanc ſententiam eſſe communem, & veram ait Felin. *in cap. Albericus, num.* 4. *in fin. verſ. Si autem in inſtrumento, de teſtib.* Idem *in cap. Sicut, num.* 13. *verſ. ſeptimò, & vltimò, de re iudic.* Redoan *de rebus Eccleſ. non alien. quaſt.* 39 *num.* 3. & 49. *in fine*, quam etiam perpetuò ſequuta eſt Rota, atteſtante Seraph. *dec.* 142. *num.* 3. & conſtat ex Put. *dec.* 355. *num.* 2. *lib.* 1. *& dec.* 365. *n.* 7. *lib.* 2. & ex aliis antiquis, & modernis deciſionibus, *vt in Conchenſi fructuum*, 10. *Februarij* 1586. *Coram Gypſio, Tarraconenſi Sacriſtia*, 9. *Iunij* 1600. *coram Iuſto: Papienſi bonorum* 10. *Maij* 1602. *coram bon. mem. Card. Pamphilio: Calagurritana de Alberite*, 16. *Iunij* 1608. *coram Reuerendiſſ. Atrebatenſi. Et in Papienſi dotis, & legatorum*, 20. *Decembris* 1610. & 16. *Iunij* 1611. *coram R.P.D. meo Pamphilio*, in quibus & aliæ teſerontur.

Defectus autem conſenſus Apoſtolici gratis allegatur, cum nedum fuerit enunciatus in prima donatione Comitis Rogerij; ſed etiam expreſſæ adſint confirmationes Vrbani II. & Honorij III. *Summ.*
23 *num.* 3. in quibus tam præfatæ donationes Rogerij, quàm priuilegia, & conceſſiones Ioannis, & Donati confirmantur. Et nihilominus illæ præſumerentur ex diuturnitate temporis 500. annorum, iuncta obſeruantia perpetua, & inconcuſſa, etiam quod reſeruatus non fuiſſet ex prædictis.

Non obſtat prætenſa inobſeruantia: quia non probatur. Nam quoad ordinum collationes, Eccleſiarum conſecrationes, & alias Epiſcopalis officij indigentias, poteſt Monaſterium Indultis Apoſtolicis ea à quocunque maluerit Epiſcopo petere,
24 & exercere facere. Quo verò ad diſpenſationes matrimoniales, & excommunicationes pro reuelationibus in forma *Significauit*, ex per Sedem Apoſtolicam ſolis Epiſcopis diriguntur. Et propterea ipſi D. Epiſcopo ſuffragari non poſſunt, vt in ſimili fuit dictum *in vna Adrienſi, ſeu nullius iuriſdictionis*, 28. *Maij* 1612. & 18. *Martij* 1613. coram R.P.D. meo Vbaldo. Quod autem D. Epiſcopus in multis caſibus hodie vigore Concilij poſſit exercere ſuam iuriſdictionem in exemptos, & qui ſunt nullius, hoc in ſententia non fuit adeptum; &
25 ideo non grauauit, cum Epiſcopi in dictis caſibus non procedant vti ordinarij, ſed tanquam delegati Sedis Apoſtolicæ, vt fuit in ſpecie conſideratum *in eadem cauſa.*

Nec ſubſiſtit in facto, quod aliqua lis nunquam fuerit ab anno 1566. inter Priorem, & Epiſcopum ſuper iuriſdictione iſta, niſi ab anno 1597. citra, vt in litteris Cardinalis Alexandrini. *Summ. Epiſcopi, numero* 9. quæ magis videtur fuiſſe extraiudicialis, & de facto, quouſque de anno 1606. hæc cauſa fuit commiſſa, & actus ex aduerſo allegati, *Summ. num.* 8. ſunt ſuper contributione Seminarij, quæ nihil commune habet cum iuriſdictione, cum ad contributionem Seminarij teneantur etiam qui ſunt nullius diœceſis, ſi aliter non ſint exempti, 26
vt ex decreto Sacri Concilij *ſeſſ.* 23. *cap.* 18. *circa med.* firmauit Rota coram R. P. D. meo Vbaldo. Et quidquid ſit de initio iſtius litis, & omiſſo, quod illa obſeruantia iam fuerat præſcripta de tempore litis motæ, vnde non potuit interrumpi, Card. *conſ.* 131. *num.* 4. Abbas *in cap. Auditis, num.* 10. *de præſcript.* 27
Felin. *in cap. illud, num.* 13. *eod. tit.* cum appareat manifeſte de antiquiſſima Prioris, & Monaſterij quaſi poſſeſſione iuriſdictionis præfatæ, quam etiam poſt litem iure medio continuarunt, ac demum fauorabilem ſententiam obtinuerunt, huiuſmodi lis ad interrumpendam eorum quaſi poſſeſſionem obeſſe non potuit: quia interruptio non inducitur per 28
litem, quando ſententia fertur pro poſſeſſione. Felin. *in d. cap. Illud, n.* 17. *in* 14. *concluſ.* Balb. *de præſcr.* 6. *part. princ.* 3. *part. quaſt.* 4. *num.* 37. Rota *deciſ.* 534. *num.* 6. *part.* 1. *diuerſ.* Card. Seraph. *deciſ.* 1017. *num.* 14. *& deciſ.* 1273. *num.* 5.

Poſtremò, non obſtat, quod per mutationem Monachorum Carthuſienſium, & inductionem Ciſtercienſium in dicto Monaſterio, fuerint extincta priuilegia ipſis Carthuſienſibus, vt *ſuprà* conceſſa: & 29
licet deinde ſuppreſſo ordine Ciſtercienſium poſt annos 300. ſuperuenerit priuilegium Leonis X. de nouo concedentis domum S. Stephani dictis Carthuſienſibus: attamen hoc fuit cum ſolis priuilegiis quæ ipſi habebant in aliis eorum Domibus, inter quæ non probatur adeſſe priuilegia epiſcopalia. Nam vltra quod dicta conceſſio Leonis de præfata domo facta fuit cum omnibus, & ſingulis eius mobilibus, & immobilibus bonis, iuribus, & pertinentiis ſuis, vt in ea legitur expreſsè, eum dicta priuilegia, vt conſtat, ex præfatis donationibus & conceſſionibus Epiſcoporum Squillacenſium, ac confirmationibus Apoſtolicis fuerint conceſſa ipſi Monaſterio, necnon locis, ac bonis eidem donatis, & ſic rebus, & non perſonis; ideo fuerunt realia, & perpetua, & conſequenter illa ſuffragantur Priori, & Monachis S. Stephani de Nemore, ad quos Monaſterium, & loca, bonaque præfata deuenerunt, *l. Ætatem, §. fin. l. Forma, §. Quamquam, ff. de cenſibus*, Rota *deciſ.* 4. *de priuil. in antiq.* Dyn. *in reg. priuilegium, num.* 7. & *ibi* Ioan. Andr. *num.* 1. *in* 4 *caſ.* Franc. *num.* 13. *in fine, verſ. Aliquando, & n.* 4. *de reg. iur. in* 6. Bart. *in l.* 1. *num.* 2. *ad finem, verſ. Si verò priuilegium conceditur rei, & ſeq. ff. de conſtit. Princ.* Anchar. *conſ.* 327. *num.* 2. *verſ. primò namque.* Natt. *conſ.* 627. *num.* 12. *& ſeq.* Idem *conſ.* 649. *num.* 16. & 37. Menoch. *conſ.* 276. *numer.* 8. & *præſumpt.* 103. *numer.* 24. *lib.* 3. Surd. *conſ.* 525. *numer.* 26. vbi alios cumulat. Schrader. *conſ.* 23. *numero* 61. *verſ. Deinde quoque, lib.* 2.

Et tantò magis, quia dictum Monaſterium, & dicta loca, & bona fuerunt donata, & conſignata Beato 30
Brunoni, illiuſque ſociis, & ſucceſſoribus, ac eum omnibus hominibus, tam de Clero, quàm de populo, quos tunc prædictum Monaſterium habebat, vel in poſterum habiturum eſſet de extraneis quoque tunc habitantibus, & habitaturis. Vnde ſine dubio illa priuilegia competunt Carthuſianis ibi hodie degentibus, & in homines tam de Clero, quàm de populo, & extraneos omnes ibi nunc habitantes, Bald. *conſil.* 159. *numero* 4. *verſicul. Primò namque, lib.* 3. Crauet. *conſil* 404. *numero* 5. latè Schrader. vbi ſupra *num.* 61. *verſicul. Et hoc potiſſimum, & verſ. Idem eſt.* Menoch. *d. præſumpt.* 103. *num.* 44. *verſic. Nerò*

ſumitur, lib. 3. Etiam quod dicti Carthuſienſes olim exinde receſſerint, attento quod poſtea ad eundem locum fuerunt per Leonem X. redintegrati, & dicta
31 priuilegia ordinem, & perſonam Monachorum non reſpiciunt, ſed fuerunt conceſſa Monaſterio ſeu loco, & ipſius bonis. Innocent. *in cap. Abbate, in fin.* Butr. *num. 22.* Abb. *num. 16. ad fin. verb. ſignific.* Franch. in iſtis terminis *in cap. cum perſona, §. fin. num. 4. verſ. Sed ſi ipſa Eccleſia, & verſ. Si verò Papa, de priuileg. in 6.* Prob. ad Monach. *in cap. cum de beneficio, num. 47. & ſeq. de præbend. eod. lib.* Quinimò dicta priuilegia realiter nunquam fuerunt extincta, cum etiam Monachi Ciſtercienſes, dum in Monaſterio permanſerunt, dictis priuilegiis ex conceſſione Honorij III. & aliorum prædeceſſorum gauiſi fuerint, vt in dicta confirmatione Honorij III. *Summario n. 3.*

Ex quibus ita deciſum vnanimiter, non conſtare de cauſis reſtitutionis integrum. Et licet ex prædictis non videretur adeſſe aliquis exceſſus in ſententia quoad omnia quinque loca, & caſalia, de quibus in ea; Domini tamen pro ſua prudentia, & maturitate reſeruarunt, vt de hoc particulariter videretur.

32 Habetur hæc deciſio apud Tamburinum *tom. 3. de iure Abbatum, dec. 69.*

Nullius, ſeu Aquitana.

Iuriſdictionis.

Coram Domino Dunozetto, anno 1624.

ARGVMENTVM.

Locus quando dicatur exemptus, & nullius diœceſis, & quando dicatur eſſe in diœceſi.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus habet intentionem fundatam de iure communi exercendi iuriſdictionem ſpiritualem in omnibus Eccleſiis ſuæ diœceſis, & in omnes perſonas degentes intra limites ſui Epiſcopatus.*

2 *Ordinario conceditur manutentio exercendi iuriſdictionem ſpiritualem in omnibus Eccleſiis, & in omnes perſonas degentes intra limites ſuæ diœceſis ex ſola iuris aſſiſtentia, nulla alia poſſeſſione probata. Limita vt n. 5.*

3 *Loca omnia, ſeu caſtra præſumuntur eſſe alicuius certæ diœceſis, & illius, cui ſunt viciniora.*

4 *Fines antiqui probantur leuioribus probationibus.*

6 *Exemplum, exempli nullum facit gradum probationis.*

7 *Enunciatiua Papæ quæ emanauit ad ſupplicationem partis, non probat in præiudicium tertij.*

8 *Enunciatiua non probat quando principaliter diſputatur de enunciato.*

9 *Limites, & fines debent eſſe ita coniuncti, vt ab omnibus lateribus capiant, & quodammodo includant omnia loca connata.*

10 *Eſſe hoc non probatur, quod ab hoc contingit abeſſe.*

11. *Mappa non facta ſeruatis ſeruandis, parum aut nihil probat, ſicut etiam ſcriptura typis impreſſa.*

12 *Teſtes deponentes ſuper certis finibus, & limitibus, debent etiam non interrogati, aſſignare rationem concludentem, non per actum intellectus, ſed etiam per ſenſum corporis.*

13 *Teſtibus referentibus ſe ad ſcripturas, non plus creditur, quàm ipſis ſcripturis.*

14 *Viſitatio non probat iuriſdictionem Epiſcopi in locis viſitatis.*

15 *Probatio æquiuoca, non autem vera, elicitur ex actu, qui poteſt referri ad plures cauſas.*

16 *Iuriſdictio non acquiritur abſque ſcientia, & patientia illius, contra quem prætenditur.*

17 *Ratio, quæ dependet à ratiocinatione, & intellectu teſtis, & non à ſenſu corporeo, non ſtringit.*

18 *Teſtes de auditu non ſpecificantes perſonas à quibus audierunt, non concludunt, etiam in antiquis finibus probandis.*

19 *Teſtes de auditu, vt probent, quæ requirantur.*

DECISIO.

MOTA lite ſuper iuriſdictione ſpirituali caſtrorum ſeu locorum Murri, Nuſciani, & Notareſci inter D. Epiſcopum Aprutinum, & D. Abbatem S. Mariæ de Propezzano, & Sancti Angeli de Nuſciano, cauſa ad Rotam deuoluta, mihique commiſſa die Mercurij 26. Iunij 1619. dubitaui, cui dandum eſſet mandatum de manutenendo in exercitio iuriſdictionis ſpiritualis dictorum locorum. Verùm quia in diſputatione huius dubij pro parte dicti D. Epiſcopi prætendebatur manutentio ex ſola aſſiſtentia iuris communis, quam habent ordinarij in omnibus Eccleſiis ſuæ diœceſis, & pro parte dicti D. Abbatis acerrimè negabatur, ſupra dicta loca eſſe intra fines diœceſis Aprutinæ, ſed eſſe nullius; ideo Domini voluerunt videre particulariter, vtrum prædicta loca probarentur eſſe intra limites dictæ diœceſis, ad effectum, vt ex aſſiſtentia iuris communis competeret dicto D. Epiſcopo manutentio. Quo dubio multoties propoſito, maturéque diſcuſſo, tandem hodierna die Domini negatiuam ſunt amplexi.

Non dubitarunt Domini Epiſcopum iuxta Sa- 1
cros Canones habere fundatam intentionem de iure communi, exercendi iuriſdictionem ſpiritualem in omnibus Eccleſiis ſuæ diœceſis, & in omnes per-
ſonas degentes intra limites ſui Epiſcopatus, *can.* 2
omnes Baſilicæ, & ibi Doct. *16. quæſt. 7. c. Conquerente, de off. iud. ordin. cap. 1. de appell.* Et ex ſola aſſiſtentia iuris communis nulla alia probata poſſeſſione, Ordinario conceditur manutentio, *cap. cum perſona, & ibi* Doct. *de priuil. in 6.* Certumque eſt omnia loca, ſeu caſtra præſumi eſſe alicuius diœ-
ceſis certæ. Felin. *in cap. graue, num. 6. verſ. Imò debe-* 3
tur, de off. iudic. ordin. Et præſumptio eſt, eſſe illius diœceſis, cui ſunt viciniora. Nat. *conſ. 672. n. 17.* Rota *in vna Fauentina iuriſdictionis, 18. Maij 1609. coram Iuſto, & in vna Adrienſi iuriſdictionis, 22. Iunij 1622. coram R. P. D. meo Pirouano.* Nec etiam controuertitur ad probandos fines antiquos leuiores requiri probationes, *cap. cùm cauſam, de probat. cap. cum olim,* vbi Gloſſ. *de cenſibus, cap. Si Papa,* & ibi Gloſſ. *in verſ. Probatur, de priuil.* Mantic. *dec. 143. n. 12. verſ. ſecundò.* Rota *dec. 405. n. 8. part. 1. & deciſ. 334. n. 1. part. 2. recentior,*

Verùm omnes iſtæ regulæ limitantur, & non 5
habent locum quotieſcunque inferiores Prælati probant ſe exercuiſſe iuriſdictionem ſpiritualem in iiſdem

iiſdemmet locis, ſuper quibus Epiſcopus petit manutentionem ex ſola aſſiſtentia iuris communis, vt in hoc caſu pro parte D. Abbatis multi dantur actus iuriſdictionales, cum ſcientia, & patientia Epiſcoporum Aprutinorum, ex quibus prætendit, ſe eſſe in poſſeſſione forſan immemoriali exercendi omnimodam iuriſdictionem ſpiritualem in ſupradictis locis: eo enim caſu tenetur Epiſcopus probare clarè, & concludenter illa loca ſita eſſe intra limites ſuæ diœceſis. Abbas *in cap. cum olim, num. 2. de cenſib.* Doct. *in cap. cum venerabilis, de Relig. Domib.* Anchar. *conſ.* 310. *n.* 5. Pariſ. *conſ.* 95. *lib.* 4. Surd. *conſ.* 429. *lib.* 1. *n.* 61. Rota apud Seraph. *dec.* 1278. *n.* 4. vbi in ſimili denegauit manutentionem Epiſcopo, quia non concludenter probauerat, loca controuerſa eſſe intra fines ſuæ diœceſis, cum comulatis *in vna Conſtanienſi iuriſdictionis*, 16. *Nouembris* 1607. *coram Reuerendiſſimo Attrebatenſi*; & *in alia Adrienſi iuriſdictionis*, 29. *May* 1612. coram R.P.D. meo Vbaldo. Nec ſufficiunt præſumptiones cum probatur poſſeſſio inferioris ibidem exercentis iuriſdictionem. Rota *diuerſ. deciſ.* 207. *part.* 2. & *in d. Adrienſi iuriſdictionis*; tunc enim ad probandos antiquos fines, coniecturis non eſt locus, duriorique onere probandi grauatur Epiſcopus. Menoch. *præſumpt.* 3. Surd. *conſ.* 429. *n.* 61.

Hoc poſito fundamento, exiſtimarunt Domini, examinatis omnibus probationibus adductis pro parte D. Epiſcopi, eas omnino eſſe imperfectas, aut ſaltem non eſſe ſufficientes ad probandum, dicta loca eſſe ſita intra fines diœceſis Aprutinæ, ſine fundet ſe in ſcripturis, aut in depoſitionibus teſtium.

6 Et primò quoad Bullam Anaſtaſij IV. ea eſt ſcriptura informis, & exemplum exempli, quod nullum gradum probationis facit. *Auth. ſi quis in aliquo*, &
7 *ibi* Doct. *C. de edend.* Deinde ex eius lectura apparet eam emanaſſe ad ſupplicationem partis, & ſic non probat in præiudicium tertij. Abbas *in c. Dudum, num. 3. de decimis*, Imol. *in Clem.* 1. *col. penult. de probat.* Innocent. *in c. Inter dilectos, num.* 6. *de fide inſtrumentor.* Roman. *conſ.* 208. *num.* 3. Rota *dec.* 760. *n.* 1. *part.* 1. *diuerſ.* Seraph. *deciſ.* 278. *n.* 12. Præſumitur ineſſe dictæ Bullæ clauſula, *ſi ita eſt*, *c.* 2. *de*
8 *reſcript.* Vltra quod dicti limites ſunt enunciatiuè in dicta Bulla poſiti: & certum eſt tunc non probare enunciatiuas, quando principaliter diſputatur de enunciato. Felin. *in c. Per tuas, n.* 12. *verſ.* 2. *de probat.* Alex. *conſ.* 136. *n.* 11. *lib.* 1. Aym. *conſ.* 29. *n.* 3. Put. *dec.* 381. *n.* 3. *lib.* 1.

Conſiderarunt denique Domini, dictam Bullam Anaſtaſij IV. quæ videtur aſſignare confines diœceceſis Aprutinæ, aut non fuiſſe in vſu, aut ſaltem nullum probationis gradum facere, quia intra limites ibidem aſſignatos plurimi vicini Epiſcopi habent multa loca, & caſtra, in quibus exercent iuriſdictionem ſpiritualem, & ſunt in effectu Auſcula-
9 næ, Firmanæ, Montiſalti, & Ripanæ diœceſum, vt conſtat ex fide authentica dictorum Epiſcoporum, & id non controuertitur. Certum eſt autem in iure, eam eſſe naturam limitum, & finium, vt debeant ita eſſe coniuncti, vt ab omnibus lateribus capiant, & quodammodo includant omnia loca confinia, *l. Patronus*, §. *Sempronius*, *ff. de leg.* 3. *l. inter eos*, *ff. de acquir. rer. domin.* Montan. *de finibus*, *c.* 15. *n.* 8. Rota *in Ceſenatenſi, bonorum*, *coram Card. Plato*, 15. *May* 1589. & *in eadem* apud Mantic. *deciſ.* 169. *n.* 4. Ex quo per neceſſe ſequitur, limites in dicta Bulla Anaſtaſiana ſpecificatos, non eſſe fines
10 certos, & inconcuſſos, ita vt ſuper his debeat fieri fundamentum, cum non probetur hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, *cap. In præſentia, de probat. l. Neque naturaliter, C. de probationib.*

Nec exiſtimarunt Domini aliquod fundamentum poſſe fieri in Mappa, quæ circumfertur: nam 11
vltra quod ſupradictos defectus patitur, ea non facta fuit ſeruatis ſeruandis; & ideo parùm, aut nihil probat, ſicuti de ſcriptura typis impreſſa, Guid. *dec.* 67. & licet *in deciſ.* 405. *n.* 1. *part.* 1. *recentior.* fuerit dicta Mappa pro adminiculo conſiderata, idem factum fuit, quia vtraque pars concorditer eandem Mappam agnoſcebat fuiſſe legitimè factam.

Quo verò ad probationes, quæ ex depoſitionibus teſtium pro parte D. Epiſcopi examinatorum eliciuntur, viſum fuit, eas non eſſe ſufficientes:
certum eſt enim teſtes omnes, qui deponunt ſuper 12
certis finibus, & limitibus, debere, etiam ſi non ſint requiſiti, aſſignare rationem concludentem, non per actum intellectus, ſed etiam per ſenſum corporis, ad hoc vt eorum depoſitiones ſtringant. Baldus *conſ.* 286. *num.* 3. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 221. *n.* 5. Aym. *conſ.* 61. *n.* 5. In hac autem facti ſpecie teſtes pro D. Epiſcopo examinati non aſſignant rationes concludentes pro probandis finibus; maior enim pars ſe refert ad Bullam Anaſtaſianam, & ad Mappam, quas ſcripturas ex ſupradictis non probare firmatum fuit. Et ita non probant dicti teſtes: non enim 13
plus creditur teſtibus referentibus ſe ad ſcripturam, quàm ipſimet ſcripturæ. Aym. *conſ.* 112. *n.* 13. Seraph. *dec.* 106. *n.* 1.

Alij verò reddunt rationem ſui dicti, quia fuerunt in viſitatione cum Epiſcopo: quæ ratio non
concludit; cum enim ex diſpoſitione Sacri Concilij 14
Tridentini poſſint Epiſcopi, vti delegati Sedis Apoſtolicæ viſitare omnes Eccleſias viciniores, etiamſi ſint nullius diœceſis, *cap.* 9. *de Reformat.*
ſeſſ. 24. inde ſequitur, ex actu, qui poteſt referri 15
ad plures cauſas non elici veram probationem, ſed æquiuocam, quæ in hoc caſu non ſufficit. Surd. *conſ.* 168. *num.* 33. *lib.* 2. & in iiſdem terminis Rota *coram R.P.D. meo Vbaldo reſpondit in cauſa Adrienſi, ſeu nullius iuriſdictionis*, 26. *Aug* 1612. & 18. *Martij* 1613.

Sed conſideratum fuit, quod iidem teſtes expreſſè dicunt, quod Epiſcopus non viſitauit loca de quibus agitur. Vnde ratio viſitationis non applicatur caſui noſtro.

Imò conſideratum fuit, quod etiam ſi daretur 16
aliqua viſitatio, vel aliquis alius actus iuriſdictionalis, neceſſe eſſet vt probaretur id factum fuiſſe cum ſcientia, & patientia dicti D. Abbatis, quæ fuiſſet neceſſaria ad conſtituendum D. Epiſcopum in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis. Doct. *in c. cum Eccleſia*, vbi Rip. *n.* 11. *de for. compet.* Cald. *conſ.* 12. *in fin. de iurepatr.* Rota apud Caſ. de Graſſ. *dec.* 7. *num.* 9. *de teſtib.* & apud Put. *dec.* 281. *num.* 3. & 4. *lib.* 2.

Alij verò teſtes reddunt rationem vicinitatis, aſſerentes dicta loca, vti propinquiora comprehendi
intra fines diœceſis Aprutinæ. Nam vltra quod 17
etiam hæc ratio non ſtringit, redditur æquiuoca probatio, cum hoc dependeat à ratiocinatione, & intellectu teſtis, & non à ſenſu corporeo. Bald. *conſ.* 286. *in fin. lib.* 2.

Alij verò, qui nullam aliam rationem reddunt, 18
quàm de auditu, & non ſpecificant perſonas à quibus id audierunt, etiam in antiquis finibus probandis non concludunt. Montan. *de finibus*, *n.* 51. 69. Ad effectum enim, vt teſtes de auditu probent, præcipuè
in antiquis, deberent concurrere requiſita *c. licet ex* 19
quadam, de teſtibus. Corn. *conſ.* 78. *n.* 5. *lib.* 3. Aym. *de antiq. part.* 1. §. *Viſo de fama*, *n.* 12.

In quam ſententiam eo libentiùs iuerunt Domini quia pro parte D. Abbatis adducuntur vehementes

probationes, tam per ſcripturas, quàm per teſtes, ex quibus iuſtificarunt multos actus iuriſdictionales per longiſſimum tempus ab Abbatibus prædeceſſoribus factos, & cum ſcientia, & patientia Epiſcoporum Aprutinorum, quæ ex eo neceſſariò colligitur, quod ipſimet Epiſcopi Aprutini multis Clericis ſacros Ordines contulerunt, cum litteris dimiſſoriis dicti D. Abbatis, & cum expreſſa narratiua, quod dicta tria loca controuerſa erant nullius diœceſis. Ex quibus & aliis, quæ in diſputatione dubij principalis ſuper mandato de manutenendo particulariter examinabantur, viſum fuit, probationes factas per D. Epiſcopum, aut elidi, aut ſaltem turbidas reddi; ita vt ad effectum manutentionem obtinendi ex ſolâ aſſiſtentia iuris communis, non probauerit ſupradicta loca, de quibus agitur, eſſe intra fines diœceſis.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

Habetur hæc deciſio apud Tamburinum de iure Abbatum tom. 3. deciſione 71.

Sancti Angeli Longobardorum.

Iuriſdictionis.

Coram Reuerendiſſimo P.D. Pirouano Decano, die Veneris 6. Martij 1637.

ARGVMENTVM.

Monaſterium aliquod ea quibus probetur, quod ſit extra Diœceſim alicuius Epiſcopatus, & habeat ſtatum nullius Diœceſis.

SVMMARIVM.

1 *Ordinario ad effectum exercendi iuriſdictionem, canones vltra fines non aſſiſtunt.*

2 *Confines deſcribendi modus qualis dicatur indubitatus.*

3 *Teſti vaſſallo, & amico non eſt multum credendum.*

4 *Ad confines probandos teſtes debent reddere ſufficientem rationem.*

5 *Confines licet oculis ſubjiciantur, tamen illorum diſtinctio non per ſenſum viſus, ſed per actum intellectus haberi debet, & ideo teſtes ſuper eis deponentes debent reddere rationem.*

6 *Ad confines probandos ſola teſtium ſcientia non ſufficit, niſi rationem ſcientiæ concludant.*

7 *Eccleſiarum finium diſtinctio ſi eſſet poſita in ſola ſcientia teſtium, fruſtra ageretur de diuiſione facta per Dionyſium Papam.*

9 *Enunciatiua dum contingit dubitari de enunciate, nec plenam, nec ſemiplenam probationem faciant.*

10 *Abbas Generalis ſuæ Eccleſiæ, & Ordini, ſiue ignoranter, ſiue ſcienter non poteſt præiudicare.*

11 *Præſumptiones tollantur ex contrariis probationibus.*

12 *Probationes validiores in concurſu ſemper præferuntur aliis debilioribus.*

13 *Territorium quod ſit ſeparatum à Iuriſdictione Epiſcopi, ex quo doceatur.*

14 *Licentia audiendi confeſſiones in aliquo Monaſterio petita ab Ordinario, & acceſſio ad publicas ſupplicationes extra ius, & nomen ſubiectionis contingere non poſſunt.*

15 *Teſtibus vilibus, iunctis aliis exceptionibus multò minus eſt credendum. Teſtes non probant id quod deponunt, ſi poſt eorum atteſtationem referant ſe ad alium teſtem, qui abſolutè id negat.*

16 *Prælati confeſſio expreſſa ſi non præiudicat Eccleſiæ, multò minùs præiudicabit tacita.*

18 *Monaſteria etiam exempta, ſi parum diſtent à Ciuitate, poſſunt compelli per Ordinarium ad accedendum ad publicas ſupplicationes.*

19 *Sententiæ reſpicientes ſtatum ſi tranſierint in iudicatam, faciant ius quoad omnes.*

20 *Subiectio, & ſuperioritas indicatur ex ſolutione Canonis.*

21 *Teſtis qui deponit ſe aliquid feciſſe, & aſſerit ſe neſcire quare id fecerit, non releuat.*

22 *Teſtes ſingulares loco, & tempore nihil probant, etiam pro vno teſte reputentur.*

23 *Teſtes redduntur ſingulares ex diuerſitate loci, & temporis.*

24 *Iudicium cœptum, ſi remanſerit indefinitum, non eſt habendum in conſideratione.*

DECISIO.

OMISSA diſcuſſione actuum iuriſdictionalium in ſummariſſimo retinendæ, quippe qui pendeant vel à ſtatu nullius diœceſis huius Abbatiæ S. Guillelmi, vel a ſtatu exempto; nam primo caſu ſemper ceſſat totalis iuriſdictio Ordinarij in Monachos, & Monaſteria exiſtentia extra illius limites: Secundo caſu in multis Ordinarij habent iuriſdictionem in exemptos; propterea ſequendo mentem Dominorum ex integro dubium propoſui, an Abbatia S. Guillelmi ſit nullius Diœceſis: & Domini cauſa maturè diſcuſſa cenſuerunt Abbatiam eſſe nullius.

Nam quicquid ſit de fundamentis, & rationibus Deciſionis 14. Martij 1635. in qua dictum fuit Monaſterium prædictum eſſe intra fines Diœceſis S. Angeli, & dandum eſſe mandatum de manutenendo D. Epiſcopo in quaſi poſſeſſione approbandi confeſſarios, hodie ex nouo proceſſu remiſſoriali, & aliis deductis pro Monaſterio, clarè patet Abbatiam eſſe extra fines Diœceſis S. Angeli, & ab omni ſubiectione liberam probari.

Dantur enim quinque teſtes formaliter examinati vigore litterarum remiſſorialium Rotæ, & duo in Curia recepti, & poſtremò ſuper ſexto deponunt de ſituatione Monaſterij inter Diœceſim S. Angeli, & Diœceſim Nuſcanam; & primus illorum eſt Vicarius Epiſcopi Nuſcani: cum prædictis concordant teſtes de partibus in ſituatione. Primus, & ſecundus, qui eſt Bonus Vicarius Epiſcopi S. Angeli, ac tertius, ac omnes inſimul concludunt Caſale, & Monaſterium S. Guillelmi nunquam fuiſſe ſuppoſitum Iuriſdictioni S. Angeli, nec de præſenti eſſe. Ordinariumque nunquam viſitaſſe Monaſterium, nec Parochos in concernentibus curam animarum, nec aliquam iuriſdictionem exercuiſſe in Parochianos; Monachos autem nunquam acceſſiſſe ad Epiſcopum S. Angeli pro licentia audiendi confeſſiones, nec ad proceſſiones, & ſynodum per Epiſcopos celebratas: & è conuerſo Abbatem Generalem Montis Virginis eſſe Diœceſanum Monaſterij S. Guillelmi, omnimodamque iuriſdictionem in Monaſterium, & Parochianos exercuiſſe, viſitationes feciſſe, licentias audiendi confeſſiones Monachis conceſſiſſe, Synodum tenuiſſe, iura quaſi Epiſcopalia habere, & in omnibus locis Congregationis ſubiectis omnimodam iuriſdictionem priuatiuè quoad Ordinarios pro tempore S. Angeli exercuiſſe.

Quoad ſituationem, & ſeparationem dicta eorundem teſtium benè comprobantur ex inuentario antiquiſſimo

Digitized by Google

quiſſimo continente ſcripturas Ordinarij Montis
Virginis conſeruatas in Archiuo Sanctiſſimæ An-
nunciatæ Neapolis, in quo ſunt diſtincti confines
Monaſterij S.Guillelmi à Territorio, & Diœceſi S.
Angeli, & aliorum Epiſcopatuum: & concordat
Martyrologium Romanum, in quo dicitur Mona-
ſterium S. Guillelmi habere territorium ſeparatum;
& declaratio Caroli Secundi, & Roberti eius primo-
geniti, Monaſterium S. Guillelmi non eſſe de iu-
riſdictione S. Angeli, ſed immediatè ſuppoſitum Sedi
Apoſtolicæ.

Similiter quoad viſitationes benè iuſtificantur
dicta teſtium, quoniam dantur plures factæ per
Abbatem Generalem ab anno 1588. vſque in præ-
ſens, & Synodi celebratæ per Abbatem Generalem
dantur vſque de anno 1593. ex quibus veritas de-
poſitionum vndique conuincitur, & infertur.

1 Primò ex ſituatione intra fines non probata per
Epiſcopum, & extra limites eiuſdem probata per
Monachos, deficere fundamentum iuriſdictionis
Epiſcopi, cui vltra confines non aſſiſtunt canones,
*cap. omnes Baſilicæ 16. quæſt. 7. cap. conquerente, de
offic. Ordinarij*, Abb. *in cap. cum olim, num. 2. de cenſ.*
Anchar. *conſ. 310. num. 5.* Caputaquenſ. *deciſ. 306.
part. 1. 145. n. 6. p. 2. diuerſ. & 491. n. 1. p. 1. recent.*
Seraph. *dec. 1278. & 1449. num. 1.* & coram Papa
Greg. XV. *deciſ. 313. n. 4.*

Non obſtant tres teſtes pro D. Epiſcopo exami-
nati ſuper ſituatione, & comprehenſione Monaſte-
rij S.Guillelmi intra fines S. Angeli, quorum ſecun-
dus, & tertius aſſignant certos, & diſtinctos con-
fines Diœceſi prædictæ, nempe ab Oriente attin-
gere diœceſim Biſcinianenſ. & Laudonienſ. a meridie
ſe extendere vltra flumen Olfantem, ab occaſu per-
tingere diœceſim Nuſcanam, & ab Aquilone ad-
2 hærere aliis diœceſibus, ſcilicet Mintinaranæ, & de
Treuiſo, qui modus deſcribendi confines dicebatur
indubitatus ad probandum exiſtentiam intra eoſdem,
cap. cum olim, vbi Innoc. *in princ. de cenſ.* Dec. *in
cap. cùm cauſam quæ, numero 7. & 8. circa finem, de
probat.*

3 Quia vltra exceptiones, quæ dantur contra per-
ſonas dictorum teſtium, & ex propria illorum con-
feſſione deſumuntur: Primus eſt vaſſallus, & ami-
cus Domini Epiſcopi: ſecundus eſt villicus, & ope-
rarius: tertius ad opus textrinum intentus. Ruſus
ſuper interrogatoriis reſpondent multa neſcire, quæ
pertinent ad confinium diſtinctionem; & nihilomi-
4 nus circa confines ab eiſdem allegatos in cauſa
ſcientiæ nihil concludunt, dum ſufficientem ratio-
nem non aſſignant, prout requiritur ad proban-
5 dum limites, qui etſi oculis ſubjiciantur, cum ta-
men illorum diſtinctio non per ſenſum viſus, ſed
per actum intellectus haberi debeat, ſuffragari non
poſſunt abſque redditione concludentis rationis. Bald.
conſ. 286. num. 3. libro ſecundo. Dec. *conſil. 220. n. 15.*
Crauet. *conſil. 65. numero quinto*, & in his terminis
idem fuit dictum in Aprutina *iuriſdictionis*, 10.
Martij 1624. coram bon. mem. Seleucienſi, cui ſatiſ-
facere non poſſunt verba teſtium vno, & eodem ſer-
mone deponentium (e queſto lo sò per la longa prat-
tica, che hò hauuta, & hò di quel paeſe, è per la pu-
blica voce, è fama) quoniam in hac materia ſola
teſtium ſcientia non ſufficit, niſi rationes ſcientiæ
6 illam concludant, prout in ſupradicta Aprutina
iuriſdictionis, teſtes concludebant, ſcilicet, Epiſco-
pum peragraſſe totam prouinciam, & finitima loca
viſitaſſe, & iuriſdictionem exercuiſſe, aliàs ſi in ſola
7 ſcientia teſtium poſita eſſet diſtinctio finium Eccle-
ſiarum, fruſtra eſſet agendum de diuiſione facta per
Dionyſium Papam, de qua *in cap. 1. part. 1.* & Gloſſ.
*in cap. 1. verbo ante Chriſti aduentum, in fin. verſ. ſed
diœceſis, 99. diſtinct.* & tamen in curſu ferè quingen- 8
torum annorum non dantur actus, qui per ſcriptu-
ram poſſunt dici indubitati ad hanc probationem
ſuſtinendam. Neque dicta eorundem teſtium ra-
tione carentium adminiculari, aut ſuppleri poſſunt
ex littera Abbatis Generalis directa Epiſcopo, aut
ex Breui Sanctiſſimi D. Noſtri, & enunciatiuis
quæ dantur. Quoniam enunciatiua in Breui tranſ-
portationis Reliquiarum de anno 1628. & aliæ ex
litteris Leonis X. & demùm ex hiſtoria vitæ S.Guil-
lelmi, cùm incidenter, & propter aliud fuerint
emiſſæ, & abſentibus Monachis, & contingat ſu-
per enunciato diſputari, neque plenam, neque ſe- 9
miplenam probationem faciunt, ſecundùm verio-
rem. De qua per Crau. *de antiq. tempor. part. 3. ſa-
ctiane Propoſitum noſtrum principale, n. 24. & ſeqq.*
Seraph. *dec. 1278. num. 1.* Rot. *deciſ. 31. de probat.
in antiq. & 380. num. 16. p. 5. diuerſ.* Altera verò
enunciatiua litteræ Abbatis Generalis prouenit ab 10
eo qui ſuæ Eccleſiæ, & Ordini, ſiue ignoranter, ſiue
ſcienter præiudicare non poteſt. Calder. *conſil. 5.
num. 1. de confeſſ.* Caſtr. *conſ. 338. num. 3. lib. 1.* Rot.
dec. 480. num. 4. part. 1. recent. & ſimili litteræ Ab-
batis reſpondet Seraph. *d. dec. 1278. num. 3.* & qua-
tenus ex prædictis oriretur aliqua præſumptio, illa
benè tollitur ex contrariis probationibus Monacho-
rum in maiori numero teſtium, qui magis qualifi- 11
cati ſunt reſpectu perſonarum Bouti, & Auliſæ,
qui reſpectiuè officio Vicarij fungebantur in Diœ-
ceſi S. Angeli, & Noſcana; & concurrentibus ad-
miniculis inuentarij, Martyrologij ac declarationis
Caroli II. & Roberti eius primogeniti ſuprà ponde-
ratis, ſemper præualere debent in concurſu. Crau. 12
aad. tract. & ſect. num. 34. Rot. *deciſ. 34. num. 9.
part. 4. rec. & in Adrien. ſeu nullius iuriſdictionis, 28.
Maij 1612. & 27. Martij 1613. coram bon. mem.
Franciſce Vbaldo.*

Secundò principaliter infertur ex eadem teſtium
depoſitione, Abbatem Generalem Montis Virginis
eſſe Diœceſanum Monaſterij S. Guillelmi, viſitare,
licentias confeſſiones audiendi concedere, Syno-
dum congregare, beneficia conferre, iura quaſi
Epiſcopalia habere, & prædicta in locis Congrega- 13
tioni ſubiectis exercere: quæ omnia concludunt
territorium S. Guillelmi eſſe ſeparatum, & perinde
haberi extra diœceſim Epiſcopi in omnibus, & per
omnia. Gloſſ. *in clement. 1. §. volumus, verba Diœceſa-
nu*, vbi Cardin. Abb. Vitalinus, & Imola *de foro
competent*, Federicus de Senis *conſil. 14. num. 4.* Rot.
dec. 207. in fin. part. 2. diuerſ. Seraphin. *d. dec. 1278.
n. 4.* & in Squillacenſi *iuriſdictionis*, coram Andrea,
quæ eſt 54. *in eius impreſſ.* in Andrienſi, ſeu nullius
iuriſdictionis, 28. Maij 1612. & 15. Nouembris
1613. coram bon. memor. Vbaldo, & in nullius
ſeu Fanenſi *iuriſdictionis*, 27. Octobris 1617. coram
D. meo Decano: Marſicenſi *iuriſdiction.* 11. Ianv.
1621. coram bon. mem. Buratto, & in Pampilonen-
ſi *iuriſdictionis*, 15. Decemb. 1623. coram D. meo
Merlino. Neque in quolibet actu ſuprà per teſtes
enunciato deficiunt ſcripturæ, & documenta pu-
blica comprobantia veritatem depoſitionum; nam
Summario Monachorum, *num.* 8. dantur viſitationes,
& quidem plures factæ in Monaſterio S. Guillelmi
per Abbatem Generalem & Viſitatores ab eo depu-
tatos, continuatæ ab anno 1588. citra. Similiter
ſub num. 9 dantur Synodi celebratæ in Monaſterio
Montis Virginis, in quibus interuenerunt omnes
Parochi, & Rectores Eccleſiarum Parochialium,
tam ſæcularium, quàm Regularium, & ſignanter
Abbas S. Guillelmi, qui inibi curam animarum
exercet, & *num. 8. ſumm. ſupradicti*, datur collatio be-
neficij per Abbatem Generalem vti Ordinarium,

& Diœceſanum S. Guillelmi anno 1608. & de li-
centiis audiendi confeſſiones ii ſicti, quod duo Vi-
carij Nuſcanus, & S. Angeli concludant affirmati-
nam. Demum de iuribus quaſi Epiſcopalibus dan-
tur Summorum Pontificum priuilegia ſupra enun-
ciata. Neque obſtant depoſitiones ſupradictorum
teſtium pro D. Epiſcopo aſſerentium Abbatem pro
14 tempore recognouiſſe Epiſcopum, & illius ſuperio-
ritatem, petendo licentias audiendi confeſſiones, &
accedendo ad publicas ſupplicationes, quæ citra ius,
& nomen ſubiectionis contingere non poterant.
Quia de licentiis audiendi confeſſiones non dantur
documenta publica, ſed ex tribus teſtibus datis, duo
ſunt viles perſonæ, quæ non verſabantur in Palatio
15 Epiſcopali, aut in illius Cancellaria, vnde ſolent ſimi-
lia decreta emanare, quibus parum deferendum
eſt, & eo minus, cum ſe referant ad Vicarium Bon-
16 tum, qui abſolutè negat hanc ſubiectionem. Et de
acceſſu ad publicas ſupplicationes nihil refert ad
fundamentum ſubiectionis, quia ſicuti expreſſa con-
17 feſſio Prælati non præiudicat iuri Eccleſiæ, Calder.
conſil. 5. num. 1. de Confeſſ. Seraph. *d. deciſ.* 1278.
num. 3. cum aliis ſupra allegatis, multò minus tacita,
quæ reſultat ex prædicto acceſſu, maximè in actu
merè voluntario, vt in præſenti, in quo non etiam
ſubiecti abſque controuerſia ob loci diſtantiam
18 medij milliaris ab ipſa Ciuitate poſſunt compelli,
vt ſæpius Sacra Congregat. Concilij declarauit, 5.
Maij 1592. & 9. Martij 1597. Tertiò denique
principaliter infertur ex depoſitionibus teſtium
Monachorum, Abbatem Generalem Ordinis Mon-
tis Virginis exercere omnimodam iuriſdictionem
in omnibus locis Congregationi ſubiectis, priua-
tiuè quoad Epiſcopum S. Angeli, quorum depoſi-
tiones benè iuſtificantur ex obſeruantia à die, quo
emanarunt Bullæ, & priuilegia Cœleſtini, Alexandri,
Vrbani, & Clementis ſupracitata, in quibus iura
quaſi Epiſcopalia dicto Abbati Generali conceduntur,
& contra Epiſcopum Auellinum eadem priui-
legia fuerunt canonizata, in cuius Diœceſi erat ſi-
tum Monaſterium Montis Virginis, dum per tres
ſententias pronunciatum fuit eſſe nullius, & ter-
ritorium ſeparatum: quæ ſententiæ tanquam fa-
cientes rem iudicatam, etſi inter alios, faciunt
tamen ius quoad monaſteria ſubiecta, cum reſpi-
19 ciant ſtatum. Mohed. *dec. 8. de ſent. & re iud.* Seraph.
deciſ. 1421. *num* 8. & firmatur in his terminis *in*
20 *alleg. deciſ Squillacen. ſi juriſd.* 234. *part. 4. recent.* Non
obſtant actus contrarij totali iuriſdictioni abdica-
tæ, ea quo teſtes Domini Epiſcopi, qui dantur *ſumm.*
num. 20. deponunt de ſolutione carolenorum 24.
ratione fontis Baptiſmalis Eccleſiæ Parochialis S.
Guillelmi, & ea ea eadem cauſa dentur ſequeſtra
contra affictuarios Abbatiæ prædictæ, *ſub num.* 11.
& 12. ex quibus iudicatur reſpectiuè ſuperioritas,
& ſubiectio, *cap. cùm olim*, vbi Abb. *num. 3. de cen-
ſur. cap.* 1. cum Gloſſ. & *ibidem* Abb. *num. 5. de relig.*
21 *domibus.* Caſtan. *conſ. 16. num. 7 & ſeqq.* Quia quoad
teſtes primus deponit ſe exegiſſe tanquam procura-
tor Archipreſbyteri Vallatæ eius patrui à Procura-
tore Sancti Guillelmi 24. vel 25. carolenos, cauſam
exactionis neſciens, ſed illam andiuiſſe referens ab
Archipreſbytero Zona admodum ſene, qui tenebat
libros introitus Epiſcopi, ſcilicet carolenos 24. ſolui
*per il ius che hauea detto Monſignore in detto Mona-
ſterio del fonte Battiſmale*: & tamen neque locum,
diem, menſem, aut annum exactionis exprimit, ne-
que nomen Procuratoris S. Guillelmi, nec demum
exhibentur libri Archipreſbyteri Zonæ, qui fuit
Vicarius Sancti Angeli pro iuſtificatione cauſæ per
teſtem narratæ: ſecundus verò teſtis deponit de vi-
ſu in actu ſolutionis per D. Mercurium procurato-
rem S. Guillelmi, factæ Archipreſbytero Zonæ expri-
mendo locum, & tacendo tempus, & cauſam ex-
primendo pro fonte Baptiſmali: tertius verò de au-
ditu tantùm deponit, quorum depoſitiones vltra
exceptiones contra perſonas, & in concurſu in fe- 22
rioria, fidei cum ſint ſingulares loco, & tempo-
re, nihil probant, cum pro vno teſte reputentur. bald.
in l. Iuſiurandi, num. 19. C. de Teſtib. Menoch. *conſ.* 96.
num. 12. Rol. *conſil. 95. num. 20. volum. 4.* idem Bald.
conſil. 39. num. 4. volum. 3. Dicens non eſſe dubitan- 23
dum, quin ex diuerſitate loci, & temporis teſtes
reddantur ſingulares, quorum ſingularitas nec poteſt
adminiculari ex ſequeſtro, & actis in illo Iudicio
factis pro exigendis dictis carolenis 24. quoniam
ex eiſdem actis datis *ſum.* 11. *&* 12. contrarium
colligitur, dum Monachi nunquam comparuerunt, 24
& per conſequens ſubiectionem non agnouerunt
conſentiendo in iuriſdictionem Epiſcopi, neque
verè caroleni exacti fuerunt, dum iudicium quoad
ſubbaſtationem frumenti ſequeſtrati remanſit in-
definitum.

Et ſic ea prædictis ſufficienter viſum fuit probari,
Monaſterium S. Guillelmi eſſe extra fines Diœceſis
S. Angeli, & habere ſtatum nullius Diœceſis, & ita
vtraque, &c.

Habetur hæc Deciſio inter collectas à Rubeo
part. 7. nouiſſimarum, num. 203.

CONSULTUM XLVI.

De Meretricio, an in Republica Chriſtiana permittendo.

SUMMARIUM.

1 *Occaſio ſcribendi hoc Conſultum.*
2 *Authores, qui huiuſmodi permiſſionem damnant.*
3 *Nauarri ſpecialis opinio.*
4 *Sacra Scriptura teſtimonia meretricium prohibentia.*
5 *An in populo Hebræo meretrices fuerint.*
6 *Quæ illarum pœna.*
7 *Quotuplex dicatur meretrix.*
8 *Cuius generis meretrices in lege veteri fuerint.*
9 *Parere cur non ſoleant.*
10 *Meretrices prolem interficiunt.*
11 *Qualis fuerit vxor Oſeæ.*
12 *Oppoſitio probans, meretrices propriè in populo Hebræo fuiſſe.*
13 *Reſpondetur tali oppoſitioni.*
14 *Confirmatio reſponſionis.*
15 *Probatur pars negatiua ex Ezechielis cap.* 16.
16 *Ex D. Hieronymo.*
17 *Ex aliis Patribus.*
18 *Quæ, & quot damna Reipublicæ meretrices afferunt.*
19 *Meretricis imago à Salomone depicta.*
20 *Quare meretrix* fouea profunda *vocetur.*
21 *Quot damna etiam temporalia afferunt.*
22 *Quotque morbi ex libidine emanent.*
23 *Exemplum Ethnicorum Principum, qui lupinaria interdixerunt.*
24 *Item exemplum Catholicorum Principum.*
25 *Item exemplum Pij V.*
26 *Meretricis etymologia.*
27 *Meretrix eſt occaſio peccandi.*
28 *Eſt* lapis offenſionis, *&* petra ſcandali.
29 *Ratio, quâ probatur nociua meretricum permiſſio.*

30 *Qualis*

30 *Qualis ſit Principum finis in permiſſione meretricum, & an illum aſſequantur.*
31 *Quid ſint lupinaria, & proſtibula.*
32 *An per hec extinguatur, vel accendatur libido.*
33 *Luxuria eſt ſanguiſuga.*
34 *Amor mulieris qualis.*
35 *Lupanarium, Bachanaliumque origo.*
36 *Meretricum permiſſio videtur contraria precepto naturali conſeruationis generis humani à Deo indicato.*
37 *Authores qui pro hac permiſſione ſcripſere.*
38 *Tolerantia Eccleſia in meretricio colligitur.*
39 *Ratio huius tolerantia.*
40 *Minus malum de duobus eligendum.*
41 *Quando minus malum in comparatione maioris mali videtur habere rationem boni.*
42 *An hoc procedat in meretricio.*
43 *Quomodo coitus cum meretrice ſit impunibilis in foro exteriori.*
44 *Et vulnerata videatur iuſtitia.*
45 *D. Auguſtini de meretricibus ſententia.*
46 *Sententia D. Thoma.*
47 *Horum Patrum, & aliorum authorum pro permiſſione meretricum fundamentum.*
48 *Prima limitatio de collocatione meretricum in loco determinato.*
49 *Adducitur ad id exemplum, & obſeruantia in pleriſque locis.*
50 *Talis locus debet eſſe vilior Vrbis, & ſemotior.*
51 *Meretrix quomodo hebraicè appelletur.*
52 *Ad hoc Authoritas D. Auguſtini.*
53 *In quibus locis meretrices olim conuerſabantur.*
54 *Vnde dicatur fornicatio.*
55 *Thamar nurus Iuda Patriarche.*
56 *Aliud Pij V. exemplum.*
57 *Quid quando meretrix eſt nobilis.*
58 *An per meretricium amittatur nobilitas.*
59 *An amittatur priuilegium nobilitatis.*
60 *Quid attento iure antiquo Pandectarum.*
61 *Meretrices poſſunt ab honeſtis locis expelli.*
62 *Adducuntur varia Conſtitutiones ad hoc probandum.*
Maximè pro Eccleſiis, & Monaſteriis. ibid.
63 *An admittatur ſcortum ad licitationem domus.*
64 *Meretrices ſunt perſona odioſa.*
65 *Iura loquentia in fauorabilibus de mulieribus, an comprehendant meretrices.*
66 *An huiuſmodi fœminis locari poſſint domus ad habitandum.*
67 *Nauarri ſententia.*
68 *Sententia communis.*
69 *Quando locatio domus meretrici erit illicita, & n. ſeqq.*
72 *An liceat locare domos meretricibus cariùs, quàm honeſtis perſonis.*
73 *Nauarri, & Caſtri Palai ſententia.*
De Patronis meretricum. ibid.
74 *Magiſtratus poſſunt cogere meretrices, vt deferant ſignum.*
75 *Ratio prima.*
76 *Signum Caino impoſitum quale.*
77 *Secunda ratio.*
78 *Tertia ratio.*
79 *Quarta ratio ex vſu gentium.*
80 *Quare matrona ſic appellentur.*
81 *In quo differebant meretrices à matronis apud Sparthas.*
82 *Athenienſes leges.*
83 *Hiſpaniarum obſeruantia.*
84 *Aliorum locorum Conſtitutiones hanc etiam diſtinctionem approbant.*
85 *Meretricibus debet prohiberi vſus ſellarum, lecticarum, &c.*
86 *Adducitur, & laudatur vſus hic peruetuſtus.*
87 *Meretrices non debent ambulare noctu, nec habitare apud caupones.*
88 *Meretrices poſſunt vexari.*
89 *Authoritatibus id oſtenditur.*
90 *Debent arceri à perceptione Sacramenti Euchariſtia.*
91 *Item à Sacramento pœnitentia quoad abſolutionem.*
92 *Debent audiri quoad confeſſionem.*
93 *Ratio.*
94 *An, & quando Confeſſarij tenentur illarum confeſſionem integram audire.*
95 *An illis danda ſit ſchedula confeſſionis.*
96 *Meretrices ſine pœnitentia decedentes priuari debent Eccleſiaſtica ſepultura.*
97 *Etiamſi in Paſchate ſint confeſſa, & Euchariſtiam acceperint.*
98 *Qua meretrices poſſunt in Eccleſia ſepeliri, & n. ſeq.*
100 *Meretrices coguntur ad conciones venire.*
101 *Adducitur decretum S. Congregationis.*
102 *Exemplum plurium meretricum in concionibus conuerſarum.*
103 *Alia antiquitatis monumenta.*
104 *Monaſteria pro meretricibus conuerſis inſtructa.*
105 *Quis fuit primus, qui talia monaſteria inſtruxit.*
105 *Tales meretrices emendata pro honeſtis ſunt habenda.*
107 *An poſſit meretricibus imponi gabella, ſiue tributum.*
108 *Rationes quibus probatur id poſſe.*
109 *Meretrix poteſt pro actu turpi mercedem accipere.*
110 *Meretrix unde ſic dicta.*
111 *Meretrix ex bonis per ſe acquiſitis poteſt facere eleemoſynas, Eccleſias dotare, & catera.*
112 *Princeps an poſſit aliquam bonorum partem exigere à meretricibus.*
113 *Tale tributum ratione conſuetudinis videtur approbatum.*
114 *Sed videtur eſſe deteſtabile.*
115 *Aliquorum Imperatorum propter id commendatio.*
116 *Item illicitum.*
117 *Ratio.*
118 *Conſtitutio Gregorij XIII.*
Roma non fuit tale tributum. ibid.
119 *An debeant permitti meretrices iuxta caupones.*
120 *Hoc permittens poteſt appellari* laqueus iuuenum, rete expanſum, &c.
121 *Fœmina an poſſint cogi ad meretricandum.*
122 *Ratio quare cogi non poſſint.*
123 *Conſtitutiones varia id etiam prohibentes.*
124 *Violatorum pœna in Vrbe.*
125 *Oppoſitum eſt impium.*
126 *Ducere meretricem in vxorem, vt ipſam in meretricio confoueat, & de queſitis ex meretricio viuat, probatur ſcelus eſſe improbatiſſimum.*
127 *Contra ſic facientes pœna.*
128 *Matrimonium cum meretrice contrahere an ſit prohibitum.*
129 *Videtur eſſe opus miſericordia.*
130 *Et proficit ſic contrahenti in remiſſionem peccatorum.*
131 *An hec remiſſio ſit per modum indulgentia, aut propter bonitatem ipſius operis.*
132 *Quare Pius V. meretricium tolerare nolebat.*

Con

133 *Conſilium pro Principibus Chriſtianis, & ne ciuitatis deſtruantur.*
134 *Iericho ciuitas deſtructa à Deo.*
135 *Acriter imprecata, & maledicta.*
136 *Cauſa huius rei.*
137 *Propter meretrices, & ſcorta.*
138 *Erat Iericho ciuitas Veneri, ſeu Lunæ dedicata.*
139 *Fertiliſſima, & amœniſſima.*
140 *Iuſto Dei iudicio anathematizata propter Veneris deuotos.*
141 *Quid faciendum Principibus.*
142 *Cuiuſdam moderni de hac re iudicium.*
143 *Ioannis Beetz antiqui Doctoris doctrina contra luxurioſos.*
144 *Luxurioſus malè ſe habet erga ſeipſum.*
145 *Erga ſuam animam.*
146 *Animæ nobilitas, & n. 147. & 148.*
149 *Animæ dignitas.*
150 *Nobilitas potentiarum.*
151 *Aliæ nobilitates.*
152 *Malè ſe habet erga corpus.*
153 *Erga ſeipſum.*
154 *Infamia ſequitur luxuriam.*
155 *Item ſeruitus.*
156 *Malè ſe habet erga Deum.*
157 *Deum vilipendit.*
158 *Exempla caſtitatis.*
159 *Per luxuriam infertur Deo contumelia.*
160 *An luxurioſus mereatur ſepulturam.*
161 *Malè ſe habet erga Angelum.*
162 *Item ad diabolum.*
163 *Ipſi placet.*
164 *Exemplum ex vitis Patrum.*
165 *Malè ſe habet ad proximum.*
166 *Cur hæc non prætermittenda.*

I E S V S   M A R I A.

Motiuum ſcribendi hoc Conſultum.

1 IVssvs aliquando loqui in Eminentiſſimorum DD. quodam conſeſſu, an expediat in Republica Chriſtiana meretrices permittere impunè, aliqua dixi, quæ in ampliori forma hic placuit inſerere, ea tamen proteſtatione præmiſſa, quod nec leuiter Catholicorum, & prudentiſſimorum Principum, multò minùs Eccleſiaſticorum Præſulum iudicio, aut ſententiæ contrarius eſſe velim, ſed ipſis humillimè aliqua in præſenti meditanda, ſi ipſis benè viſum fuerit, proponere, vt ſi fieri queat, innumera flagitia, quæ per huiuſmodi fœminas perpetrari ſolent, euitentur, & Deus minùs offenſus per homines reddatur, qui vel pro vno ſolo lethali piaculo impediendo iterum de cœlo ad terras deſcenderet, ſi id neceſſarium foret, vt Patres, & Theologi docent.

2 Igitur nonnulli, nec exiguæ notæ Authores valdè inclinant in eam partem, vt damnent morem, ſeu conſuetudinem Chriſtianorum Principum permittentium, ſeu tolerantium in ſuis ditionibus, vrbibus, ſeu ciuitatibus lupanaria, proſtibula, ſeu publicas meretrices, quæ turpis lucri gratiâ ſui corporis copiam viris præbent. Et prætermittendo pro nunc ſectarios, ac inter ipſos Molinæum, ſpeciatim contra Summum Chriſti Vicarium, quòd ipſas in Alma Vrbe toleret, adlatrantes, inter Catholicos Authores pro hac parte ſunt referendi Bertachinus *in Repertorio, verb. Meretrix.* Etſi enim dicat tolerari ab Eccleſia, vt maius malum euitetur, nihilominus inquit: *Meretrices, & lenones ſunt à ciuitatibus expellendi, argum. text. in authent. de lenon. col. 3. & l. nullus, C. de Sum. Trinit. & ibi Iacobus Butr.* Item Claudius Spenceus Doctor Pariſinus *lib. 3. de continentia, cap. 4.* vbi acriter etiam contra orbis Metropolim Romam ea de cauſa inuehitur. Deinde Doctor celebris ille Martinus Azpilcueta; Nauarrus vulgò nuncupatus, *in Manuali Confeſſariorum, cap. 17. num. 195.* Cum enim de peccatis circa 3
locata, & conducta ageret, & dixiſſet peccare illum, qui ſuam domum, aut aliam rem locat ei, quem putat ad peccatum mortale ea abuſurum, plura ſubiungit, quibus in hac parte inclinare videtur; eſto enim id licere Poteſtati publicæ fateatur, nihilominus quod magis expediens eſſet id non permittere, pluribus proſequitur in ſequentibus. Similiter Ioannes Mariana ſcitis ingenij, & ſingularis doctrinæ author *lib. de Spect. cap. 16.* quem Cornelius infra recitandus pro hac parte differentem affert. Et Ioannes Lorinus *in Deuteronom. 24.* ac Gutierez *Canon. quæſt. lib. 2. cap. 7. num. 29.* Quibus etiam annumerari poteſt ipſe Cornelius à Lapide, præclarus Sacræ Scripturæ Commentator, qui *in cap. 19. Eccleſ. verſ. 3.* ex ſua, & Ioannis Marianæ ſententia, etſi modeſtè, permiſſionem hanc auerſari videtur. Accinit etiam illis Antonius Ricciullus Archiepiſcopus Conſentinus *in tr. de perſon. quæ in ſtat. reprob. verſantur, lib. 2. cap. 6.* dum inquit, *meretrices in Chriſtiana Republica non eſſe neceſſarias, neque vtiles.* Maximè verò Bartholomæus Fernandez Clericus Hiſpanus *in quadam quæſtione* de hac re.

Habet autem in ſui ſuffragium horum Scriptorum placitum ſacræ paginæ teſtimonium in Deuteronom. 23. *verſ. 17.* vbi inter alia, quæ Deus Iudæis prohibuit, illud etiam cenſetur: *Non erit meretrix de filiabus Iſraël, nec ſcortator de filiis Iſraël.* Vnde ſubiungitur in tanti piaculi abominationem: *Non offeres mercedem proſtibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui, quidquid illud eſt quod voueris: quia abominatio eſt vtrumque apud Dominum Deum tuum.* Notauit autem D. Hieronymus in Iſai. 66. quod *pulchrè canis, & meretrix copulantur, quia vtrumque animal pronum eſt ad libidinem.* Notant & alij, *quod vtrumque etiam ob impudentiam, vilitatem, turpitudinem, & fœtorem abominantur homines, præſertim Hebræi.* Hunc porrò locum de prohibitione permittendi meretricium, intelligi debere, expoſitores, quos vidi, teſtantur: & vnus eorum 4
Cornelius inquit, moneri hac lege *Magiſtratum, vt non toleret in politica ſua publicam ſcortationem, & lupanaria.* Si autem dicatur, oppoſitum obſeruatum 5
fuiſſe, cum conſtet fuiſſe in eo populo has ſcortantes fœminas, ſiquidem 3. Reg. 3. dicitur: *Venerunt duæ mulieres meretrices ad Regem* Salomonem, & Oſeæ 1. dicatur ipſi a Deo: *Vade, ſume tibi vxorem fornicationum*, meretricem videlicet, vt plures autumant. Reſponderi poteſt cum Abulenſi *in cap. 19. Leuit. quæſt. 27. & capite 21. quæſt. 12.* eatenus ſolùm fuiſſe has impudicas fœminas permiſtas, quatenus non *occidebantur*, nec ipſæ, nec cum ipſis ſcortantes; non verò, quòd minori modo non punirentur, 6
ſicut patet ex illis relatis: *Non offeres mercedem proſtibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui, quidquid illud eſt quod voueris, quia abominatio eſt vtrumque apud Dominum Deum tuum.* Et Leuit. 21. quatenus Sacerdoti præcipiebatur: *Scortum, & vile proſtibulum non duces vxorem.* En pœna huius flagitij, ac perinde, quod non ſimpliciter permittebatur. Vel dici poteſt cum eodem Abulenſi dicta quæſt. 12. quod *non omnia quæ Deus iuſſit, fiebant.* Hoc eſt, quod non obſtante prohibitione legis, contra eam permitterentur iſtæ fœminæ. Per quod reſpondetur ad obiecta de meretrice in vxorem

accepta

Digitized by Google

accepta ab Oſea, & de duabus meretricibus ad Salo-
7 monem venientibus. Forſan etiam dici poteſt, & melius, quod cum mulier *meretrix* dupliciter dicatur, vel minus propriè pro ea quæ facilè cum aliquibus carnaliter miſcetur, quo ſenſu dicitur *c. Vidua, diſt.* 34. *Meretrix eſt, qua multorum libidini patet*; vel pro iſta, quæ omnibus indifferenter ſe exponit, prout definitur à Sayro *lib.* 8. *Clau. Reg. c.* 2. *n.* 9. hoc eſt, publicè, & pro omnibus venalis extat, ipſiſque ſui corporis copiam facit, quæ videtur eſſe propria huius nominis acceptio, expreſſa *in c. meretrices* 32. *q.* 4.
8 ibi: *Quarum publicè venalis eſt turpitudo* huius poſterioris generis non eſſent meretrices in lege veteri, ſed ſolùm prioris; & ex eis eſſent illæ commemoratæ. Cuius ſignum eſt, quod vna earum, quæ Salomonem conuenit, filium pepererat: non enim quæ huius generis ſunt meretrices, parere ſolent, quia vt Abulenſis *in Geneſ. c.* 30. *§. tertia ratio*, ait, *mulier qua in eodem tempore vicine cum pluribus coit, ex nullo gignere poteſt, ſicut accidit meretricibus*; cuius rei cauſas affert Illuſtriſſimus Tranſmiera *de Polygam.*
9 *q.* 15. ex medicis, & philoſophis: vel eſto quod concipiant, & pariant, fœtus ſtatim interficiunt, vt patet de vna, quam Spenceus *ſupra* refert ſeptem proles
10 barbariſſimè interemiſſe. Meritò proinde Chaldæus Interpres, & Hebræi, quos ſequitur idem Spenceus, has Salomonicas meretrices *Caupenarias* vocant, quarum viri tunc fortè abeſſent, alibi negotiantes. Non igitur erant ſtricta ſignificatione
11 *meretrices* nuncupatæ, ſed minus rigoroſa. Quod etiam forſan dici poſſet de vxore Oſeæ meretricia; præſertim cum Lyranus, & Burgenſis myſticè tantum hoc matrimonium intelligant, & Haymo *per vxorem fornicationum*, non meretricem propriam lupanariam, ſed fœminam, quæ aliàs nupta cum procis aliis adulterium commiſerat, accipiat.

12 Nec huius argumenti vis infringitur à quibuſdam dicentibus, propriè, & ſtricti iuris meretrices in populo Hebraico fuiſſe, eo quod *Geneſ.* 34. filij Iacob conquererentur de Sychem, quia Dina eorum ſorore vſus eſſet vti ſcorto. Et *Geneſ.* 38. Iudas rem habuerit cum Thamar nuru, putans meretricem. Et *Ioſue* 2. exploratores Iericho hoſpitati fuerint apud Rahab meretricem: & poſtea *capite* 6. ea relicta fuerit in Iſrael. Hæc enim leuia valde ſunt: nam tempus illud Sichem, & Dinæ non ad legem Moſis, ſed ad legem naturæ ſpectabat, & Rahab illa ex ethnicis Ierichuntinis erat, non Iſraelitica; & cum poſtea inter Iſraelitas commorata eſt, meretricium reliquit; ſiquidem Salomoni Principi Iuda nupta eſt. Adde Chaldæum, & Rabbinos *Caupenariam* ſeu *Tabernariam* hanc Rahab nominaſſe, forſan quia non erat proſtibularia, aut lupanaria meretrix.

13 Sed placeat audire, quæ circa hanc Moſaïcæ legis prohibitionem de ſcortationibus ſenſit Claudius Spenceus Pariſinus ſuperiùs relatus. Is enim poſtquam in principio capitis malè ſentire de permiſſione earum viſus eſt, dicens: *Huius enim permiſſionis nos non ſemel puduit, Chriſtianam ſcilicet Rempublicam eo carere non poſſe, quod tandiu, hoc eſt, annis plus* 1500. *non admiſit Moſaïca*, refert Origenem, Lactantium, Clementem Alexandrinum, & Philonem eam prohibitionem Iudæis factam fuiſſe approbantes. Subiungit deinde hæc noſtris Chriſtianis Principibus iure meditanda: *Quo minus autem hanc fœditatem lex vetus impunitam tulerit, obeſt etiam præter ſuperiora, in hodiernum vſque diem Iudæorum vbique, & inter quoſvis degant, praxis, ſuas meretricium facere non permittentium: dici nequit quàm incredibili Chriſtianorum tum pudore, tum etiam eorum qui verè tales ſunt, cordolio, vt Iuda filia ſcortari non liceat, Dei filia liceat: imò Iſraelis filia meretricari non aliter antè poſſit, quàm facta per Sanctum Baptiſmum Chriſti ſoror, & filia. Nam quæ Iudæa puella præ vel inopia, vel libidine proſtare ſtatuit, quoniam inter populares ſuos non ſineretur, ad Chriſtianiſmum ſcilicet conuertitur, & tingitur, inter Chriſtianos proſeda futura. Res non cælis tantum, vti Propheta deplorat Ierem.* 2. *ſed omnibus, & Superis, & Inferis miranda, ſtupenda, lugenda.* Subticeam alia, quæ hic Doctor contra conſuetudinem Romanæ Almæ Vrbis has peccatrices fœminas tolerantis ſcribit, liberiùs ſanè, quam ſit fas Eccleſiæ filiis, ne ipſis dicatur: *Poſuerunt in cælum os ſuum.* Cœlum voco Vrbem à Summo Nauclero, Chriſti Vicario diligentiſſimè inſtitutam. Quæ propterea *Ciuitas Sancti*, imò & *Sanctiſſimi* dici poteſt.

Vrgent etiam vim huius argumenti hæc ex Ma- 14
riana, & Cornelio deſumpta: *In partem negantem facit primò, quod Deus Iudæis olim vetuerit meretrices, Deuteron.* 23. 17. *Non erit, ait, meretrix de filiabus Iſrael, nec ſcortator de filiis Iſrael. Vnde Origenes lib.* 4. *contra Celſum: Nulla, inquit, fuere meretrices iuuentutis peſtes in eorum Republica. Idem docet Clemens lib.* 3. *Strom. & Philo lib. de ſpectacul. leg. ait, apud Iudæos capitale fuiſſe corpore quæſtum facere. Quod ſi ſanctitas Iudaiſmi non patiebatur meretrices, multò minus eas patietur ſanctitas Chriſtianiſmi, præſertim cum in eo ma ora ſuppetant gratiarum, Sacramentorum, concionum, exemplorum auxilia ad caſtè viuendum, quam in Iudaiſmo.*

Vrgent aliqui, etiam ad intentum, illud Ezechie- 15
lis 16. vbi exprobrans Deus Ieroſolymæ impietates ſuas, inter alia dicit: *Et accidit poſt omnem malitiam tuam (va, va tibi, ait Dominus Deus) & ædificaſti tibi lupanar, & feciſti tibi proſtibulum in cunctis plateis. Ad omne caput viæ ædificaſti ſignum proſtitutionis tuæ, & abominabilem feciſti decorem tuum: & diuiſiſti pedes tuos omni tranſeunti, & multiplicaſti fornicationes tuas. Et fornicata es cum filiis Ægypti vicinis tuis magnarum carnium: & multiplicaſti fornicationem tuam ad irritandum me.* Hæc tamen prope nihili ſunt, quia fornicatio, proſtitutio, pedumque diuiſio, quam Deus hoc loco Ieroſolymæ exprobrat, myſticè, & metaphoricè accipiuntur pro idololatria, videlicet Synagogæ, qua *lupanar, & proſtibulum*, id eſt, excelſa, vbi idola colebantur, exſtruxit, ſacrificando etiam diis immundis, ſordidis, & fœdis, ſicut Ægyptij, qui teſte Strabone *lib.* 7. felem colebant, & teſtante Plinio *lib.* 30. *c.* 11. etiam ſcarabæum immundiſſimum animalculum, ſtercotarias pilulas fingens, ac verſans: & quod magis ſtupendum, cepas, & porros, vt meritò Iuuenalis eos irriſerit Satyra 15. dicens:

Porrum, & cepe nefas violare, & frangere morſu:
O ſancta Gentes, quibus hæc naſcuntur in hortis
Numina

Parum igitur hic locus pro præſenti caſu iuuat, in quo de carnis fornicatione ſermo agitur.

Iuuat magis Patrum authoritas, quam iidem Au- 16
thores afferunt. Primò illud D. Hieronymi *in epiſt. ad Ocean.* dicentis: *Cæſarem, non Chriſtum, Papinianum, non Paulum, viris impudicitiæ frena laxare, & lupanaria permittere.* Secundò quod D. Auguſtinus, etſi *lib.* 2. *de ord. cap.* 4. meretricij permiſſionem probare viſus fuerit, ætate tamen, & vſu ſapientior, videtur retractaſſe ſententiam. Nam *lib.* 2. *de Ciuit.* 17
cap. 20. lupanaria numerat inter illicita, & exitialia. Dixit enim peſſimam, ac flagitioſiſſimam eſſe Rempublicam, vbi *abundant publica ſcorta, vel propter omnes quibus frui placuerit, vel propter eos maximè qui habere priuata non poſſunt,* & vbi *non prohibentur*

impura.

impura. Vnde etiam *lib.* 14. *cap.* 18. qui per errorem apud S. Thomam *lib.* 4. *de Regimine Princip. c.* 14. dicitur *lib.* 13. *Vſum ſcortorum*, ait, *terrena ciuitas licitam turpitudinem fecit.* Apud Auguſt. *Terrena ciuitas eſt, in qua ſunt inimici Ciuitatis Dei*, prout ex illo opere *lib.* 1. *c.* 1. habetur. Ex ipſo etiam *in c. nubendi*, 27. *q.* 1. habetur illud: *fornicatio autem nulli impunè concedetur.* Tertiò illud Lactantij, quod ſic referunt iidem Doctores. *Lactantius lib.* 6. *c.* 23. *docet à Dæmone lupanaria eſſe inuecta; ac ne quis eſſet, ait, qui pœnarum metu abſtineret alieno, lupanaria quoque conſtituit, & pudorem infelicium mulierum publicauit, vt ludibrio haberet tam eos qui faciunt, quàm quas pati neceſſe eſt.* Sed neſcio cur iſta prætermiſere eiuſdem Lactantij huiuſcemodi ſcortationes execrantis, quæ tamen retulit Spenceus: *His obſcœnitatibus* (Diabolus) *animas ad ſanctitatem genitas, velut in cœni gurgite demerſit, pudorem extinxit, pudicitiam profligauit.*

18 Iuuat etiam maximè, quod meretricium, meretrices, & ſcorta infinita propemodum afferunt Reipublicæ damna, vt propter illa fugienda nullatenus permitti debere videatur. Etenim præterquam quod aliquando deſtructionis vrbium ſunt cauſa, iuxta dicenda inferiùs, facultates abſumunt, *Prouerb.* 29. Apoſtatare homines faciunt, *Eccleſiaſt.* 19. prout in Caluino, Luthero, Bucero, Balæo, aliiſque noſtri æui nouatoribus, iiſdemque hæreticis, imò hæreſiarchis, magno cum ſui detrimento experta eſt Romana Eccleſia. Nec mirum, quia vt ibidem Eccleſiaſticus inquit, *qui ſe iungit fornicariis, erit nequam*, ſeu *audax*, vel *audacior*, vt Complutenſis, & Clemens Alexandrinus dicunt. Talis enim, vt ſcholiaſtes quidam dixit, *erit comeſſator, ebrioſus, & ſi pecunia egeat, fur, vt ventri ſatisfaciat, rixoſus, & ſubinde homicida, magus, veneficus* (ait Palacius) *ac tandem hæreticus, & atheus.* Vnde meretrices ſcortantes iram Dei prouocant, *Deuteron.* 22. Earum familiaritate, homines non ſecus, ac venenis inficiuntur, *l.* 1. §. *ipſas etiam, C. de natural.* Hinc apud *Eccleſ. cap.* 7. nuncupantur laqueus venatorum: & Diogenes formoſa ſcorta ſimilia dicebat vino lethalibus venenis temperato, quod affert quidem initio voluptatem, quam perpetuus dolor eſt conſequuturus. Laërtius *lib.* 6. Hinc fideiubens pro meretrice, aut illi credens pecunias de mandato iuuenis, non habet actionem mandati, *l. ſi verò* 12. §. *ſi adoleſcens, ff. mandat.* ac emens à proſſinus ſcorto daturo, dicitur in mala fide verſari, *l. ſi quis cum ſciret, ff. pro emptore.* Sunt etiam meretrices garrulæ, vagæ, quietis impatientes, huc, atque illuc diſcurrentes, nec valentes loco conſiſtere, *Prouerb.* 7. ſunt ſtultæ, procaces, clamoſæ, illecebris plenæ. *Prouerb.* 9. Sunt venales, *l. palam ff. de ritu nupt.* prodigæ ſimul, & auaræ, Tiraq. *de leg. connub. gloſſ.* 9. *num.* 157. Sunt fallaces, & ſubdolæ, nam vt Fauſtus ait:

Scortum non eſt aliud, niſi blanda, & ſubdola Siren,
Quæ trahit humanum ſub vnda cæca genus.

Exultant præterea amantium paupertate. Naſo 1. *Amor.* 10.

Sola mulier ſpoliis exultat ademptis.

Sunt impudentes, proprio non parcentes pudori, *d. leg. palam, ff. de ritu nupt.* Sordidæ proprij corporis locatrices. Naſo *loc. cit.*

Sola locat noctes, ſola locanda venit.

Sunt inueſtigabiles, *Prouerb.* 5. Adulatrices, *Prouerb.* 2. *&* 7. Quarum lingua æquiparatur gladio ancipiti, *Prouerb.* 5. Familiaritatis veneno, *Eccleſiaſt.* 7. *Prouerb.* 5. *l.* 1. §. *ipſas etiam, Cod. de natural.*
19 *liber.* Sapientiſſimus proinde Salomon rem expertus, imaginem meretricis in hæc verba refert. Prouerb. capit. 7. *De feneſtra domus meæ per cancelles proſpexi, & conſidera vi cordem iuuenem, qui tranſit per plateam, iuxta angulum, & propè viam domus illius graditur in obſcuro, adueſperaſcente die, in noctis tenebris, & caligine: & ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas, garrula, & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis, nunc in plateis, nunc iuxta angulos inſidians, apprehenſumque deoſculatur iuuenem, procaci vultu blanditur dicens: Victimas pro ſalute vouí, hodie reddidi vota mea, idcirco egreſſa ſum in occurſum tuum, deſiderans te videre, & reperi. Intexui funibus lectum meum, ſtraui tapetibus pictis ex Ægypto, aſperſi cubile meum mirrha, & aloë, & cinnamomo. Veni inebriemur vberibus, & fruamur cubilis amplexibus, donec illuceſcat dies. Non eſt enim vir in domo ſua, abiit via longiſſima, ſacculum pecuniæ ſecum tulit, in die plenæ lunæ reuerſurus in domum ſuam. Irretiuit eum multis ſermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum, ſtatim eam ſequitur quaſi bos ductus ad victimam, & quaſi agnus laſciuiens, & ignorans quod ad vincula ſtultus trahatur, donec transfigat ſagitta iecur eius, velut ſi auis feſtinet ad laqueum, & neſcit quod de periculo animæ illius agitur. Nunc ergo, fili mi, audi me, & attende verbis oris mei, ne abſtrahatur in viis illius mens tua, neque decipiaris ſemitis eius, multos enim vulneratos deiecit, & fortiſſimi quique interfecti ſunt ab ea. Via inferi domus eius, penetrantes in interiora mortis.* Hæc Salomon. Hæc quoque Antoninus Ricciullus ſuperiùs commemoratus, ad intentum vrget.

Iuuant & alia in odium meretricum, & lupana- 20
rium, ex illo Prouerb. 23. *Fouea profunda eſt meretrix.* Profunda namque vocatur, quia veluti eſt alta vorago, in quam cadentibus difficilis fit ſpes emergendi. Vnde Boëtius de Eccleſiaſt. diſcipl. *Meretrix eſt inferni ianua, via iniquitatis, ſcorpionis percuſſio, viſcarium ſcelerum, puteus interitus.* Ita enim meretrix melleis ſuis laqueis, & meretriciis artibus detinet amaſios, vt ex ea ſe expedire nequeant. Vnde Comicus:

Nil amor eſt aliud, niſi triſtis, & agra voluptas.
Nil niſi dulce malum, nil niſi triſte bonum.
Diminuit famam, factis meliaribus obſtat.
Exiguo magnas tempore perdit opes.

Eſt etiam fouea profunda, quia ſcortantium cum ipſa eſt amara mors; amaſiorum enim animas, & ſæpe corpora interficit, quoniam cauſa eſt, vt inter ſe rixentur iuuenes, ſeque mutuò digladiando occidant. Hinc S. Iſidorus de fornicariis agens: *Hi*, inquit, *ſunt quos iam lethale obſignat.* Eos enim Iudices olim reos damnabant ad mortem. Vnde illud Perſij: *Et potis eſt vitio nigrum præfigere theta.* S. Chryſoſtomus verò homil. 49. in Matth. *Luxuria*, inquit, *non ſolùm petulantes, ſed & homicidas facit*, vti Herodiadem fecit homicidam S. Ioannis Baptiſtæ. Præterea, *fouea profunda*, id eſt, Sepulchrum eſt meretrix; ſed dealbatum, vt ait Chryſoſtomus *in Pſal.* 50. quia exteriùs alba, & compta apparet, ſed interius plena eſt ſordibus, putredine, lue venerea, aliiſque morbis, quibus amaſios inficit, & perdit. Eſt item *fouea profunda*, quia ſordida, imò ſordes meræ: pauperrima, ſordidiſſima, fœtidiſſima, plena putore, ſanie, putredine. Vnde Chryſoſtomus homil. 29. in Matth. *Sepulchra ſunt meretricum diuerſoria cum multo fœtero, multa putredine ſunt repleta.* Eſt maximè *fouea profunda*, quia pernicies amaſiis, perdit enim nobiliſſimos iuuenes, & ciues. Eſt denique *fouea profunda* meretrix, in quam etiamſi Crœſi opes iniicias, effluunt, & prodiguntur. Vnde Menander miſit Venerem ad auriſodinas, quòd nullo auro eius inopia, & ſitis expleatur, teſte Rhodigino *lib.* 8. *cap.* 5.

Specia

Digitized by Google

21 Specialiter idem corroborari videtur ex temporalibus damnis, quæ ex libidinoſa fornicatij cum ſcorto copulatione oriri ſolent. Quod notauit Eccleſiaſticus *cap.* 19. relato ibi: *Putredo, & vermes hæreditabunt illum, & extolletur in exemplum maius, & tolletur de numero anima eius.* Libido enim corrumpit humores, ſpiritus, ſanguinem, totamque hominis complexionem, ideoque carnes putreſcere facit, vt vermes ex eis ebulliant, ac iure dicat ſcortator: *Putredini dixi, pater meus es: mater mea, & ſoror mea, vermibus.* Iob 17. Scortatio enim, quia ſanguinem, ſpiritus, & ſuccum exhaurit, corpuſque exſiccat, eneruat, infirmat, abbreuiat vitam hominis, mortemque accelerat. Ita Raban. Lyra, Ianſ. Palacius, & alij.
22 Quot porrò, quantique morbi ea libidine, quaſi turpiſſimæ voluptatis ſtipendia, promanent, recenſet Aetius *lib.* 3. *Atrabil.* nimirum: *Exolutio virium, cruditates, hebetudo ſenſuum, obliuio, tremor, articulorum dolor, renum, & veſica morbi, oris graueolentia, dentium dolor, gurgulionis inflammatio, vlcera in membris, phthiſis.*

23 Fauet quoque, quod pro huiuſcemodi, & aliis ſimilibus fugiendis Principes plurimi, nedum Catholici, ſed & infideles, lupanaria cum lupis, proſtibula, & ſcorta interdixere. Siquidem Periander Rex apud Corinthios meretrices omnes vndis ſubmergi iuſſit, vt Herculeus teſtatur *de Polit. Corinth.* Scipio ſcorta, & aruſpices caſtris depulit, vt Suidas ſcribit. Iuſtinianus Bizantij meretricum, & lenonum ſodalitia ſuſtulit, vt refert Procopius *lib. de ædific. Iuſt.* Theodoſium etiam ſeniorem, & Catholicum Imperatorem, quod deſtruxerit *ſiſtras*, ſcilicet arctas domunculas, vbi mulieres explendæ omnium petulantiæ exponebantur, adnotat Eſpenceus
24 *ſupra*, ex Socrate, & Nicephoro. Qui etiam de S. Ludouico Galliarum inclyto Rege hæc habet: *Sed & apud noſtratem Gaguinum lego S. Ludouicum Regum noſtrum inter leges generales Lutetiæ Conuentu de reformanda Republica habito latas, ſcortis domos, & luſtra habere ad explendam libidinem interdixiſſe.* Addit Cornelius in c. 19. Eccleſiaſt. ex Mariana ſuperiùs relato, hæc de Philippo IV. Pio, & Catholico Hiſpaniarum Monarcha: *Sic nuper Philippus IV. Hiſpaniarum Rex tota Hiſpania lupas, & lupanaria publica lege eiecit.* De ipſius autem, & Hiſpanorum circa harum miſellarum mulierum ſalutem procurandam pietate, inferiùs aliqua. Iungit iſta: *S. Ludouicum imitatus eſt recenter hoc anno 1624. inauguratus Lotharingiæ Dux, qui primordia Ducatus ſui à Deo, Deique cultu auſpicatus, legem tulit, & ſeuerè ſanxit, vt blaſphemis lingua perforetur, lenones ſuſpendantur, meretrices flagellentur, & in exilium expellantur. Hoc ſui regiminis pij, ſanctique præbens auſpicium dedit præluſtratis futuri ſpecimen, & omen. Felix tali Duce Lotharingia. Felix tanta religione, & caſtimonia Dux.* Barthol. autem Fernand. relatus inter Catholicos Principes lupanarium euerſores, non ſolum Philippum IV. modo pie, & catholicè regnantem, ſed etiam Alphonſum Aragoniæ Regem affert.

25 Sed cæteris exemplis Roma non eget, cum piiſſimus, & Religioſiſſimus Summus Pontifex Pius V. propter eximias animi virtutes, ea geſſiſſet, quæ idem Cornelius ſic ſcribit relato loco: *Memorabile eſt exemplum Pij V. qui Romæ, omnique ſtatu Eccleſiaſtica meretrices intra quindecim dies excedere iuſſit, paucas tantùm permiſit, eaſque loco ſeparato iuxta Mauſolæum recluſit, ſanxitque ne inde egrederentur, ac per Vrbem noctè, vel die vagarentur: ſacellum eis attribuit, in quo concionem audirent: quæcunque contrà facerent, acriter deuerberabantur. Obſtitit initio Pontifici Conſeruator Populi Romani, dictitans id ceſſurum in Romæ detrimentum, quæ cùm ſit ciuitas libera, meretrices ſemper permiſit, ideoque numero, & gente accreuit. Reſpondet Pius, noſſe ſe quanta hæc peccati ſit illecebra tum populo, tum Clero, ac quantum per hoc apud exteros probrum Romæ & Sedi Apoſtolicæ, puta Pontifici, qui eius eſt Princeps, tum ſecularis, tum Eccleſiaſticus, creetur. Hæreticos enim perpetuò illud Romanis abijcere, ac proinde ſe in conſcientia teneri hoc ſcandalum, & probrum tollere. Vrgente Conſeruatore hanc fore ruinam Romæ, reſpondit: Si per hoc ſum futurus ruina Romæ, ea excedam, & Sedem Apoſtolicam mecum in aliam vrbem transferam, at Romanis ſuas lupas relinquam. Ceſſit Conſeruator, ac Pontifex rigidè ſanctionem ſuam executione mandans Romam hoc ſcandalo, & probro liberauit. Ita habet eius vita.* Eadem, cum aliis ad hoc intentum ſpectantibus, de quibus infra, habet Hieronymus Catena author vitæ eiuſdem Pij V. libro Romæ edito anno 1586. *pag.* 49.

Vrgeri etiam poſſunt Principes huiuſmodi fœminarum genus in ſuis ditionibus permittentes, quod 26
cum *meretrix*, vel ex ipſa etymologia nominis idem ſit, *ac me ratio trahens a bono opere, ſcilicet virginitate, & caſtitate*, prout affert ex aliis Farinacius *in praxi q.* 136. *n.* 77. & 80. idque experien- 27
tia rerum magiſtra comprobet, ſiquidem, vt Pius Doctor Nauarrus *ſupra* aiat: *Multi pueri incipiunt hac occaſione prius peccare, quàm alioquin inciperent.* Item: *Ipſemet noui pueros caſtiſſimos venientes ad academias ex terris, vbi non eſt eiuſmodi occaſio fornicandi, ob eam, quæ in illis ſe offerebat, animas, ſtudia, & corpora ipſa contagio infecta perdere*; pro-
culdubio meretricium erit *lapis offenſionis*, & *petra* 28
ſcandali, ſcandalum mundi, & omnium ſcandalorum apertiſſimum; ſi autem ſimul animaduertatur quod prædicator gentium Paulus ad Roman. 14. Iu-
dicibus populorum dicit: *Iudicate magis ne ponatis offendiculum fratri, vel ſcandalum*, & Chriſtus 29
ipſe Saluator dicit Matth. 18. *Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.* Et rurſus: *Væ homini illi, per quem ſcandalum venit*; abſque dubio pij, & catholici Principes, ac Dynaſtæ, ſcandalum hoc meretricium abſcindere melius iudicabunt, vel taliter permittere, vt minus Reipublicæ noceat.

Maximè tamen huic piæ cauſæ ſuffragatur, 30
quod per meretricis in Republica tolerantiam, non aſſequuntur Principes, & Magiſtratus eum finem, quem prætendunt, & ſub cuius prætextu illud permittere ſibi licere autumant. Talis enim finis abſdubiè eſt, quem præfixit ſibi Solon Atheniensium legiſlator, qui primus fermè omnium hoc piacolum pro lege induxit, vt videlicet effuſo illic libidinis iuuenum impetu, quid turpius cogitare deſiſterent. Sic enim ex Cælio, Alexandro ab Alexandro, Alciato, & aliis eliciunt Couarruuias 1. p. c. 4. *de ſponſal. n.* 9. Graffius *in dec. aureis, lib.* 2. *cap.* 75. *num.* 4. & alij. Hunc autem finem fruſtrari, nec hac via obtineri demonſtratur facile. Nam cum 31
lupanaria, & proſtibula, *ſchola Veneris, Priapi Cathedra, Cupidinis Arx*, & omnigenæ libidinis *Conſiſtorium* ſint, potiùs in eis omne genus carnalium criminum addiſcent iuuenes, tanto faciliùs, quanto impuniùs. Veriſſimum enim videtur illud Nauarri, quod ij qui aſſueti ſunt adire meretrices, *tanto magis honeſtas ſollicitant, quo maiori impetu naturæ, & vitij feruntur*; & illud ex Mariana à Cornelio relatum: *Per lupanaria non cauetur, ſed augetur libido qualibet, etiam contra naturam, vti liquet in Vrbibus, vbi ea permittuntur.* Et ratio euidens eſt, quia, vt ipſi iſſiquiunt: *Vna libido inflammat aliã, libido enim vaga quaſi*

cancer ſerpit ; & quia inſaturabilis, alios, & alios quærit, & excogitat modos, & ſpecies, nec vllis finibus conſiſtit. Quod etiam dixit Nanarrus: *Libido non extinguitur, nec refrenatur ; imò accenditur eius vſu:*
33 *additur mala inclinationi ſenſualitatis malus habitus.* Et
meritò quidem, quia luxuria luxuriæ lenocinatur,
& vt dixit Ambroſius *de fuga ſecul. Si te comprehenderit, nec de die, nec de nocte requieſcere ſinet,*
exagitat, vrit, incendit. Eſt etiam *Ambitioſa fames apud*
Lucanum 4. Pharſalia. Et eſt *ſanguiſuga*, non ſolùm quia optimum ſanguinem, ſemen videlicet, &
optimos ſpiritus abſumit, ſed quia eſt illa, quæ Prouerb. 30. dicit. *Affer, affer*, propterea enim ibi vocatur *os vulua, & terra, qua non ſatiatur.* Vnde Hieronymus *contra Iouinianum*, cum ſeptuaginta legens
34 *amor mulieris*, ſic ait: *Non hoc de meretrice, non de*
adultera dicitur ; ſed amor mulieris generaliter accuſatur, qui ſemper inſatiabilis eſt, qui extinctus accenditur, & poſt copiam rurſus inops eſt, animumque virilem effœminat, & excepta paſſione quam ſuſtinet, aliud non ſinit cogitare, nec ipſo vſu extinguitur, ſed immoderatiùs, ac vehementiùs inflammatur. Vnde, vt rectè
ſpeculantur prudentes plures, experientiâ compertum
eſt, quod vix ſolùm in Vrbibus, & maioribus ciuitatibus, vbi meretricia publica tolerantur, non verò in
villis, ſeu paruis oppidis, vbi non permittuntur, adulteria, raptus, & peccata contra naturam crebrius cernuntur.

35 Corroborat intentum quod huiuſmodi proſtibularia ars, ſicut & Bacchanalia, ludi Circenſes, gladiatorij, congreſſus cum beſtiis, monomachia, aliaque ſimilia ex Gentilitatis penu deriuata videntur. Non etiam
ex Iudæorum ritibus id accepit Chriſtiana Religio,
cùm vſque ad hunc etiam diem huiuſmodi vitiorum
cloaca Hebraicus careat populus. Etſi enim ob proteruiſſimam perfidiam tecutiti, fæx mundi ſint, nihilo ſecius huius contagij ſunt immunes. Abiicienda
ergo à Chriſtianis ratio viuendi ſolum apud cæcam
Gentilitatem reperta.

36 Vltimò, & pro magni ponderis argumento affertur, huiuſmodi meretricum permiſſionem (tolerantiam alij vocant, dulciori vocabulo) contrariam videri præcepto naturali conſeruationis, ſeu
propagationis generis humani à Domino Deo indicato Geneſ. 1. illis verbis: *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram.* Quod etſi inſulsè ab hæreticis ſingulis hominibus applicetur, communitatem
tamen generis humani obligare certum videtur,
ne ſcilicet ſinat ſpeciem humanam intermori, vt
D. Thomas, & alij exponunt: itavt tale præceptum non ſolùm in principio mundi, quando pauci
homines erant, ſed nunc, & ſemper extare vſque
ad ipſius finem, innumeri Theologi doceant cum
eodem S. Thoma *in 4. diſt. 26. q. 1.* Huic autem præcepto contrarium eſſe meretricium, ex eo liquet,
quod per illud non ſolùm meretrices ipſæ impediuntur prolem facere, ſed & viri, qui cum illis
turpiter commiſcentur ; nam matrimonia idcirco
honeſta non ineunt, id facturi, niſi ſpurciſſimum hoc diuerticulum in promptu haberent.
Quemadmodum ergo ſimplex fornicatio, & quæcunque alia ſeminis humani effuſio extra connubium legitimum illicita eſt ipſo naturæ iure, vt boni Theologi tenent cum Baſilio Legionenſi *de Matrimonio lib. 10. c. 12. n. 6.* ea præcisè ratione, quia
eſt contra finem intentum à natura, ſcilicet prolis
ſuſceptionem, aut procreationem, prout ſatis clarè indicat Iſidorus Peluſiota, Rupertus, Clemens Alexandrinus, imò & D. Auguſt. ab eodem Legionenſi relatis;
ita ſimiliter permiſſio huiuſmodi meretricij concubitus, per quem ſuſceptio, aut procreatio prolis impeditur, contraria videtur naturali illi præcepto.

Quamvis autem hæc omnia efficaciter intentum
concludere videantur, quis tamen ſine ſingularitatis
nota improbare audebit, quod à tot Catholicis, &
Chriſtianiſſimis Regibus, Principibus, ac Dynaſtis
toleratum pro comperto eſt? Et quod magis, quis
quod Eccleſiarum Principes Sanctiſſimi, ſine vllius piaculi reatus nota permittendum cenſent, damnare præſumat. Eo præſertim, quod cum Pauli III.
tempore Romæ diſcuteretur, an huiuſmodi piacula
in Vrbe impunè tolerari poſſent, pro permiſſione
iudicatum fuit, quibuſdam tamen cautionibus adhibitis, vt Eſpenceus relatus teſtatur. Pro ea, cui vacat, 37
præter Theologos, & Summiſtas, legere debeat Couaruuiam *de ſponſ. part. 1. cap. 4. num. 7. & 9. verſ.*
Eccleſia igitur. Rojas *de ſucceſſ. cap. 10. ex num. 27.*
Menoch. *lib. 1. illuſtr. cap. 48. ex num. 1.* Spin. *in*
ſpecul. teſtament. gloſſ. 15. in princ. num. 123. in princ.
Petr. Magdalen. *de num. teſt. in teſtam. part. 1. cap. 3.*
num. 54. in fin. Anton. Scap. *lib. 1. cap. 54. ex numero 22.* Menoch. *caſ. 535. numero 6. cum ſequentib.*
Mattienſ. *l. 6. gloſſ. 1. num. 13. tit. 8. lib. 5. noua recop.*
Chald. Pereira *in leg. ſi curatorem, verb. cum non abſimiliter; numero 12.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1063.*
Hieron. Fernandez de Otero *in interpretat. cap. vlt.*
de cenſuet. num. 68. Bonacinam *de Matrimonio,*
quæſt. 4. punct. 14. plures alios affert Ricciullus *ſuprà*
num. 12.

Colligitur id primò ex *can. meretrices 32. q. 4.* ex 38
D. Auguſtino deſumpto illis verbis: *Meretrices eſſe, &*
ad meretrices accedere prohibet Dominus, quarum publicè venalis eſt turpitudo. In quibus licèt meretricij
malitia demonſtretur, ſimul etiam ipſius tolerantia denotatur. Clariùs *ex c. Inter opera de ſponſ.* vbi Clemés
III. ſic inquit: *Statuimus, vt omnibus, qui publicas mulieres de lupanari extraxerint, & duxerint in vxores,*
quod agunt in remiſſionem proficiat peccatorum. Quibus
ſimiliter & malitia fornicationis, & eius permiſſio 39
in lupanaribus deſignatur. Et ratio eſt, quia Eccleſia
Sancta quandoque tolerat minus malum præſens, vt
euitet maius malum futurum, quod veriſimilibus
coniecturis timetur, *cap. requiſiuit, de ſponſalib.*
quem textum ad hoc dicit ſingularem Ioannes Lap.
in c. per veſtras, §. 10. n. 16. de donat. inter vir, &
vxor. Graſſios *in deciſ. aur. lib. 2. cap. 75. n. 3.* Ete- 40
nim minus malum de duobus eſt eligendum, *canon.*
duo mala, ex Concilio Toletano, vbi ſic legitur:
Duo mala, licet ſint omninò cautiſſimè præcauenda,
tamen ſi periculi neceſſitas ex his vnum perpetrare compulerit, id debemus reſoluere, quod minori nexu noſcitur obligare. Vnde Turrecremata in hoc can. *n. 1.* 41
inquit, quod minus malum in comparatione maioris mali videtur habere quodammodo rationem boni, & deſinere eſſe peccatum, iuxta verba Auguſtini *in lib. contra mendac. c. 7. & 9.* dicentis, quod
illa deſinunt eſſe peccata, quæ propter grauiora vitanda ſuſcipiuntur. Quæ non ſic intelligenda in 42
præſenti, vt fornicatio deſinat eſſe peccatum, ſed
tantùm, vt permiſſio, tolerantia, ſeu impunitio illius in meretricibus peccatum deſinat eſſe. Quo
etiam ſenſu intelligenda ſunt verba Ariſtotelis *lib. 5.*
Ethic. cap. 3. per Cuuarruuiam *1. part. cap. 4. de*
ſponſal. num. 9. dum inquit, minus malum boni vicem habere, ſi maiori malo comparetur. Coitus ergo 43
cum meretrice, etſi malus, & omni iure prohibitus, nihilominus in foro exteriori impunitus ex parte vtriuſque extremi eſt. Gloſſa *in lege vnica, Codice de raptu virgin.* Bartolus *in leg. ſi vxor, Digeſt.*
ad leg. Iuliam de adult. Marſilius *in lege 1.*
Grammaticus *deciſ. 107. num. 6.* Burſattus *conſ. 218.*
numero 13. lib. 2. Boerius *deciſ. 317. ſub numero 7.*
Vincentius de Franchis *deciſ. 47. numero 6.* Ricciullus *ſuprà cap. 75. num. 1.* Etenim in huiuſmodi
ſcortan

44 ſcortantibus vulnerata videtur iuſtitia, vt latè Ste-
phanus Nerben. *in lib.* cui titulus eſt, *Iuſtitia vul-*
nerata chriſtianè, iuridicè, & politicè, c.6. & 9.
45 Ad idem intentum deſeruiunt quæ D. Auguſtinus
& D. Thomas ſummi Theologi, & ſacræ doctrinæ
Coryphæi tradiderunt. Etenim D. Auguſtinus *lib.* 2.
de ordine, c.4. inquit: *Aufer meretrices de rebus hu-*
manis, turbaueris omnia libidinibus. Non video ta-
men in ipſo quæ, veluti ex ipſo, refert Couarru-
vias ſuperiùs relatus D. Thomam infra referendum
ſecutus, in quo fere ſimilia habentur, nempe: *Et*
ſodomiâ totus efficietur reprobus, ſcilicet *mundus.*
Potius reperio iſta, quibus veluti pharmaco lenit
quæ dixit: *Quid ſordidius, quid inanius decoris, &*
turpitudinis plenius meretricibus, lenonibus, cæteriſque
hoc genus peſtibus dici poteſt. Et D. Thomas 2.2
*quæſt.*10. *articul.* 11. *in corpore*, præfatis D. Au-
46 guſtini verbis inhærens dicit: *Sic ergo in regimine*
humano illi qui præſunt rectè aliqua mala tolerant, ne
aliqua bona impediantur, vel etiam ne aliqua mala
peiora incurrantur, ſicut Auguſtinus dicit in libr. de
ordine: Aufer meretrices, &c. Item *lib.*4. *de Regimi-*
*ne Principum, cap.*14. poſtquam ex Ariſtotele contra
Platonis ſententiam dixit: *Minus malum eſt mulieri-*
bus carnaliter commiſceri, quam in vitia declinare fla-
gitia, id eſt Sodomitica, de illis enim loquitur ibi,
ſubiungit: *Vnde Auguſtinus dicit quod hoc facit me-*
retrix in mundo, quod ſentina in mari, vel cloaca in pa-
latio. Tolle cloacam, & replebis fœtore palatium, &
ſimiliter de ſentina. Tolle meretrices de mundo, &
replebis ipſum ſodomiâ. Ex quibus, etſi in Auguſti-
no non appareant, vt etiam notauit Eſpenceus in
ſuperioribus relatus, nihilo tamen ſecùs ex ipſo
Angelico Præceptore robur authoritatis accipiunt.
47 Commune autem horum Patrum, & aliorum
authorum fundamentum eſt id, quod in præce-
dentibus tactum, nempe quod ad euitanda maiora
mala, quæ prudenter timet Poteſtas humana, poteſt
minora, ſcilicet fornicationes cum ſcortis permit-
tere, non quidem illa approbando, aut pro licitis
habendo, ſed non puniendo, & Dei iudicio pu-
nienda relinquendo. Sic expreſsè Lytanus *in c.* 19.
Geneſ. maximè, & latè Abulenſis locis ſuperiùs re-
latis, Couarruvias, & Stephanus Nathen. etiam
relati, qui vltimus ad intentum affert illud Plauti
in Sticho.

—— Quanta mea ſapientia eſt
E malis multis,
Malum quod minimum eſt.

48 Quibuſdam tamen limitationibus coarctandum
id crederem, ſi ſacris Eecleſiarum Prælatis, Catho-
licisque Dynaſtis, quorum iudicio cuncta meo ſub-
iicio, benè viſæ fuerint. Prima eſt, vt harum pro-
broſarum mulierum turba non in omni loco, ſed in
determinato, ac certo ciuitatum collocetur, vbi
exemplo minus obeſſe poſſit, *argum. l.*4. *C. de ſpect.*
publ. Meretrices enim in matronarum cœtum in
49 virtutum concilium non adducat, vt Cicero inquit
de finib. Hinc Romani, veteris Herciniæ templum
extra vrbem collocarere, vt refert Alexander ab
Alexandro *Genial. lib.*2.*c.*4. Hoc idem apud Gal-
los lege Regia præcipi teſtatur Rebuffus *in l. Ma-*
*ſurius, col.*2. *verſ. addo quoque, ff. de verb. ſignif.*
ſubdens in monte Peſſulano collocatas eſſe ad Ciui-
tatis pomeria. Hoc etiam fit in Hiſpaniis, quando
tolerantur. Id quoque Sanctiſſimus Pius Pontifex
intendit, dum ad Mauſolæum ſcorta relegauit, vt
dictum manet.
50 Dicerem ſecundò, talem determinatum locum
viliorem, & ſemotiorem Vrbis eſſe debere. Et me-
ritò ſanè, quia meretrix, teſte Oleaſtro *in cap.* 38.
Geneſ. hebraicè eſt *chedeſſab*, id eſt *ſeparata*, quia
in loco ſemoto. Eo quia eum meretricium exercentes 51
fœminæ ſporciſſima Ciuitatum pars ſint, procul-
dubio incongruit, vt in nobilioribus locis, & pla-
teis Vrbium, honeſtarum perſonarum naribus fœ-
torem ſubminiſtrent. Rectè enim D. Auguſtinus
*de Ordine cap.*4. inquit de iſtis impudicis femellis;
Conſtitue matronarum loco, labe, ac dedecore deho-
neſtaueris, Matronas ſcilicet. Idque ſuadet *cloacæ* 52
titulus, quo lupanaria D. Thomas relatos cogno-
minat. Non enim *cloaca* in palatij qualibet parte,
ſed in viliori, & ab oculis remotiori ponitur. Idem
die de *ſentina*, quam etiam idem S. Doctor pro
exemplo affert. *Sentina* etenim (vt Calepinus in-
quit) *pars nauis inferior eſt, in quam omnes confluunt* 53
ſordes. Infimus ergo omnium locus huiuſcemodi
ſcortis applicandus, prout etiam in Hiſpania ob-
ſeruatur, ſub pij, & Catholici Regis auſpiciis. Hinc
in fornicibus, ſeu angulis ædificiorum, ſubobſcuris
nempe locis, hoc fœminarum impudicum genus
olim conuerſabatur, vt propterea *fornicatio* ab hu- 54
iuſmodi *fornicibus* deriuetur. Vnde Seneca *lib.* 1.
controuerſ. cuidam dixit: *Redoles adhuc fuliginem*
fornicis. Et in Priapeia: *Nigri fornicis oblitas fa-*
uilla. Hinc etiam Chriſippus apud Origenem *con-*
*tra Celſum lib.*4. *Meretrices olim* (inquit) *perſonatas*
& velatas extra Vrbem primò, deinde velamine ab-
lato etiam extra mœnia impudici corporis copiam viris
impudicis præbuiſſe. Hinc quoque Martialis lib...
Epigr. ſæpius ipſas *ſubmœnianas*, aut *Summœnianas*
vocat, quia in deſtinatis, & ſemotis locis à Ro-
manis tolerabantur. Hinc præterea Thamar illa 55
Iudæ Patriarchæ nurus, *Geneſ.* 38. vt prolem ex eo
haberet, mirabili, etſi illicita, ea ſtropha vſa eſt,
vt meretricem fingens ſe *in biuio itineris* collocaue-
rit, cum ipſo coitura, vt contigit. Non enim id
ſcelus in domo aliqua ciuitatis, vel oppidi perpe-
trare auſa eſt, ſed *in biuio itineris*, vel *ad portam*
Æneam, vt habent Septuaginta, ſiue *in compito*, vt
D. Hieronymus, aut *in diuiſione fontium*, vt Chol- 56
dæus Paraphraſtes, in loco videlicet ab hominum
habitatione diſcreto. Hinc æternæ memoriæ Pon-
tifex Pius V. commemoratus, vt in eius vita *pag.* 49.
refert Hieronymus Catena, quamvis, vt dictum
eſt, meretrices Roma eieciſſet, cum aliquæ minus
famoſæ remouerent, *comandò che tolerati ſi riti-*
raſſero in vn luogo della Città ſeparato, aſſignato loro
appreſſo il Manſoleo, nè dinde ſotto pena d'ella fruſta,
e dal bando, vſciſſero per andar vagando per Roma, nè
di dì, nè di notte.
Hæc porrò etiam aſſeruanda crederem in caſu 57
quoque, quo meretrix aliàs nobilis eſſet. Per 58
meretricium namque, licet non amittatur ipſa
nobilitas, Lucas de Peña *in l. mulieres, Cod. de*
*dign. lib.*12. tamen amittuntur nobilitatis priui-
legia. Ita docemur *ex l. Senatoris filia* 47. *ff. de* 59
ritu nuptiar. & ex l. 3. *paragrapho emancipatus,*
ff. de bonor. poſſeſ. contra tabul. Peña *loco citato,*
Baldus *in d. l. Senatoris, & iterum in l. cum in*
antiquioribus, in princ. quæſtione 8. *Cod. de iur. de-*
lib. Angelus Aretinus *conſil.*74. *numero* 16. Tira-
quellus *de nobilit. cap.*24. *numero* 1. & 5. Bonifa-
cius *de nobilit. numero* 194. Triuiſanus *deciſ.* 33.
numero 6. *p.* 2. Adeo vt attento iure antiquo Pan- 60
dectarum, etiam illa, quæ meretricari deſiderabat,
erat infamis. *lib. palam* 43. §. *non ſolùm, ff. de rit.*
nupt.
Vnde conſequenter meretricem poſſe ab hone- 61
ſtis locis expelli probat textus *in l. non aliter. ff. de*
vſu, & habit. & in l. ſi pendente, verſic. Et iſtud
ſolùm obſeruandam, ff. de vſufr. & ibi Peña *in l.*4. *de*
ſpectac. & ſcenic. public. lib. 11. ibi: *In loco honeſto*
non debent inhoneſtæ perſonæ verſari, per quem ita

ſcribunt Bartolus, Baldus, Caſtrenſis, & reliqui
in l. 2. de Summ. Triait. & fid. Cath. & plures alij
apud Ricciullum *ſuprà c.* 21. Eſtque prouidis Con-
62 ſtitutionibus ferè vbique ſancitum, & præſertim
in Ciuitate Neapolitana ex priuilegio Regis Catho-
lici, vt in Conſtitutione, quæ incipit, *Quæ paſſim
venales, ſub rubric. de ſubmota conuerſatione inter fœ-
minas, lib. 4. tit. 77.* & in Principato Cataloniæ, vt
per Pegueram *deciſ.* 12. & in ciuitate Ferratienſi,
vt *in Statutis lib. 1. c. 23.* in Sabaudia, in conſtitut.
ſub rubr. *de muliere fornicar. & meretric.* vbi Anto-
nius Sola *num. 6. & 12. & ſub rubric. de meretric.
public.* Maximè hoc procedit loquendo de Monaſte-
riis, & Eccleſiis; illa enim ſunt loca honeſtiſſima,
& ita procul ab eis debent collocari hæ fœminæ
ſcandaloſæ. Authent. *de lenonib. §. quaſdam verò, &
in l. 4. Cod. de ſpectacul.* Ricciullus *ſuprà capit.* 21.
ex aliis.

63 An admittatur ſcortum ad licitationem domus,
quod tractat idem Ricciullus *cap.* 24. dubiæ quæ-
ſtionis eſt, quæ quia ad meum non ſpectat inſtitu-
tum, Authoribus ab ipſo relatis remittenda. Nota-
rem ſolùm, quod cùm meretrices odioſæ perſonæ
64 ſint, *l. his ſolis, Cod. de reuocandis donationibus*, quæ
in generali diſpoſitione non comprehenduntur, *l.
Lucius Titius*, & ibi Bartolus, & reliqui, *ff. de le-
gat.* 2. Calderinus *conſ.* 8. *de re iudicat.* Alexander
conſ. 99. *num.* 2. *lib.* 6. & *conſ.* 213. *num.* 4. *eodem
65 lib.* Iaſon *conſ.* 124. *lib.* 4. Idcirco iura loquentia in
fauorabilibus de mulieribus, ipſas non compre-
hendunt, *d. l. Lucius Titius, ff. de leg.* 2. *l.* 2. *cum
aliis allegat.*

In communi autem illa quæſtione, an huiuſmo-
66 di fœminis locari poſſint domus ad habitandum.
Quamuis ſcrupuloſius loquatur Nauarrus ſuperiùs
67 relatus, dicens: *Difficile defendi poſſe, quod non pec-
cat mortaliter qui facit, vel locat domum meretrici
ad meretricandum, etiam in ea parte ciuitatis, in qua
permittitur habitare*, &c. Nihilominus communis
68 ſententia tenet id licere. Ita Sanchez *lib.* 1. *in De-
cal. cap.* 7. *num.* 10. qui Azotium, & Valentiam re-
ferens, ſentit, etiam nulla cauſa iuſta interuenien-
te licere domum locare meretrici. Eo quod loca-
tio domus ſit res indifferens, & omninò per acci-
dens ſe habeat in ordine ad meretricium, quod non
committitur niſi propter malitiam meretricis. Idem
ſequitur Bonacina *de Matrim. quæſt.* 4. §. 14. & Ca-
ſtrus Palaus *de charit. tract.* 6. *diſp.* 6. *p.* 12. poſt Leſ-
ſium, Vazquez, & Rebellum, & Ricciullus *ſuprà
cap.* 23. referens Lopez, Molinam, Vegam, Gut-
tierrez, & alios. Et colligitur *ex l. ancillarum* 30. §.
fin. ff. de petit. hæredit. Vbi Vlpianus pronunciat
penſiones, quæ ex locationibus domorum percep-
tæ ſunt, venire in petitione hæreditatis, licet à
lupanari emanauerint. Nam, vt inquit, *in multorum
honeſtorum virorum prædiis lupanaria exercentur.*
Item quia meretrix non priuatur rebus ad vſum ne-
ceſſariis, qualis eſt habitatio domus, *leg. legatis, §.
fin. ff. de aliment. & cibar. legat.* & quia habitatio
ciuitatis ſolùm denegatur illis, qui in ea non to-
lerantur, *cap. vnic. de vſur. in* 6. Quamuis tamen
ſic res ſe habeat, nihilominus, vt animaduertunt
Valentia, Salon, Sanchez, Rebellus, Bonacina,
69 & Palaus, aliquando locatio domus meretrici ob ali-
quas circunſtantias, quia ſcilicet domus ſit in tali
loco, vt fornicandi occaſionem præbeat, coopera-
70 tio erit ad peccatum, & ita talis locatio illicita, & in-
honeſta. Pariter etiam illicitum erit domum meretri-
ci locare ea intentione, ſiue principali, ſiue minus
principali, vt ibi fornicetur, vt poſt eundem Nauar-
rum tenet Graff. *in dec. aur. lib.* 2. *c.* 124. *n.* 4. Imò ge-
neraliter loquendo illicitam eſſe talem locationem, ex

D. Antonino, & Silueſtro tenet Corradus *in re-
ſponſ. ad caſ. conſcient. quæſit.* 169. Ad minus tamen 71
non crederem perſonas timoratæ conſcientiæ domos
ſuas locaturas huiuſmodi fœminis, niſi forſan aliis
commodè locare non poſſint ſine notabili ſui dam-
no. Cæterùm quamvis Nauarrus, quem ſequi- 72
tur Graffius *lib.* 2. *deciſ. aurear. cap.* 124. *num.* 4.
dicat non licere locare domos meretricibus carius
quam honeſtis perſonis; nihilominus ſatis proba-
biliter tenet contrarium Caſtrus Palaus relatus.
Nec enim ſic faciens cooperatur turpibus actibus 73
ipſarum, vt ex dictis liquet; nec facit iniuriam
ipſis, eo quòd domus locata vilibus, & infamibus
perſonis vilior efficitur, ita vt honeſtæ illam poſt-
ea locare nolint, ac proinde ad reſarciendum hoc
damnum poteſt maiori pretio eam locare meretri-
cibus. Adde, hoc ſpectare ad iuſtam vexationem
illarum, vt vel ſic retrahantur à meretricio. Patroni
porrò meretricum, ſi ſolùm ad eas cuſtodiendas, &
curandas ne contagioſo morbo inficiantur, inſtituti
ſint, tolerari poſſunt, provt Ledeſma, Sanchez, Ro-
driguez, & Bonacina tenent; ſecus verò ſi in me-
retricio cum illis participent, aut aliquo modo ad
illud cooperentur, provt ſæpius contingit, vt Nauar-
rus, & Sanchez notant.

Crederem tertiò, poſſe Principes, & Magiſtra-
tus meretrices cogere, vt deferant habitum, ſeu
ſignum aliquod, quo ab honeſtis fœminis diſcer- 74
nantur. Sic enim tenent Baldus, Salicetus, Fulgo-
ſius, Caſtrenſis, Decianus, & plures alij, quos
refert Ricciullus *ſupr. cap.* 30. contra Benedictum
Ægidium *in tract. de priuil. honeſt. art.* 9. *n.* 15. Ra- 75
tio eſt primò, quia publici, & notorij peccatores,
maximè qui aliis ſcandalum præbent peccandi, qua-
les ſunt mulierculæ iſtæ, ſunt digni tali notâ. Idcirco
enim cum peſſimo Caino ſic ſe geſſit Deus. Dicitur 76
enim Geneſ. 4. *Poſuitque Dominus Cain ſignum.* Siue
illud fuerit *cornu in capite*, provt Hebræi dicunt, ſiue
litera nominis *Abel*, quem interfecerat, vt alij ex
veteribus Hebræis putant; ſeu timor, & tremor
corporis, vt recentiores autumant; ſiue vultus fe-
rus, & truculentus, vt quidam Rabbini; ſiue quid
aliud incertum, provt verius forſan. Secundò, quia 77
æquum, & iuſtum eſt, vt quilibet deferat habitum,
vel ſignum profeſſionis, quam gerit, *l.* 1. & *l. qui
pileati, C. de Latina libert. tollend. cap. vt pericnloſa, ne
cleric. vel monach. cap. in nonnullis, de Iudæis.* Tertiò, 78
quia etiam Hebræi, vtpore publici, & notorij pecca-
tores, & infideles, pileum flauum geſtant, vt pro ta-
libus habeantur, iuxta Concil. Lateranenſe, Pau-
li IV. Pij V. & Caroli V. edicta. Quartò, quia
hic mos in vſu gentium ſemper fuiſſe videtur. Sic
enim Thamar Iudæ nurus, vt meretricem ſe fingeret,
Geneſ. 38. *aſſumpſit theriſtrum, & mutato habitu ſedit
in bivio.* Sic etiam Romanæ meretrices olim habitu 79
diuerſo à matronis vtebantur, vt patet ex Vlpiano
*in l. apud Labeonem, §. ſi quis virgines, ff. de iniur. & ex
cap. in audientia, de ſentent. excommunicat.* Vteban-
tur autem honeſtæ mulieres ſtola, quemadmodum
Nonius Marcellus *in c. de genere veſtimentorum*, ſcri-
bit, & non obſcurè colligitur ex eodem Vlpiano *in
l. veſtis, ff. de aur. & argento.* Vnde Feſtus *lib.* 11. matro-
nas tradit appellatas eas, quibus ſtollas habendi ius
eſſet, quod quidem vetitum fuiſſe meretricibus, li-
quet ex Tertulliano *in libro de cultu fœmin.* Quare 80
Martialis *lib.* 1. inquit:

Quis floralia veſtit, & ſtolarum
Permittit meretricibus pudorem?

Et Ouidius de Ponto *lib.* 3.

Scripſimus hæc illis, quarum nec vitta ligatas
attinget tibias, nec ſtola longa pedes.

Apud Spartha etiam meretrices à matronis flori- 81
datum

darum veſtium, & mundi aurei geſtatione diſtin-
ctæ erant, provt ex Clemente Alexandrino *lib.* 4.
82 *Pædagog.* elicitur. Id quod etiam Athenienſibus le-
gibus fuiſſe conſtitutum Suidas probat. In Hiſpa-
nia enim id obſeruatum vidi, auſpicante Catholico
83 Rege, vt huiuſmodi infamis conditionis fœminæ pe-
plum, ſeu velum vulgo *manto*, non extenſum acapi-
te ad pedes, vt aliæ honeſtæ, ſed plicatum geſtarent.
Legibus quoque Gallorum habitum diſtingui, teſta-
tur Tholoſan. *Syntagm. iur. lib.* 10. *cap.* 2. *num.* 38.
84 Venetorum Decianus *tract. crimin. p.* 2. *lib.* 8. *cap.* 7.
ſub n. 10. *circa fin.* Sabaudiæ, patet ex eius conſti-
tutione *tit. de Meretricibus public.* Mediolanenſium
conſtat *ex ſtatut. cap.* 473.

85 Iudicarem præterea quartò, vt Romanæ Curiæ
laudibilis vſus, quo fœminæ iſtæ infamis notæ,
nec ſellis, lecticis, aut thedis, ſeu curribus, ma-
tronarum inſtar, vehi non ſinuntur, vbique teſ-
peretur. Sic etenim & iuſte vexarentur, & ab ho-
neſtis fœminis omninò diſtingui poſſent. Provt
etiam ſub Paulo III. Romæ iudicatum fuiſſe tradit
Spenceus relatus; & apud veteres Romanos fuiſſe
conſuetum elici poteſt ex Halicarnas. *lib.* 58. Ale-
86 xandro ab Alexandr. *lib.* 5. *genial. cap.* 18. & aliis.
Eſt autem hæc lex exacta adeo in vrbe Alma rigo-
roſè obſeruata, vt meretrices eam tranſgredientes
nudæ per plateas, carnificis manu ductæ flagel-
lentur. Quod & hoc ſancti Iubilæi anno 1650. cum
magna piorum ædificatione contigit, cum duabus
fœminis malè famigeratis, e ſi aliquorum poten-
tium fauore protectis. Iuſtiſſimè ſane, ne eo tem-
pore, quo Chriſtianus populus Sanctam Vrbem
magno concurſu communitatum, ſocietatum, &
congregationum adueniret, maximaque deuotio-
ne, quam non ſemel admiratus conſpexi, quatuor
præcipuas Baſilicas viſitabat, huiuſmodi ſcandalo-
ſæ mulierculæ veluti triumphantes rhedis, ſeu cur-
ribus cernerentur. De hac porrò ſatis laudabili Ro-
mæ conſuetudine, accedente maximè prouido Vrba-
ni VIII. edicto de anno 1624. loquitur Ricciullus
ſupra cap. 6. *n.* 21. *& c.* 30. *n.* 10.

87 Maximè id quintò dicerem de ſimili prohitione
huiuſmodi fœminis facta iuxta Pij V. piiſſimum
decretum ſuperius relatum, de non ambulando no-
ctu per Vrbem, nec habitando cauponas (cuius
etiam meminit Ricciullus loco relato *ex cap.* 6.) ſi-
cut & non habendo apud ſe puellas, præſertim
nulla ſibi conſanguinitate coniunctas, provt Ro-
mæ obſeruari, habet idem Ricciullus *ibi num.* 21.
relato. Imò generaliter loquendo idem dicerem de
83 quacunque vexatione illis illata, illæſis tamen re-
gulis iuſtitiæ, & charitatis; quas rite obſeruauit
S. Thomas Aquinas vnam ex his mulierculis ad ip-
ſius caſtitatem labefactandam introductam titione
fugans, quod genus quoddam vexationis fuiſſe vi-
detur. Vexari ergo poſſunt, vt & illud Sapient. 19.
in illis verificetur: *Vexationes peccatoribus superue-
nerunt:* ideſt ſupplicia, quæ ipſis irrogantur ad vin-
dicandum Dei honorem, vt ait Cælius *lib.* 9. *c.* 14. Et
vt in illis quoque comprobetur illud Iſaiæ 28. *Sola
vexatio intellectum dabit auditui.* Huiuſcemodi nam-
que peccatricum genus *non niſi plagis emendatur*, vt
de Phrygibus olim prouerbium erat. Sic enim Iſai.
26. dicitur: *Cum feceris iudicia tua in terra, iuſtitiam
89 diſcent habitatores orbis.* Quia plerique ita ſuis vitiis
ſunt affixi, vt non niſi per grauia flagella corrigi poſ-
ſint, provt Sanctus Thomas, Adamus, Sanchez Cor-
nelius, & alij exponunt. Vnde conſequenter ſubdi-
tur: *Miſereamur impio; & non diſcent iuſtitiam:*
quod D. Bernardus *ſerm.* 42. *in Cantic.* exponit di-
cens: *Miſericordiam hanc ego nolo.* Sic & Plato *in
Sympoſio: Stultus*, inquit, *poſt acceptam plagam ſa-*

pit. Hinc Ageſilaus de quibuſdam Aſiæ populis dice-
bat: *Si libertate fruerentur, malos; ſi ſeruirent, bo-
nos fore.* Mulierculæ ergo iſtæ ſi libertate fruuntur,
malæ ſemper erunt; ſin autem vexentur, bonæ.

Arceri etiam debent non ſolum à venerabilis
Euchariſtiæ perceptione, ſicut & alij publici pec- 90
catores, dum in eo ſtatu perſeuerant, vt per ſe eſt
notum, & ab omnibus receptum Doctoribus, ſed
etiam à Sacramento Pœnitentiæ, quoad abſolutio-
nem quidem. Nam quoad confeſſionem audiri de- 91
bent, vt patet *ex cap. quod quidam, de pœnit.* vbi di- 92
citur, recipiendam eſſe confeſſionem eorum, qui
publici ſunt peccatores, & vitam emendare nolunt,
etiamſi abſolui non debeant. Et ratio eſt: quia for-
tè conſiliis adiuti confeſſarij reſipiſcent. Non tenen- 93
tur tamen confeſſarij ſub lethali, totam, & inte- 94
gram confeſſionem illæſam audire, quando pruden-
ter præuident, non eſſe emendationis ſpem, licet
teneantur audire bonam partem illius, vt nacta oc-
caſione ſalutaribus monitis eas ad veram pœniten-
tiam inducant. De quibus Viualdus *in Candelabr.
aur.* vbi de confeſſione, *dub.* 3. Couarruuias *in cap.
Alma mater, de ſent. excom. lib.* 6. *p.* 1 §. 4. Medina
in ſumma, lib. 2. *cap.* 7. *fin.* Zerola *in prax. Epiſcopal.
verb. Lupanaria*, Fagundez *de ſecundo Eccleſiæ præ-
cepto, lib.* 3 *cap.* 4. *n.* 16. An verò illis danda ſit ſche- 95
dula confeſſionis quamuis ipſe Fagundez *n.* 18. cum
Coninch *tom.* 2. *de Sacram. diſp.* 9. *de ſigillo, dub.* 1.
num. 14. *in fin.* dicant dandam illis eſſe: verumta-
men niſi conſuetudine, aut præcepto Superiorum
id ſit receptum, verius iudicarem oppoſitum, eo
quòd ſchedula illa eſt ſignum abſolutionis receptæ,
vel validæ confeſſionis, quæ non contingunt in ca-
ſu præſenti. Præſertim quia ſcandalum non parum
eſſet ſi alij ſcientes eam, quæ ad confeſſarium ac-
ceſſit eſſe meretricem, poſtea viderent recepiſſe
ſchedulam, quæ videtur ſignum veræ confeſſionis,
& abſolutionis.

Præſertim quoque priuari debent meretrices ſine
pœnitentia decedentes Eccleſiaſtica ſepultura in Ec- 96
cleſia, aut Cœmeterio, *cap. quibus, & cap. cum
gratia*, 13. *quæſt.* 2. *de raptor.* Turrecremata *in
cap. placuit, in fin.* 23. *quæſt.* 5. Nauarrus *in ſum.
cap* 25. *numero* 8. Etiamſi forſan in Paſchate eſ-
ſent confeſſæ, & ſacram confeſſionem accepiſſent, 97
quia ad effectum vt denegetur ſepultura Eccleſiaſti-
ca, ſufficit quod deceſſerit in ſtatu peccati notorij,
d. cap. quibus, & cap. cum gratia 13. *quæſt.* 2. *cap.
placuit, in fin.* 23. *quæſt.* 5. Iure ergo Romæ mere-
trices decedentes in ſtatu peccati ſepeliuntur in
loco prophano extra Vrbis mœnia, vulgò *Muro
torto* nuncupato. Cum tamen Pius V. vt in eius ora-
ta relata habetur, voluerit, *che quelle che nella loro
fozza vita moriuano, ſeſſero nella ſterco ſotterate.*
Quæ autem in vita emendata, vel quæ in infirmi-
tate pœnitentiam egit, & obtinuit ſaltem abſolu- 98
tionem à peccatis, poteſt & debet in Eccleſia ſepili-
ri, *cap. is qui in infirmitate*, 26. *q.* 6. *d. cap. quibus,
& cap. cum gratia*, 13. *quæſt.* 3. Quæ etiam ſigna pœ-
nitentiæ dedit, & per ipſam non ſtetit quominus 99
confeſſionem faceret, & ſi ex Epiſcopi arbitrio pen-
deat, an in loco ſacro ſepeliri debeat, *c. ſi quis de cor-
pore, in fin.* 16. *q.* 6. & in odium criminis meretricij,
& terrorem in illo viuentium videatur quod non de-
beat in loco ſacro ſepeliri, provt de decedente in
duello, vel taurorum agitatione colligitur *ex c.* 1. *de
torneamentis:* nihilominus piè adhærere poſſunt ij
ad quos ſpectat mediæ viæ, eam ſcilicet ſepeliendo in
cœmeterio ſine honore, clero &c provt Ricciullus *ſu-
prà c.* 40. *n.* 3. dicit cum caſus accidiſſet in Vrbe, & ibi
Viceſgerentis fungeretur officio, ſe feciſſe dictum au-
thoritate textus *in c.* 2. vbi Gloſ. *in verb. date, & verb.*

ſepultura, de raptoribus. Videatur Sebaſtianus de
Medices *de ſepultur. quaſt.* 11. Et quæ dico *in Con-
ſulto* 49. de ſimili fermè caſu.

100 Prudentiſſime etiam, & ſanctiſſimè coguntur
huiuſmodi fœminæ venire ad conciones audiendas
more Hebræorum, vt Dei verbo audito ad melio-
rem frugem reducantur. Etiam in Eccleſiis, ſi qui-
dem non prohibentur Eccleſiam ingredi, ibique
Miſſam, aliaque diuina officia audire, vt in facti
101 contingentia aliàs Sacra Congregatio ſuper negotiis
Epiſcoporum reſpondit, ſcribens Epiſcopo Peruſi-
no, *ſub die* 23. *Iuly* 1601. Vnde æternæ memoriæ
dignus Pius V. vt in eius vita habetur *pag.* 49.
*Volſe che il giorno di feſte vdiſſero pradica in vn Tem-
pio ſtatuitu, oue ancor Meſſa vdiuano.* Per prædica-
tiones autem, ſeu conciones plures ad pœniten-
tiam inductas fuiſſe, non ſemel expertus ſum in Cu-
ria Regis Catholici Matriti exiſtens, ſæpius videns
pleraſque illarum ad conciones audiendas perductas
102 in medio concionum ad vocem clamentis prædica-
toris ſurrexiſſe, imaginem crucifixi illis ab ipſo
oblatam accepiſſe, pedes ipſius exoſculaſſe, lacry-
mis eluiſſe, & poſtea ab honeſtis fœminis in do-
mos delatas, pœnitentia peracta, honeſtè vixiſſe,
& honeſto connubio vitam chriſtianè peregiſſe. Ad
quod intentum Orlandinus *in hiſtoria Societatis Ieſu
p.* 1. *lib.* 2. *n.* 143. & 144. de Petro Madridio eiuſ-
dem Societatis refert, quod compluti exiſtens pri-
die Cinetalium, quem potiſſimum diem cæci mor-
tales licentiæ, ac nequitiæ adiudicare ſolent, pro-
ſtibulum meretricum cum ſocio, & viris honeſtis ad-
ierit, illas conuocauerit, ipſiſque Dei verbum ar-
denter proponendo, ad conuerſionem, & pœniten-
tiam induxerit.

103 Omitto plura antiquitatis monumenta de huiuſ-
modi ſcortis ad ſanctitatem perductis piorum ex-
hortationibus. Vt de vna Tyria meretrice vocata
Porphyria habetur *in vita S. Ioannis Eleemoſynary*;
de alia ab ipſius fratre ad ſtatum ſalutis conuerſa,
in 3. *lib. vit. Patr. num.* 217. de altera *Maria* nomi-
ne ad Monaſterium tracta *lib.* 10. *vit. Patr. cap.* 31.
& de alia, quæ verbis S. Ephrem Syri pœnitentiam
egit, in ipſius Ephrem vita *cap.* 5. ac de multis Ab-
batis Vitalij operâ a meretricio ſeruatis, *in vita S.
Ioann. Eleemoſynary* adducta

104 Ne autem poſt peccati lapſum clauſas ſibi putent
pœnitentiæ ianuas, quin potius vt habeant aſylum,
quo diuinæ iuſtitiæ flagella confugientes euitent,
piiſſimè ſancitum in Vrbibus Chriſtianis eſt, vt
meretricibus ad bonam frugem per pœnitentiam re-
dactis loca pia, ſeu monaſteria in promptu adſint,
vbi caſtitati, & aliis chriſtianæ perfectionis virtu-
105 tibus incumbere poſſint. Hinc primus omnium
Iuſtinianus Imperator Bizantij pro mulieribus pœ-
nitentibus monaſterium exſtruxit, vt Procopius eſt
author *in lib. de ædific. Iuſtiniani.* Hinc quoque Ro-
mæ Leo Pontifex X. in Eccleſia Sanctæ Luciæ in
regione Columnæ, pro huius generis mulieribus
inſigne monaſterium ædificauit, illudque pluribus
exornauit priuilegiis, vt in Conſtitut. quæ incipit
Saluator noſter, quæ poſtea aucta, & extenſa fue-
runt per Clementem VII. in Conſtitut. *Cùm ex cor-
pore.* Et huic monaſterio Pontifices deputare con-
ſueuerunt in patrem titularem inſignem aliquem ex
Sacro Collegio Cardinalium, cum ampla poteſtate
moderandi in temporalibus, & ſpiritualibus. Alia
106 etiam ſimilia cœnobia extructa in Vrbe Pontificum
pietate cernuntur; ſicut & in Hiſpania ſub auſpi-
ciis Regis Pij. Tales autem ſic conuerſæ, & emen-
datæ non dici debent amplius meretrices, ſed pro
honeſtis habendæ, vt probant multi Doctores apud
Ricciullum *ſuprà cap.* 4. & colligunt *ex l. penultima,
ff. de his qui notant. infam.* & *ex l. Imperialis* 23. *C. de
nupt.* & *ex can. Cùm renunciatur, & can. apud miſe-
ricordem, & can. Si quis vxorem* 32. *q.* 1.

Illa porrò maioris dubij quæſtio eſt, an gabella, 107
ſeu tributum licitè meretricibus ſpecialiter impo-
natur. Ex vna enim parte videtur, id fieri poſſe,
non quidem quia Caligula Imperator primus om-
nium id onus impoſuerit, tantum videlicet à mere- 108
tricibus, & lenonibus exigendo, quantum turpi
quæſtu quærere potuiſſent, vt eius vitæ Authores
tradunt, quia in hoc reprehenſibilis fuit ethnicus
hic Imperator. Nec quia Zoſimus *lib.* 2. ſcribat
tributum meretricibus, & lenonibus à Conſtanti-
no Magno Romæ impoſitum fuiſſe. Eius namque
calumniam refellunt Euagrius *lib.* 3. *cap.* 40. Baro-
nius *tom.* 5. *pag.* 676. Iulius Cæſar Bulenger *de ve-
ctigal. Populi Romani, cap.* 26. & 34. Sed quia ali-
quorum Principum catholicorum vſus id ſuadeat,
in hoc fundatus, quod quæſtus ex meretricio acqui-
ſitus, licèt ex parte cauſæ turpiſſimus ſit, tamen in
ſeipſo illicitus non eſt, cum meretrix ſecundùm
Sotum, & plures alios Doctores communiter poſ- 109
ſit pro actu turpi mercedem accipere, itavt mere-
trix, teſte Valla *lib.* 3. *elegant. cap.* 110. dicta ſit à
merendo quia ſtipendia, ſeu mercedem meretur.
Vnde, vt quidam volunt, *meretrix* idem eſt, ac
mercatrix. Quemadmodum ergo meretrix accipien- 110
do totum lucrum non facit actum illicitum, non
aget illicitè Princeps, qui accipiet aliquam illius
partem, *argum. l. qua de tota, ff. de acquir. hared.*
Præſertim, quia ex bonis per eam acquiſitis poteſt
facere eleemoſynam, Eccleſiam dotare, imò iuspa- 111
tronatus acquirere, iuxta plures Doctores, de qui-
bus Ricciullus *ſuprà cap.* 35. & 36. Poterit ergo
etiam Princeps talium bonorum partem exigere, 112
ſeruatis alias ſeruandis. Vnde Graſſius ſuperius te- 113
latus tale tributum ratione conſuetudinis approbare
videtur, quam dicit eſſe in Regno Neapolitano,
& in ſtatu Papæ. Ex alia vero parte formidabile
Principibus videtur illud Michææ 1. *Omnes merce-
des eius comburentur igne, & omnia Idola eius ponam
in perditionem, quia de mercedibus meretricis congre-
gata ſunt.* Vnde tale tributum vocat impurum, de-
teſtabile, abſurdum, Deo inuiſum, indignum, &
execrandum. Nicephorus *lib.* 16. *hiſtor. c.* 20. Com-
mendantur etiam Alexander Seuerus, Theodoſius, 114
& à quibuſdam, Anaſtaſius Imperatores, quòd il-
lud auerſati fuerint. Tertulianus etiam *in lib. de fu-
ga*, tale tributum illicitum eſſe, indicat. Idemque 115
ſequuntur Albericus, Angelus, Petrus Rauenna,
Auendaño, Bullengerus, Nauarrus, & alij, quos 116
refert, & amplectitur Ricciullus *ſuprà c.* 37. Quo-
rum præcipuum fundamentum eſt ſcandalum, quod
ſequitur ex talis tributi impoſitione: nam per eam
videtur Princeps approbare ſtatum meretricalem, 117
& cooperari velle meretricio. Propterea enim *Deu-
teronom.* 23. vt dixi in ſuperioribus, prohibetur
oblatio ex mercede proſtibuli: & *in Authentic. de
lenonibus, §. praconizamus, & l. qui domum, cum ſe-
quenti, ff. ad l. Iuliam de adulter. & l. auxilium, ff. de
minor.* ſimilis quæſtus eſt interdictus. Vnde Gre- 118
gorius XIII. in Conſtitutione *Dum rectè, n.* 26. inte-
format Curiæ de Sabellis §. 13. inquit: *Poſtremò exa-
ctiones illas, quæ à mulieribus inhoneſtis ſingulis an-
nis, ſinguliſque ſex menſibus, aut alias ſub nomine
tributi fieri ſolebant omninò prohibemus, propoſita Ma-
reſcallo illas attentanti pœnapriua tionis officij ipſo
facto incurrenda.* Meritò autem dicit Pontifex *nomi-
ne tributi*, quia verè tributum non erat, ſed merces
talis iudicis pro eius habere in iudicandis meretrici-
bus, prout Ricciullus *ſupr.* defendit contra impium
quendam Authorem Catechiſmi Anglicani, qui
dixerat

dixerat, Romæ pingue vectigal à meretricibus
exigi.

119 Ex quibus ſequitur primò, vt inquit Nauarrus
ſuprà, peſſimam eſſe permiſſionem, qua caupones in-
tra domos ſuas, vel incontiguis permittunt meretri-
ces, quia hoc eſt cooperari meretricio, & partici-
pare velle de turpi quæſtu ipſius, quod eſt valdè
improbandum, & oppoſitum faciens, ſeu permit-
tens, appellari poterit iuxta Iſaiam 42. *Laqueus iu-
uenum*, & iuxta Oſeam c.5. *Rete expanſum ſuper Tha-
bor.* & cap. 9. *Laqueus ruina.* Moraliter enim loquen-
do ad cauponas accedentes iuuenes ab huiuſmo-
di ſcortis coguntur meretricari cum ipſis. Teſte
enim Euripide *Saturo venus adeſt*, & Athenæo *Sa-
turis venus adeſt, cæterum infelicibus.*

120 Infertur ſecundò, multò peius, & abominabi-
lius eſſe, fœminas cogere ad meretricandum, quid-
121 quid dicant aliqui Doctores, qui inconſideratè ob
malè intellectos quoſdam textus iuris ciuilis oppo-
ſitum ſentire videntur. Ratio eſt, quia cùm for-
122 nicatio, ſeu actio meretricandi intrinſecè mala ſit,
omni iure diuino, & naturali etiam prohibita, nul-
lus ad illam cogi poteſt, prout etiam ex iure ciuili
multis in locis probat Ricciullus *ſuprà cap.* 31. vbi
123 etiam de iure Regni Neapolitani, per quod infe-
rens vim meretrici libidinis cauſa, punitur pœna
vltimi ſupplicij, ex Conſtitut. quæ incipit *Omnes
noſtri regiminis, ſub rubric. de violent. meretr. illat. ru-
bric.* 21. *lib.* 1. De iure etiam Almæ Vrbis inquit in
ea extare ſtatutum, quo cauetur, vt ſi quis ex illis
qui eius ſtatutis ſubduntur, violentiam in meretri-
cem ſimul cum raptu commiſerit, niſi infrà decem
dies immediatè poſt condemnationem perſoluerit
ducatos auri 200. amputatur illi manus. Si verò
124 violentia ſit ſine raptu, quæ in vrbe peculiari vo-
cabulo nuncupari ſolet *Trouatum*, punitur in qua-
tuor ictibus funium, & in carceribus ad menſem
retinetur, *in cap.* 52. *lib.* 2. Vnde nec in pœnam de-
125 licti à fœminis commiſſi poſſe in fornicem detrudi
vel cogi ſui corporis copiam facere fornicariè, bene
habet Couarruuias ſuperiùs relatus oppoſitum im-
probum vocans, & laudans Theodoſium Impera-
torem, qui teſte Socrate *lib.* 5. *hiſtor. Eccleſ. c.* 18.
tale ſtatutum improbauit.

Infertur tertiò, quod ducere meretricem in vxo-
rem, vt ipſam in meretricio confoueat, & quæſitis
ex meretricio viuat, ſcelus ſit improbatiſſimum.
Tum quia eſt abuſus Sacramenti matrimonij: tum
quia ſic faciens operatur directè contra bonum
126 prolis, *cap. non enim* 32. *q.* 1. Turrecremata *in cap.* 5.
n. 3. & 4. 32. *q.* 1. Angelus *in ſum. verbo meretrix
num.* 2. Menochius *conſ.* 18. *n.* 12. Ioannes Andreas
in cap. inter opera n. 4. *de ſponſal.* Vnde contra ſic
facientes Sixtus V. in Bulla *ad compeſcendam*, meritò
127 procedi iubet. Non tamen prohibitum eſt cum
meretrice matrimonium contrahere ob fines lici-
tos, & honeſtos. Vt probat manifeſtè textus *in cap.
inter opera, de ſponſ.* & ſequuntur communiter
Doctores. Vnde D. Hieronymus ralatus *cap. final.*
128 32. *q.* 1. inquit: *Non eſt culpandus Oſeas Propheta
ſi meretricem quam duxit ad pudicitiam conuerterit,
ſed potius laudandus, quod ex mala bonam fecerit.
Non enim qui bonus permanet, ipſe polluitur ſi ſocia-*
129 *tur malo, ſed qui malus eſt in bonum conuertitur.* Imò
matrimonium cum meretrice contrahere opus eſt
miſericordiæ. Prout Bertachinus *in Repertorio, verb.
meretrix*, & alij communiter apud Barboſam *in
Collect. DD. ad cap. inter opera de ſponſ. n.* 1. Quin
etiam proficit ſic contrahenti in remiſſionem pec-
catorum. Ita enim expreſsè habetur *in cap. Inter*
130 *opera, de ſponſal.* vbi Pontifex Clemens III. ſic habet:
*Inter opera charitatis non minimum eſt, errantem ab
erroris ſui ſemita reuocare. Et infra: Statuimus, vt om-
nibus, qui publicas mulieres de lupanari extra xerint,
& duxerint in vxores, quod agunt, in remiſſionem profi-
ciat peccatorum.* Et ſic docent, vel ſupponunt Chaſ-
ſaneus *in conſuet. Bur gund. rub.* 1. § 5. *verb. s'il n'a gra-
ce, n.* 98. *pag.* 207. Plaza *de delict. c.* 34. *n.* 6. *ad. fin.*
Menochius *conſ.* 18. *n.* 22. Antonius Scap. *de iur. non
ſcrip. lib.* 1. *c.* 54. *n.* 19. Couarruuias *de ſponſ. p.* 1. *c.* 8. § 11.
n. 3. Viu. *tom.* 2. *com. opin. lib.* 9. *tit.* 33. *n.* 1. *verſ meretri
cem*, Guttierez *can quaſt. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 25. Fa-
rinacius *fragment. crimin. lit. C, n.* 642. plores, quos
refert Cenedus *ad Decretal. collect.* 140. *num.* 10.
An verò hæc remiſſio peccatorum intimata con- 131
trahenti cum meretrice, ſit per modum indulgentiæ,
an verò ſolùm propter bonitatem, & ſatisfactio-
nem ipſius operis, latè Riccilullus *ſuprà cap.* 8.

Diceremus prætereà caſu quo permittantur à Prin-
cipibus Chriſtianis lupanaria, & meretrices, genera-
liter loquendo talem cautionem adhiberi debere, vt
obſtrui poſſint hæreticis ora contra ſanctam Eccle-
ſiam Romanam debacchantibus, eo quòd publica
peccata permittat. Hac enim de cauſa Pius V. hu- 132
iuſmodi genus flagitiorum tolerare nolebat, vt ex ip-
ſius vita conſtat. Quin teſte Ænea Syluio *in hiſtor.
Bohem.* Huſſitæ propterea Catholicos in Concilio
Baſileenſi incuſabant; quod valdè vrget Spenceus
relatus dicens, non conſtare de reſponſione illis
facta.

Sed placet illud maximè Chriſtianis Principibus 133
penſitandum proponere, quod quemadmodum pro-
pter abominabile ſodomiæ ſcelus Pentapolitana re-
gio *Geneſ.* 19. cœleſti igne combuſta deperiit, di-
cente Iuda Apoſtolo in ſua canonica: *Sodoma, &
finitima ciuitates ſimili modo exfornicata, & abeuntes
poſt carnem alteram facta ſunt exemplum ignis æterni
pœnam ſuſtinentes.* Sic ſimiliter Ierichuntina Vrbs *Io-
ſue c.* 6. propter meretricium, & ſcortantium ſcelera
concremata, & prodigioſè omnino euerſa eſt, quod
in aliis Chanaan vrbibus ab Hebræis expugnatis
factum non legitur. Quam acriter autem id Deus
præceperit, ac Hebræi ſub Ioſue duce opere exple-
uerint, ex dicto *cap.* 6. Ioſue expreſsè habetur. Dici- 134
tur enim ibi: *Ecce dedi in manu tua Iericho, & Re-
gem eius, omneſque fortes viros.* Deinde: *Muri fun-
ditus corruent Ciuitatis, ingredienturque ſinguli per
locum contra quem ſteterint.* Et infra Ioſue ſic ad po-
pulum: *Vociferamini: tradidit enim vobis Dominus
ciuitatem ſit: que ciuitas hac anathema & omnia,
qua in ea ſunt, Domino: ſola Rahab meretrix viuat,
cum vniuerſis qui cum ea in domo ſunt: abſcondit
enim nuncios quos diximus. Vos autem cauete, ne
de his, qua præcepta ſunt, quippiam contingatis, &
ſitis præuaricationis rei, & omnia caſtra Iſrael ſub
peccato ſint, atque turbentur. Quidquid autem auri,
& argenti fuerit, & vaſorum æneorum ac ferri, Domino
conſecretur, repoſitum in theſauris eius. Igitur omni
populo vociferante, & clangentibus tubis, poſtquam
in aures multitudinis vox ſonituſque increpuit, muri
illico corruerunt: & aſcendit vnuſquiſque per locum,
qui contra ſe erat, ceperuntque ciuitatem, & interfece-
runt omnia quæ erant in ea, à viro vſque ad mulierem,
ab infante vſque ad ſenem, boues quoque, & oues,
& aſinos in ore gladij percuſſerunt.* Infra quoque:
Vrbem autem, & omnia qua erant in ea ſuccenderunt.
Subiungitur poſtea dira hæc imprecatio facta à Io-
ſue de inſtinctu, vt par eſt credere, idque eo fine, vt
æternum in ruderibus Ierichuntinis extaret monu-
mentum diuinæ potentiæ, & vindictæ in impios
eius ciues, prout ex Maſſio, Aria Montano, &
aliis colligitur: *In tempore illo imprecatus eſt Ioſue,
dicens: Maledictus vir coram Domino, qui ſuſcitaue-
rit, & ædificauerit ciuitatem Iericho. In primogenito*

ſue fundamenta illius iaciat, & in nouiſſimo liberorum ponat portas eius. Quæ dira maledictio impleta fuit in Hiel, qui Iericuntem reædificans filios amiſit, vt patet 3. *Reg.* 16. vbi dicitur: *In diebus eius ædificauit Hiel de Bethel Iericho, in Abiram primitiuo ſuo fundauit eam, & in Segub nouiſſimo ſuo poſuit portas eius, iuxta verbum Domini, quod locutus fue-
135 fuerat in manu Ioſue filij Nun.* Muri etiam huius ciuitatis prodigioſo euentu corruerunt, non quidem ſupra terræ ſuperficiem manentes; ſic enim impedirent milites ingredi ad illam concremandam, ſed vt Rabini apud Toſtatum, Lyranum, Serarium & Magallianum teſtantur, muri vrbem ambientes à terra abſorpti planum Iſraelitis ingredientibus ad prædam aditum fecere. Dehiſcens enim terra totam hanc molem ad ſuperficiem vſque ſinu ſuo concidit. Vnde Caietanus inquit: *Maiori miraculo ſub terram caſurus erat murus, vt Iſraelitæ non impedirentur à ruinis muri, ſed liberum haberent ingreſſum circum circa in ciuitatem.*

Quamvis autem prodigioſæ, & omnino ſingu-
136 laris ac extraordinariæ huius Vrbis ruinæ cauſæ pluſes aſſignentur à Doctoribus, a Ioſepho quidem, Theodoreto, & aliis, quod Deus Iericuntem primam hoſtilem vrbem ſibi quaſi primitias Chananææ depoſceret; primitiæ enim integræ Deo perſolui debebant; ab aliis verò, vt Deus oſtenderet, quod ipſius ſolius vi hæc parta eſſet victoria, & Iericho expugnata, cum in cæteris vrbibus ſubigendis Hebræi acriter decertarint, & eas inſultu militari ſuperarint. Sine dubio tamen id contigiſſe videtur in exemplum ſeueræ vindictæ cæteris Chananææ vrbibus propter ſceleratiſſimam vitam, quæ in ea
137 agebatur. Hæc autem flagitioſiſſimæ vitæ ratio præcipua erat, quod Iericho ciuitas Veneris, & Lunæ Dearum cultui mancipata erat, vt de Corintho legitur in Strabone *lib.* 11. de Babylone apud Herodotum *lib.* 1. & alios, de Atellana vrbe, aliiſque conſimilibus, vbi lupanaria in Veneris, aut Lunæ honorem omni ſpurcitiarum genere plena inſtituta erant. Quod autem Iericho his Veneris, & Lunæ ſimulachris addicta eſſet non pauca fidem faciunt. Præcipuè ipſum nomen Iericho. *Iericho* quippe *Luna* interpretatur, inquit D. Gregorius *homil.* 8. *in c.* 11. *Luc.* Vrbes enim vigente paganiſmo ex diis quibus inſeruiebant vocari ſolitas, teſtes ſunt Carthago dicta Iunonia à Iunone, Heliopolis à ſolis cultu, Dioſpolis à Ioue, Heraclea ab Hercule. *Luna autem* (inquit D. Gregorius ſuprà) *in ſacro eloquio pro defectu carnis ponitur.* Deinde, quia meretrices Lunæ addictæ, & ſacræ erant, vt luculenter Strabo *lib.* 12. *Geog.* loquens de Cumana vrbe ſic: *Conueniunt eò homines ſub exitu Deæ (Lunæ) vndique ex vrbibus, & agro viri, & mulieres ad feſtiuitatem, ſemperque etiam alij multi peregrini cauſa votorum, & ſacrificia Deæ exhibendi gratiâ ibi degunt. Delicato victu vtuntur incolæ, & omnia ipſorum prædia vitibus ſunt conſita. Multæ ibi ſunt mulieres corpore quæſtum facientes, quarum pleræque ſunt ſacræ. Nam vrbs hæc quaſi parua quædam eſt Corinthus, quòd hic quoque propter multitudinem meretricum Veneri ſacrarum plurimi peregrè agebant, ac feſtos dies agitabant.* Præterea quia mulieres corpore quæſtum facientes, ſeu amantes ſcortationes colebant, & adnocabant Deam
138 Lunam, provt ex Plutarcho de Iſide docet Cælius Rhodiginus *lib.* 5. *lect. antiq. cap.* 6. Forſan ob eam cauſam, quod exiſtimarent Lunam ab Endymione amatam, atque in eo ſuſcepiſſe filias quinquaginta, vt ex Pauſania docet idem Rhodiginus *lib.* 20. *cap.* 6. Accedit, quòd Rahab meretrix in ciuitate notiſſima erat, & veluti ſacra, vt propterea domus eius à Regis miniſtris minimè violata eſt, nec in eam ſunt auſi ingredi, vt exploratores vi auferrent, ſed foris ſtantes dixerunt, *Educ viros qui ingreſſi ſunt ad te.* Quia ſcilicet ſacrarum meretricum ædes maximo in honore erant apud Lunæ cultores, ac Veneris, atque inſtar aſyli cuiuſdam habebantur. Item accedit, quod provt Rabbi Salomon apud Lyranum, & Abulenſem, quem plerique ex Rabbinis ſequuntur, exiſtimat, omnes illarum regionum Dynaſtæ apud Iericho domos ædificauerant (provt ait Ægydius Camartus *de rebus geſt. Eliæ Prophet. cap.* 8. §. 2) *in quibus magnam anni partem conſumebant, vt libidini, ludis, & otio cum meretricibus illis ſacris vacarent, id enim fiebat in honorem Lunæ, & Veneris.* Subiungit Camartus: *Inde factum eſt, vt Iericho diuitiis omnibus abundaret, cum omnium vicinarum gentium opes in eam veluti ad ſacrum aliquod proſtibulum confluerent.* Cauſa autem talis concurſus erat loci Ierichuntini fertilitas, amœnitas, & abundātia, quæ maxima erat, vt habent Strabo *lib.* 16. *Geo-
graph* Plin. *lib.* 5. *c.* 14. Ioſephus *de Bello Iudaic. lib.* 5. 139
c. 4. *& lib.* 1. *c.* 5. ibi: *Iericho pinguiſſima Iudææ regio, & palmarum plurimum, & balſamum nutrit.* Veneris namque illecebræ ſunt ſoli, terræque fœcunditas. Illo igitur Dei iudicio perpetuo anathemati damnata ciuitas exemplum iræ Dei in libidinoſos, Venerique deuotos oſtēdit, & ad aures loquitur Principibus, ne ſiniles ſcortantes & ganeones in ciuitatibus degere ſinant, ſi volunt eas ſaluas, & incolumes conſeruare.
Vel ſaltem caſu, quo neceſſarium ſit huiuſmodi pia- 141
cula tolerare, non fiat niſi cum cautionibus relatis, aliiſque quas Sanctus ipſorum zelus, & amor Ieſu Chriſti Redemptoris ſuppeditabit?

Non prætermittendum, Bartholomæum Fernan- 142
dez clericum Hiſpanum, cum quæſtionem moralem de hac re edidiſſet Mediolani impreſſam *ann.* 1642. eam poſtea ad Summum Pontificem SS. D. N. Innocentium X. dedicare volentem, in epiſtola dedicatoria ad eundem Sanctiſſimum hæc ſcripſiſſe poſtquam plura dixerat, quibus ſcorta, & meretrices de medio tolli debere, pro caſu videlicet, quo id fieri poſſet, ſuadebat. *A multis annis cogor in ſcripturis ſacris, in quibus vox reſonat Spiritus ſancti, hanc Eccleſiæ Chriſtianæ docere veritatem manifeſtè, & clarè pro mea imbecillitate. Neque ad hoc viſiones, & reuelationes defuerunt. (Cum enim aliquando (vt de innumeris aliis taceam) concluſiones philoſophicas Beato Dominico de Guzman meo conterraneo, qui ſacrum Prædicatorum Ordinem fundauit, deuotè dedicaſſem, in modo ineffabili in Beati ipſius Dominici ſpecie ſpiritum audiui dicentem: Serue nequam, alias volo vt concluſiones defenaas. Currente autem tempore, hoc eſt, anno ſequenti, noctu mihi in area dormienti ſpiritus alius apparuit manifeſtior, in eiuſdem Beati Dominici ſpecie monens, & ſuadens, vt pro modulo meo hanc veritatem prædicarem, quod non liceat à conſilio, & ex induſtria, dum ſcilicet comprehendi, & puniri poſſunt à Republica, permittere ſcortatores, & meretrices.* Hæc ille. Quæ etſi cum pia intentione dicta ſint, non maiorem fidem merentur, quàm ea, quæ ſimilibus reuelationibus, quæ ſæpiùs ſunt fallaces imaginationes, à prudentibus adhibentur.

Sed placet vltimò hic adiungere quæ antiquus, 143
& grauis Doctor Ordinis noſtri Ioannes Beetz *in opere de Præceptis Decalogi, præcepto* 6. *expoſit.* 3. quod rarò inuenitur, contra luxuriæ, & luxurioſam nequitiam ſcripſit, quæ ad intentum deſeruient, pro meretricij abominatione, & quantum fieri poteſt, extirpatione. Sic autem ille: *Ad ſciendum autem malitiam, & grauitatem peccati luxuriæ, notandum, quod luxurioſus vndique malè, & peruersè ſe habet, ſcilicet ad ſeipſum, ad Deum, ad Angelum, ad diabolum, & ad proximum. Primò, inquam, luxu-*

rioſus

Digitized by Google

144 rioſus malè ſe habet ad ſe ipſum. Et primò quidem ad animam, ſecundò ad corpus. Ad animam autem malè ſe habet multipliciter, ſecundum quod luxuria multi-
145 pliciter derogat nobilitati, & dignitati animæ. Habet namque anima humana primò nobilitatem naturæ, quæ magna eſt, quia ad imaginem Dei factus eſt homo ſecundum animam. Gen. 2. & 9. Eccleſiaſt. 17. Deus de terra creauit hominem, & ſecundum imaginem ſuam fecit illum. Hanc imaginem Dei viuam, & veram proiicit luxurioſus in lutum, & ideo luxurioſi cum luto proiiciuntur in mare inferni. Pſal. 17. Vt lutum platearum delebo eos. Dignitatem animæ eſſe cœleſtem, attendebat quidam philoſophus, qui dixit, cum tentaretur velle peccatum perpetrare: Erubeſce cœlum intrare in cœnum. Et per hoc auertit ſe à peccato, quod facere volebat. Si nefas eſſet imaginem crucifixi, vel beatæ Virginis in lutum proiicere, quantum nefas eſt imaginem ſanctæ Trinitatis turpitudine luxuriæ inquinare? Vnde ſuper illud Pſal. Domine in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges, dicit Gloſſa, quia ipſi iniqui in ſua terrena ciuitate imaginem Dei ad nihilum redegerunt, ideo Deus in ciuitate ſua cœleſti imaginem ipſorum ad nihilum rediget, quia beatitudine priuabuntur, cuius capacitas eſt ex imagine. De talibus per luxuriam imaginem inquinantibus dicitur Nahum 2. Facies eorum vt nigredo ollæ. Et Eccleſiaſt. 47. Inclinaſti fœmora tua in mulieribus, & poſt dediſti maculam in gloria tua. Secundò anima habet nobilitatem gratiæ, cui etiam aduerſatur luxuria. Hæc nobilitas tanta eſt, vt ſerues diaboli faciat filios,
146 & heredes Dei, & ei ſimiles. De qua ſimilitudine Pſalm. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, & intelligitur de lumine gratiæ, de quo Pſalm. In lumine tuo, ſcilicet gratiæ, videbimus lumen. Hanc ſimilitudinem vilipendunt luxurioſi gratiam Dei transferentes in luxuriam, præeligentes ſimilitudinem porcinam diuinæ. De hoc Hieronymus dicit, quod per luxuriam pelluuntur in homine omnia honeſta, id eſt bona gratiæ. Dicit enim, Palma vitiorum, id eſt victoria vitiorum, eſt honeſta polluere: tunc enim de aliquo vitia benè triumpharunt, cum per peccatum luxuriæ honeſta in eo pollaerunt. Tertiò habet anima nobilita-
147 tem ſuæ redemptionis, de qua Auguſtinus: O anima pretioſa, non auro redempta, vel opibus, ſed agni immaculati ſanguine: attende, quantum valeas, quod pro te datum ſit cogita, noli te ipſam tradere in perditionem, pro qua Chriſtus ſuum pretioſum effudit ſanguinem. Et Apoſtolus 1. ad Corinth. 6. Empti enim eſtis pretio magno, glorificate, & portate Deum in corpore veſtro. Huic nobilitati animæ ſimiliter aduerſatur luxuria. Vnde Bernardus: Væ mihi, ſi talentum mihi traditum negligenter tractauero pretioſe ſanguine agni immaculati magis appretiatum. Si enim ſtillas Dominici ſanguinis in vaſe aliquo haberem, diligens cuſtos proculdubio exiſterem; quantò magis diligenter debeo tractare, & ſeruare ſanguinem Chriſti magis appretiatum, quem effudit pro animæ redemptione. Quartò anima habet nobilitatem diuinæ inhabitationis, ex quo eſt templum Dei. 1. Corinth. 3. Neſcitis, quo-
148 niam templum Dei eſtis, & Spiritus ſanctus habitat in vobis. Si quis violauerit templum Dei, diſperdet illum Deus. Hoc autem facit luxurioſus. Et poſt: Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Et 1. Corinth. 6. Neſcitis, quoniam corpora veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt, quem habetis à Deo, & non eſtis veſtri. Sequitur: Empti enim eſtis pretio, &c. Iſta digna creatura, & mundum Dei templum inquinatur per luxuriam. Vnde de luxurioſis benè inquit Pſalm. Deus venerunt Gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum. Super illud: Portate Deum in corpore veſtro, dicit Gloſſa: Si tibi non parcis propter te, parce tibi propter Deum, qui te fecit templum ſuum. Quintò anima habet dignitatem diuinæ deſponſationis; eſt enim ſponſa Chriſti, vt patet in Cant. & Oſeæ: Sponſabo te mihi in fide, miſeri- 149
cordia, & miſerationibus. Idcirco luxurioſus agit contra hanc animæ dignitatem, quia exponit animam ſponſam Chriſti violandam coram oculis ſponſi Chriſti ſui, quod non impunè feret. Prouerb. 6. zelus, & furor viri, ſcilicet Chriſti, non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cuiuſcumque precibus, nec accipiet pro redemptione dona plurima. Sextò, anima habet nobilitatem viuacitatis ſuarum potentiarum, ſecundum quam per intellectum Deum, & ſeipſam cognoſcit, per voluntatem Deum diligit, & per memoriam ipſius recor- 150
datur. Iſti nobilitati luxuria aduerſatur, quia priuat animam vigore, & viuacitate, & exercitio iſtarum potentiarum, Eccleſiaſt. 25. Nequitia mulieris immutat faciem eius, id eſt cor eius, quod mutatur de homine rationali in pecus irrationale, & obcæcauit vultum ſuum, id eſt intellectum, qui in luxurioſis obtenebratur, tanquam vrſus, qui propter ferocitatem, & nequitiam frequenter priuatur viſu. Iob 24. Oculus adulteri obſeruat caliginem. Et bene aſſimilatur luxurioſus vrſo. Daniel. 7. Apparuit ſecunda beſtia, quaſi vrſus. Nam ſicut vrſus ducitur ad captiuitatem per mel poſitum vſque ad foueam: ita & luxurioſus. Prouerb. 14. Eſt via, quæ videtur hominibus recta, nouiſſima autem eius ducunt ad mortem. Sunt alia animæ nobilitates, quas gratiâ breuitatis omitto. De 151
omnibus his ſimul inquit Bernardus: O anima Dei illuſtrata imagine, decorata ſimilitudine, donata Spiritu, redempta Chriſti ſanguine, reputata cum Angelis, particeps beatitudinis, conſors diuinitatis, quid tibi cum carne? Secundò luxurioſus malè ſe habet ad corpus ſuum illud deturpando. Prouerb. 6. Turpitudinem, & ignominiam congregat ſibi, & opprobrium eius non delebi- 152
tur. 1. Corinth. 6. Omne peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corpus eſt, qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat, ſuper quo verbo dicit Gloſſa: Cætera peccata animam maculant, fornicatio autem non ſolùm animam, ſed etiam corpus inquinat. Vnde Deus non fecit hominem ſecundum corpus proſtratum ad lutum, ſed erectum ad cœlum. Eccleſiaſt. 17. Deus creauit hominem rectum. Seneca: Cætera animalia deiecit ad paſtum, hominem ad ſydera erexit. Auguſtinus: Sicut ſuperbia de Angelo fecit diabolum, ſic luxuria facit de homine porcum. Bernardus: Nihil beſtialius homine, qui eſt ratione vigens, ſed non ratione viuens. Pſalm. Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt, &c. Vnde luxurioſi ſunt vt ſtercus terræ, quo nihil eſt vilius. Eccleſiaſt. 9. Mulier fornicaria quaſi ſtercus in via conculcabitur. Seneca: Quidam delectantur in ſenectute fieri continentes, qui tunc diligunt ſeruare caſtitatem, quando libido ſpernit eos habere ſeruos: tales non habebunt præmia, qui non habuerunt laborum certamina, ſcilicet in iuuentute corpus à fœditate luxuriæ compeſcendo. Et præcipuè luxurioſus in proprio corpore peccans contumeliam facit humanitati Chriſti, & deitati, cui coniuncta eſt, propter quam coniunctionem etiam corpus humanum ad magnam deuenit dignitatem. Vnde Leo Papa in ſerm. de Natiuitate Domini: Agnoſce, ò Chriſtiane, dignitatem tuam; & diuinæ conſors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degenere conuerſatione redire. Notandum etiam, quod luxurioſus adhuc aliter malè ſe habet ad ſe ipſum propter multa mala luxuriam præcedentia, concomitantia, & ſubſequentia; omnibus enim illis voluntariè 153
ſe implicat luxurioſus, cum non luxuriando poſſet ab illis manere abſolutus. Primò enim præcedit luxuriam magna anxietas, de qua Hieronymus: Appetitus fornicationis anxietas eſt, ſatietas pœnitentia. Sub iſta anxietate comprehenduntur multa mala, vt moleſtia, vigiliæ, timores, ſolicitudines, quæ omnia Dominus

Spinas

*Spinas vocat, Oſee 2. dicens ſepiam viam tuum ſpinis.
O quanta procedunt vigilia, quàm modicum feſtum
ſequitur. Secundò præcauunt ſupe graues expenſu. 29.
Prouerb. Qui nutrit ſcortum perdit ſubſtantiam. Luc.
15. de filio prodigo qui diſſipauit ſubſtantiam ſuam
viuendo luxurioſè. Tertiò concomitatur erubeſcentia,
quam oſtendit abſconſio. Iob 24. Oculi adulteri, &c.
Hac erubeſcentia oſtendit indecentiam luxuria, quoniam
erubeſcentia eſt fuga rei indecentis. Quartò ſequitur
luxuriam pœnitentia. Vnde Prouerb. 5. de muliere fal-
laci, quæ voluptas intelligitur, dicitur: Nouiſſima autem
illius amara quaſi abſynthium. Et quidam qui ſibi
abſcidit linguam, vt vehementiâ doloris temperaret ve-
hementiam tentationis, dixit: Abſit vt tanti emam
vnde pœniteam. Quintò ſequitur fœtor, & fœditas.
Senec. In voluptate nihil eſt magnificum, nihil quod
naturam Deo proximam deceat. De hac Ioel: Com-
putruerunt iumenta in ſtercore ſuo. Gregorius: Iu-
menta in ſtercore ſuo computreſcere, eſt homines in fæ-
tore luxuria vitam finire. Et in Pſalm. Diſperierunt
in Endor, facti ſunt vt ſtercus terra. Endor interpre
tatur fons generationis; vnde Ender eſt illa pars quæ
opere carnali, & generationi deſeruit. Propter hanc
fœditatem comparatur luxurioſus ſui. Prouerb. 11.
Circulus aureus in naribus ſuis mulier pulchra, &
fatua. Sus ſi videret ex vna parte luti volutabrum,
& ex alia parte lectum roſeum prius curreret ad vo-
lutabrum: ſic tales immunditiam luxuria præponunt
delitiis paradiſi. Sextò ſequitur luxuriam infamia.
154 Prouerb 6. Opprobrium eius non delebitur. Eccleſiaſt.
23. In plateis ciuitatis vindicabitur, quaſi pullus equi-
nus fugatur, & vbi non ſperauit, apprehendetur, &
erit dedecus omnibus, quia non intellexit timorem Domi-
ni. Quod prius expoſui de adulterio expoſitione prima
huius præcepti, 3. cap. Septimò ſequitur luxuriam
quandoque occiſio. 2. Reg. 11. Interfectus eſt Ammon,
quia corrupit Thamar. Hieronymus: Quotidie ſan-
guis mœchorum funditur, adulteria damnantur.
Prouerb. 7. dicitur de muliere mala. Multos vulnera
tos deiecit, fortiſſimi quique interfecti ſunt ab ea. Num.
24. hoc peccatum præ cæteris elegit Balaam, propter
quod interfecti ſunt 24. millia hominum. Daniel. 13.
Senes qui exarſerunt in Suſannam interfecti ſunt. Octa-
uò ſequitur luxuriam mirabilis ſeruitus, ita vt etiam
potentiſſimi Principes ſeruierunt mulieribus. Vnde
155 Hieronymus: Quid Salomone ſapientius, & tamen
victus, & infatuatus eſt amore mulierum. Eccl. 19.
Vinum & mulieres apoſtatare faciunt etiam ſapientes.
Hieronymus: In ſerico, & in pannis eadem libido do
minatur, nec regum purpuras, nec mendicantium
ſpernit ſqualorem. De hoc Tullius: Ego illum ſeruum
dicam, cui mulier imperat, leges imponens vocat, ve-
niendum eſt: eiicit, abiiciendum eſt: poſcit, dandum eſt,
minatur, extimeſcendum eſt. Nec ſolum luxurioſus effi-
citur ſeruus mulierum, ſed etiam proprij corporis quod
viliſſimum eſt. Vnde Hieronymus. Nihil vilius quam
à carne vinci, nihil glorioſius quàm carnem vincere.
156 Tertiò principaliter luxurioſus malè ſe habet ad Deum,
quia per nullum peccatum Deus tantum vilipenditur,
eique tanta contumelia exhibetur, ſicut per luxuriam,
quod patet multipliciter. Primò propter peccati luxu-
ria vilitatem, quia nullum aliud vilius, nec magis fe-
tidum, vt prius patuit. Secundò propter eius commu-
nitatem, & vniuerſalitatem, quia luxuria eſt velut
vniuerſale diluuium omnes ſubmergens nobiles, ſapien-
tes, potentes. Prouerb. 8. Multos vulneratos deiecit,
fortiſſimi quoque ab ea interfecti ſunt. Auguſtinus:
Quid fortius Samſone, quid Dauide ſanctius, quid
Salomone ſapientius, & tamen hi omnes per luxuriam
ſuperati ſunt. Tertiò per luxuriam Deo maior contu-
melia infertur, quia luxurioſus illud dulcius reputat,
quod Deo magis diſplicet. Magis enim amat interdum
coniugatam turpem, quàm ſolutam pulchram; vnde
non videtur quærere in peccato ſuo voluptatem, ſed
Dei contumeliam. Vnde Hieronymus: Luxurioſa mens
incepta ardentius proſequitur, & quod non licet, dul
cius ſuſpicatur: ſicut etiam quandoque ſibi dulcius vi-
detur peccare more inconſueto, vel contra naturam,
quam more vſitato, cum tamen primus magis Deo
diſpliceat. Quartò per luxuriam Deus magis vili- 157
penditur in eo quod anima eius ſpiritualis filia proſti-
tuitur, & eius ſponſa in adulterium trahitur. Pro-
uerbiorum 6. Zelus, & furor viri non parcet in die
vindicta. Quintò quidem patet quod per luxuriam Deo
contumelia infertur, quia per eam luxurioſus omnibus
bonis ſpiritualibus priuatur. Iob 35. Si deceptum eſt
cor meum ſuper mulierem. Et poſt: Ignis vſque ad
conſummationem deuorans, & omnia genimina eradi-
cans: Genimina omnium bonorum ſunt dona, virtutes.
Gregorius: Illam mentem Spiritus ſanctus fugit, quam
mundam non inuenit. Vnde dicit Gregorius in lib. Dia-
log. cap. 32. quod cum quidam Epiſcopi Africani con-
tra Arianos pro defenſione fidei fortiter reſiſterent,
cum exhibiti eſſent Regi eorum Vvandolo, nec poſſet
eos inflectere ad errorem ſuum, fecit eis linguas radi-
citus amputari, quibus diuino miraculo datum eſt,
vt ita bene vt prius loquerentur, vnus autem illorum
in luxuriam verbi lapſus, ſtatim priuatus eſt illo do-
mo linguæ miraculi, & iuſtè, vt dicit Gregorius. Vt
qui ſeruare noluit continentiam carnis, ſine lingua car-
nea non haberet verba veritatis. Nedum vero bonum
ſpirituale per luxuriam amittitur, ſed etiam bo-
num æternum. Vnde Auguſtinus: O quam breuis eſt
concubitus hora, pro qua amittitur vita æterna. Sex-
tò per luxuriam ideo maior contumelia infertur, quia
ab amicis Dei, & ſanctis maximè deteſtatur. Quod
patet per exempla veteris, & noua legis. Nam Io- 158
ſeph magis periculum mortis, & carceris ſubire vo-
luit, quàm adulterium committere. Et Suſanna po-
tius mortem ſubire voluit, Daniel. 13. Melius eſt mihi
incidere in manus hominum, quàm derelinquere legem
Dei mei. Item beata Agatha magis voluit in mam-
millis torqueri, beata Agnes flammis exuri, beata Ca-
tharina magis in rota gladiis diſſipari. Item in vita
Pauli primi heremitæ legitur de quodam ſancto marty-
re, qui cum non poſſet frangi tormentis vt Chriſtum ne-
garet, tentauerunt eum ſuperare per blandimenta
luxuria, vnde paratus eſt ei lectus ſuauiſſimus in hor-
to amœniſſimo inter roſas, & lilia, & poſitus eſt in
lecto nudus, & ligatus eſt, & introducta eſt meretrix
nuda, & ſpecioſa ad eum, qui cum incitaret eum ad
libidinem, tractans membra eius, & ille non haberet
vnde ſe defenderet, amputauit ſibi linguam proiiciens
eam cum ſanguine quaſi exſpuendo in faciem meretricis,
& ſic per linguæ vulnus reſecauit vulnus libidinis. Sep-
timò perpendi poteſt, quod per luxuriam Deo maxima 159
contumelia exhibetur, quia per eam luxurioſus indig-
nus redditur gratia Dei. Matth. 9. Nemo ponit vi-
num bonum, & nouum in vt res veteres, quia cor luxu-
rioſi eſt vter ſordidus, vetus, & putridus non valens
continere nouum vinum gratia. Item indignus eſt lu-
xurioſus corpore Chriſti. Matth. 7. Nolite ſanctum
dare canibus. Ad Hebr. 13. Habemus altare de quo
non habent edere, qui tabernaculo carnis deſeruiunt
in gula, & luxuria: hoc altare eſt corpus Chriſti.
Nulli periculoſius ſumunt corpus Chriſti, quàm luxu-
rioſi. Item: Quid tibi cum mulieribus, qui ad altare Do-
mino famularis. Dic Sacerdos, dic clerice quomodo cum
iiſdem labiis oſcularis filium virginis, quibus purum
ante oſculatus es labia meretricis. O Iuda oſculo
filium hominis tradis. In vitis Patrum legitur, cum
quidam presbyter adductus eſſet ad ſanctum Macha-
rium Alexandrinum, habens totum caput cancro cor-
roſum, ita vt os capitis appareret, & maneret ante*

cellam

cellam eius , nec vellet eum Sanctus videre , compaſſus
eſt ei S. Hieronymus , qui ibi venerat ad viſitandum
Sanctum,& rogauit eum,vt miſereretur eius,qui reſpon-
dit : Habet, inquit, morbum ſibi à Deo datum , quia
fornicator ſacramenta Dei indignè tractauerat, & ideo
non merebatur curari. Ipſe autem infirmo beato Hie-
ronymo iuramento firmante , quod de cætero ſacramen-
ta non contingeret , nec ad Sacerdotis officium accede-
ret,& peccatum ſuum manifeſtè confitente, ſupplicante
beato Hieronymo beatus Macarius manum ei impo-
ſuit , & curatus gratias agens Deo ad propria rediit.
160 *Item indignus eſt luxurioſus Eccleſiaſtica ſepultura.*
Vnde in 4. Dialog. legitur de Valeriano Mediolanenſis
Eccleſiæ defenſore, qui fuit multum lubricus , & de-
functus poſitus eſt in Eccleſia beati Sixti Martyris,
quem cuſtodes Eccleſiæ viderunt nocte media trahi à
teterrimis ſpiritibus ligatis pedibus vociferantem ni-
mis extra Eccleſiam, vbi in mane inuentus eſt : vbi di-
cit Gregorius , quod hi quos peccata grauia premunt,
ſi in loco ſacro ſepeliri ſe faciunt , reſtat vt etiam de
ſua præſumptione iudicentur. Et ibidem dicit varia
exempla de eodem. Quartò principaliter luxurioſus
malè ſe habet ad Angelum. Primò quia coram An-
161 *gelo facit quod non faceret coram Ribaldo. Bernardus:*
In quouis diuerſorio , in quouis angulo reuerentiam
habeas Angelo tuo, ne audeas illo præſente, quod me vi-
dente non auderes. Secundò , quia in hoc peccato homo
exhibet contumeliam Angelo ; nam cum homo ſit An-
gelo ſimilis ſecundùm animam , & intelligentiam, in lu-
xuria magis vult aſſimilari iumentis. Pſalm. Homo
cùm in honore eſſet, &c. nam in fornicationis opere ſic
totus homo abſorbetur à carne , vt iam dici non poſſit
ipſe animus ſuus eſſe , ſed ſimul totus homo dici poſſit
caro. Tertiò, quia luxuria infert naribus Angeli into-
lerabilem fœtorem. Legitur in vitis Patrum quod mor-
tuo quodam peregrino in ſylua, Angelus apparuit he-
remitæ dicens, quod iret cum eo ad ſepeliendum dictum
peregrinum. Quod cum feciſſet , & vellet eum ſepelire
heremita, nares ſuas obturabat non valens ferre fœtorem
cadaueris , ſed Angelus non ; quo ſepulto obuiauerunt
cuidam iuueni pulchro, ornato , & luxurioſo , ad quem
appropinquantes, Angelus nares ſuas obturabat, dicens
quod fœtor luxuriæ eius erat ei grauiſſimus ad toleran-
dum , & cadauer peregrini ſuauiſſimi odoris. Quintò
162 *principaliter luxurioſus malè ſe habet ad diabolum ei*
in luxuria complacendo , cui meritò diſplicere debe-
mus ; vltra omnia enim luxuria placet diabolo. Quod
patet ex multis. Primò , quia facit de Sion, & templo
Dei Babylon, & habitationem diaboli. Apocal. 17. Fa-
cta eſt habitatio omnis ſpiritus immundi , & volucris
immundæ. Iob 40. Legitur Behemoth in locis humentibus
dormire : loci humentes ſunt luxurioſi. Secundò , quia
dicit Gloſſa ſuper Lucam, quod cum dæmones de omni
peccato gaudeant , præcipuè tamen gaudent de fornica-
tione , & idololatria. Et tangitur ibi cauſa quare de
fornicatione ita gaudent , quia ibi corpus , & anima
maculantur , & etiam quia ibi duos lucrantur, & pro
vili pretio. Prouerb. 6. Pretium ſcorti vix eſt vnus
panis , mulier autem viri pretioſam animam rapit:
pretium ſcorti dicit eſſe vix panis, quia vnus panis diu-
tius ſedat ardorem appetitus , quàm delectatio illius
peccati. Tertiò, quia per luxuriam ludificat tam dormien-
tes, quàm vigilantes, & quandoque ipſammet materiam
adminiſtrat , vt patet in incubis. In vita Sanctorum
Patrum legitur de quodam heremita habitante in de-
ſerto, omnibus virtutibus ornato , qui cum ſumma eſſet
abſtinentia incepit habere ſanctitatis præſumptionem,
ad quem acceſſit diabolus in ſpecie pulcherrima mulie-
ris per heremum errantis , quæ in ſpeluncam eius ſe
iniecit, & eius prouoluta pedibus rogabat eum , vt eius
miſereretur errantis, ne beſtiis exponeretur. Ille compa-
titur ei, cauſas erroris quærit, illa multa fingit. Ad vlti-
mum poſt blandimenta verborum , & tactus decipitur,
& dum libidinem explere vellet, cum vlulatu, & deriſio-
ne euaneſcit : tunc multitudo dæmonum, quæ ſpecto oculo
aderat, maximo cachinno irridens clamauit : O monache
qui vſque ad cœlum te extollebas, vſque ad infernum de-
merſus es , qui confuſus , & deſperans , & conſortia
bonorum fugiens, ad ſeculum rediens fit dæmonum præ-
da. Quartò ex hoc patet, quod luxuria diabolo placet, 163
quia cum maxima inſtantia, ſubtilitate, & diuturnita-
te , diligentia , & labore de hoc peccato tentat , vt
homines maximè bonos in hoc peccatum deiiciat. Gre-
gorius : Aſſidua tentatione tentat, vt ſaltem tædio vin-
cat , & cum vicerit gaudet. Eccleſiaſt. 18. Si præſtes
animæ tuæ concupiſcentias eius, dabit te in gaudium ini-
micis tuis. Legitur in vitis Patrum , cum filius cuiuſ- 164
dam Sacerdotis idolorum manſiſſet ſolus in templo, vi-
dit ibi venire principem dæmonum inueſtigantem de
actibus ſingulorum dæmonum. Vnus dixit quod prælia
concitauit, & effuſionem ſanguinis, & fecit illum cædi.
Alius dixit quod multas naues ſubmerſit , & homines
occidit ſpatio viginti dierum, & ſimiliter fecit illum cæ-
di. Tertius dixit, quod in nuptiis ſeditionem concitauit
vbi ſponſus , & ſponſa, & multi alij ſunt occiſi in de-
cem diebus , & fecit eum ſimiliter verberari. Quartus
dixit , quod per quadraginta annos in heremo fuerat
tentans vnum monachum, & vix eum in ipſa nocte for-
nicari fecerat. Quo audito ſurrexit diabolus oſculans
eum , & diadema ſuum poſuit ſuper caput eius, & ſuum
fecit conſcendere ſolium dicens : Magnam rem feciſti.
Quod audiens puer cogitauit quod erat magnum eſſe
monachum , & poſtmodum factus eſt monachus. Sextò
principaliter luxurioſus malè ſe habet ad proximum,
quod tripliciter oſtenditur. Primò per hoc quod aufert 165
ei non ſua, ſed ſeipſum. Prouerb. 6. Non grandis culpa
eſt cum quis furatus fuerit, qui autem adulter eſt, prop-
ter cordis inopiam perdet animam ſuam. Quod enim ali-
quis adulter eſt, accidit propter cordis inopiam : nam ſi
cor haberet, indignaretur ſubiici viliſſimæ parti ſuæ, &
pro tam vili lenocinio ſe dari vel propter cordis inopiam,
id eſt propter ſapientiæ defectum. Secundò pro hoc quod
ille qui hoc vitio laborat, nulli fidem ſeruat. Vnde 1. Reg.
Dauid fidelem militem fecit occidi pro vxore illius, &
2. Reg. Ammon ſororem ſuam Thamar corrupit. Tertiò
pro hoc quod per hoc vitium aliquis aufert primò pro-
ximo hæreditatem ſuam. Eccleſiaſt. 23. Omnis mulier 166
relinquens virum ſuum peccauit ſtatuens hæreditatem
ex alieno matrimonio, &c. Hæc omnia Ioannes Beetz,
quæ etſi quadantenus faſtiota , prætermitti non de-
buere, ob antiquitatem, & pietatem authoris , & in
odium meretricis, de quo in hoc conſulto.

CONSULTUM XLVII.

De quodam matrimonio per metum celebrato.

SVMMARIVM.

1 *Caſus ſeries.*
2 *Reſponſio.*
3 *Ex quibus verbis S. Scripturæ, & Conciliis indiſſo-lubilitas matrimonij denotetur.*
4 *In dubio matrimonij quid ſit cenſendum.*
5 *Pontificis definitio.*
6 *Matrimonium in principio inualidum, poſt conſummationem reuiuiſcit.*
7 *Huius ſententiæ ratio.*
8 *Et extenditur quando celebratum eſſet ex metu graui.*

9 *An*

Digitized by Google

9 *An ſuper hoc admittatur probatio in contrarium.*
10 *Quæ contra valorem iſtius matrimonij notantur.*
11 *Proteſtatio puellæ.*
12 *Proteſtatio contraria facto non releuat.*
13 *Proteſtatio ceſſat per actum ſubſequentem contrarium.*
14 *Proteſtans an ſi non repetat in omnibus proteſtationem, cenſeatur ab ea receſſiſſe.*
15 *Inſtantia, & ſuaſiones, &c. an releuent intentum.*
16 *Quid quando proueniunt à Principe.*
17 *Princeps ſemper cenſetur operari ſecundum leges.*
18 *Quid quando inſtantia ſunt importuna.*
19 *An commoueant virum conſtantem.*
20 *Timor patris grauis, an inualidare potuerit talem matrimonij contractum.*
21 *Hic timor potuit eſſe reuerentialis.*
22 *Et non poteſt annullare matrimonium.*
23 *Rotæ deciſiones, & earum fundamenta.*
24 *Pallor in puella facie, an ſufficiat ad intentum.*
25 *De huiuſmodi pallore varia authoritates.*
26 *Flos virginum, & ornamentum pudicitiæ.*
Lucani virginis dictum. ibid.
27 *Quid de lachrymis, ſuſpirijs, gemitibus, &c.*
28 *Aliquando ſunt fallaces.*
29 *Gemitus quid apud Virgilium.*
30 *Comminatio facta an concludat pro inualiditate matrimonij.*
31 *Parentes poſſunt dirigere filias ad matrimonium, etiam leui coactione.*
32 *Filiæ in caſu grauis cauſa tenentur parentibus obedire.*
33 *Probabilior huius facti reſolutio.*
34 *Timor reuerentialis adminiculatus reddit irritum matrimonium.*
35 *Singula quæ non poſſunt, multa collecta iuuant.*
36 *Quando hoc axioma procedit.*
37 *Medium præſumitur probatis extremis.*
38 *Media declarantur ex præcedentibus, & ſequentibus.*
39 *Media ſemper præſumuntur talia, qualia extrema ſunt.*
40 *Animus dignoſcitur ab operibus operantis.*
41 *Maximè ſi verba iungantur.*
42 *Et hæc omnia antecedentia, & conſequentia ſint.*
43 *Hoc maximè procedit in actu de ſui natura delectabili.*
44 *Quæcunque animi declaratio videtur ſufficiens ad ipſius demonſtrationem.*
45 *Proteſtationis in hoc matrimonio interuenientis expenſio.*
46 *Proteſtatio quid ſit.*
47 *Quando proteſtatio contraria facto non releuat.*
48 *Preces importunæ irritant matrimonium.*
49 *Referuntur Authores.*
50 *Huius ſententiæ fundamentum.*
51 *S. Scripturæ verba.*
52 *Eiuſdem exemplum.*
53 *Extrauagans* Execrabilis, *Ioannis* 22. de præbend.
54 *Adducuntur etiam alij textus pro hac ſententia.*
55 *Hæc ſententia videtur extrema.*
56 *Sententia quæ media via incedit eſt eligenda.*
57 *Videtur eſſe magis communis.*
58 *Huius ſecundæ ſententiæ fundamentum.*
59 *Confirmatio.*
60 *Preces importunæ factæ ab eo cui debetur reuerentia, cadunt in virum conſtantem.*
61 *Malum intolerabile ſubdito eſſe ſuperioris contrariam voluntatem habere.*
62 *Maior abundantia, & cautela non nocet, ſed iuuat.*
63 *Preces minis coniunctæ cauſant conſenſum inuoluntarium.*
64 *Huius rei ratio.*
65 *An tale graue malum reperiatur in caſu reſpectu teneræ puellæ.*
66 *Puella hæc potuit, & debuit timere.*
67 *Spectata natura patris.*
68 *Iuſtè potuit timere, quia omni erat auxilio humano deſtituta.*
69 *In eo qui metum patitur ætas attendi debet.*
70 *Ad timorem iuſtum non eſt neceſſarium, quod vis actu inferatur, ſed ſufficit timere ne inferatur.*
71 *Metus grauis eſt attendendus in ordine ad fragilitatem perſonæ, quæ illum patitur.*
72 *Et ſufficit probabilis ſuſpicio.*
73 *Ponderatio metus reuerentialis puellæ.*
Timorem reuerentialem ſolitariè ſumptum eſſe ſufficientem ad reſcindendos quoſcunque contractus. ibid.
74 *Oppoſita ſententia verior.*
75 *Tertia ſententia veriſſima.*
76 *Pro præſenti quomodo ſumi debet timor reuerentialis.*
77 *Timor pro pudore, & verecundia ſumptus matrimonium non reſcindit.*
78 *Timoris deſcriptio.*
79 *Leonardi Leſſij ſententia.*
80 *Sententia Martini Bonacinæ.*
81 *Thoma Sanchez.*
82 *Eiuſdem moderatio.*
83 *Eiuſdem verba valdè ad noſtrum intentum.*
84 *Non fuiſſe Sanchez ſibi contrarium in hac ſententia probatur.*
85 *Sententia Caſtri Palai.*
86 *Ægidij Coniach.*
87 *Pauli Layman de profeſſione religioſi, de qua eſt eadem ratio, ac de contractu matrimonij.*
88 *Eiuſdem verba.*
89 *Sententia Antonij Theſauri.*
90 *Sententia Zachariæ Paſqualigi.*
91 *Item ſententia Ioannis Angeli Boſſij.*
93 *Item Bartholomæi de Vecchis.*
94 *Item Tanneri.*
95 *Metus eſt difficilis probationis.*
96 *Pro eius probatione ſufficiunt indicia.*
97 *Nimia auerſio animi puellæ arguit metum.*
98 *Hæc auerſio conſtat ex proteſtationibus.*
99 *Lacrymæ, ſuſpiria, &c. ſigna ſunt timoris.*
100 *Rotæ deciſio id probans.*
101 *Aſſidua repugnantia dormiendi cum marito notat matrimonium inuoluntarium.*
102 Cauſæ, & cauſati, *eſt idem indicium.*
103 *Fuga eſt præſumptio diſſenſus matrimonij.*
104 *Pallor vultus indicium eſt timoris.*
105 *Mens quomodo per corpus pelluceat.*
106 *Animaduerſio huius caſus.*
107 *Verba Rotæ Romanæ.*
108 *In muliere an requiratur metus qui in virum conſtantem cadat.*
109 *An ad annullandum matrimonium requirantur minæ mortis.*
110 *Metus iſte an videatur euacuatus.*
111 *Reſponſio negatiua.*
112 *Proteſtationes ſunt ſufficientes ad manifeſtationem diſſenſus.*
113 *Proteſtatio puellæ tempore conſummationis.*
114 *Metus ſemel illatus quandiu durare præſumitur.*

Et

115 *Et procedit apud omnes, vigente cauſa metus.*
116 *Deciſio Ludouiſij.*
Actus quicunque, etiam liberi, & lati, metum non purgant. ibid.
117 *Oſcula, amplexus,* &c. *aniuducant metus purgationem, durante eius cauſa.*
118 *Quandiu cenſeatur durare cauſa metus.*
119 *Paria ſunt, quod quis compellatur, vel quod compelli poſſit.*
120 *Metus incuſſus huic puella praſumitur ſemper manere.*
121 *An valeat dici, conſenſum in copulam purgaſſe metum.*
122 *Euacuatur hac obiectio.*
123 *Quid ſi dicatur purgatum fuiſſe metum per cohabitationem.*
124 *Quid reſpondendum ſi dicatur, quod ſi voluiſſet puella, potuiſſet fugere.*
125 *Rota Romana reſponſio.*
126 *Item alterius Rota Romana reſponſio, & additio.*
127 *Reſponſio Additionatoris Prapoſiti.*
128 *Reſpondetur obiectioni de recurſu ad Magiſtratum.*
129 *Impugnatio prima rationis adducta pro parte contraria.*
130 *Corruit fundamentum de dubio huius matrimonij ex aduerſo allatum.*
131 *Rota Romana reſolutio.*
132 *Alterius Rota deciſio.*
133 *Alexandri conſilium.*
134 *Fundamenta Sacra Rota, & aliorum Authorum.*
135 *In hoc matrimonio ad vnguem adimpletum videtur* cap. eùm locum; de ſponſal.
136 *Exitus actu probat.*
137 *An iuuet pro parte aduerſa, quod matrimonium per copulam animo maritali factam reuiuiſcat.*
138 *Tale matrimonium non reuiuiſcere variis Iuribus probatur.*
139 *Rota deciſio.*
140 *Et procedit pracipuè quando defuit conſenſus.*
141 *Si doctrina contraria ſubſiſteret, quo caſu procederet.*
142 *Ad quem caſum applicari debent illud de matrimonio pracedente.*
143 *Reiicitur fundamentum contrarium de nullitate proteſtationum.*
144 *Quando, & quo caſu admittendum, proteſtantem debere repetere in omnibus proteſtationem.*
145 *An procedat quando agitur de metu illato ad conſenſum.*
146 *Quid ſit iudicandum de inſtantiis, & ſuaſionibus.*
147 *Qualiter timor reuerentialis adminiculatus ſufficiens eſt ad irritandum matrimonium.*
148 *Pallorem, lacrymas, ſuſpiria,* &c. *demonſtratur vera fuiſſe.*
Differunt pallor, & rubedo ibid.
149 *Comminationem factam non fuiſſe prepoſitionem reuerentia, & obedientia.*
150 *Quid hac adducta contendere videntur.*
151 *An ſi matrimonium hoc diſſoluatur, aliquid dedecoris puella afferatur.*
152 *Nullam notam infamia incurrere probatur.*
153 *Fœmina qua luxurioſè vni ſe ſubiecit, an poſſit dici turpis perſona.*
154 *Quid dicendum de marito illam in vxorem ducente.*
155 *Hiſtoria ex Sacra Scriptura* 2. Reg. c. 3.
156 *Verba Leonis Papa* in canone Cum per bellicam.
157 *Deciſiones Sacra Rota pro ſimili caſu. & num. ſequentibus, vbi etiam ſunt particularia Summaria.*

IESVS MARIA.

Caſus ſeries.

N. Vir illuſtriſſimus potens in opere, & ſermone, grauis, & ſeuerus erga filios, filiam 14. annorum in matrimonium tradere adoleſcenti perilluſtri cuidam deſtinauit; quod tamen puella ſciens, ſæpiùs proteſtata eſt coram multis domeſticis, contra voluntatem ſuam eſſe, quin potius illud auerſari. Pater nihilominus cum adoleſcente illo contractum conclusit, & de concluſione certiorem filiam fecit media perilluſtri quadam fœmina, quam timeret, & honorare tenebatur. Quo cognito, puella clarè dixit; nullatenus ſe velle cum tali iuuene matrimonium contrahere. Cœpit tunc fœmina illa ei ſuadere, vt opinionem mutaret, & patris voluntati annueret, qui, ſi hoc non egiſſet, contra ipſam oſtenderet magna diſplicentiæ ſigna. Durante autem per plures dies huiuſmodi continua ſuaſione, tandem filia ſuaſionibus fatigata, & valde timens patrem grauem, & ſeuerum, dixit ſe conſentire in tale matrimonium; cæterum incontinenti, & immediatè cum pluribus perſonis ſuæ familiæ exagerauit, ſuſpirauit, & fleuit ſuam infelicitatem dicens, neceſſitatam ſe eſſe ad contrahendum contra ſuam voluntatem, & ſine libero ſui conſenſu. Adueniente poſtea nuptiarum die, quaſi in agonia poſita nolebat ad Eccleſiam accedere; ſed eam fœmina illa ſolitis inſtantiis, & ſuaſionibus ad Eccleſiam perduxit, præmiſſis tamen ex parte puellæ ſolitis ſuſpiriis, & ſingultibus. Vnde, cum à Parocho interrogaretur, an vellet in coniugem, ſeu maritum illum perilluſtrem adoleſcentem acceptare, in reſpondendo *Si*, pallidiſſima inſtar mortuæ viſa eſt. Item poſt iſto modo contractum matrimonium ferè nunquam coniugem ſibi datum in faciem aſpexit, quin poſtea nocte adueniente, quando cum ipſo in lectum ire debebat, & conſummare matrimonium, abſolutè proteſtata eſt illi fœminæ, ſe nolle id facere. Quæ propterea maioribus inſtantiis, imò ipſi comminando ſe relaturam patri, quomodo reſiſteret ipſius voluntati, ei ſuaſit, vt cum marito dormiret, prout fecit, amaro tamen planctu præmiſſo. Sequenti etiam die in lacrymis, & ſuſpiriis verſabatur, vt proinde neceſſarium fuerit, vt eadem fœmina eiſdem inſtantiis ſuaſoriis ferè quotidie, & ſemper vteretur, quando marito adhærere debebat, verſus quem etiam auerſionem maximam oſtendit. Quod cauſa etiam fuit, vt ipſe maritus eam ſimiliter auerſari cœperit, ita vt propterea inter vtrumque coniugem odia, & diſſidia plura naſcerentur. Tandem filia patri palam proteſtata eſt, ſe nullatenus viuere velle cum illo, etiamſi propterea vitâ perdidiſſet. Quin etiam in talem morbum incidit, vt medici nullum pro ipſo remedium repererint vſque adhuc, ipſa in mortis pallore præ animi paſſione perſeuerante. Coactus idcirco pater fuit generum ex ea patria in aliam mittere. Quæritur ergo an hoc matrimonium validum, ſeu potiùs irritum, & nullum cenſeri debeat ob defectum voluntarij conſenſus. 1

Reſponſio.

Pro huiuſmodi matrimonij validitate, & indiſſolubilitate militat primò, quod coram Parocho, 2
teſtibus, & cum nullo impedimento conſanguinitatis,

nitatis, vel affinitatis, aut ſimili, contractum ſit,
imò conſummatum, vt ſupponitur, quo caſu pro-
cedit à fortiori illud Geneſ. 2. & Matth. 19. *Erunt
duo in carne vna*; ſpecialiter Matth. 19. *Iam non
ſunt duo, ſed vna caro*, & immediatè: *Quod Deus
coniunxit, homo non ſeparet*. Quibus denotatur om-
nimoda indiſſolubilitas matrimonij, prout ex con-
cilijs Illiberitano, Gangrenſi, Mileuitano, Aga-
3 thenſi, Africano, Metenſi, ſexta Synodo, & Tri-
dentino, Summorum Pontificum, præſertim In-
nocent. I. & Leonis I. deciſionibus, Patrumque
teſtimoniis, & Eccleſiæ traditione paſſim confir-
mant Doctores, Scholaſtici, Theologi, & Som-
miſtæ, qui de Sacramento Matrimonij ſcripſerunt.
4 Militat ſecundò, quod ea, quæ pro parte aduerſa
adduci poſſunt, ad ſummum probant, dubium eſſe,
an hoc matrimonium ſit validum, necne. In dubio
autem Matrimonij validi, cum pro ſe habeat iuris
præſumptionem, per notata à Felino *in cap. cauſam
Matrimonij, num. 6. de offic. deleg.* Gomez *variar. lib. 2.
cap. 14. num. 27.* & Sanchez *de matrimon. lib. 4. diſ-
put. 9. n. 9. & 12. & diſp. 10. num. 7.* pro valido eſt
cenſendum, cùm etiam matrimonium inter fauora-
bilia ſit maximè fauorabile, *cap. videtur, qui matri-
mon. accuſ. poſſ. cap. ex litteris, de probat. cap. licèt ex
quadam, de teſtib. & cap. fin. de ſent. & re iudic.* DD.
ibidem, ſpecialiter Stephanus Gratian. *diſcept. fo-
renſ. tom. 4. cap 692. num. 7.* Maſcard. *de probat.
tom 2. concl. 1027. aliàs 1023. num. 1.* & Rota co-
ram Robuſterio *deciſ. 117. num. 2. & 4.* Et ita in fa-
uorem ipſius matrimonij iudicandum eſſe, *cap. duo-
bus, §. fin. de ſentent. & re iudic.* vbi Summus Pon-
tifex definit, quod duobus Iudicibus diuerſas proſe-
rentibus ſententias, præfertur, & tenet ſententia
pro reo, ſeu in fauorem rei, quod ſubdit fallere in
cauſa fauorabili, matrimonij ſcilicet, libertatis, do-
tis, ſeu teſtamenti, quibus in caſibus vult tenere
ſententiam pro actore promulgatam. Ex quo textu
Gloſſa *verb. inliberali, in d. cap. Ex litteris, de probat.*
elicit hanc doctrinam generalem, ſcilicet quod in du-
bio iudicandum ſit pro matrimonio, quàm appro-
bant communiter Doctores *in cap. ex parte, de ſponſ.*
& plurimi alij, videlicet Panormitanus, Cardinalis,
5 M. Antonius Cuccus, Pariſius, Hieronymus Gra-
tianus, Maſcardus, Menochius, Nauarrus, Gaillus,
Aloyſius Riccius, Gutierrez, Barboſa, Franciſcus
Molinos, Sanchez, Sayrus, Reginaldus, Baſilius
Pontius, Lopez & alij, quos refert, & ſequitur
Ioannes Angelus Boſſius *de matr. c. 3. §. 46. n. 227.
6 & ſeqq.* Tertiò, quia dato, nec conceſſo, quod in
principio inualidum fuerit ante conſummationem,
poſt illam tamen reuixiſſe, & validum fore ex eo
euincitur, quod copula, ſeu conſummatio matrimo-
nij cum animo maritali (qualis præſumitur in præ-
ſenti) ſaltem ſecundum ius antiquum, quod &
modò viget, vbi non eſt publicatum, & accepta-
tum Tridentinum, arguit conſenſum in matrimo-
nium, *cap. veniens, & cap. is qui fidem, de ſponſal.
c. vet. de deſponſat. impuber. & cap. vnic. eod.
tit. in 6.* & DD. communiter, quorum plures refe-
runt, & ſequuntur Guttierez *de matrimon. cap. 27.
num. 4. cap. 40. n. 3. & cap. 70* Sanchez *lib. 1. diſp. 49.
num. 1 & lib. 3. diſp. 40. num. 2.* Baſilius Pontius *lib. 2.
7 cap. 12. n. 3.* Hurtadus *diſp. 3. diff. 14. n. 51.* Ea ſci-
licet ratione, quod Eccleſia præſumit tunc adeſſe
conſenſum coniugalem, ſaltem tacitum per ean-
dem copulam præſtitum, & non deſtctum, quale
eſſet ſi poſt contractum matrimonium ſine debito
conſenſu ſubſecuta fuiſſet talis copula, quia tunc
8 eſſet merè fornicaria. Quod etiam extenditur pro
caſu, quo matrimonium præcedens celebratum eſ-
ſet ex metu graui, & timore mortis. Couarruuias
1. p. c. 4. §. 3. n. 11. Maſcardus *de probat. concl. 1031.
num. 10.* Menochius *lib. 6. præſumpt. 4. num. 51.* &
alij apud ipſum. Et eſt adeo certum, vt non admit- 9
tatur probatio in contrarium, cum ſit præſumptio
iuris, & de iure; nam contra præſumptionem iu-
ris, & de iure non admittitur regulariter probatio.
Gloſſa *in cap. is qui fidem, de ſponſ.* Maſcardus, Me-
nochius, Cuccus, & alij apud Barboſam *tom. 2.
collect. lib. 4. tit. 1. cap. 30. n. 40.*

Specialiter quartò, quia ea, quæ contra ipſius
valorem in caſu notantur, leuia videntur. Primò 10
illud de proteſtatione puellæ coram ſua familia, fa-
cta ante contractum de voluntate non conſentien- 11
di in ipſum, & poſt contractum, de voluntate non
dormiendi cum ſponſo, aut de non conſummando
matrimonio. Non ſolùm, quia proteſtatio con-
traria facto non releuat, *l. cùm in plures, §. locator, ff.
locati, cap. gratum de offic. deleg.* Oldradus, Baldus, 12
Cephalus, Surdus, Tuſchus, & alij apud Barbo-
ſam *in axiomat. iur. axiom. 194. num. 1.* ſed etiam, 13
quia proteſtatio tollitur, & ceſſat per actum ſubſe-
quentem contrarium. Cephalus, Crauetta, Surdus,
Menochius, & Rota *deciſ. 539. num. 6.* apud Fari-
nacium *part. 2. recent.* Et proteſtans, ſi non repetat
in omnibus proteſtationem, cenſetur ab ea receſſiſ-
ſe. Rota apud Paulum de Rubeis *deciſ. 29. n. 19. & 14
deciſ. 91. n. 1 a tom. 2. diuerſ.* aliàs *p. 6. recent.* Hæc au-
tem in præſenti caſu non contingunt.

Secundò id quod etiam notatur de inſtantiis, &
ſuaſionibus, ſeu, quod idem eſt, de precibus, & 15
blanditiis, parum releuat intentum, non ſolum
quia importunæ, & moleſtæ non erant, quo caſu
nihil penitus cogere, etiamſi à Principe proueni-
rent, colligitur à contrario ſenſu *ex l. fin. C. de his 16
qua,* ibi: *Venditiones, donationes, tranſactiones, quæ
per potentiam extortæ ſunt, præcipimus infirmari.* Nam
extorquere violentiam ſignificat, *l. fideicommiſſa, §. ſo-
rem, ff. de legat. 3.* Et quia alias Principibus nihil pe-
tere liceret, cum tamen vnde iura naſcuntur, iniu-
riarum occaſio præſumi non debeat, *l. meminerint, C.
vnde vi.* Et ex oppoſito Princeps ſemper cenſetur 17
operari ſecundum leges, *l. ex imperfecto, C. de teſta-
ment. l. ſi hæredem C. de inoffic. teſtam. l. Papinianus, §.
Imperator, ff. eodem.* Sanchez *lib. 4. de matrimon.
diſp. 7. num. 1.* Baſilius Pontius *lib. 4. cap. 5. num. 13.*
Boſſius *c. 12. §. 7. n. 112. & 113.* In ſpecie id etiam
dicens ex Vaſquio, & Genuenſi de matrimonio
contracto ad ſimplices preces, vel rogatu Principis.
Sed etiam, quia dato quod eſſent importunæ, quales 18
ſunt illæ quæ ſunt inſtantiſſimæ, ſæpius repetitæ
& inculcatæ, adhuc tamen non ſunt ſufficientes ad
annullandum matrimonium, & quod non videntur
habere tantam vim, vt virum conſtantem commo-
nere debeant. Prout ex Iuriſtis tenent Abbas, Ro- 19
landus, Antonius Gabriel, & alij, ac ex Theologis
Henriquez, Lopez, Villalobos, & alij, quos ſe-
quitur Boſſius *ſupra n. 118.* quibus fauent Nauarrus
in Man. cap. 17. num. 16. & Ledeſma *2. part. 4. q. 49.
art. 3. ad finem.* Item tertiò (quod magis vigere vi-
tur) id quod affertur de timore, ſeu metu patris 20
grauis, & ſeueri erga filios, qui cum cauſa fue-
rit conſenſus in matrimonium, & copulam ex ip-
ſo ſecutam, illud, & illam inualidaſſe videtur ad
effectum præſentem, nec etiam concludit, quia ta-
lis timor, aut metus ſolùm potuit eſſe reuerentia-
lis, qualis eſt ille, qui reperitur in illis qui iure ali- 21
quo aliis ſubiiciuntur, vel ſub poteſtate eorum vi-
uunt, vt in clericis reſpectu Epiſcopi, Religioſis re-
ſpectu ſuorum Prælatorum, ſubditis reſpectu Princi-
pis, vel Magiſtratus, & ſimilibus. Hic autem reueren-
tialis timor, eſto quod ſecundùm aliquos ſufficiens ſit
ad irritandum matrimonium quando eſt cauſa illius,
nihilo

nihilominus ſecundum plures, quorum ſententia
magis communis eſt, magiſque recepta, non poteſt
22 annullare matrimonium, aut quemlibet alium con-
tractum, prout ſæpius tenuit S. Rota Rom. *dec. 242.
num. 5. & deciſ. 260. n. 10.* apud Farinacium *lib. 2.
conſ. crimin. deciſ. 783. num. 10. & deciſ. 628. nu-
mero* 6. apud Buratium, *& ibidem in annot.* Ferentil-
lus, & etiam *in annot. ad dec. 205.* quibus in locis
refert eandem Rotam ita ſenſiſſe, etiam *deciſ. 342.
num. 2. part. 2. diuerſorum, & dec. 223. num. vltimo,
apud Verallum part. 2. & dec. 120. num. 1. apud Lu-
douiſium*, & in Valentina *Donationis 3. Iunij* 1624.
coram Merlino. Quæ S. Rotæ deciſiones à quibuſ-
dam recentioribus relatæ, fundantur *in l. ſi patre co-
gente, ff. de ritu nuptiar. & in l. fideiuſſor, §. pater, ff.
23 de pignoribus*, ac iure canonico *in cap. 1. de deſponſat.
impuber. cap. ex litteris, eod. titul. & c. 2. de pact. in 6.*
& in eo quod timor reuerentialis non eſt ita grauis,
vt habeat vim ad cogendam voluntatem, aut terren-
dum virum conſtantem, prout probant Antonius
Gomez *lib. 2. variar. cap. 14.* & Theſaurus *q. 52.* ex
variis iuribus, & Doctoribus, de quibus etiam Boſ-
24 ſius §. 6. *num. 99.* Multò magis quartò, illud quod
etiam affertur de pallore in facie tempore proferendi
verba ſignificantia conſenſum coram Parocho, &
teſtibus, infirmum eſt ad intentum. Pro comper-
to etenim eſt illud D. Ambroſ. *in Luc. c. 1. Trepida-
re virginum eſt, ad omnes viri ingreſſus pauere, om-
25 nes viri affatus vereri.* Et illud Ouidij *Metamor-
phoſ. lib. 5. fab. 3. Omnia terrent virgineas mentes.*
Virgineus ergo pudor pallorem illum effecit. Pudi-
citia enim eſt animi virtus, qua quis verecunda-
tur de aliquibus actibus, venereis præſertim, ſe-
cundum D. Auguſt. *lib. 14. de Ciuit. Dei.* Maximè
in nobilibus, quia vt Cyprianus *de 12. abuſionibus,*
inquit: *Pudicitia eſt ornamentum nobilium* Et dos
26 præcipua Virginum. Vnde interrogata Lacæna
quædam paupercula virgo, quam dotem marito eſ-
ſet allatura, aptè reſpondit: *Pudicitiam* Quidni er-
go nobilis Virgo conſenſum in matrimonium ad
carnalem coitum ordinatum præſtitura palleſceret?
Sanè ſi vultu ſereno reſponſum daret, inuerecunda
appareret. Nec omnes Socratem imitari queunt, de
quo dicitur, ſemper eodem fuiſſe vultu, ſiue cum
vxorem duxit, ſiue cum venenum bibit.

Nec maiorem vim habere videtur illud de lacry-
27 mis, ſuſpiriis, gemitibus, &c. Tam pro matrimo-
nio contrahendo, quàm pro illo conſummando, &
continuando commercium cum marito, non ſolùm
quia lacrymæ aliquando oriuntur ex animi tenerit-
tudine, vt in pueris, & puellis, vt docet S. Th. 2. 2.
quæſt. 82. art. 4. ad 3. puellis maximè, quia vt Eu-
ripides *in Med.* ait: *Mulier ad lacrymas nata eſt.* Et
aliquando ſunt falſæ, & fallaces. Vnde Ouid. *de
remed. amor.*

Neve puellarum lacrymis moueare caueto,
Vt flerent oculos erudiere ſuos.

28 Item *in epiſt. ad Demophoonta:*

*Vide etiam lacrymas, an & eſt pars fraudis in
illis?*
Hæ quoque habent artes, quóque iubentur, eunt.

Sed etiam quia ſæpiùs ſunt ſigna lætitiæ, & ex
iucunditate cordis oriuntur. D. Thom. *eo art. 4.* D.
Ambroſius *de obitu Valentin.* dicens: *Mentem alle-
uant fletus, & mæſtum conſolantur.* Et Ouid. *4. de
Triſtib. Eſt quædam flere voluptas.* Quorſum ergo
huius puellæ lacrymæ ſolùm ad triſtitiam, ſeu dolo-
rem pro matrimonio contracto, ſeu contrahendo
29 reſtringuntur? Quod etiam de gemitibus accipien-
dum, præſertim cum gemitus, iuxta illud Virgilij
Eclog. 1. genus quoddam iucundi cantus ſint.

Nec gemere aëria ceſſabit turtur ab vlmo.

Et de ſuſpiriis, præſertim, cum illa ſæpiùs animi
deſideria ſignificent. Vnde Iuvenal. *ſatyr. 14.*

Suſpirant longo non viſam tempore matrem.

Et Tibullus *lib. 4. eleg. 5.*

Quod ſi fortè alios tam nunc ſuſpirat amores.

Et Ouidius *1. faſtor.*

Hanc cupit, hanc optat, ſolam ſuſpirat in illam.

Nec præterea illud de comminatione illi ab illa 30
fœmina facta, de referenda patri diſplicentia, & re-
ſiſtentia in ordine ad conſummationem illius matri-
monij. Hoc enim ſolum indicat, ipſi præpoſitam,
& intimatam eſſe reuerentiam, & obedientiam pa-
tri debitam, ob quam filij, & præſertim filiæ, etſi
non teneantur obedire parentibus, quantum ad
contrahendum, vel conſummandum matrimonium
cum aliqua perſona, nec parentes illos, vel illas
ad hoc obligare, *cap. cùm virum, de Regular.* Con-
cil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 1. de matrim.* D. Thom.
in 4. diſt. 29. quæſt. vnic. artic. 4. nihilominus poſ- 31
ſunt parentes non ſolum dirigere filios, & filias ad
prædicta, ſed etiam moderata, & leui coactione,
ſcilicet paterna increpatione, ad illa cogere. Sotus
in 4. diſt. 29. q. 1. art. 4. Bellarminus *lib. 1. de matrim.
cap. 19. propoſ. 3.* Sanchez *lib. 4. diſp. 22. num. 5.* Imò
etiam in caſu aliquo grauis cauſæ vigentis tenentur
filij, & filiæ parentibus in hoc obedire, prout ex
pluribus Doctoribus communiter receptis aſſert 32
Boſſius *ſupr. c. 11. §. 7. n. 77.*

Nihilominus tamen, vndique hinc, & illinc
perſpecta, & cum circunſtantiis tam antecedenti- 33
bus, quàm comitantibus, & ſubſequentibus hoc
matrimonium, multum, valdeque probabile, imò
probabilius eſſe cenſeo, fuiſſe irritum, & inuali-
dum in vtroque foro, ob defectum conſenſus ad il-
lud omni iure requiſiti, & quo abſente, ex om-
nium ſententia, corruit matrimonium. Mouent, quia
proteſtatio ſæpiùs facta à puella de voluntate non
contrahendi, nec conſummandi illud; minæ, ſeu
comminationes virtuales coniunctæ precibus im-
portunis; timor reuerentialis erga patrem, admini- 34
culatus timore alicuius grauis mali, quod à patre
rigido; & ſeuero erga filios prudenter potuit me-
tuere, lacrymæ, ſuſpiria, faciei pallor, & alia ſi-
gna diſplicentiæ, doloris, & triſtitiæ, & malus
exitus ipſius matrimonij, ſi ſimul coniungantur,
pro moraliter certo probant, illud meticuloſum, in-
uoluntarium, & coactum, ac proinde irritum, &
nullum fuiſſe.

Et primò, vulgare illud Iuriſtarum axioma: *Sin-
gula, quæ non proſunt, multa collecta iuuant,* quod de- 35
ſumitur ex *l. Spadonum, §. qui iura, ff. de excuſat. tut. l.
rationes, & l. inſtrumenta, C. de probat. cap. cauſ. in qua,
eodem tit. l. ſtipulatus, in princ. ff. de vſuris,* de quo
Antonius Gabriel *Comm. tit. de probationib. concl. 1.
n. 1.* Menochius *conſ. 284. n. 43.* Card. Tuſchus *pra-
ctic. concl. tom. 7. litt. S. concl. 276.* & alij plures, ſi in
aliquo caſu procedit, maximè erit in iſto. Cum *ſin-* 36
gula iſta ſint in genere ſuo perfecta, non vitioſa;
quo euentu axioma procedit. Abbas *conſ. 16. ad cla-
ram, in fin. lib. 1.* Menochius *de præſ. lib. 3. præſ. 39.
n. 6.* Tuſchus *ſuprà n. 8.* Et tendant ad eundem fi-
nem. Francus Perſonal *conſ. 23. ex num. 14. lib. 1.*
Hippolytus Rimin. *conſ. 52. num. 112. lib. 1.* Ce-
phalus *conſ. 68. num. 58. & 59. vol. 4.* Rota in Hiſ-
palenſi *Matrimonij de Alcala,* coram Ludouiſio po-
ſtea Gregorio XV. *deciſ. 374. num. 3.* Maximè cum
agatur de re difficilis probationis, ſcilicet de inter-
no conſenſu fœminæ ad contrahendum matrimo-
nium. Quo etiam caſu præcipuè procedit axio-
ma. Alexander *conſ. 115. num. 9. & ſeqq. libr. 4.* Bar-
boſa *in axiomat. Iur. axiom. 209. n. 3.* Maximè *in
vot. deciſiu. lib. 3. vot. 77. n. 110. & 111.*

37 Deinde ſi, iuxta aliud Iuris axioma: *Medium præſumitur probari ex extremis, videlicet principio, & fine, l. ge ſicut, §. non videtur, ff. quibus modis pignus, vel hypothec.* Bartolus *in lege Celſus, numero 21. ff. de vſucap.* Alciatus *de præſumptionib. reg. 3. præſumptione 12.* Baldus *conſilio 247. circa med. libro 2.* vbi ampliſt in omni materia, & in omni actu, qui recipit continuationem, eo quòd media declarantur
38 ex præcedentibus, & ſequentibus. Rolandus à Valle *conſilio 25. numero 30. & 31. libro 4.* Barboſa *ſuprà axiom. 145. numero 2.* Et ſemper media talia præſu-
39 muntur, qualia ſunt extrema, *argumento textus in lege ſicut, §. non videtur, ff. quibus modis pign. l. exiſtimo, ff. de verb. ſignif.* Rota *dec. 111. n. 41. part. 5. recent.* Profectò moraliter certum videbitur, non adfuiſſe in actu contrahendi hoc matrimonium voluntarium conſenſum, ſed potiùs inuoluntarium, meticuloſum, & coactum, ſiquidem lacrymæ, ſuſpiria, proteſtationes, preces importunæ metum afferentes, tam quæ anteceſſerunt, quàm quæ conſequutæ ſunt, idem manifeſtant.
40 Ad hæc, ſi iuxta aliud axioma Iuris: Animus ab operibus dignoſcitur, & talis præſumitur, qualem facta demonſtrant, *leg. 1. §. fin. ff. de dolo,* Maſcardus *de probat. concl. 95. num. 1. & ſeq. & concl. 1304.*
41 *num. 24. & ſeq.* Farinacius *in prax. crim. quæſt. 89. num. 76.* Maximè, ſi verba etiam iungantur, quia ex illis etiam cum operibus benè dignoſcitur animus, & intentio hominis, *l. Labeo, ff. de ſupellect. leg. cap. Secundò requiris, de appellat.* Albanus *conſil. 119. & conſ. 626. num. 9.* Surdus *conſ. 82. num. 33. & conſ. 471. num. 33.* Sanè cum verba, & opera quæ dixit, & fecit hæc puella, ſignificent diſſenſum erga hoc matrimonium, manifeſtè denotare videntur, defuiſſe conſenſum pro illo neceſſarium. Præſertim cum talia verba, opera, ſeu facta, non ſolùm
42 antecedentia, ſed etiam conſequentia fuerint. Rota *decíſ. 64. num. 3. part. 2. recent. & deciſ. 306. num. 3. ad. part. 2. recent.* Menochius *conſ. 1. num. 294. cum ſeqq.*
43 Quod adhuc maximè, & præcipuè probat, quando ſumus in actu de ſui natura delectabili, qualis eſt contractus matrimonialis puellis puberibus, & exire de poteſtate patris rigidi, & ſeueri, ac fieri
44 matresfamilias, dominas, &c. In ſimili enim euentu quæcunque animi declaratio ſufficiens videtur ad animi demonſtrationem. Natta *conſil. 474. numero 20. lib. 2.* Barboſa *in tract. de clauſ. clauſul. 105. num. 6.*
45 Specialiter, ſingula quæ in hoc matrimonio interuenerunt expendendo, proteſtatio illa à puella facta ſæpius de diſſenſu, quem habebat circa hoc
46 matrimonium, ipſi ſuffragari debet. Eſt enim proteſtatio voluntatis illius, qui proteſtatur. Seraphinus *deciſ. 1168. num. 9.* Rota *deciſ. 567. num. 7.* apud Farinacium *part. 1. recent.* Et ita, ſicut declarat animum alieniſſimum à conſenſu, ita omninò remouet illum, *l. ſi quis, §. plerique, de relig. & ſumpt. fun. l. ſi mihi, & tibi, §. interdum, ff. de legat.* Rota coram Ludouiſio *deciſ. 326. num. 9.* Præſertim ſtantibus aliis adminiculis. Angelus *in l. metus, ff. de eo quod met. cauſ.* Rota relata coram Ludouiſio *num. 30.* Eſto
47 autem proteſtatio contraria facto regulariter non releuet, limitatur tamen, hoc non procedere quando actus eſt inuoluntarius, & inuitus, vt contingit in præſenti. Seu, quod idem eſt, quando actus non eſt contrarius, ita vt poſſit compati cum proteſtatione. Bartolus, Alexander, Tuſchus, & alij, quos refert Barboſa *in tractat. de axiom. iur. axiom. 194. num. 4. & 5.* Cum ergo actus contrahendi, & conſummandi hoc matrimonium, eo quòd fuerit inuitus, & coactus, poſſit compati cum proteſtatione, non tollet illam, ac per conſequens talis proteſtatio releuans erit. Adde quod illud axioma non procedit in iis, in quibus factum dependet à ſola voluntate proteſtantis, quia tunc attenditur proteſtatio contraria facto. Bartolus *in l. qui in aliena, §. Celſus, ff. de acquir. hæred. & in l. non ſolùm, §. morte, n. 17. ff. de nou. oper. nunciat.* Alexander *conſ. 7. Videretur, num. 12. verſ. nec obſtat.* Cùm igitur proteſtatio hæc à puella fuerit in re a ſola eius voluntate pendente, ſcilicet à conſenſu interno, attendi debet talis proteſtatio, etiamſi videatur contraria facto ſubſequuto, ſcilicet contractui matrimonij figurato.

Deinde preces, & inſtantiæ importunæ ab illa 48
fœmina nomine patris puellæ factæ videntur etiam concludere intentum. Primò, quia vulgatiſſima ſententia eſt, huiuſmodi preces importunas, ſiue per ſe ſumptas, ſiue coniunctas cum metu reuerentiali, inferre metum, ſeu coactionem ſufficientem ad annullandum matrimonium, & reſcindendos alios con-
tractus. Ita Couarruuias, Maſcardus, Afflictus, Ba- 49
ſilius Legionenſis, Naldus, & alij, quos refert Boſſius *ſupra cap. 12. num. 115.* Raphael Auerſa *de matrim. q. 4. ſect. 5.* Dicens experientia conſtare plus ſæpè valere, quam terrores ad flectendum, & labefactandum generoſum, & fortem. Bartholomæus de Vecchis *in prax. nouit. diſp. 13. dub. 12. num. 20.* aliique quamplurimi, quod affert Sanchez *lib. 4. de matrim. diſp. 7. num. 4.* Quod etiam tenet P. Diana *part. 3.*
tract. 5. reſol. 20. ex Gloſſa, Hoſtienſi, Imola, Rebuffo, 50
& aliis. Specialiter Barboſa *in votis deciſiuis, lib. 1. vot. 1. num. 30. & ſequentibus,* vbi *num. 31.* quod *nimiæ perſuaſiones habentur loco compulſionis, & coactionis.* Ac maximè Rota coram Ludouiſio *deciſ. 326. numero 13.* illis verbis, quaſi pro caſu præſenti dictis: *Concurrunt importunæ, & continuæ perſuaſiones, quibus nomine patris ſollicitabatur à nouerca.* Deinde: *Quæ ſufficiunt ſine minis, & verberibus.* Quæ ſententia validum habet fundamentum in Sacra Scriptura, Luc. 10. vbi de petente ab amico panes, amicoque negante, ponderat Christus vim precum importu-
narum, & qualiter cogant, atque ita ait: *Si ille per-* 51
ſeuerauerit pulſans, etſi non dabit illi eo quod amicus eius ſit, propter improbitatem eius ſurget, & dabit illi. Interpretatio Syriaca vertit, *propter importunitatem.* Et fortiùs viget illud Iudic. 16. vbi fortiſſimum Samſonem importunis vxoris precibus coactum detegere veritatem, Scriptura commemorat his verbis: *Cumque moleſta eſſet ei, & per multos dies iugiter adhæreret,* &c. Vbi verſio Septuaginta Inter-
pretum, ait: *Et factum eſt quando vexauit illum* 52
ſermonibus ſuis. Chaldaica, *Cum moleſtaret illum in verbo ſuo, & oppreſſit eum.* Vatablus *ibid. num. 34.* vertit, *coarctaret, & penè cogeret.* Abulenſis ſuper ea verba *quæſt. 15.* in fine, ait: *Moleſtabat, & per iſtum modum neceſſe erat, quod tædio affectus exponaret veritatem.* Deinde ex *Extrauag. Execrabilis, Ioan-*
nis 22. de præb. ſtatim in principio, ibi: *Et improbi-* 53
tas importuna petentium à nobis & prædeceſſoribus noſtris, non tam obtinuiſſe, quàm extorſiſſe plerumque noſcuntur. Vbi Gloſſa verb. *Extorſiſſe,* ait, *ab inuito per talem importunitatem.* Quibus etiam accedunt *text.*
cap. fin. de reſcr. in 6. & l. 1. C. de petit. bonor. lib. 10. 54
& l. vnic. C. de rapt. virg. ad fin. & l. 3. ff. de lib. hom. exhib. & alij textus, quos præfati Authores expendunt, & Sanch. latè refert.
Secundò, quia eſto quod huiuſmodi ſententia, 55
vtpote extrema, & procedens in re valdè odioſa, qualis eſt diſſolutio matrimonij in facie Eccleſiæ celebrati, quæ non eſt faciendа niſi propter vrgentiora, teneri non debeat, media tamen ſenten-
tia, quæ, vtpote mediâ viâ incedens, ſemper eſt 56
eligenda, *§. penult. Inſtit. quibus ex cauſis manum.*

non

non licet, §. cum ex aliena, Inſtitut. de rerum diuiſion.
Thom. de Thomaſſettis *in flor. leg. reg.* 178. Tuſchus
Cardinalis *pract. concluſ. tom. 5. litt. M, concluſ.* 170.
per totam, qui aſſerens preces importunas à perſona,
cui debetur reuerentia, prouenientes, ſeu metui
reuerentiali coniunctas incutere iuſtum metum, &
vim coactionis habere ſufficientem ad annullan-
dum matrimonium, & alios contractus reſcindendos,
in hac parte videtur ſequendus. Quam tenent In-
nocentius, Socinus, Curtius iunior, Aymon, Alba-
nus, Ioannes Baptiſta Ferretus, Farinacius, Sanchez,
Coninch, Layman, Bonacina, Leſſius, Hurtadus,
quos refert Boſſius *ſuprà num.* 117. Quibus iungun-
tur alij à Farinacio 2. *p. fragm. criminal. verbo metus,*
num. 99. relati, & Raphaël Auerſa *de matrim. quæſt.* 4.
ſect. 5. dicens hoc caſu preces iſtas, etiamſi non
ſint importunæ, & inſtantiſſimæ, ac ſæpius repetitæ,
& inculcatæ, ſi habeant tamen adiunctum pericu-
lum grauis indignationis, & offenſionis in patre,
quod ex eius conditione, & conſuetudine diſcernen-
dum eſt, eas ſufficere ad reddendum irritum matri-
monium, quia talis caſus reducetur ad metum gra-
uem iniuſtè incuſſum: quam ſententiam Boſſius
apppellat magis communem, magiſque receptam,
57 ſubiungens, *Fortaſſe ab ea in praxi non recedendum*
quoad forum exterius. Quod inquit propter Rotæ
Romanæ authoritatem *deciſ.* 242. *num.* 8. *apud Fari-*
nacium lib. 2. conſ. crimin. quæ ipſam tenet. Cuius
etiam ſolidum fundamentum eſt, quia cum ex vna
58 parte non videatur poſſe negari inſtantes, & impor-
tunas preces habere multam vim conſtringendi, &
valde vrgere, ac opprimere: & ex altera parte reue-
rentia alteri debita reddat rogatum puſillanimem,
& timidum, nec audentem contradicere, ex his duo-
bus conſurgere videtur coactio ſufficiens ad ex-
59 torquendum conſenſum etiam viri conſtantis. Con-
firmatur, quia vbi concurrit reuerentia alteri debi-
ta, leuior, & minor coactio ſufficit ad incutiendum
iuſtum metum, & ad reſcindendos contractus, ma-
trimoniúmque annullandum, vt poſt Franciſcum
Marcum *deciſ.* 1190. *num.* 1. *part.* 1. tradit eadem de-
ciſio Rotæ *num.* 5. & colligitur ex alia *deciſ.* 205.
num. 19. apud Buratum, & ex alia Hiſpalenſi 23.
Iunij 1608. coram Ludouiſio *deciſ.* 374. *num.* 14.
& alibi ſæpè, vt refert eadem Rota *dicto num.* 19.
60 Ad quos accedit inter neothericos Authores Ca-
ſtrus Palaus *Oper. moral. part.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 1.
punct. 7. *num.* 7. vbi inquit, huiuſmodi preces im-
portunas, & ſæpius repetitas ab his, quibus reue-
rentia debetur, probabilius eſſe cadere in virum
conſtantem, quia moleſtiſſimum eſt has preces
ſuſtinere, & vix eſt, qui poſſit diu reſiſtere: graue
enim eſt, & intolerabile ſubdito habitare cum ſu-
61 periore, cuius voluntatem continuò deſpicit;
ex tali enim deſpectu neceſſariò Superior implaci-
dum, & offenſiuum ſe ſubdito oſtendet, quod certè
de ſe graue malum eſt. Barboſa etiam *in vot. deciſiu.*
lib. 5. *vot.* 1. *num.* 38. innitens præcipuè Rotæ *in*
deciſione 326. *numero* 13. *&* 14. coram Ludouiſio.
Item Diana *ſuprà*, referens Sotinum, Afflictum,
Mandellum, Gutierrez, Garziam, Barbatium, &
Paulum de Caſtro. Fauet etiam Ludouicus Caſpen-
ſis *in curſu Theolog. tom.* 2. *tractat.* 26. *diſp.* 5. *ſect.* 2.
num. 12.

62 Ad maiorem etiam abundantiam; & ad abundan-
tiorem cautelam, quæ non nocet, ſed iuuat, iuxta
commune axioma, eſto quod preces importunæ
etiam coniunctæ cum reuerentiali timore non ir-
ritarent matrimonium, aut alios contractus, nec
facerent metum iuſtum, ſeu cadentem in virum
conſtantem, ſi tamen tales preces vlterius ſunt ar-
matæ, ſeu coniunctæ minis tacitis, vel expreſſis ali-

cuius mali grauis, quales in præſenti caſu conti-
gere; ſiquidem fœmina illa perilluſtris, quam puella
alias reuereri tenebatur, ſæpiùs ſuadendo ipſi con-
ſenſum in hoc matrimonium, & conſummationem 63
ipſius, illi comminabatur ſe relaturam patri contra-
dictionem, & diſſenſum, proculdubio nullus refra-
gari poterit, quin cauſent conſenſum inuoluntarium,
meticuloſum, & ſufficientem ad reſcindendum quoſ-
cumque contractus. Ita Eminentiſſimus Lugo *tom.* 2.
de Iuſtit. diſp. 22. *ſect.* 7. *n.* 145. Baſilius Legionenſis
lib. 4. *c.* 5. *n.* 16. dicens, id eſſe verum, *etiamſi minæ*
non adeo graues ſint, Caſtrus Palaus *ſuprà*: idemque
ſupponit Boſſius *ſuprà num.* 118. maximè Bonacina
de matrim. q. 2. *punct.* 8. *num.* 64. *Addo cum aliquibus*,
Antonius Theſaurus *in prax. Eccleſiaſt. p.* 2. *verb.*
Moniales, cap. 1. 5. *Amplia primò*, & fauet Caſpenſis 64
relatus. Et ratio eſt, quia hoc ad minus probant ea
quæ adduxi *num.* 51. *&* 52. pro ſententia ibi relata;
& quia ſi tale malum per ſe ſolùm immineret, ſuffi-
ciens eſſet ad extorquendum conſenſum, multò ma-
gis id faciet, quando eſt coniunctum cum precibus
importunis, & communicatione expreſſa, vel tacita
talis mali. Præſertim cum metus dicatur ſic, quia
mentem terret. Butrius *in cap. ad Audientiam, num.* 14.
in fin. de his quæ vi, metuſque cauſ. fiunt. Rota relata
deciſ. 326. *n.* 3. dicens; *Præſertim quando infertur à*
patre filiæ ſecum habitanti.

Porrò tale graue malum erit in præſenti, maximè 65
reſpectu teneræ puellæ non habentis aliud refugium
niſi patris amorem, & beneuolentiam, ipſius patris
vultus aſperitas, rigida tractatio, exprobratio ordi-
naria de non acceptato matrimonio ab ipſo oblato,
vel ſimilia, prout aliqui ex relatis authoribus ex-
preſsè tenent, maximè Bonacina plures alios refe-
rens, Caſtrus Palaus, & Theſaurus, quorum verba
inferius referam.

Potuiſſe autem, imò debuiſſe prudenter hanc 66
puellam timere hoc malum imminere, ſi patri non
obtemperaret conſentiendo in matrimonium iſtud,
præter communia plurima de variis, quæ referuntur
de parentibus, quibus filiæ in ſimilibus caſibus mo-
rem non gerunt, ſpecialiter in præſenti vrget condi-
tio, ſeu natura illius patris, quæ vt ſupponitur in 67
caſu, eſt rigida, & ſeuera erga filios: hoc enim ma-
gni ponderis eſt ad cogendum. Rota coram Ludo-
uiſio *deciſ.* 326. *num.* 12. *& deciſ.* 374. *n.* 16. Sigiſ-
mundus à Bononia *de elect. dub.* 54. *n.* 7. Baldellus
lib. 1. *diſp.* 22. *n.* 13. In rebus etiam minoris momenti,
prout de facto contigiſſe dicitur, & experientia com-
probatum in quodam ipſius filio.

Multò ergo magis tenera adoleſcentula quatuor- 68
decim annorum, omni humano auxilio deſtituta ti-
mere iuſtè potuit patris ſæuitiam, & ſic contrahere
contra propriam voluntatem. Etenim ætatem prin- 69
cipaliter attendi debere in eo qui metum patitur, re-
ſoluunt communiter Doctores, & tenuit Rota *deciſ.*
326. *n.* 24. *&* 26. & optimè notatur de pueris (quod
potiori ratione dicendum de puellis) Menochius
lib. 6. *d. præſumpt.* 50. *num.* 31. quia ipſæ *omnia ma-*
iora quàm ſint iudicant, & quibuſcumque etiam leuiſ-
ſimis terrentur. Præſertim quia ad timorem iuſtum
non eſt neceſſarium, quod vis actu inferatur, ſed
ſufficit timere ne inferatur, ſpectata conditione per-
ſonæ, *l. nouiſſimè, ff. quod falſo tutore*, ibi, *aut metuens* 70
ne compelleretur, l. ſi donationis, ff. quod metus cauſa, l.
interpoſitas, C. de tranſactionibus, & aliis multis alle-
gatis à Maſcardo *de probationibus, verbo metus, concl.*
1055. *n.* 49. quem ſequitur Caſtrus Palaus ſuprà.
Quod maximè procedit reſpectu perſonæ non po-
tentis facilè reſiſtere, qualis erat puella, de qua in
præſenti. Litigare enim cum ſuperiori *furioſum eſt*,
prout ex Seneca habet Baldus *conſ.* 228. *lib.* 3. Caſtrus

Palaus *ſuprà,n.*10. ex Silueſtro, Cucco, Sanchez,
Coninch, Bonacina, & Baſilio Legionenſi. Metus
enim grauis attendendus eſt, non tam abſolutè, quam
71 reſpectiuè in ordine ad fragilitatem perſonæ, quæ
illum patitur, *c. indignantur 32.q.6.& c. ſicut, de ho-
micidio*, prout ex Soto, Veracruz, Palatio, Rodri-
guez, Arag. Nauarro, Sanchez, & aliis approbat
72 D. Lugo relatus *n.133.* Et ſufficere probabilem ſuſ-
picionem, ita vt ſuſpicio probabilis metus æquipa-
retur metui, habet Baldus *in l. in repoſitas, n.6. in prin-
cip.* & colligitur ex Rota apud Seraphinum *dec.863.
num.3.* vbi quod ita ſæpius fuit reſolutum. Laté-
que probat ex iuribus, & Doctoribus Barboſa *in
vot. deciſiu. lib.3. vot.77. n.135. cum ſeqq.*

Maximè tertiò in hoc contractu matrimonij pon-
derandus venit metus reuerentialis filiæ illud con-
73 trahentis, erga patrem ſuum. Etenim in eo adfuiſ-
ſe talem metum negari non poteſt, ſi circunſtantiæ
relatæ in caſu, & quæ dicta ſunt de minis, teneri-
tudine puellæ, & rigoroſæ conditionis patris, &c.
ac alia tangenda in ſequentibus inſpiciantur. Eo
etiam, quod, regulariter ſaltem, timor reueren-
tialis præſumitur *in filius erga parentes*, prout ex
Cancerio *variarum reſolutionum tom.3. c.15. n.243.*
elicit Barboſa *in vot. deciſin. lib.1. vot. 1. n.48.* Hunc,
autem timorem reuerentialem etiam ſolitariè ſump-
tum ſufficientem eſſe ad reſcindendos quoſcumque
contractus, *imò* illos irritos, & nullos reddere, tra-
diderunt plures DD. Iuriſtæ, & Theologi, quos
referunt Farinacius *2. part. fragment. criminal. verbo
metus, num. 118.* Gomez *tom.2. variarum, cap.14.
num.27.* Sanchez *lib.4. diſp.6. num.4.* & Boſſius
ſuprà cap.12. num.92. non leuibus fundamentis
74 nixi. Et verò oppoſita ſententia verior, & plauſi-
bilior ſit id negans, quam tenent multò plures au-
thores, quos iidem Farinacius, Sanchez, & Boſ-
ſius referunt, & ſequuntur, innixi etiam variis tex-
tibus, & S. Rotæ deciſionibus: nihilominus om-
nium veriſſima opinio, & vt videtur, ſine dubio
ſequenda, quam non negarent ſecundæ ſententiæ
ſectatores (quia ſolum loquuntur de metu purè, &
nudè reuerentiali) eſt, timorem reuerentialem non
nudè, ac ſolitariè ſumptum, ſed adminiculatum, &
coniunctum cum timore alicuius mali imminentis,
vel minis ipſius, vel precibus importunis, vel quan-
75 do incutitur à perſona, vel propter perſonam, quæ
eſt ſeuera, aut terribilis, ceſſare, & annullare matri-
monium, & alios contractus. Pro qua ſententia, quia
in ea ratio difficultatis conſiſtit, aliqui DD. in par-
ticulari afferendi ſunt.

76 Præmittendo tamen cum Caſtro Palao *ſuprà n.6.*
timorem, ſeu metum reuerentialem non ſumi in
præſenti pro pudore, & verecundia, quam ſubdi-
tus pati timet, ſi neget petitum à ſuperiore, ſed ſu-
mi pro vultus aſperitate, rigida tractatione, & iu-
gi exprobratione, quæ ſubditus pati timet, ſi ſupe-
77 riori contradicat. Primus enim timor non videtur in
tanta conſideratione, vt propterea contractum ma-
trimonij reſcindat, aut cadat in virum conſtantem,
vt etiam notat D. Lugo *ſuprà, n.150.* benè tamen
ſecundus, quem optimè deſcribit Baldus in Tra-
ctatu de Schiſmate, & viuis coloribus repræſen-
tans eum, qui adfuit in caſu præſenti. *Eſt meticulo-
ſa voluntas prægnans, impura, & multiplicans quen-*
78 *dam diſſenſum cum conſenſu, & quandam cum affirma-
tione negationem: habet enim in ſuperficie volitionem,
in medulla nolitionem: & ſcinditur cor hominis in duas
partes, & vna pars eſt velle, altera non velle, prima
ſuperficialis, ſecunda realis.* Nunc iam Authores re-
ferendi, qui metum reuerentialem adminiculatum,
& circunſtantiatum, metum *grauem* appellant *caden-
tem in virum conſtantem*, & ſufficientem ad reſcin-
dendum *matrimonium*, & alios contractus.

Leonardus Leſſius *lib.2. de Iuſtitia, c.17. dub.6.
n.36. Ad metum quoque grauem pertinet metus reue-* 79
*rentialis, quo filius timet offenſionem parentum, pu-
pillus tutorum, ſubditus Principis, uxor viri, Mona-
chus Abbatis, Clericus Epiſcopi, nimirum ſi hæc of-
fenſio putetur fore magna, & diuturna cum aſperita-
te vultus, vel verborum, vel alia mala tractatione.
Item, ſi parens vel alius, cui hæc reuerentia debetur,
aliquid importunè, & aſſiduè petat. Vnde non quiuis
metus reuerentialis cenſetur grauis, ſed ingens, vel ſi
coniuncta ſint minæ, vel timor malæ tractationis, vel
preces importunæ, id eſt vehementes, & ſæpius repetitæ:
hæc enim dum iunguntur illi reuerentiæ, quæ ſuperiori-
bus deferri ſolet; æquiualent metui graui.*

Martinus Bonacina *de matrim. quæſt.3. punct.8.
num.6.* ſic inquiens: *Addo cum aliquibus Doctori-* 80
*bus, ad metum cadentem in conſtantem virum reduci
timorem reuerentialem, non quemcumque, ſed gra-
uem, quo ſcilicet aliquis timet offenſam patris, vel al-
terius ſui Superioris diuturnam, cum vultus aſperitate,
cum verberibus, aut cum aliqua mala tractatione. Qua-
re non quilibet metus reuerentialis cenſetur grauis; ſed
ille tantum, qui coniunctus eſt cum minis, vel cum ti-
more malæ tractationis, vel cum alio incommodo, vel
etiam cum precibus importunis, vehementer & ſæpius
repetitis à Patre, vel à Superiore.* Refert autem po-
ſtea Leſſium, Rebellum, Henriquez, Valentiam,
Reginaldum, & alios.

Thomas Sanchez *de matrim. diſp.4. lib.6. n.14.*
vbi poſtquam dixit ex aliquibus Authoribus: *Ter-* 81
*tiò infertur, ſi filia matrimonium contrahat non præ-
cedentibus minis, ſolùm eo timore, ne patris indigna-
tionem incurrat, eſſe validum: non enim is metus cen-
ſetur cadens in conſtantem virum.* Subiungit poſtea
pro horum ſententiæ moderatione: *Hoc tamen mo-*
derarer, vt intelligatur quando indignatio illa patris, 82
*vel viri non diu permanebit, ſed ſpes eſt futuræ recon-
ciliationis: ſi enim teneret probabiliter diuturnam fore
indignationem, & ſemper ſe habiturum patrem, aut
virum valdè infeſtum, & indignatum, obiecturumque
paſſim illam inobedientiam, crediderim eſſe timorem
cadentem in virum conſtantem. Quis enim vir conſtans
aut prudens non reputabit graue malum ſemper coram
oculis habere infenſum patrem, aut virum, aut alium,
à quo pendet, & cum quo ſemper verſaturus eſt: ma-
ximè cùm vix inuenias, qui linguam moderari va-
leat, ne malè ſentiat, priuſque loquatur de eo cui infe-
ſtus eſt. Et confirmatur, quia vir prudens ita graue
hoc exiſtimat, vt potiùs eligat, relicta patria, domo-
que paterna exul eſſe.* Quæ poſteriora verba, ad-
iuncto eo, quod ſuprà dictum eſt *num.67.* de filio 83
huius patris, ſatis efficaciter ſeruiunt ad intentum.
Notat autem Caſtrus Palaus ſuprà contra Baſilium 84
Legionenſem, non fuiſſe ſibi contrarium Sanchez,
dum *dicta diſp.6. num.7.* dixit metum reuerentialem
non cadere in virum conſtantem; quia ibi loqui-
tur ſolùm de metu reuerentiali pudoris, & vere-
cundiæ, quem patitur ſubditus Superiori contradi-
cens, non de metu rigidæ tractationis implacidi vul-
tus, & ſimilium. De quibus loquitur *n.14. relato.*

Idem Caſtrus Palaus *ſuprà*, præmiſſa diſtinctione 85
de metu reuerentiali ſuperius adducta, inquiens: *Si
metus reuerentialis primo modo ſumatur, non videtur
metus ſufficiens, vt cadat in conſtantem virum. Non
enim pudor, & verecundia ita ſubditum occupare de-
bet, vt eius liberam diſpoſitionem impediat; neque pa-
ti illum pudorem, & verecundiam, quæ ſtatim tran-
ſeat, eſt malum tantæ conſiderationis, vt obinde con-
tractus reſcindendus ſit. Verum ſi non ſolum timet hanc
verecundiam pati, cum negat, ſed continuò, quia conti-
nuò ſibi obiici timet, timetque offenſum, auſterum,*

&

& implacidum ſuperiorem habiturum, talis timor ſine ſine dubio cadit in v rum conſtantem.

86 Ægidius Coninch de matrimonio diſp. 28. dub. 2. n. 35. *Diſputant autem Doctores, virum metus reuerentialis, aut ortus ex precibus importunis, cadat in virum conſtantem. Sed verius eſt, neutrum per ſe cadere in conſtantem, niſi aut ille conuictas habeat graues minas, aut periculum diuturnæ offenſionis cum aſperitate vultus, & verborum eius, cui reuerentia debetur; hac enim inferior meritò grauiſſimum malum iudicat, aut niſi vtraque coniuncta ſint: tunc enim fortiſſimum animum poſſent coarctare, cum grauiſſimum ſit diuturnas, ac continuas preces Superioris ſemper reijcere, cùm hoc non fiat ſine periculo grauiſſima offenſionis. Aliàs, etſi hac ſolitariè ſumpta aliquo modo dicatur cogere, non tamen virum conſtantem.*

87 Paulus Laymau. *lib. 4. tract. de Statu Religionis, c. 5. n. 6. §. Hic addo*, dicens de profeſſione Religioſi, de qua eſt eadem ratio, ac de contractu matrimonij, quia ſecundum illa, & Doctores ex vno ad aliud valet argomentum, vt poſt Suarez, & Sigiſmundum de Bononia probat Barboſa *lib. 2. voto 37. n. 7.* hæc: *Licèt metus reuerentialis propter*
88 *preces, vel imperium Prælati, aut conſanguineorum, plerumque à Doctoribus non cenſeatur gravis, aut ſufficiens ad infirmandam profeſſionem, ſicut videre eſt apud Abbat. c. cum virum, de reg. n. 8. Couar. in epit. 4. decr. p. 2. c. 3. §. 6. n. 8. Sanch. lib. 4. de matr. diſp. 6. n. 18. cōtra Nauarrum conſ. 89. de Reg. edit. 2. & in Manual. c. 22. n. 50. ſecus tamen eſſe, ſi alia concurrant, quæ difficilè homo à ſe repellere poſſit: puta precum, aut imperij ſæpius repetiti importunitas, adiuncta frequentes blanditia, quæ interdum efficiunt, vt toties cum auctoritate inſtanti homo contradicere omnino non audeat: item offenſio aut diu duratura indignatio eorum, v. g. conſanguineorum, à quibus hominis vita, aut fortuna dependet, præſertim ſi minæ expreſſa adiuncta fuerint, videlicet nihil amplius ſubſidij præbendam, ſi ex Religione egreſſus fuerit. Hæc enim, vel ſingula, vel certè ſimul iuncta, viri prudentis iudicio, conſiderata etiam hominis conditione, vt ſi rudis, & ad importunitates repellendas minus idoneus ſit, metum iuſtum efficere, profeſſionemque irritam reddere poſſunt.*

89 Antonius Theſaurus Pœnitentiarius S. Petri *in praxi Eccleſ. part. 1. verb. moniales, cap. 1.* Loquens de metu irritante profeſſionem, de qua, vt dixi, eſt eadem ratio, ac de matrimonio: *Adde, quod ſufficit metus reuerentialis coniunctus cum timore incurrenda grauis, ac diuturnæ offenſionis patris ſui ſibi exhibendæ, cum aſperitate vultus, verborum, & tractationis.* Quæ verba omninò ad vnguem, & adamuſſim colludunt cum caſu præſenti.

90 Zacharias Paſqualigus *in deciſ. moral. deciſ. 125. num. 8. Dices: Reuerentialem metum non cadere in virum conſtantem, vt cum pluribus docet Sanchez lib. 4. de matrim diſp. 6. n. 7. & ideò non impedire ex ſe libertatem diſponendi, ſed tantum ex imbecillitate diſponentis. Reſpondeo, quod quidquid ſit, quando metus reuerentialis concipitur ex ſola qualitate perſonæ, an impediat liberam diſpoſitionem; quando tamen concipitur non ſolùm ex perſona, ſed etiam ex qualitate petitionis; quæ videlicet oſtendit animum omninò determinatum ad obtinendum quod petitur: tunc certè cadit in conſtantem virum; quod rationabiliter ſibi perſuadet, quod niſi obſequatur, petens grauiter indignabitur; vnde verecundia coniuncta eſt cum timore indignationis, & damni, quod poteſt ex ea ſequi: & ideo eſt ſufficiens, vt cadat in conſtantem virum. Imò ſi non timeret, non eſſet conſtans, ſed temerarius.*

91 Angelus Boſſius ſuperiùs relatus *cap. 12. num. 99.* inquiens, metum purè reuerentialem, cui non coniunguntur minæ actuales, vel virtuales, non cenſeri legaliter iuſtum, & cadentem in virum conſtantem, ac proinde non irritare matrimonium; ex hoc enim ſequitur à contrario ſenſu, quod è contra, ſi tali metui reuerentiali adiungantur prædicta, tunc annullare matrimonium. Quid verò intelligat per minas virtuales (quod valde deſeruit ad intentum) ſic explicat *num. 69. Abſque minis, aut præcedentibus verberibus, ſolo iuſſu, aut præcepto, vel precibus eius, cui* 92
debetur reuerentia, inducitur iuſtus metus, & in virum conſtantem cadens, ſufficiens ad annullandum matrimonium, vel reſcindendos contractus eo metu celebratos, ſi ille (ſiue ſit pater, ſiue dominus, ſiue quilibet alius Superior) ſit terribilis, ſeuerus, & aſper, quique facilè ſæuire ſolet in non obtemperantes voluntati: tunc enim adſunt virtuales minæ. Hæc Boſſius aptè ad caſum.

Bartholomæus de Vecchis *in praxi noat. diſp. 13. dub. 12. num. 19.* ibi: *Sicut in muliere ſufficit metus reuerentialis ad reſcindendum contractum, quando habet* 93
virum rigoroſum, iracundum, & ſolitum inferre iniuriam his, qui illius mandatis non parent, &c. ita pari ratione hic metus reuerentialis cenſetur ſufficiens ad irritandam profeſſionem cauſa huius timoris emiſſam à filio, vel filia talem patrem habente. Quod confirmatur, nam reuerentia cum ſeueritate, & terribilitate cenſetur ſufficiens pro iuſto metu. Quod probat ex Panormitano, & Felino, ac ex Rota coram Ludouiſio ſæpius relata, & ex aliis duobus in vna Neapolitana *Profeſſionis* coram Gypſio, & alia *Profeſſionis* coram Pamphilio.

Tannerus 4. *part. diſput. 18. quæſt. 3. dub. 2.* ſic: 94
Metus autem reuerentialis per ſe non grauis, vt ex communi docent Sotus, Lopez, Henriquez, & Sanchez. Secus, ſi ad metum reuerentialem accedant minæ non inaniter iactari ſolitæ, vt ex communi docent Henriquez, Lopez, & Sanchez poſt Couarruuiam, &c.

Quia tamen metus eſt difficilis probationis, Pariſius *conſil. 53. num. 63.* Seraphinus *deciſ. 771. num. 1.* 95
tam ex parte illum patientis, cùm in eius animo ſit reconditus, *l. 1. ff quod metus cauſa*, Ancharanus *conſ. 299. num. 1.* quam ex parte incutientis, cum ſecretò, & clam inferatur. Seraphinus *deciſ. 858. n. 3.* Ludouiſius *deciſ. 326. n. 2. cum ſeqq.* Rota *deciſ. 242. num. 1.* apud Farinaeium *tom. 2. conſ.* Ideò pro eo probando ſufficiunt leniores probationes, indicia, coniecturæ, & veriſimilia. Rota apud Seraphinum, & Ludouiſium relata, & plures Doctores apud Farinacium *tom. 2.* 96
conſil. & Barboſam *in votis deciſ. lib. 3. vot. 77. n. 52. & ſeqq.* De huiuſmodi indiciis ergo, & præſumptionibus agendum pro probatione huius metus, ex quo ſimul ea, quæ in hoc matrimonio interuenerunt, expendentur.

Et primò occurrit nimia auerſio animi huius puel- 97
læ ad matrimonium cum iſto adoleſcente, quæ arguit efficaciter talem metum. Rota coram Lodouiſio *deciſ. 326. n. 7.* & apud Farinaeium *deciſ. 260. n. 1. poſt tom. 2. conſ.* ibi: *Maximum autem indicium videbatur nimia auerſio animi Marchioniſſæ erga huiuſmodi nuptias.* Eadem Rota *deciſ. 779. n. 1. p. 1. in poſthum.* ibi: *Quæ auerſio, & repugnantia Renati multùm confert ad metum probandum*, &c. De auerſione porrò puellæ ad hoc matrimonium, meridiana luce clarius conſtat ex iis, quæ in facto narrantur de proteſtationibus, lacry- 98
mis, gemitibus, ſuſpiriis, & renitentia adeundi Eccleſiam, & ad lectum cum marito, pallore in facie, quando interrogata à Parocho dixit *ſi*, & quod vix vnquam in faciem aſpexerit, ac quod ideirco idem adoleſcens eam auerſari cœperit, ac tandem, quod in morbum incurabilem inciderit, & proteſtata fuerit patri, ſe nolle cum ipſo viuere, etiamſi propterea vitam perdidiſſet, cum aliis in caſu relatis.

Secundò, lacrymæ illæ, gemitus, & ſuſpiria
iterata, & fermè continua, ſignum euidens ſunt,
99 quod inuita, coacta, & meticuloſa celebrauit ma-
trimonium. Ita S. Rota ſæpius, præſertim in relata
coram Lodouiſio *deciſ.326. num.40. cum ſequenti-
bus.* Vbi inter indicia metus enumerat mœſtitiam,
lamentationes, conqueſtiones, & ſuſpiria. Item
deciſ.260. apud Farinacium *tom.2. Conſil.* ibi: *Sed
etiam continua lamentationes, quas vbique, & omni
tempore emittebat, ſuſpiria, lacryma,* &c. Ac ea-
dem Rota *deciſ.779. num.5. p.1.* in poſthumis Fa-
rinacij, ibi: *Quartò de mæſtitia, afflictione, lamen-
tationibus, lacrymis, & ſuſpiriis Renatè, tam ante,
100 quàm poſt,* &c. & alia Rota apud Seraphinum *de-
ciſ.859. num.2.* illis verbis: *Hanc metus continua-
tionem clarè probant querela, & lacryma ipſius Ludo-
uica tunc temporis recuſantis matrimonium contrahere.*
Ex Doctoribus etiam Menoch. *lib.3. præſumpt.126.
n.17.* illis etiam verbis: *Quarta coniectura, quando
is, qui contraxit, vel contractui conſentit, eo tempore
lacrymabatur.* Nec mirum, quia teſte Diogene
in Troade: Suſpirium morſus eſt doloris, & vt *lib.3.
de Ponto, elegia 1.* dixit Ouidius, aptè ad hoc in-
tentum.

Interdum lacryma pondera vocis habent.

101 Tertiò ferè aſſidua, & continuata repugnantia,
& reſiſtentia dormiendi cum marito, ex qua nullus
prudens non eliciet matrimonium illud inuolunta-
rium, coactum, inuitum, & meticuloſum fuiſſe.
Cum nihil magis appetibile ſit iuuenibus, & ado-
leſcentulis in ea ætate, quàm carnalis coniunctio.
Item, quia cum maritalis coniunctio ſit operatio,
executio, & effectus matrimonij (D. Thom. *in 4.
diſt.27. q.1. art.1.*) ea auerſione ad illam rectè in-
fertur auerſio ad matrimonium. *Cauſa* enim, *& cau-
ſati eſt idem iudicium, l. quominus, ff. de fluminibus,
102 l. ex ſi amicis, ff. ad leg. Iul. de adulter. l. ſi autem, in
fin. ff. de aqua pluu.* Et quia *cauſatum regulatur ſe-
cundum naturam cauſa.* Baldus *conſ.150. lib.5.* Tuſ-
chus *concluſ.138. num.10.* Rota *deciſ.287. num.1.*
apud Farinacium *part.1. recent.* Fuit etiam iſta auer-
ſio conſummandi matrimonium, ſeu accedendi ad
lectum cum illo adoleſcente, veluti fuga quædam à
domo paterna, eo modo, quo puellæ teneræ, & deli-
catæ fuit poſſibilis. Hanc autem fugam eſſe mani-
103 feſtam præſumptionem diſſenſus matrimonij con-
tracti, probat Rota *dec.643. num.16. part.1. recentior.*
Petrus de Barboſa *conſ.24. n.7. inter conſilia matrim.*
Barboſa *in vot. dec. lib.1. vot.1. relato, n.68.* Etiam ſi
ſit matrimonium taliter qualiter contractum, quia
metus non ſolùm probatur ex præcedentibus, ſed
etiam ex conſequentibus. Prout ſæpius relata Rota
coram Ludouiſio *dec.326. n.42.* ea Aleaandru de
Neuo, & aliis.

Item quartò pallor vultus in iſta puella viſus,
104 quando in præſentia Parochi conſenſum pro matri-
monio tali viſa eſt præſtare. Etenim talem pal-
lorem vultus, ſicut, & mœſtitiam, indicia eſſe me-
tus, decidit Rota relata coram Ludouiſio *num.42.*
ex Pariſio, & Petro de Barboſa. Et meritò ſanè;
quia mens per corpus, & faciem pellucet, ſicut fax
per laternam, & Sol per vitrum, iuxta illud Paca-
ti *in Panegyrico Theodoſij Imperatoris. Intimos mentis
105 affectus proditor vultus enunciat, vt in ſpeculo fron-
tium imago extet animorum.* Vnde *de modo viuendi
cap.65.* ſic Bernardus: *Facies hominis ſpeculum eſt
cordis.* Et Author Catenæ Græcæ, circa illud Pro-
uerb.15. *Cor gaudens exhilarat faciem, in mœrore
animi dejicitur ſpiritus,* ſic appoſitè: *Quando cor gau-
det, facies viret, cum autem in mærore iacet, ſpiritus tri-
ſtis, ac tetrus incedit.* Maximè autem pallorem metus
indiculum eſſe, habet Calepinus *verbo pallor*, dicens,
quod ille *accidere ſolet in ſubito metu.* Ouidius *6. Fa-
ſtorum.*

Abſtulerat vires corporis ipſe timor.

Et *epiſt.14.*

Vires ſubtrahit ipſe timor.

Lucanus *lib.1. belli Pharſalic.*

Diriguere manus, gelidus pauor occupat artus.

Pro coronide autem, & maiori eorum, quæ di- 106
cta ſunt, firmitate, illud animaduerſione dignum,
quod etiam dato, & minimè conceſſo, quod ea,
quæ pro probatione metus, ſeu diſſenſus, qui in
hoc matrimonio interuenerunt, adduxi, non probent
metum iuſtum, legalem, aut cadentem in virum con-
ſtantem; nihilominus pro comperto eſſe debeat,
probare omnino præfatum metum reſpectu puellæ,
virginis, quatuordecim annorum, & humanis
quibuſcunque auxiliis deſtitutæ, pupillæ, & ſub
patris rigidi, & ſeueri ferula conſtitutæ; ac per
conſequens vocari debere hunc metum cadentem *in
fæminam conſtantem.* Pro quo ſolum afferenda ver- 107
ba S. Rotæ Romanæ coram Ludouiſio *deciſ.374.*
ex qua, & aliis eiuſdem Ludouiſij, quia tangunt ma-
teriam de quadam illuſtriſſima Marchioniſſa, quæ
matrimonium etiam meticuloſum contraxit, plura
in hoc Conſulto referuntur, quæ talia ſunt. *Con-
ſiderarunt etiam Domini qualitatem perſona, tam in-
cutientis metum quàm patientis, iuxta conſilium Cal-
der. 1. de his qua vi metuſve cauſa fiunt. Agebatur
enim cum patre potente, ſeuero, irato, & minante, ac
ſolito minas exequi contra oppugnantes ſuam volunta-
tem,* &c. (Aliqua prætermitto, quæ ad rem non fa-
ciunt.) *E contra aderat Marchioniſſa filia puella, &
virgo, qua, vt dicunt teſtes, patrem valde metuebat, &
non eſt dubium minorem metum requiri in muliere
quàm in maſculo, iuxta Gloſſam communiter receptam
in c. cum locum, verbo metus, de ſponſal. facilius enim in
fragiliori ſexu metus toleratur, & præſumitur. Aret.
conſ.24. poſt n.7. & in debiliori perſona minor metus
ſufficit. Imola in cap. cum dilectus, poſt n.8. de his qua
vi, metuſve cauſa fiunt. Neque eſt verum, quod in mu- 108
liere requiratur metus, qui in virum conſtantem cadat,
quia ſufficit ille qui cadit in conſtantem mulierem. An-
ton. de Butr. in cap. conſultationi, in 4. notab. & ibi
Præpoſit. in vlt. not. Abbas n.4. de ſponſal. Aretinus
conſult.24. n.7. Roman. ſingul.229. Felin. conſ.14.
ſub num.8. Dec. in cap. cauſam matrimonij, ſub n.7.
de offic. deleg. Boër. deciſ.100. ſub n.2. ad fin. Et ad
d. cap. conſuitat. quod loquendo de muliere requirit me-
tum cadentem in conſtantem virum, bene reſpondet Præ-
poſ. & Dec. vbi ſuprà. Et, ſi verum eſſet quod indiſtin-
ctè, tam in fæmina quàm maſculo requireretur metus
cadens in virum conſtantem, inanis eſſet regula, quod
metus probetur inſpecta qualitate perſona. Quam con-
ſtituunt Bald. in cap. ſuper eo, in fin. de teſtib. Al-
ber. in rubr. ff. ex quibus cauſis maior. num.1. Purpur.
dict. conſ.579. n.4. cum aliis adductis in deciſione.* Hæc
Rota appoſitiſſimè ad intentum huius Conſulti.
Negans etiam *n.10. & ſeqq.* quod ad annullandum 109
matrimonium requirantur *mina mortis, aut crucia-
tus corporis.* Non enim, inquit, requiritur niſi metus
cadens in virum conſtantem (& ad propoſitum *in
fæminam conſtantem*) & quod talis metus relinqui-
tur arbitrio iudicis, & quod minor metus ſufficiat
quando eſt illatus ab eo, cui reuerentia debetur, &
quod minæ iunctæ cum metu reuerentiali inducant
iuſtum metum, etiamſi non ſint minæ mortis, &
quod ille inducitur ex terribilitate perſonæ, cui reue-
rentia debetur; & quod dato quod requireretur me-
metus mortis, &c. ſufficeret quod paſſus metum ita ſu-
ſpicari poſſet, quia metus iuſtus ex affectu metuen-
tis dignoſcitur, & matrimonium requirit libertatem
animi non ſolùm à compulſione, ſed etiam à timore

compul

compulſionis. Quæ etiam congruunt valde caſui
præſenti, & tacta ſunt in ſuperioribus, ac ferè à
Tanneto, ſuperiùs relato, *§ poſterioris generis.*
110 Illa tamen omnia infirmari quis fortan credet, eo
quod metus iſte videatur omninò euacuatus, &
purgatus per verba illa, quibus in Eccleſia exiſtens
hæc puella ſignificauit ſe conſentire in matrimo-
nium cum adoleſcente illo, nulla præmiſſa prote-
111 ſtatione, aut ſigno metus, ſeu diſſenſus. Sed facilè
hoc corruit. Primò, quia ex pallore vultus optimè
manifeſtauit metum, & dolorem animi in tali ma-
trimonio contrahendo, quia vt dictum eſt ſuprà
num. 105. *Facies hominis ſpeculum eſt cordis.* Secun-
dò, quia ſolitis inſtantiis, & ſuaſionibus ad Eccle-
ſiam accedere coacta eſt, præmiſſis etiam ſolitis
112 ſuſpiriis, & ſingultibus. Tertiò, quia proteſtatio-
nes antecedentes talem contractum ſufficientes
erant ad manifeſtationem ſui diſſenſus, nec requi-
rebatur quod fierent à virgine verecundiſſima in
publica Eccleſia. Rota ſæpius relata coram Ludo-
uiſio *deciſion.* 326. *num.* 30. Geminiano, Corneo,
Pariſio, & Couarruuia, quos etiam ſequitur Bar-
boſa *voto illo* 77. *relato*, *num.* 100. *& ſequentibus.*
113 Quartò, quia poſtea tempore conſummationis ma-
trimonij expreſsè proteſtata eſt ſe nolle id facere.
Ex quo etiam manifeſtabatur metus; ſiquidem non
ſolùm ab antecedentibus, ſed etiam a conſequen-
tibus manifeſtatur, vt dictum eſt ſupra ex Rota
relata *dec.* 326. *num.* 42. & ex Alexandro de Neuo:
quod etiam tenet Pariſius, & alij a Rota relati, &
Barboſa *ſuprà num.* 102.

Demùm hæc regula generalis eſt tam pro hoc,
114 quàm aliis caſibus, quod metus ſemel illatus ſem-
per durare præſumitur, niſi per actus contrarios
ſublatus doceatur. Bartolus, Iaſon, Rebuffus,
Ozaſchus, & alij, quos refert, & ſequitur Rota
deciſ. 273. *num.* 5. apud Farinacium *tom.* 2. *conſ.*
crimin. & apud eundem Farinacium *deciſ.* 705. *n.* 2.
in recent. part. 2. Quod de plano procedit apud om-
115 nes, vigente cauſa, & ratione metus ſemel illati,
quæ quandiu durat, ſemper etiam perdurare, &
in omnes actus ſequentes influere præſumitur me-
tus, prout ex innumeris Authoribus, & S. Rotæ
deciſionibus probant Genuenſis *in prax. Cur. Neapo-
lit. c.* 105. Boſſius ſuprà, *cap.* 12. *num.* 406. & Bar-
boſa etiam *ſuprà num.* 121. & *vot.* 1. *etiam relato
num.* 122. *& ſequentibus*, ac maximè ferè in termi-
nis huius cauſæ Rota coram Ludouiſio *dec.* 392.
num. 2. *&* 3. vbi quod quandiu durat cauſa metus,
quicunque actus fiant, etiamſi præ ſe ferant liberam
116 *voluntatem, & lætum, iucundumque animum, nedum
metum non purgant, ſed potius magis confirmant,
quodcunque temporis internallum intercedat.* Vnde
Oliuerius Beltraminus *in annot.* ad huiuſmodi de-
ciſionem Ludouiſij, notat ex deciſione Rotæ 643.
num. 4. *p.* 1. *recent.* quod *nec oſcula, nec amplexus,
nec alij actus præſeferentes liberam voluntatem indu-
cunt purgationem, quando durat eadem cauſa metus.*
117 Sic ſimiliter, quod nec riſus in ipſo actu contra-
hendi ſit indicium conſenſus, aut purgationis me-
tus, ex Abbate antiquo, Ioanne Andrea, Bu-
trio, Imola, & aliis probat Genuenſis *ſuprà*, Bar-
boſ. *vot.* 1. *relat.* n. 107. afferens ex Alciato *conſ.* 5.
n. 38. *lib.* 1. illud: *Quamuis in deſponſatione inter-
uenerit riſus, vel oſcula, præſumitur tamen durare me-
tus, & fingere riſum.*

Quia verò inquiri poteſt, quandiu cenſeatur du-
rare cauſa metus ad effectum hunc auferendi libe-
rum conſenſum ab actibus ſequentibus, & impe-
118 diendi actus meticuloſi ratificationem, veriſſima
ſententia eſt tandiu durare iſtam cauſam metus,
quandiu durat eadem cogendi, & nocendi poteſtas
illius qui ab initio metum intulit. Ita ex Aretino, So-
cino, Boerio, Sanchez, & pluribus Rotæ deciſioni-
bus, probat Boſſius *ſuprà n.* 410. Maximè Rota illa
relata coram Ludouiſio *dec.* 392 *n.* 5. *&* 6. dicit metus
cauſam durare donec viuit ille qui metum intulit, &
ille qui metum paſſus fuit non eſt in ſui plena liberta-
te, ſed ſub poteſtate illius, qui metum induxit. Quod
etiam habet Rota *deciſ.* 859. *n.* 2. apud Seraphinum,
& *dec.* 863. *num.* 2. *&* 3. apud eundem, quarum
deciſionum hæc eſt ratio, quia paria ſunt, quod
quia compellatur, vel quod compelli poſſit, *l. noniſ-
ſimè, ff. quod falſ. tut. auctor geſtum.* Cùm autem aliquis 119
eſt ſub poteſtate illius, qui ſemel illum ad aliquid
faciendum compulit, cùm poſſit iterum compelli,
cenſetur compulſus. Quia in *cauſis* (inquit Caſſio-
dorus 3. *var. epiſt.* 36.) *ſemper eſt ſuſpecta potentia.*

Ex quibus omnibus non ſolùm habetur metum 120
incuſſum puellæ, de qua in caſu, à patre, median-
te illa fœmina, cum per nullum actum contrarium
doceatur ſublatus, & permanſerit cauſa illum in-
ferens, pater ſcilicet, & ipſa fœmina, & puella
ſemper fuerit ſub patris poteſtate; imò pluribus
actibus poſitiuis, lachrymis videlicet, auerſione
erga maritum, infirmitate, & aliis relatis videatur
confirmatus, præſumendum eſſe ſemper manere,
nec vllo modo purgatum aut euacuatum fuiſſe, ſed
etiam ea, quæ pro contraria parte afferri poſſunt,
nihil omninò ipſam releuare.

Primò enim ſi dicatur conſenſum in copulam
purgaſſe talem metum, facilè corruit ex dictis; 121
cum non ſolùm propter proteſtationem anteceden-
tem, ſed & propter lachrymas, & ſuſpiria, quæ
poſtea ſecuta ſunt, clarè demonſtretur inuitam,
coactam, & meticuloſam fuiſſe; ſed etiam quia ad-
huc quando voluntaria fuiſſet, non idcircò euacua-
tus eſſet metus, dum puella erat ſub poteſtate patris,
& fœminæ, qui metum à principio incuſſerunt, 122
vt tradit Rota *deciſ.* 863. *num.* 7. *&* 873. n. 1. apud
Seraphinum, referens ſe ad Rotam in Ianuenſi *Ma-
trimonij*, coram Pamphilio, & in Nicienſi *Matri-
monij* coram Gypſio. Et alia Rota in vna Veneta
legitimitatis apud Seraphinum, quam ſequitur re-
latus Barboſa *eo vot.* 1. *num.* 123. *&* 124. Et in ter-
minis Nouarius *in collect.* 34. *num.* 3. Sicque deciſum
refert in Curia Archiepiſcopali Neapolitana Ric-
cius *dec.* 15. *part.* 2.

Item ſecundò, ſi dicatur purgatum fuiſſe talem
metum per cohabitationem per notabile tempus. 123
Etenim durante eadem cauſa metus, & poteſtate
cogendi in eo, qui ipſum primò intulit, & defi-
ciente plena libertate recedendi, non præſumitur
metus purgatus etiam per longam cohabitationem.
Rota in Toletana *Matrimonij*, coram Seraphino
deciſ. 873. *&* 887. Sanchez *lib.* 4. *de matrim. diſpu-
tat.* 18. *num.* 7. Boſſius *ſuprà num.* 412. *&* 417. ex
aliis Doctoribus.

Quod idem reſpondendum, ſi dicatur tertiò, quod
ſi voluiſſet, puella potuiſſet aufugere, & in aliquo 124
Monaſterio recludi, ac ſic effugiſſet vim ſibi illa-
tam. Optimè enim reſpondet Rota in Nicienſi *Ma-
trimonij* coram eodem Seraphino *dec.* 771. *num.* 12.
dicens appoſitè ad noſtrum caſum, hanc obiectio-
nem eſſe *nullius momenti, inſpecta ætate, & qualitate
puellæ, quæ ſola nunquam auſa fuiſſet talem fugam,* 125
*ne animo quidem concipere, cum eſſet ab omnibus
deſtituta, & à familia protomedici* (intellige pro hoc
caſu, *patris*) *cuſtodita.* Et *in dec.* 873. *num.* 2. coram
eodem, ibi: *Quod autem dicitur, eam aufugere po-
tuiſſe, eſt omninò ridiculum, conſiderata ætate puellæ.*
Fauet etiam alia Rota coram eodem *deciſ.* 887. Ad-
dit alia Rota apud eundem *deciſ.* 881. & ſequitur
Boſſius *ſuprà n.* 422. ex Præpoſit. *in cap. ad id quod,* 126
num. 1.

num. 1. de Sponſalibus. Dato quod aufugiſſet, non tamen ideo ceſſaret cauſa metus, quandoquidem duraret eadem ſuperioritas patris valde potentis ſu-
127 per filiam. Sicut (inquit Additionator Præpoſiti) ex eo quod vxor alicuius fugiat è domo mariti ad aliquod Monaſterium, non propterea ceſſat ſuperioritas mariti in ipſam, Rota, & Boſſius *ibidem.* Idem reſponderi poteſt ad aliam obiectionem, quæ fieri poſſet, ſcilicet potuiſſe hanc puellam recurrere ad Magiſtratum Ciuitatis, & ita liberari à metu ſi-
128 bi incuſſo. Hoc enim videtur chimæricum, ſpectata ætate, & qualitate puellæ, & potentia, ac authoritate magna patris. Rota coram Ludouiſio *dec. 326. num. 34.*

119 Corruunt pariter ex dictis adducta pro parte contraria in principio huius Conſulti. Primò quidem illud de matrimonio rato, & conſummato; etſi enim ſit veriſſimum omni iure indiſſolubile eſſe, ſed intelligendum id eſt cum grano ſalis, quando ſcilicet non conſtat, prout in præſenti conſtare videtur ex antecedentibus, conſequentibus, & concomitantibus, inuoluntariè, inuite, coactè, & metuculoſè celebratum eſſe; quando enim tale fuerit, ex praxi Eccleſiæ, communi DD. ſententia, & omnium Tribunalium, maximè S. Rotæ Romanæ vſu etiam conſtat, diſſolui poſſe, imò non diſſolui, ſed declarari diſſolutum, caſſum, irritum, & inane fuiſſe.

130 Similiter illud de dubio huius matrimonij, quo caſu pro ipſius valore iudicandum eſt, ex dictis etiam corruit. Etſi enim id veriſſimum ſit in dubio ſpeculatiuo, ſeu etiam practico, quando æquâ lance pro vtraque parte probabiles poſſunt eſſe rationes; non tamen quando pro parte matrimonium impugnante ſunt adeo graues, & efficaces, vt moraliter certa reddatur nullitas ipſius, prout in præſenti contingit, accedentibus præſertim S. Rotæ deciſionibus, quæ adductæ ſunt, & in ſimilibus ferè terminis matrimonia irrita, & caſſa fuiſſe, iudicarunt.
131 Vnde Rota coram Seraphino in vna Toletana *Matrimonij deciſ. 893. num. 32.* inquit: *Neque debemus in hoc matrimonio procliues eſſe in eius fauorem, iuxta cap. vlt. de re iudic. quia cùm conſtet metu eſſe contractum, non debemus ei fauorem, vt bene tradit Purpurat. in conſil. 579. num. 16. lib. 2. nam nuptiæ coactæ malos exitus habere ſolent, cap. cum locum, de ſponſalibus, cum alijs deductis per Riminald. iunior. in conſ.*
132 *362. num. 50.* Item alia Rota *deciſ. 246. num. 17.* apud Barboſam *vol. 1. relato num. 137.* etiam habet: *Nec eos mouet, quod in dubio pro validitate matrimonij pronunciandum eſt; nam ſtantibus prædictis, ſumus extra probabilem dubitationem, nec procliues eſſe debemus in fauorem huius contractus, alieno impulſu potius, quàm propria induſtione celebrati.* Hinc Alexander *in conſ. 98. in princip. vol. 3.* rectè ait: *Nec minus peccatum eſt iungere non coniungendos, quàm ſeparare non*
133 *ſeparandos,* vt notatur *in c. iurauit, de probat.* cum ſimilibus per Pariſium *conſ. 58. n. 47. vol. 4.* & Monaldum *conſ. 6. n. 14. p. 2.* inquiens: *Et in hoc multùm oneratur conſcientia iudicis, cum aquè fauor ſit diſſoluere matrimonium contra legem Dei contractum, ſicut legitimum confirmare.*

134 Id porrò, in quo Sacra Rota, & Authores relati fundantur, ſcilicet *Nuptia coactæ malos exitus habere ſolēt,* ſeu prout *in c. cum locum, de ſponſal.* dicitur. *Ne per timorem dicat ſibi placere, quod odit, & ſequatur exitus, qui de inuitis ſolet nuptiis prouenire:* quia ſanè, quod quis non diligit, facilè contemnit, *c. præſens 20. q. 3.* de quo Farinacius *p. 4. deciſ. 69. n. 16.* Cenedus *ad decretal. collect. 161. n. 1.* in hoc matrimonio ad vnguem adimpletum videtur, cum conſtet, puellā pergraui in-
135 firmitate ex paſſione animi proueniente torqueri: inter ipſam, & coniugem diſſidia, & odia exorta fuiſſe; & ipſum à patria exulare, patre puellæ eum, etſi ſerò, ſciente, & conſentiente, fuiſſe coactum. Et ſanè, ſi iuxta commune axioma iuris: *Exitus acta probat, l. quidam, ff. de rebus dubiis, l. cum Syllanianum, C. de his quibus,* & aliis iuribus, rectè infertur matri- 136
monium, quod tales exitus habuit, in principio malè contractum fuiſſe.

Id quoque, quod tangitur de matrimonio reui- 137
uiſcente per copulam animo maritali factam, his temporibus nihil iuuat, quando ad verum matrimonium requiritur conſenſus per verba de præſenti coram Parocho, & teſtibus expreſſus, iuxta doctrinam Tridentini. Vnde Rota coram Lodouiſio *de-* 138
ciſ. 395. in ſimili cauſa de matrimonio per vim, & metum celebrato determinauit tale matrimonium non reuiuiſcere, niſi de nouo cum ſolemnitatibus ab Eccleſia requiſitis celebraretur, conformiter ad declarationem Sacræ Congregationis Concilij, & aliam Rotæ deciſionem in Toletana *matrimonij*, coram Seraphino, ac doctrinam Victoriæ, Gottierrez, & aliorum, *quorum rationes* (inquit Rota) *placuerunt* 139
Dominis, quicquid in contrarium dicat Moder. Cordub. lib. 2. de matrim. diſput. 37. In hoc notans, etſi nomine patriæ, Thomam Sanchez, qui oppoſitam ſententiam tenuit. Quod maximè procedit, quando in celebratione matrimonij deſuit conſenſus; nihil enim eſt, à quo ita dependeat, quàm à 140
conſenſu, *cap. tua nos, in fin.* vbi *Gloſſ. pen.* Ant. de Butrio *num. 10. & ſeqq.* Abbas *n. vlt. de ſponſal.* Rota eadem coram Ludouiſio. Adde, dato quod ſubſiſte- 141
ret ea doctrina, ſolùm eſſet pro caſu, quo copula fuiſſet ſpontanea, & non coacta, qualis non præſumitur ea, quæ in præſenti potuit contingere, prout ex proteſtationibus antecedentibus, lacrymis, & ſuſpiriis ſequentibus, de quibus in caſu colligitur. Illud 142
etiam, quod affertur in obiectione de matrimonio præcedente, etiamſi celebratum eſſet per vim, & metum, ſolùm videtur applicandum ad caſum, quo vir, ſeu ſponſus cogeretur coire cum ſponſa, non pro contrario, in quo ſponſa cogeretur coire cum ſponſo. Menochius *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 1. & 4.* Boſſius *ſuprà cap. 3. num. 79.*

Similiter id quod affertur de nullitate proteſtatio- 143
num, quod eſſent contrariæ facto, & ceſſarent per actum ſubſequentem contrarium, infirmatum eſt ex dictis *num. 47.* Sicut, & infirmum illud eſt, quod 144
proteſtans ſi non reperat in omnibus proteſtationem cenſetur ab ea receſſiſſe. Hoc enim ſolùm eſt admittendum in iudicialibus proteſtationibus, iuxta reſoluta per Mohedanum *deciſ. 1. de iudic.* Ludouiſium *deciſ. 44. num. 8.* non tamen in præſenti caſu, 145
quando agitur de metu illato ad conſenſum. Tunc enim non requiritur proteſtatio pro omnibus actibus, ſed ſufficit aliqua, vel aliquæ præcedentes. Geminianus *conſil. 15.* Pariſius *conſ. 60.* & Couarruuias, quos refert, & ſequitur Rota relata coram Ludouiſio *deciſ. 326. n. 30.* & adhæret Barboſa *vol. 77. relat. n. 99. & 100.*

Quod etiam iudicandum de eo quod additur de 146
inſtantiis, & ſuaſionibus, quod ſcilicet non eſſent importunæ, neque moleſtæ, & dato quod eſſet, quod non poſſent habere tantam vim, vt virum conſtantem commouere poſſent, conſtat ex dictis ſuprà *n. 54. & 55.* præſertim quia ad minus tales preces ſufficientes eſſent mouere *fœminam conſtantem*, puellam videlicet virginem, & teneram, ſub patria poteſtate conſtitutam, & ab ipſo media illa fœmina illuſtri inſtanter ſolicitatam, iuxta tacta etiam in ſuperioribus.

Vbi etiam *à num. 73.* qualiter timor reuerentialis 147
adminiculatus, prout contigit in præſenti, ſufficiens fuerit ad cauſandum grauem metum, tollendum conſenſum,

ſenſum, & irritandum matrimonium, reſpectu ſcilicet conſtantis fœminæ, vt Tancerus *ſupra* dicit.

148 Illud præterea, quod adiungitur de pallore in facie tempore proferendi verba neceſſaria pro matrimonio, item lacrymas, & ſuſpiria, ac gemitus vera fuiſſe, non ficta, neque ea alio capite dimanaſſe, quàm ex dolore, diſplicentia, & metu talis matrimonij, ea quæ adducta ſunt in caſu, & circumſtantiæ antecedentes, & conſequentes matrimonium, morbus, ſeu infirmitas puellæ, diſſidia, & odia inter ipſam, & coniugem ſibi copulatum, plus æquo demonſtrant. Quibus addendum, potius rubedinem, quam pallorem ſignum eſſe pudoris, ſiliâ Ariſtotelis teſtante: *Optimus color eſt, quem pudor gignit in genis.* Rubedo videlicet, non pallor; qui potius triſtitiæ, & timoris index eſt. De quo Calepinus, & Theſaurus linguæ Latinæ, *verbo Pallor.* Sed quid in hoc morandum? ſiquidem, *vbi timor, ibi pudor.* Eraſmus *chiliad.* 1. *cent.* 2.

149 Comminationem quoque illam huic puellæ factam de referenda patri contradictione ipſius, quod non fuerit mera intimatio, aut propoſitio reuerentiæ, & obedientiæ patri debitæ, ſed potius implicitè, & virtualiter ſaltem de malo aliquo graui à patre ipſi infligendo, ſi non obtemperaret ſuæ iuſſioni, cuncta quæ anteceſſerunt, & ſubſequuta ſunt de proteſtationibus, lachrymis, pallore in facie, & alijs quæ tacta ſunt, ſatis ſuperque demonſtrant.

150 Quia tamen ea quæ adduxi non ſolùm contendere videntur matrimonium hoc in foro conſcientiæ inualidum fuiſſe, ſed & in foro externo à Iudice legitimo diſſolui poſſe, ſeu potius declarari caſſum, & irritum à principio; cum forus externus quando non innititur falſæ præſumptioni ſemper, colludat interno, ipſumque ſequatur, vt aduertunt Sotus 4. *de iuſt. quæſt.* 5. *art.* 3. Couarruuias *cap. Cum eſſet, n.* 7. *de teſtam.* Ledeſma 2. *p.* 4. *quæſt.* 18. *art.* 1. *dub.* 12. & Sanchez *lib.* 1. *de ſponſal. diſput.* 5. *num.* 20. ideo animaduerſione dignum cenſeo, quod caſu quo matrimonium hoc per legitimam Iudicis authoritatem

151 diſſoluatur, nullam prorſus periade honeſtati, & decori puellæ nobilis, & quæ illud contraxit, & conſummauit, notam, aut maculam contingere poſſe. Nedum quia vt colligitur *ex leg. his verbis* 18. §. *Interdum, ff. de hered. inſtit.* in omnibus quæ quacunque ratione permittuntur *ius honeſtatis cenſetur reſeruatum.* Sed & quia, cum matrimonium illud

152 præcedens *in facie Eccleſiæ* celebratum ſit, ſiquidem coram Parocho, & teſtibus; denunciationibuſque præmiſſis, quod eſt in facie Eccleſiæ celebrari, iuxta Nauarrum *in ſum. cap.* 22. *num.* 70. Coronam Confeſſorum 4. *part. de matrim. cap.* 8. *num.* 18. & Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 15. *num.* 20. nemo prudens dicere poteſt illud conſummaſſe, vel legem decentis notam puellæ indidiſſe; ſicut nec alij contractus ab Eccleſia in foro externo recepti, & approbati illam

153 inurere poſſunt. Et ſanè ſi fœmina, quæ vni tantùm ſe ſubiecit etiam lasciuiosè, non poteſt dici turpis perſona, vt probat Ricciullus *in tract. de perſonis quæ in ſtatu reprobo verſantur, lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 13. profectò, imò incomparabiliter maiori ratione, puella nobilis, honeſta, & verecunda, quæ inuita, & coacta matrimonium legitimè figuratum cum vno contraxit, & conſummauit, ab omni turpitudinis labe immu-

154 niſſima erit. Quod idem de marito illam ducente eodem iure affirmari debet; nunquam enim fœmina per legitimum putatum matrimonium violata notam aliquam dedecoris ſecundo viro attulit. Pro quo egregia adeſt hiſtoria 2. *Reg. cap.* 3. in nobiliſſimo, & inter

155 Reges ſuperclariſſimo Dauide, qui cùm Michol filiam Saulis ſibi deſponſatam iniuſtè à patre ſublatam, & Phaltiel filio Lais in matrimonium datam, ac ab ipſo violatam agnouiſſet; nihilominus mortuo Saule ad Isboſeth Saulis filium nuncios miſit dicens, *Redde vxorem meam Michol, quam deſpondi mihi centum præputiis Philiſtiim.* Repetiit ergo vxorem, & iterum accepit ſine vlla honeſtatis nota quòd corrupta fuiſſet ab alio viro, quia videlicet id contigerat per matrimonium vi celebratum; quæ ad hoc intentum valdè deſeruiunt: ſicut & illa Leonis Papæ *can. Cum* 156
per bellicam, 34. *q.* 1. *Redeant ergo in ſuum ſtatum voluntaria redintegratione coniugia: neque vllo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahatur, quod conditio neceſſitatis extorſit.*

Quia tamen plura ex his, quæ dicta ſunt, ex aliquibus S. Rotæ Romanæ deciſionibus coram Ludouiſio poſtea Gregorio XV. Summo Pontifice, extraxi, eas hic placuit adiungere pro ſtudioſo lectore; ſunt etenim pro caſu fermè ſimili. 157

Hiſpalenſis Matrimonij de Alcala.

Luca 18. *Iunij* 1607.

Coram Ludouiſio.

ARGVMENTVM.

Metus in filia matrimonium contrahente ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Metus probatio maximè pendet ex eo, an arbitrij principium meticuloſum.*
2 *Metus eſt difficilis probationis.*
3 *Metus dicitur, quaſi mentem terrens.*
4 *Metus maximè eſt difficilis probationis, quando infertur à patre filiæ ſecum habitanti.*
5 *Metus huiuſmodi probatur ex leuioribus probationibus, & ex teſtibus domeſticis, & alijs inhabilibus, ac etiam ex indicijs, & coniecturis.*
6 *Metus valde arguitur à veriſimili; ſicut etiam è contra à veriſimili excluditur.*
7 *Metus probatur ex magna animi auerſione, & repugnantia circa actum geſtum.*
8 *Metus in muliere reſpectu matrimonij contracti colligitur ex declaratione, quam fecerat de nubendo cum alia diuerſa perſona.*
9 *Metus probatur ex lamentationibus, & proteſtationibus.*
10 *Metus arguitur ex qualitate perſonæ, tam incutientis, quàm patientis metum.*
11 *Metus ſolus reuerentialis iuxta magis communem opinionem non ſufficit ad annullandum matrimonium, iunctus tamen cum alio etiam leui metu ſufficit, & n.* 31.
12 *Metus illatus à perſona, cui debetur reuerentia, eſt multùm conſiderabilis, quando illa perſona erat multum terribilis, & ſeuera.*
13 *Metus reuerentialis ſufficit, quando vnà cum reuerentia concurrunt importunæ, & continuæ perſuaſiones, quia illæ iuſtum metum inducunt.*
14 *Metus valdè incutitur ex indignatione.*
15 *Virginali pudori non conuenit eligere ſibi maritum inſcio patre.*
16 *Metus illatus ex propria culpa non debet prodeſſe.*
17 *Filius in matrimonio, quod nullum eſt propter metum, licet metuens in illum culpâ ſuâ inciderit.*

18 *Metus*

18 *Metus inducitur ex minis illatis à perſona, cui debetur reuerentia.*
19 *Metus inducitur ex minis de nece, & de priuatione ſucceſſionis.*
20 *Melioramentu, & augmenta primogenituræ ſpectant ad liberam diſpoſitionem meliorantis.*
21 *Metus iuſtus inducitur etiam ex amiſſione magni lucri.*
22 *Succeſſio paterna dicitur quaſi debita filio, & illius priuatio ſonat potius in damnum, quàm in lucri amiſſionem.*
23 *Metus inducitur ex minis paternis, etiamſi non fuerint factæ in faciem filiæ, dummodo fuerint ei notificata.*
24 *Metus redditur veriſimilis, attenta perſona metum patientis.*
25 *Metus minor requiritur in muliere, quàm in maſculo.*
26 *Metus minor exigitur in minore, quàm in maiore.*
27 *Metus eo magis eſt conſiderabilis, ſi conſtat, quod metum paſſus valdè metuebat illum, qui metum incuſſit.*
28 *Metus minor ſufficit in filia matre carente, & non habente perſonam, quo illam confortet.*
29 *Metus, & incuſſio arguitur à ſolito.*
30 *Metus, licet non probetur ex proteſtationibus, valdè tamen ex illis coadiuuatur, etiamſi non ſint factæ in ipſo actu, nec parte præſente, & num. 43.*
31 *Metus arguitur, quando contrahens non erat in ſua libertate plenè conſtitutus.*
32 *Metus arguitur ex diligenti cuſtodia facta perſonæ metum paſſa.*
33 *Item arguitur ex prohibitione commercij, & loquela.*
34 *Metus iuſtus dicitur, quando non poteſt adiri Magiſtratus, ſicut è contra non eſt iuſtus metus quando poteſt adiri.*
35 *Metus multùm præſumitur ex ſerie facti, & ex circunſtantiis.*
36 *Metus arguitur ex modo inſolito, & ex nimia feſtinatione.*
37 *Metus præſumitur interueniſſe in matrimonio, quod fuit celebratum ianuis clauſis.*
38 *Item aſtantibus hominibus armatis.*
39 *Metus præſumitur in matrimonio, quod fuit celebratum nullis interuenientibus conſanguineis.*
40 *Metu præſumitur contractum matrimonium ex lamentationibus, & conqueſtionibus.*
41 *Item ex lacrymis.*
42 *Metus in contractu matrimonij arguitur non ſolum ex præcedentibus, ſed etiam ex ſubſequentibus.*
43 *Metus adhibitus in ratificatione arguit etiam violentiam in ipſo contractu adhibitam.*
44 *Metus poſtquam eſt probatus, difficile eſt probare contrarium.*
45 *Teſtes duo deponentes de metu, præferuntur mille deponentibus de libera voluntate.*
46 *Metus probatur ex teſtibus ſingularibus.*
47 *Minæ probantur ex teſtibus ſingularibus.*
48 *Reſtitutio vxoris non eſt impedienda marito, non obſtante quacunque exceptione, etiam notoria.*
49 *Arbitrium minuit iuris rigorem, & operatur, vt poſſit cumulari petitorium cum poſſeſſorio reintegranda.*

DECISIO CCCXXVI.

QVONIAM vbi de metu agitur, at- 1
tendi debet in primis ſi adſit princi-
pium meticuloſum, à quo cætera ſub-
ſecuta regulantur, *vt admonet Burbat.*
conſil. 54. col. 12. in fin. lib. 1. & poſt eum Riminal.
Iun. conſil. 77. poſt num. 29. inter conſ. matrim. ſum-
ma ratione Domini ſtatuerunt, vt ante omnia in par-
ticulari dubio diſceteretur, an conſtet de metu
Marchioniſſæ de Alcala ab initio contracti matri-
monij cum Don Philippo de Aragon, & de Guz- 2
man, quod vtraque parte informante, omnibus idem
ſentientibus, fuit affirmatiuè reſolutum: pro reſo-
lutione autem præmittebatur, metum eſſe difficilis
probationis. *Pariſ. conſil. 53. num. 63. lib. 4. Menoch.*
de arbitr. caſ. 116. num. 17. dixit Rota in vna Ni-
cienſi Matrim. 6. Martij 1587. coram Illuſtriſſ. Card.
Seraphino, tam ex parte illum patientis, cum in 3
eius animo ſit reconditus, *l. 1. ff. quod met. cauſ. An-*
char. conſ. 299. num. 1. Alciat. conſ. 5. num. 25. lib. 1.
Dicitur enim metus, quaſi mentem tenens, *Ant.*
de But. in cap. ad audientiam, num. 14. in fin. De his
quæ vi metuſve cauſ. fiunt, quàm ex parte inferentis, 4
cum ſecretò, & clam inferatur. *Alciat. reg. 3. præſ. 7.*
n. 3. & conſ. 5. n. 9. lib. 1. And. Gail. obſeruat. 93. n. 19.
lib. 2. præſertim quando infertur à patre filiæ ſecum
habitanti. *Corn. conſ. 124. num. 4. lib. 3. Purpur. conſ.*
579. num. 11. in fin. & num. ſeq. Socin. Iun. conſil. 47. 5
ſub num. 33. lib. 3. Et propterea in eo leniores proba-
tiones ſufficiunt. *Corn. d. conſ. 124. ſub num. 4. Alba*
conſ. 77. num. 9. Alciat. & Andr. Gail. vbi ſupr. Ad-
mittuntur teſtes domeſtici. *Purp. d. conſ. 579. n. 11.*
in fin. & n. ſeq. & qui aliàs non admitterentur. *Alex.*
conſ. 156. num. 15. lib. 5. & etiam indicia, & conie-
cturæ. *Anchar. conſil. 299. ſub num. 2. Alex. conſ. 98.*
num. 6. lib. 3. Dec. in l. in omnibus, num. 7. ff. de reg. iur.
Rum. conſ. 121. num. 12. lib. 4. Pariſ. conſ. 60. num. 22.
lib. 4. Capell. conſil. ciuil. 2. num. 5. Corn. d. conſil. 124.
ſub num. 4. Socin. Iun. conſ. 77. num. 45. lib. 1. Purp. d.
conſ. 579. num. 12. Grat. qui dicit communem conſ. 38.
num. 15. lib. 2. fuit dictum in illa Nicienſi Matrimonij,
& in vna Romana legatorum, 13. Nouemb. 1595. co-
rum bon. mem. Et multùm in eo valet argumentum 6
ductum à veriſimilibus. *Bald. conſ. 364. ſub num. 5.*
lib. 3. Anchar. d. conſ. 299. num. 3. Pariſ. conſ. 139.
num. 21. in fin. & num. 27. lib. 4. Rimin. Sen. conſ. 15.
n. 18. & ſeq. Aym. conſ. 49. n. 5. Roland. conſ. 100. num.
118. lib. 4. ſicuti è contra à veriſimili arguitur liber-
tas animi, & quod ſponte, & libenter fiat. *Sylueſt.*
Aldob. conſ. 23. n. 34. præſumitur enim metu, & coa-
ctè feciſſe, qui facit actum quem veriſimiliter non
feciſſet. *Pariſ. conſ. 53. n. 46. lib. 4. & d. conſ. 139. n. 20.*
Aym. d. conſ. 49. n. 4. Alba conſ. 77. num. 24. Roland. d.
conſ. 100. n. 112. Menoch. præſump. 4. n. 13. lib. 3. ſicuti
è contra ceſſat metus præſumptio in actu, quem aliàs
veriſimiliter fuiſſet facturus. *Bald. d. conſ. in princ.*
n. 27. circa medium. Hoc argumento vſi ſunt Domini
veriſimilitudinem deducendo à nimia animi auer-
ſione, & repugnantia, quæ erat in Marchioniſſa nu-
bendi cum Don Philippo, prout in terminis arguit 7
Rim. Iun. d. conſil. 77. ſub num. 14. inter conſil. matrim.
poſt Alex. quem allegat.

Animum autem Marchioniſſæ alienum, & con- 8
trarium probat, primò cedula ſcripta, & ſubſcripta
manu ipſius, in qua promittebat nubere Don Fran-
ciſco de Zuniga, & ad ipſum tranſmiſſa: velle enim
nubere Don Franciſco, erat nolle nubere Don Phi-
lippo, *argumento cap. gaudemus, de diuort.* Tantò
magis, quia vt deponunt 2. 3. & 4. teſtis ſuper 2.
artic. benè informati de animo Marchioniſſæ, non
tam

tam fecerat prædictam cedulam, vt nuberet Don
Franciſco, quam vt ſe liberaret è periculo nuben-
di Don Philippo, quod eſt etiam multum veriſi-
mile, tum quia cedula ſcripta, & tranſmiſſa
fuit pendentè tractatu matrimonij cum Don Phi-
lippo; tum quia non apparet, quod Marchio-
niſſa vnquam fuerit conqueſta, quod impediretur
nubere Don Franciſco, cum tamen continuæ ſint la-
mentationes, quod inuita cogeretur contrahere cum
Don Philippo.

De veritate autem cedulæ, & quod eſſet ſcripta
manu Marchioniſſæ, dubitari non poteſt, cum de ea
deponant primus, ſecundus, tertius, quartus, & quin-
tus teſtis ſuper 2. artic. quorum aliqui viderunt
eam dum ſcriberetur, aliqui ſcriptam, & habent bene
notam eius manum, aliquibus Marchioniſſa eapo-
ſuit, ſe illam ſcripſiſſe. Et ſi non fuiſſet ſcripta manu
ipſius, non ita fuiſſet turbatus, & in furorem raptus
Marchio pater, quando illi fuit oſtenſa, nec ita fuiſſet
ſolicitus, quod Marchioniſſa illam negaret, & ma-
num contrafaceret, vt dicunt teſtes in Summario
Marchioniſſæ *n. 3.*

Nec refert, quod Marchioniſſa cedulam nega-
uerit; quia, vt dicunt teſtes, fuit vi, & metu
compulſa ad negandum, prout etiam eodem metu
territa nouerca negauit, ſe cognoſcere, an eſſet
manu Marchioniſſæ conſcripta, vt ipſa teſtatur ſu-
9 per 2. *art.* Secundò, & apertius repugnantiam ani-
mi declarant lamentationes, & proteſtationes conti-
nuæ, quibus cum iuramento, & maximis impreca-
tionibus negabat, ſe vnquam nupturam Don Philip-
po, quæ ſicut declarant animum Marchioniſſæ
alieniſſimum à contrahendis dictis nuptiis, *l. ſi quis,
§. plerique, ff. de relig. & ſumpt. fun. l. ſi mihi, & ti-
bi, §. interdum, ff. de leg. 1.* ita remouent conſenſum
à contractis, *l. ſi quis in principio teſtam. ff. de leg. 3.
Natta conſ. 451. n. 20. & dixit Rota in vna Toletana
matrimonij 3. Martij 1589. coram Illuſtriſſimo Cardi-
nali Seraphino.*

10 Et quoniam multum inſpici debet qualitas per-
ſonæ, tam incutientis, quàm patientis metum.
*Calderin. conſil. 1. circa princip. verſic. ſecundò quod
metus, ſub tit. de his qua vi metuſve cauſ. fiunt, cum
aliis, quos refert, & ſequitur Tiber. Decian. conſ. 30.
num. 24. lib. 4. Surd. deciſ. 194. num. 3.* inferens me-
tum in caſu iſto eſt pater, cuius ſolam reuerentiam
11 in filio pro iuſto metu ſufficere voluerunt *plures
relati à Menoch. conſ. 1. num. 492. & ſeq.* quorum opi-
nio, licet communiter non recipiatur, negari tamen
non poteſt, quin propter huiuſmodi reuerentiam mi-
nor metus requiratur. *Franc. Marc. dec. 1090. n. 2.
p. 1.* & quod non ſufficiat iunctis adminiculis, *Alciat.
conſ. 1. n. 15. lib. 8. & dixit Rota in Valent. profeſſionis,
17. April. 1570. coram Illuſtriſſ. Card. Lancelloto.*

12 Accedit, quod Marchio, vt dicunt teſtes, erat
multùm terribilis, aſper, & ſeuerus, quæ quali-
tas præcipuè in perſona, cui debetur reuerentia,
eſt multùm conſiderabilis. *Alba poſt Ang. quem
allegat conſ. 77. num. 19. Felin. conſ. 14. ſub num. 9.
verſ. & aduerte ad perſonam iſtam patris, Inſ. ex mente
Bald. quem alleg. conſ. 3. col. penult. verſ. non obſtat di-
ctum Bald. lib. 1. deciſ. Pedem. qua alios cumulat, & de
communi teſtatur, conſ. 179. poſt n. 10. Hoad. conſ. 29.
ſub n. 36. lib. 1. Quam qualitatem magni fecit Rota in
vna Neapolitana profeſſionis, 15. Ianij 1598. coram
bon. mem. Gipſio.*

13 Nec in contrarium faciunt teſtes aduerſarij, di-
centes, quod erat homo placidus, quia non lo-
quuntur quando erat iratus, & quando contrane-
niebatur eius voluntati, vt loquuntur teſtes Mar-
chioniſſæ, ſed quando erat ſedato, & tranquillo ani-
mo, cum reuerentia paterna concurrunt importunæ,

& continuæ perſuaſiones, quibus nomine patris ſo-
licitabatur, tam à nouerca, quàm à quodam Sacer-
dote, quæ ſufficiunt ſine minis, & verberibus. *Afſl.
deciſ. 69. n. 4. Aym. conſ. 461. n. 21. Hond. d. conſ. 29.
num. 34.*

Huiuſmodi enim perſuaſiones importunæ, quan-
do ſumus in perſona, cui debetur reuerentia, iuſtum
metum incutiunt, & vim coactionis habent. *Innoc. in
c. petitio, de iureiur. Soc. conſ. 263. n. 8. lib. 2. Curt. Iun.
conſ. 41. n. 18. Aym. conſ. 10. n. 17. & d. conſ. 461. n. 11.
Alba d. conſ. 77. n. 10. Ioan. Bapt. Ferret. conſ. 296.
n. 17. & ſeq. Et fuit dictum in illa Romana legatorum
13. Nouemb. 1595. coram Orano.* Et huiuſmodi im-
portunitatem ſuadendi conſiderauit *Rota in Valent.
profeſſionis 15. Iun. 1587. coram Illuſtr. Card. Pam-
philio,* & multo magis, quia vltra perſuaſiones appa-
ret de repetitis contradictionibus Marchioniſſæ,
Aym. d. conſ. 461. ſub n. 11. De quibus contradictio-
nibus bene deponit Doctor Sebaſtianus Martinez
iuxta interrogatorium *2. art. in Summ. n. 10.*

Conſideranda eſt etiam in patre magna illa indi- 14
gnatio quam concepit ex apocha, quam filia confece-
rat, & ex eo quod nolebat ſuæ voluntati obedire, quæ
indignatio plurimum conducit ad incuſſionem me-
tus. *Beer. conſ. 20. n. 37. verſ. & idem Abb. fuit dictum
in illa Valent. profeſſionis coram Illuſtriſſimo Cardinali
Pamphilio.*

Nec facit quod iſta indignatio proceſſerit cul- 15
pa Marchioniſſæ, cum non ſit pudoris virginalis
eligere ſibi maritum inſcio patre, *c. honorantur 32.
quaſt. 2.* & propterea metus illatus ex ſua culpa non
debet illi prodeſſe, *l. ſi mulier, in princ. ff. quod met.
cauſ.* quia reſpondetur hoc non procedere in ma- 16
trimonio, quod nullum eſt propter metum, licet
metuens in illum culpa ſua inciderit, *cap. veniens
el ſecundo, vbi Franc. num. 6. in fin. Ant. de butr. 17
in 4. not. de ſponſ. gloſ. in cap. Clericum, in gloſ.
vlt. 50. diſtinct. Abb. in c. 2. n. 8. de his qua vi met.
cauſ. fin. Alex. conſ. 99. in princ. lib. 3. Pariſ. conſil. 61.
num. 19. lib. 4. Rim. Iun. d. conſ. 77. n. 20. inter conſ.
matrim.*

Concurrunt etiam minæ, quæ cum reuerentia 18
perſonæ debita minanti generant iuſtum metum.
*Bart. in l. 1. in fin. ff. quar. rer. act. non det. Dec. conſ.
232. poſt n. 4. Purpur. qui de communi, d. conſil. 579.
num. 6. Pariſ. conſ. 26. n. 67. lib. 3. Alba de communi,
d. conſ. 77. n. 5. Rol. conſ. 95. num. 30. lib. 1.* quæ minæ
ſunt de iis, quæ iuſtum metum ingerunt. Tum quia 19
de nece ſunt, *c. cum dilectus, de iis, qua vi metuſve fiunt
Bald. & alij in l. interpoſitas, C. de tranſact.* Tum quia
de priuatione ſucceſſionis Marchionatus. Iuſtus eſt
enim timor amiſſionis maioris partis bonorum. *Bald.
poſt Guid. & Cyn. in l. iſti quidem, §. ſi is, in fin. ff. quod
met. cauſ. Abb. in c. 2. n. 1. eod. tit. Pariſ. conſ. 77. n. 34.
lib. 1. latè Aym. conſ. 387. n. 19. & 20.*

Nec facit, quod maioratus ad illam ſpectaſſet ex 20
prouiſione maiorum, & propterea pater in illo
præiudicare non potuiſſet, quia vt dicunt teſtes,
pater illum in maxima parte auxerat, & de hoc aug-
mento loquebatur, quod vti ſeparatum à maioratu
illi non cedebat, ſed erat ſub libera diſpoſitione Pa-
tris augentis, *ad latè trad. per Molin. de primog.
lib. 1. cap. 26.*

Nec etiam facit, quod iſtud contineat non dam- 21
num, ſed amiſſionem lucri, quæ non cauſat iuſtum
metum, quia vltra quod non procedit, quando agi-
tur de amiſſione magni lucri, Cyn. *in l. interpoſitas,
Cod. de tranſact.* Iaſ. *in l. Titia, ſub num. 11. verſ. ac
notabiliter, ff. de verb. oblig.* Ruin. *conſ. 121. num. 10.
lib. 4.* Neuiz. *conſ. 47. num. 18.* Cephal. *conſil. 295.
num. 17.* Rol. *conſ. 100. num. 26. lib. 4.* Cùm agatur 22
de ſucceſſione paterna filio quaſi debita, potiùs ſonat

in damnum, quam in amiſſionem lucri, *l. vlt. ante
fin. C. de Codicil. Bart. in leg. ſi quis teſtamento, circa
medium, ff. de cond. inſt. Alex. conſ. 144. num. 15.
lib. 6. Aret. conſ. 2. col. 1. verſ. pro iſta concluſione, latiſ-
ſimè Tiraq. in l. ſi vnquam, in præfat. num. 19. Cod. de
reuocand. donat.* licet in hoc non ſit laborandum,
cum minæ ſint etiam de morte. Prout nec etiam
eſt neceſſarium diſcutere, an in patre minante ſit
neceſſe probare, quod ſit ſolitus exequi minas, de quo
latè *per Rimin. Iun. in repet. cap. 1. n. 27. de offic. deleg.*
quia ſolitum probant concludenter teſtes benè in-
formati.

Non obſtat, quod non probetur Marchioniſſam
fuiſſe præſentem quando Pater minabatur, quia
23 multum eſt veriſimile, quod pater fuiſſet illi in fa-
ciem minatus: ſed forſan probari non potuit, quia
minæ à patre illatæ ſunt difficilis probationis. *Bel-
tram. conſ. 64. num. 5. part. 1. in antiq. Boer. deciſ. 101.
num. 1. Alba d. conſ. 77. n. 9.* & ſufficit, quod fuerint
Marchioniſſæ notificatæ a nouerca, & illo ſacerdo-
te, qui adhibiti fuerunt mediatores ad terrendum, &
minandum nomine patris.

24 Multum etiam attendi debet qualitas perſonæ
metum patientis, vbi de illius iuſtitia agitur, vt di-
ctum eſt, *& tradit Dec. in l. in omnibus, ſub n. 2. verſ.
& aduertendum, de reg. Purpur. d. conſ. 579. num. 7.
Boër. deciſ. 100. num. 2. Alba d. conſ. 77. n. 2. Menoch.
de arbit. caſ. 135. num. 4. & dixit Rota in illa Nicienſi
Matrimonij.* Sumus autem in muliere, in qua requi-
ritur minor metus, quàm in maſculo, *Gloſſ. & Doct.*
25 *in cap. quod locum, de ſponſ. Innoc. & alij in c. cum cau-
ſam matrimonij, de offic. deleg. Calder. conſ. 5. verſ. 3.
quod ſub titulo quod met. cauſ. Anchar. conſ. 24. ſub n. 7.
Abb. conſ. 4. n. 5. lib. 1. Felin. conſ. 14. n. 2. & 3.* & in
26 puerula, vt dicit vnus Teſtis, aut ſaltem in conſti-
tuta in minori ætate, minor autem metus exigitur
in minore, quam in maiore, & perfectæ ætatis, *Paul.
de Caſtr. conſ. 174. poſt num. 3. lib. 1. Purpur. d. conſ.
579. num. 7. Rimin. Sen. conſ. 15. n. 22.*

27 Marchioniſſa etiam valdè metuebat patrem, vt
plenè dicunt teſtes, primus videlicet, ſecundus,
& tertius ſuper 13. articulo ſecundæ inſtantiæ, quæ
qualitas eſt conſideratione digna, prout eam con-
ſiderat *Alex. de Nepo conſ. 3. n. 7. in fin.* ratione enim
huius timiditatis minor requirebatur metus, *vt per
Boſſ. de plur. violent. ſub n. 80.*

Non eſt etiam omittendum, quod Marchio-
niſſa non ſolùm carebat matre, quæ illam haberet
confortari, ſed habebat nouercam, quæ haberet il-
lam terrere, & in odio patris ponere, vt in propoſito
conſiderandum dicit *Paul. de Caſtr. d. conſ. 174. n. 2.
ad fin.* quod in caſu noſtro non ſtat in terminis præ-
ſumptionis, quia ſumus in claris, quod nouerca
aſſiduè terrebat Marchioniſſam, vt ipſa fatetur, &
deponunt alij teſtes.

28 Ad probandum metum matrimonio adhibitum
multum confert vis, & metus illatus, quod compulſa
fuit Marchioniſſa ad negandum cedulam à ſe con-
ſcriptam, tum quia vis illa tendebat ad eundem
finem, videlicet ad tollendum impedimentum, quod
29 præſtabat matrimonio contrahendo cum Don Philip-
po, tum quia à ſolito benè arguitur incuſſio, & coa-
ctio, vt in propoſito arguit *Aym. conſ. 461. num. 8.
in fin. Rim. Sen. conſ. 15. n. 15. & ſeq. Tib. Dec. d. conſ. 10.
num. 10. lib. 4. Rot. in illa Romana profeſſionis coram
Illuſtriſſ. Card. Pamphilio.*

30 Conferunt etiam multæ proteſtationes Marchio-
niſſæ de vi, & metu, quæ licet illum non probent
l. metum, C. quod met. cauſ. multum tamen coadiuuant,
& operantur, vt faciliùs probetur. *Ang. in l. metum,
la 3. ff. eodem. Dec. in c. fin. ſub. num. 15. verſ. benè ve-
rum eſt, de appel. Rip. in cap. cum M. Ferrarienſ. ſub
n. 93. verſ. proteſtatio enim, de conſt. Natt. conſ. 50.
n. 18. Couar. in Epit. de ſponſ. p. 2. c. 3. §. 5. n. 12. Hon-
ded. d. conſ. 29. n. 55.*

Nec refert quod non ſint factæ in actu contra-
hendi matrimonij, ſed ante, *Gemin. conſ. 55. ante
n. 13. Corn. d. conſ. 41. n. 14. Pariſ. conſ. 60. n. 54. lib. 4.
Couar. vbi ſupra, ſub num. 52. verſ. ſi verè fiat.* Prout
nec etiam, quod ſint factæ abſente patre, & Don Phi-
lippo, *Gloſſ. & Doct. in cap. 1. de his, quæ vi met. ve
cauſ. fiunt. Dyn. Bald. Paul. de Caſt. & Imol. in l. qui
na, §. fin. vbi Iaſ. num. 46. ff. de acquir. hered. latè Natt.* 31
conſ. 451. num. 22. Ad arguendum inſuper metum
maxime perpendi debet, an contrahens eſſet in ſua
libertate conſtitutus, *Bal. conſ. 157. ſub n. 1. verſ. 1. eſt,
& 364 ſub num. 5. lib. 3. Aym. conſ. 49. n. 6. Rimin. Iun.
conſ. 215. n. 58.* præſertim in contrahendo matrimo-
nio, in quo contrahentis animus debet plurima ſecu-
ritate, & libertate gaudere, *c. cum locum, & ibi Abb.
num. 4. de ſponſ. Felin. d. conſ. 14. ſub num. 5. Io. Bapt.
Ferret. conſ. 311. num. 7.*

Marchioniſſa autem, vt dicunt Teſtes, cuſtodie-
batur cum maxima vigilantia, & obſeruabatur dili-
gentiſſimè, ne poſſet loqui cum aliqua perſona, cui
detegeret animum ſuum, & Marchio Pater vetuit
ne ipſa iret ad confitendum peccata ſua ſolitis Con-
feſſariis: ſed voluit, quod proprio ipſius Marchio-
nis Confeſſario confiteretur, & quod non accederet
ad aliquam Eccleſiam, niſi ad Eccleſiam cuiuſdam
Hoſpitalis prope domum, vt illi ſubtraheret tem-
pus, & locum loquendi cum aliquo in itinere. Quæ 32
tam diligens cuſtodia proculdubio excludit liberta-
tem, imò plurimum confert ad probationem metus,
*Barbat. conſ. 14. n. 19. lib. 1. Corn. d. conſ. 41. ſub n. 12.
verſ. maximè cum cuſtodirent, lib. 2. Pariſ. conſ. 61.
num. 16. lib. 4. Aym. d. conſ. 465. num. 7. in fin. & num.
ſeq. Rimin. Iun. conſ. 77. num. 19. inter conſ. matr.* Eſt
enim talis cuſtodia ſpecies carceris. *Fulgoſ. conſ. 5. a n-
te fin. Ang. Aret. conſ. 96 ſub num. 2. Dec. conſil. 219.
num. 5. 10. Bapt. Ferret. conſil. 311. poſt num. 8. Aym.
vbi ſuprà.*

Prohibitio etiam commertij, & loquelæ, non pa- 33
rùm conducit ad arguendum metum. *Aym. d. conſil.
461. poſt num. 25. Alba d. conſil. 77. ſub numero 7.
Grammat. deciſ. 103. ſub num. 56. verſ. maximè ex pro-
hibitione commercij, & fuit dictum in illa Nicien. ma-
monij.*

Et Marchioniſſa, quæ deſiderabat poni in liber- 34
tate, procurabat propterea Breue Nuncij Apoſtolici
poſtquam Archiepiſcopus Hiſpal. ad cuius officium
ſpectabat, *cap. cum locum, vbi gloſ. in verſ. nihil etiam
timere, & Doct. de ſponſ.* illud expreſsè negauit: ſed
nec etiam breue obtinere potuit, etſi non eſt iuſtus
metus, quando adiri poteſt Magiſtratus, *l. fin. in princ.
ff. quod met. cauſ. Bellon. conſ. 18. n. 14.* à contrario in-
ius erit in Marchioniſſa, cui aditus vndique præ-
cludebatur.

Conſiderare etiam oportet, non ſolùm amicitiam,
quæ maxima erat inter Archiepiſcopum, & Mar-
chionem, prout conſiderat *Grammat. d. deciſ. 103.
num. 63.* ſed etiam perſuaſionem, quibus continuò
vrgebat Marchioniſſam, vt obediret Patri, cum enim
prouenirent à perſona, cui Marchioniſſa reueren-
tiam debebat, *iuxta tradita per Aym. conſ. 483. n. 16.*
incutiebant illi metum, vt dictum eſt de ſuaſioni-
bus Patris. Conſiderandus eſt etiam abuſus iuſtitiæ.
Angel. concl. 215. num. 3. in fin.

Perpendebant etiam Domini ſeriem facti, & cir- 35
cumſtantias, vt admonet *Alex. conſil. 99. n. 7. circa
med. lib. 3. Pariſ. conſil. 53. num. 55. lib. 4.* & modum 36
inſolitum, ex quo arguitur ex quo arguitur non bo-
na fides, *vt dixit Rota in illa Nicien. matrimonij.*

Illa enim nimia feſtinantia mittendi Tabellarium
pro

pro habendo mandato procuræ Don Philippi, & in aliis non eratbat ſoſpicione. *Aym. conſ. 6. num. 34.* & ſimilem celeritatem ad fraudem, & metum adducit. *Paul. de Caſt. d. conſil. 174. num. 3. circa med. verſ. eſt etiam hac præſumptio, & conſiderauit Rota in illa Valent. profeſſionis, coram Illuſtriſſ. Pamphilio.* Immò in caſu noſtro eſt manifeſtè fraudulenta, quia vt dieuot expreſsè teſtes, iſta ſollicitudo erat, ne ſuperueniret aliquod impedimentum.

37 Accedit pro metu, quod matrimonium fuit celebratum ianuis domus clauſis. *Alex. d. conſil. 99. ſub num. 4. verſ. item coadiuuant prædicti teſtes, Cepol. conſil. ciuil. 2. ſub num. 5. verſ. 3. conteſt. Io. Bap. Ferret. conſil. 311. ſub num. 7. Petr. de Barbob. conſil. 24. num. 20. & 31. inter conſil. matrim. Rimin. Iun. d.*
38 *conſil. 77. num. 18.* Item aſtantibus famulis armatis, *Corn. d. conſil. 41. n. 10. & 12. Pariſ. conſil. 60. num. 15. lib. 4. Io. Bap. Ferret. vbi ſupra, & conſil. 296. ſub num. 13. Menoch. præſumpt. 4. num. 8. lib. 3.* Et nullis
39 interuenientibus conſanguineis. *Alciat. conſil. 5. num. 22. lib. 1. Grat. conſil. 38. num. 18. & 20. lib. 2. Ferret. d. conſil. 296. n. 11. poſt med. Menoch. d. præſumpt. ſub num. 14.*

40 Concurrunt etiam alia indicia metus in ipſamet nocte, vt lamentationes, & conqueſtiones, quod contra propriam voluntatem inducebatur, & cogebatur ad contrahendum. *Aym. d. conſ. 463. num. 12. Honded. conſil. 29. num. 39. lib. 1.* Aſſiduæ lacrymæ,
41 *Menoch. d. præſumpt. 4. n. 11. & præſumpt. 126. n. 17. eodem lib. 3.* Suſpiria, *Alex. d. conſ. 99. n. 11. verſ. ſecunda eſt præſumptio,* Pallor vultus, mœſtitia deliquium. *Pariſ. conſ. 53. n. 33. lib. 4. Petr. de Barbob. d. conſ. 24. num. 20. & ſeq.*

42 Arguitur etiam metus Marchioniſſæ, non ſolùm a præcedentibus, & ab iis, quæ circa actum contrahendi matrimonium interuenerunt: ſed etiam
43 à ſecutis poſt matrimonium. *Alex. de Neno conſ. 3. n. 11. Pariſ. d. conſil. 53. num. 56. Grat. d. conſil. 38. num. 23.* & ad hoc deſeruiunt proteſtationes poſt illud emiſſæ. *Anchar. conſil. 299. ſub num. 1. Alexand. d. conſil. 99. poſt num. 4. Grammat. deciſ. 76. num. 9. Rimin. Iun. conſ. 362. num. 81. & ſeq. cum aliis per Menoch. d. præſumpt. 116. num. 13.* & apertiſſimè demonſtrant maxima triſtitia, & inconſolabilis afflictio, qua Marchioniſſa afficiebatur. Ploratus, & maximi clamores, quos emittebat, dum ex Ciuitate Hiſpal. duceretur ad Oppidum de Coria, ad ratificandum matrimonium, ita vt ipſa præ nimia triſtitia facta fuiſſet valdè deformis, & omnes cogeret ad collacrymandum, vt plenè deponunt teſtes in Summario Marchioniſſæ, *num. 13.* Quod etiam contigit in actu ratificandi, quem fecit cum magna diſplicentia, metu, & violentia, vt abundè dicunt teſtes in dicto Summario à *num. 13.* vſque in finem. Et iſta violentia in ratificatione optimè detegit violentiam in ipſo contractu adhibitam, *vt per Rimin. Sen. conſil. 25. num. 15. & plurib. ſeqq.*

44 Non eſt verum, vt ex aduerſo prætenditur, quod intentio Marchionis eſſet ſolùm, quod filia non nuberet Don Franciſco, & indignationem, minaſque proceſſiſſe ex eo quod ipſa vellet illi nubere, quia ſicut intentio principalis filiæ non erat nubendi Don Franciſco, ſed impediendi ne contrahere cogeretur cum Don Philippo, ita è conuerſo intentio Patris prima erat, quod nuberet Don Philippo, non quod ſe opponeret matrimonio cum Don Franciſco. Primus enim teſtis in Summario num. 7. dicit, quod Pater erat iratus, & cholericus, quia Donna Antonia ſua filia recuſabat nubere Don Philippo. Et ſecundus ibi dicit, quod Marchio dixerat vxori, vt illam ſuaſionibus, & minis induceret ad contrahendũ cum Don Philippo. Decimus teſtis in Summario *num. 3.* dicit quod Pater nunquam libenter aſpexit Marchioniſſam, niſi poſtquam nupſit Don Philippo. Quintus *num. 4.* quod fiebat violentia, vt contraheret cum Don Philippo. Primus *num. 4.* quod ita cholericus euaſerat intelligendo, quod recuſabat nubere Don Philippo, & quod niſi nupſiſſet, illam interficeret, quod etiam dicunt tertius, & ſextus *n. 6.* Et lamentationes, ac proteſtationes Marchioniſſæ (vt ſupra dictum eſt) non erant, quod impediretur contrahere cum Don Franciſco, ſed quod vi, & metu cogeretur ad contrahendum cum Don Philippo.

Non obſtat, quod teſtes ex aduerſo examinati videantur dicere Marchioniſſam ſponte, & libenter 45
contraxiſſe, quia cum fuerit pro parte Marchioniſſæ probata vis, & metus, difficile eſt probari contrarium. *Alba d. conſil. 77. num. 12.* immò quaſi impoſſibile, *Abb. in c. ſuper hoc, ſub num. 34. de renunciat.* 46
Iaſ. in §. quadrupli, num. 72. inſtit. de act. ſed quicquid ſit, ſufficit quod in concurſu plus creditur duobus teſtibus de metu, quam mille deponentibus de voluntate ſpontanea, & libera. *Innoc. in d. cap. ſuper hoc, Bald. in l. obſeruare, §. profeciſſe, num. 15. in fin. ff. de offic. proconſ. Rom. in Rub. ff. de arbitr. num. 22. Alex. conſil. 156. num. 3. lib. 5. Purpur. conſil. 282. n. 14. Crot. conſil. 106. num. 27. Iaſ. in l. interpoſitas, num. 5. C. de tranſact. cum aliis per Gabr. de teſtibus concl. 3. num. 15. Menoch. d. præſumpt. 126. num. 31.* quod ſine ſcrupulo procedit quando teſtes non ſolùm deponunt de metu, ſed etiam de minis, & aliis actibus metum inferentibus, *Alciat. poſt Imol. quem allegat conſil. 55. n. 22. lib. 9. Gabr. d. concl. n. 26.*

Minus etiam verum eſt, quod teſtes ſint ſingulares, quia immò ſunt conteſtes in multis ſaltem, & 47
vbi eſſent ſingulares, adhuc probarent metum, *late Crot. conſil. 106. in 2. dub. Surd. conſil. 295. numero 26.* prout etiam teſtibus ſingularibus probantur minæ. *Gramm. dec. 5. n. 15. Gabr. de teſt. concl. 2.* 48
num. 56.

Non obſtat, quod deducatur metus ad effectum 49
impediendi reſtitutionem vxoris marito, quo caſu non admittitur exceptio etiam notoria, *c. porrò, de diuort.* quia adeſt clauſula Arbitrio, quæ minuit iuris rigorem, & operatur, vt poſſit à dicta regula recedi, vt in hac ſpecie cumulationis petitorij, & poſſeſſorij fuit firmatum *in Romana Coteiai, 6. Martij anni præteriti coram R. P. D. meo Sacrato.* Alia benè tolluntur per informantes.

Oppoſitiones verò, quæ pro parte Don Philippi dantur contra examen, & teſtes Marchioniſſæ, Domini reſeruarunt videre in alia poſitione.

Hiſpalenſis Matrimonij de Alcala.

Lucæ 28. Ianuarij 1608.

Coram Ludouiſio.

ARGVMENTVM.

Teſtes ad probandum metum ad effectum reſcindendi matrimonium, quales eſſe debeant, & qui ſint admittendi, & plura in fine deciſionis circa validitatem examinis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes idonei præſumuntur, donec contrarium non probetur.*
2 *Teſtes omni exceptione maiores requiruntur ad effectum reſcindendi matrimonium.*

3 *Teſtes omni exceptione maiores qui dicantur, eſt Iudici arbitrarium.*

4 *Teſtium numerus ſupplet defectum, etiam ad effectum, quod cenſeantur omni exceptione maiores.*

5 *Procedit etiamſi omnes patiantur aliquas exceptiones, ſi ſunt vltra numerum trium.*

6 *Metus per patrem filia illatus, cenſetur illatus intra domeſticos parietes, non palam coram extraneis perſonis.*

7 *Teſtes ad probandum factum intra domeſticos parietes admittuntur etiam conſanguinei domeſtici, & aliàs inhabiles.*

8 *Domeſtici in his qua domi ſunt, non ſolùm admittuntur in teſtes, ſed imò eis magis creditur, quàm extraneis, & n. 16.*

9 *Teſtes vbi aliàs debent eſſe omni exceptione maiores, non requiritur iſta qualitas concurrentibus aliunde adminiculis, præſumptionibus, & ferie.*

10 *Teſtis Sacerdos eſt maiori fide dignus, quàm laicus.*

11 *Teſtis deponens de facto proprio maiorem fidem meretur, quam teſtis ordinarius. Teſtis in facto proprio quam probationem faciat, n. 50.*

12 *Parochus non prohibetur eſſe teſtis pro eo, quem baptizauit.*

13 *Teſtis quilibet eſt idoneus, qui non reperitur ſpecialiter in iure prohibitus eſſe teſtis.*

14 *Teſtis fidem adauget nobilitas.*

15 *Teſti deponenti contra proprium intereſſe multum creditur*

16 *Nouerca deſinit eſſe talis eo ipſo, quod deſinit vxor eſſe patris.*

17 *Confeſſio cum qualitate actus acceptari poteſt, reiecta qualitate metus, qua habet contra ſe præſumptionem iuris.*

18 *Malum minus eſt præſumendum.*

19 *Iuramentum in teſte non præſumitur etiam ad effectum, vt probet.*

20 *Periurium vt euitetur, eſt facienda omnis interpretatio.*

21 *Teſtes non dicuntur contrarij, nec varij, ſi vnus deponat plus quàm alter.*

22 *Teſtis deponens plus in ſecundo examine, quàm in primo, non propterea dicitur ſe corrigere.*

23 *Teſtis vt patiatur ſe examinari, licet vti iuſſu, prece, & pretio.*

24 *Socius criminis admittitur in teſtem in caſibus, in quibus veritas aliunde haberi non poteſt.*

25 *Teſtis deponens de facto proprio maximè probat, adeo quod etiamſi eſſet inhabilis, faciat ſemiplenam probationem.*

26 *Teſtis omni exceptione maior dicitur, qui eſt benè informatus, & nulla exceptione legitimâ repelli poteſt.*

27 *Domeſtica perſona non repelluntur à teſtificando.*

28 *Teſtis varius, & contrarius circa accidentalia, non circa ſubſtantialia, non repellitur.*

29 *Teſtis mendax, & falſus circa accidentalia non repellitur.*

30 *Teſtes vt ad concordiam reducantur, interpretari debent, vt deponant de tempore diuerſo, & ſucceſſiuo.*

31 *Teſtis vnus ſi non deponit de aliqua qualitate, de qua deponit alius, qui fuit præſens eidem actui, non propterea tollitur ei fides, quia fortaſſe non aduertit, aut non audiuit, prout aduertit, & audiuit alter.*

32 *Teſtis habilitas, & inhabilitas inſpicitur de tempore depoſitionis.*

33 *Coniunctus admittitur in cauſa matrimonij, quando non eſt diſparitas inter coniuges.*

34 *Famulus admittitur in teſtem, ſi de tempore depoſitionis non erat in ſeruitio, & n. 51.*

35 *Famuli illuſtriſſimæ perſonæ admittuntur in teſtes, maximè circa geſta domi.*

36 *Teſtium dicta non ſunt cauillanda, ſed adiuuanda, & ſuſtinenda pro viribus.*

37 *Teſtium contrarietates quàm maximè fieri poteſt ſunt conciliandæ.*

38 *Poſſeſſorium ſæpe in Rota terminatur per depoſitum, & per ſequeſtrum.*

39 *Reſtitutio non datur in matrimonio, niſi quando conſtat de legitimo conſenſu.*

40 *Matrimoniale poſſeſſorium habet admixtam cauſam proprietatis.*

41 *Et in eo admittuntur probationes excludentes conſenſum.*

42 *Metus excludit conſenſum in matrimonio.*

43 *Reſtitutio in ſpolio matrimoniali non datur, ſi poſſeſſio non fuit iuſta, vel fuit violenta.*

44 *Probationes quando ſunt in promptu reſpectu nullitatis matrimonij, non eſt danda reſtitutio propter periculum amittendi virginitatem.*

45 *Teſtium examen non eſt nullum ex omiſſione interrogatoriorum.*

46 *Interrogatoria ſi non fuerunt exhibita coram Iudice, ſibi imputare debet pars, quæ non exhibuit, & num. 52.*

47 *Teſtium receptor, qui habet facultatem ſolùm examinandi ſuper articulis, non poteſt admittere interrogatoria, ſed recurrendum eſt ad Iudicem.*

48 *Intimatio commiſſionis Receptoris, in qua dicitur, quod examinarentur teſtes ſuper articulis, ſupplet defectum citationis ad dicendum contra articulos.*

DECISIO CCCLI.

TESTES Matchioniſſæ eſſe idoneos pro nullitate matrimonij, & ritè, ac validè examinatos, fuit concluſum vnanimiter per Dominos, & commiſſis multis, quæ informantes pro parte D. Philippi inculcani, extra dubium circa probationem metus iam deciſam.

Quantum ad idoneitatem, quæ eſt prima pars 1
dubij, cum illa præſumatur etiam ad effectum de
quo agitur, quamdiu contrarium non probatur, vt
per Caputaquenſ. dec. 276. n. 7. part. 3. ſufficit reſpondere
obiectionibus, quæ multæ ex aduerſo dantur
in genere, & in ſpecie. Et quoniam fundamentum
ſuper quo tota obiectionum machina conſtruitur
eſt, quod ad effectum reſcindendi matrimonij 2
requirantur teſtes omni exceptione maiores, ad illud
labefactandum Domini, quorum arbitrio remiſſum
eſt, qui teſtes dicantur omni exceptione maiores, 3
*Abb. in c. cum Ioannes, num. 13. circa fin. verſ. Ego concordando,
vbi Felin. num. 44. poſt med. verſ. in hoc multum
verſabitur, de fid. inſtrum. Couar. de ſponſal. part. 2.
c. 8. §. 12. ſub n. 8. verſ. Nam in hac coniugali cauſa*,
dixerunt non deeſſe Matchioniſſæ teſtes huiuſmodi,
& ex eorum diſcuſſione apparebit. Et quando deeſſent,
qualitatem hanc in caſu iſto, aut non requiri,
aut ſuppleri ex tribus.

Primò ex numero teſtium, qui ſunt decem & 4
octo, *Alex. conſ. 47. num. 2. lib. 1. Dec. conſil. 163.
num. 14. Natt. conſ. 161. num. 11.* qui omnes loquuntur
in cauſa matrimoniali. Et quod in ea ſuppleat
numerus hanc qualitatem, *dixit Rota apud Caſar.
de Graſ. deciſ. 5. num. 8. de ſponſal. & latius in Valentina
profeſſionis, 1. Martij 1584. coram Illuſtriſſimo
Cardinali Blanchetto*, vbi etiam fuit dictum,
id maximè procedere, quando negotium
eſt difficilis probationis, & in terminis noſtris
ad

ad probandum minas paternas pro annullando matrimonio, tradit *Alex. de Neuo conſil. 37. num. 3. inter conſilia matrimonialia*, & tenuit Rota in vna Nicenſi matrimonij, 27. *Ianuarij* 1586, *coram bon. mem.*
5 *Gypſio.* Et eſt regula generalis, & trita *gloſſ. in l. 3. in verſ. numerus, ff. de teſt.* quæ procedit etiam, vbi omnes patiuntur aliquas exceptiones, ſi teſtes ſunt vltra numerum trium, *Caſar de Graſſ. dicta deciſ. num. 9.*

6 Secundò, quia agitur de annullando matrimonio ex metu illato a Patre Marchioniſſæ, qui cum inferatur intra domeſticos parietes, non coram extraneis perſonis, *Purpur. conſ. 579. num. 11. in fin. Corn. conſ. 124. num. 4. lib. 3. Socin. Iun. conſil. 47. ſub*
7 *num. 33. lib. 3.* non requiruntur teſtes omni exceptione maiores, *Purpur. ibi n. 11.* ſed admittuntur qui aliàs non admitterentur, *Alex. conſ. 156. n. 15. lib. 5. Honded. conſil. 29. n. 24. lib. 1.* Et propterea admittuntur conſanguinei, & domeſtici, *Purpur. ibi num. 11. in fin. & num. ſeq. Ang. de Caſt. conſ. 36. n. 1. & Alexand. de Neuo conſ. ſeq. num. 1. inter conſilia ma-*
8 *trimonialia.* In his enim quæ domi fiunt, non ſolùm admittuntur domeſtici in teſtes, *l. conſenſu, C. de repud. cap. veniens, el ſecundo de teſt. Car. in l. lex quæ tutores, num. 3. Cod. de adminiſtr. tutor. Bald. conſil. 427. n. 5. lib. 5. Alex. conſil. 151. n. 3. in fin. lib. 5.* Sed etiam eis magis creditur, quàm extraneis, *Aret. conſ. 13. n. 17. Felin. in cap. in litteris, poſt n. 6. de teſt. cum aliis per Gabr. de teſt. concl. 10. n. 38.*

9 Tertiò, non requiruntur teſtes in caſu iſto, omni exceptione maiores, propter adminicula, præſumptiones, & ſeriem facti, de quibus in deciſione, & latiùs per informantes, vt reſoluit Rota in vna Toletana, ſeu Mediolanenſi Matrimonij 17. *Martij* 1572. *coram Orano.*

Non obſtat, quod dicitur prædicta non procedere in teſtibus patientibus plures defectos, quia vltra quod non in omnibus dantur exceptiones, illæ quæ adducuntur, viſæ fuerunt Dominis leues.

10 Nam quoad Sebaſtianum Martinez, quem Domini ſine difficultate dixerunt eſſe omni exceptione maiorem, tum quia Sacerdos, & ob id maiori fide dignus, quàm laicus. *Alex. conſ. 143. n. 5. lib. 2. Aym. conſil. 267. n. 1. faciunt tradita à Gab. de teſt. concl. 41*
11 *n. 40.* Tum quia deponit de facto proprio, & propterea maiorem fidem meretur, quam teſtis ordinarius, *Aym conſ. 138. num. 7. circa med.* & facit pluſquam ſemiplenam probationem, *Caſ. de Graſſ. dec. 2. in fin. de empt. & vend. fuit dictum in Vrbenetana bonorum, 4. Iunij 1596. coram Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino, & ſæpius in aliis.* Tùm, & vltimò, quia fuit à parte aduerſa approbatus, adhibendo illum ad ſolemnizationem matrimonij.

Neque eius fidei aliquid eſt detrahendum ex eo quod ſciret animum Marchioniſſæ alienum à contrahendo matrimonio cum Don Philippo, quia de mandato Cardinalis de Caſtro Archiepiſcopi interfuit, & ad effectum illum excuſandi ſufficit, quod in actu matrimonij Marchioniſſa non reclamauit.

12 Minus facit, quod vti Parochus baptizauerit Marchioniſſam, quia nullibi in iure cauetur, quod propterea repellatur à teſtificando pro ipſa, & clarum eſt
13 edictum de teſtibus eſſe prohibitorium certarum perſonarum, ita vt quilibet admittatur in teſtem, qui non prohibetur, *l. 1. in princ. vbi Bald. ff. de teſt. Nell. in tract. de teſt. part. 2. n. 1. & 2. Socin. Iun. conſ. 32. n. 26. & ſeq. lib. 2.*

14 Multùm etiam deferebant Domini Donnæ Franciſcæ Enriquez, tum quia pleniſſimè informata, tùm quia eſt de nobiliſſimo genere, quod multum auget eius fidem, *Bald. in l. teſtium, n. 36. C. de teſt. Aym. conſ. 6. num. 18. Latè Tiraq. de nobilit. c. 20.*
num. 33. vbi poſt Gerard. quem allegat, dicit teſtimonium mulierum nobilium præferri teſtimonio virorum non nobilium. Item quia deponit contra proprium intereſſe in præiudicium propriæ filiæ, vt bene deducunt informantes, quo caſu multum creditur teſti, *Soc. Iun. conſ. 61. ſub n. 19. verſ. quod etiam, lib. 2. Surd. dec. 107. n. 5.* & multùm conſiderare ſolet Rota, *vt deciſ. 11. de ſurrepatr. in nou. Put. deciſ. 243. lib. 2.* 15

Non obſtat obiecta domeſticitas, quia vt dictum eſt 16
non minuit, ſed potius auget fidem teſtis in hac materia ratione præſumptæ mulieris ſcientiæ, & veritatis, *vt per Purpur. conſ. 579. ſub n. 11.*

Prout nec etiam qualitas affinitatis ex eo quod 17
eſſet nouercha Marchioniſſæ, vltra quod eo ipſo, quod deſiit eſſe vxor Marchionis Patris, deſiit eſſe Nouerca Marchioniſſæ, *Alex. conſ. 207. n. 10. in fin. lib. 6.*

Quod fuerit conſultrix, & mediatrix in hac cauſa, non bene probatur, & mirum eſt, quod notetur de magna affectione erga perſonam Marchioniſſæ, cum in adagium abierit Nouercalis amor.

Et quatenus dicitur eam mendacem, & periuram, dum dicit ſe aliàs depoſuiſſe, non cognoſcere, quod apocha eſſet ſcripta manu Marchioniſſæ, nec iuuari ex eo, quod ſubiungit negaſſe ob metum mariti, quia poteſt acceptari confeſſio negationis, & reiici qualitas metus, quæ habet contra ſe præſumptionem. Reſpondetur potius eſſe præſumendum metum,
quia cùm clarum ſit apocham fuiſſe ſcriptam manu 18
Marchioniſſæ, vt fuit oſtenſum in deciſione, & indubitatum Donnam Franciſcam habuiſſe notam manum Marchioniſſæ, excludendo metum includeremus fraudem, & dolum in negando. Vnde pro minori malo dicere debemus, vt fuit dictum in deciſione, quod metu mariti territa id fecerit, *ad tra-* 19
dita per Gabr. de crimin. concl. 1. num. 6. & metus eſt multùm veriſimilis propter indignationem, & furorem, qui maritum inuaſerat, propter talem ſcripturam, & quia coegit Marchioniſſam metu, & minis ad illam negandam, & contrafaciendam manum.

Quoad periurium, non eſt agendum an ex metuloſo iuramento incurratur, in quod contendunt 20
Doct. & laborant informantes pro vtraque parte. Quia non dicit ſe negaſſe cum iuramento, nec de illo apparet, & non præſumitur iuramentum in teſte, etiam ad effectum vt probet, *Abb. in cap. tuis, num. 8. de teſt. Crot. de teſt. part. 7. n. 15.* Vnde multò 21
minùs ad effectum, vt notetur de periurio, pro quo euitando ſemper eſt omnis interpretatio facienda, *cap. quemadmodum, de iureiurando, cum aliis per Boroi. conſil. 149. num. 12. lib. 1.*

Non obſtat, quod in primo examine nullum verbum dicat, quod Marchio eius vir fuiſſet occiſurus filiam, cùm tamen id deponat in ſecundo. Quia non propterea debet iudicari ſibi contraria, 22
nec varia, prout non ſunt contrarij, nec varij teſtes, ſi vnus deponat pluſquam alter *Anton. de Butr. in c. 1. in ſecunda oppoſitione, de off. leg. Alex. conſ. 64. num. 21. lib. 1. Dec. conſ. 163. num. 15. verſ. & pro fundamento, Corn. conſ. 220. col. 2. verſ. tamen dicta Tramaſina, lib. 1.* poteſt enim eſſe, quod ſuper eo non fuerit interrogata, & teſtis poteſt examinari ſuper omiſſis in primo examine, nec propterea dicitur ſe corrigere, *latè Gabr. de crim. concluſ. 28. num. 7. & ſequenti.* Nec faciunt tradita *per Innocent. & Abb. in cap. præterea, de teſt. cogend.* quia loquuntur quando eſt timor, quod teſtis potuerit inſtrui à patre, quod non poteſt applicari in caſu noſtro, attento quod Donna Franciſca erat omnibus benè conſcia, & dicit ibi *Abb. num. 12. circa med.*

quod hoc eſt arbitrarium Iudici, qui babet conſi-
derare qualitatem perſonæ, & alias circumſtantias.
Non eſt etiam inconueniens, quod ipſa dixerit eius
24 famulæ, quod ſe examinaret, & diceret veritatem,
quia licuit non ſolùm iuſſu, ſed etiam prece, & pre-
tio id facere, *Dec qui alios alleg. conſ. 189. n. 16. Rip.
in l. 1. n. 37 ff ſi cert. pet.*

25 Minùs etiam facit, quod dicitur fuiſſe ſociam
criminis in inferendo metum Marchioniſſæ: omiſ-
ſo enim quod in caſibus, in quibus veritas aliun-
dè baberi non poteſt, admittitur particeps, & ſo-
cius criminis, *Dec. conſ. 189. n. 10. Aym. conſ. 178.
poſt num 1. Alex. de Neuo dicto conſ. 37. ſub n. 2.
inter conſil a matrimonialia, Caputaquenſ. deciſ. 277.
n. 8. & ſequent. part. 3. & fuit dictum in vna Romana
relenationis indemnitatis, 3. Iuly 1593. coram Illu-
ſtriſſimo Cardinali Seraphino*, Donna Franciſca non
intulit, ſed retulit minas paternas, intuitu forſan
26 pietatis, dubitans (vt ipſa teſtatur) ne pater verè
minas exequeretur in filiam, quando illa ſuo non
obtemperaſſet imperio, & cùm deponat de eo, quod
ipſa fecit, tantò magis probat, vt in terminis
per Mandel. conſ. 77. n. 7. imò ſi aliàs eſſet inhabilis
ex eo ſolum, quod deponit in facto proprio, faceret
ſemiplenam probationem, *Paul. de Caſt. in l. 2. §.
ſi abſens, poſt n. 5 ff ſi ex noxacaa agat. Dec. conſ. 365.
num. 3. Afflict. dec. 369. n. 7. Sclaeſt. Aldobr. conſ. 14.
num. 14.*

27 Lupus de Slava fuit etiam habitus omni excep-
tione maior, quia erat benè informatus, cùm de
tempore contracti matrimonij eſſet Secretarius Mar-
chionis Patris, & nulla exceptione legitima repel-
li poteſt. *Gloſ. in cap. 1. in verſ. maiores, vbi Ho-
ſtienſ. num. 1. verſ. maiores, Abb. n. 5. Prapoſ. n. 7. de
28 conſang. & affin. Roland. conſ. 7. n. 13. lib. 1.* Licèt enim
de tempore examinis eſſet familiaris, & domeſticus
Donnæ Franciſcæ nouercæ, attamen domeſticus
perſonæ domeſticæ non repellitur à teſtificando. *In-
noc. & alij in c. inſinuanti, de off. deleg. Corſet. in verſ.
teſtis, ſing. 10. Aufrer. de teſt. n. 34. Gabr. concl. 10.
n. 53. de teſt. facit dec. Ægid. 605. & Rota 12. de teſt.
in non.*

Et nihil facit, quod dicat Sebaſtianum Sacerdo-
tem de tempore contracti matrimonij flaniſſe, &
tamen Sebaſtianus examinatus id non dicat, quia
non fuit de boc interrogatus, & ſufficit quod non
neget.

Dum dicitur conuinci de mendacio, quia dicit
retuliſſe Hieronymæ ſuæ matri, Marchionem ſibi
dixiſſe, quod filiam occidiſſet ſi in ſua perſeueraſſet
opinione. Hieronyma autem dicat filium ſibi ſolùm
dixiſſe de exhæreditatione, non obſtat, quia cum
29 hæc varietas, ſeu contrarietas non ſit circa ſub-
ſtantialia non eſt attendenda, *Alex. conſ 5. num. 10.
lib. 1. Iaſ. in l. 2. ſub num. 36. verſ. confirmo, C. de bo-
nor poſſ. ſecund. tab. Dec. conſ. 100. poſt n. 4. verſ. tertiò
hoc, Ruin. conſ. 36. num. 1. lib. 4. Caputaquenſ. dec. 270.
n. 2. circa med. part. 3.* prout nec mendacium, & fal-
ſitas, *Dec. d. conſ. ſub n. 4. verſ. ſimiliter falſitas, Rim.
Sen. conſil. 44. num. 6. Ruin. d. conſ. 36. num. 3. Ca-
30 putaquenſ. vbi ſuprà.* Vlterius facile euitatur contra-
rietas referendo illam dictionem (ſolum) ad ver-
bum, ſibi, ideſt quod ſibi ſoli, & non aliis dixerit, aut
ad alia verba, ex quibus tollatur repugnantia, licèt
in originali materno ſermone concepto non repe-
riatur huiuſmodi dictio, ſed errore interpretantis fue-
rit adiecta.

Facile etiam conciliatur alia prætenſa contra-
rietas, quod dicat ſe fuiſſe præſentem quando Cardi-
nalis loquebatur cum Marchione Patre, cùm ta-
men ſeptimus, & nonus teſtis dicant neminem vi-
diſſe, quia teſtis iſte deponit de tempore antequam
Marchioniſſa fuiſſet vocata, alij de tempore quo ibi
reperiebatur Marchioniſſa; præſumendum eſt enim,
quod loquatur de tempore diuerſo, & ſucceſſiuo
ad euitandam contrarietatem, *Felin. in cap. tranſlato,* 31
*num. 8. circa med. de conſtit. Ruin. conſ. 130. num. 6.
lib. 4. & fuit dictum in vna Vlyboneaſi profeſſionis, 9.
Maij 1580. coram Lauretano.*

Corruit etiam alia prætenſa contrarietas inter
ſuum dictum, & depoſitionem Sebaſtiani Martinez,
quia dicit nullum extraneum fuiſſe vocatum ad
celebrationem matrimonij, & Sebaſtianus atteſta-
tur fuiſſe præſentes nedum famulos, ſed etiam Equi-
tes, & nobiles. Quoniam idem Sebaſtianus ſubiun-
git dictos Equites, & nobiles fuiſſe de domo Mar-
chionis.

Sunt etiam vanæ exceptiones, quæ dantur contra
Donnam Hieronymam, licèt enim dicat Nouercam
feciſſe minas mortis, quas Nouerca examinata non
dicat feciſſe. Attamen ſatis eſt, quod non neget
feciſſe.

Et dum obiicitur, quod teſtes dicunt nullum re-
manſiſſe in cubiculo in quo erat Cardinalis, reſpon-
detur Hieronymam nullibi deponere, quod aliquis
remanſerit.

Ad illud, quod alij qui fuerunt præſentes, non 32
deponant de minis mortis, vt deponit ipſa, reſpon-
detur, quod forſan non aduerterunt, aut non audi-
uerunt, prout aduertit, & audiuit ipſa, vt in fortio-
ribus terminis dicunt *Alex. conſ. 10. num. 5. lib. 1.
Corn. conſ. 202. num. 1. lib. 4.*

Nullam etiam exceptionem patiuntur Antonius
de Galarza, & Donna Franciſca de Figueroa. Quia li-
cet dicatur fuiſſe eiectus à Marchione, eo quia ſuſpi-
cabatur, ne ipſi præſtarent conſilium Marchioniſſæ, 33
Marchio erat mortuus de tempore depoſitionis, quod
tempus ſemper inſpicitur ad effectum habilitandi, vel
inhabilitandi teſtem, *l. 3. in princ. ff. de teſt. gloſ. in l.
Carbonianum, §. cauſa, in verſ. non eandem, ff. de Carbon.
edict. Bart. in l. ad teſtium, §. conditionem, num. 4. ff.
de teſtib. Alex. conſ. 149. num. 7. lib. 5.* & nihil ha-
beut agere cum Don Philippo, cum quo cauſa agi-
tur.

Nihil etiam refert, quando eſſet verum, quod
Donna Franciſca deſideraſſet, quod Marchioniſſa
nuberet cum Don Franciſco de Zuniga, quia Don
Franciſcus de tempore examinis erat vxoratus, & ſic
euanuerat huiuſmodi deſiderium.

Donna Ioanna Enriquez, licèt ſit ſoror Mar- 34
chioniſſæ, attamen admitti debet in cauſa matri-
monij, præſertim quando non eſt diſparitas inter
coniuges. *Gloſſ. & Doct. in cap. ſuper eo, el 2. de teſt.
Abb. in cap. videtur, num. 2. & ſub num. 6. qui ma-
trim. accuſ. poſſ. Dec. conſ. 263. num. 26. Pariſ. conſ. 58.
ſub num. 24. lib. 4. & dixit Rota in illa Valentina pro-
feſſionis coram illuſtriſſ. Blanchetto.* Imò præfertur
extraneis, quia præſumitur habere plenam notitiam
contractus matrimonij, *Abb. vbi ſuprà.*

Quod Ruffina Lopez inſeruierit Marchioniſ- 35
ſæ nihil eſt, quia quando etiam ſeruientes repelle-
rentur, non eſſet repellenda ipſa, quæ tempore de-
poſitionis non erat in ſeruitio, *Spec. de teſt. §. 1.
num. 13. verſ. quid ſi olim, Abb. in capit. in literis, n. 6.
vbi Felin. num. 8. de teſt. Alex. conſ. 5. num. 9. lib. 1.
Crot. conſ. 131. num. 56.*

Contra Ioannam de Segura, Mariam de Narnaez, 36
& Ioannem Antonium Galarza opponitur, quod
ſunt famuli Marchioniſſæ: ſed nihilominus admitti
debent famuli Illuſtriſſimæ perſonæ. *Lanfr. de teſt.
n. 61. Aufrer. de reprobat teſt. ſub num. 43. verſ. fallit
ſi ſit famulus*, præſertim ad teſtificandum de his, quæ
domi facta ſunt, *ad not. in l. conſenſu, §. ſeruis etiam
ſeu ancillis, C. de repud. Crot. d. conſ. 131. num. 26.*

Alex.

Alex. de Neuo conſ.4.num. 13. qui de probatione metus loquitur.

37 Catharina de Maiorga, Magdalena, & Aloyſia de Figueroa non prohibentur teſtificari pro Marchioniſſa, eo quia ſunt famulæ Donnæ Franciſcæ Nouercæ, vt ſupra dictum eſt de Lupo de Slaua.

Aliæ exceptiones quæ dantur, viſæ ſunt Dominis parui momenti, & benè ſublatæ per informantes pro Marchioniſſa; dicta enim teſtium non ſunt cauillanda, ſed iuuanda, & ſuſtinenda pro viribus. *Caſſad. dec.3. n.5. de probat.* etiam per ſupplicatio-
38 nem, *Dec.conſ.291. n.2.& 595.n.5.* & contrarietates, quammaximè fieri poſſunt, ſunt conciliandæ, *Caſ. de Graſ.dec.4.n.5.de teſt.*

Ad ſecundam partem dubij, quæ reſpicit validitatem examinis, duæ principaliter obiiciuntur nullitates. Prima ex ſuſpenſione petitorij, ex ommiſſione interrogatoriorum altera.

39 Quoad primam fuit dictum poſſeſſorium fuiſſe terminatum per depoſitum Marchioniſſæ, prout ſæpè contingit in Rota per ſequeſtrum, & alio mo-
40 do terminari non poterat, quia reſtitutioni non erat locus, cum ea non detur in matrimonio, niſi quando conſtat de legitimo conſenſu, *cap. ex tranſmiſſa, vbi gloſ. in verb. legitimè, Ioan. Andr. n.5. Ant.de Butr. ſub n.10.verſ. Ioannes Andreas approbat, Abb. ſub n.5.verſ.contra quod, de reſt.ſpol. cap.ex parte, vbi Butr. in Summario Bellamer. ſub n.12. eod.*
41 *tit.* & ratio eſt, quia non poteſt in perſona libera haberi quaſi poſſeſſio huius ſeruitutis coniugalis, niſi ex legitimo conſenſu. *Bellamer. vbi ſub num. 12.* & propterea poſſeſſorium matrimoniale habet admixtam cauſam proprietatis. *Card.in d.cap.ex parte, n.4. Bellamer.num. 2. Anchar. in d.cap. ex tranſmiſſa, in fin. Mill. in verbo poſſeſſio, & quaſi iuris matrimonialis, Rip. in l.naturaliter, §.nihil commune, ſub n.83. ff. de acquir.poſſ.*

42 Hinc ſequitur, probationes Marchioniſſæ ad excludendum conſenſum fuiſſe admittendas, non ſolùm ratione mixturæ, ſed etiam quia in hoc procedit poſſeſſio iuris, *vt dicit Imol. in d. cap. ex parte,*
43 *poſt num. 10.* & probationes ſuper metu benè excludebant conſenſum, qui adeſſe non poteſt, vbi metus, & coactio interuenit, *cap. cum locum, de ſponſal.* & in filia à Patre territa, quod non dicatur ma-
44 trimonio conſenſiſſe, *tradit Felin. conſ.14 n.6.* facit quia reſtitutio in ſpolio matrimoniali non datur, ſi poſſeſſio non fuit iuſta, vel fuit violenta, *Specul.de peti.& poſſeſſ.§.fin.n.2.in fin. Goffred.in Summa de reſtit.ſpoliat.n.2.ad fin.*

45 Rurſus cùm negaretur matrimonium, & eſſent in promptu probationes, debebant admitti, & retardari reſtitutio, propter periculum animæ, & timorem peccati, ne daretur cohabitatio illicita, *cap. gaudemus, de diuort. Alex. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 20. vbi Rip. ſub n.83. ff. de acquir. poſſ. Couar. de ſponſal. part. 2. cap.7.§.5. n.9. poſt med. cum multis per Gabr. de reſtitut. ſpoliat. concluſ.1. n.150.* Vbicunque enim ad reſtitutionem faciendam poſſeſſio dat occaſionem peccati, debet admitti pars aduerſa ad docendum de proprietate, *Feder. de Sen. conſ.283.n.4.*

46 Præſertim quia concurrebat aliud periculum propter virginitatem, & incorruptionem Marchioniſſæ, *gloſ.in c.1.in verb.ſuſpectum, vt lit.non conteſt. Specul. vbi ſupra, ſub n.2. latè Bellam. in c. ex parte, ſub n.11. verſ. ſecunda concluſio, de reſtit. ſpoliat.*

Ad ſecundam nullitatem ex omiſſione interrogatoriorum fuit dictum ex tali omiſſione non concludi ad nullitatem examinis, *Alex.conſ.172.n.9. lib.2. Dec. in c.licet cauſam, n.56. de probat. Put. dec. 417. lib.3.& 317.lib.2. Accoramb.dec.49.*

Et imputare ſibi debet pars aduerſa, quod illa non 47
exhibuerit coram Nuncio, prout fuerat monita, ſub comminatione, quod aliàs examinarentur ſine illis, *Pereg.dec.129.libro 1.& 68.lib.2.*

Neque obſtat, quod dicitur fuiſſe exhibita quædam interrogatoria, tum quia de dicto tempore erant examinati plures teſtes. Tum quia cum receptor ha- 48
beret in mandatis ſolùm facultatem examinandi ſuper articulis, non poterat aliquid addere, & alterare formam ſibi traditam, & bene fecit illa non admittendo, & debuiſſet pars redire ad Iudicem, *vt per Franc. Marc. dec. Delphin.427.part.2.* & in omnem euentum ſufficere poſſunt teſtes examinati ante illorum exhibitionem.

Alia expoſitio ex defectu citationis ad dicendum 49
contra articulos non placuit, quia ſatis eſt, quod fuit intimata commiſſio receptoris, in qua dicebatur, quod examinaretur ſuper articulis hinc inde deductis. Vnde pars tunc potuit opponere. *Caſ.de Graſ.dec.15.n.4. de fid.inſt.*

Cætera deducta ex aduerſo pro nullitate examinis benè tolluntur per informantes, quorum reſponſiones placuerunt Dominis.

Ex quibus fuit concluſum, teſtes eſſe idoneos, & validè examinatos, &c.

Hiſpalenſis Matrimonij de Alcala.

Lunæ 23.Iunij 1608.

Coram Ludouiſio:

ARGVMENTVM.

Ex quibus metus probetur ad effectum annullandi matrimonium.

SVMMARIVM.

1 *Metus probatur per indicia, & coniecturas, etiamſi agatur de infirmando matrimonio ex cauſa metus.*

2 *Hoc tamen procedit in coniecturis propinquis, & mediatis, non autem in remotis, & diſtantibus.*

3 *Coniectura, & indicia metus in muliere contrahente matrimonium, quænam ſint.*

4 *Metus multum præſumitur ex proteſtationibus metum paſſi.*

5 *Et concurrentibus indiciis proteſtationes plenè probant metum.*

6 *Metus valdè arguitur ex qualitate perſonarum, tam incutientis, quàm patientis metum.*

7 *Metus minor requiritur in muliere, quàm in maſculo, propter fragilitatem ſexus.*

8 *Et ideo in muliere non requiritur metus, qui cadat in conſtantem virum, ſed ſufficit, vt cadat in conſtantem mulierem.*

9 *Metus reuerentialis licèt ſolus, & nudus ſufficiat ad infringendum matrimonium, tamen ſecus eſt ſi cum eo concurrant alia metus indicia.*

10 *Coactio leuis non ſufficit pro iuſto metu.*

11 *Metus ad annullandum matrimonium non eſt neceſſe quod ſit talis, quod interueniant mina mortis, aut cruciatus corporis, ſed ſufficit metus cadens in conſtantem virum, & ſub num.15 reſpondetur ad plures auctoritates in contrarium facientes.*

12 *Metus cadens in conſtantem virum quis ſit, relinquitur arbitrio Iudicis.*

13 *Metus minor ſufficit quando eſt illatus ab eo, cui reuerentia*

reuerentia debetur, quàm ſi eſſet illatus ab extraneo.

14 *Mina iuncta cum metu reuerentiali inducunt iuſtum metum, etiamſi non ſint mina mortis.*

15 *Metus iuſtus inducitur ex terribilitate perſonæ, cui reuerentia debetur.*

16 *Metus iuſtus, dato quod eſſe debeat mortis, aut cruciatus corporis, ſufficit quod paſſus metum de iſtis probabiliter ſuſpicari potuerit.*

17 *Metus iuſtus ex affectu metuentis dignoſcitur.*

18 *Matrimonium requirit libertatem animi non ſolum à compulſione, ſed etiam à timore compulſionis.*

19 *Mina paterna ſunt difficilis probationis, & ideo admittuntur ad illas probandas teſtes, qui aliàs non admitterentur.*

20 *Metus probatur ex teſtibus ſingularibus, reprobata contraria opinione.*

21 *Teſtes ſingulares probant concurrentibus adminiculis.*

DECISIO CCCLXXIV.

DIE 18. Iunij anni præteriti reſolutum
fuit conſtare de metu Dominæ Marchioniſſæ
ab initio contracti Matrimonij: ſed quia informantes pro parte D.
Don Philippi, aut non acquieſcebant Deciſioni,
aut ſaltem eam tantum admittebant ad effectum, qui
tunc agebatur, cumulandi petitorium cum poſſeſſorio
iuxta arbitrium Rotæ traditum à Signatura Sanctiſſimi,
non autem ad effectum infringendi matrimonium,
placuit Dominis, quod particulariter dubitarem,
an conſtet de tali metu, qui ſufficiat pro
annullando matrimonio? Et parte vtraque informante
fuit vnanimi omnium voto affirmatiuè conclusum.
Regula enim rationibus, & authoritatibus
1 in deciſione firmata eſt, quod metus probetur per indicia,
& coniecturas, procedit etiam quando agitur
de infirmando matrimonio, ea enim in his terminis
paſſim vtuntur Doctores, *& ſignanter Barbat. latè
conſ. 45. in ſecundo dubio, lib. 2. Alex. conſ. 98. num. 6.
lib. 3. & conſ. 21. n. 8. inter conſ. matrim. Purpurat.
conſ. 579. n. 12. Pariſ. conſ. 60. num. 20. lib. 4. Couar. in
epitom. de ſponſal. p. 2. c. 3. §. 5. n. 10. & vſa fuit Rota
in Nicien. matrimonij, 6. Martij 1588. coram Illuſtriſſimo
Cardinali Seraphino.*

2 Nec turbabat Dominos doctrina Salic. ex aduerſo
allegata *in l. interpoſitas, num. 3. C. de tranſact.* dum ex
illo textu notat non ſufficere probare quaſdam veriſimilitudines,
vel hominis coniecturas ad probandum
metum, quia debet intelligi de coniecturis, & veriſimilitudinibus
remotis, & diſtantibus, non autem
de propinquis, & immediatis, vt declarat *Bald. in
d. l. num. 6. Paul. de Caſt. num. 4. Iaſ. n. 1. in fin.* aliàs Salic.
ita ſimpliciter, & indiſtinctè intellectus loqueretur
non ſolùm contra veram interpretationem illius
text. ſed etiam contra receptiſſimam regulam in materia
metus.

Coniecturæ autem propinquæ, & immediatæ hic
plures concurrebant ſigillatim perpenſæ in deciſione,
tam ex præcedentibus, & ſequentibus, quàm ex ipſo
actu matrimonij.

3 Maximum autem indicium videbatur nimia auerſio
animi Marchioniſſæ erga huiuſmodi nuptias, cuius
apertiſſimum reddebant teſtimonium, non ſolùm
contra dictio, quam ſæpius fecit importunis ſollicitata
precibus eorum, quorum nutui aliàs obedire debuiſſet,
ſed etiam continuæ lamentationes, & frequentes
proteſtationes, quas vbique, & omni tempore
emittebat: ſuſpiria, lachrymæ, animi deliquium
& triſtitia, & alia ſigna, quod inuita trahebatur ad dictas
nuptias.

Ex circumſtantiis etiam facti præcedentibus matrimonium
vehementia metus oriebantur indicia, &
præſertim, quia Marchioniſſa fuit in perpetua cuſtodia
poſita, omni deſtituta libertate, tam eundi, quam
loquendi, niſi quò, & cum quibus placuiſſet Marchioni
Patri.

Et illi erat non ſolùm interdicta omnis ſpes recurſus
ad Superiorem pro libertate conſequenda, ſed
etiam patiebatur contrarium Superioris imperium, &
vim. Ex circunſtantiis inſuper in actu matrimonij
multa ſe offerebant argumenta metus, videlicet nimia
feſtinantia, clauſura oſtij, præſentia virorum armatorum
exteris introitum prohibentium, abſentia propinquorum,
& alia in deciſione adducta.

Quæ ſaltem ſimul iuncta metum ſufficientem pro- 4
bant, præſertim ſtantibus proteſtationibus toties iteratis,
quæ multùm conferunt ad probationem metus,
*Ang. in l. metum, la 3. ff. quod met. cauſ. Dec. in cap. fin.
ſub num. 21. verſ. benè verum eſt, de appellat. Purpur.
d. conſ. 579. n. 4. in fin. Rip. in c. cum M. Ferrarienſis, ſub
num. 93. verſ. proteſtatio enim, de conſt. Natt. conſ. 50.
n. 18. Couar. in Epit. de Sponſal. p. 2. c. 3. §. 5. n. 12.* & 5
concurrentibus coniecturis, & indiciis, eum plenè
probant. *Bald. in cap. qua cauſa, n. 4. in fin. de his, qua
vi, metuſve cauſ. fiunt. Aug. in l. metum autem, la 2.
in princ. verſ. [illegible] qualiſcunque, ff. de eo, quod met. cauſ.
Purpur. d. conſ. n. 4. ante med. Petr. de Borb. conſil. 24.
[illegible] inter conſ. matrim.*

Conſiderarunt etiam Domini qualitatem perſonæ, 6
tam incutientis metum, quàm patientis, *iuxt. conſil.
Calder. 1. de his qua vi metuſve cauſ. fiunt.* Agebatur
enim cum Patre potente, ſeuero, irato, & minante,
ac ſolito minas exequi contra oppugnantes
ſuam voluntatem, qui ad magis terrendum adhibuerat
etiam Superioris, & Archiepiſcopi imperium.
Econtrà aderat Marchioniſſa filia, puella, & Virgo,
quæ, vt dicunt teſtes, Patrem valdè metuebat, & non
eſt dubium minorem metum requiri in muliere, quàm
in maſculo, *iuxt. gloſſ. communiter recept. in cap. cum
locum, in verb. metus, de ſponſ.* faciliùs enim in fragiliori 7
ſexu metus toleratur, & præſumitur. *Aret. conſ. 24.
poſt n. 7.* & in debiliori perſona minor metus ſufficit.
*Imol. in cap. cum dilectis poſt num. 8. de his, qua vi met.
cauſ. fiunt.*

Neque eſt verum, quod in muliere requiratur 8
metus, qui in virum conſtantem cadat, quia ſufficit
ille, qui cadat in conſtantem mulierem. *Ane. de Butr.
in cap. conſultationi, in 4. notab. & ibi Præpoſ. in vlt.
not. Abb. num. 4. de ſponſ. Aret. conſil. 24. num. 7. Roman.
ſing. 229. Felin. conſil. 14. ſub num. 7. Dec. in cap.
cauſam matrimonij, ſub num. 7. de offic. deleg. Boër. deciſ.
100. num. 1 ad fin. & ad d. c. conſultationi,* quod loquendo
de muliere requirit metum cadentem in conſtantem
virum, bene reſpondent *Præpoſ. & Dec.
vbi ſupra.*

Et ſi verum eſſet, quod indiſtinctè, tam in fœmina,
quàm in maſculo requireretur metus cadens in
virum conſtantem, inanis eſſet regula, quod metus
probetur inſpecta qualitate perſonæ, quam conſtituunt
*Bald. in c. ſuper eo, in fin. de teſtib. Alber. in rub.
ff. ex quib. cauſ. maior. n. 1. Purpur. d. conſ. 579. n. 4. cum
aliis adductis in deciſione.*

Non obſtat, quod ex aduerſo dicitur, non ſufficere 9
probare metum in genere, ſed debere probari in ſpecie,
quia hic habemus metum in ſpecie probatum,
videlicet metum reuerentialem, qui licet ſolus, &
nudus non ſufficiat, attamen ſecus eſt ſi cum eo concurrant
alia metus indicia, & adminicula; *Bald. in
l. ſi cogente, ff. de rit. nupt. Alciat. conſ. 1. num. 15. lib. 8.
Molin. qui alios congerit, de primog. Hiſpan. lib. 2.
cap. 3.*

Digitized by Google

cap.3.n.9.& 10. qui dicit præcipuè verum in muliere, & dicit Rota in Valentina profeſſionis, 17. Aprilis 1570. coram Cardinali Lancelloto.

Iura autem, ac auctoritates, quæ ex aduerſo allegantur, vel loquuntur in metu reuerentiali nudo, & ſolo, ita enim loquitur allegata *l.ſi cogente*, cum ſic eam intelligant *Bald. ibi, & Abb. in c.1. n.4. de*
10 *deſponſ.impub.* vel loquũtur de coactione non graui, ſed leui, quæ non ſufficit, *gloſſ.in cap.præſens, in verb. patrem, in fin. 20.q.3. Abb.in c.cum virum, num.8.circa med. de regul. Felin.in c.cauſam matrimonij, n.3. ante fin.verſ.modò probatur, & ibi Dec.ſub num.7. de offic. deleg.Couarr.de ſponſ.p.2.c.3.§.6.circa fin.*

Nec obſtat illud in quo informantes pro Don Philippo faciunt præcipuum fundamentum, quod ad annullandum matrimonium requirantur minæ mortis, aut cruciatus corporis pro ſufficienti metu, quia fuerunt datæ plures reſponſiones.

11 Et primò hoc non eſſe verum, quia ad iſtum effectum ſufficit metus cadens in conſtantem virum, *dict.capit.conſultationi, de ſponſ.* quis autem ſit metus cadens in conſtantem Virum, relinquitur arbitrio
12 Iudicis, *Alex.conſ.156.n.5. in fin.libr.5. Socin. Iun. conſ.77. n.45. lib.1.plures cumulat Thomas Sanchez lib.4.diſputationum, diſp.5.num.1.* qui rationem aſſignat, eo quia non poſſunt in particulari exprimi omnes caſus, & in decurſu dictæ diſputationis enumerat duodecim caſus metus cadentis in virum conſtantem. Non poſſet autem eſſe arbitrarium Iudici, ſi eſſet abſolutè in iure diffinitum, quod requirerentur minæ mortis, aut verbera, & non eſſet verum, quod reperiantur tot caſus, in quibus verificari poſſet metus Viri conſtantis.

13 Non obſtat *l.interpoſitas, C.de tranſact.* nam quatenus requirit ſalutis periculum, vel corporis cruciatum, hoc habet locum quoad verba edicti, & actionem directam, ſecus eſt quoad vtilem actionem, & mentem Prætoris, quia ſufficit minor metus, & aliunde proueniens, vt declarant ibi Doctores, & in ſpecie *Ang. & Paul.de Caſtr.in princ.* Et propterea *Bald.ibi num.8. Salic.num.5.& Curt. Iun.num.7.* dicunt ſufficere ſi timeatur graue damnum in bonis.

Gloſſ. in d.cap. conſultationi, in verſ. in conſtantem Virum, intelligi debet, vt loquatur per modum exempli, quod metus mortis, aut cruciatus corporis ſint quidem metus cadens in conſtantem, ſed non ita, quod non poſſit aliter dari talis metus; hoc benè comprobat *Ang. in d.l. interpoſitas, in princ.* dum dicit, Nota quod metus debet eſſe talis, qui cadat in virum conſtantem, putà mortis, vel corporis cruciatus, facit etiam quod tradit *Cald. conſ.1. circ. princ. de his quæ vi metuſve cauſ. fiunt*, vbi dicit metum iuſtum iudicari ex circumſtantiis, non ſolùm quæ continent cruciatum corporis, ſed etiam quæ continent verba comminatoria, maximè mortis.

Alex.conſ.156.num. 20.lib.5. refert ſe ad ſuperiùs per ipſum dicta: ſupra autem *num.5. verſ. & etiam*, dixerat, quod poteſt variis ex cauſis, & per minas, & aliter inferri iuſtus metus cadens in conſtantem Virum.

Secundò principaliter reſpondetur, quod dicitur de metu cruciatus corporis, aut mortis, procedere in extraneo, non in eo, qui reuerentiam debet. *Bart.*
14 *in l.1.§.quæ oneranda, num.4.ff.quar.rer.act.non dat.* clarum eſt enim propter reuerentiam debitam minorem metum ſufficere. *Franc.Mar.dec.1090.n.2.p.1.* & fuit dictum in deciſione.

Accedit *quod Bart. in d.§. quæ oneranda, in fin.* & concordantes adducti in eadem deciſione, dum dicunt
15 minas cum metu reuerentiali ſufficere, loquuntur ſimpliciter de minis, nec ſe reſtringunt ad minas mortis, & *Ant. Gomeſ. var. reſolut.tom.2.cap.14. num.17.verſ.ſed his non obſtantibus,* ibi, *præterquam ſi cum prædicto metu*, dicit, quod quales debeant eſſe iſtæ minæ, cum non reperiatur à iure determinatum, pendet ab arbitrio iudicantis, & eſt de mente *Abb.*
in cap. cum Virum, num.8. circa fin.verſ. Iudex ergo 16
circumſtantiis, de regul. Et propterea dicit *Abb.paulò ſuperiùs,* quod reuerentia cum terribilitate perſonæ ſufficiunt pro iuſto metu, quod etiam vult *Felin. in cap. cauſam matrimonij, ſub num.4.verſ.quod talis reuerentia, de offic.deleg.*

Tertiò reſpondetur, quod vbi verum eſſet timo- 17
tem debere eſſe mortis, aut cruciatus corporis, non tamen propterea requirerentur minæ mortis, aut cruciatus, ſed ſufficeret, quod Marchioniſſa probabiliter ſuſpicari potuerit de morte, aut cruciatu. *Alexand. conſil. 98. numero 5. & Alex. de Neuo conſil. ſeq. num.6. & 7. lib. 3. idem Alexand. conſil.21.ſub n.5.ſuper conſ.matr.Rimin Iun.conſ.361. num.73.*

Timor enim iuſtus ex affectu metuentis dignoſ- 18
citur. *Alber, in rub.ff. ex quibus cauſ. maior. num.1.* & iuſta metus ſuſpicio ſufficit pro metu. *Bald. in l.fin. num. 7. C. de iur. deliber. Rimin. Sen. conſ.15. n.16. Alba conſil.77.n.11.Gram. deciſ.5.num.7. cum duobus ſeqq Pariſ. conſ.60.n.13. lib.4.* & dicit *Bald. conſ.165. ad fin. lib.2.* quod in matrimonio animus debet eſſe liber, non ſolùm à compulſione, ſed etiam à timore compulſionis.

Marchioniſſam autem talem metum, & ſuſpi- 19
cionem concepiſſe, probat Doctor Sebaſtianus Martinez ſuper 6. qui deponit ſe ab ea rogatum fuiſſe, ne abiret propter dubium, quod habebat, ne Pater aliquid damni ſibi afferret. Melina etiam Donna Maria de Naruaez, quæ deponit Marchioniſſam dixiſſe, quod timebat ne à ſuo Patre occideretur, ſi dixiſſet nolle ſe contrahere matrimonium cum Don Philippo. Et quod iſta ſuſpicio non eſſet omninò vana, probat depoſitio Materteræ, quæ benè informata de animo, natura, & ira ſui viri dicit ſe pro certo habere, quod Marchio occidiſſet filiam ſi ſibi in hoc non obtemperaſſet.

Quartò præſuppoſito ad omne peius, quod requirerentur minæ mortis, aut verberum. Reſpondetur minas huiuſmodi interceſſiſſe, Illas enim probant Lupus de Slaua, & Donna Hieronyma de Mendoza, quorum dicta coadiuuantur ex dicto Donnæ Franciſcæ de Figueroa deponentis de auditu, & depoſitione Donnæ Hieronymæ de Mendoza, & Donnæ Franciſcæ Enriquez, quæ dantur in Summario.

Nec obſtant obiectiones, quæ dantur contra perſonas, & eorum dicta, quia placuerunt Dominis
reſponſiones datæ in vltima deciſione facta 28. 20
Ianuarij præteriti, ſupponendo minas paternas eſſe difficilis probationis, *Bertrand.conſ.64.n.5.part.1.in antiq. Alb. conſ.77.n.9. Boer. deciſ.101.n.1.* itaut propterea admittantur teſtes, qui aliàs non admitterentur. *Alex.conſ.136.n.15.lib.5. Hond. conſ.29. num.24.lib.1.*

Nec obſtat, quod dicitur teſtes eſſe ſingulares, & propterea non probare minas, quia magis placuit
Dominis ſententia *Angel. Cros.* & aliorum volen- 21
tium, quod in hoc admittantur teſtes ſingulares, & Doctores in contrarium adducti, vel non dicunt id, ad quod allegantur, vel procedunt quando agetur de probandis minis ſolis, & propter ſe, non autem pro eruendo metu, *iuxt. dict. Anchar. conſil. num.7. circa med. quem ſequ. Sylu. Aldobr. ex aduerſo allegat. conſ.71. num.38. & 39. qui facit pro opinione Ang. & Crot.*

Iuxta

22 Præterea Teſtes ſingulares probant concurrentibus adminiculis, *Paul. de Caſt. conſil. 281. num. 10. ad fin. verſ. item non obſtat, quod Teſtes ſunt ſingulares, lib. 1. & conſil. 250. poſt n. 3. lib. 2. Aym. conſil. 178. num. 8. Cephal. conſil. 141. ſub n. 12. verſ. & propterea. Gabr. de Teſtib. concluſione 3. in fin. Roland. conſ. 82. n. 47. lib. 1. Surd. conſ. 93. n. 65. fuit dictum in vna Biſigniam. penſionis, 17. May 1574. coram Card. Lancelloto, & in vna Romana fideicommiſſi, 20. Decembris 1582. coram Bubalo.*

Adminicula autem ſunt ex depoſitionibus aliorum Teſtium, & ex multis circumſtantiis ponderatis per informantes, & adductis in prima deciſione huius cauſæ.

Alia ex aduerſo deducta vel ſunt ſublata in dicta deciſione, vel tolluntur ex deductis per informantes pro parte Dominæ Marchioniſſæ.

Hiſpalenſis Matrimonij de Alcala.

Lunæ 15. *Decembris* 1608.

Coram Ludouiſio.

ARGVMENTVM.

Metus nunquam cenſetur purgatus durante eadem cauſa metus, non obſtante, quod actus geſti præſeferant liberam voluntatem, & non obſtante quocunque temporis interuallo.

SVMMARIVM.

1 *Metus ſemel illatus durare præſumitur.*
2 *Quod de plano procedit vigente eadem cauſa metus, & num. 8.*
3 *Meticuloſi cenſentur omnes actus facti durante eadem cauſa metus, etiamſi præ ſe ferant liberam voluntatem, & lætum, iucundumque animum.*
4 *Ampliatur procedere non obſtante quocunque temporis interuallo.*
5 *Metus cauſa dicitur durare, donec viuit ille, qui metum intulit.*
6 *Metus purgatio requirit, vt ille, qui metum paſſus fuit, ſit in plena libertate conſtitutus.*
7 *Metus purgatio ceſſat ſtantibus præcedentibus proteſtationibus metum paſſi, maximè vigente eadem cauſa metus.*

DECISIO CCCLXXXII.

ACTVM fuit de purgatione metus per Dominam Marchioniſſam paſſi in contrahendo Matrimonio cum Don Philippo, quæ diſcuſſio triplicem habuit inſpectionem, prout tria reſpiciebat tempora, tempus videlicet quo hac vita functus fuit Don Petrus Lopez Portocarrero Marchio, Pater Marchioniſſæ; tempus quo Marchioni ſuperuixit Cardinalis de Caſtro Archiepiſcopus Hiſpalenſis, & demùm tempus poſt obitum vtriuſque.

1 Domini pro nunc determinantes primum tempus tantùm, ſine contradictione, & difficultate reſoluerunt per actus factos viuente Marchione Patre non fuiſſe purgatum metum. Moti ex regula, quod metus ſemel illatus durare præſumitur, *Bart. in l. 2. n. 10. C. de his, quæ vi, metuſve cauſ. fiunt. Aret. conſ. 140. 181 Iaſ. conſ. 165. col. penult. verſ. benè facit quod not. abſolutè lib. 2. Rebuff. conſ. 68. n. 24. deciſ. Pedem. quæ alios allegat, & rationem adducit, 179. ſub n. 11. verſ. hic infert.* Qua regula ad excludendam purgationem metus via fuit Rota *in Neapolitana Profeſſionis, 26. Iunij 1598. coram Orano.*

Et de plano procedit vigente cauſa, & ratione metus, *c. cum locum, de ſponſ. c. accedens, de Procurat. Bart. in l. penult. num. 7. vbi etiam Iaſ. ſub num. 3. verſ. 3. limita, ff. de condict. ob turpem cauſ. Bald. in l. 2. ſub n. 10. verſ. 2. caſu, Cod. quod metus cauſ. Angel. in l. qui aliena, §. Celſus ff. de acquir. hæred. Barbat. conſ. 54. n. 6. & 15. lib. 1. Alex. conſ. 98. ſub num. 7. lib. 3. latè Dec. conſil. 219. num. 4. circ. med. verſ. ſed his, & ſimilibus, Purpur. conſ. 579. num. 14. & 15. Corn. conſ. 42. n. 15. in fin. lib. 2. Pariſ. conſ. 139. in fin. lib. 4. Grat. conſ. 38. n. 17. lib. 1. Alba conſ. 77. n. 14. dixit Rota in Toletana Matrimonij, coram Illuſtriſſ. Cardinali Seraphino, 23. Ianuarij, 17. Martij, & 27. Octobris anni 1589. & prius in Nicienſi Matrimonij 27. Ianuarij 1586. coram Gipsio.* 2

Quamdiu enim durat cauſa metus, quicumque actus fiant, etiamſi præſeferant liberam voluntatem & lætum, iucundumque animum, nedum metum non purgant, *Abb. antiq. in c. ſuper hoc, verſ. filia cuiuſdam ciuis, de renunc. vbi etiam Ioan. Andr. Imol. & Abb. Alex. conſil. 99. ſub num. 8. lib. 3. Barbat. dicto conſil. 54. num. 5. Pariſ. conſ. 43. num. 7. lib. 4. Grat. dicto conſ. 38. ſub num. 17. cum aliis quos refert, & ſequitur Menoch. præſumpt. 4. num. 23. lib. 3. plures etiam cumulat Thom. Sanchez de Matrim. lib. 4. diſp. 18. num. 7. & fuit dictum in illa Toletana 17. Martij 1589.* Sed potiùs eum magis confirmant, vt dixit Rota *in præallegata Neapolitana Profeſſione coram Orano.* Quod verum eſt, quodcumque temporis interuallum intercedat. *Bald. in l. 2. ſub n. 10. C. de his quæ vi, metuſve cauſ. fiunt. Aretin. in l. interpoſitas, n. 4. C. de tranſact. Dec. in l. in omnibus cauſis, ſub n. 12. verſ. ſed eadem cauſa, ff. de reg. iuris, & dicto conſil. 219. ſub n. 4. verſ. 1. ex eo, cum aliis per Thom. Sanchez vbi ſuprà.* 3

4

Durant autem proculdubio cauſa metus quamdiu vixit Marchio metus illator. *Gloſ. in capite 1. in gloſ. fin. circa med. vbi Hoſtien. in verb. non timore mortis, Abb. n. 12. Imol. n. 14. de his, quæ vi, metuſve cauſ. fiũt. Prob. ad Monach. in c. vnic. n. 8. ad fin. eod. tit. in 6. Calder. conſ. 1. quod metus cauſa, Alex. dicto conſ. 99. n. 8. Dec. conſ. 219. ſub n. 5. verſ. ſeptimò adduco. Ruin. conſ. 120. n. 28. lib. 4. Purpur. conſ. 579. n. 15. Natt. conſ. 451. n. 17. Rebuff. dicto conſ. 68. ſub n. 24. Ioan. Baptiſt. Ferret. conſ. 79. n. 12. & tenuit Rota in dicta Neapolitana profeſſionis.* 5

Ad effectum enim, vt metus durare præſumatur, ſufficit, quod duret eadem cogendi, & nocendi poteſtas. *Aret. conſ. 14. poſt num. 18. Soc. conſ. 263. poſt n. 11. lib. 1. Corn. dicto conſ. 41. n. 14. & 15. Bier. deciſ.* 100. *num.* 13. 6

Accedit, quod dicto tempore Marchioniſſa nunquam fuit in plena libertate conſtituta, vt requiritur ad purgationem metus, *c. accedens, de Procurat. c. cum locum, de ſponſ. Barbat. dicto conſ. 54. ſub n. 15. Nevez. conſ. 52. num. 53. circa fin. & dixit Rota in dicta Toletana Matrimonij, 3. 12. & 17. Martij 1589. & in Neapolitana Profeſſionis 26. Iunij 1598. coram Orano.*

Conſiderabant etiam Domini plures proteſtationes Marchioniſſæ præcedentes emiſſas tempore contracti Matrimonij, ſiue ante, quæ cum remouerent conſenſum ipſius ab actibus futuris, vt plenè fuit deductum in prima deciſione huius cauſæ, impediebant purgationem metus, præſertim eius cauſa adhuc 7

vigen

Vigente, vt reſoluit Rota *in dicta Toletana Matrimonij, 17. Martij 1598.*

Ex quibus, & aliis deductis per informantes reſolutum fuit pro continuatione metus toto tempore vitæ Marchionis Patris.

Hiſpalenſis Matrimonij de Alcala.

Luna 26. Ianuarij 1609.

Coram Ludouiſio.

ARGVMENTVM.

Matrimonium à principio nullum non poteſt per ratificationem conualidari, niſi denuo contrahatur cum omnibus ſolemnitatibus à Concilio requiſitis.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium, quando fuit ab initio contractum per metum, vel ex aliquo impedimento, eſt nullum, & ceſſante metu, & impedimento non conualidatur, ſed requiritur, quod de nouo ex integro contrahatur, cum ſolemnitatibus requiſitis à Concilio.*
2 *Conſenſus eſt de ſubſtantia matrimonij.*
3 *Conſenſus deficit ſtante metu.*
4 *Matrimonium, in quo deficit conſenſus, non ſolum eſt ipſo iure nullum, ſed etiam dici poteſt, non fuiſſe contractum, & ideo omnia ſunt de nouo iteranda.*
5 *Præſentia Parochi in matrimonio requiritur de forma.*
6 *De forma dicitur, quando quid requiritur ſub pœna nullitatis.*
7 *De forma quæ ſunt, debent interuenire in tempore, quo actus producitur in eſſe.*
8 *Matrimonium ipſo iure nullum ex defectu conſenſus non reconualeſcit ex conſenſu ſubſequenti, vt tunc, ſed vt ex nunc.*
9 *In ratificatione actus nulli conſideratur tempus ratificationis, & num. 16.*
10 *Ratificatio actus inualidi nihil aliud eſt, quam nouus actus.*
11 *Ideo requiritur eadem forma, & ſolemnitas in ipſa ratificatione, quæ eſt neceſſaria in actu denuo facto, & n. 17.*
12 *Retrotractio non fit, quando actus eſt omnino nullus, quia non venit in principium conſeruabile.*
13 *Conſenſus vbi requiritur certo tempore, nunquam retrotrahitur.*
14 *Reſignatio nulliter facta à procuratore, qui non implet mandatum, non conualidatur ex ratificatione principalis reſignantis, ſed denuo eſt præſtandus nouus conſenſus formalis.*
15 *Manifeſtum, non occultum dicitur, quod probari poteſt.*

DECISIO CCCXCV

PRÆTENDEBATVR pro parte D. Philippi purgatio metus, ex longa cohabitatione, & multis actibus, quos dicebat, eſſe ſpontaneos, & non ſolum liberos, verum etiam læto animo factos, pro parte verò Marchioniſſæ reſpondebatur, non probari purgationem, & probatam non releuare, eo quod metu ceſſante, & animo ad ſuam libertatem redacto, requirebatur matrimonium denuò contrahi, adhibitis, ſeu repetitis ſolemnitatibus à Sacro Concilio Trid. requiſitis. Et propterea dubitaui de ordine Rotæ, an conſtet de purgatione metus, quæ ſuffragetur D. Philippo? Quo dubio propoſito, Domini reſoluerunt, per actus factos viuente Marchione patre, non fuiſſe metum purgatum, reſpectu autem temporis poſt mortem, nihil fuit reſolutum.

Pro faciliori autem, & celeriori cauſæ expeditione, Rota, inſtante Marchioniſſa, & citato Procuratore D. Philippi, ſtatuit, vt videretur, an fuerit neceſſarium, quod matrimonium de nouo cum ſolemnitatibus ab Eccleſia requiſitis celebraretur; ſi enim requiritur, fruſtra laboratur ſuper purgatione metus, quæ non ſufficeret.

Quod dubium Domini, informante tantum Mar- 1
chioniſſa, affirmatiuè reſoluerunt, ſequendo declarationem Sacræ Congregat. Illuſtriſſimorum Interpretum Concilij, quam in proprijs terminis prius fuerat amplexa Rota *in Toletana matrimonij, coram Illuſtriſſ. Card. Seraphino.*

Quotieſcumque enim matrimonium non tenet ex aliquo impedimento, quod ab initio viget, ſi poſtea ceſſet, opus eſt, quod omnia de integro ponantur, quæ ſunt neceſſaria, & de eſſentia matrimonij, vt ex multis benè comprobat *Victoria in ſuis Relectionibus Theologicis, relect. 7. de matrim. in 2. punct. 1. part. verſ. in contrarium, num. 9. Io. Gutierez in Canon. quæſt. cap. 19. num. 4. & trib ſeqq. relati in illa Toletana, & Nauar. conſil. 14. de ſponſal. & alij per Informantes adducti,* quorum rationes placuerunt Dominis, quicquid in contrarium dicat *Meder. Cordub. lib. 2. de matrim. diſp. 37.*

Et ſi hoc generaliter eſt verum in impedimentis, 2
maximè procedere debet in defectu conſenſus, quia nullum eſt impedimentum ita dirimens, & nihil à quo ita dependeat matrimonium; eſt enim conſenſus de ſubſtantia matrimonij, *cap. tua nos, in fin. vbi gloſſ. pen. Ant. de Butr. num. 10. & ſeqq. Abb. num. vlt. de ſponſal.* & cauſa efficiens ipſius, *cap. ſufficiat 27. q. 2. c. cum apud, & c. tua, de ſponſal. c. tuas, de ſponſa duor. Conc. Florent. in decret. de matrim. & probat. l. nuptias, ff. de reg. iur.*

Defectus autem conſenſus in Marchioniſſa eſt 3
clarus, ſtante metu, quo nihil magis contrarium conſenſui, *l. nihil conſenſui, ff. de reg. iur. cap. ſuper hoc, & ibi not. Abb. de renunc.* præſertim iunctis præcedentibus proteſtationibus, vt benè per *Ruin. d. conſ. n. 24. & ſeq. lib. 4.*

Vbi autem in matrimonio deficit conſenſus, *Abb.* 4
in c. 2. n. 2. vbi alij communiter, de eo qui duxit in matrim. quam poll. per adult. ſed etiam dici poteſt, non fuiſſe contractum, quia vbi deficiunt ſubſtantialia, nihil dicitur actum, *Io. Andr. in c. 1. n. 3. vbi etiam Ant. de Butr. ſub n. 7. Io. de Anan. n. 1. de ſacr. vnct.* Et propterea omnia ſunt iteranda, & non eſt locus ſuppletioni, vt dicunt *poſt Hoſt. Io. And. & alij ibi.*

Accedit etiam, quod præſentia Parochi à Con- 5
cilio requiritur pro forma, vt dixit *Rota in vna Florent. matrimonij, 1. Februarij 1580. coram Vicecomite* & probatur, quia Concilium procedit annullando
matrimonium eo abſente factum. *Bald. in l. 1. poſt* 6
n. 2. verſ. in contrarium, ff. de lib. & poſthum. Fel. in c. cum dilecta, in quinto ſigno forma, de reſcript. Dec. conſ. 528. n. 11. Sarn. in reg. de idiom. q. 8. in princ.
Quæ autem ſunt de forma, debent interuenire in 7
tempore; quo actus producitur in eſſe, *Bal. in l. obſeruari, § fin. num. 3. de off. Pro conſ. Ant. de Butr. in c. cum conſuetudinis, num. 20. de conſuet. Fel. in d. cap. cum dilecta, n. 8. verſ. & ideo.*

Nec poteſt agi de ratificatione, ex ſubſecuto con- 8
ſenſu,

ſenſu, quia ſi matrimonium metu contractum ex
conſenſu ſubſequenti reconualeſceret, reconualeſce-
ret vt ex nunc, non vt ex tunc, *vt not. Abb. in c. ad id,*
9 *in 1. not. n. 1. in fin. de ſponſal.* in ratificatione enim actus
nullius, conſideratur tempus ratificationis: *Sard. qui
alios allegat deciſ. 241. num. 7.* cum ratificatio actus
inualidi nihil aliud ſit, quàm nouus actus: *leg. aſſe*
10 *toto, ff. de hered. inſtitut. leg. obuenire ſolet, Digeſt.
de verb. ſignific. Soc. conſil. 92. numero 11. libro 3.*
11 *Menoch. conſil. 80. numero 66.* Et propterea omnis
forma, & ſolemnitas, quæ debet interuenire in
actu, vt valeat, interuenire debet iuxta ratifica-
tionem, *Soc. ibi cum multis cumulatis per Infor-
mantes, & tenuit Rota in vna Romana donationis, 13.
Iunij 1586. coram Illuſtriſſim. Card. vna Cornetana bo-
norum, coram Illuſtriſſimo Cardinali Plato, & ſæpius
in aliis.*

Nec poteſt deſeruire ſolemnitas per prius ſer-
uata, quoniam, vt dictum, illa debet concurrere
de tempore actus, nec poteſt ab eo ſeparari. Ne-
12 que iuuare poteſt fictio, aut retrotractio, cum non
fiat quando actus eſt omninò nullus: *Bart. in leg.
obſtruant, numero 4. ff. de off. Proconſ. Alex. conſil.
78. num. 24. lib. 7. Dec. in l. ſemper qui non prohibet,
num. 16. ff. de reg. iur.* quia tunc retrotractio non in-
uenit principium conſeruabile: *Bald. in l. fin. num. 2.
C. ad Vellei.*

Et vbi conſenſus requiritur certo tempore, prout
requiritur ex diſpoſitione Concilij, tempore quo
Parochus eſt præſens, nunquam retrotrahitur,
Bald. in leg. fin. ſub numero 2. Codice ad Velleian.
13 Facit ſimile de conſenſu præſtito iuxta formam re-
gulæ à Procuratore, qui non implendo mandatum
nulliter præſtitit: reſignatio enim non conualida-
14 tur ratificatione reſignantis, ſed denuò eſt præ-
ſtandus alius conſenſus formalis, *Pat. deciſ. 111.
lib. 3. Cotta deciſ. 399. fuit dictum in Hiſpalenſi &
Cordubenſi præſtimoniorum, 1. Iunij 1592. coram
Gypſio.*

Nullus autem remanet dubitandi locus, cum
habeamus in terminis declarationem Sacræ Con-
gregationis, qua audita ad relationem Ponentis,
ſine aliqua diſcuſſione, Rota in illa Toletana omiſit
longam diſputationem ſuper metus purgatione, &
ordinauit, vt cauſa expediretur, prout fuit expe-
dita.

15 Ceſſat etiam omnis ſcrupulus, quia non ſumus in
impedimento metus occulto, ſed manifeſto, cuius
fuit conſcius Ordinarius Sacerdos, qui interfuit ce-
lebrationi matrimonij, & plures teſtes, qui poſtea
de eo depoſuerunt; manifeſtum enim non occultum
dicitur quod probari poteſt, *Gloſſ. in capite veſtra, in
verſ. Notorium, circa med. de cohab. cler. & in capite
manifeſta 2. quæſt. 1. Cardin. in Clem. volentes, in verſ.
Notarij, numero 1. de hæret. Gemin. conſ. 54. ſub num. 3.
verſic. reſtat igitur, Abb. conſil. 22. colum. 2. verſicul.
item, & ſecundò lib. 1.* & in noſtris terminis plures re-
fert, & ſequitur *Thom. Sanchez de matrim. lib. 2. diſ-
put. 37. num. 11.*

Hiſpalenſis Matrimonij de Alcala.

Veneris 15. *Iunij* 1609.

Coram Ludouiſio.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria eſt deneganda ſuper materia
articulata, & probata in partibus. Item
quando continet magnam inuerisimilitu-
dinem, & quando adeſt vehemens ſuſpi-
cio calumniæ.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria denegatur ſuper articulis, ſuper quibus
in partibus fuerunt examinati teſtes, quia tunc
præſumendum eſt fuiſſe examinatos teſtes magis
idoneos.*
2 *Paterna maledictio eſt perhorreſcenda.*
3 *Remiſſoria denegatur ſtante inuериſimilitudine ma-
teria articulata.*
4 *Aut ſaltem tunc eſt dandus fumus non leuis, quia
teſtes non ita de facili audiantur contra inueriſi-
militudinem.*
5 *Inueriſimilitudo operatur, vt quis non ſit admitten-
dus ad probandum.*
6 *Suſpicio calumniæ ex quibus deducatur.*
7 *Ignorantia non cadit ſuper eo, quod omnes publicè
ſciunt.*
8 *Remiſſoria licet de facili propter ſuſpicionem calum-
niæ non ſoleat denegari, tamen ſecus eſt, quando
ſuſpicio eſt multum vehemens, & declaratur ſub
num. 13.*
9 *Suſpicio calumniæ quando eſt vehemens, eſt neceſſa-
rius fumus.*
10 *Remiſſoria ſuper articulis tendentibus ad repro-
bandum teſtes non de facili admittitur, quia eſt
materia, quæ ſapit crimen, & agitur de detegendo
periurio.*
11 *Virginali pudori non congruit, quod inſcio patre
tractet de ſe nubendo, & quod ſcribantur literæ
miſſiuæ amaſio.*
12 *Teſtis vnicus, dato quod probetur quod per metum
depoſuerit, non inde infertur quod etiam alij teſtes
depoſuerint per metum.*

DECISIO CCCCXIV.

POST plures poſitiones Domini reſolue- 1
runt, Don Philippo non eſſe dandam
remiſſoriam, nam quoad articulum con-
tinentem liberam, & libentem volunta-
tem Marchioniſſæ in contrahendo matrimonium
cum ipſo, ea fuit pluries in partibus articulata, &
plurimi inducti, & examinati teſtes, quo caſu Rota
ſolet denegare remiſſoriam. *Caput. dec. 5. num. 6.
part. 3. & denegauit in vna Veneta illegitimitatis 23.
Ianij 1589. coram Illuſtriſſimo Cardinali Plato, in vna
Caputaquenſi vnionis 26. Maij 1594. coram R. P. D.
meo Decano & in vna Pampilon. decimarum 15. Ia-
nij 1598. coram bon. mem. Orano.* Credendum eſt
enim, quod induxerit, & examinauerit teſtes quos
habuerit magis idoneos, *Ægid. deciſ. 38. poſt princ.*
& fecerit meliorem, ac pleniorem probationem quàm
potuerit. *Aym. conſ. 134. num. 3.* & tantò minus ve-
nit iterum admittendus Don Philippus ad proban-
dum liberum, & lætum animum Marchioniſſæ, quia
ipſemet cum iuramento in iudicio declarauit ſciuiſſe
antequam duceret Marchioniſſam, Marchionem Pa-
trem illi dixiſſe, quod non nuberet Don Franciſco,
ſed ipſi Don Philippo, & quòd, niſi ita faceret, eius
maledictio ſuper eam caderet: quæ maledictio pater- 2
na quantum eſſet perhorreſcenda à filia Virgine, ne-
mo eſt qui neſciat.

Quoad alium articulum in quo articulatur teſtes,
qui de metu Marchioniſſæ in hoc iudicio depoſue-
runt, prius in alio inter ipſam, & Don Franciſcum
de Zuniga depoſuiſſe de ſpontanea, & libera volun-
tate, viſum fuit Dominis ab omni veriſimilitudine
alie

Digitized by Google

alieniſſimum decem & octo teſtes pro maiori parte
graues, inter quos eſt etiam Sacerdos, & Parochus
in re tam graui, inter magnatea, & potentes tam
breui temporis ſpatio in eodem Tribunali contraria
deponere fuiſſe auſos. Qua inueriſimilitudine ſtan-
3 te reiiciuntur articuli, & denegatur remiſſoria, *cap.
quia veriſimile, de præſumpt. Specul. de probat. §. nunc
dicen. n. 1. Rot. deciſ. 2 3. de teſt. in antiq. Than. deciſ. 86.
fuit dictum in Toletana portionis* 10. *May* 1595. *coram
4 Reuerendiſſimo Pacenſi:* aut ſaltem debet dari fu-
mus non leuis, quia teſtes non ſunt facilè audiendi
contra veriſimilitudinem. *Anch. conſ.* 330. *num.* 8.
*ante fin. verſ. Quinimò, contra id. Tiraq. in l. ſi vnquam,
5 in præfat. num.* 39. *in fin. C. de reuocad. donat.* Et quando
eſt tanta inueriſimilitudo, non admittitur quia ad
probandum ſine cauſæ cognitione, *c. ſuper eo, de re-
nunc. Imol. in d. cap. quia veriſimile, ſub num.* 1. *verſ.
quandoque eſt tanta, & Abb. ſub n.* 2. *verſ. quandoque
veriſimilitudo eſt maxima.*
6 Accedit vehemens ſuſpicio calumniæ: cùm ſit
quaſi impoſſibile, quod habeantur teſtes, qui vi-
derint, legerint, & obſeruauerint depoſitiones de-
cem, & octo teſtium, & poſt tantum tempus recor-
dari poſſint, quid ſinguli depoſuerint.

Augetur magis ſuſpicio calumniæ, quia neque
in articulis pro parte Don Philippi exhibitis, ne-
que in interrogatoriis datis in examine Teſtium
Marchioniſſæ aliqua vnquam facta fuit mentio de
contraria Teſtium depoſitione, quæ ſi fuiſſet vera,
proculdubio fuiſſet oppoſita, cùm Don Philippus
contrà iſtos teſtes plures oppoſuerit exceptiones,
Tanto etiam magis, quia petiit reſtitutionem in in-
tegrum aduerſus omiſſam probationem, & tamen in
articulis datis in gradu dictæ reſtitutionis nihil arti-
culauit ſuper prætenſo examine.

Nec iuuat allegata ignorantia, quia Don Philip-
pus 12. *Iunij* 1602. faſſus fuit coram Ordinario
cum iuramento ſe habuiſſe ſcientiam litis agitatæ
inter Marchioniſſam, & Don Franciſcum de Zuni-
ga. Nec facit quod non propterea concludatur no-
titia depoſitionis dictorum teſtium, quia Domini
nullo pacto adduci poterant, vt crederent quod
7 fuerit actum de validitate matrimonij cum Don Phi-
lippo contracti, ipſo non ſolum non citato, ſed etiam
inſcio, præſertim cum articuletur fuiſſe publicum, &
notorium; non enim potuiſſet ignorare id, quod om-
nes publicè ſciebant. Vndè excluditur præcipuum
fundamentum, quòd iſtas exceptiones contra teſtes
nunquam adduxerit vſquequò de anno 1605. cog-
nouit proceſſum fuiſſe occultatum, & mirum eſt, eum
ſciuiſſe, quod contineret proceſſus poſt amiſſionem,
& non antè, quod præbet ſuſpicandi occaſionem,
fuiſſe expectatum hoc tempus, quia ſi fuiſſet oppo-
ſitum, ante occultationem ex viſione proceſſus ſta-
tim conuinci potuiſſet oppoſitio.

8 Et licet Rota non facilè ſoleat denegare remiſſo-
riam propter ſuſpicionem calumniæ, id tamen non
procedit, quando ſuſpicio eſt multùm vehemens, *vt
fuit dictum in Caurienſi iuriſdictionis* 16. *Februarij*
1587. *Coram Orsolenſ. & in aliis congeſtis in Cordub.
redecimarum* 27. *Martij* 1607. *coram R. P. D. meo
Coccino.*

9 Ad minus videbatur Dominis pro excludenda tan-
ta præſumptione calumniæ neceſſarius fumus. *Caſſad.
10 deciſ.* 3. *n.* 2. *de dilat. Put. deciſ.* 366. *n.* 7. *lib.* 2. Præſer-
tim cum articuli tendant ad reprobandum teſtes, quæ
reprobatio ſapit quandam naturam criminis, vt dicit
Old. conſ. 311. ſub *num.* 8. & de redarguendo ipſos de
cõtrarietate, quæ ſine periurio contingere non poteſt.
Menoch. de arbitr. caſ. 108. *n.* 9. ad quod periurium de-
tegendum non facilè conceditur remiſſoria. *Put. deciſ.*
38. *de dilat. facit dec. Caputaquenſ.* 62. *&* 63. *p.* 3.

Nullus autem dat ut fumus, non ſolum, quod iſti
teſtes contrarium depoſuerint, ſed neque, quod fue-
rint in dicto iudicio examinati, immò nec quod ali-
qua lis fuerit cum Don Franciſco ſuper matrimonio
Don Philippi.

Præterea occultatio proceſſus ex parte Marchio-
niſſæ, quando eſſet probata, nullum præſtaret in-
dicium talis depoſitionis, nec quod fuiſſet occulta-
tus, ne ea detegeretur, non enim defuiſſet alia veri-
ſimilior ratio, videlicet ne in publicum prodiret,
quod virgo talis conditionis non ſolum inſcio, ſed 11
etiam inuito Patre procuraſſet nubere, & miſiſſet
apocham propria manu ſcriptam illi, cum quo cupie-
bat matrimonio copulari.

Non obſtat, quòd dicitur, nouercam fateri, ſe
aliàs contrarium depoſuiſſe, quia ipſa dicit, quod me-
tu mariti adducta fuit ad dicendum, ſe non cognoſ-
cere, an apocha eſſet ſcripta manu Marchioniſſæ,
non autem dicit, quòd contrarium depoſuerit circa
metum, & ſicut vltrò ipſa circa cognitionem ſcrip-
turæ dixit ſe aliàs aliud dixiſſe, idem etiam dixiſſet
de metu, ſi contrarium de metu prius depoſuiſſet,
ad l. vni, §. ſin autem, C. de cad. tol. Præterea malè in- 12
fertur, quod ſicut ipſa dixit contrarium, ita & alij
teſtes, præſertim, quia dicit ſe metu Marchionis
mariti territam dixiſſe, qui metus non cadebat in
perſonis aliorum teſtium.

Articulus concernens abſentiam aliquorum te-
ſtium à loco, vbi ipſi dixerunt, fuiſſe præſentes, vl-
tra quod non percutit omnes, & ob id eſt irreleuans,
non eſt admittendum etiam ſine fumo, cùm agat de
conuincendo teſtes non ſolum de periurio, ſed etiam
de falſitate per prædicta.

Super aliis articulis Domini non fecerunt ali-
quam vim, & placuerunt dicta per Informantes pro
parte Marchioniſſæ.

CONSVLTVM XLVIII.

De opinione ſingulari, an tenenda.

SVMMARIVM.

1 *Dubij ratio.*
2 *Quid ſit opinio.*
3 *Et quotuplex.*
4 *Reſponſio.*
5 *Quot conditiones requirantur, vt opinio vnius Do-
ctoris in praxi teneatur.*
6 *Referuntur Doctores, qui hanc ſententiam ſequun-
tur.*
7 *Ex quo colligi videatur hæc ſententia.*
8 *Videtur eſſe antiqua praxis ſchola.*
9 *An in hoc recipienda ſit aliquorum limitatio.*
10 *Vel alia limitatio tradita à Corduba.*
11 *Quando limitatio, quam Portellus affert, locum ha-
beat.*
12 *Ratio dictorum generalis.*
13 *Roboratur ex verbis* l. 1. §. neque, Cod. de veteri
iure enucleando.
14 *Et ex verbis Cantic.* 6.
15 *Item ex aliis Iuribus, & Doctoribus.
Quid veritas apud Gellium. ibid.*
16 *Obiectio prima comprobata à plurimis Docto-
ribus.*
17 *Confirmatio obiectionis ex iuribus.*
18 *Reſpondetur obiectioni, & declaratur, quid, &
quando procedat obiectio.*
19 *Secunda obiectio.*

20 *Reſponſio, vbi demonſtratur, quando opinio dicitur temeraria.*

21 *Prima conditio requiſita eſt vt Doctor ſit* pius,& probus.

Authores, qui hanc conditionem afferunt, & confirmant. ibid.

22 *Iacobi Granadi verba.*

23 *Quid* per pium , & probum Doctorem *intelligatur.*

24 *An hac tantùm conditio ſufficiat pro Magiſterio, vel requiratur conditio alia, ſcilicet quod ſit doctus.*

25 *Huiuſmodi doctrina an debeat eſſe in ea materia, an in alia diuerſa.*

26 *Sententia Breſſeri, & eius verba.*

27 *Affertur tertia conditio, & Authores qui illam tradunt.*

28 *Ratio huius tertia conditionis.*

29 *Reſolutio incidenter facta an praiudicet veritati.*

30 *Vnde colligatur quarta conditio pro opinione vnius ſingularis Doctoris.*

31 *Non tam reſpiciendum eſt ad numerum Authorum, quàm ad rationes eorum.*

32 *Quod cenſeatur melius, aut firmius fundamentum.*

33 *Refertur quinta conditio.*

34 *Ratio huius conditionis.*

35 *Quid de vanitate, & ſingularitate opinionis dixerint Authores.*

36 *Sexta conditio qualis.*

37 *Huius conditionis ratio.*

38 *Quando maximè hac de opinione ſingulari procedant.*

39 *Adducuntur plura exempla pro confirmatione.*

40 *Quando etiam procedit tradita doctrina.*

41 *Anima ſancta à Deo illuſtratur, & dirigitur, vt ex exemplis.*

42 *Ex quo petenda ſit veritas.*

43 *Tradita doctrina extenſio.*

44 *Quid ſit veritas apud Platonem, & alios.*

45 *Vanitatis deteſtatio.*

46 *Mundi definitio per quendam Philoſophum.*

47 *An qui ſingularem ſententiam his conditionibus non munitam ſequuntur, contra conſcientiam agant.*

48 *Ratio affirmatiua.*

49 *De ſequente hanc opinionem ſingularem, non concurrentibus conditionibus, quid dici poſſit.*

50 *Videtur illud* Iſaiæ *30. illi adaptari.*

51 *An qui ſingulares iſtas ſententias proferunt, grauiter peccent.*

52 *Ratio pro parte affirmatiua.*

53 *Verba Apoſtoli ad intentum.*

54 *Prophetia Ezechielis.*

55 *Doctores exponentes verba Ezechielis.*

56 *Quid ſit conſuere puluillos, & ceruicalia.*

57 *Adulationes quibus ſint ſimiles.*

58 *Patrum expoſitio, praſertim D. Hieronymi.*

59 *Quid aliud contra Doctores opiniones ſingulares conſulentes etiam milites.*

60 *Nouitatis definitio, & inuectio.*

61 *Iudicium de ſententiis neotericorum Ioannis Azorij.*

62 *Eius verba.*

63 *Exempla ab eo tradita.*

64 *An peccet lethaliter ſi quis non peroratis matutinis precibus, & abſque iuſta cauſa faciat Miſſa ſacrificium.*

Conſtitutiones Pontificias in Curia Romana promulgatas, an ſit communis ſententia, omnes vbique locorum tenere. ibid.

65 *Miſſa ſacrificium an ſit certi, & finiti fructus.*

66 *Si quis vt innocentem parentem, aut filium, &c. defendat occiderit eum, qui per iniuriam in aliquem ipſorum irruit, an irregularitatem incidat.*

67 *Expoſitio doctrina Azorij.*

68 *Adnotatio circa opinionem Soti ab Azorio relatam.*

69 *Animaduerſio circa obligationem obſeruandi conſtitutiones Apoſtolicas.*

70 *Quid ſentiendum de valore ſacrificij Miſſa, an ſcilicet ſit finitus, vel infinitus.*

71 *Refertur S. Congregationis decretum, vbi alia remiſſiuè de hac materia.*

72 *An omnis opinio ſpeculatiuè probabilis, ſit etiam practicè probabilis.*

73 *Opinionum conciliatio.*

74 *De irregularitate ex homicidio in defenſionem facto aliqua remiſſiuè.*

75 *De hac materia irregularitatis ex homicidio exemplum.*

76 *Vaſquez ſingularis ſententia.*

77 *Exempla Patris Suarez, in quibus opinio minus probabilis, relicta probabiliori teneri poteſt.*

78 *Quid tenendum de eius opinione circa abſolutionem ſacramentaliter à peccatis factam abſenti.*

79 *Bulla Clementis VIII. ad intentum.*

80 *Probatio ſexta conditionis pro opinione ſingulari requiſita.*

81 *Secundum exemplum Suarez de abſolutione Sacramentali illius, qui ſolùm ſigna contritionis dedit. vbi etiam remiſſiuè.*

82 *Exemplum de aliis opinionibus, qua vt probabiles cenſentur.*

83 *Huius exempli expoſitio.*

84 *Sententia, qua habet opinionem Gloſſa praſeferendam eſſe communi, an ſit vera.*

85 *Sententia, qua aſſerit omiſſionem vnius hora canonica, nempè tertia, ſexta, &c. non eſſe peccatum mortale, an ſit probabilis.*

86 *An ſententia illa, quod ſcilicet praceptum ieiunij non obliget per ſe ad mortale peccatum, ſecluſo contemptu, ſit falſa.*

87 *Notatio ſuper hac ſententia.*

88 *Sententia affirmans, potionem illam vulgò chocolate dictam, non frangere ieiunium, non videtur probabilis.*

89 *Reſponſio ad fundamentum contraria opinionis.*

90 *Confirmatio noſtra ſententia.*

91 *Authores, qui opinionem contrariam communiter reiiciunt.*

92 *Notatio per defenſione Authoris.*

93 *Secunda confirmatio probans noſtram ſententiam de dicto* chocolate.

94 *Oppoſitio.*

95 *Solutio.*

96 *Quanam ſit parua materia huius chocolate, qua excuſat à tranſgreſſione ieiunij.*

97 *Sententia improbabiles de priuilegiis Regularium.*

98 *Sententia contra praxim Eccleſia.*

99 *Sententia improbabilis de priuilegiis Regular.*

100 *Nullatenus admittenda.*

101 *Qualis fuerit conceſſio Pij V. & Gregorij XIII. &* 101.

103 *Intelligentia recta huius conceſſionis.*

104 *Quam tenent alij.*

105 *Bulla Gregorij XV.*

106 *Quando Magiſtri, & Doctores opiniones probabiles docebunt.*

107 *Oratio authoris.*

IESVS

IESVS MARIA.

Dubij Ratio.

1 AGITATVR ſæpius inter plures difficultas quædam communis, & generalis, ex qua quamplurimarum in materiis diuerſis reſolutio pendet: an videlicet opinio, ſeu potius ſententia ſingularis, vnius ſcilicet tantum Doctoris, tantum robur authoritatis habere poſſit, vt ipſi conformari quilibet queat, relicta etiam oppoſita communi. Vidi autem quoſdam adeo philautiæ morbo, propriiſque affectibus, & paſſionibus laborantes, vt quamcunque ſententiam à Doctore quocunque, etiam exiguæ notæ, aut æſtimationis prolatam viderunt, magna obſtinatione ſectandam crediderint, aliiſque idem facere poſſe, cum notabili animarum detrimento, in publicis etiam congreſſibus prædicauerint, *nugas tenentes* (vt quondam D. Hieronymus dixit) *& fonte veritatis amiſſo, falſarum opinionum riuulos conſectantes.* Alios verò è contra (etſi pauciores) qui etſi ſententiam aliquam à pluribus emeritis, & Sapientibus Doctoribus approbatam cernerent, nihilominus quia pro parte aduerſa plures quoque aſtare videbant, velut in biuio ancipites manentes, nec operari, nec reſolui, nec alteram partem ſectari audeant. Pro vtriſque ergo hoc conſultum ſcribam, quia, vt ille quondam, *eſt modus in rebus,* inhærendo quoad potero, quamplurium Doctorum, recentiorum præſertim, ſcriptis, & iis, quæ *tom. 4. meæ Summæ Quæſtionum Regularium, verbo Opinio Re-*
2 *gularibus tenenda,* dixi. Præmittendo, vt eo loco *numero* 1. annotaui, quod opinio eſt *aſſenſus incertus intellectus ad aliquam partem contradictionis, cum formidine contraria.* Sic enim habetur non ſolùm ex Sayro, & Cornejo noſtro, quos eo loco retuli, ſed ex communi Doctorum, Theologorum, & Summi-
3 ſtarum. Item quod, vt in eodem etiam loco dixi, opinio alia eſt improbabilis, alia probabilis, alia probabilior. Improbabilis eſt ea, quæ nulli aut debili fundamento, ſeu rationi innititur; vnde melius ſententia falſa, quam opinio dici debet, etiamſi plures authores pro ſe habeat. Probabilis autem opinio ea eſt, quæ innititur rationibus, ſeu fundamentis alicuius momenti, & pro contraria parte nihil euidens, aut conuincens ſit. Probabilior verò illa, quæ pluribus, ſeu melioribus fundamentis innititur. Ita habetur ex Sanchez, Portello, Ioanne Sancio, & Bordono, quos eo loco adduxi, & ſequuntur communiter Doctores, tam antiqui, quàm moderni, ex quibus vltimis rem exactiùs, & pleniùs tradiderunt Martinus Breſſerus Boxtellanus ex PP. Ieſuitis, in opere, ſeu tractatu *de conſcientia,* & Candidus Philaletus Clericus Genuenſis *in diſputatione de opinion. praxi,* tum Matriti ann. 1645. tum Cremonæ ann. 1646. typis edita. Marcus Vidal *in opere moral. de opinione probabili,* & Iulius Clemens Scotus *in Opuſculo de Probabilitate opinionum.*

Reſponſio.

4 RESpondeo ergo ad quæſitum. Opinio vnius, & ſingularis Doctoris teneri in praxi poteſt, & ſecundum illam quilibet operari, poſitis tamen ſex
5 iſtis conditionibus. Prima eſt, quod Doctor ille ſit pius, & probus. Secunda, quod ſit doctus, & verſatus in illa materia. Tertia, quod rem ex profeſſo, non caſualiter, obiter, aut incidenter diſcuſſerit. Quarta, quod melius, aut firmius fundamentum, quam alij attulerit. Quinta quod ea opinio non reiiciatur communiter ab aliis Doctoribus vt falſa, ſeu improbabilis. Maximè ſexta, quod ea reprobata non ſit ab Eccleſia, Summo Pontifice, aut Sede Apoſtolica.

Et quidem, quod vnius authoris opinio, ſeu opinio ſingularis tantæ authoritatis poſſit eſſe, vt eidem conformari aliquis poſſit eam in praxi ſequendo, & ſecundum ipſam operando, contraria quantumuis communi relicta, communis fermè ſententia Do-
ctorum eſt. Specialiter Angeli, Sylueſtri, Nauarri, 6
Valentiæ, & Sà, quos refert, & ſequitur Sanchez *tom. 1. in Decalog. lib. 1. capite 9. numero* 7. Merollæ, & Filliucij, & aliorum, quos refert Diana 4. *part. tractat. 4. Reſolut.* 30. Azorij, Sayri, Vazquez, Villalobos, Ioannis Sancij, Caſtri Palao, Maſcardi, Baldi, Abbatis, Modicij, Baldelli, Azoguidi, Rolandi, Rimini, & aliorum, quos etiam refert, & ſequitus Paſqualigus *in deciſionib. deciſ.* 2. *&* 3. Quibus etiam adhærent Monteſinos, Tannerus, Granadus, Caſpenſis, Arriaga, & alij, Tractatus conſcientiæ cum S. Thoma ſcribentes. Bonacina *de peccatis diſp. 2. q. 4. punct. 9. num.* 1. Fauet Naldus *in Summ. verbo Doctor, n. 4. & verbo Litigare, n.* 2. vbi *ex deciſ. Gratinopolitan. Guiden. Pap.* ſæpius refert deciſum, opinionem vnius Doctoris relevare ab expenſis: & ſic loquuntur Marcus Vidal *ſupra, n.* 37. & Iulius Clemens *ſupra poſitione* 30.

Colligunt communiter DD. hanc ſententiam 7
ex D. Th. *quodlib. 3. art.* 10. Sed melius notat Candidus Philaletus *in diſputat.* relata *de opinion. praxi, quæſt. 8. in princip.* potius oppoſitum colligi debere ex S.Thom. quia expreſsè dicit: *In his, quæ pertinent ad fidem, & bonos mores, nullus excuſatur, ſi ſequatur erroneam opinionem alicuius magiſtri.* Nihilominus efficaciter ſuadetur. Quia illam opinionem poteſt homo prudenter ſequi, quæ in re incerta habet fundamentum non leuis momenti: ſed authoritas vnius Doctoris probi, & pij, docti, & verſati in illa materia, quam non caſualiter, obiter, aut incidenter diſcuſſit, & ſuam ſententiam firmiori, quàm alij fundamento fulciuit, nec in ea ab Eccleſia reprobatus eſt, aut ab aliis Doctoribus communiter reiectus, eſt fundamentum non leuis momenti: ergo licitum ipſi conformari, & talis opinio in praxi teneri poteſt. Confirmatur, quia in ſpeculabilibus prudenter faciet aliquis, ſi credat homini probo, pio, cordato, & qui rem ſcire potuit, dicenti ſe aliquid vidiſſe, v.g. Romæ, aut Matriti; ergo etiam in rebus practicis faciet homo prudenter, credendo
tali viro, & poſitis illis circunſtantiis. Secundò, 8
quia hæc videtur antiqua praxis ſcholæ, vt opinio vnius ſingularis Doctoris reciperetur, etiam contra reliquos omnes, quando ſcilicet illa habebat præfata requiſita. Vnde, vt inquit *ſuprà* Monteſinos, *Diuus Thomas multa ſcripſit, & docuit contra alios, qui ante ipſum ſcripſerunt, & tamen eius opiniones ſtatim ac ab ipſo traditæ ſunt, exiſtimatæ ſunt probabiles, tum propter eius magnam authoritatem apud omnes Theologos; tum etiam, quia non leuibus, ſed rationabilibus fundamentis ductus eſt ad ſic opinandum.* Addo ego, quia in ipſo exactè concurrebant conditiones adductæ.

Neque in hoc recipienda eſt limitatio, quam tra- 9
dunt Adrianus, & Corduba, quod ſcilicet ſolùm admitti debeat hæc doctrina in iis, quæ pertinent ad ius humanum, non in iis, quæ ſpectant ad ius diuinum, eo quòd in iuris humani rebus indagandis non requiritur tanta diligentia, ac in rebus iuris diuini. Non inquam eſt admittenda, quia in vtriſque non eſt leuis, ſed magni ponderis authoritas viri probi, pij, docti, & verſati, poſitis circumſtantiis relatis;

atque its eius ſententiæ credi poteſt. Ita fermè Sanchez, Granadus, Paſqualigus, Breſſerus *lib. 3. de conſcient. c. 3. n. 39.* & alij.

10 Similiter, nec recipienda limitatur alia eiuſdem Cordubæ, quod ſcilicet doctrins tradita de recipienda opinione vnius tantùm Doctoris, ſolùm ſit vera reſpectu viri ſimplicis, idiotæ, aut indocti, non reſpectu viri docti, qui de ea re iudicare poſſit. Vt enim bene Sanchea, Granadus, & alij dicunt, eſto quod vir doctus rationes examinare, ac ponderare debeat, nihilominus illis examinatis, in re dubia acquieſcere poterit ſententiæ ſingulari vnius Doctoris habentis relatas qualitates.

11 Limitatio porrò, quam Portellus *in Dub. Regular. verb. opinio eligenda, n. 4.* affert, ſcilicet, quod tradita doctrina ſolum ſit vera in caſu nouo, nunquam ab aliis diſputato; tunc enim ſolum poterit quilibet aequieſcere doctrinæ ſingulari vnius, non videtur neceſſaris; tum quia rationea adductæ pro omni caſu probant; tum quia quando vnus ſolus rem diſputauit, non habet pro ſe Doctorea in contrarium, ac proinde tunc eſt certum poſſe teneri ſententiam ſingularem illius, ſi non leui fundamento eam fulciat, & dictis qualitatibua ſit ornatus. Paſqualigus *ſupr.* Caſtrus Palaus *1. part. diſp. 2. punct. 1. n. 3.*

12 Generalis porrò dictorum ratio eſt, quia in eligenda opinione, quam homo prudenter ſequi poteſt, magis attendere debet ad fundamentum, & rationem illius, quàm ad multitudinem authorum illam tenentium. Sic enim Clemens III. aliàs Cœleſtinus III. *in c. Capellanus, de feriis,* ſequitur quandam ſententiam, non quia à pluribus teneatur, ſed quia (inquit) *meliori, & ſubtiliori nititur ratione.* Neque enim homines debent eſſe veluti pecudes, & oues, aut aues, quæ aliorum nutu diriguntur ambulando, & volando, prout ex Decio *in quodam conſilio,* docet pius author Nauarrus *in Man. capite 27. numero 289.* Cum ergo poſſit contingere, quod vnus author probus, & pius, doctus, & verſatus in aliqua materia, quam ex profeſſo, & non caſualiter, aut perfunctoriè tractauit, adinuenerit ſolidius, & firmius fundamentum quàm alij minus pij, & docti, minuſque verſati in ea materia inuenire potuerunt, proculdubio eius ſententia teneri poterit, etiam relicta communi contraria; cum conditionibus tamen aſſignatis.

13 Roboratur *ex l. 1. §. neque, C. de veteri iure enucleando,* vbi habetur: *Sed neque ex multitudine authorum, quod melius, & æquius eſt, iudicari debet: cum poſſit vnius forſan, & deterioris ſententia, & multos, & maiores aliqua in parte ſuperare.*

14 Item roboratur, quia Eccleſia eſt veluti *Aurora conſurgens,* vt habetur *Cantic. 6.* id eſt, progrediens, ſeu progreſſus quotidie faciens. Quotidie etiam à Deo illuminatur, propterea enim etiam vocatur *Luna,* quæ ſemper lumen recipit à Sole. Interdum quoque reuelatur minori, quod maioribus notum non erat. Gloſſa *in c. ad noſtram, de conſuetud. verbo incipientibus, cap. eſto ſubiectus, diſt. 95.* ex D.

15 Hieronymo ibi: *Si alicui fuerit reuelatum, prior taceat:* & *cap. Si habes 24. quæſt. 3.* ex D. Auguſtino ibi: *Si habes de hac re ſententiam certis rationibus, vel Scripturarum teſtimoniis exploratam, nos quoque docere digneris.* Deinde, *veritas* (vt ait Gellius) *temporis filia eſt.* Quid ergo mirum quod ſententia vnius Doctoris prædictis conditionibus ornati, qualis fuit ſuo tempore S. Thomas, & etiam D. Bonauentura, præponatur aliis communiter oppoſitum ſectantibus, ſi temporis curſu magis probata reperitur.

16 Sed dices primò, contra rationem omnino videri, quod relicta cunctorum ſententia, id aliquis ſectetur, quod vnus quiſpiam docuit. Prout probant concorditer Doctores poſt Bartolum, & Baldum, ſpecialiter Guid. Pap. *dec. 134. & ſingul. 191. & 212.* P. Gallus *2. p. obſ. 39. n. 27. & obſ. 94. n. 18.* Catocius *in tract. com. opin.* Maſcardus *de probat. concl. 1138.* Pro quo facit illud Eccl. 4. *Væ ſoli, quia cum ceciderit, &c.* Vbi hoc, quod eſt cadere, *ſoli* tribuitur veluti proprium. Cum paulò ante dixiſſet, *melius eſſe duos ſimul quàm vnum,* quod vſurpatur *in c. in omnibus, diſt. 81. & c. illud 7. q. 1.* Vnde Plinius *in Panegyr. ad Traianum Imperat. Melius,* inquit, *omnibus, quam ſingulis creditur, ſinguli enim decipere, & decipi poſſunt, nemo omnes, neminem omnes fefellerunt.* Et Cicero 1. *Tuſcul.* inquit: *Omnium conſenſus naturæ vox eſt.* Græcorum quoque vetus prouerbium eſt: *Vir vnus nullus eſt.* Et proinde prudens eſt monitum poëticum.

Iudicium populi nunquam contempſeris vnus.

Pro confirmatione prædictorum multa ſolent adduci iura *cap. vlt. diſt. 20. cap. 5. diſt. 64.* & paſſim DD. Præſertim, quia vbi adeſt communis opinio Doctorum, ibi dicitur eſſe ius clarum. Puteus *deciſ. 123. libr. 3.* 17

18 Reſpondetur tamen hæc omnia ſolum probare, paſſim, aut crebrò non licere vnius ſingularis Doctoris ſententiam ſequi, relicta communi aliorum, vt benè Azor. *tom. 1. inſtit. moral. lib. 2. cap. 16. quæſt. 6.* Imò, vt bene etiam Palaus *ſuprà,* ex Nauarro inquit, talis Doctor timere debet, *ne lumen, quod tibi eſſe videtur, tenebræ ſint,* non verò, quod in caſu, quo vir probus, pius, & doctus, ac in illa materia verſatus rem non obiret, aut caſualiter tractans, meliori, & firmiori fundamento nitatur, & cum aliis circumſtantiis relatis, non poſſit eius ſententia teneri, relicta etiam alia communi aliorum.

19 Si autem ſecundò obiiciatur, quod ſententia vnius Doctoris contra cæteros videatur omnino ſingularis, ac veluti temeraria, ergo non ſequenda.

20 Reſpondeo, quod etſi poſſit dici ſingularis, quatenus ſcilicet ſingularitas denotat eſſe tantum vnius Doctoris, non tamen poterit dici ſingularis, quatenus ſingularitas denotat aliquid vitioſum, & repræhenſibile, de qua in ſequentibus. Multo minus debet dici temeraria, quia ad hoc vt talis ſit, debet eſſe non ſolum in re graui, ſed etiam ex leui fundamento. Sic fermè Monteſinos poſt Cordubam, & Vaſquez.

21 Prima porrò conditio illa ad hoc, quod opinio vnius Doctoris prudenter teneri poſſit, videlicet quod is ſit *pius, & probus,* aſſignatur à Nauarro *in Man. c. 27. num. 228.* dum dicit, poſſe nos ſequi opinionem eius, *quem meritò cenſemus eſſe virum ſcientia, & conſcientia præditum.* Etenim per *conſcientia præditum,* intelligitur *pius, & probus.* Et à Valentia *tom. 2. diſp. 2. quæſt. 14. punct. 4. dub. 4.* ibi, *quam aliquis probus, & doctus putaret eſſe veram.* Item à Bonacina ſupra ibi: *Sufficit authoritas vnius Doctoris valdè periti, & bonæ conſcientiæ.* Idem Sanchez ibi: *Vnius Doctoris probi, & docti.* Martinus Breſſerus ſupr. *lib. 3. c. 3.* ibi: *Vnius viri pij, & docti authoritas.* Et Caſpenſis: *Vnius viri docti, & probi, & rerum moralium bene periti.* Fauent Panormitanus, Imola, & Villalobos, quos refert, & ſequitur Caſtrus Palaus *part. 1. diſp. 1. punct. 1. n. 4.* ibi: *Alicuius doctoris pij, & probi.* Ac Paſqualigus *ſuprà dec. 1. n. 8.* illis verbis. *Si author ſit celebris, & bonæ exiſtimationis.*

22 Præ cæteris autem Iacobus Granadus doctus, pius, & modeſtus author *in 1. 2. S. Thom. controuerſ. 2. tract. 12. diſp. 4. ſect. 1.* ſic habet ad intentum. *Tertiò ergo maximè attendendum eſt, vt ſit probabilis opinio alicuius viri docti, an ille ſit verè in re morali ſufficienter inſtructus, an ſit pius, & liber ab*

inordi

Digitized by Google

inordinatu affectu, & deinque, an ſit cordatus, & minimè ſingularis in opinando: nam ſi iſta circumſtantia non concurrant, meritò timeri poterit an in eo, quod modò dicit, habeat ſufficientem auctoritatem, vt ego deponam meam conſcientiam, & illius doctrina adhæream; qui enim non eſt à paſſionibus liber, aut frequenter docet opiniones valdè ſingulares, aut reſpondere ſolet audacter ſine matura conſideratione, facilè me decipere poterit, & conſulere rem improbabilem. Et infrà: *Dico ergo breuiter, per ſe loquendo eſſe probabilem opinionem qua habetur in aliquo Doctore ex recentioribus, qui ſit doctus in morali Theologia, pius, & minimè ſingularis.* Inferiùs quoque: *Quibus adde, quod ſi ſcirem illum eſſe ſingularem, aut præcipitem in opinando, aut amplecti ſententias planè improbabiles, non poſſem tuta conſcientia illius opinionem reputare probabilem ſine maiori examine, aut conſilio, maximè in re graui.* Conſonat Breſſerus inquiens: *Conſiderandum eſt, an is non loquatur magis ex paſſione, quàm ratione, an non ſit præceps, ſingularis, & audax in ſententiis ſuis.*

23 Vno autem verbo dicerem ego, per *pium, & probum* Doctorem intelligi hominem timoratæ conſcientiæ. Etenim iuxta Eccleſiaſtic. 15. *Qui timet Deum, faciet bona.* Et infra: *bibabit illum* (ſcilicet Deus) *pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum.* Et inferius: *In medio Eccleſiæ aperiet os eius, & adimplebit illud ſpiritu ſapientiæ, & intellectus.* Vnde Eccleſiaſt. capite 1. *Plenitudo ſapientiæ eſt timere Deum*, ſeu vt Rabanus exponit: *Quantò quis magis Deum timet, tantò ſapientior apparet.* Timoratæ ergo conſcientiæ virorum opinio receptibilis erit. Vnde Conradus *de contract. quæſtione* 100. & ex eo Candidus Philaletus *diſputatione relat. quæſtione* 8. nomine literatorum, quibus fidendum eſt in opinionum electione, intelligunt *timentes Deum.*

24 Quia tamen pro magiſterio non ſufficit timorata conſcientia, ſed requiritur doctrina, idcirca ſecunda conditio Doctoris ſingularis, vt eius ſententia teneri poſſit, eſt quod ſit *doctus.* Quam aſſignant Nauarrus, Valentia, Bonacina, Sanchez, Caſpenſis, Paſqualigus, Breſſerus, Vidal, & Granadus relati, & Arriaga *in* 1.2. *diſput.* 24. *ſect.* 3. ibi: *Vnius Doctoris ingenioſi, prudentis*, ſeu vt in principio ſectionis dicit: *A viro docto, & prudenti, ac boni nominis.* Monteſinos, dum *diſput.* 29. *q.* 5. *in* 1.2. *S. Th.* inquit: *Poteſt eſſe opinio probabilis, quæ vnius viri docti eſt, etiamſi ſit contra reliquos omnes, qui de illa ſcripſerunt; præſertim, quando iſte vir doctus pollet ingenij acumine, maturitate iudicij, atque conſilij, & clarè ſoluit argumenta contrariæ partis, neque ex leui fundamento ducitur ad id aſſerendum.* Huiuſmodi autem doctrina, & ſuffi-

25 cientia Doctoris debet eſſe in ea materia, non in alia diuerſa. Non enim ſufficit ad hoc quod aliquis tenere poſſit ſententiam in materia purè Theologica, quod Doctor illam docens ſit celebris Iuriſta; neque è contra in materia purè iuridica, quod Doctor ſit magnus Theologus. Imò etiam, quia ſermo eſt in præſenti non de opinionibus in rebus ſpeculabilibus, ſed maximè, & præcipuè in practicis, & operabilibus, circa moralia videlicet, ideo oportet, quod

26 talis Doctor ſit doctus in Theologia morali. *Conſtat enim* (inquit rectè Breſſerus ſupra) *multos inſigni ingenio, & doctrina in Theologia Scholaſtica, parum in morali, ac caſibus verſatos eſſe. Quorum proinde authoritas reſolutionem caſus practici non reddet probabilem, niſi diligenter illum examinauerint.* Infra quoque ad intentum: *Vt quis opinionem reddat probabilem, abſolutè debet eſſe actu, vel potentia probatus Doctor, id eſt, cum approbatione Facultatem aliquam publicè docuiſſe, aut calamo, & impreſſis libris, vel ſaltem iudicari ad id idoneus, idque potentia aliquo modo proxima, habita ratione doctrinæ iam acquiſitæ.* Item inferius: *Ad probabilitatem abſolutam non ſufficere authoritatem cuiuſcumque publici profeſſoris, ſeu lectoris; conſtat enim aliquos iſti muneri non ſatisfacere, vel quia non ſatis docti, vel quia in delectu opinionum nimis præcipites ſunt, ac ſingulares.* Adhuc inferius: *Clarius eſt, non ſufficere ad eiuſmodi probabilitatem authoritatem Doctoris, id eſt promoti in aliqua Vniuerſitate ad Doctoratum, nedum Licentiati, & Baccalaurei. Nam experientia teſtatur ad illos gradus promoueri multos tenuiter ſolida doctrina cinctos: neque iſti tituli conferunt doctrinam ex opere operato.* Hæc potiò, etſi ab Authore neotheſteo dicta, hic placuit adiungere, quia veritatem continent, & vtilia pro dicendis erunt.

Tertia autem illa conditio opinionis ſingularis tenendæ, videlicet quod author ipſius ex profeſſo, non caſualiter, obiter, aut incidenter rem diſcuſſerit, traditur à Nauarro *in cap. ſi quis autem, de pœnitent. diſt.* 7. *num.* 53. Granado ſupra relato dicente: *Non poſſe tutò reputari probabilem opinionem alicuius Doctoris, quando ille non reſpondet ſeriò, ſed veluti obiter, & parum conſideratè: tunc enim illius authoritas non facit ſufficientem fidem.* Caſtro Palao *ſupr. num.* 5. dicente: *Vt opinio alicuius Doctoris aduerſus communem probabilis cenſeatur, non ſufficit, ſi perfunctoriè, & incidenter, & occaſione alicuius argumenti dictaſit.* Breſſero etiam *ſupra*, cum Nauarro. & Granado ſentiente. Et colligitur ex Menochio *de præſ. lib.* 5. *præſ.* 71. *n.* 39. & Alciato *de præſ. reg.* 1. *præſ.* 55. *n.* 2. Et Arriaga *ſupra.* 27

Ratio porro huius conditionis ea eſt, non ſolùm quia illa quæ dicuntur incidenter, minùs conſideratè dicuntur, & quandoque ex neceſſitate ſoluendi aliquod argumentum, pro quo alia ſolutio non ſuppetit, ſed etiam quia vt Caſtrus Palaus *ſuprà* ex Maſcardo animaduertit, ea quæ dicuntur incidenter, ad colorem potius, quàm ad probationem dicuntur. Vnde quemadmodum confeſſio incidenter facta non præiudicat confitenti, vt aſſerit Gloſſa *in c. pœnitentibus,* 50. *diſt.* per DD. *in c. At ſi Clerici, in princ. de iudic.* ita etiam reſolutio incidenter facta non præiudicabit veritati, nec merebitur fidem. 28

Quarta porro illa conditio pro opinione vnius ſingularis Doctoris amplectenda, communi relicta, ſcilicet, quod *melius, aut firmius fundamentum quàm alij* attulerit, colligitur ſatis ex *cap. Capellanus, de feriis*, vbi Pontifex eam ſententiam amplectitur, quæ *meliori, & ſubtiliori nititur ratione* Fauet *l. ſed licet*, & ibi Bartol. *ff. de off. Præſid.* Et ita ex Theologis relatis hanc conditionem tradunt Azor. *dict. q.* 6. Sanchez *ſupra num.* 9. Palaus *num.* 3. Paſqualigus *deciſ.* 5. *num.* 5. Caſpenſis *de conſcientia diſput.* 3. *ſect.* 1. & alij. Et meritò quidem, quia in hoc caſu rectè intrat illud Poetæ: *Non vis, aut numerus melior, ſed cauſa triumphat.* Et ita S. Rota Rom. vt videre eſt in Robuſterio *deciſ.* 501. *poſt princip. part.* 1. *diuerſ.* Seraphino *deciſ.* 1360. *n.* 2. & Eminentiſſ. Panzitolo in Romana de Ghezzis, 9. *Februar.* 1635. & alibi ſæpè, non tam reſpicit ad numerum authorum, quam ad rationes eorum: vide Iulium Clementem *ſupra.* 29 30 31

Quia verò dubitari poteſt, quodnam cenſeatur melius, aut firmius fundamentum, ſeu melior, aut firmior ratio; ideo dicendum, attendendum eſſe primò, an tale fundamentum ſit S. Scriptura, Traditio Eccleſiæ, vel authoritas ipſius deſumpta ex definitione aliqua Summi Pontificis, vel Concilij ab eo confirmati; quia iſta habent primum locum. Deinde authoritas PP. & DD. aut communis Eccleſiæ ſenſus. De quo Coratius *in tract. comm. opin. lib.* 2. *tit.* 9.

& Felinus *in cap. ne innitaris, de conſtit.* Ioter fundamenta verò ea rasiooe petita, videtur dicendum com Stephano Natheo. *in tract. de Iuſtitia vulnerata, part. 2. tit. 5. cap. 5.* quod *illa ratio efficacior habeatur, quæ eſt ſecundùm ius naturale, quàm quæ eſt ſecundum ius ciuile; item illa eſt efficacior, quæ eſt ſecundum ius Diuinum, quàm quæ eſt ſecundùm Canonicum; item illa, quæ eſt ſecundum æquitatem ſcriptam, quàm quæ eſt ſecundum rigorem; item efficacior eſt, quæ ſecundum mentem, quàm quæ ſecundum verba; item potior illa, quæ eſt ſecundum verba, quàm quæ eſt ſecundum ſimilitudinem, quæ fallax eſt, vti & illa, quæ fit per incertam rationem; item euidentior eſt illa, quæ eſt ſecundam regulam iuris, quàm ea, quæ tenet, vt ſit ſpeciale.* Hæc ille, quæ rectè intellecta ſatis ſont ad intentum.

33 Qointam conditionem reqoiſitam ad boc, qood opinio ſingularis teneri poſſit, videlicet, quod ipſa non reiiciatur communiter ab aliis Doctoribos, vt falſa, ſeu improbabilis, aſſignant Bieſſerus, Caſpenſis, & fauet Sanchez *ſuprà n. 11.* maximè verò Azorios *d. q. 6.* dicens: *Animaduertendum tamen, quod quando vnus, vel duo, vel tres claſſici Doctores contra communem ſententiam opinantur, non continuò eſſe adhærendum, quia tres, quatuorve ſint; videndum enim eſt an poſt eos etiam alij plures ſcripſerint, qui eos communi conſenſu refellant.* Ea hoc enim ſequitur moltò magis, & à fortiori, vt dicitur, id eſſe dicendum, quando ſeotentia eſt vnios ſolios Doctoris. Coios
34 conditionis ratio ea eſſe poteſt, quod caſo qoo opinio vnios Doctoris ab aliis communiter reprobetur, iam debet cenſeri omnino ſingolaris, ac vitioſa; & author illius is, de quo *in Pſ. 79.* dicitor: *Exterminauit eam aper de ſylua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam.* Alij *fera agreſtis*. D. Hieronym. *Omnes beſtiæ agri.* Quia ſcilicet tantum damni facere conſcientiis poteſt iſte ſolos, qoaotum plures ſimul. Vnde Hugo hunc locum interpretatur de ſuperbo, quia ſuperbus ſit *aper*, id eſt aſper; ſingularis in opinione, *ferus* in diſputatiooe, ſiue locotione. Pro quo facit
35 illud Ioannis Caſſiani *lib. 5. cap. 13.* *Quidquid extra conſuetudinem præſumitur, vſumque communem, vt vanitatis, & gloriæ, atque oſtentationis verbo pollutum, antiquiſſima Patrum traditio tenet.* Vnde de tali vitioſè ſingulari opinione rectè *de conſtantia cap. 5. & 6.* Lipſios: *Et vana rationis imago, & vmbra malè conſulens, malè iudicans.*

36 Sexta etiam conditio pro opiniooe ſingulari contra communem tenenda, ſcilicet quod non ſit reprobata ab Eccleſia, Sommo Pontifice, vel Sede Apoſtolica, eſt de meote Suarez io *1. 2. diſp. 12. ſect. 6. num. 11.* vbi ponit exemplum in opinione illa de abſolotione abſentis reprobata à Clement. VIII. Sanch. *ſupra n. 11.* vbi ponit pro conditione opinionis probabilis, quod non contineat errorem, quod eſt dicere, ne ſit ab Eccleſia reiecta. Palai *ſuprà num. 4.* Caſpenſis etiam *ſupra, §. vnde infero*, & Bieſſeri *ſupra §. ex quibus.* Attiagæ etiam *ſuprà*. Et ratio eſt, quia ſi opinio ſingularis deſinit eſſe probabilis eo, quod ſit
37 communiter reiecta ab aliis DD. vt dixi, moltò magis id erit, quando fuerit reiecta ab Eccleſia, aut Sede Apoſtolica, quæ maioris authoritatis eſt qoàm conſenſus DD. Sedes enim Apoſtolica comparatur horologio Solis, quod eſt menſora horologiorom pulſaotium, ſcilicet Doctorum opinaotium, vt dicebat Seneca.

38 Hoc portò, quod dixi de tenenda, vel ſeqoenda opinione ſingulari alicoius Doctoris, ſi tamen habeat conditiones, ſeu qualitates deſignatas, maximè procedit, quando talis opinio ſingularis fauet caoſæ piæ, qoalis eſt, qoæ fauet iuramento, *argum. c. quamuis, de pact. lib. 6. & capit. cum contingat, de iureiur.* Matrimonio, doti, teſtamento, aut libertati, *l. quoties dubia, ff. de reg. iur. cap. fin. de re iudic.* aut aliis piis, & religioſis rebus, *l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumpt. fun.* Aut pupillo, viduæ, peregrino, aut alteri perſonæ miſerabili, *argum. totius diſt. 85.* Qualis etiam eſt, quæ priuato fauet contra fiſcuio, cum fiſcus in delicto priuati fundatur, *l. non puto, ff. de iure fiſc.* Item generaliter cum agitur de valore actos, *l. quoties, ff. de* 39
reb. dub. l. quoties, ff. de verb. ſignificat. & aliis iuribus, Nauarrus *ſupr. n. 287.* Villalobos *tom. 1. ſumm. tract. 1. difficult. 7.* noſter Petrus Cornejo *in 1. 2. S. Thom. circa q. 19. tract. 8. diſp. 3. dub. 6.* Caſtrus Palaus *ſup. n. 12.* & alij, qoos refert & ſequitur Sanchez *lib. 1. de matrim. diſp. 18. num. 7.* loquens maximè de caſo matrimonij dubij.

Procedit etiam tradita doctrina, quaodo Doctor, 40
qoi conſulitur, vel qui opinionem ſingularem docet, eſt vir ſpiritualis, Deum aſſuetus media oratione conſulere in rebus dubiis. Pro tali enim ſtat præſomptio, cum non conſtat de oppoſito, qood eius ſententia ſit probabilis, & ſecundum Deum, & rationem regulata. Etenim *in Eccleſ. 37.* habetor: *Anima viri ſancti enunciat aliquando vera, quam* (id eſt plouſqoam) *ſeptem circumſpectores in excelſo ad ſpeculandum*; id eſt, *pluſquam multi Doctores qui ſedent in Cathedris, vt circumſpiciant, id eſt ſpeculentur veritatem*, vt eapouit Cornelius. Aoima enim ſaocta pe- 41
culiariter illuſtratur, & dirigitor à Deo, proot conſtat ex iis, qoæ de Antonio ſcribit Athanaſius; de Hilarione Hieronymus; de S. Franciſco Bonauentura; & de Sancta Thereſia, ac B. Virgine Magdalena de Pazzi, qui earum vitam ſcripſerunt. Et generaliter colligitur ea D. Baſilio *in proœm. in Iſaiam*, & S. Maximo *centur. prima de charit. c. 95.* & pluribus aliis. Et ea eo, qood veritas non de riuolis, ſed 42
de fonte hauriri debet, Deo ſcilicet, qui eſt prima veritas.

Procedit quoque tradita doctrina, quando Doctor, 43
qui conſilium dat, vel ſcribit, eſt veritatis amator, non vanitatis, aut alicuius inanis gloriæ copidos. Qoi 44
enim veritatis amator eſt, locem habet in agendis ſpecialem. Hinc Chriſtus Ioan. 17. dicebat: *Omnis, qui eſt ex Veritate audit vocem meam.* Plato etiam *lib. 5. de legib. veritas hominibus ad omnia bona dux eſt.* Philo qooque: *Veritas eſt facultas res obumbratas in lucem producens.*

Ex oppoſito autem, qoi vanitatem ſectatur, in te- 45
nebris ambulat, nec veritatem aſſequi poteſt: quia vanitas ipſa falſitas eſt, & meodacium. Hinc Exodi 20. illud, *non aſſumes nomen Dei tui in vanum*, idem eſt ac, *ad mendacium.* Et ita alij vertunt, *non periurabis*, id eſt, non mentietis. Sic Æneid. 2.

Finxit vanam etiam, mendacemque improba finget. 46
Vnde rectè Philoſophus quidam mnodom definiens inqoit: *Eſt ſchola vanitatis, forum impoſtorum.* Si ergo Doctor, vel Magiſter de re aliqua inquiſitos, veritatem, non vanitatem, pro ſcopo habebit, à prima veritate de veritate illuminabitur, & eius ſenteotia veritatem aſſequetur.

Ex dictis porrò elicitur eos, qui ſingularem ali- 47
cuius Doctoris ſententiam præfatis conditionibus non munitam ſequuntur, in rebus ad mores ſpectantibus, contra conſcientiam omnino agere, nec tutos dici poſſe. Sic colligitur ea Salone *2. 2. q. 63. art. 3. controuerſ. 2.* dicente eos, qui in rebus moralibus parum verſati ſunt, non poſſe tuta conſcientia, qood in vno, vel altero Doctore inuenerint, ſequi. Et ſupponunt ex relatis Doctoribus Mooteſinos *ſupra, §. ex quibus*, Granados *num. 10.* Nauarrum ſequens, §. *quinto hæc*, verbis quæ ex ipſo retuli, *eod. num.* & Caſpenſis etiam *ſupr. §. vnde infero.* Et 48
ratio in promptu eſt, quia talis opinio non eſt probabilis,

bilis, imò non tam opinio, quam ſententia falſa, ſi
quidem opponitur communi, cui cæteris paribus,
eſt inhærendum. Vt enim Ioannes Maior *in 4.q.3.*
prolog. concl.5. inquit, duobus circumſpectis maior
fides datur, quam vni, tribus, pluſquam duobus,
quatuor pluſquam tribus. Vnde de illo, qui ſequitur
opinionem ſingularem, quando non concurrunt in
49 illa conditiones aſſignatæ, dici poteſt illud Eccleſia-
ſtici 10. *Qui cito credit, leuis corde eſt, & minorabitur.*
Et illud Senecæ *in prouerb. Ad pœnitendum properat,*
cito qui iudicat. Prouerbialiter etiam de talibus dici-
tur, *quod ad primam tabernam ſubſiſtunt*, quia ſcilicet
ſine delecto opinionum operantur. Verendum etiam
eſt, ne illis aptetur illud Iſaiæ.30. in principio: *Va*
50 *filij deſertores, vt faceretis conſilium, & non ex me.* Et
infra: *Os meum non interrogaſtis.* Ac maximè illud
Apoſtoli 2.ad Timoth.4. *Sanam doctrinam non ſuſti-*
nebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros
prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auer-
tent, ad fabulas autem conuertentur. His enim verbis
carpuntur à Paulo illi, qui temerè, & ſine delectu,
prout eos agit libido, ſeu inordinata aliqua cupidi-
tas, quærunt ſibi Doctores ad ſuos pruritus, & deſi-
deria accommodatos; non qui verbo mordeant, &
abradant vitia, ſed qui vitiis adblandiantur, au-
res ſcalpant, & omni cubito puluillum aſſuant,
dum noua, curioſa, voluptaria, & mellita ſua-
dent.

51 Inſertur pariter, Doctores illos, qui ſingulares
iſtas ſententias vel ore, vel ſcripto proferunt, gra-
uiter quoque peccare, & in ſtatu damnationis eſſe,
donec palinodiam cantent, & ea, quæ dixerunt,
vel ſcripſerunt, quoad fieri poterit, retractent. Ita
enim ſupponunt authores relati, Nauarrus *ſupra*
num.258. Suarez etiam *ſup. num.9.* dicens: *Tenetur*
preceptor ſaniorem, & veriorem doctrinam docere, in
quo poteſt per gradus peccare, iuxta materia qualita-
tem. Breſſerus quoque *ſupra cap.4. in fin.* inquiens
de ſimilibus: *Merentur etiam cenſuram alicuius te-*
meritatis, & arrogantia, qui tam libenter, & fa-
cilè ob leuem aliquam rationem, ac ſpeculationem di-
cunt aliquid paradoxum, & alienum à communi ho-
52 *minum ſenſu, præſertim in moralibus, & ſacris:* Cu-
ius rei ratio iam aſſignata eſt, videlicet quia tales
ſingulares ſententiæ non ſunt probabiles opiniones,
ſed improbabiles, & falſæ, ſcandalum, & offen-
diculum animabus infirmorum præbentes. De qui-
bus Doctoribus loquitur Apoſtolus 1. *Corinth.* 8.
ibi: *Videte, ne fortè hac licentia veſtra offendiculum*
fiat infirmis. Et infra: *Et peribit infirmus in tua*
53 *ſcientia, frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt?*
Si autem peccantes in fratre, & percutientes conſcien-
tiam eorum infirmam in Chriſtum peccatis. Quondam
etiam de illis prophetatum erat cap.13. Ezechielis:
54 *Vident vana, & diuinant mendacium dicentes: Ait*
Dominus, cùm Dominus non miſerit eos: & perſeue-
rauerunt confirmare ſermonem. Et infra, *Ideo ecce ego*
ad vos, dicit Dominus Deus. Et erit manus mea ſuper
prophetas, qui vident vana, & diuinant mendacium:
in concilio populi mei non erunt, & in ſcriptura domus
Iſrael non ſcribentur, nec in terram Iſraël ingre-
dientur: & ſcietis, quia ego Dominus Deus. Eo quod
deceperint populum meum. Et infrà: *Væ qui conſuunt*
puluillos ſub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia
ſub capite vniuerſa ætatis ad capiendas animas: & cum
caperent animas populi mei, viuificabant animas eo-
rum. Et violabant me ad populum meum propter pu-
gillum hordei, & fragmen panis, vt interficerent ani-
mas, quæ non moriuntur; & viuificarent animas, quæ
non viuunt, mentientes populo meo credenti mendaciis.
Propter hoc hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad
puluillos veſtros, quibus vos capitis animas volantes,
& dirumpam eos de brachiis veſtris, & dimittam ani-
mas, quas vos capitis, animas ad volandum. Et di-
rumpam ceruicalia veſtra, neque erunt vltra in ma-
nibus veſtris ad prædandum, & ſcietis, quia ego Do-
minus. Circa quæ Theodoretus & alij: *Puluillus,* 55
inquiunt, *& ceruical ſunt molles, & blandiores ſer-*
mones ad lucrum compoſiti, qui ad tempus mulcent
auditum, ſed animas euertunt. Sic & Gregorius 56
18. *Moral. cap.4.* *Quiſquis, ait, male agentibus*
adulatur, puluillum ſub capite, vel cubito iacentis
ponit; vt qui corripi ex culpa debuerat, in eo fultus
laudibus molliter quieſcat. Ergo ad intentum, con-
ſuere puluillos, & ceruicalia, eſt adagium ſignifi-
cans palpare, & adulari; quod faciunt mali Docto-
res, dum ſingulares illas opiniones, quas dixi, ſe 57
conſulentibus proponunt. Etenim, vt Plutarchus
lib. de diſcrimine adulatoris, & amici, adulationes
ſimiles ſunt pulvillis, & ceruicalibus, quæ cum
videantur incumbentium capitis reſiſtere, & reniti,
cedunt magis, & obſecundant. Sic enim & adula-
tor aſſumit fucatam dicendi libertatem, & ſubinde
quædam carpit, & reprehendit, videturque attol-
li, & tumere, vt ſubſidens, & contrahens ſeſe ca-
piat, & pariter abripiat in ipſum ſe conjicientem.
Et hoc eſt, quod ſubdit Propheta, *ad capiendas*
animas. Simili phraſi Plautus, & alij dicunt, *conſue-*
re dolos, fraudes, mendacia. Sic ex Origene, Theo- 58
doreto, Hieronymo, & aliis moderni Expoſitores.
Quibus addendum illud D. Hieronymi ad Euſto-
chium epiſt. 19. *Quomam mel in Dei ſacrificiis non*
offertur, omnia dulcedo arte mutata eſt, & quadam,
vt ita dicam, piperis auſteritate condita. Apud
Deum enim nihil voluptuoſum, nihil tantum ſuauè
placet, niſi quod in ſe habet mordacis aliquid veri-
tatis.

Militant etiam contra Doctores iſtos opiniones 59
ſingulares conſulentes quamplurima, quæ ex PP.
Doctoribus, & Philoſophis contra nouitates, &
nouitatum amatores ſcribentibus cunctis vulga-
ria ſunt. Quale eſt illud D. Bernardi *epiſt.* 174. Noui-
tas eſt *mater temeritatis, ſoror ſuperſtitionis, & filia*
leuitatis. Et Baldi *conſ.* 112. *lib.* 2. dicentis: *Rarò benè*
loquitur, qui contra omnes loquitur. Sed ſufficeret illis 60
etymologia nominis *nouitas*, quæ eſt *non veritas*,
& illud Ciceronis 2. *de diuin. Eumque, quem tibi rei*
nouitas attulerit, natura ratione depellito. Ac præſer-
tim, quæ celebris valde author Vincentius Lirinen-
ſis aduerſus prophanas nouitates egregiè ſcripſit;
Quæ etſi præcipue hæreticos *nouantes*, ſeu *nouatores*
tangant, non idcirco Catholicos ſingularium opi-
nionum ſtudioſos præſeruant.

Ex his autem, quæ adducta ſunt, facile erit de 61
quibuſdam neothericorum ſententiis inter ſingu-
lares recenſitis iudicium ferre, & an probabilita-
tis, ſeu potius improbabilitatis notá cenſeri debeant,
diſquirere. Et primò quidem Ioannes Azorius in
ſuperioribus relatus *d. tom. 1. inſt. moral. lib. 2. cap. 16.*
q. 6. poſtquam dixit, in foro conſcientiæ licere
contra communem opinionem vnius tantùm claſſici
authoris ſententiam tenere, explicare volens, qua-
les ſint huiuſmodi ſingulares opiniones, ſic habet,
quæ in præſenti referenda, & enucleanda erunt pro
maiori firmitate eorum quæ dixi. *Ponamus exem-*
plum: Communis opinio eſt, Beneficium Eccleſiaſticum,
quamuis tenue, & exiguum, nos vinculo iuris obſtrin-
gere, itavt totum diuinum officium perſoluere debea-
mus: contra quam opinionem ſenſit, & ſcripſit Sotus ea
ratione ductus, quod beneficium propter officium confer- 62
tur: ergo, ſi tenue eſt, & exiguum, nulli ſubiicit
obligationi poſſeſſorem, qua preces horarias recitare
cogatur. Et certè quibuſdam valdè probabile videtur,
quod Sotus ait, quod ſanè ſi quiſpiam ſequeretur, non 63

60 condemnarem. Præterea communis eſt opinio, pecca-
tum lethale contrahere, ſi quis matutinis precibus non
peractis, & abſque iuſta, & debita cauſa faciat Miſſæ
ſacrificium. Contra quam ſententiam Sotus lib. 10. de
Iuſt. q. 5. art. 4. concl. 2. & in 4. diſt. 13. q. 2. art. 2. ad
finem ſcripſit, negans lethale in ea re peccatum ineſſe:
eo quod tale quippiam nec ex iure colligatur, nec ex
vſu, & more, nec ratio efficaciter comprobetur: quia
non omnes conſuetudines tantò ſunt ponderis, & momen-
ti, vt violatores earum tanquam reos peccati lethalis
condemnent. Negari non poteſt, quin Soti ſententia
ſit mediocriter probabilis, nec facile, & citò condem-
nanda, niſi vbi Epiſcoporum conſtitutiones ſancine-
rint, ne quis matutinarum precum non abſoluto penſo
rem diuinam faciat. Inſuper, vt exemplo quorundam
vtar, eſt omnium ferè communis ſententia, conſtitu-
64 tiones Pontificias, quas Bullas vulgò nominamus, ſi in
Curia Romana promulgentur, omnes vbique locorum
tenere, itavt vniuerſi eas obſeruare debeant. Contra
quam opinionem ſcripſit Sotus, probans eas vbique
terrarum vim obligandi non habere, niſi in ſingulis
Prouinciis Antiſtitum operâ, & curâ denuncientur.
Et Sotum ſecuti ſunt alij, & id ipſum ante Sotum
tradiderant Angelus, & quidam alij. Sanè mihi in hac
re opinio communis ſemper viſa eſt, non ſolùm tutior,
ſed verior etiam, & certior, & in agendo amplecten-
da. Veruntamen aliquos nonnunquam audiui dicentes,
dubitari non poſſe, quin opinio Soti aliqua probabili-
tate innitatur, quippe quæ non ipſius duntaxat Claſſici
alioquin auctoris, ſed Angelici quoque, & quorundam
aliorum auctoritate, & teſtimonio muniatur. Ex quo
efficitur, inquiunt, vt ſi quis eam fuerit in agendo ſe-
cutus, in foro conſcientiæ nullum temeritatis, aut im-
prudentiæ crimen incurrat. Cæterùm aliter ego dicen-
dum exiſtimo; ſi quis Soti in hac parte ſententiam ſe-
quatur, iuſtam excuſationem non habet, quia, vt ſuo
loco fuſius explicabo, probabilis opinio Soti non eſt, niſi
quando Pontificiæ conſtitutiones vſu receptæ non ſunt,
quamuis alioqui in Romana Curia publicè promulga-
tæ. Item communis eſt Theologorum opinio, Miſſæ ſacri-
ficium certi, ac finiti eſſe fructus & ponderis, ac proinde
pro pluribus oblatum minùs ſingulis prodeſſe, quàm ſi
65 pro vno tantum offerretur. At Caietanus tom. 2. opuſ-
cul. tract. 3. quæſt. 2. & quidam alij, de quibus Henricus
quodl. 10. q. 13. cenſent, non eſſe certæ, & finitæ effica-
ciæ per ſe, ſed infinitæ, finiri tamen tamen iis pro qui-
bus offertur, & ipſi non offerunt, ſola Chriſti Domini
voluntate; in iis verò pro quibus offertur, & ipſi ſunt
offerentes, finiri pro maiori, minoriue eorum ſtudio, &
affectu, & quando pro his offertur, etiamſi pro multis
offeratur non minus ſingulis prodeſſe, quam ſi pro vno
tantum offerretur. Mihi ſemper verior eſt viſa prima
66 ſententia; ſed, vt aliqui ſentiunt, Caietani opinio ſua
probabilitate non caret, vt ſuo loco explicabo. Inſuper
communis omnium opinio ſentit irregularitate affici, ſi
quis vt innocentem parentem, vxorem, aut filium, im-
mò etiam cognatum, vicinum, amicum, aut etiam ex-
traneum defendat ab iniqua morte, occiderit eum, qui
per iniuriam in aliquem ipſorum irruit; at Couarru-
uias Fortunium ſequutus probabiliter cenſuit in nullam
irregularitatem incurrere. Item conſtans eſt omnium
ſententia, irregularitatem contrahere, ſi quis occiderit
furem, vt res ſuas tueatur, & ſerues Couarruuias oppoſi-
tum tradit, certè in vtraque quæſtione eum, qui, vt
probabilem ſententiam Couarruuiæ ſequeretur non dam-
narem. Et idem dicendum de Clerico, qui ne patria
euerteretur ab hoſtibus, aut ne exercitus Chriſtianorum
deleretur, aut ne Rex, vel Princeps necaretur, hoſtem
occideret, communis opinio ſentit eum in irregularita-
tem labi; at Couarruuias putat oppoſitum eſſe valdè
probabile, quamuis contra eum facere videatur, quod
reſpondet Pontifex in cap. Petitio, de homicid.

Hanc ergo Azorij doctrinam enucleando, primò 67
negari non poteſt, probabilem eſſe illam opinio-
nem, quam ex Soto refert, ſcilicet, quod clericus
(qui alias non habet ordinem ſacrum, Subdiacona-
tus ſaltem) habens beneficium perexiguum, & tenue,
non teneatur totum officium canonicum, ſeu hora-
rum canonicarum recitare. Ita enim tenent ex pro-
babili fundamento non ſolum Sotus, ſed etiam Leſ-
ſius, Ledeſma, Malderius, Aragonius, Rodriguez,
& Molfeſius, quos refert Diana *part. 2. tract. 12.
reſolut. 9.* item Palacios, & alij, quos refert Sanchez
tom. 1. conſ. moral. lib. 2. c. 2. dub. 66. Quod tamen non
tollit maiorem probabilitatẽ, & ſecuritatem oppoſitæ
ſententiæ, pro qua ſunt multò plures authores apud
eoſdem Dianam, & Sanchez, & Anellum *de
Horis canonicis cap. 5. dub. 5.* apud quos etiam quod-
nam ſit beneficium tam tenue, vt excuſet à totali
obligatione ſecundum opinionem probabilem?

Similiter ſecunda illa opinio Soti ab Azorio 68
relata, & ab ipſo *mediocriter probabilis* appellata,
ſcilicet quod non ſit peccatum mortale dicere Miſ-
ſam ex rationabili cauſa, non recitatis matutinis,
non ſolùm *mediocriter probabilis*, ſed ſatis proba-
bilis his temporibus eſt, quam ex eodem Soto, Sua-
rez, & aliis ſecutus ſum *in mea Summa, tom. 1.
cap. 21. numero 3.* Vbi etiam ex Syluestro, & aliis,
quod ad minus erit peccatum veniale id facere ſine
rationabili cauſa.

Circa tertium, quod tangit Azorius de obliga- 69
tione obſeruandi Conſtitutiones Apoſtolicas, ſeu
Bullas Pontificias, quamuis plura dici poſſent, quæ
ſæpius diuerſis in locis tetigi, hoc ſolùm pro præ-
ſenti dicam, videlicet mihi certum videri eas in
foro conſcientiæ non obligare niſi ipſarum notitia
habeatur; promulgatio enim intrinſecè requiritur
pro legis obligatione; in foro autem externo, cum
Summi Pontifices in eiſdem Conſtitutionibus di-
cere ſoleant, quod publicatæ in locis publicis Ro-
mæ ſingulos per orbem aſtringant, non videtur id
negari poſſe. De hac tamen materia latius Vaſ-
quez *in 1. 2. diſp. 156.* Auerſa *in 1. 2. q. 95.* & Diana
ſæpiùs, ſcilicet *part. 1. tract. 10. Reſolut. 8. & 9.* &
part. 4. tract. 4. Reſolut. 127. & *part. 5. tract. 14.
14. Reſol. 25.* poſt plures alios, quos refert.

Circa quartum porrò, de quo Azorius, videlicet 70
de valore ſacrificij Miſſæ quantum ad applicatio-
nem pro multis, an ſcilicet ſit finitus, vel potius
infinitus, etſi multa etiam dici poſſint, credo tamen
ad ſufficientiam dixiſſe *4. tom. mea ſumma, verbo* 71
Miſſa, num. 2. & ſequentibus. Solum in hoc loco di-
cam, quod licet ſententia affirmans valorem ſacrificij
Miſſæ infinitum eſſe, ac proinde applicatum mul-
tis, ſingulis prodeſſe, ac ſi pro ipſis ſolis applicare-
tur, itavt propterea Sacerdos plura ſtipendia pro
Miſſa accipere poſſit, probabilis iudicetur, attentis
fundamentis, quæ habet; nihilominus ſtante declara-
tione S. Congr. Concilij, quam *eo verbo Miſſa, n. 10.*
retuli, vbi vocatur *terminus abuſus, à Chriſtiana Re-
publica conuellendus, atque eradicandus*, iam non
eſt ad praxim reducibilis, ſeu practicabilis. Pro
quo notandum id, quod pro præſenti conſulto, &
aliis occaſionibus eſt valde neceſſarium. Quod non
omnis opinio ſpeculatiuè probabilis poteſt practi-
cari, ſeu ad praxim reduci. Stat namque quod aliqua
opinio in ſe probabilis ſit, nihilominus quod acce-
dente præcepto, ſeu mandato Superioris id prohi-
bentis, practicari non poſſit, aut ad praxim reduci,
ac per conſequens practicè probabilis amplius dici
non poſſit. Quarum opinionum plura exempla af-
fert Caſtrus Palaus *part. 1. oper. moral. diſp. 2. punct. 5.
n. 6.* Et indicat Suarez inferius referendus loquens
de opinione illa antiquata (ſi nomen opinionis
mere

mētebatur) de abſolutione abſentis per litteras; dato enim (exempli cauſa) quod illa ante decretum Clementis VIII. apud aliquos eſſet probabilis, modo tamen talis non eſt, ſed *falſa, temeraria, & ſcandaloſa*, vt Pontifex decernit. Idem dici deberet caſu, v. g. quo Summus Pontifex, aut alius legitimus Superior prohiberet practicari aliquam opinionem, quæ aliàs probabilis cenſebatur, vt ſæpiùs facere ſolet S. Congregatio Eminentiſſ. DD. Cardinal. in diuerſis materiis; tunc enim talis opinio, eſto in ſe probabilis ſit, non eſt tamen ad praxim reducibilis, propter extrinſecam Superioris prohibitionem.

72 Ex quo ſequitur conciliatio duarum ſententiarum, quæ ſunt circa hanc difficultatem, an omnis opinio ſit ſpeculatiuè probabilis. Prima enim, quæ eſt ferme communis, & præſertim Gerſonis, Nauarri, Suarez, Salas, Leſſij, Garziæ, Becani, & Merollæ, quos refert Paſqualigus *deciſ. 362. numero 1.* quibus etiam adhæret ſæpius Sanchez, & alij, negat omnem opinionem ſpeculatiuè probabilem eſſe talem practicè, aut in praxi. Secunda verò, quam tenent Ioannes Sanctius *in ſuis ſelectis, diſp. 53. numero 15.* Paſqualigus *ſupra*, & Pellizzarius *tom. 1. Man. Regul. tract. 4. cap. 1. ſect. 2. numero 129.* affirmat omnem opinionem ſpeculatiue probabilem,
73 eſſe etiam in praxi, ſeu practice probabilem. Conciliantur namque hæ duæ ſententiæ, ita vt prior ſit vera attendendo non ſolùm ad principia intrinſeca probabilitatis alicuius opinionis, quæ ſunt fundamenta, quæ pro illa ſunt, & authoritas DD. qui illam tenent; ſed etiam ad extrinſeca, ſcilicet præceptum, vel prohibitionem Superiorum, conſuetudinem, legem, &c. in hoc enim ſenſu manifeſtum eſt aliquas opiniones ſpeculatiuè probabiles non eſſe tales in praxi, vt dixi, propter præceptum, vel prohibitionem Superiorum. Poſterior autem ſit vera attendendo ſolùm ad probabilitatis opinionis, hoc enim modo conſiderata opinione, ea quæ eſt ſpeculatiuè probabilis, etiam eſt in praxi talis, quia praxis oritur ex ſpeculatione tanquam effectus ex cauſa, & ſequitur naturam ipſius: quod eſt fundamentum Ioannis Sanctij, & aliorum.

74 Circa quintum de irregularitate ex homicidio in defenſionem facto, quod etiam tangitur ab Azorio ſupra, ſufficienter dixi *tom. 2. ſumma., verbo Bannitus, verbo Bellum, verbo Homicidium, & verbo Irregularitas, num. 56.* & ſequentibus.

75 In hac tamen materia irregularitatis ex homicidio videtur extare congruum exemplum de eo quod in ſuperioribus dixi, ſcilicet quod tunc opinio vnius authoris ſingularis poterit haberi vt probabilis, etiamſi ſit contra communem aliorum, quando ea, & non leui nititur fundamento, & ab aliis communiter non reiicitur. Etenim ſingularis ſententia fuit P. Vazquez aſſerentis irregularitatem ex homicidio iuſtè facto, quæ vocatur ex *defectu*
76 *lenitatis*, & contingit quando quis publica authoritate occiditur, vt malefactor, non incurri niſi ab iis, qui concurrunt ad talem occiſionem, vt miniſtri publici iuſtitiæ, & non ab iis qui concurrunt vt perſonæ priuatæ, eo quod iura imponentia talem irregularitatem ſolùm loquuntur de prioribus, non de poſterioribus. Quia etenim fundamentum hoc non eſt leue, cum certum in iure ſit nullam irregularitatem incurri niſi ſit in ipſo iure expreſſa; & ex alia parte hanc ſententiam poſtea ſecuti ſunt Turrian. *de cenſur. lib. 9. diſp. 66. dub. 3.* Gaſpar Hurtadus *diſp. 2. de irregul. diff. 11. num. 39.* Diana *p. 2. tract. 5. reſol. 79. & in addit. ad 2. p. reſol. 15. & expreſſiùs 5. part. in addit. ad reſol. 46. tract. 5.* ac Celeſtinus *in compend. Theolog. moral. tract. 4. c. 5. q. 1.* ideo videtur probabilis, non obſtante quod contraria communior valde ſit, & propterea illam ſecutus ſum *tom. 3. ſumma, verbo Irregularitas, num. 21. 22. & ſequentibus.* Ex dicta autem opinione probabili ſequitur etiam probabilis reſolutio ad plures caſus conſcientiæ, de quibus relati Authores, Diana præcipuè.

Suarez etiam loco relato ſuperius, ſcilicet in 1. 2. 77
diſp. 12. ſect. 6. affert aliquot exempla, in quibus opinio minus probabilis, relicta probabiliori, teneri poſſit, quæ etiam deſeruiunt ad intentum. Primum eſt de opinione illa quorumdam, quod ſcilicet abſens poſſet in caſu neceſſitatis Sacramentaliter à peccatis abſolui, quam dicit olim probabilem fuiſſe non paucis, licet modò ſtandum ſit Diplomati Clementis VIII. circa hanc rem editi. Cæterum, 78
quidquid ſit de antiqua probabilitate huius opinionis, ſiue à multis, ſiue à paucis ea recepta fuiſſet, certum eſt his temporibus nullatenus amplectendam eſſe, propter decretum Clementis VIII. emanatum die 26. Iunij 1602. vbi eam damnat vt falſam, temerariam, & ſcandaloſam, ac prohibet ne deinceps doceatur, defendatur, aut imprimatur, ſub pœna excommunicationis Papæ reſeruata, his verbis apud Quarantam *in ſumm. Bullar. verb. Confeſſio Sacramentalis*, & alios. *S. D. N. auditis votis*, &c. 79
hanc propoſitionem, ſcilicet Licere per literas, ſeu internuntium confeſſario abſenti peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere, ad minus vti falſam, temerariam, & ſcandaloſam damnauit, ac prohibuit; præcepitque ne deinceps iſta propoſitio in publicis, priuatiſque lectionibus, concionibus, & congreſſibus doceatur, néve vnquam tanquam aliquo caſu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur: quod ſi quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea etiam diſputatiuè tractauerit (niſi forſan impugnando) vel ad praxim directè, ſeu indirectè deduxerit, præter excommunicationem latæ ſententiæ, quam ipſo facto incurrat, à qua non poſſit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacunque etiam dignitate fulgente, etiam S. R. E. maiori Pœnitentiario, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice abſolui, aliis etiam pœnis pro arbitrio infligendis ſubiaceat

Ex his porrò magis firmatur id quod dixi *ſupra* 80
num... de ſexta conditione requiſita pro opinione ſingulari vnius Doctoris vt probabili habenda, videlicet, quod talis opinio non ſit à Sede Apoſtolica reprobata. Si enim opinio iſta de abſolutione abſentis per litteras, quamuis à multis probabilis reputaretur, nihilominus accedente poſtea Clem. VIII. decreto relato, iam nullo modo eſt probabilis, ſed *falſa, temeraria, & ſcandaloſa*, multò minùs opinio ſingularis ab vno ſolo Doctore promulgata, probabilis erit, ſi à Sede Apoſtolica (quæ eſt veluti lapis Lydius probationis, vel reprobationis ſententiarum) reprobetur, aut improbabilis, ſeu falſa declaretur.

Secundum exemplum, quod affert Suarez, eſt de 81
opinione illa, quod ſcilicet poſſit abſolui Sacramentaliter aliquis, qui nullo modo confiteri poteſt, & ſolùm ſigna contritionis dedit. Sed de ea dixi *tom. 3. ſumma quæſtion. regul. verbo Confeſſio, n. 49. & ſequentibus*, ex doctrina D. Cardin. Lugo, P. Dianæ, & aliorum, vbi etiam de aliis caſibus ſimilibus. Et ſanè negari non poteſt, quin probabilis valdè ſit, ſiquidem extremæ neceſſitati ſpirituali proximi ſuccurrit, & nullum incommodum in praxi continet, ac à multis docetur, & practicatur.

De aliis quoque opinionibus, quæ vulgò vt pro- 82
babiles cenſentur, loquendo primò occurrit in materia Sacramentorum illa quæ aſſerit poſſe in articulo

mortis

mortis non Sacerdotem, ſeu etiam Laicum ſe ip-
ſum communicare; ac etiam in eodem articulo, ſeu
extrema neceſſitate aliis miniſtrare Sacram Eucha-
riſtiam. Quia tamen de huius opinionis probabi-
litate ſufficienter dixi *in 3. tom. ſumma, verbo Eucha-*
83 *riſtia quoad regulares, num.* 15. ideo ſolùm adden-
dum, quod cum hæc ſententia valdè faueat ſaluti
animarum, quæ pendere poteſt ex receptione ve-
nerabilis huius Sacramenti in ea extrema neceſſita-
te; ſiquidem, iuxta S. Thomæ, & aliorum ſenten-
tiam, confert aliquando primam gratiam, & remiſ-
ſionem peccatorum mortalium, & ex alia parte
iura, quæ hanc facultatem ſolis Sacerdotibus tri-
buunt, intelligi poſſint extra caſum dictæ extremæ
neceſſitatis, non videtur negari poſſe, eſſe probabilem;
præſertim cum plures Doctores pij, & docti, quos eo
loco retuli, eam ſequantur. Etiamſi Bordonus nouiſ-
ſimè *in Sacro Tribunali, c.* 22. *n.* 42. eam vocet valdè
præiudicialem *iuri Sacerdotali*.

84 Secundò, ſententia illa, quæ habet, opinionem
Gloſſæ præferendam eſſe communi, prout tenent
Baldus *in l.* 1. *ff. de vulg. & pup. & l. cum hæredi-*
ditas, C. depoſ. & l. fin. §. neceſſitate, C. de bon. quæ
lib. & l. precibus, C. de impub. & aliis ſubſt. & conſ.
398. *lib.* 1. *& conſil.* 159. *lib.* 2. *& conſil.* 450. *eod.*
lib. Bartolus *in l. vt vim, ff. de iuſt. & iur.* Iaſon
ibid. Decius *conſil.* 23. *circa fin.* Curtius iunior *con-*
ſil. 160. *num.* 12. Ferrettus *conſil.* 43. *num.* 3. Ce-
uallos *lib.* 3. *de comm. opin. cap.* 8. *num.* 2. Burrius
relatus per Angelum *in leg.* 1. *C. qui per. ſua iuriſd.*
Villalobos 1. *p. ſumma, tract.* 1. *diffic.* 4. *num.* 6. Mo-
dicius *in §. lex eſt, dub.* 52. *num.* 2. *& in §. Pruden-*
tum reſponſa, dub. 6. *num.* 10. vt puto eſt falſa, & vt
rectè Paſqualigus *ſuprà deciſ.* 4. ex illis opinioni-
bus, quam ſine diſcuſſione Doctores ſequuntur.
Ratio eſt, tum quia gloſſa eſt quidam Doctor par-
ticularis, cuius authoritas non eſt tanta, vt præ-
ferri iure debeat communi ſententiæ Docto-
rum: tum quia ſæpè relinquitur, reiicitur, &
impugnatur à Doctoribus. Ergo ſaltem iuxta
communem praxim opinio Gloſſæ non debet præ-
ferri communi ſententiæ. Vt enim habet vulgaris
verſiculus,

Practica eſt pluris quàm tota ſcientia Iuris.

85 Tertiò, in materia Officij Diuini, ſeu Horarum
Canonicarum, ſententia Philiberti Marchini *de*
Sacramento Ordin. tract. 2. *part.* 6. *difficult.* 3. *num.* 5.
dicentis, omiſſionem vnius Horæ Canonicæ (paruæ
ſcilicet, nempe Tertiæ, Sextæ, aut Nonæ) non eſſe
peccatum mortale, eſt falſa, & improbabilis. Ratio
eſt, quia leui nititur fundamento, ſcilicet, quod ſit
parua materia reſpectu totius Officij Diuini; non
enim eſt niſi notabilis deformatio, & mutilatio
Diuini Officij: & quia eſt contra torrentem Docto-
rum, nempe D. Antoninum, Sylueſtrum, Tabienam,
Sotum, Nicolaum de Ploue, Nauarrum, Azorium,
Leſſium, Suarez, Sanchez, & Reginaldum, quos
refert, & ſequitur Petrus Anellus *de Hor. Can. cap.* 8.
dub. 2. *num.* 5. Item Molanum, Vvigers, Fabrum,
Vegam, Fernandez, Ledeſmam, Belloquium, Bona-
cinam, Naldum, Molfeſium, Oliuetium, Bonaci-
nam, Macigmam, Squillantem, Metollam, Fauſtum,
& alios, quos etiam refert, & ſequitur Diana *part.* 6.
tract. 6. *reſol.* 6. Adde, quod ratione huius, & qua-
rundam aliarum propoſitionum, quæ in hoc libro
continentur, delatus eſt ad S. Congregationem In-
dicis. Excuſabilis tamen author eſt, quia dicit ſe
ita arbitrari, *ſaluo meliori iudicio.* Hanc porrò ſen-
tentiam ideo inter improbabiles, & falſas recenſere
volui, timens de malitia temporum, ne plus æquo
ſerperet, aut plauſibilis fieret, cum bonarum con-
ſcientiarum diſpendio.

Quartò, in materia ieiunij, ſententia illa, quæ 86
ex Caietano à pluribus refertur, quod ſcilicet præ-
ceptum ieiunij non obliget per ſe ad mortale pec-
catum, ſecluſo contemptu, prout colligitur ex eo-
dem Caietano *in ſumm. verbo Ieiunium, cap.* 4. *&* 2. 2.
quæſt. 147. *art.* 3. *§. ad huius*, falſa eſt, & improba-
bilis. Etenim talis communiter reputatur ab omni-
bus, ſpecialiter D. Thoma, Durando, Ricardo, Ga-
briele, Paludano, Panormitano, Archidiacono,
vtroque Medina, Sylueſtro, Soto, Ledeſma, Ca-
no, Nauarro, Azorio, Angles, Syluio, Gordono,
Palatio, Couarruuia, Valentia, Toleto, Victoria, &
aliis, quos referunt, & ſequuntur Sanchez *conſil.*
moral. lib. 5. *cap.* 1. *dub.* 1. *num.* 5. & Paſqualigus *de*
ieiunio deciſ. 30. *num.* 3. Ad quod accedit, quod id
videtur denotari *cap. non liceat, & cap. non oportet,*
& cap. placuit, de conſecrat. diſtinct. 3. *& cap. quadra-*
geſima, & cap. ieiunia, de conſecrat. diſtinct. 5. Item
ex can. 68. *Apoſtolorum*, Concil. Grangenſi *cap.* 69.
& Toletan. 4. *can.* 7. Adde, quod ſecundum ali-
quos hoc conſtat ex viua voce Apoſtolorum ab ip-
ſorum tempore. Nota tamen, quod non propterea 87
ſententia Caietani cenſeri debet erronea, aut teme-
raria, quia ipſe concedit ex conſuetudine Eccleſiæ
introductum eſſe hoc præceptum. Eſt tamen falſa,
& improbabilis, vt dixi, quia etiam ſecluſa conſue-
tudine, ex vi inſtitutionis Eccleſiæ extat tale præ-
ceptum ad mortale obligans. Sanchez *ſuprà num.* 6.
Ex quo magis roboratur id quod in ſuperioribus
dixi, ſcilicet opinionem aliquam non propterea eſſe
probabilem, quia à viro doctiſſimo (qualis erat Ca-
ietanus) doceatur, ſi communiter ab aliis Doctoribus
reiiciatur.

Quintò, in eadem materia ieiunij ſententia, 88
quæ affirmat, potionem illam ex Indiis in Hiſpa-
niam aduectam, vulgo *chocolate*, non frangere ie-
iunium (intellige, quando in aliqualiter notabili
quantitate ſumitur) non videtur mihi probabi-
lis, ſed potiùs falſa. Quod quidem, ſalua pa-
ce meorum Hiſpanorum, quos valdè veneror,
dictum ſit. Primò quidem, quia, vt dixi in ſupe-
rioribus, ſententia illa, quæ ab vno, vel altero
authore defenditur tunc tantùm eſt probabilis, quan-
do non leui, ſed graui alicui innititur fundamen-
to, & ab aliis Doctoribus communiter non reii-
citur, quæ ſingula huic ſententiæ deficiunt. Etenim 89
fundamentum, cui ea innititur, ſcilicet, quod *cho-*
colate non ſumatur per modum cibi, ſed potus,
debiliſſimum prorſus eſt; concors enim, & conſtans
doctrina Theologorum aſſerit, quod quando id,
quod ſumitur, eſt verè cibus, nihil omninò refert
in ordine ad non frangendum ieiunium, quod ſu-
matur per modum potus; aliàs in magna abſurda
incidere poſſemus, ſcilicet dicendo potum lactis, po-
tum iurium ex gallina, vel carnibus; imò potum
ſtillatum gallinæ, vel carnium, italicè piſto, non ſol-
uere ieiunium; iſta namque omnia per modum po-
tus ſumuntur, & aliquando ad extinguendam ſi-
tim, quod eſt proprium rei potabilis. Cum ergo *cho-*
colate ſit verè cibus, & cibus ſubſtantialiſſimus,
valde nutritiuus, ita vt in nutritiua virtute excedat
ferè omnes alios cibos, & vt habet Paſqualigus *de*
ieiunio, diſput. 141. *num.* 3. vna tantum vncia illius
ſufficiat pro hominis ſuſtentatione per 24. horas abſ-
que vlla corporis debilitatione, imò expellat ſom-
num, & ſufficiat, quod eo non egeat homo, profe-
ctò leuiſſimè dicitur non ſoluere ieiunium, eo quod
ſumatur per modum potus. Roboratur intentum
ex eo, quod à viro grauiſſimo, dignitate, & ſcien-
tia clariſſimo in Vrbe audiui. Occaſione namque 90.
cuiuſdam functionis laborioſiſſimæ, in qua neceſſum
erat ipſi aſſiſtere per multas horas, mihi cum ipſo
loquenti

loquenti dixit, ſumptione *chocolate* roboratum non
timere faſtidioſiſſimum laborem, quem paſſurus erat
in illa functione.

91 Quod autem hæc ſententia ab authoribus com-
muniter reiiciatur, conſtat ex Palodano, Abulenſi,
Angles, Palatio, Henriquez, & aliis, quos refert,
& ſequitur Sanchez *tom.* 2. *conſil. moral. lib.* 5. *cap.* 1.
dub. 23. *num.* 1. dicentibus liquida, quæ traiiciun-
tur per modum potus, ſi verè habeant rationem
cibi (prout contingit in *chocolate*) frangere ieiu-
nium. Deinde ex Azorio, Laymano, Villalobos,
Ludouico à S. Ioanne, Siluio, & Fagundez, quos
etiam refert, & ſequitur Diana 1. *part. tract.* 4. *re-
ſol.* 194. dicentibus liquida, ſeu potus habentes ra-
tionem cibi (ſicut habet *chocolate*) ieiunium ſolue-
92 re. Item ex Antonio de Leone in quæſtione morali
Hiſpano idiomate de hac re edita, Trullenck *lib.* 3.
in Decalog. cap. 2. *dub.* 2. *numero* 15. quos ſequitur
Paſqualigus ſupra, qui idem dicunt. Notet tamen
lector P. Paſqualigum inaduertenter me in ea deci-
ſione *num.* 1. citaſſe pro opinione negante, potum
chocolate frangere ieiunium. Nunquam enim fui,
nec ero in tali ſententia, vt patet ex iis quæ dixi
tom. 3. *mea ſumma, verbo ieiunium, numero* 2. ſolum
enim ibi dixi, aliquos apud Dianam exiſtimaſſe op-
poſitum pro Hiſpania. Non tamen illud approba-
ui. Aliqui autem Doctores ex Societate Ieſu, &
Ordine Eremitarum S. Auguſtini, in Vniuerſitate
Salmanticenſi Profeſſores, quos P. Diana loco rela-
to refert, ex relatione Illuſtriſſimi D. Didaci Traſ-
miera Inquiſitoris Siciliæ, tenuere, potum *chocolate*
non ſoluere ieiunium, qui cum ſuam ſententiam
in ſcriptis non protulerint, ſolùm intelligendi
erunt, quando talis potus modiciſſimam quan-
titatem *chocolate* contineat, præſertim, ſi ſumatur
in ea modiciſſima quantitate ad ſtomachi con-
fortationem. Nec aliud credendum eſt eos ſen-
ſiſſe, aut prædictum Illuſtriſſimum de ipſis retu-
liſſe.

93 Secundò roboratur intentum, quia id ſolùm
non derogat abſtinentiæ per ieiunium ab Eccle-
ſia indictæ, quod eſt verè, & ſubſtantialiter potus,
vt communiter tenet ſchola: ſed potio ex *chocolate*
confecta non eſt verè potus; tum quia, vt pro-
batum manet, potius eſt verè cibus; tum quia non
ſumitur vt vehiculum cibi, aut ad extinguendam
ſitim, quod eſt natura, vel ſignum potus; ſed ad
ſuſtentationem, vel confortationem ſtomachi; tum
quia vix vnquam ſumitur frigida, ſed potius cali-
da, quod ſignum etiam eſt quod non verè ſit potus,
cum potus ſit propter ſitim, quæ eſt appetitus frigi-
di, & humidi: tum denique, quia, prout ex D.
Thoma, Leſſio, Laymano, & aliis Theologis, &
Philoſophis elicit Diana ſupra, merus potus per
ſe, & principaliter deſeruit ad alterationem, ſiue
refrigerationem, vel ad deiiciendum cibum in ven-
triculum, & alimenti, ſanguiniſque diſtribu-
tionem, non ad nutriendum, alendum, & con-
fortandum corpus, vt chocalate: Ergo non eſt po-
tus.

94 Nec valet dicere, quod vinum etiam nutrit, &
tamen eius ſumptio non frangit ieiunium. Primò
quidem, quia propterea multi DD. dixerunt, vinum
frangere ieiunium; & eſto hæc ſententia commu-
niter reiiciatur, ſaltem eſt certum, quod ſi vinum
miſceatur aliquibus ingredientibus cibariis, videlicet
ſaccaro, cinnamomo, pipere, & huiuſmodi, prout
dicitur de vino *Hypocras* in Hiſpania, tale vinum
in notabili quantitate ſumptum franget ieiunium,
quod idem erit de *chocolate* propter eandem mixtio-
nem ſimilium rerum. Deinde, vinum in omnium
ſententia eſt verus liquor, non autem *chocolate*. Ter-
tiò, vinum extinguit ſitim, quod eſt proprium po-
tus, non ſic *chocolate*. Quartò (inquit Diana) vi-
num nutrit aliquantulum per accidens; nam per ſe,
& principaliter non ordinatur ad hoc: quod è con-
tra accidit in *chocolate*.

Cum etiam *chocolate*, vt dictum eſt, ſit ſubſtan- 95
tialiſſimus, & maximè nutritiuus cibus, vtique
vſus ipſius tempore ieiunij maximè contrariatur
fini intento ab Eccleſia, ſcilicet macerationi cor-
poris, ac proinde vellem Hiſpanos, alioquin
veræ pietatis, & Religionis cultores, aliis natio-
nibus non præbere in hoc diſciplinæ Eccleſiaſticæ
relaxandæ exemplum, ſed ſanioris, & ſecurioris
Theologiæ magiſterium. Nec credant vſum in con-
trarium, qui apud aliquos forſan viget, veram, aut
legitimam conſuetudinem, ſed prauum abuſum
eſſe.

Quænam autem ſit parua materia huius *chocola-* 96
te, quæ propterea excuſare poſſet à tranſgreſſione
ieiunij illam ſumentes, non pertinet ad meum inſti-
tutum id diſcutere. De eo tamen agunt Antonius
Leo, & Paſqualigus relati, ac Diana 5. *part. tract.* 5.
reſol. 11.

Sextò, de materia priuilegiorum Regularium plu- 97
res extant falſæ, & improbabiles opiniones, quas
in mea ſumma per quinque tomos ſæpius reieci; in-
ter alia, quia propterea talia, priuilegia redduntur
exoſa apud Eccleſiarum Prælatos, & idcirco
ſæpius inſtant pro eorum derogatione à Sede Apo-
ſtolica facienda, prout quotidie accidit, ſpecialiter
vna, vel altera ex huiuſmodi opinionibus referen-
da, & refellenda occurrit. Qualis eſt ea, quam
tom. 4. *ſumma, verbo Miſſa, num.* 31. in impreſſione
Veneta *de ann.* 1646. retuli ex Marchino, quem im-
meritò alij docti ſequuntur, quod ſcilicet cum Se-
des Apoſtolica reducit Miſſas vnius Conuentus ali-
cuius Religionis ad minorem numerum per breue,
vel alio modo, poſſint Monaſteria eiuſdem Religio-
nis, quin & omnia aliorum Ordinum habentium
communicationem priuilegiorum cum illa; vti ea-
dem facultate. Hæc enim ſententia omninò eſt con- 98
tra praxim Eccleſiæ, & Religionum, generans ma-
gnam confuſionem, vt ibidem dixi, imò ſcandalum,
vt aliquando expertus fui, & propter ipſam liber ip-
ſius Marchini à S. Congregatione Indicis, me teſte,
non approbatus.

Inuitus etiam, & veluti coactus, quia Doctorum 99
virorum opinionibus contrarius videri non vellem,
inter huiuſmodi improbabiles ſententias vnam re-
feram, quam circa huiuſmodi priuilegia Regularium
video apud P. Franciſcum Amicum, virum valdè
doctum *tom.* 5. *de Iuſt. & Iur. diſp.* 9. *ſect.* 10. *n.* 148.
vbi loquens de priuilegiis Societatis, inquit à Gre-
gorio XIII. conceſſum illi fuiſſe in Bulla *Æquum
reputamus*, vt *nullius indulti, aut priuilegij reuoca-
tio Societatis iuribus præiudicet, niſi illi per trinas
diſtinctas litteras eundem tenorem continentes tribus
ſimiliter diſtinctis vicibus intimata, & inſinuata foret*,
eidem ſcilicet Societati, vt Bulla loquitur. Sed miror 100
Doctorem iſtum hæc protuliſſe, quæ tum ipſi Socie-
tati, tum aliis Religionibus, quæ cum ipſa commu-
nicationem priuilegiorum habent, & poſſunt vti eiuſ-
dem priuilegiis veluti propriis, præbent occaſionem
ſæpiſſimè errandi in grauiſſimis rebus ad conſcien-
tiam ſpectantibus, ſi videlicet quando à Papa reuo-
cantur eorum priuilegia, non crederent ea pro reuo-
catis haberi, aut reuocata eſſe, niſi ſeruata illa for-
ma, quod ſcilicet, *per trinas diſtinctas litteras eun-
dem tenorem continentes tribus ſimiliter diſtinctis vi-
cibus intimata, & inſinuata foret* talis reuocatio di-
ctis Religionibus. Et primò, quidem Pontifex Gre-
gorius neutiquam tale priuilegium Societati in dicta
Bulla

101 Bulla concedit, prout videre potuit in ea, quæ eſt in Bullario communi Laërtij Cherubini *tom. 2. in Gregorio XIII. Bulla prima*, & in Bullario Rodriguez *tom. 2. inter Bullas Gregorij XIII. Bulla* 18. Solùm enim in dicta Bulla concedit, vt ea, quæ Pius V. prædeceſſor Societati conceſſerat, *licèt eius ſuperueniente obitu litteræ Apoſtolicæ deſuper confectæ non fuerint, ſuum ſortiantur effectum.* Pius autem V. ſolùm conceſſit facultatem aſſumendi Iudices conſeruatores pro cauſis Religionis, cum ampliſſima facultate illis conceſſa ad procedendum in ipſis. Addene poſtea, quod litteris dictorum conſeruatorum nullatenus derogari cenſeretur, niſi ſeruata illa forma, & alijs conditionibus, quae ſic exprimit Pontifex: *Ac tunc deſuper conficiendis litteris, & in eis contentis diſpoſitionibus per quaſcumque derogationes in quibuſuis alijs litteris Apoſtolicis gratiam, vel iuſtitiam, & mixtim conuenientibus, per eundem prædeceſſorem, & Sedem Apoſtolicam etiam cum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & per quas earundem litterarum tunc deſuper conficiendarum tenor, ac ſi de verbo ad verbum in eis inſertus foret, pro expreſſo haberetur, quibuſcunque perſonis, ſeu in eorum fauorem*
102 *etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conceſſas, & factas, ac faciendas, & concedendas nullatenus derogatum cenſeretur, aut derogari poſſet, niſi tenor earundem tunc deſuper conficiendarum litterarum de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, foret in illis inſertus, & derogatio pro tempore facta huiuſmodi per trinas diſtinctas litteras eundem tenorem continentes, tribus ſimiliter diſtinctis vicibus eidem Societati intimata, & inſinuata foret, & quod aliter earundem litterarum tunc deſuper conficiendarum pro tempore facta derogationes nemini ſuffragarentur.* Forma ergo iſta, & cum conditionibus in illa poſitis ſolùm ſeruari debet, vt Pius V. concedit, & Gregorius XIII. obſeruari, & publicari præcipit, quantum ad derogationem litterarum ſpectantium ad dictos conſeruatores, non quantum ad derogationem aliorum priuilegiorum Religionis. Quo ergo iure extenditur hæc conceſſio ad derogationem aliorum priuilegiorum Religionis? Præſertim, cum valde exhorbitans ſit non ſolùm à iure communi, ſed etiam à communi modo concedendi priuilegia, & praxi Eccleſiæ in derogandis priuilegiis. Quod verò hæc ſit planiſſima intelligentia dictæ conceſſionis, non ſolùm conſtat ex
103 ipſa Bulla, & verbis relatis, ſed etiam ex Summario clauſulæ prædictæ in Bullario Rodriguez, vbi *num. 4.* dicitur: *Conſeruatoria per quaſcunque alias derogationes non cenſetur derogatum*, & ex margine eiuſdem clauſulæ in Bullario Laërtij, vbi ſic: *Et iſtam conceſſionem per quaſcunque derogationes non ablatam, diminutam cenſeri decreuit.* Sicque illam intellexit vir
104 doctus Societatis, cum quo rem communicaui. Flauius etiam Cherubinus à P. Amico relatus ſic quoque eam intellexit in Compendio huius Bullæ, hoc enim modo compilauit dictam clauſulam. *Et huic priuilegio* (ſcilicet conſeruatoriæ) *non cenſeri derogatum, ſtatuit per quaſuis litteras Apoſtolicas quibuſcunque ſuffultas clauſulis derogatoriis, niſi illius tenor ad verbum eſſet inſertus, & derogatio eiuſmodi Societati intimata foret.* Quo etiam modo loquitur *in Schol. 2. eiuſdem Bullæ.* Dicit enim: *Quæro, huiuſmodi Societatis indulto eligendi in ſuis cauſis conſeruatores in Iudices, eritne derogatum à Sixto V. qui Rotæ Maceratenſi cauſarum Eccleſiaſticarum cognitionem infra in ſua conſtitutione 94. conceſſit aliorum priuilegiis pleniſſimè derogando? Reſp. Rota mei Maceratenſis in cauſa in ea promota à Ieſuitis cenſuit, non fuiſſe derogatum multiplici ratione, & præſertim quod eorum priuilegio* (non dixit priuilegiis, *ſed priuilegio*, præſenti videlicet) *nulla præiudicat derogatio eiſdem non intimata, vt videre eſt in deciſionibus Prouinciæ Marchiæ collectis à M. Antonio Amato deciſ. 17. per totam.* Ergo nec Flauius Cherubinus; nec Amatus fauent P. Amico. Fauet quidem illi P. Diana, quem refert *eo tract. 2. de dub. Regular. reſol. 68.* quod mirum eſt, etſi de ipſius pietate credam ſe explicaturum fore in alia occaſione, pro bono conſcientiarum.

Addo, quod cum Gregorius XV. in Bulla *Sanctiſ-* 105
ſimus, de anno 1621. reuocauerit omnes conſeruatorias Religionum, nouamque formam præſcripſerit conſeruatores eligendi, cum reuocatione quorumcunque priuilegiorum eiſdem Religionibus, etiam Societati conceſſorum, *ſeu quibuſcunque tenoribus, & formis, ac quibuſcunque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis*, &c. prout in dicta dicitur; probabilio videtur ceſſaſſe dictum priuilegium Societati conceſſum, etiam dato, & minimè conceſſo, quod illud tam amplè, & ſupra ipſius veram intelligentiam accipiendum eſſet.

Concludam tandem hoc conſultum aſſerens, 106
quod tunc Doctorum, ſeu Magiſtrorum opiniones probabiles erunt, cum præuia humili & deuota ad Deum, vel Chriſtum Saluatorem oratione meditatæ fuerint. Hoc enim condimento Deo, & proximo ſapidæ erunt. Sic D. Hieronymus in Regula Monachorum per Lupum collecta: *Tunc ſcriptura vtilis eſt, cum abſque Chriſto non diſcitur.* Sic etiam, & bellè Nilus Abbas *in cap. 17. de oratione* dicebat: *Si es Theologus, verè orabis, & ſi verè orabis, verè eris Theologus.* Optimè etiam ſanctus Vincentius Ferrerius *de vit. ſpirit.* ſic: *Qui legit, & ſtudet, debet ad Chriſtum inſpicere, cum ipſo loquendo, & ab ipſo intelligentiam poſtulando.* Plura de hoc in noſtro opere *de Reformatione Regularium*, præſertim *cap. 3. 4. & 11.* ex Patribus, & Doctoribus. Sed quidquid in hæc ipſi dixerint, ethnicus homo Seneca epiſt. 7. dixit: *Quoties quid fugiendum ſit, aut quid petendum voles ſcire, ad ſummum bonum totius vitæ reſpice.*

Dicam ergo nunc, & ſemper, de rebus dubiis 107
interrogatus, antequam reſpondeam: *Tu Domine Ieſu Chriſte, qui es via, veritas, & vita, prope ſemper es inuocantibus te in veritate, faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuum, & doce me iuſtificationes tuas. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam. Domine videam lumen. Ne auferas de ore meo verbum veritatis. Illumina lucernam meam, Domine, illumina tenebras meas. Vtinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuis, & regnas Deus in ſæcula ſæculorum.* Vel cum Leone à S. Ioanne Ordinis noſtri viro doctiſſimo de vera Religione lib. 3. in fin. *Deus meus, & omnia, luminum parens, fons amoris, origo ſapientiæ, da quæſo noſſe ſanctiſſimam voluntatem tuam bonam, beneplacentem, perfectam. Et quando, ò bone, tu mihi principium, tu finis, creator, reparator, ſanctificator, cognitam lumine tuo fac viuens, moriensque exequar voluntatem, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus ſancti in ſæculorum ſæcula. Amen.*

CONSVL

CONSVLTVM XLIX.

De ſepultura cuiuſdam de hæreſi, & duello ſuſpecti.

SVMMARIVM.

1 *Caſus ſeu factum.*
2 *Reſponſio.*
3 *Prima ratio deſumpta à Iure.*
4 *Delictum in dubio non præſumitur.*
5 *Et hoc maximè procedit in mortuis.*
6 *Mortui ſunt miſerabiles perſonæ.*
7 *Regula illa*, Morte delicta extinguuntur, *an procedat etiam in crimine hæreſis.*
8 *Maximè, quia mortui diuino Iudicio ſunt ſubiecti.*
9 *In hæreticos inquiritur etiam poſt mortem.*
10 *Ad damnandam hæretici defuncti memoriam requiritur plena probatio.*
11 *Nec ſufficiunt ſuſpiciones.*
12 *Maior probatio contra mortuum requiritur, quàm contra viuum.*
13 *Teſtes deponentes in fauorem mortui.*
14 *Intereſſe Miſſæ cuius naturæ ſit apud hæreticos.*
15 *Miſſa per antonomaſiam appellntur myſterium fidei.*
16 *Matris occiſi teſtimonium.*
17 *An illi ſit credendum.*
18 *Et ad hoc rationes.*
19 *An obſtet præſumptio inuenti libri hæreſim continentis.*
20 *Præter coniecturas huius libri debent concurrere grauiſſimæ aliæ præſumptiones.*
21 *Hæreticus non denunciatus poteſt tradi Eccleſiaſticæ ſepulturæ.*
22 *Et propter hoc Eccleſia non polluitur.*
23 *Huius rei fundamenta.*
24 *Poſſumus communicare cum mortuis illis, cum quibus viuis communicauimus.*
25 *Excommunicatus toleratus non priuatur ſepultura Eccleſiaſtica.*
26 *In Germania locis quibuſdam Lutherani ſepeliuntur in locis ſacris.*
27 *Quid ſoationdum de duello.*
28 *An plenè probetur.*
29 *Probatio dubia, & generalis non concludit.*
30 *Duelli factum.*
31 *In quo conſiſtat verum duellum.*
32 *Quomodo quis effugere poterit duelli cenſuras.*
33 *Concilij Trident. & Clementis VIII. de duellantibus expoſitio.*
34 *Quid dicendum de notorio peccatore mortaliter.*
35 *Peccatores notorij mortaliter carent Eccleſiaſtica ſepultura.*
36 *An conſtet occiſum peccatorem mortaliter notorium fuiſſe.*
37 *Notorium id dicitur, quod nulla tergiuerſatione excuſari poteſt.*
38 *Quid de non inuocando nomen Ieſu.*
39 *Generaliter loquendo excommunicatus quoties dubitatur vtrum pœnitens deceſſerit, an poſſit in loco ſacro ſepeliri.*
40 *Decretum S. Congregationis Inquiſitionis.*
41 *Cautiſſimè in hoc procedendum.*
Caſus ſingularis ex Prato ſpirituali. ibid.
42 *Nicolai ... hæretici aſſertum expenditur.*

IESVS MARIA.

CONTIGIT Romæ, vt Iuuenis quidam 1
natione, vt dicebatur, Hollandus, repertus fuerit lethaliter percuſſus, & mortuus;
Cum autem apud eum inuentus eſſet libellus quidam idiomate Flandrico, vel Hollandico
deſcriptus, in quo apparebant multa quibus denotabatur libri authorem hæreticum eſſe, eo quoque quod
defunctus occiſus erat à ſocio quodam eiuſdem patriæ, diſſidatus, & in duello, & cadauer ſepeliendum
eſſet in noſtra Parochia Tranſpontinæ, dubitatum fuit, an ſacræ ſepulturæ tradi poſſet, & de hoc interrogatus à meis Religioſis ſic reſpondi.

Inclinor valdè ad credendum Hollandum iſtum, 2
de quo in præſenti, poſſe ſepeliri in loco ſacro, non obſtante ſuſpicione hæreſis, & dubio quod mortuus
fuerit in duello.

Primò ex generali illo axiomate Iuris: Bonus 3
quilibet in dubio præſumitur, *l. merito, ff. pro ſocio, l. quotiens ff. de probat. cap. vnic. de ſcrutin. in Ordin. fac. capit. Ludum, & cap. vltim. de præſumpt.* DD. communiter. Cui conſonat illud etiam: Delictum in dubio non præſumitur, & ideo actus, qui poteſt ſonare
in delictum, & non delictum, ſemper interpretatur
vt abſit delictum, *d. l. merito, ff pro ſoc. l. Prætor, §. docere, ff. de vi bonorum rapt. cap. eſtote, de reg. Iur. in Decretal.* Vbi etiam DD. communiter, inter quos 4
Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 13. q. 1. num. 72. & lib. 14. q. 7. num. 55. cum ſeqq.* vbi ait, quod vbi
alia coniectura ſumi poteſt, non eſt delictum præſumendum. Quod maximè procedit in mortuis, ſeu
defunctis. Illi enim ſunt miſerabiles perſonæ, & inter 5
miſerabiles miſerabiliores, & ita ſunt ſub protectione Eccleſiæ, *cap. ſuper quibuſdam, in fin. de verbor. ſignif.* & eas debet Iudex ex officio tueri, ne opprimantur. Bertacbinus *in Repert. 3. part. verb. miſerabiles perſonæ*; In mero ergo dubio facti de ſuſpicione hæreſis, & morte in duello, in fauorem defuncti, 6
qui non poteſt loqui, nec ſe defendere, vel excuſationem aliquam afferre, iudicari debet.

Accedit quod licet regula illa, *Morte delicta extinguuntur*, ex Vlp. *l. vltim. ad l. Iul. Maieſt.* & Modeſtino *l. ex iudiciorum, ff. de accuſat.* & ibi per illos 7
textus hoc notant omnes, quia mortui diuino Iudicio ſubiecti ab humano ſunt exempti, vt dicitur *in cap. querundam, diſt. 23. & cap. ex epiſt. ibid.* præuenti 8
enim a Summo Iudice Deo ſunt, & vocati ad maius
Tribunal, vt latè hæc exornantes probant Symanchas *in Enchir. Iud. Viol. reliq. tit. 62. num. 1.* & Decian. *tract. crim. lib. 5. cap. 67. num. 1.* Licet, inquam, hæc
regula in crimine hæreſis ob eius immanitatem non
procedat, ſed in hæreticos etiam poſt mortem inquiratur, Symanch. *de Cath. Inſtit. tit. 18. num. 1. & ſeq.* 9
Decian. *loc. cit.* Peña *p. 3. comm. 91.* Ludouicus à Paramo *de Orig. S. Inquiſ. lib. 3. quæſt. 4. num. 78. & ſeq.*
cum aliis cumulatis per Farin. *de hæreſ. q. 197. n. 86.*
Nihilominus certum eſt ad defuncti hæretici memoriam damnandam plenam requiri probationem, nec 10
ſufficere ſolas ſuſpiciones, vt probat longa ſerie Farinae. *de hæreſ. q. 197. num. 103.* & ſupponit Catena
de offic. S. Inquiſ. p. 2. tit. 19. §. quinto, num. 9. Quia contra defunctum plenior, & clarior probatio requiritur, 11
quàm contra viuum. Catena *ibid.* ex Symanch. &
Farinae. Cum igitur in præſenti non adſint huiuſmodi plenæ probationes, ſed ſolùm meræ 12
ſuſpiciones, in fauorem defuncti iudicare debemus.

Accedit quoque in fauorem illius (quod attinet 13
ad amouendam hæreſis ſuſpicionem) quod ipſe acti-

bus poſitivis contrariis eam purgaſſe videtur. Cùm
teſtes ad hoc inducti expreſsè dicant ſe cognouiſſe
defunctum de tempore immediatè præcedente obi-
tum pro Catholico, & bonæ conuerſationis; cum
ipſo ſæpius Sacræ Miſſæ officio interfuiſſe, & cum
ipſomet viſitaſſe Eccleſias ad effectum lucrandi in-
dulgentiam anni Iubilæi, ac habuiſſe ad caput le-
ctuli pendentem coronam precariam. Qui actus nul-
lo modo ſunt æquiuoci, ſed neceſſariò inferunt ad Re-
ligionem. Immò interfuiſſe Miſſæ, eſt talis naturæ
14 apud hæreticos illius Patriæ, vt via alia maior, aut ex-
preſſior proteſtatio fidei Catholicæ reperiatur. Et
meritò quidem, cum in illa celebretur venerabile Sa-
cramentum Euchariſtiæ, quod per antonomaſiam
15 *Myſterium fidei* appellatur.

Quartò accedit matris huius defuncti teſtimo-
nium petentis ſepulturam pro filio *iuxta ritum Ro-*
16 *manum*, vt ipſa loquitur, cui multum valdéque de-
ferendum, quia in cauſa ſtatus filij matri fides adhi-
betur, iuxta ſententiam Bartoli, & aliorum, prout re-
17 fert Maſcardus *de probat. vol. 2. concl.* 1020. *num.* 12.
Immò ex hoc facto matris tale, nec inefficax emergit
argumentum. Vel enim ea eſt Catholica, vel hæreti-
ca. Si Catholica, cum peccaret petendo ſepulturam
catholicam pro hæretico, credendum eſt exiſtimaſſe
filium ſuum pro Catholico: ſi autem eſt hæretica,
nullatenus pro filio hæretico poſtularet Catholicam
ſepulturam, quia hæretici illius partis, Caluiniſtæ
videlicet, magis horrent conſepeliri cum Catholicis,
quàm Catholici cum hæreticis. Experientia namque
compertum eſt, quod hæretici in vrbibus captis
à Catholicis oſſa Catholicorum effoderunt, & proie-
cerunt, ne cum illis commiſcerentur. Mater ergo po-
ſtulans, vt filius Catholica ſepultura condiatur, pro
Catholico ipſum habet.

18 Nec obſtat liber inuentus apud ipſum, in quo Ca-
thechiſmus Hæreticorum continebatur, ex quo præ-
19 ſumptio oriri videtur de hæreſi, iuxta tradita per Ar-
chidiac. Felyn. Arnald. & alios apud Maſcardum *ſu-
prà concl.* 862. *n.* 6. & alios plures. Nam præterquam
quod in libello illo multa continebantur ad pieta-
tem conducentia, ſcilicet Pſalmi Dauidici, preces,
quibus Deus exorandus eſt, & laudandus manè, &
veſpere, qua ratione Chriſtiani hominis vita inſti-
tuenda, & ſimilia. Vlterius quod ad ſuſpicionem
hæreſis attinet, Maſcardus *ſup. n.* 15. ex Gundiſaluo,
Menochio, Conrado, Burſacio, & Arnaldo expreſsè
20 ait, præter coniecturam inuentionis libri hæreſim
continentis, debere concurrere grauiſſimas alias præ-
ſumptiones, vt qui illum habebat hæreticus præ-
ſumatur: quæ præſumptiones in præſenti non ſub-
ſiſtunt.

Ceſſat autem omnis difficultas in hoc, quia etſi
admitteremus hunc Hollandum fuiſſe verè hæreti-
cum, quia tamen non erat hæreticus notorius, nec
21 pro hæretico denunciatus, poteſt illi ſepultura con-
cedi. Prout expreſsè tradunt Henriquez *lib.* 13. *cap.*
11. *num.* 3. Suarez *tom.* 5. *in* 3. *part. diſp.* 12. *ſect.* 4. *nu-
mero* 13. Ægidius Coninck *diſput.* 14. *de excommuni-
cat. dub.* 8. *concl.* 2. *num.* 64. & colligitur ex Laymano
lib. 1. *tract.* 5. *part.* 2. *cap.* 4. *§. altera quæſtio eſt*, refe-
rente Nauarrum, & Auilam, & ex Cardinali Lugo
de Sacram. Euchar. diſput. 20. *ſect.* 2. *num.* 56. vbi fa-
tetur non pollui Eccleſiam per ſepulturam hæretici
non denunciati, quod etiam fatentur Baldellus *in
Theolog. Mor. tom* 2. *lib.* 1. *diſput.* 42. & Diana *part.* 9.
tract. 8. *Reſolut.* 4. etiamſi dicant hæreticum non
denunciatum priuari Eccleſiaſtica ſepultura. Sed
22 noſtrum aſſertum probatur primò *ex cap. Quicunque,
de Hæret. in* 6. vbi dum excommunicantur traden-
23 tes ſepulturæ Eccleſiaſticæ hæreticos, eos vocat
damnatos, per quod verbum denotantur hi qui *per
publicam ſententiam de hæreſi damnati ſunt, nam ſolùm
illi videntur in rigore dici damnati*, vt inquit Suarez,
& ſequitur Coninck. Secundò ex Clementina 1. de
ſepult. vbi etiam excommunicantur ſepelientes ex-
communicatos expreſsè, dicitur *excommunicatos pu-
blicè.* Tertiò ex extrauag. Martini V. *Ad euitanda*,
vbi expreſsè ſtatuitur ne quis in poſterum in perce-
ptione, vel adminiſtratione Sacramentorum, aut in
diuinis officiis, aut etiam extra teneatur ligatos ex-
communicatione, aut alia cenſura, ſi ſit nominatim
contra eos à iudice publicata, vel denuntiata, exceptis
Clericorum percuſſoribus ita notoriis, vt factum
nulla tergiuerſatione poſſit celari, aut excuſari. Ex
hac enim Extrauag. manifeſtè euincitur, prout Au-
thores relati comprobant, hæreticos non denuntia-
tos, maximè ſi notorij non ſunt, poſſe tradi ſepulturæ 24
Sacræ. Confirmatur, quia poſſumus communicare
cum illis mortuis, cum quibus viuis communicare
poteramus, vt apertè colligitur à contrario ſenſu ex
cap. Sacris, de Sepult. ibi: *Sacris eſt canonibus inſtitu-
tum, vt quibus non communicauimus viuis, non commu-
nicemus defunctis:* ſed cum hæreticis non denun-
ciatis viuis poſſumus communicare in humanis, &
diuinis, ergo etiam cum illis mortuis, ac perinde
tradere illos ſepulturæ. Ita ex Coninck, & Laymano.

Ex quibus elicitur, nihil obſtare dictis, quod præ-
fatus Hollandus repertus fuerit cum libello illo, in
quo continebantur hæreſes, & de Religione tracta-
batur, quod prohibitum eſt in prima excommunica-
tione Bullæ Cœnæ, quæ eſt Papæ reſeruata. Etſi
enim propterea incurrere poſſet dictam excommu-
nicationem, non tamen idcirco tradi non poteſt ſe-
pulturæ, eo quod eſſet excommunicatus toleratus, 25
qui nullatenus ſepultura priuatur, vt tradunt relati
Authores, & colligitur ex Bonacina *de cenſur.
diſput.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 3. *§.* 3. *num.* 2. referente Sua-
rez, Henriquez, Reginaldum, Filliucium, & alios.
Quibus adde Cardinal. Lugo relatum.

Addi etiam poteſt, quod vt refert Laymanus *ſupr.
§. Nota etiam*, & ſupponunt Suarez, & Fagundez,
quos refert, & ſequitur idem Cardin. Lugo, in qui-
buſdam Germaniæ locis diuturna conſuetudine per-
mittitur, vt Lutherani in locis ſacris ſepeliantur.
Si enim hoc fit cum notoriis hæreticis, & excom- 26
municatis, tum propter hæreſim, tum propter reten-
tionem librorum hæreticorum, eo ſolum quia tales
non ſunt denuntiati, cur id permitti non poterit in
iſto Hollando, quem non conſtat hæreticum fuiſſe,
nec notorius, aut denuntiatus erat?

Quod verò attinet ad duellum propter quod cre- 27
ditur priuandus ſepultura Eccleſiaſtica, plura ſunt
quæ huiuſmodi obſtaculum auertunt. Primum, quod 28
tale duellum non probatur plenè, prout requiritur
ad priuandum Chriſtianum communibus Eccleſiæ
ſuffragiis, quæ in ipſa ſepultura includuntur. Ete-
nim probatio dubia, & generalis non concludit,
prout declarat Abbas *in cap. Bona, numer.* 15. *de ap-* 29
pellat. Et quatenus dubia eſt, adaptari debet ad par-
tem per quam euitetur delictum, iuxta notata per
Bartolum & per Bald. *in leg. non ſolùm, §. ſed vt pro-
bari, ff. de oper. nou. nunc.* & per Bald. *in leg. precibus,
colum. ſecunda, verſ. & ſcias, Codic. de impuber.* &
aliis, apud Maſcard. *de probat. volum.* 3. *concluſ.* 1174.
numero 49. Secundò, quia factum, prout refertur
tale fuit. Hollandus iſte nocte præcedente ſuam oc-
ciſionem verba habuit cum quodam N. ſed illicò in-
ter ipſos interceſſit animorum ſedatio; nihilominus 30
manè ſequente N. adiit Hollandum, eumque ex-
pergiſcens ipſi dixit: *Sequere me, habeo quod te
conueniam.* Fuerunt igitur ſimul; pugnauerunt,
&

Digitized by Google

& letha liter percuſſus eſt Hollandus. Ex his autem
non colligitur manifeſtè duellum. Duellum nam-
que prout conſtat ex Diplomatibus Gregorij XIII.
31 & Clementis VIII. conſiſtit in pugna orta ex *condi-*
cto, *& compoſito*, id eſt ex pacto cum deſignatione
loci, & temporis. Quod non conſtat interueniſſe in
præſenti caſu, cum potuerint ad eum locum acce-
dere animo non pugnandi, ſed petendi, & dandi ſa-
tisfactionem de iniuria prætenſa, & tuendi ſuum
honorem. Pro quo faciunt Lucas Floronus *in tra-*
ctat. de Duello, *c.6. §.2.* Filliucius *tract.15. cap.5.*
quæſt.5.num.107. Naldus *in Sum. in verb. Duellum,*
n.2. Diana *p.3.tract.6. reſol.1.* à quibus non recedit
Barboſa *in Collect. DD. in Concel. Tridene. ſeſſ.25.*
de reform. c.16. §. nonò quæritur. Item faciunt Ioſe-
phus Ludouiſius, Cenedus, & Aloyſius Riccius, quos
refert idem Barboſa *ibidem*, *§. decimò quæritur*, &
plures alij quos refert, & ſequitur Diana *ſupr.* dum
inquiunt excuſari à pœnis duelli, qui calore ira-
cundiæ incontinenti accederent ad aliquem locum,
ibique dimicarent. Quod forſan in præſenti con-
tigit caſu. Quid etiam ſi dicamus Hollandum iſtum
fictè, & non animo pugnandi, ſed ea ſolùm intentio-
ne vt videretur fortis, animoſus, & non vilis, ſe con-
tuliſſe cum N. ad eum locum, vbi fuit pugna, cum
morali ſecuritate, quod non eſſet futura, ſed pax
32 componenda? In hoc autem caſu effugere poterat
duelli cenſuras, iuxta ea quæ dixi *tom.3.qq.regul.verb.*
Duellum, num.17. ex Naldo, Diana, & Filliucio. De
quo videndus Trullench *in Decal. tom.2. lib.5. c.1.*
dub.13.n.22. Et maximè ponderandum, quod iuxta
Stephanum Bannium *in Theolog. moral. diſp.3. tr.2.*
q.19. cui adhærere videntur Caſtr. Palaus *tom.1.tr.6.*
diſp.5.p.7. & Diana *p.7.tract.11. reſol.44.* ad hoc
quod duellans occiſus careat Eccleſiaſtica ſepultura,
neceſſaria eſt declaratio criminis à Iudice facta, ſal-
tem quando delictum non eſt notorium.
33 Præterea expendendum, quod cum Concilium
Tridentinum, & Clemens VIII. pœnam carendi
perpetua ſepultura imponant duellantibus, ſi in ipſo
conflictu deceſſerint, vt patet illis verbis Clemen-
tis VIII. *Et ſi in ipſo conflictu obierint, ſepultura Ec-*
cleſiaſtica perpetuò priuatos eſſe volumus. Ideò ſi ali-
quo tempore poſt peractum duellum obierint,
etiamſi ob vulnus in duello acceptum talis mors
ipſis contigerit, non ſunt priuandi dicta Eccleſiaſtica
ſepultura. Concilium enim, & Pontifex loquuntur
de illis, qui in ipſo conflictu, non poſt ipſum deceſſe-
rint; & cum ſit lex pœnalis, extendi non debet, ſed
potiùs reſtringi. Prout tenent Laurentius Portel-
lus *in reſponſ. moralib. part.3. caſ.10. num.4.* & P.
Diana *part.2. tract.16. reſol.52.* quos ſequor loco
relato *num.14* Cum autem conſtet hunc, de quo in
præſenti, non deceſſiſſe in duello, ſed finito duello
per aliquod tempus dum curreret poſt ſuum inimi-
cum, qui ipſum lethaliter vulnerauerat, probabi-
liter excuſari videtur à pœna carentiæ ſepulturæ
Eccleſiaſticæ.
34 Difficiliùs obiici poteſt, ſi dicatur, hunc Hollan-
dum priuari debere Eccleſiaſtica ſepultura, eo quòd
eſſet notorius peccator mortaliter, non iam propter
ſuſpicionem hæreſis, aut duelli, quàm propter reten-
tionem illius libelli, qui non ſolùm hæreticus erat,
& hæreſes continebat, ſed etiam erat catechiſmus
hæreticorum, & quia, vt diximus, inſequebatur ſuum
occiſorem proculdubio vt ſe de illo vindicaret, ac ma-
ximè, quod cum in terram cecidiſſet, & fœmina quæ-
dam ad illum acceſſiſſet, & dixiſſet, vt Ieſum inuoca-
ret, nullum motum, nec ſignum pietatis, aut pœniten-
35 tiæ oſtendit. Peccatores autem mortaliter ſi noto-
rij ſint, & abſque pœnitentia deceſſiſſe præſuman-
tur, ſepultura ſacra priuari debere habetur *ex can.*

Quibus, & ſeqq. 13. q.2. & docet Gloſſ. *in cap. Quia,*
de vſuris, Abbas *in cap. ex parte 1. in fin de ſepult. &*
cap. Fures, de furtis, Paludan. *in 4. diſt.18.q.18. art.10*
§. quantum ad 4. concl.5. Sylueſter *verb. ſepultura,*
q.9. dict.7. Sà *num.3.* Layman. *lib.3 ſect.5. tract.5.*
cap.12. n.12. §. Quartò omnis, ponens exemplum
ad intentum, vt ſi aliquis in ipſo facinore, quod
nullo modo excuſari poteſt à mortali, occiſus depre-
hendatur. Quia mutatio animi eſt quid facti, quod
non præſumitur, ſed oſtendi debet.
Sed nec iſta cogunt omninò, aut tollunt, quod
cum aliqua probabilitatis ſpecie dici poſſit, hunc de
quo in præſenti, ſepeliri poſſe in loco ſacro. Nam ea 36
quæ adducuntur, non probant omnino ipſum fuiſſe
notorium peccatorem mortalem: nam vt colligi-
tur ex Extrauaganti *Ad euitanda*, relata, notorium
ſolum dicitur illud, quod nulla tergiuerſatione ex-
cuſari poteſt. Hic autem cum aliqua benignitate 37
excuſari poteſt à peccato mortali. Quoad hæreſim,
& duellum propter dicta: à retentione libelli partim
propter ignorantiam, & partim propter vſum ſuæ
patriæ; & à voluntate inſequendi ſuum inimicum,
propter calorem iracundiæ, quæ abſorbere ſolet vſum
rationis: & à non inuocando nomen Ieſu propter
priuationem ſenſus, quæ ex vulnere mortali ſibi
inflicto, & ſanguinis fluxu ipſi prouenire poterat.
Alioqnin quantumuis hæreticus eſſet, nomen Ieſu
inuocaret, cum hæretici etiam cùm ſint Chriſtiani,
ſciant Apoſtolicum illud, *Omnis quicumque inuocaue-* 38
rit nomen Domini, ſaluus erit: & illud Petri Act.4.
Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus,
in quo oporteat nos ſaluos fieri. Horum porrò ratio
eſt, quia nullus quantumuis peccator, præſumitur
immemor ſuæ ſalutis æternæ in extremis, vt docent
Plaza *de delictis*, *lib.1. cap.23.num.9.* & Ioannes
Sancius *diſput.36.num.3.* Ad quod facit Menochius
de præſumpt. lib.5.præſumpt.1.num.29. Propter hanc
enim cauſam adulteri deprehenſi in adulterio, &
à marito interfecti ſepeliuntur in loco ſacro, vt do-
cent etiam Graſſis *tom.1.conſil.lib.3.de ſepultur. conſ.*
vnic. num.6. & Sancius *ſupr.* Qui idem dixit de
rixantibus, & mutuò ſe occidentibus, licet in con-
flictu iaceant mortui, nullis pœnitentiæ ſignis ex-
hibitis. Et de illis, qui in cornibus taurorum vitam
finiunt, cum Villalobos *tom.2. Summa, tract.31. diffi-*
cult.3. Item propter ſimilem cauſam Nauarrus *lib.3.*
conſil. de ſepultur. conſ. 4. & Portellus ſuprà *num.5.*
approbant, quod meretrix, quæ in domo ſui amaſij
inuenta eſt vulneribus confoſſa, & mortua, poſſit
in loco ſacro ſepeliri. Et generaliter loquendo Ægi- 39
dius Coninch ſuperius relatus *concluſ.5.num.66.* in-
quit ſepeliendum eſſe in loco ſacro excommunica-
tum, quoties dubitatur vtrum talis pœnitens, diſ-
ceſſerit, *quia* (ait) *melior pars præſumenda eſt.* Quæ
ratio etiam deſeruit ad intentum.
Quamuis autem hæc ſolùm ſub probabili opi- 40
nione ſcripta a me fuerint, & ſub cenſura Sedis Apo-
ſtolicæ, & SS. Congregationum, magnum tamen
authoritatis pondus habere iam videntur propter
decretum ſacræ Generalis & vniuerſalis Inquiſitio-
nis Romanæ, in quo permiſſum fuit ſepulturam in
loco ſacro concedi præfato Hollando, prudentiſſima
tamen adhibita cautione, ſcilicet *ſecretò*, & *ſine pom-*
pa, prout ex eodem decreto, quod hic adiungimus,
innoteſcit.

Feria 4. die 6. Iulij 1650.

In generali Congregatione S. Romanæ, & Vniuerſalis
Inquiſitionis habita in Conuentu S. Mariæ ſuper Miner-
uam coram Eminentiſſimis, & Reuerendiſſimis DD. S. Ro-
manæ Eccleſiæ Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana
contra hæreticam prauitatem Generalibus Inquiſitoribus
à ſancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

Relato proceſſu fabricato in Curia Burgi circa cadauer quondam Nicolai Roy depoſitatum vſque ad ordinem huius ſacræ Congregationis in loco non ſacro, Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinales Generales Inquiſitores prædicti mandarunt dictum cadaver conſignari D. Theodoro à Mayden nationis Flandriæ Promotori, ad effectum illud ſepeliri faciendum in loco ſacro, ſecretò tamen, & ſine pompa.

41 Eſſe porrò prudentiſſima cautione procedendum in ſimilibus caſibus, prout dixi S. Congregationem S. Inquiſitionis proceſſiſſe, ex eo cuniceitur, quod ipſi etiam mortui fideles auerſantur, & exhorrent apud hæreticos ſepeliri. Prout mirabiliter conſtat ex caſu, quem Sophronius Ieroſolymitanus, vel potius Ioannes Moſchus *in prat. ſpirit. cap.* 40. refert, de Coſma videlicet ſancto Abbate, conueho miracolis claro, inter quæ vnum erat, quod cum poſt mortem ſepultus eſſet in quadam Eccleſia, vbi etiam ſepultus erat quidam Epiſcopus hæreticus, ſingulis noctibus audiebatur clamare, ac dicere ad Epiſcopum: *Noli me tangere, hæretice, ac appropinquus mihi inimice ſanctæ Dei Catholicæ Eccleſiæ.* Quod fiebat prout Abbas Gregorius Patriacha dicebat, *vt ſenis virtus, zelaſque fidei nobis innoteſceret, qualis ſcilicet fuerit, qualiſque ſit etiam poſt carnis occubitum, vtque Epiſcopi nobis proderetur opinio, ne illam arbitraremur orthodoxam fuiſſe, atque Catholicum.*

42 Poſt hæc autem ſcripta vidi Nicolaum Myllerum in addit. ad comment. Martini Rumellini ſuper Auream Bullam Caroli IV. *p.* 3. *diſſert.* 2. *num.* 6. ſic dicentem: *Obſeruandum, cum ad antiquiſſimam Patauiæ Academiam innumeri ſtudioſi Auguſtanæ Confeſſioni, ac reformatæ Religioni addicti accedere ſoleant, ibique ſæpè vnus, vel alter, vt fert fortuna mortalium, è viuis decedat, Sereniſſima Reſpublica Veneta nationibus hiſce exoticis, etiamſi diuerſæ Religionis ſint, ſingulari priuilegio ius ſepulturæ in Eccleſiis conceſſit, quod ius cum meo tempore Anglo cuidam reformatæ Religionis piè defuncto ab Eccleſiæ Parocho denegaretur, eo quod priuilegium hoc Pontificum decretis repugnaret, contraria enim Religioni addictos in Cœmeteriis Catholicorum ſepelire Canonibus aduerſatur: attamen Parochus Anglo ſepulturam concedere à Prætore Ciuitatis Patauinæ per viam iuris adactus fuit.* Ita hic Author. Sed quia hæreticus eſt, vt verbis ipſius manifeſtè conuincitur, plena fides ipſi deneganda, nec credendum piiſſimam Venetorum Rempublicam ſepulturam notoriorum hæreticorum cum Catholicis permittere, vel ſi id facit, ex aſſenſu Sedis Apoſtolicæ id efficere exiſtimandum. Quæ dixerim ne propter dicta aliquis imprudens ſimile aliquid de valde Catholica, & Sereniſſima Republica ſuſpicetur.

CONSVLTVM VLTIMVM.

De ſingulariſſimo D. Petri Apoſtoli Primatu in totam Eccleſiam ſuprà omnes fideles; ſuprà D. Paulum Coapoſtolum etiam.

SYNOPSIS, SEV SVMMARIVM
Contentorum in hoc Conſulto.

Caſus, ſeu facti occaſio, *in principio.*

1 *Anonymi propoſitio, quod S. Paulus ſit Eccleſiæ caput ſicut S. Petrus, ſublata ſubordinatione Pauli ad Petrum.*
Propoſitio iſta eſt ſchiſmatica. ibid.
2 *Eſt etiam ſcandaloſa.*
3 *Adeò quoque ſingularis, vt populus Chriſtianus eam cum admiratione audierit. Item temeraria. ibid.*
4 *Poteſt etiam dici blaſphema.*
5 *Etiam dici poteſt hæretica.*
6 *Colligitur hæc cenſura ex illo Matth.* 16. Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, &c.
Et eiuſdem etiam metaphora, ibid.
7 *Ex Ioannis* 21. *illis verbis:* Paſce agnos meos, Paſce oues meas, &c.
8 *Ex illo Lucæ* 22. *Confirma fratres tuos.*
9 *Ex miniſterio, ſeu munere, ad quod vocatus fuit S. Paulus, & n.* 10.
11 *Ex eo quod Hieroſolymam aſcenderit communicare cum Petro Euangelium, quod prædicabat.*
12 *Ex eo etiam, quod Petrum reprehenderit, ſicut minor poteſt reprehendere maiorem.*
13 *Ex eo quoque, quòd aſcenderit Hieroſolymam videre Petrum.*
14 *Maximè ex Concilio Hieroſolymitano, vbi ſolus Petrus, non Paulus præſidebat.*
15 *Ex perpetua, ſibique conſtanti Eccleſiæ traditione.*
16 *Teſtimonia Patrum primi ſæculi.*
17 *Teſtimonia Summorum Pontificum, & Patrum ſecundi ſæculi.*
18 *Pontificum, & Patrum tertij ſæculi teſtimonia.*
19 *Quarti ſæculi Conciliorum, & Patrum authoritates.*
20 *Quinti ſæculi Patrum, ac Doctorum teſtimonia.*
21 *Sexti ſæculi Summorum Pontificum, & Doctorum authoritates.*
22 *Synodi Generalis, & aliorum ſeptimi ſæculi Patrum dicta.*
23 *Octaui ſæculi teſtimonia.*
24 *Conciliorum, & Patrum noni ſæculi authoritates.*
25 *Authores decimi ſæculi.*
26 *Vndecimi ſæculi Patrum, & Doctorum teſtimonia.*
27 *Sæculi duodecimi Doctorum placita.*
28 *Tertiidecimi ſæculi Patrum, & Doctorum aſſerta.*
29 *Quartidecimi ſæculi Doctorum teſtimonia.*
30 *Concilij Florentini, Pij II. & aliorum Doctorum quintidecimi ſæculi placita.*
31 *Pontificalis Romani Gregorij XIII. & Authorum decimiſexti ſæculi teſtimonia.*
32 *Doctorum decimiſeptimi ſæculi placita.*
33 *Hiſtoricorum, Chronologicorum, & Annaliſtarum conſenſus.*
34 *Quod ſolus Petrus Chriſti Vicarius, & Paſtor totius Ouilis Chriſti fuerit.*
35 *Nullum aſſignatur tempus, quo S. Paulus Eccleſiæ Primatum à Chriſto acceperit.*
36 *Argumenta quæ probant in Eccleſia debere eſſe aliquem Iudicem controuerſiarum, probant etiam vnicum debere eſſe.*
37 *Quæ aduerſarius Anonymus pro ſe affert, leuidenſia ſunt.*
38 *Quæ ex S. Clemente in lib. Conſtit. Apoſtolic. afferuntur, nihil probant.*
39 *Etiam dato, quod liber iſte apocryphus non eſſet.*
40 *Immeritò S. Lucius Papa affertur.*
41 *Item quædam ex S. Anacleto.*
42 *Ex S. Victore nihil habetur pro Aduerſario.*
43 *Siricij Papæ verba exigui momenti ſunt.*
44 *Leuiſſima quoque quæ ex Adriano Papa afferuntur.*
45 *Sicut quæ ex Acacio, Nicolao, Innocentio, & aliis.*
46 *S. Leo Pap. pro nobis eſt potiùs, quàm pro Aduerſario.*
47 *Apoſtolorum priuilegia quæ fuerint.*
48 *Inaniter adducitur Gelaſius Papa.*

S. Gre

49 *S. Gregorius Primatus ſolius Petri propugnator eſt.*
50 *Alij tituli Apoſtolorum.*
51 *Quomodo Roma, ſeu Romana Eccleſia Principatum teneat.*
52 *Tabula marmorea ad Porticum Baſilicæ S. Petri affixa nihil fauet antagoniſtæ.*
53 *Tagionis Epiſcopi teſtimonium non relenat.*
54 *Agatho Papa pro nobis eſt, non pro Aduerſario.*
55 *Sergij I. verba nihil concertatori noſtro adſtipulantur.*
56 *Nec Gregorij III. authoritas.*
57 *Nec Adriani I. Doctrina.*
58 *Nec Nicolai I. teſtimonium.*
59 *Eiuſdem Nicolai epiſtola ſolùm, & ſpecie tenus pugili noſtro fauet.*
60 *Adriani II. authoritates parùm patrocinij tribuunt.*
61 *Nec verba illa, quibus vtuntur Summi Pontifices, videlicet* Authoritate Sanctorum Petri, & Pauli.
62 *Alexandri quoque III. authoritas parum opitulatur.*
63 *Et quæ de officiis Eccleſiaſticis eorundem Apoſtolorum afferuntur.*
64 *Aut alia Sanctorum Patrum teſtimonia, quæ inculcantur.*
65 *Cyrilli Hieroſolym. teſtimonium non ſuffragatur.*
66 *Nec S. Epiphanij authoritas.*
67 *Nec quod dicat Petrum, & Paulum Epiſcopos Romæ fuiſſe.*
68 *S. Irenæus non patrocinatur.*
69 *Nec D. Ambroſ.*
70 *Chryſoſtomus iniuſtè affertur pro aduerſarij partibus.*
71 *Nomen Primatus Paulo conceſſum non importat Primatum regiminis.*
72 *Fulgentij verba non releuant aduerſarij cauſam.*
73 *Nec quæ ex Petro Damiano affert.*
74 *Nec ex quibuſdam Conciliis.*
75 *Authorum coacerunta teſtimonia non promouent intentum antagoniſtæ.*
76 *Claudij Epiſcopi Taurinenſis verba ſolùm, & ſpecie tenus fauent ipſi.*
77 *Goffridum Abbat. ſine cauſa pro ipſo affert.*
78 *Lirani verba quo pacto intelligenda.*
79 *Cardinalis de Cuſa ſubobſcura teſtimonia iuxta veritatem explananda.*
80 *Cardinalis Berllarminus Propugnator eſt noſtræ veritatis.*
81 *Ineptum Gloſſema Auerſarij de maioritate S. Petri.*
82 *Vulgare argumentum de Sancto Paulo ad dextram S. Petri depicto multipliciter ſoluitur.*
83 *Quod Paulus vocetur antonomaſticè* Apoſtolus, *nihil iuuat Aduerſarium.*
84 *Epitheta ſoli Petro conceſſa, etiam ſuper Paulum Primatum ipſius probantia.*
85 *Effugia aduerſarij.*
86 *Decretum SS. Innocentij X. cauſam concludens.*

IESVS MARIA.

Caſus, ſeu facti occaſio.

EX quodam libro, in quo *de frequenti communione* ſermo erat, hauſerunt nonnulli in Galliarum partibus propoſitionem illam de Diuis Petro, & Paulo Apoſtolis, quod ſcilicet fuiſſent (Gallicè) *Deux chefs de l'Egliſe*, latinè, *duo Duces, duo Principes, & Eccleſiæ Coryphæi.* Quia tamen illa in bonum, & catholicum ſenſum trahi poterat, curioſiùs rem alij inueſtigantes, eam ſic exprimere auſi ſunt, vt eoſdem Petrum, & Paulum duo Eccleſiæ capita, quæ vnum conſtituerent cum omnimoda æqualitate inter ipſos, & ſine vlla ſubordinatione Pauli ad Petrum, compellarent. Prout conſtat ex libro Gallico idiomatè conſcripto, cui titulus: *La grandeur de l'Egliſe Romaine eſt eſtablie ſur l'autorité de Saint Pierre, & de Saint Paul*, abſque nomine authoris, ac loco impreſſionis, in quo Anonymus quamplurimis authotitaribus, & rationibus conatur defendere, & comprobare dictam propoſitionem. Item ex epiſtola etiam ſine nomine authoris ad SS. D. N. Innocentium Papam X. Pariſiis anni 1645. miſſa cum libro eiuſdem argumenti, huius tituli, *De ſuprema Eccleſiæ amplitudine in Petri, & Pauli, ex Summorum Pontificum, Patrum, & Conciliorum teſtimoniis, indiuidua authoritate fundata.* Etſi autem grande aliquid hic titulus ſonare videretur, quippe ſupremam Rom. Eccleſiæ amplitudinem in eo præfixam; nihilominus, quia res ipſa intimius perſpecta Eccleſiam Christi inconſutilem tunicam, bicipitem, ac perinde monſtroſam reddebat, D. Petri Apoſtolorum Primatis iuri derogabat, inſinuatio alterius præter ipſum Papam ſchiſmati nefario de duplici permittendo Romano Pontifice viam ſternebat, ac perinde quod nullus eſſet qui omnino ſuprema, & integra poteſtate frueretur; idcirco paradoxa hæc adinuentio piis ſcandalum, impiis lætitiam, imperfectis, & fluctuantibus dubitationem, ac vrbi ſolicitudinem accreuit. Quidni faceret Supremus Vigil Innocentius. Rem agitandum acriter, diſcutiendam ſolerter, & ne cancer ſerperet, diſpiciendam celeriter, grauiſſimis aliquot purpuratis Patribus, Prælatis præſtantiſſimis, ad Theologis peritiſſimis commendauit. Quia tamen idem Sanctiſſimus inter hos Theologos puſillitatem meam cooptandam ſua benignitate indixit, ea propter, quæ hac de cauſa eiuſdem de mandato tranſcripſi, inter conſulta hæc recenſeri cenſui. Id animitus proteſtans, me nec in capitis pilo iniurium videri velle epiſtolæ, & librorum, de quibus dixi, authoribus; mihi enim firmiter credendum arridet, ipſos, & alios ipſorum fautores, Sorbonicæ Scholæ, vt dicebatur, alumnos, quos pro ipſis propugnatores Romæ aſpexi, eo la iam Pontificiæ definitioni, vt veros orthodoxos, & doctrinæ reconditæ viros ſubmiſiſſe, ipſiſque contigiſſe, quod pluribus aliis, Eccleſiæ etiam luminaribus, qui priuato ſenſu aliquid ſcribentes, vel docentes, poſtea veritate à Summo Paſtore deciſa comperta, humiliter acquieuerunt, & palinodiam recantarunt.

Propoſitio illa: *Sanctus Petrus, & Sanctus Paulus ſunt duo Eccleſiæ capita, quæ vnum conſtituunt,* quatenus ponit omnimodam æqualitatem inter ipſos in poteſtate, & regimine vniuerſalis Eccleſiæ, ſublata ſcilicet ſubordinatione S. Pauli ad S. Petrum, prout explicatur in libro Anonymo, Gallico idiomate impreſſo anno 1645. cuius author *Eramita* ab aliquibus nuncupatur, ad inſtar illius, cum quo Theodoretus *dialog.* 1. pugnam adorſus eſt, in primis eſt *ſchiſmatica*, & viam parans ad Eccleſiæ diuiſionem. Ita ſenſit Facultas Theologica Pariſienſis contra Marcum Antonium de Dominis malæ notæ authorem, qui *in lib.* 1. *de Republica Eccleſiaſtica, c.* 2. *n.*18. *& lib.* 4. *c.*6. ſimilem doctrinam ſcripſerat, dicens: *Petrus non habuit quidquam peculiare, in quo ei dari debeat magis quàm cæteris ſucceſſio.* Et: *Diſparitas poteſtatis inter Apoſtolos eſt humanum inuentum.* Vtramque enim propoſitionem *ſchiſmaticam*

eſſe declarat, & de prima dicit quod ſit *Hierarchici ordinis perturbatiua.* Ita etiam ferè in terminis Simancas *Cath.inſtit.tit.* 54.*n.* 14. Ludouicus à Patamo *de orig.S.Inquiſ. lib.* 4.*q.* 3.*n.* 115. Ricciullus *de Iure perſonarum extra Eccleſiæ gremium,lib.* 5. *cap.* 8. *n.* 18. Molfeſius *in ſum.tom.* 1. *tract.* 11.*c.* 2.*n.* 62. Carena *de offic.S.Inquiſ.p.* 2. *tit.* 16.§. 3.*n.* 9. Nam ratio quare à Chriſto ſpeciali, & extraordinaria prouidentia, naſcente Eccleſia, ordinatum eſt, iuxta huius Anonymi placitum, vt duo iſti Apoſtoli duo Eccleſiæ capita eſſent, fuit ad vniendum, & coagmentandum duos populos Iudæorum,& Gentium, moribus, ſtudiis,& inſtitutis diſſimiles in vnam Eccleſiæ ſocietatem, ita ſcilicet vt Petrus pro Iudæis,Paulus verò pro Gentibus conſtituerentur. Hæc autem ratio etiam modò perſeuerat, cum plurimi Iudæi, & Gentiles ad fidem eodem modo diſſimiles conuerſi non ſint, nec conuerti velint, & Eccleſia pro ipſorum conuerſione laboret, eſto autem eadem ratio modò non vigeat, ſaltem ſimilis, vel æquiualens alia adinueniri poteſt, propter quam ex ſpeciali etiam, & extraordinaria Chriſti diſpenſatione duplex caput Eccleſiæ neceſſarium eſſe fingatur, ad vniendum videlicet Græcos cum Latinis, Orientales cum Occidentalibus, &c. Talis ergo propoſitio ſchiſmatica eſt, & viam parans ad Eccleſiæ diuiſionem introducendam.

2 Conſequenter etiam eſt hæc propoſitio *Scandaloſa*; quia in materia grauiſſima doctrinæ anſam præbet fidelibus errandi, & exiſtimandi dari poſſe duos ſimul Romanos Pontifices, aut duo Eccleſiæ Capita. Ricciullus *ſupr.n.* 14. Molfeſius *ſupr. n.* 60. Carena *ſupr. n.* 12. Suarez *de Fide diſp.* 19. *ſect.* 2.*n.* 19. Ex quo quia non videt infinitis errorum ſentibus vniuerſam cruentari Eccleſiam? Pontifices ſummos è Petri Sede deturbari? Euocari è barathro innumeros Chriſti ſponſæ perduelles? Ac turbam ganniorum ex Orco ad nouas tragœdias excitari?

3 Eſt etiam adeo ſingularis, vt totus Chriſtianus populus cum primum audiit ab Anonymo aſſertum, veluti admiratione obſtupuerit, dicens *Manhù*, quid eſt hoc? Quod indicat eam non ſolùm paradoxon eſſe, ſed veritatem oppoſitam communi totius Eccleſiæ conſenſu recipi. Ita etiam ſingularis, vt Hæreſiarcharum peſtilentiſſimus Caluinus ab ea diſſenſerit, Paulum ſubiacuiſſe Petro agnoſcens, vt docti quidam apud ipſum legere potuerunt. Sic quoque ſingularis, vt in eam nullus Catholicus conſenſerit, nec ex hæreticis vir vnus,aut alius impegerit. Et ſi enim hæreticorum ferè omnium poſt Vvicleph.ab Vvaldenſi impugnatum communis error ſit, Petrum nequaquam ſuperiorem aliis Apoſtolis fuiſſe, nullus tamen eorum ſpecialiter de Paulo dixit æqualem Petro in authoritate fuiſſe, vno forſan excepto Raynaldo Anglo *in Colloq.* & Marco Antonio de Dominio, locis relatis ex *lib.* 1. *&* 4. *de Repub.* Vnde propterea *temeraria* etiam cenſenda eſt, vtpote quia in re grauiſſima ſingularis, & contra torrentem Doctorum, quod proprium eſt propoſitionis temerariæ?

4 Poteſt etiam dici *blaſphema*, provt eam vocat Ioannes Mathæus Caryophylon Archiepiſcopus Iconienſis *in refutat. Pſeudochriſtiana Catec.* editæ à Zacharia Gergano Græco, *blaſphem.* 35. Licet enim blaſphemia ex vſu Patrum, & Theologorum regulariter ſolum accipiatur pro contumelia in Deum, qui eſt ſummæ excellentiæ, & dignitatis, nihilominus in quadam læta ſignificatione accipitur pro conuicio,& maledicto in perſonam alicuius dignitatis, & excellentiæ, vt ex authoribus profanis conſtat, & ex Apoſtolo 1. *ad Corinth.* 4. *Blaſphemamur, & obſecramus.* Et *ad Titum* 3. *Admone illos neminem blaſphemare*; hoc eſt maledicere, conuitiari, vt Hieronymus ibidem docet. Cum ergo dicta propoſitio conuitioſa ſit D. Petro, vtpote cum per ipſam derogetur eius honori, & dignitati, ratione cuius præeſt omnibus Apoſtolis, & etiam Paulo; vtique *blaſphema* appellari poterit. Præſertim, quod contumelia Sanctorum in Deum ipſum redundat, ac per conſequens quadantenus habet rationem blaſphemiæ. Leſſius *de Iuſt. & Iur. lib.* 2. *c.* 45. *dub.* 5. *num.* 23. iuxta doctrinam Nauarri.

Maximè etiam,& toto iure,dici poteſt,& debet talis propoſitio *hæretica.* Hac enim cenſura illam notat Facultas Theologica Pariſienſis relata, quod magni ponderis eſſe poterit Anonymo Gallo Antagoniſtæ. Cui cenſuræ fauet Sotus *in* 4. *diſt.* 24. *q.* 2. *art.* 5. dicens, non ſolùm erroneum, ſed & hæreticum eſſe aſſerere, poſſe eſſe duos Summos Pontifices in Eccleſia. Quamvis enim non loquatur de Petro,& Paulo, ratio tamen, quæ ad id adducit, ſcilicet quia regimen Eccleſiæ debet eſſe monarchicum, etiam ipſos comprehendit. Bañez 2. 2. *q.* 1. *art.* 10. *dub.* 4. *concl.* 1. adiuncta ſolut. *ad* 5. *arg.* Clarius Paulus Gualdus *in deciſ. Fid. Cath. verb. Petrus*, vbi vocat hanc propoſitionem hæreticam, *Petrus non erat ſuper omnes Apoſtolos.* Azor *p.* 2. *lib.* 4. *c.* 14. ex Gloſſa *in Can. ſi autem*, 7.*q.* 1. Gerſone, & Soto, dicens eſſe improbabilem, & pugnantem cum iure diuino, & inſtitutione Chriſti ſententiam aſſerentem, *poſſe eſſe duos Summos Pontifices.* 5

Hoc elicitur, nedum, vt dicitur *negatiuè*, ex eo quod nullum vel minimum S.Paginæ oraculum pro aduerſæ ſententiæ ſuffragio afferri poſſit ab Antagoniſta Anonymo, ſed & *poſitiuè* plura ipſorum referendo, quibus noſtra veritas cunctorum applauſu euincitur. Deſumitur primùm ex illo Matth. 16. *Tu es Petrus,* 6 *& ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues Regni Cælorum. Et quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in Cælis: Et quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in Cælis.* In quibus ſpecialiter expendendum ex communi Patrum, & Doctorum expoſitione, illis promitti Petro Primatum Eccleſiæ, poſtea concedendum Ioan. 21. illis verbis: *Paſce oues meas,* &c. Promitti autem illi hunc Primatum ſuper omnes etiam Apoſtolos,& Paulum ipſum, colligitur ex duplici illa metaphora, *Petræ, & Clauium.* Ex eo enim, quod ſpecialiter appellatur *Petra*, denotatur ipſum ſolum, & non alium cum ipſo eſſe lapidem fundamentalem ſuper quem totius Eccleſiæ ſtructura firmatur. Vnde Cyprianus *tract. de Vnit. Eccleſ.* ait: *Primatus Petro datur, vt vna Chriſti Eccleſia, & Cathedra vna monſtretur.* Hieronym. *lib.* 1. *contra Iouin. Vnus eligitur, vt capite conſtituto ſchiſmatis tolleretur occaſio*: Ambroſ. *ſerm.* 4. *Petra dicitur Petrus, eo quod tanquam ſaxum immobile totius operis Chriſtiani compagem, molemque ſuſtinent.* Auguſt. *ſerm.* 16. vel 28. *de Sanct. Solus Petrus inter Apoſtolos meruit audire. Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. Dignus certè, qui ædificandis in domo Dei populis lapis eſſet ad fundamentum.* Eo præſertim, quia, cum ipſe Chriſtus ſit petra 1. *Corinth.* 10. *&* c. *Cum Paulus*, 1.*q.* 1. *Cap. fin. de Presbyt. non baptizato*, Petrum vocando *Petram* denotat ipſi conceſſiſſe totam authoritatem, quam habebat ſuper cunctos, etiam Apoſtolos, ac proinde etiam ſuper Paulum. Vnde S. Leo Papa I. ex hoc titulo Petræ Petro à Chriſto conceſſo infert *Can. Ita Dominus, diſt.* 19. ipſum in conſortium indiuiduæ vnitatis aſſumptum fuiſſe. Vnicus ergo Paſtor Petrus fuit, ſuper omnes Apoſtolos, & Paulum etiam. De quo iterum infra.

Ex clauium etiam metaphora idem elicitur: Claues enim non niſi Regibus, & Gubernatoribus conceduntur

cedun

cedūtur: ſpecialiter ergo Petro conceſſæ, & non aliis, denotant Chriſtum ipſum conſtituiſſe vnicum Regem, & Gubernatorem Eccleſiæ. Vnde Auguſtin. *ſuprà: Solus Petrus inter Apoſtolos meruit audire. Tu es Petrus, &c. Claues ad Regnum, &c.* Ad id Leo Papa *ſerm. 2. de natal. Apoſtolor. & ſerm. 3. de anniuerſ. ſui Pontificat.* Optatus Milenitanus *lib. 2. controu. Armen. & lib. 7. de ſchiſm.* S. Thomas 4. *controu. Gentil. c. 79.* & ante eos Tertullianus *in Scorpiaco.*

7 Secundò, ex Ioan. 21. illis verbis: *Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu ſcis, quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Ioannis diligis me? Ait illi: etiam Domine tu ſcis, quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos. Dicit ei tertiò: Amas me? Et dixit ei: Domine tu omnia noſti, tu ſcis, quia amo te. Dixit ei: Paſce oues meas.* Et hoc enim loco habetur, Petrum non ſolùm eſſe Superiorem communibus fidelibus per *agnos* denotatis, ſed etiam ipſis Apoſtolis deſignatis per *oues*, ac per conſequens Paulo. Vnde Chryſoſtom. Theophyl. & Euthimius eum vocant, *os, verticem, & eximium Apoſtolorum.* Epiphanius *hereſ. 51. Ducem Diſcipulorum* Hier. loco relato ex *lib. 1. contr. Iouinianum*, egregiè ſatis inquiens: *Propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite conſtituto, ſchiſmatis tolleretur occaſio.* Et S. Leo *ſerm. 3. de Aſſumpt. ſua ad Pontif. De toto mundo vnus Petrus eligitur, qui & vniuerſarum gentium vocationi & omnibus Apoſtolis, cunctiſque Eccleſiæ Patribus præponatur.* Et rurſus: *Si quid*, inquit, *cum eo Petro commune cæteris voluit eſſe Principibus, nunquam, niſi per ipſum dedit quidquid aliis non negauit.* Idem epiſt. 89. *Huius*, ait, *muneris Sacramentum ita Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in Beatiſſimo Petro Apoſtolorum omnium Summo principaliter collocaret, vt ab ipſo quaſi quodam capite dona ſua, velut in corpus omne diffunderet.* Et Bern. *lib. 2. de Conſid.* loquens de Petro: *Non modò ouium, ſed etiam Paſtorum tu vnus omnium Paſtor. Vnde id probem, quæris? Ex verbo Domini: Cui enim non dico Epiſcoporum, ſed etiam Apoſtolorum ſic abſolutè, & indiſcretè tota commiſſa ſunt oues? Si me amas Petre, paſce oues meas.* Et Optat. Mileuit. *lib. 7. contra Parm. Bono vnitatis*, inquit, *Beatus Petrus præferri omnibus Apoſtolis meruit, & claues Regni Cœlorum communicandas cæteris ſolus accepit.* Et Innocent. III. *C. ſolitæ, de Maior. & obed.* notat, quod Chriſtus oues commiſerit Petro, non diſtinguens in has oues, & alias, & Encherius Lugdunenſis *in vigil. S. Petri*, illum appellans, non ſolùm Paſtorem, *ſed Paſtorem Paſtorum.* Alia apud Caietanum, Bellarminum, Duualium, Maldonatum, & alios videri poſſunt. Petrus ergo ſuperior erat Paulo, & Paſtor ipſius.

8 Accedit & illud *Lucæ* 22. ad Petrum dictum: *Confirma fratres tuos.* Quo teſtimonio veluti egregio fundamento Primatus Petri à Patribus, & Doctoribus ac Greg. IX. Pap. *in ep. ad Patriarch. Conſtantinop.* inferiùs referenda defenditur. Nec opus illorum teſtimonia referre, quia cuique obuia ſunt, intentumque ſpecialiter etiam de Paulo probant, qui ſæpius à Patribus *frater, & ſocius Petri* nuncupatur. Erant ergo Petri partes, Paulum, ſicut & alios Diſcipulos cunctos Primicerij Primatus poteſtate confirmare. Cur ergo ipſi ſuppar dici poterit? De hac Pauli fraternitate cum Petro iterum infra erit ſermo, & de hoc loco pro Petri Summo Patriarchatu apud Patres, & expoſitores plura, ſpecialiter Theophilactum inferius *n. 26.*

9 Tertiò, ex vocatione Pauli *Act. 9.* vbi Chriſtus miniſterium, ad quod eum vocabat, exprimens, ſolùm dixit: *Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram Gentibus, & filiis Iſrael.* Non enim dixit, ſicut de Petro, *ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam;* aut: *Tibi dabo claues Regni Cœlorum;* aut: *Paſce oues meas:* ſed, *vt portet nomen meum*, ſicut præco, aut doctor Gentium, vt Doctores exponunt. Non ergo erat Paſtor Eccleſiæ, ſicut Petrus.

Corroboratur maximè ex eo, quod dicitur *Act. c. 13.* videlicet: *Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos*, ideſt, *accerſiui eos*, vt Pagninus, & Tigurina, ſeu *aduocaui eos*, pro vt alij, vel vt melius alij exponunt, *prædeſtinaui eos.* Atqui Paulus, & Barnabas non fuerunt aſſumpti, accerſiti, aduocati, vel prædeſtinati ad opus ſupremi, & præcipui gubernij, & regiminis totius Eccleſiæ, vt Petrus. Quis enim de Barnaba cum Paulo hic parificato id vel ſomniauit? Deinde ex ſequentibus eiuſdem capitis verbis elicitur manifeſtè, hoc opus ſolùm fuiſſe ibid. *Et ipſi quidem miſſi a Spiritu ſancto abierunt Seleuciam, & inde nauigauerunt Cyprum, & cum veniſſent Salaminam, prædicabant verbum Dei, &c.* Ecce totum Pauli negotium, verbi Dei prædicationis limitibus circumſeptum. Vnde ergo locus Pauli Papatui? Nec abs re eſt, quod idem textus eo loco habet, ſcilicet: *Erant autem in Eccleſia, quæ erat Antiochia, Prophetæ, & Doctores, in quibus Barnabas, & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenenſis, & Manahen, qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus, & Saulus, Miniſtrantibus autem illis Domino, & ieiunantibus dixit illis Spiritus ſanctus, ſegregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos. Tunc ieiunantes, & orantes, imponenteſque eis manus, dimiſerunt illos.* Non ſolùm, quia Paulus vltimo loco poſt Prophetas, Doctores, Barnabam, Simonem Nigrum, Lucium Cyrenenſem, & Manaheoum numeratus, quod dedecens, & indignum valde eſſet, ſi ipſe eſſet totius gregis Chriſti, vt alter Petrus, Summus Coryphæus: ſed etiam, quia nominati illi dicuntur impoſuiſſe ipſi *manus.* Siue enim hæc manuum impoſitio ſit ordinatio in Epiſcopum, prout Chryſoſtomus, Leo, Bellarminus, & alij putant, ſiue precatoria quædam apprecatio, ſeu acclamatio, prout Arias Montanus, Caietanus, Suarez, & alij autumant; ſemper arguit, Paulum non fuiſſe ſupremum Eccleſiæ caput, quippe qui tali manuum impoſitione egebat. Vt enim ipſe Paulus *ad Hebr. 7.* dixit, *ſine vlla contradictione, quod minus eſt à meliore benedicitur.* Idem elicitur ex verbo *Dimiſerunt*, quod etiam arguit authoritatem dimittentis. Adde, quod ſecundum aliquos illa manuum impoſitio fuit traditio quædam iuridica poſſeſſionis, ſeu adminiſtrationis Apoſtolatus Pauli. 10

Iuuat & illud ad Galat. 2. in princ. *Deinde poſt annos 14. iterum aſcendi Hieroſolymam cum Barnaba, aſſumpto & Tito. Aſcendi autem ſecundum reuelationem, & contuli cum illis Euangelium, quod prædico in Gentibus, ſeorſum autem iis, qui videbantur aliquid eſſe, ne fortè in vacuum currerem, aut cucurriſſem.* Certum enim eſt, & communi calculo Doctorum receptum, eos, cum quibus Paulus ſuum communicauit Euangelium, fuiſſe Petrum, & alios Apoſtolos, & cauſam communicandi illud, fuiſſe eam, *ne fortè* (inquit) *in vacuum currerem, aut cucurriſſem.* Quæ omnia denotant ipſum non fuiſſe primarium Eccleſiæ caput, ſed Petrum, cui illud communicauit. Si enim ipſe Summus Eccleſiæ antiſtes eſſet, prout Anonymus, quem reprobamus, exiſtimat, neceſſarium illi non fuiſſet, hoc facere, ſicut fecit aſcendens Hieroſolymam, & cum teſtibus, Barnaba ſcilicet, & Tito, ſed vt inquit Hieronymus ſupra relatus in Epiſt. ad Auguſtinum 89. *Id fecit oſtendens, non habuiſſe ſecuritatem Euangelij prædicandi, niſi Petri, & qui cum eo erant, fuiſſet ſententia roboratum.* Expendit etiam rectè egregius author Thomas Vvaldenſis *tom. 1. Doctrinal. fid. lib. 2. art. 1. cap. 3.* quod S. Marcus Euangelium ſuum cum Petro dumtaxat contulerit, 11

non cum Paulo: *Beatus Marcus*, inquit, *Euangeliſta tantum ſub authoritate Petri probatum, & viſum ſcripſit, & retulit ſuum Euangelium*; quod probat authoritate Hieronymi *de ſcriptoribus Eccleſiaſt. in Marc.* dicentis: *Scripſit Euangelium, quod cùm Petrus legiſſet, probauit, & Eccleſiis legendum ſua authoritate tradidit.* Authoritas ergo ſola Petri deſiderabatur pro Euangelio, quod condidit Marcus, & prædicauit Paulus, ac proinde ſolus Petrus Paſtor Eccleſiæ primarius erat. Expendit etiam Auguſtinus *contra Fauſtum cap.* 4. quod ſi Paulus ſuum Euangelium cum Petro, & aliis Apoſtolis non communicaret, Eccleſia illi non crederet. *Cum ipſe*, inquit, *Apoſtolus Paulus poſt aſcenſionem Domini de cælo vocatus, ſi non inueniret in carne Apoſtolos, quibus communicando Euangelium eiuſdem ſocietatis eſſe appareret, Eccleſia illi non crederet.* Egregiè etiam ad intentum Gregorius Papa IX. *in epiſt. ad German. Patriarch. Conſtantinop. ſeu Archiep. Græcor.* quæ extat in Bullario Romano *nouiſſ. n.* 14. Primatum Petri etiam ſupra Paulum comprobans inquit: *In Petro authoritatis officium recognoſcens, & ideo ad eum tanquam Primatem, & Euangelij Dominici fontem venit Hieroſolymam, & poſtmodùm cum ipſo, & aliis ſecundum reuelationem contulit Euangelium, ne in vacuum curreret, vel etiam cucurriſſet.* Eo Petrum, non Paulum, Eccleſiæ Primatem.

12 Ad hæc, ex reprehenſione Petri à Paulo facta eo *cap. 2. epiſt. ad Galat. verſ.* 11. & 14. quæ magnum argumentum ſubminiſtrare videtur prætenſæ æqualitatis Pauli cum Petro, potius colligitur contrarium. Si enim Patrum, & Doctorum mentem circa huiuſmodi reprehenſionem inueſtigemus, videbimus ſanè, ipſos tenuiſſe Paulum, etſi reprehenderet Petrum, nihilominus reprehendiſſe illum iuxta modum, quo inferiores poſſunt ſuos ſuperiores, humili videlicet charitate corrigendo. Ita enim habent Cyprianus *ep. ad Quintum*, laudans humilitatem Petri, quòd permiſerit corrigi à Paulo, ſcilicet minori. Gregorius homil. 18. in Ezech. dicens: *A minori ſuo reprehenditur, vt reprehendi non dedignetur.* S. Thom. 2. 2. q. 33. *art. 4. ad* 1. inquiens: *Paulus, qui erat ſubditus Petro, propter imminens periculum ſcandali circa fidem, Petrum publicè arguit.* Aquinatem autem ſequuntur Abulenſis *in cap.* 18. *Matth. q.* 86. & contra Vviclephum Thomas Vvaldenſis *in Doctrinal. fid. tom.* 1. *lib.* 2. *art.* 1. *cap.* 3. ſed præ omnibus audiendus eſt hæreticorum malleus Auguſtinus *epiſt.* 19. *ad Hieronymum*, his verbis rem concludens. *Rarius, & Sanctius exemplum Petrus poſteris præbuit, quo non dedignentur à poſterioribus corrigi, quàm Paulus, quo confidenter auderent minores maioribus pro defendenda veritate, ſalua charitate, reſiſtere.* Item tractans de hac Petri reprehenſione: *Firmitas, & charitas Petri, cui ter à Domino dictum eſt, Amas me? Paſce oues meas, obiurgationem talem poſterioris Paſtoris pro ſalute gregis libentiſſimè ſuſtinebat.* Ad idem deſeruiunt quæ alij dicunt, quos æmulatur Gregorius IX. *in epiſt. ad German. Patriarch. Conſtantinop.* Paulum *diſpenſatiuè*, Petro in faciem reſtitiſſe, quod dicit in orthodoxia Patribus legi; hæc enim diſpenſatio in eo poſita eſt, vt qui non erat ſuperior, nec æqualis, reprehenderet Summum Paſtorem.

13 Nec prætermittendum illud, quod in eadem epiſtola ad Galat. *c.* 1. *verſ.* 18. dicitur. *Deinde poſt annos tres veni Hieroſolymam videre Petrum, & manſi apud eum diebus quindecim.* Intentum enim Pauli eo loco eſt commendare Euangelium à ſe prædicatum Galatis, ne illud defererent, eo quòd illud non accepiſſet ab aliquo etiam ex Apoſtolis, niſi ſolùm à Chriſto. Nam propterea dicit in principio capitis: *Paulus Apoſtolus non ab hominibus, nec per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum.* Deinde: *Notum vobis facio Euangelium, quod euangelizatum eſt à me, quia non eſt ſecundum hominem; neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti.* Et poſtea: *Cum autem placuit ei, qui me ſegregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam ſuam, vt reuelaret filium ſuum in me, vt euangelizarem illum in Gentibus, continuò non acquieui carni, & ſanguini, nec veni Hieroſolymam ad anteceſſores meos Apoſtolos.*

Cum ergo ſpecialiter dicat, ſe veniſſe Hieroſolymam, vt videret Petrum, & manſiſſe apud eum *diebus quindecim*, manifeſtè denotat, Petrum fuiſſe ſibi ſuperiorem, ac propterea veniſſe ad ipſum ad communicandum cum eo Euangelium, quod à Chriſto acceperat. Vnde Tertullianus *de præſcript. propè fin.* inquit: *Aſcendit videre Petrum ex officio, & de iure*, id eſt, quia ad id tenebatur, tanquam ſubditus. Clarius Gregorius IX. *in epiſt. illa ad German. Patriarch.* illis verbis: *Ad Petrum tanquam ad Primatem, & Euangelij fontem aſcendit.* Chryſoſtomus *hom.* 87. *in Ioan.* inquit: *Petrus erat Apoſtolorum Princeps, & propterea Paulus eum præter alios viſurus aſcendit.* Et Hieronymus in hunc locum: *Venit Paulus videre Petrum, honoris priori Apoſtolo deferendi*, ſcilicet gratiâ. Item in *epiſt. ad Auguſtin.* 89. *Tantæ Petrus authoritatis fuit, vt Paulus in epiſtola ſua ſcripſerit: deinde poſt annos tres veni Hieroſolymam videre Petrum, oſtendens, ſe non habuiſſe ſecuritatem prædicandi Euangelium, niſi Petri, & cæterorum Apoſtolorum, qui cum eo erant, fuiſſet ſententiâ roboratum.* Et Ambroſius *in c.* 1. *ad Galat.* *Dignum fuit*, inquit, *vt cuperet videre Petrum, quia primus erat inter Apoſtolos, cui delegauerat Saluator curam Eccleſiarum.* Et Theodoretus *in ep. ad Leon.* de eadem re ſic loquitur: *Paulus præco veritatis, tuba ſanctiſſimi ſpiritus, ad magnum Petrum accurrit, vt iis, qui Antiochiæ de legalibus inſtitutis contendebant, ab ipſo adferret ſolutionem.* Et in hoc *c.* 1. *ad Galat.* *Cum humana doctrina non indigeret, vt qui ab vniuerſorum Deo eam accepiſſet, Apoſtolorum Principi, quem par eſt, honorem tribuit.* Et Oecumenius in hunc locum: *Poſt tot, tantoſque agones pergit ad Petrum, tanquam maiorem viſurus.* Theophylactus: *Honorans eum ceu maiorem.*

Similiter ex 15. *cap. Act. Apoſt.* expendendum, 14
quod cum propter controuerſiam ortam Antiochiæ an Gentiles chriſtiani facti deberent circumcidi, & legem Moſaicam ſeruare, miſſi eſſent ad Apoſtolos, ſcilicet Petrum, Iacobum, & Ioannem Hieroſolymis commorantes Paulus, & Barnabas, vt controuerſia dirimeretur, congregato Concilio Apoſtolorum, & Seniorum Petrus determinauit non obligandos chriſtianos ex Gentilitate venientes obſeruare legem Moſaicam; quod etiam approbat Iacobus Apoſtolus Hieroſolymorum Epiſcopus; & remittitur Paulus cum Barnaba, & aliis litteras Concilij Antiochenſis portantes de determinatis in ipſo. Ex hac enim hiſtoria plura notari poſſunt, ex quibus elicitur ſolum Petrum, non autem Paulum, fuiſſe caput Eccleſiæ. Primò, eo quod Paulus miſſus fuerit à fratribus ad Petrum, & alios Apoſtolos pro huius controuerſiæ deciſione. Si enim Paulus caput Eccleſiæ eſſet, tantam quantam Petrus authoritatem in eius regimine habens, cur pro dubij deciſione ad Petrum mittitur. Mitti enim ſubditorum eſt. Nec vis huius argumenti eneruatur ex eo, quod etiam ipſe Petrus dicatur miſſus *in Act. Apoſt. c.* 8. ibi: *Cum audiſſent Apoſtoli, qui erant Hieroſolymis, quod recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum, & Ioannem.* Potius etiam ex hoc vires reſumit argumentum. Conſtat enim, Patres, Doctores, & Expoſitores loci relati dubium, & quæſtionem excitare, quomodo Petrus Apoſtolorum vertex *miſſus* dicitur; nunquam autem de Paulo

hanc

Digitized by Google

hanc quæſtionem, ſeu dubium excitarunt, etiamſi ſæpius miſſum fuiſſe comprobatur. Quod eſt euidens ſignum Primatus Eccleſiæ recogniti in Petro, & non in Paulo. Ad hæc, ſi Paulus æquè ac Petrus Pontificia ſumma dignitate fulgebat, & ea fulgere in Eccleſia compertum erat, cur ipſe quæſtionem non decidit? Cur qui illam mouerunt, Pauli ſententiam non ſequebantur? Vnde Theodoretus dicta epiſt. ad Leonem; *Si Paulus*, inquit, *præco veritatis, tuba Sancti Spiritus ad magnum Petrum cucurrit, vt iis qui Antiochiæ de legalibus inſtitutis contendebant, ab ipſo afferret ſolutionem: multò magis nos, qui abiecti ſumus, & puſilli, ad Apoſtolicam veſtram Sedem currimus, vt Eccleſiarum vulneribus medicinam à vobis accipiamus. Vobis enim per omnia primos eſſe conuenit.* Accedit non leuis ponderis argumentum ex eo capite 15. deſumptum. Acceſſus enim Pauli, & Barnabæ ad Petrum, & alios Apoſtolos Hieroſolymis agentes, non vltroneus, aut ſpontaneus, ſed coactus fuit; videlicet, quia accuſabantur, quod impediebant nouiter Chriſtianos Moſaicam legem derelinquere. Ait enim Irenæus *lib. 3. c. 13.* ſic; *Quoniam autem iis qui ad Apoſtolos vocauerunt eum* (ſcilicet Paulum) *de quæſtione acquieuit Paulus*, &c. Clariùs D. Hieron. *epiſt. 11. ſeu 89. ad Auguſtin.* inquiens; *Statuerunt aſcendere & ipſi, qui accuſabantur, & ij, qui accuſabant ad Apoſtolos.* Quos etiam plures alij etiam ex expoſitoribus ſequuntur. Quis autem prudens exiſtimare poterit, Paulum ab Eccleſia ſummum Paſtorem æſtimatum fuiſſe, quem ad Petrum, & alios Apoſtolos prouocantes accuſabant Chriſtiani? Deinde, ſi Paulus eadem cum Petro in Eccleſiæ regimine authoritate potiebatur, cur non in iſto primo, & generali Concilio, in quo maximè agebatur de ſpectantibus ad ipſum Paulum, ſcilicet de gentibus cogendis, vel non cogendis ad legem Moyſis, ſimul cum ipſo quæſtionem hanc definiuit? Cur non Petrus, & Paulus ſimul Præſidum munus gerunt? Solus enim Petrus, vt Princeps Apoſtolorum, & Primas Eccleſiæ eam quaſi Iudex, audita vtriuſque partis diſceptatione definiuit, vt habet S. Hieronym. epiſt. 89. q. 11. eſt inter epiſt. S. Auguſtini c. 3. vbi ait, Petrum fuiſſe Principem huius decreti. Et quod magis eſt, cum Iacobus Apoſtolus, qui ſolùm erat Hieroſolymorum Epiſcopus, ſententiam ſuam in hoc concilio protuliſſet Petri decretum approbantem, laudantem, & corroborantem: Paolus tamen nihil tale fecit, ſed ſolùm narrabat, veluti teſtis, ea ſigna, & prodigia, quæ per eum in gentibus fiebant. Dicitur enim eo cap. 12. *Tacuit autem omnis multitudo* (vtique hoc ſuo ſilentio reuerens Petrum, ipſiuſque decretum) *& audiebant Barnabam, & Paulum narrantes, quanta Deus feciſſet ſigna, & prodigia in Gentibus per eos.* Præterea ex verbis, quibus Petrus rem definiuit, infertur, ſolùm ad ipſum, non autem ad Paulum, qui præſens aderat, id negotij ſpectaſſe. Dicit enim: *Viri fratres, vos ſcitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire Gentes verbum Euangelij, & credere. Et qui nouit corda Deus, teſtimonium perhibuit, dans illis Spiritum Sanctum, ſicut & nobis, & nihil diſcreuit inter nos, & illos.* Id eſt, iuxta expoſitorum mentem, me elegit Deus, vt per os meum Gentes audiant Euangelium, & credant quod credere debent, ſiquidem mihi dixit Chriſtus, *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* Ex quo infertur, fundamentum Authoris propoſitionis, quam reprobamus, in eo valde deficere, quod putet Petrum ſolum pro Iudæis, Paulum verò pro Gentilibus deſignatos eſſe, ac propterea duo capita Eccleſiæ fuiſſe. Conſtat enim ex hoc loco, Petrum dixiſſe, ſe electum fuiſſe à Deo, vt *per os* ipſius Gentes *audire* poſſent, & *credere* Euangelium. Demum ex huius capitis hiſtoria elicitur, falsò aſſeruiſſe authorem Anonymum propoſitionis relatæ, S. Paulum æquè ac Petrum fuiſſe Eccleſiæ Summum Pontificem. Primò verſ. 12. relato, dum referuntur Paulus, & Barnabas in Concilio loquentes, ponitur primo loco Barnabas, & poſteà Paulus. Dicitur enim: *Audiebant Barnabam, & Paulum narrantes*, &c. Et quod pluris eſt, in epiſtola Concilij ad Antiochenſes miſſa, etiam Barnabas præmittitur Paulo. Sic enim ibi dicitur: *Placuit nobis collectis in vnum eligere viros, & mittere ad vos cum chariſſimis noſtris Barnaba, & Paulo.* Secundò quia, vt conſtat ex verſ. 36. 37. 38. & 39. orta fuit diſſenſio inter Paulum, & Barnabam ſuper aſſumptione Marci, ita vt ſtomachati fuerint, vt inquit S. Hieronymus *in Apolog. contra Ruffin.* & ad inuicem diſceſſerint, & Barnabas non acquieuerit Paulo roganti, & deprecanti. Quæ omnia arguunt, Paulum non fuiſſe totius Eccleſiæ primarium Antiſtitem, alioquin Barnabas vir Sanctiſſimus ipſum audiret, & vti ſuperiori obtemperaret.

Corroborari id quoque poteſt ex perpetua, ſibique 15
conſtanti traditione Eccleſiæ, Summorum Pontificum, Conciliorum, Patrum, Doctorum, & Scholaſticorum, quæ Petrum ſolum Chriſti Vicarium, Papam, & Summum Romanum Pontificem agnoſcit, ipſi ſoli hanc prærogatiuam concedendo, & eum ſæpius, nedum cunctis fidelibus, ſed Apoſtolis etiam alijs, quandoque quoque Paolo nominato præferendo. Quæ traditio, vt clariſſimè innoteſcat, quàm rectè Concilium Epheſ. dixerit, *Sæculis omnibus notum Petrum principem, & caput Apoſtolorum fuiſſe*, euidenter comprobatur diſcurrendo per 17. ſæcula, quæ à Chriſto nato numerantur, & ipſorum ſeruata antiquitate, loca in quibus id dicunt referendo, ac aliquorum teſtimonia ſigillatim notando.

Etenim primo ſæculo id habent S. Clemens Ro- 16
manus ep. 1. in initio, vocans Petrum *Apoſtolorum primum, fundamentum Eccleſiæ, & comitem Chriſti.* Non enim fuit primus inter Apoſtolos ætate, vocatione, aut dilectione, ſed Primatus dignitate, vt inferiùs expendemus: Sicut & quod inaniter pro aduerſa parte citetur Dionyſ. Areopag. Pauli Diſcipulus *de Diuin. nomin. c. 3.* poſt medium eum vocans *verticem.* Seu vt Ioan. Matth. Caryophil. Archiep. Iconienſis vertit, *Coryphæum, & honoratiſſimam ſummitatem.* Refertur etiam à Thoma Vualdenſi *tom. 1. Doctrin. fidei, lib. 2. artic. 1. cap. 6.* Melchiore Cano *de locis lib. 6. cap. 3.* Alexandro de Turre *de Hierarch. Eccleſiaſt. lib. 4. radic. 12.* Feliciano Ninguarda *in Aſſert. Cathol. art. 12.* & Franciſco Maria Torrigio Romano *in libro, cui titulus: I ſacri trofei Romani del trionfante Principe de gli Apoſtoli S. Pietro, c. 10.* ex eodem Dionyſio *in Epiſt. ad Timoth.* quod cum ad mortem Petrus, & Paulus ducti ſepararentur, Paulus dixerit Petro, *Pax tibi fundamentum Eccleſiarum, & Paſtor Agnorum, & Ouium Chriſti*; & Petrus viciſſim Paulo: *Vade in pace Prædicator bonorum, mediator ſalutis, & Dux Iuſtorum.* Quibus verbis diſcrimen quod eſt inter munera Petro, & Paulo conceſſa, graphicè deſcribitur, & machina Anonymi, quem impugnamus, miſerè corruit. Extat huius hiſtoriæ trophæum Romæ in Capella, vbi id contigit, his verbis effigiatum. *In queſto luogo ſi ſpartiuano S. Pietro, è S. Paulo andando al martirio, e diſſe Paulo à Pietro: Pace à te, à fondamento delle Chieſa, e Paſtor delle pecorelle, & Agnelli di Chriſto, e Pietro a Paulo: Vanne in pace Predicator de buoni, e guida della ſalute de giuſti. Dionyſ. in ep. ad Timoth.* Concinunt & alia eorundem Petri, & Pauli verba ad inuicem prolata tempore, quo Magus miſero caſu ex aëre, quò volitans Diabuli operâ aſcenderat, ad inferos detruſus eſt. Tunc enim dixit Paulus ad Petrum: *Meum eſt orare,*

tuum

tuum imperare. Et Petrus ad Paulum, *Erige caput, & vide.* Ipſa refert D. Antonin. 1. *part.cap.4.tit.6.§.2.* Ex illis porrò bene patet diſcrimen dignitatis Petri, & Pauli. Pro quo legendus Ioannes Echius *de primat. Petri, lib.3.c.37.*

17 In ſecundo ſeculo Papa Anacletus *in epiſtola 3. ferè in princip. & inferiùs.* Papa Pius primus *in epiſtol.ſua prima ad Vniuerſos*, quæ extat *tom.1. Concil.* S.Irenæus Martyr *lib.3.aduerſ. hereſ. cap.1. & 3.* malè intellectus ab Anonymo noſtro, vt inferiùs dicetur, Theophil. Antiochen. Patriarcha *lib.1. Allegor.in Euangel.Marci*, in initio. Extat *tom.1.Biblioth. Patrum edition. Parienſ.anno* 1589. dicens, quod Eccleſia ſit filia S.Petri. Tertull. *de Praſcript.cap.22. & in lib.de Monogamia, cap.8.n.58.* vbi notat Petrum ſolum maritum per Eccleſiam, quæ ſuper illum ædificata eſt, id eſt ſolum ipſum dici ſponſum Eccleſiæ. Non ergo Paulus, aut alius tale nomen meretur. Notabilia etiam einſdem Tertulliani verba *lib.1. in Marcum*, poſt initium, ſcilicet: *Nec inter Reges pluriſariam videri poteſt ſummum magnum, ſed vnicum, atque ſingulare.* Illis enim mirè firmatur Monarchia Eccleſiæ in vno Petro conſtituta, & euertitur *pluriſariam* Petri, & Pauli ab Aduerſario adinuentum.

18 Et in tertio ſeculo quamplurimi adeo conſtanter, vt Prophyrios Ethnicus infenſiſſimus Chriſtianitatis hoſtis, in libris contra chriſtianos editis, ſolius Petri primatum, excluſo Paulo, & vt inuidiam ipſi concitaret, prædicare non erubeſceret, prout ex D. Hieronymo notat Genebrardus *lib.3. Chronolog. ſub hoc tempore.* Ex illis vnus eſt S.Hyppol. Martyr. *in orat. de conſũmat.mundi*, à quo vocatur Petrus *Princeps fidei Petra, Doctor Eccleſiæ, Primus Diſcipulorum, qui Regni claues habet.* Origen. *Homil.5.in Exod. & in lib.5. explan. in Euangel. Ioannis*, referente Euſebio *lib.6. Historia, c.19.* editionis Latinæ Colonienſ. *& Homil. 17.in Lucam, & in epiſt. Pauli ad Roman. lib.5.* Quibus in locis Petrum compellat *magnum Eccleſia fundamentum, Petram ſolidiſſimam, & Apoſtolorum Principem.* S. Anter.Pap. & Martyr *in epiſt. ad Epiſcop. Bætica, & Toletana Prouinc. prope init.* S.Lucius Pap.I. & martyr *ad Epiſc.Gallia, & Hiſpania*, S.Cyprianus *in epiſt.40.* vbi inquit, *Deus vnus eſt, & Christus vnus, & vna Eccleſia, & Cathedra vna ſuper Petram Domini voce fundata.* Solus ergo Petrus, non Paulus Eccleſiæ caput primum vocandum. Similis eſt ſibi Cyprian. *in epiſt.55.ad Cornel.& 70. ad Ianuar.& 79.ad Iubaian.* ſpecialiter *in lib.de exhort.ad martyrium*, qui alio titulo *de vnitate Eccleſia, ſeu ſimplicitate Pralatorum*, vocari ſolet, comparans Petrum cæteris Apoſtolis, inquit: *Erant vtique & cæteri Apoſtoli, quod fuit Petrus, pari conſortio præditi & honoris, & poteſtatis, ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, Primatus Petro datur, vt vna Chriſti Eccleſia, & Cathedra vna monſtretur.* Non ergo Paulo relinquitur Primatus. Euſeb. Alexandr. *in Homil.de Reſurrect.* apud Cocc. *lib.de Summis Pontiſ. art.4.* Sic introducit Chriſtum cum Petro loquentem. *Veni, ne timeas, nihil tibi de gloria Apoſtolici chori minui, non te à dignitate remoui, non feci te ſecundum infra alterum, non dedi alteri claues: ne timeas, quod promiſi impleo, ſuper tuam fidem, quæ ſit Petra, ædificabo Eccleſiã meã.* Excluſus ergo Paulus à Primatu Eccleſiæ.

19 In quarto ſeculo S.Marcell.Pap.I. *in ep.1.ad Epiſcop. Antioch Prouinc.* Petrum appellans *totius Eccleſia caput.* S.Melchiades Pap. *in epiſt.ad Epiſc.Hiſpania*, aſſerens: *Inter Beatos Apoſtolos fuit quadam diſcretio poteſtatis, vt licet cunctorum par electio foret, beato tamen Petro conceſſum eſt, vt aliis præemineret.* Ergo Paulo etiam. Adſtipulantor in hoc ſeculo Euſeb. Cæſar. *in Chron.anno 44.& lib.2. Hiſtoriar.c.13.edit.Latina.* Concilium Nicæn.1.*can.39.* ſecundum tranſlationem ex Codice Arabico factam apud Coccum *lib.7. de Hierarch. Eccleſ.art.4.* S.Hilar. *in Pſ.131.& can.16.in Matth.* vbi vocat eum *Eccleſia fundamentum.* S.Baſil. *in Iſ.c.2. & lib.2.contra Eunom.& in Præfat. Reg ſuſior. diſputat. in orat.3.de Peccato.* S.Cyrill. Hyeroſol. *in Catech.2.11.& 17.* eum compellans *ſupremum omnium caput, Apoſtolorum Præſidem*, & Eccleſiæ *Summum Præconem.* S.Gregor. Nazianz. *in Orat.7.* Petrum vocitans *Eccleſia columnam.* S.Epiphan. *hæreſ.51. & in Anchor. inter init.& med.* (quomodo autem nihil Aduerſario faueat, inferiùs dicetur.) S.Ambr. *in c.24. Luca, & ſerm.11.de mirab.& ſerm.47. ac 68.* Idem optimè *Pſ.40.circa finem. Ipſe*, inquit, *eſt Petrus, cui dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo, &c.* Et addit. *Vbi Petrus, ibi Eccleſia.* Pacian. *ep.3.ad Simpron.* inquiens: *Ad Petrum locutus eſt Dominus, ad vnum ideo, vt vnitatem fundaret ex vno*, & ſtatim refert verba, *ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Expendant quæſo verbum illud *vnum* bis repetitum, & verbum *vnitatem*, qui duo ſumma capita, & dualitatem in Chriſti Eccleſia fingunt. Optat. Mileuit. *lib.2. contra Parmen.* ſchiſmaticos plura capita Eccleſiæ fingentes ſic impugnans. *Inde Cephas appellatus eſt, in quo vno cathedra vnitas ab omnibus ſeruaretur.* Et inferiùs: *Ergo cathedra vnica, quæ eſt prima de dotibus, ſed & Prior Petrus, cui ſucceſſit Linus, & c. Iulio Liberius, Liberio Damaſus, Damaſo Siricius hodie, qui noſter eſt ſocius.* Cur non numerat Paulum, ſi cum Petro vnum caput Eccleſiæ conſtituit, Aurelius Prudentius ſic mirè ad intentum concinens *in hym. S. Laurentij.*

Hic nempe iam regnant duo
Apoſtolorum Principes:
Alter vocatur Gentium,
Alter cathedram poſſidens
Primam recludit creditas
Æternitatis Ianuas.

S.Ephrem Syrus *in ſerm.de Transfigurat.* S.Hieron. *in c.2.ep.ad Galat. & lib.1.contra Iouin.& epiſt.89.* ſuperiùs relata ad Auguſtin. Aliis autem locis quæ Anonymus opponit, quibus Paulum Petro parem fuiſſe exiſtimare viſus eſt, rectè exponitur de Apoſtolatus dignitate, non de Primatu Eccleſiæ. Legatur Sixt. Senenſ. *lib.6. Bibl.annot.269.*

Et in quinto ſeculo S.Ioannes Chryſoſt. *in Orat. Encomiaſt. in Petro & Paulo, & Homil.2.in Pſal.50. & Homil.83.in Matth.& Homil.87.in Ioann.& Hom. 80.ad Popul. Antiochen.* quæ eſt *de Pænit.& Hom.39.* quæ eſt 6.aduerſus Iudæos, & *Homil.42.* quæ eſt in S.Ignatium Martyr. & *Homil.53.* quæ eſt prima *de Pænit.* & *Homil.59.* quæ eſt 9.*de Pænit.* & Homil.69. 20
Quibus in locis Petrus à Chryſoſtomo vocatur *Orthodoxa fidei principium, Apoſtolorum Doctor, Coryphæus, Columna Eccleſia, fidei Baſis, Apoſtolici chori caput, Apoſtolorum vertex, inter Apoſtolos Primus, Crepido immobilis*, & aliis epithetis ſingularitatem ipſius Primatus exprimentibus. S.Nilus Chryſoſtomi diſcipulus *in ep.ad Magnam*, Petrum dicens, τὸν πρόκριτον, id eſt *Primarium Apoſtolorum.* Idem faciunt S.Auguſt. Hæreticorum malleus *lib.2.de Baptiſ.contra Donatiſt. c.1.& in enarrat.1.in Pſ.108.& in quæſtionibus noui Teſtam.q.75.& ſerm.13.de Verb.Domini, & ſerm.15. de Sanct.* qui eſt *de Feſto Cathedra S.Petri*, & *ſerm.16. de eodē Feſto, & ſerm.26.de Sanct.& ſerm.124.de tempore, & ſerm.29.de Sanct.& Conc.2.in Pſ.13.* S. Innoc.Pap.I. *in epiſt.2.ad Victricium, & in epiſt.1.ad Decentium, & epiſt.31.ad Arcadium Imper.* S. Paulinus Riolan. *in Quarto Natali S. Felicis.* S. Cyrillus Alexand. *lib.2. in Ioan.c.12.lib.4.c.28.lib.10.cap.4.& lib.12.c.64.* Audiatur ſpecialiter ſic Petrum commendans, & differentiam, qua Paulus minor ipſo eſt, aſſignans. De Petro enim ſic dicit: *Ipſe ſanctorum diſcipulorum Prælatus.* De Paulo verò ſic: *Myſteriorum ille diſpenſator, Præco, & Apoſtolus, & euangelicarum ſan-*

ctionum

ctionum ſacer adminiſtrans ſapientiſſimus. En diſcrimen Aduerſarij ſententiam euertens. Sozomenus *lib.7. Hiſtor. Eccleſiaſt. c.4.* S. Iſidor Peluſiota *lib.1. ep.142. ad Iuonem, & lib.2. ep.58. ad Schirionem, ac epiſt. 96. ad Aphrodiſeum.* S. Maximus Tanneuſis *Hom.1. de Natali Petri, & Pauli, & Homil. 3.* Theodoret. locis ſuperiùs relatis. S. Leo Magnus Papa perperam pro aduerſa parte ab Antagoniſta noſtro relatus *in ſerm. 2. de Anniuerſ. ſui Pontif. & ſerm. 3. & ſerm. de Transfigur. & in epiſt. 89. aliàs 97.* Eius verba in Can. *Ita Dominus, diſt. 14.* relata ſatis indicant intentum. *Vocat enim S. Petrum Apoſtolorum omnium Summum, & in conſortium indiuiduæ vnitatis aſſumptum* à Chriſto, eo quòd eum appellauit *Petram*, quo nomine idem Chriſtus inſignitur 1. Cor. 10. Quemadmodum ergo Chriſtus vnicum, & indiuiduum Eccleſiæ caput fuerit, ſic & eius Vicarius Petrus. Et quod magnum eſt, Conc. Chalcedonenſe *in ſententia contra Dioſcorum*, S. Proſper Aquitanus *in lib. de Ingrat.* Caſſian. *lib. 3. de Incarn. c.12.* Arnobius *in Pſ. 58.* Petrum appellans *Epiſcopum Epiſcoporum.*

21 In ſexto ſeculo Symmachus Papa *in Apologet. contra Anaſtaſ. Imperat.* Ioannes ſecundus Conſtantin. Patriarcha *in epiſt. ad Hormiſdam Pap.* Bonifacius ſecundus *in epiſt. ad Eulalium Alexand.* Caſſiod. *in lib. de Amicitia, cap. Quali diſcretione.* Elpis vxor Boetij *in Hymno* ab Eccleſia recepto, graphicè diſcrimen, quod eſt inter Petrum, & Paulum delineans. De Petro inquiens: *Iam bone Paſtor Petre.* De Paulo verò *Doctor egregie Paule*, &c. Idem facit Venantius Fortunat. eius ſeculi decor his carminibus.

Cælorum Porta, lati duo lumina mundi
Ore tonat Paulus, fulgurat arce Petrus:
Inter Apoſtolicas radiante luce coronas
Doctor hic meritis, celſior ille gradu.

Et *lib. 9. ad Chilperic. Reg.*

Excellit cum claue Petrus, cum dogmate Paulus.

Ex quibus vtpote clarioribus, explicandus in aliis, in quibus eos pares, *& Sedis honore Curules* vocat. Arator Poeta *in lib. 1. & 2. Hiſtor. Apoſtol.* Euagrius *lib. 2. Hiſtor. Eccleſiaſt. c.4.* S. Gregor. Magnus *lib. 1. epiſt. 24. & lib. 3. epiſt. 33. & lib. 4. epiſt. 32. & lib. 6. epiſt. 37. & Homil. 21. in Euangel.* ſpecialiter dicta *epiſt. 37.* vbi ſic: *Cum multi ſint Apoſtoli, pro ipſo tamen Principatu ſola Apoſtolorum Principis Sedes in authoritate conualuit, quæ in tribus locis vnius eſt. Ipſe enim ſublimauit ſedem, in qua etiam quieſcere, & præſentem vitam finire dignatus eſt. Ipſe decorauit ſedem, in quam Euangeliſtam diſcipulum miſit. Ipſe firmauit ſedem, in qua ſeptem annis ſedit.*

22 In ſeptimo ſeculo S. Iſidor. Hiſpalenſ. *in lib. de vita, & morte Sanctor. cap. 69. & lib. 2. de offic. Eccleſiaſt. c.5.* S. Adhelmus Schireburgenſ. Epiſc. *ad Geruntium*, S. Agatho Papa *in epiſt. ſua ad Conſtantin. quartum Imper. maiorem.* Sexta Synodus generalis *in ſermone acclamatorio ad Imperator. Conſtantinum quartum de S. Petro, deque eius ſucceſſore S. Agathone.* Studiosè legendus hic Agatho Papa ea ſexta Synodo, vbi ſæpius Apoſtolum Petrum *Principem diſcipulorum*, & *Apoſtolorum Chriſti* compellat, vt mirum ſit, Anonymum ſibi in patronum hunc Papam adſcribere voluiſſe. Imperator Conſtantinus IV. in ſua *diuina iuſſione ad Synodum.*

23 In octauo ſæculo Venerabilis Beda *in c.1. Ioan. & in Homil. de Vigil. S. Petri, & Pauli, & in Homil. de eorum feſto, & in lib. de ſex ætatibus Mundi*, S. Ioannes Damaſc. *in Orat. Transfigur. Domini, & in orat. de Aſſumpt. B. Mariæ, & in hiſtoria Barlaam, c.11.* vbi conceptis verbis Petrum vocat *Diſcipulorum Principem, Fidei Petram, totius orbis Magiſtrum inſtitutum.* Germanus Conſtantinop. *tom. 2. Bibliot. Patrum*, dicens: *Duodecim lapides Apoſtoli: Petra Apoſtolus Chriſti Archierarcha, ſeu Hierarcharum Princeps.* Alcuinus *in lib. de diuin. offic. c. de celebr. Miſſæ.* Conc. 7. general. quod eſt 2. generale Nicænum *can. 4.* eundem Petrum compellans *Primarium Apoſtolorum Apicem, & Principem Apoſtolorum.*

In nono ſeculo Haymo *Dominic. 2. poſt Paſcha*, Ionas Epiſc. Aurelian. *lib. 3. de Cultu Imagin.* ſpecialiſſimo encomio Petrum commendat, eum vocans *Eminentiſſim. S. Eccleſiæ membrum.* Simeon. Metaph. *in Vita S. Iacobi Apoſtoli, & in Encomio S. Ioannis Euangeliſta.* Rabanus *in c. vltimo Ioan.* Concil. octauum generale, quartum generale Conſtantinopolitanum anno 869. ſub Hadriano II. celebratum *Can. 21.* 24

In decimo etiam ſæculo, licet aliàs infelici ab authoribus nuncupato, propter penuriam Scriptorum, Regino Abbas *lib. 1. Annal. anno* 865. ſic habet. *Stultitia quodam elogio notandi ſunt, qui illam Petri Sedem aliquo prauo dogmate fallere poſſe arbitrati ſunt.* Vbi, cùm Eccleſiam Romanam antonomaſticè *Petri Sedem* appellet, à conſortio Pontificij Paulum excludit. Item Luitprandus Papienſis Hiſtoricus *lib. 6. c.8.* Petrum *Apoſtolorum Principem* compellans. Et *lib. 4. c.3.* inquiens; *Petrus Antiochena dimiſſa Eccleſia, ad Romanam Vrbem, quæ potentia magnitudine cunctis tunc nationibus imperabat, poſtmodum tranſuolans. Vbi cum diſponente Deo ſanctam toto orbe venerandam fundaret Eccleſiam.* De Leone etiam VI. Imperatore non ſine cauſa *Sapiente* cognominato, qui ſub hoc ſæculo vixit, aliqua etiam ad intentum habebit Lector, ſi eius ſcripta diligenter euoluerit. 25

In vndecimo ſæculo Oecumenius *in c.1. Act. Apoſt. & in epiſt. ad Galat. c.1.* verbis ſuperius relatis. S. Leo Papa IX. *in epiſt. ſua ad Petrum Patriarch. Antiochen.* Petrum Apoſtolum commendans, quòd ipſe *vertex*, atque *Cardo Apoſtolorum* ſit, & Thronus eius Roma. Petrus Damianus *in epiſt. 12. quæ eſt ad Nicolaum Pap. c.5.* Theophylactus *in c.16. Matth. & Luca 22. & in c.21. Ioan.* nam in illum locum Lucæ ſic inducit Chriſtum cum Petro loquentem: *Quia te habeo vt Principem Diſcipulorum, poſt quam negato me fleueris, & ad pœnitentiam veneris confirma cæteros: hoc enim te decet, qui poſt me Eccleſiæ petra es, ac firmamentum.* Et in locum Ioannis, *Totius orbis omnium præfecturam Petro committit, non autem alij, ſed huic tradit. Primum quidem, quia omnes præcellebat, & totius cœtus os erat.* Expendat Anonymus, cum quo contendimus, verbum illud *non alij.* 26

In decimo ſecundo ſæculo Rupertus *lib. 9. de proceſſione Spiritus Sancti, c.18. & in vol. 4. Euang. lib. 1. c.25.* S. Bernard. *lib. 2. de conſid. ad Eugen. Pap. 3. p. c.8.* vbi Petrum omnium Apoſtolorum Paſtorem vniuerſalem appellat illis verbis: *Cui non dico Epiſcoporum, ſed etiam Apoſtolorum ſic abſolutè, & indiſcretè tota commiſſa ſunt oues? Si me amas Petre, paſce oues meas. Quas? Illius, vel illius populi, ciuitatis, aut regionis, aut certi Regni. Oues meas, inquit. Cui non planum non deſignaſſe aliquas ſed aſſignaſſe omnes. Nihil excipitur, vbi diſtinguitur nihil.* Expendendum etiam, quod cùm eo loco Eugenius Papa ab ipſo nuncupetur ſic: *Sacerdos magnus Summus Pontifex, tu Princeps Epiſcoporum, tu hæres Apoſtolorum, tu Primatu Abel, Gubernatu Noë, Patriarchatu Abraham, Ordine Melchiſedech, Dignitate Aaron, Authoritate Moyſes, Iudicatu Samuel, Poteſtate Petrus, Vnctione Chriſtus*; nihilominus nullam mentionem Pauli fecit, neque Eugenium aliquo modo Paulum eſſe aſſeruit. Hugo de S. Victore *ſerm. 64.* qui eſt de Sanctis Apoſtolis Petro & Paulo, ſic loquēs ad intentum, & controuerſiam totam dirimens, ſi quæ poteſt eſſe. *Petrus enim cæteris eminet excellentia poteſtatis, Paulus excellentia prædicationis. Petrus Sol, Paulus Luna. Petrus Sol per collatam ſibi diuinitus potentiam, Paulus Luna per collatam ſibi cœlitus ſapientiam.* 27

In 13.

28 In 13. ſæculo pro mille vnus S. Thomas Aquinas *in opuſc.* 1. quod eſt contra Græcorum, & Schiſmaticorum errores, & *in opuſc.* 5. quod eſt in Symbolum Apoſtolorum, & *in opuſc. de Regimine Princip. capite* 14. & *lib* 3. *capite* 10. Maximè verò, & proprius ad intentum rem fermè totam concludens 2. 2. *q.* 33. *art.* 4. vbi *in ſolut. ad* 2. loquens de correctione Petri a Paulo facta, etiamſi dicat quod Paulus Petrum non reprehendiſſet, niſi aliquo modo par eſſet, quantum ad fidei defenſionem, ſubdit tamen. *Sciendum tamen eſt, quod vbi immineret periculum fidei, etiam publicè eſſent Prælati à ſubditis arguendi. Vnde & Paulus qui erat ſubditus Petro, propter imminens periculum ſcandali circa fidem Petrum publicè arguit.* Optimè etiam Papa Gregorius IX. *in epiſt. ſuperius relata*, Germanum Conſtantinop. Patriarch. ſchiſmatis labe infectum redarguens, & dicens: *Primum, & præcipuum Eccleſiæ fundamentum, in quo ſicut in capite alij omnes continentur, Petrum eſſe.* Secundò Paulum in ipſo authoritatis officium recognouiſſe, & ideo ad eum tanquam ad Primatem, & Euangelij Dominici fontem Hieroſolymam veniſſe. Tertiò ipſi ſoli oues ſuas indiſcretè Chriſtum commiſiſſe. Quartò claues regni cœlorum ſolum ipſum accepiſſe. Quintò propterea Chriſtum pro ipſo rogaſſe ne deficeret fides ipſius. Vnde ſextò concludit per hæc verba: *Ex quo colligitur euidenter quod ad Sedem Petri omnis ſit quæſtio fidei referenda.* Hæc latius dixi, quia Antagoniſta noſter ea non vidit, vel ſi vidit, vidiſſe diſſimulauit. Concinit Nicephorus Caliſtus eiuſdem ſæculi author *lib.* 1. *Hiſtor. cap.* 24. commoeans Petrum *Apoſtolorum Principem*, & *lib.* 2. *cap.* 14. appellans *Anteſignanum, & Primatem.* Et *cap.* 44. de Choro Apoſtolorum loquens: *Coryphæus itaque, & Princeps Chori eius eſt Petrus.*

29 In 14. ſæculo ſolus ſufficeret ad Anonymi peruicaciam infringendam, & rem totam firmiter comprobandam Ioannes XXII. Papa, qui in Bulla contra duos Antichriſti præcurſores Marſilium Paduanum, & Ioannem Iandunum, quam refert Bzouius *ſub anno* 1327. *num.* 7. ex m.s. Bibliothecæ Vaticanæ, plura dogmaticè ſcribit pro intento. Primò illa: *Iſti filij Belial dogmatizare præſumunt, quod B. Petrus Apoſtolus non plus authoritatis habuit, quàm alij Apoſtoli habuerunt, nec aliquis Apoſtolorum.* Et infrà: *Quod autem S. Petrus pluſquam alij Apoſtoli authoritatis habuit, ex prædictis concluditur euidenter. Certum eſt enim, quod maior eſt authoritas Paſtoris, quàm gregis. Petrus autem totius gregis Dominici generalis conſtitutus eſt Paſtor, vt probatum eſt ſuperius, quod de nullo alio Apoſtolo poteſt dici. Præterea conſtat, quod maior eſt potentia, vel authoritas non limitata, quàm limitata. Omnes autem alij Apoſtoli receperunt authoritatem limitatam.* Et poſteà ſubiungit de Petro: *Petro autem ſine limitatione aliqua commiſit curam Dominici gregis, cum ſibi dixit, Paſce oues meas, paſce agnos meos, item ſibi ſoli*, &c. Et poſt alia ex D. Clementis authoritate concludit, *Non ipſorum Apoſtolorum par fuit inſtitutio, ſed omnibus præfuit vnus, ſcilicet Petrus.* Auguſtinus quoque Triumphus Anconitanus *in Summ. de Poteſt. Eccleſ. quæſt.* 7. *art.* 2. *ad* 1. ſic triumphat de Anonymo noſtro: *Paulus fuit minor Petro, & maior, & æqualis. Minor quidem fuit poteſtate Prælationis, quia ſolus Petrus fuit Cephas, ideſt caput totius Eccleſiæ. Maior autem prærogatiua electionis, quia electus fuit à Chriſto poſt reſurrectionem*, &c. *Sed æqualis fuit officio prædicationis, & fidei defenſionis.* Et *quæſt.* 20. *artic.* 3. ſic: *Dicendum, quod ſingulariter ſolus Petrus dicitur habere claues per immediatam commiſſionem, per immediatam deriuationem, per vniuerſalem adminiſtrationem.* Noſter Guido Carmelita Elnenſis Epiſcopus *in tractat. de Hæreſib. in* 3. *errore Græc. cap.* 3. & *in* 15. *error. Armenor. cap.* 15. & *in* 26. *eorundem Armenor. error. cap.* 26. & *in* 1. *error. Vualdenſ. cap.* 1. Petrus de Palude *in* 4. *Sententiarum diſtinct.* 24. *quæſt.* 6. dicens: *Poteſtas iuriſdictionis, quæ ad regendum populum tota in ſuo ſtatu data fuit ſoli Petro, & in eo ſucceſſoribus eius, quando cura Eccleſiæ ſibi ſoli commiſſa fuit, dicente Domino Ioan.* 21. 17. *Paſce oues meas. Hoc nulli aliorum dictum fuit, nec nunc, nec ante, nec poſt.* Durandus de S. Portiano *in* 4. *diſtinct.* 24. *quæſt.* 5. Aluarus Pelagius *lib.* 1. *de Planctu Eccleſiæ, artic.* 68. Ludolphus Carthuſianus *in* 2. *part. Vit. Chriſti, cap.* 1. Cardinalis Bertrandus *in tractat. de orig. & vſu iuriſdictionum, quæſt.* 2.

In 15. ſæculo Summus Pontifex Pius II. in Bulla anno 1463. data, his verbis, quæ ſola ſufficerent, vt aduerſarij ceruicem iugularent. *Paſtor Primus ipſe Chriſtus fuit, & paſtor bonus, qui poſuit animam ſuam pro ouibus ſuis. Secundus Paſtor Petrus extitit ab ipſo Domino inſtitutus, atque omni poteſtate dotatus, quæ ad benè regendum commiſſas oues neceſſaria dicitur.* Et infrà: *Quamuis plures per orbem Eccleſiæ inſtitutæ fuerint, & plures Epiſcopi, ideſt plures greges, & ouilia plura, & Paſtores plures, omnes tamen ſub vno Paſtore, & in vno Grege, atque ouili continebantur, ſicut & hodie continentur, quia vnus eſt Chriſti thalamus, vna ſponſa, vnum ouile, & vnus Paſtor, & omnium Epiſcoporum vnus Epiſcopus Romanus Præſul beati Petri ſucceſſor, & Ieſu Chriſti Vicarius.* Inferius etiam: *Dedit ergo & regimen pacis amicum, ideſt Monarchicum, ſub B. Petro, & ſucceſſoribus ſuis adminiſtrari, cuncta præcipiens, clauibus illi commiſſis, & cura gregis demandata.* Egregius Author noſter Thomas Vualdenſis *tom.* 1. *doctrin. fid. lib.* 2. *art.* 1. *per* 7. *cap.* agmen ducit Vuicleff impugnans; dicit enim *cap.* 3. de Petro, & Paulo loquens: *Attendat Vuicleff Petrum maiorem, Paulum minorem fratrem, & hoc in poteſtate Apoſtolatus, in qua fuerunt omnes æquales.* Et infrà: *Paulus in miniſterio æqualis eſt, minor frater in comparatione culminis.* Et inferiùs: *In comparatione ergo Pauli Petri prioratum accepimus; in comparatione autem Petri Pauli poſterioritatem quæramus*: & *cap.* 6. præponit Petrum in ordine Apoſtolorum, *omnes ergo Apoſtoli fundamentum, ſed poſt Chriſtum Petrus fundamentum fundamentorum, & omnis Eccleſia fundamentum.* Celebris etiam Pariſiorum Cancellarius Ioannes cognomento Gerſon, qui in ſermone quodam de Domini circumciſione Petrum ait fuiſſe Papam, Paulum verò Cardinalem; ſeu, vt ait *in tract. de appellat.* eius Theologum. En latiſſimum diſcrimen inter Petrum, & Paulum ab hoc clariſſimo authore prædicatum. B. Laurent. Iuſtin. *in lib. de obed. cap.* 12. Card. Ioan. de Turrecremata *in ſumma de Eccleſia.* & quod magis eſt, Concilium Florentinum his verbis: *Definimus, ſanctam Apoſtolicam Sedem, & Romanum Pontificem in vniuerſum Orbem tenere Primatum, & ipſum Pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe B. Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti Vicarium, totiuſque Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum Patrem, ac Doctorem exiſtere, & ipſi in beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalem Eccleſiam à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe, quemadmodum etiam in geſtis Oecumenicorum Conciliorum, & in ſacris Canonibus continetur.* Qua definitione cum nullo modo Paulus, ſed ſolùm Petrus referatur, manifeſtè infertur, ſolum Petrum, & non Paulum Eccleſiæ Paſtorem eſſe, alioquin ipſa manca, mutila, & trunca eſſet, quod nullus Catholicus fatebitur. Annumerandus etiam inſignis Chriſtianus Poeta Baptiſta Mantuanus noſter *in eptr. de ſacr. dieb. in Menſe Iunio*, Petrum, & Paulum, eorumque 30

excel

excellentias ſic diſcriminans. De Petro quidem ſic primò canens.

> *Nomen erat Petro Simon ab origine, ſed cum*
> *Vellet eum Deus eſſe baſim templo adificanda*
> *Fecit et ſolida nomen de nomine petra.*
> *Poſteritas, quia Rector erat, clavumque tenebat,*
> *Appellare Cepham voluit.*

De Paulo verò ſic:

> *Nomen & euaſit Paulus, qui voce per Orbem*
> *Intonuit tanta, vt Boreas audiret, & Auſter*
> *Ortus, & Occaſus, maria vndique, & vndique terra.*

Item Alphonſus Toſtatus Abulenſis Epiſcopus, non ſolum in *cap. 16. Matth. q. 68.* ſed etiam in cap. 18. q. 86. Paulum Petro ſubditum dicens.

31 In 16. ſæculo ingens admodum numerus eſt eorum, qui animosè pro hac veritate dimicarunt, præcipuè iſti: Nicolaus Sanderus, Cardinalis Hoſius, Guillelmus Lindanus, Ioannes Ekius, Thomas Stapletonius, Cardinalis Caietanus, Honuphrius, Thomas Eliſius, Gryſaldus, Theodorus Coccius, Laurentius Arturus, Franciſcus Turrianus, Petrus Caniſius, Cardinalis Baronius, Dominicus Sotus, Dominicus Bañea, Azorius, & alij innumeri. Quibus annumerandus Summus Pontifex Gregorius XIII. qui in Pontificali Romano ſub eodem Pontifice edito, in quadam collecta pro conſecratione Summi Pontificis, ſic habet: *Deus, qui Apoſtolum tuum Petrum inter cæteros Apoſtolos Primatum tenere voluiſti, eique vniverſa Chriſtianitatis molem ſuper humeros impoſuiſti*, & infrà: *In Thronum eiuſdem Apoſtolorum Principis ſublimamus.*

32 In 17. ſæculo veritatem hanc prædicant Concilia duo Provincilia, Senonenſe, & Aquenſe, quæ referunt Andreas Duvalius *in lib. de ſuprema Romani Pontificis in Eccleſiam poteſtate*, & Iacobus Gualterius *in tabul. Geograph. ſub hoc ſæculo*, in quibus damnatur liber Anonymus contra Summi Pontificis authoritatem editus: Cardinalis Bellarminus, Franciſcus Suarez, Nicolaus Coeffeteau, Hieremias Ferrerius, aliique quamplures expoſitores ſacræ Scripturæ, & S. Thomæ, quos referre prolixum eſſet, & de quibus docti aliqui pro noſtra cauſa pugiles.

33 Referri etiam poſſent Hiſtorici, Chronologici, & Annaliſtæ Eccleſiaſtici cuncti, qui Summorum Pontificum ſeriem, nomina, geſta, hiſtoriaſque referunt, nunquam S. Paulum Apoſtolum *Papam* nominarunt; alioquin ſi *Papam* cognoviſſent, vtique ſex Pauli Summi Pontifices in Pontificum linea recenſerentur, ita vt qui Paulus primus ab ipſis dicitur, ſecundus diceretur, & qui ſecundus, tertius, & tertius quartus, & quartus quintus, ac quintus ſextus. Nec enim ſicut Petro hoc obſervantiæ genus Paulo præſtitere, vt ipſius nomine frui nollent. Vnde vel hinc agnoſci poteſt diſparitas Petri, & Pauli.

34 Quamvis autem Anonymus in epiſtola quam ad Sanctiſſimum Dominum Innocentium ſcribit, ſuam ſententiam rationibus non comprobandam dicat, ne oppoſita rationibus deſtituta, veluti irrationabilis, ſicut adverſa, quæ illis orbata eſt, exiſtimetur aliquibus comprobanda. Prima deſumitur ex eo quod ut certa fides Orthodoxorum Summorum definitionibus firmata tenet, Petrus Apoſtolus conſtitutus fuit locis illis *Matth. 16. Ioan. 21. & Luc. 22.* Chriſti Vicarius, Eccleſiæ vniverſalis caput, & Paſtor totius ovilis, & omnium ovium Chriſti: etiam ipſos Apoſtolos, alioſque diſcipulos comprehendendo. Vnde Caiet. *in opuſc. de auth. Pap. c. 3.* inquit: *Etiam ipſi Apoſtoli oves erant Chriſti, à quo ſtatutum eſt, vt ſit vnum ovile, & vnus Paſtor.* Et infrà: *Petrus invenitur ille vnus Paſtor, cui dictum eſt, Paſce oves meas, non has, vel illas, & reliqui inveniuntur vnius ovilis oves.* Cum ergo Paulus fuerit ovis ovilis Chriſti, membrum Eccleſiæ, & vnus ex fidelibus, quis hoc neget? Præſertim, cum ipſe *ad Rom. 12.* ſe Eccleſiæ membrum appellet illis verbis: *Multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra.* Proculdubio inferior erat ſummo Paſtori, & Capiti Eccleſiæ, ac omnium fidelium Petro, ac proinde non æqualis ipſi. Nec tollitur vis argumenti, ſi dicatur hæc, & teſtimonia adducta duntaxat probare, Petrum quidem Summum Paſtorem, & Caput Eccleſiæ fuiſſe iure ordinario, non autem ipſum ſolum, præſertim ea ſpeciali privilegio, quo Paulo contingebat. Hoc enim, quod attinet ad particulare privilegium Paulo conceſſum, cum Adverſarius illud non probet, rejiciendum eſt vt figmentum. Præſertim, cum quæ pro illo confirmando affert, ſubobſcura, & ambigua ſint: illa verò, quæ pro Primatu individuali Petri allata ſunt, liquida, & manifeſta, & iuxta *l. vlt. C. de compenſ.* liquidum non compenſetur per non liquidum, ſed ſolùm per liquidum. Quod aliud verò, conſtat ſoli Petro ſingulariſſimè, & privativè quoad omnes alios conceſſam fuiſſe ſupremam hanc, & monarchicam poteſtatem ſuper totam Eccleſiam, & omnia ipſius membra. Equidem primò ex teſtimoniis Conciliorum, & Patrum relatis, quorum plura expreſſis verbis id demonſtrant; alia verò, etſi id non exprimant, tamen ex contextu, & intentione loquentium, id etiam denotare manifeſtè convincitur. Secundò, quia ſolùm privilegium ad perſonam, de qua in ipſo ſermo, extenditur, vt communiter Iuriſtæ. Hoc verò privilegium Primatus Petri ſuper totam Eccleſiam ipſi tantùm, & ipſius ſucceſſoribus legitimis conceſſum fuiſſe, ſuadetur ex eo, quod illud Matthæi 16. *Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, &c.* conceſſum ipſi fuit, eo quòd aliis aberrantibus, circa Chriſti perſonam ipſe ſolus dixit: *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*, & illud Lucæ 22. *Tu aliquando converſus confirma fratres tuos*, ideò etiam illi conceſſum, quia ſolùm illi dictum: *Ego autem rogavi pro te, vt non deficiat fides tua.* Et illud Ioan. 21. *Paſce agnos meos, & paſce oves meas*, ex eo etiam illi datum, quia præmiſſum fuit: *Tu ſcis Domine, quia amo te.* Hæc enim omnia denotant privilegij ſingularitatem, vt etiam Iuriſtæ communiter loquuntur. Tertiò, quia dictio illa *Tu*, qua vtitur Chriſtus cum Petro loquens locis relatis, ex Matt. 16. & Lucæ 22. *eſt perſonaliſſima*, demonſtrativa ad oculum, vt habent Iuriſtæ, ſpecialiter Steph. Gratian. *in deciſ. Marcb. deciſ. 51. numero 28.* Barboſa *in tract. de dictionibus, dict. 411.* & ſequitur Rota *deciſ. 101. num. 3. & 8. part. 5. recent.* Ergo ſingulariſſimè, & individualiſſimè Petro, & ipſius ſucceſſoribus, non autem aliis conceſſum eſt hoc privilegium. Quartò, quia vt communiter iidem Iuriſtæ aſtruunt, forma legis privilegij, vel reſcripti in indiviſibili conſiſtit, & eſt omninò individua, & ſingulariſſima, vt notatur *in l. ſi veritas, C. de fideicom.* Tiraq. *de iure mariti, gloſ. 6. num. 4.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 9. numero 17.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 8. q. 8. numero 94.* Gonzalez *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 18. numero 76. cum ſeqq.* Pereira *de poteſt. eligendi, cap. 7. numero 13. propè fin.* Eſcobar *de ratioc. cap. 11. numero 19.* & alij vulgariter. Cum ergo iis locis Chriſtus tradat formã regiminis Eccleſiæ ſcilicet ſub vno Petro, vt etiam concorditer ſupponunt Patres, & Doctores, proculdubio denotatur eam omninò indiviſibiliter, & ſolitariè competere Petro. Quintò, quia etiamſi in Sacra Scriptura ſolum habeatur *Verbum caro factum eſt*, & quod filius factus ſit homo, non verò habeatur expreſsè, quod ſolus Filius ſit factus homo, aut ſolum Verbum factum fuerit caro; nihilominus, vt de fide tenetur, etiam ſtando in terminis Sacræ

Scripturæ, quod ſolum Verbum diuinum, non autem Pater, vel Spiritus Sanctus carnem aſſumpſerit. Similiter quamvis in ſacra Scriptura non dicatur expreſsè, Deum non produxiſſe duos mundos, ſed tantum ſit ſermo in illa de productione vnius mundi; nihilominus de fide quoque cenſetur, etiam in terminis ſacræ Scripturæ, quod non ſint duo mundi, ſed vnus duntaxat. Pariter, cum Chriſtus in inſtitutione Baptiſmi dixerit, *baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*, etiamſi non dixerit ſolùm, aut duntaxat *in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*, nihilominus de fide certum eſt, quod ſi quis baptizaret etiam in nomine B. Virginis, aut alterius ſancti N. talis forma non teneret. Similiter ergo in præſenti, etiamſi in teſtimoniis relatis non exprimatur, quod ſoli Petro, & non alij conceſſum ſit priuilegium Primatus in Eccleſiam, cenſendum erit ſoli ipſi ſingulariſſimè, & indiuidualiter, eiuſque ſucceſſoribus, non alij cuicunque conceſſum eſſe.

Secunda ex eo deſumitur, quod cum ad probandum valorem alicuius gratiæ, ſeu priuilegij neceſſe ſit tempus ipſius conceſſionis aſſignare, vtpotè de ipſius ſubſtantia, prout colligitur ex *l. non ſolum, §. ſciendum, ff. de oper. nou. nunciat.* & ibi Bart. aliique Iuriſtæ, quæram ab Anonymo noſtro, quo tempore Chriſtus priuilegium hoc Primatus Eccleſiæ, ac paritatis cum Petro Paulo conceſſerit. Et quidem cum omninò irrationabile ſit aliquod tempus ante ipſius conuerſionem pro hac conceſſione deſignare, cum tunc Paulus Chriſti iuratus hoſtis, & Eccleſiæ Dei acerrimus impugnator eſſet, ſolùm à conuerſionis tempore incipere debemus. Et primò, quod Anno Chriſti 36. quo conuerſio Pauli contigit, talem à Chriſto gratiam non ſuſceperit, ex eo conuincitur, quod tunc Chriſtus munus, ad quod ipſum deſtinabat, deſignans Actor. 9. ſolùm dixerit: *Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram Gentibus, & Regibus, & filiis Iſraël, & ego oſtendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati.* In quibus nullo prorſus modo includitur talis conceſſio. Nec ipſe aliquando id dixit. Potius, prout ex eodem Actorum cap. 9. conſtat, cum tentaret ſe poſteà iungere Chriſti Diſcipulis, omnes timebant eum, non credentes, quod eſſet diſcipulus, ita vt neceſſarium fuerit, vt Barnabas eum apprehenſum duceret ad Apoſtolos, vt pro Chriſtiano ab ipſis haberetur. Pariter nec hoc contingere potuit ante annum Chriſti 39. quo Hieroſolymam venit, *vt videret Petrum.* Vt enim ſuprà viſum eſt, Petrum adiit communicandi Euangelij cum ipſo cauſa, *ne fortè*, vt ipſe inquit, *in vacuum curreret*, quo denotatur tunc omninò ſubditum, & inferiorem Petro fuiſſe, non ipſi æqualem. Maiori veritatis apparentia id dici poteſt de anno Chriſti 44. quo Paulus iturus euangelizatum gentibus raptus eſt vſque ad *tertium Cælum*, maximè ſi per illud *Cælum* Empireum, quod eſt beatorum ſedes, intelligatur cum Damaſceno, Theophyl. Pometio, S. Thoma, & aliis paſſim. Sed nec hac occaſione hanc gratiam ipſi conceſſam fuiſſe ex eo conuincitur, quod nunquam ipſe hoc affirmauit, prout neceſſarium videbatur, vt Euangelium quod prædicabat, maius pondus authoritatis haberet. Præſertim quod de tempore raptus loquens ſolùm dicit 2. Corinth. 10. Audiuiſſe *arcana verba, quæ non licet homini loqui*, quod de cognitione Angelorum, dotibus gratiæ, & gloriæ intelligitur, prout exponit Gregorius: Vel de Paradiſi pulchritudine, & ſanctorum gaudiis, prout autumat Theodoret. vel de ordine diuinæ prædeſtinationis, ſeu reprobationis, præſertim Gentium, cuius ſpecialis prædicator erat, prout Baronius putat; vel denique de arcanis redemptionis, ac Euangelij Chriſti miniſteriis, prout alij exiſtimant. Vnde poſtea anno ſequenti miſſus eſt ab aliis Chriſti diſcipulis cum Barnaba ad prædicandum Gentibus, iuxta hiſtoriam *c. 13. eorund. Act. Apoſt.* ex qua, vt ſuprà probatum manet, potius infertur ipſum omninò ſubditum, & inferiorem alius eſſe, & nullo modo ſupremum Eccleſiæ Paſtorem, præſertim cum Spiritus Sanctus dicat: *Segregate mihi Paulum, & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos.* Quod, vt conſtat ex contextu ipſius capitis, & dixi ſupra, ſolum erat prædicare Euangelium per Orbem. Similiter, cum anno ſequenti, qui erat Chriſti 45. ſolus Petrus Romam veniens ex Antiochia Romanam Cathedram conſtituerit, & primam epiſtolam ad fideles diſperſos per Pontum, Galatiam, Cappadociam, Aſiam, & Bithiniam ſcripſerit, Marcumque Alexandriam miſerit, Euangelio ab ipſo conſcripto approbato, cum in iis nullas partes Paulus in Syria occupatus haberet; manifeſtè etiam elicitur, nec tunc hanc à Deo gratiam obtinuiſſe. Idem dicendum de ſequentibus annis 46. 47. 48. 49. 50. quibus ſolùm prædicationis munus obiſſe ſacra pagina deſcribit, nihil commemorans de ſummo ipſius in Eccleſia principatu ab Anonymo conficto. Vnde poſtea anno Chriſti 51. ad Concilium Hieroſolymitanum ab Antiochia cum Barnaba mittitur, vbi erat in ſynodo nihil decidens, ſed audiens quæ à Petro decidebantur, eaque poſteà ad Antiochenſes deferens, quæ iuxtà notata ſuperiùs, potius euincunt, nihil ad Paulum ſpectaſſe Primarium regimen Eccleſiæ. Quod confirmat acris contentio inter ipſum, & Barnabam exinde orta, quæ nullatenus contingeret, ſi Paulus totius Eccleſiæ gubernacula teneret. Si enim ſic eſſet, Barnabas humilis, & Sanctus, ipſi, vt dicebam, morem gereret, non contentioſè reſiſteret. Sequentibus porro annis à 52. Chriſti vſque 58. etſi Paulus in Orbis peregrinatione, ac Euangelij vbique Gentium prædicatione laboraret, quod tamen Romanum Papatum ſicut Petrus à Chriſto acceperit, omninò ſine fundamento in pagina ſacra, aut aliis ſcriptoribus dicetur. Quamvis autem anno Chriſti 59. Romam peruenerit vinctus, Petro ab Vrbe abſente (quòd Claudius Imperator ſub anno Chriſti 51. Roma expulerit Iudæos) qua occaſione congruum videbatur, vt hæc authoritas ipſi concederetur ob ſupremi Paſtoris abſentiam, tamen nihil de hoc in Sacra Scriptura *Act.* 28. vbi de hoc aduentu Pauli Romam mentio reperitur, neque in aliis Eccleſiaſticis, aut etiam prophanis hiſtoriis aliquid ad intentum cernitur. Et quod mirum eſt, cum eo capite 28. dicatur Paulum cùm primò Romam attigit, Iudæos ad ſe vocaſſe, ipſoſque ad eum conueniſſe, quod tamen Chriſtiani ad eum vel inuiſendum acceſſerint, nihil prorſus ibi habetur. Quod ſi ipſe ſupremum Eccleſiæ caput, vt alter Petrus, eſſet, vtique fideles omnes ipſum reueriti eſſent, & Lucas Actor. Apoſtol. Author id non tacuiſſet. Narrans quidem hunc caſum, ſecundum aliquos, idem Paulus 2. *ad Timoth.* 4. inquit: *Dominus mihi aſtitit, & confortauit me, vt per me prædicatio impleatur, & audiant omnes gentes, & liberatus ſum de ore Leonis*, ideſt Neronis, vt plures exponunt. Sed hæc tantùm probant in hac ſua tribulatione Dei adiutorium ſpeciale habuiſſe, non tamen, quod ſimilis Petro in Eccleſiæ regimine conſtitutus eſſet. De ſequentibus annis; quibus epiſtolas ad Philippenſes, Epheſios, Coloſſenſes, Philemonem, & Hebræos ſcribebat, variaſque Prouincias, ac nominatim Hiſpaniam Euangelizando peragrabat, quod hanc dignitatis prærogatiuam acceperit, futiliter, & inaniter dicitur, cum nullum, vel leue fundamentum ad id afferri poſſit.

poſſit. Redierunt poſteà Petrus, & Paulus Romam ſub anno Chriſti 68. vt collabentem penè Eccleſiam ob Neronis incœptam perſecutionem inſtaurarent, & Simoni Mago, ac Apollonio Thianæo opponerentur. Sed, quod hoc tempore Primatus hanc dignitatem Paulus acceperit omninò gratis, & ſine vlla veritatis ſpecie effingitur. Præſertim, cum in concertatione cum Simone Mago habita, provt ſupra viſum eſt ex D. Anton. Paulus Petro dixerit Principatum agnoſcens, *Meum eſt orare, tuum eſt imperare.* Et cum poſtea anno ſequenti ad martyrium ambo ducerentur, iuxta dicta etiam ſupra, Paulus Petrum vocauerit *fundamentum Eccleſiarum, & Paſtorem ouium Chriſti.* Petrus verò Paulum *Prædicatorem bonorum, & ducem Iuſtorum.* Nullum ergo ſupereſt tempus quo Pugil noſter hanc Primatus dignitatem Paulo conceſſam fuiſſe confingere poſſit.

36 Similiter expendendum quod quemadmodum argumenta, quæ probant Deum eſſe, probant etiam *vnum* eſſe, ita vt *Numinum pluralitas*, ſit *Numinum nullitas*, provt ex Athanaſio *orat. contra Idol.* eliciunt diligentiores Polytheiſmi impugnatores, ſic etiam omnia argumenta, quæ probant in Eccleſia debere eſſe aliquem Iudicem controuerſiarum fidei, ſeu ſupremum Paſtorem, probant etiam eum debere eſſe ſolùm vnum. Id porro conſtat in argomento illo petito ex modo regiminis, qui eſt *Monarchia.* Implicat enim eam eſſe vbi ſunt duo Rectores, aut Gubernatores, etiamſi fingatur, vt Anonymus fingit, in eis eſſe vnam numero poteſtatem. Cùm enim in eis ſint duæ diuerſæ voluntates, oportet qoud in illis potius Ariſtocratia, quam monarchia conſeruetur. Si dicatur miraculosè à Deo effectum fuiſſe vt vna indiuiſa, & numerica poteſtas vtrique Apoſtolo attributa ſit, provt aduerſarij autumare videntur, certè vel tyrones Theologi in ipſos inſurgent, quod miraculum nouum à ſæculis inauditum, & ſine neceſſitate confingant, & vnam veluti naturam indiuiſæ Pontificiæ dignitatis in duabus realiter diſcretis ſuppoſitis conſiſtentem. Si vlteriùs dicant veram monarchiam cum voluntatum diuerſitate conſtare poſſe, alioqoin Chriſti Monarchâ non eſſet, cum in illo duæ voluntates diuina, & humana reperirentur: admittendum dumtaxat id eſt, quando inter illas ſubordinatio vnius ad aliam, provt in Chriſto contingit, daretur, & ſi hoc pacto in Petro, & Paulo conſtituuntur, vtique ceſſabit quæſtio, iam enim Paulus Petro ſubiectus eſſet, ac proinde non æqualis cum ipſo authoritatis. Dicere autem Paoli voluntatem nedum diuerſam, ſed nec ſubordinatam Petri voluntati eſſe, & nihilominus ea vtroque fieri potuiſſe vnum caput, & Monarcham Eccleſiæ, merum, & inauditum commentum eſt. Et in alio, qood etiam communiter additur ex eo, quod ſi eſſent duo Summi Pontifices, poſſet eſſe diſſenſio inter illos, provt de facto fuit in Petro, & Paulo ratione ceſſationis legalium. Quid enim (Anonymum conueniam) ſi cum Petrus Marcum Alexandriam mittere volebat, diceret Paulus, mittendum non eſſe? Cui ſtaret Eccleſia? vtrique? Contradictio eſt. Petro? Ergo Paulo ſuperior eſt. Paulo? Ergo ſupra Petrum. At to dicis, neutrum alteri anteferri. Neutri ergo ſtare poterat. Rectè ergo dictum eſt, quod Papatus *binitas*, *nullitas* eſt. Vide, ſi arridet conſequutio. Vtinam non ita. Item in alio, quod ſumitur ex vnitate Eccleſiæ, vt quemadmodum Eccleſia eſt vna, ita & caput ipſius tantum debeat eſſe vnum. Accedit, quod ſi Eccleſia habuiſſet, vel per breue tempus duos Summos Pontifices, non poſſet dici tota pulchra, ſed biceps, & monſtruoſa, vtpote quæ haberet duo capita, & duos ſponſos. Vnde Gregor. IX. in epiſt. relata Petrum ſolùm Regni Cœleſtis claues accepiſſe. *Cum vnus*, inquit, *ſit Dominus, vna fides, vnum bapiiſma, vnum principium, vnum corpus Eccleſiæ militantis, & corpus cum pluribus capitibus monſtruoſum*, &c. Et Bunifacius VIII. in Extrauag. *Vnam ſanctam, de maiorit. & obed. Igitur Eccleſiæ vnius, & vnicæ vnum corpus, vnum caput, non duo capita, quaſi monſtrum, Chriſtus videlicet, & Chriſti Vicarius Petrus, Petrique Succeſſor.* Ex eo etiam, quod duos Sponſos Summos Pontifices, vel per inſtans habuiſſe dicatur, & ipſos veluti bigamos, & ipſam quaſi ſpiritualiter diuerſam fuiſſe, conuincetur, nec ſine iniuria. Si porrò iſtis obiiet Anonymus, quod ſalua Monarchia in Romano Imperio, quondam plures eſſent, qui Imperatores vocabantur, mihi faciet; cum conſtet illos diuerſis Regionibus, Gentibus, negotiis, belliſque præfuiſſe, cum dominij partitione, & quod magis eſt, minoris ad maiorem, aſciti ad aſciſcentem quadam ſubiectione; & (quod Summum) magna ſciſſionum, tumultuum, ac ſeditionum confuſione. Etenim, vt rectè ille: *Nulla fides regni ſociis, omniſque poteſtas impatiens conſortis*, &c. Vel notet Romulum, & Remum; Iulium, & Pompeium; Octauianum, & Antonium: & videat, an ſibi placeat, ſimilia diſcrimina à ſapientiſſimò Eccleſiæ artifice præpedita non fuiſſe, aut imperfectam, & mancam Monarchiæ œconomiam illi prouidiſſe.

37 Quæ verò Aduerſarius Anonymus pro ſua ſingulari ſententia affert, ex Lutheri penu, & Marco Antonio de Dominis malæ notæ authore, magna ex parte forſan mutuata, leuidenſia ſunt contra relata fundamenta. Et vt vno verbo cunctis ſatisfiat, illod animaduertendum, quod nullus ex iis, quos pro ſe ex Patribus adducit, rem hanc ex profeſſo diſputauit, ſed ſolùm obiter, incidenter, encomiaſticè, & panegyricè, ac concionatorio modo Apoſtoli Pauli excellentiſſimam Sanctitatis prærogatiuam extollentes. Cuius ſignum eſt, quod plura ea illis applicantur vniuerſaliter omnibus Apoſtolis, qui ſæpiſſimè vocantur *Principes Eccleſiæ, vel Orbis Columnæ, fundamenta, lapides fundamentales, Rectores, & Paſtores Eccleſiæ.* Ex quibus ſi arguens conſequenter loqui vellet, inferre etiam poſſet, fuiſſe Apoſtolos omnes Summos Pontifices Eccleſiæ Romanæ. Quod maximè cernitur in Iacobo Apoſtolo fratre Domini cognominato, de quo Clemens Rom. Chryſoſtomus, Laurentius Iuſtinianus, & plures alij ſimilia fermè encomia protulere. Idem dicemus in ſequentibus de Barnaba. Et de Ioanne Apoſtolo, & Euangeliſta plura pariter reperiet curioſus lector. Idem de Summis Pontificibus, Conciliis, & Doctoribus ſimiliter ab eo coacernatis intelligendum. Expendi etiam oportet in præfatis Summorum Pontificum, & Patrum teſtimoniis, nunquam Paulum à Petro ſegregatum appellatum fuiſſe *Petram, vniuerſalis Eccleſiæ Caput*, ſeu *Paſtorem Supremum, Romæ primum Antiſtitem*, vel aliis ſimilibus epithetis, quæ iidem Pontifices, & Patres eidem Petro etiam ſeorſim à Paulo attribuunt. Nihil ergo ex teſtimoniis pro ſe relatis ad intentum elici valet, cum quæſtio iam ſit theologico ſenſu, ac rigore agitanda. Sed ſigillatim ſingolis obuiandum, vt vel aduerſarij prolixæ importunitati ſatisfiat.

38 Et primò liber *Conſt. Apoſt.* S. Clementis Papæ attributus vanè, & inutiliter affertur. Conſtat enim, ab hæreticis vitiatum, vel ſaltem apocryphum eſſe, provt elicitur ex Epiph. *hær.* 30. dicente, Ebionitas hæreticos deprauaſſe ea, quæ Clemens Romanus de geſtis S. Petri ſcripſerat, idque agnoſcunt Græci in Concil. Trull. *c.* 1. & ſpeculantur Baronius *ſub ann.* 101. Bellar. *de Script. Eccl. in Clem. Rom.* Cornelius à Lapide *in Act. Apoſt. cap.* 15. *verſic.* 2. & alij, idque ſuadetur ex eo, quod Author ipſius libri dicat omnes duodecim Apoſtolos per Orbem diſperſos Hieroſolymitano

Concilio, vbi de obſeruantia legaliom agebatur, adfuiſſe, Mariam Magdalenam non fuiſſe Mariam ſororem Lazari, quartas nuptias eſſe libidinem, & manifeſtam impudicitiam, ſeruandum ſabbatum ſicut Dominicam, Iacobum fratrem Domini, & primum Epiſcopum Hieroſolymorum eſſe extra numerum Apoſtolorum, & alia ſimilia abſurda.

39 Dato autem, & non conceſſo, quod liber iſte S. Clemenus Pap. legitima proles eſſet, adhuc nihil pro ſuo intento habebit Anonymus, cum quo pugnamus. Etenim præterquam quod ex ipſo *lib.8.c.4. & lib.6.cap* 8. plura colligunt aliqui noſtræ ſententiæ præclari propugnatores, quæ ipſis relinquimus, verba illa ex *lib.7. cap.*47. quæ obiicit, ſcilicet (iuxta verſionem Turriani) *Eccleſia verò Romana Linus Claudiæ filius primus à Paulo, Clemens verò poſt mortem Lini ſecundus à me Petro ordinatus eſt*, ſolùm ſuadent S. Linum à Paulo ordinatum fuiſſe Epiſcopum Petri in adminiſtratione Pontificatus, præſertim tempore, quo ipſe Petrus à Roma abeſſet, Petrum verò ordinaſſe Clementem vel ad idem munus, vel vt ipſi in Papatum ſuccederet; fuiſſe enim Linum, Cletum, immò etiam Clementem Epiſcopos Romæ Coadiutores Petri, vel ex vno Annaliſtarum Corypheo Baronio *ſub anno Chriſti* 69. colligitur, vt alios omittamus. Hæc autem Lini ordinatio, ſicut & alia Ignatij eo loco recenſita Paulo competebat, vel ob Apoſtoli dignitatem, cum conſtet Ioannem in Aſia, & Iacobum in Hiſpania plures Epiſcopos ordinaſſe, vel ex voluntate, & conſenſu Petri, vel ſaltem cum ſubordinatione ad ipſum, vtpotè Summum, & Primarium Paſtorem. Et ſanè, ſi ex eo quod Paolus Linum Romæ Epiſcopum ordinauerit, elici valet, Paulum Epiſcopum Romanum extitiſſe, pari licentia dici etiam poſſet Antiochenum quoque Epiſcopum fuiſſe, ſiquidem eodem loco dicitur Ignatium Antiochenum Antiſtitem à Paulo ordinatum fuiſſe. Quis autem ſanæ mentis Author vnquam Paulum Epiſcopalem Sedem Antiochiæ habuiſſe fatebitur? Legendus relatus Turrianus, qui etiam circa illud *lib.8.cap.*33. (quod etiam Anonymus noſter notat) *Ego Paulus, & ego Petrus conſtituimus*, inquit, poſitum eſſe nomen Petri, œconomiæ, humilitatis, & vrbanitatis cauſa, iuxta conſilium ipſius *in epiſt. ad Rom.*12. decentis *honorem inuicem prauenientes*: præſertim cum ſublatus eſſet iam ſcopulus eodem libro *cap.* 4. vbi ſic: *Nos igitur duodecim Apoſtoli Domini, qui vnà ſumus, has vobis conſtitutiones de omni Eccleſiaſtica forma indicimus præſente Paulo vaſe electionis, & Coapoſtolo noſtro, & Iacobo Epiſcopo, ac reliquis Presbyteris, & ſeptem Diaconis. Ego igitur primus Petrus dico.* Quibus verbis inter duodecim Apoſtolos, & Paulum ipſum Petrus vocatur, & loquitor Primus. Vnde ipſe Clemens *in Epiſt.* 1. *ad Iacob. Fratrem Domini*, quæ majoris authoritatis eſt quam liber Apoſtolicar. Conſtit. ſic inquit Petri Primatum ſuper cunctos Apoſtolos exprimens: *Notum tibi facio Domine, quia Simon Petrus qui vera fidei merito, & integra prædicationis obtentu fundamentum eſſe Eccleſiæ definitus eſt: qua de cauſa etiam Domini ore diuino cognominatus eſt Petrus, qui fuit primitiua electionis Domini, Apoſtolorum Primus.* Alia de hoc Clemente vrgent diſerti alij veritatis pugiles.

40 Immeritò etiam S. Lucius Pap. pro parte adverſa ab Aduerſario noſtro notatur. Ex eo enim quod in epiſtola ad Galliæ, atque Hiſpaniæ Epiſcopos dicat: *Hæc ſancta, & Apoſtolica mater omnium Eccleſiarum Chriſti Eccleſia, quæ per Dei omnipotentis gratiam à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probatur, nec hæreticis nouitatibus deprauata ſuccubuit, ſed vt in exordio normam fidei Apoſtolicæ percepit ab Authoribus ſuis Apoſtolorum Chriſti Principibus*, ſolùm ſequitur Rom. Eccleſiam normam fidei Apoſtolicæ percepiſſe tùm à Petro, tùm etiam à Paulo. Diverſimodè tamen, quia à Petro veluti à primo Paſtore, à Paulo verò vt ab egregio concionature, Petri poteſtate, & authoritate; Pauli ſapientia, & doctrina. Vnde ipſe Lucius in principio eius epiſtolæ hoc agnoviſſe videtur, cum Romanam Eccleſiam *B. Petri Apoſtoli Sedem* compellat. *Litteras*, inquit, *dilectionis veſtræ, quas ad Beati Petri Apoſtoli Sedem pro veſtri cauſa negotij miſiſtis.* Non eam Pauli, aut Petri, & Pauli, ſed ſolius Petri Sedem cognominat.

Nec maius pondus authoritatis habet, quod ex *epiſt.*3. B. Anacleti Pap. adducitur, videlicet: *Adhibita eſt etiam ſocietas in eadem Romana Vrbe Beatiſſimi Apoſtoli Pauli vaſis electionis, qui vno die, vno quoque tempore glorioſa morte cum Petro ſub Principe Nerone agonizans coronatus eſt, & ambo Sanctam Romanam Eccleſiam conſecrarunt, aliiſque omnibus Vrbibus in vniuerſo Mundo eam ſua præſentia, atque venerando triumpho prætulerunt.* Hæc enim ſocietas Pauli cum Petro in Romanæ Eccleſiæ conſecratione malè arguit Primatus, ſeu Pontificatus Romani communionem, niſi ſolùm in præſentia, doctrina, morte, & triompho, provt ex ipſis Anacleti verbis infertur. Idque colligitur ex anterioribus eiuſdem Epiſtolæ verbis, vbi in iis quæ in ea Epiſtola decernit, inhæret ſtatutis à Beato Petro ſingulariter nominato, & à reliquis Apoſtolis, Paulo non expreſſo, & à B. Clemente Papa, quod ſatis denotat diuerſimodè conſecratam fuiſſe Romanam Eccleſiam à Petro, quàm ab aliis Apoſtolis, Paulo quoque. Ipſius hæc ſunt verba. *Quantum hactenus de his à B. Petro Apoſtolo, & à reliquis Apoſtolis, ac beato Clemente noſtro, ante prædeceſſore, & martyre nonimus ſtatutum.* 41

Referuntur à S. Victore Pap. *epiſtol.*1. hæc: *Licèt Eccleſiæ, in qua S. Apoſtolus reſidens docuit, quodammodo nos gubernacula teneamus, tamen profitemur nos honore, & ſanctitate minores eſſe.* Sed ea nec in epiſtolis eiuſdem Victoris inueniuntur, nec intentum vel mediocriter probant. Si vis aliqua fiat in verbis illis eiuſdem epiſtolæ, videlicet niſi *Apoſtolorum ſuorumque Succeſſorum terminos tranſgredi*, &c. quibus denotat Romanos Pontifices Apoſtolorum ſucceſſores eſſe, ac proinde etiam Pauli, animaduertatur, ibi loqui Victorem de omnibus Apoſtolis, propterea enim dixit in antecedentibus, *ita conſtitutum liquet à tempore Apoſtolorum.* Si ergo propterea exiſtimatur Paulus Romanus Pontifex, quia Victor dicat Antiſtites Romanos ſucceſſores eſſe Apoſtolorum, pariter de omnibus Apoſtolis affirmari id poſſet, ac proinde non duos tantùm, ſed duodecim ſimul Romanos Pontifices extitiſſe. Faceſſat hæc fabula. 42

Exigui etiam momenti ſunt verbi illa Siricij Pap. *in epiſt.* 1. *ad Himer. Tarracon. Epiſcopum* (quæ etiam habentur in Epiſt.9. Simplicij Pap. ad Zenonem. Imperat.) videlicet. *Si ergo Beatus Propheta ad lugenda populi peccata non ſibi ait lachrymas poſſe ſufficere, quanto nos poſſumus dolore percelli, cum eorum qui in noſtro ſunt corpore, compellimur facinora deplorare? Præcipuè quibus ſecundum beatum Paulum, inſtantia quotidiana, & ſolicitudo omnium Eccleſiarum indeſinenter incumbit.* Quid enim inde? Nunquid propterea Romanæ Eccleſiæ Paulus Summus Pontifex erit? Eadem ſane facilitate dici poſſet Ioannem, Iacobum, & Iudam Apoſtolos pariter eiuſdem Eccleſiæ Antiſtites fuiſſe, cum ſæpiùs Pontifices eorum inſtituta ſequi profiteantur. Æquiùs 43

expen

Digitized by Google

expenderet Anonymus noſter eiuſdem Siricij verba citra initium eiuſdem Epiſtolæ. *Portamus onera omnium, qui grauantur, quinimò hæc portat in nobis beatus Apoſtolus Petrus, qui nos in omnibus, vt confidimus, adminiſtrationis ſuæ protegit, & tuetur hæredes.* Quibus ſolius Petri hæredem ſe nominat, non Pauli.

44 Leuiſſimum quoque quod ex Adriano II. Pap. *in epiſt. ad Imper. Baſilium* affertur: ibi enim ſolùm memoria extat Principum Apoſtolorum, & ipſorum Sedis Romæ. Hæc enim, iuxta dicta ſolùm ſuadent eam Sedem à Petro, & Paulo, diuerſimode tamen, vt explicatum eſt, & in ſequentibus dicetur, erectam. Notatur inſuper alia eiuſdem Adriani epiſtola ad eundem Baſilium Imper. in qua etiam Roma vocatur *Petri, & Pauli Apoſtolorum Sedes*, & quæ lecta fuit in S. Synodo Conſtantinop. 4. act. 1. iiſdem verbis relatis. Quæ etiam habent eundem ſenſum, prout indicatur in eadem *Action.* 1. vbi Petrus *Apoſtolorum eximius* compellatur, Paulo nec nominato.

45 Epiſtola Acacij ad Simplicium omninò abs re adducitur, nihil enim prorſus ex illa excipiet lector pro aduerſa parte. Idem eſt iudicium de epiſtolis Ioannis VIII. ſcilicet 169. 181. 202. & 219. quæ referuntur quaſi eidem parti aduerſæ aſtipulantes. Ac de Epiſtola Nicolai I. *ad Aduentium Epiſcop. Metenſ.* & S. Bernard. *ad Eugen. Pap.* & Ioan. Sariſburgenſ. de nugis Curialium *lib.* 8. *cap.* 23. Item de Epiſtola Leonis I. *ad Theodoretum*, quæ eſt 61. *in* 2. *tom. Concil.* vbi potiùs video contrarium, ſcilicet quod Roma appelletur *Sedes Petri*, Pauli nulla mentione facta. Item de Epiſtula Innocentij I. ad Concil. Mileuitanum, quæ eſt 93. inter epiſtulas Auguſtini Quid enim infert Anonymus ex eo, quod Innocentius in ea dicat: *Diligenter, & congrue Apoſtolico conſulitis honori, honori, inquam illius, quem præter illa, quæ ſunt extrinſecus, ſolicitudo manet omnium Eccleſiarum.* Nunquid ex eo inferri valet: Ergo Paulus fuit Pontifex? Vnde locus? Solus Petro id tribuere videtur idem Innocentius inferiùs dicens: *Non niſi ad Petrum, id eſt ſui nominis, & honoris authorem referre debere, &c. quod per totum mundum poſſit omnibus Eccleſiis in commune prodeſſe.*

46 De ſermone S. Leonis Papæ *in Natali SS. Apoſtol. Petri, & Pauli*, & ſi latiſſimè expendatur ab Aduerſario in ſuæ ſententiæ fauorem, nihil vſque ad hæc tempora Catholici hauſerunt, niſi Romanam Eccleſiam, cùm Petrum, tum Paulum ſui authores, patres, promotores, & protectores agnoſcere. Inæqualiter tamen, & hierarchico modo, iuxta dicta, Petrum quidem ratione poteſtatis, & authoritatis Primatus Eccleſiæ; Paulum verò ratione doctrinæ, & prædicationis; vtriuſque etiam ſanctitate, conuerſatione, & ſanguinis ea in Vrbe effuſione. Quæ etiam differentia inter Petrum, & Paulum a Leone cognita fuit, vt loca ex ipſo ſupra relata manifeſtant. Nec ex eo, quod dicat Leo *in eo ſermone*: *Iſti ſunt Patres tui, verique Paſtores*, inferri vllatenus poteſt, Paulum æquè, ac Petrum Eccleſiæ gubernacula tenuiſſe. Tum quia Apoſtoli omnes Eccleſiæ Paſtores in Miſſæ præfatione nuncupantur illis verbis: *Eiſdem contuliſti præeſſe Paſtores.* Tum quia, cum Paſtoris nomen à paſcendo dicatur, cum Apoſtoli cuncti fideles omnes ex vi, Apoſtolici muneris paſcere poſſent, Paſtores abs dubiè Eccleſiæ dicuntur. Quod idem S. Leo dicat: *Iſti ſunt, quos electio pares, & labor ſimiles, & finis fecit æquales*, ſolum etiam euincit ipſos, quoad Apoſtolorum, & Apoſtolorum munia dumtaxat, non impares, aut diſſimiles extitiſſe, non quoad Eccleſiæ primatum. Siquidem ipſe Leo *ſerm.* 3. *de Aſſumpt. ſua*, & maximè *ep.* 87. *ad Epiſcopos Prouinc. Viennenſis, cap.* 1. rotundè, & diſertè ait, Petrum omnibus Apoſtolis, Patribus, & Doctoribus præpoſitum eſſe, & in conſortium indiuiduæ vnitatis aſſumptum, id eſt, quod quemadmodum Chriſtus primum, & vniuerſale Eccleſiæ caput eſt, ſic & Petrus poſt ipſum Vicaria authoritate. Quod dixerim contra Marcum Antonium de Dominis, qui in hunc locum Leonis impegit ducatum præbens Anonymo concertatori noſtro.

Proquo animaduertendum, inter Apoſtolorum omnium priuilegia hæc iure à Theologis recenſeri. Primò eſſe Chriſti Legatos veluti à latere, id eſt ab ipſo miſſos, iuxta illud Matth. 28. *Euntes docete omnes gentes*, adiuncto illo 2. Corinth. 20. *Pro Chriſto legatione fungimur.* Secundò, prædicare Euangelium in toto orbe, iuxta illud relatum: *Docete omnes gentes*; & ad Roman. 1. *Ad obediendum fidei in omnibus gentibus.* Tertiò, ſcribere Libros Canonicos: vnde Paulus hunc dignitatis, & poteſtatis ſuæ titulum ſuis præfigit Apoſtolis, dicens: *Paulus vocatus Apoſtolus*, vt faciunt modò Legati dicentes, *Nos N. Dei gratia Legatus*, &c. Hoc etiam pacto Ioannes, Iacobus, & Iudas libros canonicos ediderunt. Quartò fundare vbique Eccleſias, & creare Epiſcopos, & Presbyteros, &c. pro ipſis, ac paſcere, & regere cunctos fideles doctrina, & fide vbique gentium, hierarchico tamen modo, & cum obedientia, & ſubordinatione ad Petrum, qui propterea cap. 10. Matth. inter Apoſtolos non ſolùm ponitur primus, ſed etiam vocatur *Primus*, illis verbis, *Duodecim Apoſtolorum nomina ſunt hæc, Primus Simon, qui dicitur Petrus*, &c. Non enim dicitur *Primus* ætate, quia eo ſenior erat Andreas, teſte Epiphanio *hæreſ.* 51. *ſub med.* non etiam vocatione, quia prior eo vocatus à Chriſto fuit Andreas, vt patet *Ioan.* 1. non etiam dilectione, quia præ omnibus à Chriſto dilectus fuit S. Ioannes, ideóque in vltima Cœna ipſe in pectore Chriſti recubuit. Supereſt ergo, vt Petrus Apoſtolorum ſit *Primus* excellentia, & authoritate, quia ſcilicet eorum fuit Caput, Superior, & Rector. Vnde poterat aliis Apoſtolis quaſi ſuperior præcipere, & ſi errarent, eos corrigere; & ſi diſſiderent, eiuſdem erat lites eorum dirimere, onera inſuper, & Prouincias cuique diſtribuere. Ita S. Cypr. *lib. de Vnit. Eccleſ.* Vnde rectè infert Cornelius à Lapide *in epiſt.* 1. *Petri, cap.* 5. circa illa verba, *Qui in vobis eſt*, Apoſtolos fuiſſe totius orbis Epiſcopos, & Paſtores, quod tamen ſic accipiendum, vt veluti in actu primo, ſeu habitualiter tales eſſent, non actualiter, & in exercitio, niſi ſubordinatè illi cui dictum eſt à Chriſto *ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo Claues, &c. & quodcunque ligaueris, &c. & paſce oues meas, &c. & confirma fratres tuos, &c.* Addit idem Cornelius hoc voluiſſe S. Clementem *epiſt.* 1. vbi S. Iacobum vocat *Epiſcopum Epiſcoporum, & Regentem omnes Eccleſias.* Idque colligitur ex Hymno Eccleſiæ, vbi omnes Apoſtoli vocantur *Eccleſiarum Principes*; & ex eo, quod illis omnibus applicat illud, *Conſtitues eos Principes ſuper omnem terram*: & illud, *Nimis conſortatus eſt Principatus eorum.* Ex quibus liquet intelligentia epithetorum, quæ S. Leo beato Paulo ſimul cum Petro in relato ſermone tribuit, corruuntque machinæ ſententiæ, quam reprobamus: quæ propter ſimiles titulos Paulo à Leone Papa, & aliis Patribus conceſſos, eum æquiparare voluit cum Petro. Et ſanè, ſi propter hæc, & ſimilia encomiaſtica epitheta à Leone, & aliis Patribus Paulo conceſſa eum Summum Eccleſiæ apicem, & Petro ſimilem credere poſſemus, idem de Barnaba Apoſtolo (alios omitto) dici poſſet, qui ab Alexandro Monacho, initio vitæ ipſius his elogiis decoratur. *Barnabas magnus Eccleſiæ orator, Euangelicæ prædicationis tuba, magna Chriſti vox, Spiritus Sancti*

cithara, diuina gratia plectrum, Chriſti miles robuſtiſſimus, Chriſtiani ouilis Dux certus, fidei germen, pietatis magiſter, fidei columna, ac faſtigium, turris firma, & immobilis, fundamentum ſtabile, crepido indiſſolubilis, Chriſti myſteriorum theſaurus, orthodoxorum miniſter, Chriſtiani gregis cuſtos vigilantiſſimus, Gentium Dux, Eccleſiarum præco, electum Dei vas, Sanctæ Trinitatis Templum. Alia prætereo.

48 Adducitur etiam ab Aduerſario Antagoniſta Gelaſius Papa dicens: *Sancta Romana Catholica, & Apoſtolica Eccleſia nullis Synodicis conſtitutis cæteris Eccleſiis prælata eſt, ſed Euangelica voce Domini, & Saluatoris noſtri Primatum obtinuit. Tu es Petrus,* &c. *cui data eſt etiam ſocietas B. Pauli Apoſtoli Vaſis electionis, qui non diuerſo, ſicut hæretici garriunt, ſed vno tempore, vno eodemque die glorioſa morte cum Petro in Vrbe Roma coronatus eſt, & pariter ſupradictam ſanctam Romanam Eccleſiam Chriſto Domino conſecrarunt, talemque omnibus Vrbibus in vniuerſo mundo ſua præſentia, atque venerando triumpho prætulerunt.* Sed hæc verba in *Can. Sacroſancta, diſt.* 2 2. relata non tribuuntur Gelaſio, ſed Anacleto *epiſt.* 3. *c.* 3. Cuiuſcunque tamen ſint, parùm iuuant aduerſæ parti. Quod enim Paulus ſocius Petri appelletur, nullatenus apud prudentes infert tantæ authoritatis, ac illum fuiſſe. Etenim Exod. 31. Oliab vocatur ſocius Beſeleel in architectura Tabernaculi, & tamen ex ipſo textu luce ſplendidius liquet Beſeleel principalem, Oliab verò inferiorem fuiſſe. Petrum autem, & Paulum per Beſeleel, & Oliab Architectos in ſtructura Eccleſiæ indigitatos fuiſſe, conceptis verbis exprimit Gloſſa. Item *Lucæ* 5. Iacobus, & Ioannes vocantur ſocij eiuſdem Petri, & tamen ipſi inferiores erant. Verba etiam illa *pariter & prætulerunt*, ſolùm probant Romanam Eccleſiam ab vtroque conſecratam fuiſſe, ſeruata tamen inæqualitate, vt dictum eſt.

49 Ex D. Gregorio Pap. plura afferuntur. Primò ex 1. *Dialog. c.* 12. illa: *Nunquidnam neſcis, quoniam Paulus Apoſtolus Petro Apoſtolorum Primo in Principatu Apoſtolico frater eſt? Petr. Diac. Scio planè, nec dubium eſt.* Secundò ex *lib. Sacrament. in Vigil. Sanctorum Apoſtol. Petri, & Pauli*, illa: *Deus qui ligandi, ſoluendique licentiam tuis Apoſtolis contuliſti.* Tertiò in octaua eorundem: *Beatorum Apoſtolorum tuorum Domine Petri, & Pauli deſideria ſolennia recenſentes, præſta quæſumus, vt eorum ſupplicationibus muniamur, quorum regimur Principatu.* Quartò ex *Hom.* 18. *in Ezech.* illa: *De duobus Ducibus cœleſtis exercitus loquor.* Quintò, ex *lib.* 4. *in* 1. *Reg. c.* 10. hæc: *Qui talis extitit Chriſtum perſequens, ad Chriſtum conuerſus caput effectus eſt Nationum, quia obtinuit totius Eccleſiæ Principatum. Dum ergo tam magnum peccatorem conuerſum, tam ſublimi dignitate à Domino honoratum conſpicimus, peccatorum noſtrorum inuenire non poſſe remiſſionem non præſumamus.* Sed quis propter hæc Primatum Petri ſupra cunctos Apoſtolorum Sacræ Scripturæ teſtimoniis, & conſtanti doctrina Patrum vallatum relinquet? Paulus enim *Frater* Petri vocatur tum natione, quia vterque Iudæus; tum religione, quia vterque Chriſtianus; tum doctrina, quia vterque catholicam docebat; tum Principatu, quia vterque Apoſtolorum Princeps, etſi Hierarchico modo, vt dictum eſt; tum morte, & paſſione, quia vterque Romæ prædicantes Eccleſiam Romanam ſanguine ſuo dedicarunt. Propterea Eccleſiam eorum regi Principatu dicitur, & vtrique licentia ligandi, & ſoluendi conceſſa fuit. Sed nunquid ex eo quod Paulus Petri *Frater* appellatur, par ipſi cenſendus? Minimè, alioquin Cardinales, & Epiſcopi fratres Papæ dicti, ipſi compares eſſent. Potius ex eo, quod frater Petri Paulus vocitetur, indigitatur eum ipſi ſubditum fuiſſe, cum generaliter Saluator noſter Petro Luc. 22. dixerit, *Confirma fratres tuos.* Paulum ergo firmare, ſeu confirmare poterat Petrus. Quinimò cum ipſe Petrus in ſua ep. 2. *cap.* 3. Pauli canonizans doctrinam eum vocet chariſſimum, illis verbis: *Et chariſſimus Frater noſter Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiam,* &c. Paulus verò nunquam eo titulo Petrum compellet, ſed Petrum, vel Cepham, quod interpretatur *Caput*, prout Gregor. IX. in literis ſuperius relatis animaduertit, ſatis ſuperque notatur Petrum Summum Eccleſiæ, & ſolum Pontificem fuiſſe, Paulum verò illi inferiorem; cùm Pontifex Romanus Petrum æmulando Epiſcopos omnes alios Fratres, vel chariſſimos Fratres in litteris Apoſtolicis appellare ſoleat. Quod etiam *cœleſtis exercitus Duces* dicantur, nihil probat ad intentum, cum cunctis Apoſtolis commune hoc ſit, de quibus Amb. *in hymno* ab Eccleſia cantato, *Eccleſiæ Principes, Belli triumphales Duces.* Porrò Paulus dicitur *Caput Nationum*: quia doctrinam Chriſti in totum orbem influebat, tum ſcribendo, tum docendo. Obtinuiſſe autem totius Eccleſiæ Principatum, nihil etiam conuincit pro arguente. Nam præterquam quod, vt dictum eſt, Apoſtoli cuncti totius Orbis, & Eccleſiarum Principes 50
dicuntur, ſpecialiter id competit Paulo propter eximiam eius ſapientiam, & doctrinam, ac Petri, qui omnium Apoſtolorum vertex erat, vt Patres dicunt, ſocietatem. Sanè, mirandus eſt Aduerſarius, quòd cum in D. Greg. clariſſima multa inuenire potuerit pro orthodoxa firmanda veritate, ipſe obſcura, & ambigua ſolum ſcrutari voluerit, illius inſtar, qui lymphas limpidiſſimas reſpuens, turbidas epotandas eligit. Propinet iſta ex eod. Greg. *in regiſtro lib.* 4. *indict.* 13. *c.* 82. & vix clariora deſiderabit: *Certè Petrus Apoſtolus primum membrum ſanctæ, & vniuerſalis Eccleſiæ eſt. Paulus, Andreas, Ioannes quid aliud, quàm ſingularium ſunt plebium capita?* Quid amplius deſiderandum?

Quod Roma, ſeu Romana Eccleſia obtinuiſſe 51
dicatur Principatum ſupra omnes Mundi Eccleſias, prout ex S. Maximo *homil.* 1. *de Natal. Apoſtol.* Petro Dam. *ſerm.* 1. *de S. Vital. & epiſt. Epiſcop. Prouinciæ Arelatenſis* ad S. Leonem, inter Leonis epiſtolas, ac Alexandro III. *ep.* 21. Regibus, & Principibus Daniæ, & Noruegiæ, affert noſter Anonymus, omninò extra rem eſt, cum nec alij Catholici id negare queant. Neceſſum tamen illi foret, vt ad intentum loqueretur, probare id æquè Paulo, ac Petro tribuendum, quod non facit.

In medium quoque producit tabulam marmo- 52
ream ad porticum S. Petri parieti affixam à D. Gregorio, vt dicitur, in qua ſic: *Dominis ſanctis, ac beatiſſimis Petro, & Paulo Apoſtolorum Principibus, Gregorius indignus ſeruus. Quotiens laudis veſtræ vſibus ſeruitura quædam, licèt parua conquirimus, veſtra vobis reddimus, non noſtra largimur, vt hæc agentes non ſimus elati de munere, ſed de ſoluto ſecuri. Nam quid, inquam, ſine vobis noſtrum eſt? Qui non poſſumus accepta reddere, niſi quæ per vos iterum, & ipſum hoc, vt redderemus, accepimus? Vnde ego veſter ſeruus reducens ad animam multùm me vobis, beati Apoſtoli Petre, & Paule, eſſe debitorem, propter quod ab vberibus matris meæ, diuina potentia gratia protegente, intra gremium Eccleſiæ veſtræ alui ſtis, & ad incrementum per ſingulos gradus vſque ad ſummum apicem ſacerdotij, licèt immeritum, perducere eſtis dignati. Ideoque hoc priuilegij munuſculum humili interim offerre deuotione prouidi.* Hæc enim omnia, ſicut & alia, quæ ex D. Bernardo ep. 242. ad Romanos congerit idem Author, ſolùm ſuadent, Petrum, & Paulum Apoſtolorum Principes eſſe Romæ Protectores, eiuſque ſuis orationibus apud Deum ſuffragatores. De Petro enim id indubitatum, & de Paulo id colligitur ex epiſtola ad

Digitized by Google

ad Roman. cap. 1. dicente; *Teſtis enim mihi eſt Deus, cui ſeruio, cui ſpiritu meo in Euangelio Filij eius, quod ſine intermiſſione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis.*

53 Quod ex Tagione Epiſcopo ante *lib. 1. Moral.* Greg. refert idem Author, in quo denotatur, Pontifices Romanos ſucceſſores Petri, & Pauli eſſe, non releuat. Poſſunt enim illorum ſucceſſores eſſe, Petri quidem, quoad Primatum in Eccleſia; Pauli verò quoad doctrinam, non æquè ab vtroque. Verba ibi relata, ne à lectoru deſiderentur, hæc damus: *Duo illi, quos præcedentes, ſeque inuicem manu inſerta vides complectentes, beati Apoſtoli ſunt Petrus, & Paulus. Reliqui verò, quos poſt eos cernis ſtantes, ipſi ſunt ſucceſſores eorum, huius Apoſtolicæ Sedis Pontifices. Et eodem ordine, quo eos in Epiſcopatu ſunt ſequuti, etiamnum eos ſequuntur.*

54 Teſtimonium etiam Agathonis Papæ in epiſt. ad Imper. videlicet: *Hæc ſpiritualis mater veſtri tranquilliſſimi Imperij Apoſtolica Chriſti Eccleſia per Omnipotentis gratiam à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probatur, nec hæreticis nouitatibus deprauata ſuccubuit, ſed vt ab exordio fidei Chriſtianæ percepit ab authoribus ſuis Apoſtolis Chriſti Principatum, illibata fine tenus permanſit.* Item illud eiuſdem Agathonis ad eoſdem: *Catholicæ fidei lumen ex veri luminis fonte tanquam de radio viuifici fulgoris per miniſtros Beatos Petrum & Paulum Apoſtolorum Principes, eorũque Diſcipulos, & Apoſtolicos ſucceſſores gradatim vſque ad noſtram paruitatem Dei opitulatione ſeruatum eſt.* Hæc, inquam, quanti roboris ſint, cum ex ipſis ſolum habeatur Petrum, & Paulum *Chriſti Principes* fuiſſe, *Authores fidei Catholicæ*, ſeu *Eccleſiæ Romanæ, miniſtros Chriſtianæ fidei, Apoſtolorum Principes, & quorum Romani Pontifices ſucceſſores ſunt*, ex dictis innoteſcit. Eo præſertim, quod idem Agatho ſæpius inculcat, Petrum Diſcipulorum, & Apoſtolorum Principem extitiſſe, nulla facta mentione Pauli. Adeò vt meritò Habertus compræliator noſter dixerit ex mente Agathonis, eſſe Principem, intellige Primatium Apoſtolorum, ipſum verò Agathonem Petri, non Pauli ſucceſſorem.

55 Sergij etiam I. verba *in epiſt. ad Geelphrid. Abb.* in quibus vocantur Petrus, & Paulus Apoſtolorum Principes, Domini, ac Protectores, parum etiam vrgent ad intentum, ſicut & ſimilia Gregorij Papæ, quæ etiam inculcat Anonymus. Quomodo enim ex iis inferre poteſt, tum Petrum, tum ſimiliter Paulum Romanos Pontifices fuiſſe? Præſertim cum S. Leo *epiſt. 62. ad Galliæ Epiſc.* ſolum Petrum, non Paulum, ſuum Dominum appellet.

56 Minus illi fauent Papæ Gregor. III. *epiſt. 3. ad Carolum Martellum*, & Ioannis VIII. *epiſt. 87. ad Ludouicum Regem*, dum Petrum, & Paulum protectorea Romæ compellant. Quid enim inde ad intentum? Nunquid vterque Papa propterea? Idem iudicium eſto de aliis, quos congerit, eo quòd aſſerant Romanorum bona, res eſſe Apoſtolorum, præſertim cum idem Gregorius III. res Beati Petri, non nominato Paulo, illas vocet.

57 Coaceruat etiam idem Antagoniſta teſtimonia Adriani *Papæ I.* quæ piget referre, quia nihil aliud continent, niſi Petrum, & Paulum Apoſtolorum Principes eſſe, ſedem ipſorum tenere ipſum Adrianum, ipſorum ſequi doctrinam, & alia huiuſmodi, quæ ex dictis eneruata ſunt.

58 Idem eſto iudicium de verbis Nicolai I. *ad conſulta Bulgarorum, c. 92.* vbi inquit Romanam Eccleſiam Petrum, & Paulum prædicatione ſua inſtituiſſe. Et epiſt. 32. dicentis eoſdem Apoſtolos agone ſuo illam conſecraſſe, & ſimilia alibi, parui ponderis certè ad intentum.

Magis vrget epiſtola 8. eiuſdem Nicolai *ad Michaël. Imper.* quam ad longum refert, in qua Nicolaus inquit S. Petro additam eſſe ſocietatem S. Pauli, & ipſos tanquam duo lumina magna cœli in Eccleſia Romana diuinitus conſtitutos totum orbem illuſtraſſe, & ipſum Nicolaum hæredem eſſe poteſtatis, quam à Domino acceperunt. Sed nec iſta releuant. Eſto enim Paulus Petri ſocius ſit, perperam inde æqualem ipſi eſſe elicitur, iuxta dicta. Similiter, quod Petrus, & Paulus *luminaria magna cœli* dicantur, parum obſtat veritati, quam tuemur. De omnibus namque Apoſtolis Chriſtus dixit: *Vos eſtis lux mundi*, & de omnibus illis canit Eccleſia in Hymno, *Vera mundi lumina.* Lumina ergo magna cœli eſſe Petrum, & Paulum ſolum arguet, aliis Apoſtolis præferri, non Paulum Petro coæquari. Etſi enim vtrumque luminare magnum orbis ſit, ad inuicem tamen comparati, Petrus erit luminare maius, & Paulus *luminare minus*, ad inſtar illorum, quæ fecit Deus in principio mundi, *Geneſ. 1.* 59

Adriani etiam I. Pap. authoritates ab Anonymo in medium prolatæ, ferè nihil ipſi fauent. Quod enim ex ipſis eliciat, Romanam Eccleſiam dici Petri, & Pauli ſedem, ſolùm concludit vtrũque Apoſtolum ſediſſe Romæ, Petrum quidem, vt Papam, Paulũ coadiutorem, Coapoſtolum, & ſocium, non æquali poteſtate. Quo etiam ſenſu accipiendus Ioan. VIII. etiam ab eodem relatus, quatenus inquit: *Petrus Apoſtolus ſanctam Romanam Eccleſiam in fide fundatam, proprio ſanguine cũ Paulo, qui ab Hieruſalem vſque ad Illyricum, regionem ſcilicet, in qua nunc vos habitatis, Euangelio repleuit, Domino Deo conſecrauit, & dedicauit.* Hæc enim omnia ſolum arguunt cooperationem, non principalitatem, prout ex ipſis verbis, ſi rectè expendantur, inferet prudens lector. Idem eſto iudicium de authoritate Nicolai Pap. II. quam etiam affert. Item de authoritate Gregorij VII. vbi Eccleſiam ſpecialem Apoſtolorum Petri, & Pauli Eccleſiam dicit, ipſorumque thronum. Et Paſchalis II. dicentis: *Epiſcopos ſub obedientia Principum Apoſtolorum perſiſtere*, ac Martini V. & Pij II. ſimilia fermè dicentium. 60

Adiicit etiam pleraque Summorum Pontificum teſtimonia, præſertim Gregor. VII. Innocentij III. Pij II. in quibus hi Summi Pontifices ſæpiùs dicunt, ſe facere, decidere, definire, comminari aliqua ex parte, authoritate, in perſona *Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli.* Sed nec iſta iuuant aduerſarium, ſicut enim ex illis malè arguet, Petrum & Paulum authores eſſe authoritatis qua funguntur Pontifices Romani, itaut ab ipſis eam acceperint, cum certum ſit, Romanos Pontifices legitimè electos ſuam poteſtatem, & authoritatem à ſolo Chriſto immediatè accipere, vt probat Turrecremata *de poteſtate Eccleſ. lib. 2. capit. 42.* & faciunt in ſimili, quæ notantur *in leg. vnum ex familia, §. ſed ſi de falcidia, Digeſt. de legat. 2.* Ideò teſtimonia illa, & ſimilia ſolum continent, orationibus, protectione ac defenſione Apoſtolorum Petri, & Pauli eam authoritatem Summis Pontificibus conceſſam fuiſſe. Ex quo nihil ad intentum. Quod ſi verba illa non ſumantur cauſaliter, modo explicato, ſed formaliter, ita vt illis indicetur, Summos Pontifices habere eandem authoritatem, quam habuerunt Petrus, & Paulus, intelligi debent reſpectiuè, proportionatè, & ſecundum diſtributionem accommodam, ita ſcilicet, vt quemadmodum ſanctus Petrus fuit caput, & Paſtor vniuerſalis Eccleſiæ, Vicarius Chriſti, & Supremus Pontifex, & Paulus fuit prædicator Euangelij per totum Orbem, Doctor Gentium, Fundator Eccleſiarum, &c. Sic etiam Summi Pontifices hæc omnia habeant. Non tamen inde ſequitur, Paulum Petro fuiſſe æqualem in Summi 61

Paſtoris Hierarchica, Monarchica, & ſuprema dignitate.

62 Authoritas Alexandri III. *in epiſtola quadam ad Archiepiſc. Vpſalenſ.* omnino abs re adducitur; ibi enim, licet Pontifex ſucceſſorem ſe vocet Apoſtolorum, & in eorum Cathedris præſidere ſe dicat, non tamen loquitur determinatè de Apoſtolis Petro, & Paulo. ſed genericè de omnibus Apoſtolis, de quibus dictum eſt, *In omnem terram exiuit ſonus eorum:* quo non ſolùm colligitur, valde infirmum eſſe hoc argumentum, ſed etiam quomodò intelligenda ſint ſimilia teſtimonia, & quod Romana Eccleſia, non ſolùm Apoſtolica dicatur propter Apoſtolos Petrum, & Paulum, ſed propter Apoſtolos cunctos, in quorum doctrina fondata eſt.

63 Inculcat propterea innumera ex Officiis, & ſolemnibus Eccleſiæ feſtis eorundem Apoſtolorum Petri, & Pauli, quæ leuiter inducta eſſe ex dictis, & dicendis, liquet manifeſtè; præſertim, cum plurima illorum de omnibus Apoſtolis ſimiliter prædicantur, & quæ ſpecialiter de ſolo Petro, & Paulo enunciantur, intelligenda veniunt ſecundum diſtributionem accommodam, provt Logici dicunt; ſcilicet de Petro, vt de primario capite Eccleſiæ totius, de Paulo autem, vt de eius præcipuo cooperatore, eximio prædicatore, & ſapientiſſimo Ordinis Doctore.

64 Veritatem prætereà quaſi obruere volens innumera coacervat ſanctorum Patrum teſtimonia, præſertim Ignatij, Ambroſij, Hieronymi, Auguſtini, Maximi, Paulini, Theodoreti, Chryſologi, Proſperi, Hilarij, Fulgentij, Bernardi, Catharinæ Senenſis, B. Laurentij Iuſtiniani, quæ ex dictis omninò euaneſcunt, eo præſertim cum illorum plures contrarium expreſſius docuerint locis relatis in ſuperioribus. Et ideò omninò prætermittenda, illis exceptis, quæ ſpecialem ingerere videntur difficultatem.

65 Quale eſt illud deſumptum ex D. Cyrillo Hieroſolym. *Catech.* 6. Petrum, & Paulum Eccleſiæ *Caput* appellantis. Sed non ita id accipiendum eſt, vt iſtos duos Apoſtolos vnum caput Eccleſiæ exiſtimemus eo ſenſu, quo Anonymus putat, ſed ita vt vterque Eccleſiam plantauerit, rexerit, & ædificauerit, hierarchico tamen modo: Petrus, vt primarium Caput ratione regiminis, & poteſtatis ſupremæ: Paulus verò, vt ſecundarium ratione ſummæ ſapientiæ, & doctrinæ.

66 Item authoritas Epiphanij *hæreſ.* 27. dicentis, Linum, & Cletum fuiſſe ſucceſſores in Pontificatu Petri, & Pauli. Sed ipſius mens nullatenus, fuit Paulum Petro exæquare, cùm conſtet ipſum *in Ancorato* Petrum appellare primum Apoſtolum, & Petram ſolidam, ſuper quam Eccleſia ædificata eſt: & quod ipſe pro magno in eodem *Ancorato* referat, quod Petrus Paulo dexteram dedit, quod magnum non eſſet, ſi Paulus æqualis Petro eſſet. Ergo Linum, & Cletum vtriuſque Apoſtoli ſucceſſores ſolùm eatenus appellauit, quatenus hi Apoſtoli fuere Romanæ Eccleſiæ fundatores, Petrus quidem regendo, & Paulus concionando, & docendo. Quo etiam modo ſatisfit eidem Epiphanio *hæreſ.* 41. dum ait, Higinium Papam nonum locum ſucceſſionis à Petro, & Paulo habuiſſe. præſertim, quia etiam dicit, ſucceſſiſſe Iacobo, de quo nullus tam procax hæreticus fuit, qui Petro in Papatu Romano eum exæquaret.

67 Vrgentior videtur eiuſdem Epiphanij locutio, dum eadem *hæreſ.* 27. inquit, Petrum, & Paulum Romæ non ſolùm Apoſtolos, ſed etiam Epiſcopos fuiſſe. Quæ cogunt, vt diligentius examinetur, an aliquo vero ſenſu Paulus Romæ Epiſcopus appellari poſſit. Et affirmatiuè reſpondendum cenſeo, non ſolùm ſi *ly* Romæ non ſit genitiuus poſſeſſionis, vt dicitur, ſed ſit idem quod *in Roma*, quia in hoc ſenſu pro comperto eſt, Paulum fuiſſe *Romæ* Epiſcopum, ideſt, fuiſſe Epiſcopum, quando erat Romæ, ſed etiam in alio propriori ſenſu. Primò quidem, quia Apoſtolus erat, Apoſtolis autem commune fuit, vt totius Orbis Epiſcopi, & Paſtores dici poſſint, iuxta dicta ſuperius: habitualiter quidem, & in actu primo, non in exercitio, aut actu ſecundo, aut ſine ſubordinatione ad Primatum Epiſcopum, & Paſtorem Petrum. Quod magis congruit Paulo, cum eſſet Apoſtolus Gentium, quarum caput ratione Imperij Roma erat. *Secundò*, quia ſine dubio Petri Coadiutor Epiſcopus Romæ fuit, immò egregius coadminiſter, & cooperator excellentiori modo, quàm Linus, Cletus, & Clemens, qui in eo munere Petro inſeruiebant, cùm abſens ab vrbe erat: Paulus verò etiam ipſo præſente. Tales erant ij, qui antiquitus Chorepiſcopi vocabantur, etſi enim aliquando forſan non Epiſcopi, ſed ſacerdotes ſimplices eſſent, provt colligi videtur ex Concil. Neocæſarienſ. c. 13. Iſidoro *lib.* 2. *de offic. c.* 6. S. Damaſ. *epiſt.* 4. Franciſco Turriano *in Annot. ad Conc. Nicen. can.* 54. & Ayala *de tradit. Eccleſ.* 3. *part. Conſid.* 4. nihilominus ſæpius etiam Epiſcopos fuiſſe colligitur ex Concil. Antioch. *c.* 10. Baronio *tom.* 3. *anno* 357. *n.* 54. Vaſquez *tom.* 3. *in* 3. *p. diſp.* 238. *c.* 7. & aliis. Tales quoque ij, qui his temporibus Epiſcopi ſuffraganei aliis Epiſcopis ſubſeruientes vocitantur. Tertiò etiam, quia Romæ pontificalia, & Epiſcopales functiones ſine dubio exercuit, provt habet Lorinus *in Act. Apoſt. c. vlt. in fine.* Credendum etiam, quod quemadmodum in pluribus, Orientalibus præſertim, & Græcis Eccleſiis, ipſa etiam Hieroſolyma, fuerunt plures Patriarchæ, ſiue Epiſcopi pro diuerſis nationibus Chriſtianorum ibi commorantibus, Syris videlicet, Græcis, Armenis, Latinis, &c. inter quos veluti diuiſæ eſſent operæ pro illis Nationibus, ſic Romæ contigerit, itavt Petrus Paulo maximè committeret ea, quæ ad Gentes ſpectabant. Ex quibus omnibus patet, qualiter Epiphan. veritati contrarius non extitat.

Idem de D. Irænæo cenſendum, quatenus *lib.* 3. *c.* 3. 68
Sedem Romanam à Petro, & Paulo fundatam fuiſſe, & primos in ea Epiſcopos ſediſſe indigitat. Primum enim iſtorum ſæpius ex præcedentibus euacuatum eſt, poſterius verò in præſenti. Illud etiam quod idem Irenæus eo loco dicit videlicet: *Fundantes igitur, & inſtruentes BB. Apoſtoli Eccleſiam Lino Epiſcopatum adminiſtrandæ Eccleſiæ tradiderunt.* Quod attinet ad primum de Eccleſiæ Romanæ fundatione, & inſtitutione, iam in ſuperioribus explicatum. Secundum verò de traditione Epiſcopatus Lino data ab eiſdem Apoſtolis parum iuuat aduerſarium. Tum quia cum tam Paulus, quàm Petrus Apoſtoli eſſent, vtique competebat facultas ordinandi Epiſcopos. Tum quia, ſi id intelligatur de Epiſcopatu Romano, magis recepta eſt ſententia illorum, qui dicunt Petrum in ſucceſſorem ordinaſſe Clementem, non Linum. Et caſu quo Paulus illum in ſucceſſorem ordinaſſet, proculdubio, annuente Petro, id feciſſet. Quid inde ergo?

Item Ambroſij *lib.* 2. *de Spiritu ſancto, c.* 15. aſſeren- 69
tis nec Paulus inferior Petro, Accipiendus namque quantum ad Apoſtolatus dignitatem, doctrinam, & ſanctitatem, quod ipſe recognoſcit verbis ſequentibus, in quibus Petrum Eccleſiæ fundamentum vocat, Paulum verò ſapientem Architectum. Quibus diſcrimen Petri, & Pauli manifeſtè indignat.

Iniuſtè autem affertur Chryſoſtomus pro Aduer- 70
ſarij partibus, cùm ex teſtimoniis ſuperiùs ex ipſo relatis conſtet, ipſum prætuliſſe ſæpiùs Petrum Paulo, & ſi quandoque illos exæquauit, non in poteſtate regiminis, ſed in Apoſtolatu, doctrina, & ſanctitate eſt accipiendus, encomiaſtico, panegyrico, & exclamatorio

torio

torio more, in quo os aureum Chryſoſtomi valdè excelluit. Quod verò ipſe Chryſoſtomus Petrum, & Paulum fundatores, & Epiſcopos Eccleſiæ Romanæ appellare videatur, provt ex ipſo accipit Anonymus in textu Græco, parum eum iuuant; nam quomodo fundatores, & Epiſcopi Rom. Eccleſ. fuerint, ſæpiùs explicatum eſt. Pro Chryſoſtomi autem intelligentia rectè annotauit *in Biblioth. ſua lib. 6. annot. 271.* perdoctus Author Sixtus Senenſis, quod, cum Chryſoſtomus ait, Paulum fuiſſe honore parem Petro, *verborum ſenſus, & occaſio palam arguunt, eum loqui de honore Apoſtolatus, & dignitate Euangelicæ prædicationis, quibus Paulus nihilo Petri inferior fuit*; non verò *de Petri Monarchia, & de primaria Petri authoritate, ac iuriſdictione ſuper omnes Apoſtolos, & in omnem Eccleſiam*; monens propterea Germanum Brixienſem, & Eraſmum annotaſſe, eſſe cautione legendum eſſe Chryſoſtomum, cum Paulum parem dicit Petro.

71 Nomen *Primatus*, quod Author Commentarij in Paulum *in ep. ad Galat.* provt etiam obiter Anonymus, tribuit eidem Paulo nullatenus denotat Primatum regiminis, ſeu gubernij Eccleſiæ S. Petri proprium, ſed ſolum dignitatem Apoſtolicam in Paulo præ cæteris magis fulgentem doctrinam, ſapientiſſimam, & egregiam prædicandi Euangelij gratiam.

72 Verba quoque illa S. Fulgentij *ſerm. 58. in Natal. Apoſt.* Ab aduerſario obiecta, ſcilicet: *O beata Apoſtolorum merita, vt vna duobus conceſſa ſit gratia, in tantum, vt amborum videaris appellare nomina; ſi eum Paulum dices, Petrum non taces, & ſi Petrum dixeris, Paulum non ſiles. Denique vtraque ſibi pro cognominibus habentur vocabula*; niſi cum grano ſalis intelligantur, abſurdiſſima, & ineptiſſima ex eis inferentur, videlicet, quod quæcunque in Euangeliis, Actibus Apoſt. & aliis Canonicis Scripturis, hiſtoriis etiam Eccleſiaſticis de vno illorum dicuntur, de alio etiam intelligerentur. Solùm ergo accipienda, vt ipſe Fulgentius indicat, quantum ad merita, itaut quoad ſanctitatem, doctrinam, fidem, prædicationem, Apoſtolatum, & ſimilia pares veluti ſint, non quoad Primatum, cum ſolo Petro præ cunctis hominibus dictum ſit, *Super hanc petram*, &c. *Tibi dabo claues*, &c. *Paſce oues meas*, & cætera: *Confirma fratres tuos*, &c.

73 Quæ ex Petro Dam. obiiciuntur ab Anonymo, eiuſdem ponderis ſunt, ac cætera alia. Solùm in eo videntur ſcrupulum ingerere verba illa *Opuſc. 35. c. 4.* Dum inquit, Paulum Chriſti ſimilitudinem tenere, *quod non vni dumtaxat Eccleſiæ, ſed omnibus præſidet.* Item illa; *Ipſe in toto terrarum Orbe vniuerſalem fundauit Eccleſiam, dignum eſt, vt ſicut in omnibus fidei ſemen ſparſit, ſic etiam in omnibus ius teneat Præſidentis.* Illa quoque: *Cùm omnes Apoſtoli diſtributis terrarum Regionibus proprias obtineant Cathedras, iſte, dum nullam ſpecialiter tenet, videtur, aliquatenus communiter omnibus præſidere.* Hæc enim omnia accipienda ſunt ob Prædicatoris, & Doctoris Gentium munus, quod in toto fermè orbe exercuit, Aſiam, Græciam, Italiam, Hiſpaniam, & Galliam, provt hiſtoriæ narrant, peragrando. Et ob munus Apoſtoli, quo per totum orbem Euangelium ſeminare, Eccleſias fundare, & Epiſcopos conſecrare poterat. Propter quod, vt dictum ſuperius eſt, poterat dici Epiſcopus totius Orbis, habitualiter tamen, & in actu primo, non actualiter, & in actu ſecundo, nec ſine dependentia, & ſubordinatione in prædictis omnibus ad Petrum, qui Paſtor communis erat omnium ouium Chriſti. Expendat lector, quæ nos ſuperius de Damiano adduximus, & legat ipſum in *epiſt. 16. ad Deſiderium*, & ſic videbit eum cum nobis palam eſſe.

74 Idem de authoritatibus Concilij Aquiſgranenſ. & Concil. VIII. Oecumenici, & Lateran. Portigonenſ, Conſtantienſ. ac Florentini, quæ leuem ob cauſam ad intentum producit, ſentiendum, ac de authoritatibus Sanctorum Patrum relatis. Solùm aliqualem difficultatem habere videntur verba Concilij Ticinen. ſub Ioan. VIII. vbi 15. Pontifex vocatur *Vicarius Apoſtolorum Petri, & Pauli.* Sed quidquid ſit de proprietate huius nomen claturæ, cum certum ſit, Romanum Pontificem ſolius Chriſti Vicarium eſſe, & Petri ſucceſſorem, quod ea tribuatur Pontifici iſti, ſolùm probat, ipſum ſucceſſiſſe Petro, & Paulo; reſpectiuè tamen, & diuerſimodè iuxta diuerſa munera, quæ Petrus, & Paulus Romæ obibant, de quibus ſæpiùs. Quod idem ſentiendum de teſtimonio Luitprandi *lib. 1. hiſtoria, c. 8.* Sergium vocantis *Apoſtolorum Vicarium*, & de Concilio Conſtantienſi *ſeſſ. 8.* damnante illos, qui negant, Summum Pontificem non eſſe *Vicarium Apoſtolorum Petri, & Pauli.*

Præterea, vt nullum non moueat lapidem pro ſuæ 75 ſententiæ firmitate, plurimorum grauium Authorum teſtimonia pro illa refert, ſpecialiter Aurelij Prudentij, Dorothei Teſſalonicenſ. Euodij Papienſis, Primaſij Vticenſis, Vincentij Lirini, Fortunati, Taraſij, Flori, Reghynij Moſis, Barcephæ, Oecomenij, Roperti, Ioannis Sariſberienſis, Iacobi Cardinalis S. Georgij, Ægidij Viterbienſis, Ioannis Baptiſtæ Gargæ, Pauli Æmilij, Cardinalis Contareni, quorum vis, & efficacia ex dictis in ſuperioribus euacuata omninò manet. Aliqua tamen ex iis, quæ ſpecialiorem indaginem exquirunt, ad trutinam vocanda.

Ex quibus vnus eſt Claudius Epiſcopus Taurin. 76 *in epiſt. ad Galat. tom. 1. Biblioth. Sanctorum PP.* illis verbis. *Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatu Circumciſionis, operatus eſt mihi inter gentes, ideſt non illi ſum inferior, quia ab vno ſumus ambo in vnum miniſterium ordinati.* Et illis: *Petrum ſolum nominat, & ſibi comparat. Quia Primatum ipſe accepit ad fundandam Eccleſiam, ſe quoque pari modo electum, vt Primatum habeat in fundandis Gentium Eccleſiis.* Et illis: *Ab Apoſtolis itaque probatum dicit donum, quod accepit à Deo, vt dignus eſſet habere Primatum in prædicatione Gentium, ſicuti & Petrus in Prædicatione Circumciſionis.* Et ibidem: *Gratiam Primatus ſibi ſoli vindicat conceſſam à Deo, ſicut & Soli Petro conceſſa eſt inter Apoſtolos.* Cæterum hæc omnia ſpecietenus ſolùm dumtaxat fauent Aduerſario, quia, vt ex ipſis rectè expenſis colligitur, ſolum infertur æqualitas Pauli cum Petro in Apoſtolatu, facultate fundandi Eccleſias, prædicatione, &c. non in ſuprema, & monarchica poteſtate regendi Eccleſiam, & cunctos fideles, quæ ſoli Petro propria eſt.

Mirum etiam quod inter iſtos referat Goffrid. Abb. 77 *lib. 1. epiſt. 7. ad Paſchaſ. Pap.* vbi etiam nihil pro ſe, ſed pro veritate noſtra potius patronus oſtenditur. Dicit enim: *Firmiter credimus, nec erramus, Dominum noſtrum Diſcipulis, Petro videlicet, & Paulo, Eccleſiæ dediſſe Principatum, Petrum fidei Catholicæ Principem fecit, Paulum doctrinæ.* His enim huius authoris verbis clarè denotatur diſcrimen, quod inter Petrum, & Paulum verſatur, quòd ſcilicet Petrus ſit *Catholicæ fidei* Princeps, ratione regiminis, ſeu poteſtatis Monarchicæ ſibi à Deo conceſſæ, Paulus verò ratione *doctrinæ*, ideſt prædicationis.

Verba illa Lirani *ad Galat. 2.* circa illud: *In faciem eius reſtitit*, videlicet *quod non auderet, niſi ſe non imparem ſciret*, quæ etiam habentur *Can. Paulum Petrus 2. quæſt. 7.* nec ſunt Hieronymi, nec Auguſtini, vt ibi notatur, vbi hoc pacto exponuntur: *Hoc non de officio Eccleſiaſticæ dignitatis, ſed puritate vitæ, & ſanctitate conuerſationis intelligitur, ſolus enim Petrus inter Apoſtolos primatum gerebat.* Addo ego, ea intelligi de æqualitate Apoſtolatus. 78

Suboſcura Cardinal. de Cuſa *epiſt. 2. de vſu Comm. ad Bohemos* verba, quibus indicare videtur, Pontificem 79

Roma

Romanum Succeſſorem eſſe Petri, quantum ad Iudæos, & Pauli quantum ad Gentes, & per illos conſtitutam eſſe vnam Sedem, & Epiſcopatum; iuxta dicta intelligi debent, reſpectiuè videlicet, & cum ſubordinatione Pauli ad Petrum, qui erat Apoſtolorum omnium *Apex, vertex, & Coryphæus*, vt Patres ſæpiùs dicunt, & indicat ipſemet Cardinalis, dicens eo loco *Per Principatum fortiſſimum Petri, debiles demum confirmati in fide ad eius vnionem reducti ſunt; vnde infallibilitatis refugium eſt, in vnione eſſe cum Principe in Eccleſia.* Notet & lector, hunc Cuſanum non bene audire apud plures; fuit etenim Conciliabuli Baſileenſis coadminiſter.

80 De Cardinali Bellarm. multa affert Anonymus inutiliter ſanè. Tum, quia in præcedentibus euacuata ſunt. Tum præcipue, quia ipſe *lib. 2. de Rom. Pontif. cap. 27.* perſpicuis verbis affirmat Primatum, & ſuperioritatem Petri, etiam ſuper ipſum Paulum. Dicit enim *eo cap. 27. §. Quod autem*, ſic: *Tametſi ſatis conſtat, Petrum Paulo authoritate maiorem fuiſſe, vt ſuprà docuimus teſtimonio Cypriani in ep. ad Quintum, Auguſtini ep. 19. ad Hieron. Hieronymi ep. 89. ad Aug. Greg. homil. 18. in Ezech. Theodor. in epiſt. ad Leon. & Oecumenij in 1. capite ad Gal.* & infrà §. *Et fortaſſe. Et ſi Petrus maior eſt poteſtate, Paulus maior eſt ſapientia.* Illa autem, quæ habet eo §. *Quod autem, & ſeq.* videlicet: *Tamen, etiamſi conſtaret Paulum Petro omnibus nominibus anteponendum eſſe, nihil id Romanis Pontificibus officeret, aut ipſi etiam Petri Summo Pontificatui. Non quidem Pontificibus Romanis, quoniam ipſi tam Petrum, quàm Paulum prædeceſſorem, & parentem agnoſcunt. Si quidem vterque Apoſtolus Romanam Eccleſiam fundauit, & gubernauit, vt præter alios teſtatur Irenæus lib. 3. capite 3. & in Vrbe Roma vterque per martyrium vitam finiuit. Itaque omnis Pauli gloria ad Romanos Pontifices pertinet. Nihil etiam Petri Pontificatui officeret ſumma dignitas, & authoritas Pauli, quoniam extraordinaria erat, quanta tandem eſſet. Quare, quemadmodum in populo Iudæorum maior erat Moſes Aarone, & nihilominus tamen Aaron verè, ac propriè Summus Pontifex fuit, & non Moſes, ſed Aaronis poſteri in ſumma illa dignitate patri ſucceſſerunt, quoniam poteſtas Moſis extraordinaria, Aaronis ordinaria erat: ita quoque, ſi admitteremus, extraordinario priuilegio Paulum Petro maiorem fuiſſe, non propterea negaremus, Petrum ordinarium, ac Summum Pontificem fuiſſe.* Hæc, inquam, verba, cum ſolum hypotheticè, & conditionatè dicta ſint, nihil obſunt veritati, ſiquidem iuxta dialecticorum regulam *conditionalis nihil ponit in eſſe*, & familiare ſit Doctoribus, etiam cum hæreticis diſputantibus, aliqua admittere, ſeu potiùs illis permittere, non quia vera ſint, ſed vt oſtendant inefficacitatem argumentorum, quæ conferuntur. Sic in propoſito de Bellarm. ſentiendum.

81 Quod addit idem Anonymus, quod ſi Paulus dicitur à Patribus *minor Petro*, id intelligendum de minoritate in ætate, vel Apoſtolatu, prorſus falſum eſſe conſtabit legenti ſuperiùs dicta; & præſertim, quia inter Apoſtolos Chriſti nunquam de maioritate in ætate, vel vocatione ad Apoſtolatum curatum eſt, cùm conſtet Andream natu, & vocatione Petro maiorem, ipſi poſtpoſitum fuiſſe; ac Ioannem natu minimum cæteris in dilectione præpoſitum, ac in diſcubitu in menſa: ſiquidem præ aliis in vltima cœna *ſupra pectus Domini diſcubuit* quod non fieret niſi proximior Chriſto aliis eſſet. Idem de cæteris Apoſtolis facilè eliciet lector ipſorum hiſtorias euoluendo. Vnde Ioan. Matth. Cariophil. Archiep. Iconienſ. *in Refutat. Pſeudochriſtiana Catecheſis edita à Zacharia Gergano Græco, Blaſphem. 42.* inter blaſphemias iſtius Gergani refert iſtam. *Non quia primus numeratur Petrus, eſt Eccleſia fundamentum. Numeratur enim primus, quia primo loco ſedebat, quia ſenex erat, quia primo vocatus.* Hinc etiam Marcus Antonius de Dominis, qui ſolùm Primatum Petri in ætate, vocatione, & feruore conſtituebat, à Sorbonenſi Academia rigidiſſimè etiam vt hæreticus damnatus eſt.

Ad vulgare argumentum de aliquibus imaginibus, ſeu picturis, in quibus Paulus ad dexteram Petri collocatus cernitur, multi multa dicunt ad quorum ſcripta lector remittendus: Perſtrictim verò rem tangendo. Primò aſtruendum, quod ad dexteram, vel ſiniſtram ſedere non ſemper maiorem dignitatem: imò nec æqualem arguit: Tùm quia antiquitus in pluribus locis, & nationibus dignius erat ſedere ad ſiniſtram, quam ad dexteram, vt probat Anton. Nebriſſenſis *in annot. ad Quinquaginta loca ſcripturæ*, Baronius *anno Chriſti 213. & 325. & 451.* Bellarmin. *ſuprà*, Stephanus Gratian. *Diſcept. forenſ. capite 206. num. 43.* Barboſa *in Collect. Doct. in capite ſolitæ de maiorit. & obedien.* ex pluribus Rotæ deciſionibus; Tùm quia is, qui ad dexteram Petri, Paulus in vtriuſque Apoſtoli imagine cernitur, ſi ad inſpicientes referatur, ſiniſtrum locum obtinet. Ex inſpicientium autem obtutu dexteram vel ſiniſtram partem metiri debere, plura aſtruunt exempla. Legatur Petrus Marca *in opuſculo de hac re.* Et animaduertatur in S. Pagina nonnunquam iſtam localem poſitionem, ſicut & priorem nominationem minus digni non valde curari, ſiquidem *Act. cap. 5.* Paulus, & Barnabas indiſcriminatim modò vnus, modò alius priori loco nominantur; & quod magis eſt, ad Galat. 2. verſ. 9. refertur primo loco Iacobus, quam Petrus illis verbis: *Iacobus, & Cephas, & Ioannes.* Secundò dicendum plura eſſe, & potiora antiquitatis monumenta, in quibus Petrus ad dexteram Pauli collocatur, vt notant aliqui ex relatis Authoribus. Tertiò plura quoque eſſe rationum monumenta, propter quæ Paulus ſine præiudicio Primatus Petri ad dexteram ipſius collocari potuit. Scilicet, quia plus Eccleſiæ profuiſſe videtur prædicatione, zelo, litteris, ſcriptis, & prouinciarum peragratione, & quia Doctor, & Apoſtolus Gentium; Petrus verò Iudæorum, Gentiles autem antepoſiti ſunt Iudæis, iuxta illud, *Maior ſeruiet Minori*, & quòd Paulus fuit Apoſtolus electus à Chriſto immortali, & in cœlo regnante; Petrus verò ab eodem Chriſto mortali, & paſſibili, ac in terris conſtituto. Innoc. III. *in ſerm. de Euangeliſt. Petr. Damianus in ep. ad Deſid.* S. Thomas *lect. 1. in epiſtol. ad Galat.* Addit Damianus id fieri potuiſſe, quia Paulus fuit ex Tribu Beniamin, qui interpretatur *filius dexteræ.* Alij addunt ideò hoc contigiſſe, quia Paulus particeps fuit beatitudinis æternæ, quando raptus eſt ad tertium cœlum, quod non contigit Petro. Per dexteram namque ſignificari æternam beatitudinē, habet inter alios D. Greg. *homil. 21. in Euang.* Addiderim etiam, quod mihi arridet, quod cum iuxta vſum Eccleſiæ Imagines, ſeu picturæ correſpondeant veritati in ſacra Scriptura contentæ, hinc enim Ioannes Apoſtolus depingitur in cœna ſupra pectus Domini recumbere, quia in ſacra Scriptura id continetur, & Ioannes Baptiſta Agnum demonſtrare, quia etiam id habetur in Euangelio, & Petrus cum clauibus in manu, quia illi à Chriſto in Euangelio promiſſæ, & datæ ſunt. Cùm ergo Paulus ad Galat. 2. dicat, Petrum, Iacobum, & Ioannem Ipſi *dexteram dediſſe*, ideſt cum illo ſocietatem, & amicitiam iniiſſe, ita vt ſicut ipſe Iudæis, ſic Paulus gentibus Euangelium prædicaret, ideò ad denotandum hoc factum, quod in Pauli gloriam cedebat potuit proculdubio ad dexteram Petri depingi ſine præiudicio ſupremæ Petri poteſtatis. Alia de hoc Franciſcus Mucantius *in peculiari libello de SS. Apoſtol. Petri, & Pauli imaginibus*, & 82

Marcus

Marcus Anton. Georgius *in libello inſcripto ſtatua D. Pauli ad dexteram D. Principis Eccleſiæ Petri non remouenda.* Quibus etiam addendum, maximè pro illis horum Apoſtolorum perantiquis imaginibus, quæ etiam in S. Palatio Sancti Petri in Vaticano vſque hodie cernuntur, meritò dici poſſe, ob vrbanitatem, quæ nec à Cœlitibus abeſt, factum fuiſſe, vt Paulus in domo, & Vrbe Petri dexteram, & nobiliorem partem, hoſpitij iure teneat. Annectitur etiam, alicui forſan arridere poſſe, quod cum Paulus ſpecialis Legatus à latere Christi fuerit pro Gentilitatis, cuius caput Roma erat, conuerſione, & Petrus Ordinarius Paſtor, meritò ipſi locum dextrum honoris, & hoſpitij cauſa concedere debuiſſe. Etenim Legatum præcedere debere Ordinarium Paſtorem, colligitur ex *capite ſanè, de offic. Delegati,* & tenent Sbroz. *de offic. Vic. lib. 2. q. 62. n. 10.* Bellencin. *de charit. ſubſ. q. 93. n. 1.* Franc. Molin. *de Brach ſecul. c. 6. n. 15.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 3. n. 65. cum ſeqq.* Bobadill. *in ſua polit. lib. 5. c. 51. n. 59.* Gutier. *de matrim. c. 63. n. 19.* Ioſeph. Ald. *de Relig. diſcipl. tuend. lib. 1. c. 3. n. 53.* Molin. *de iuſt. tom. 6. tr. 5. diſp. 26. n. 1.* & Barboſa *de Iure Eccleſ. lib. 1. c. 2. n. 83.*

83 Quod Paulus vocetur autonomaſticè *Apoſtolus*, prout ex Auguſtino *lib. 3. ad Bonif.* colligunt alij communiter, ſolùm conuincit Paulum Petro ſuperiorem fuiſſe ſapientiâ, prædicatione, Canonicorum librorum ſcriptione, Orbis peragratione, &c. non in Eccleſiæ gubernio, Primatu, poteſtate, iuriſdictione, aut Hierarchica, & Monarchica dignitate. Si enim ad hæc attendatur, Petrus autonomaſticè quoque Apoſtolus vocari poſſet. Ex ſcriptura namque, & Patribus iuxta ſuperiùs dicta colligunt Catholici contra heterodoxos plura priuilegia, pluresque prærogatiuas, ex quibus ipſius Petri Primatus, ſuperioritas, ac eminentia ſuper alios Apoſtolos, ipſumque Paulum manifeſtè deducunt. Ex ſacra Scriptura ſunt hæc præcipuè Petri priuilegia collecta. Primum, quod Chriſtus ſoli Petro inter omnes Apoſtolos proprium nomen mutauerit. Secundum, quod quando in Euangelio recenſentur nomina Apoſtolorum, ſemper primo loco ponatur Petrus. Tertium, quod Scriptura loquatur de Petro tanquam de Principe, de alijs Apoſtolis tanquam de ſubditis. Quartum, quod Petrus ſæpè loquatur nomine omnium Apoſtolorum, tanquam illorum Anteſignanus. Quintum, quod inter omnes Apoſtolos ſoli Petro facta ſit prima reuelatio diuinitatis Chriſti. Sextum, quod ſoli Petro inter Apoſtolos promiſſa ſit ſtabilitas fidei, & Cathedræ. Septimum, quod Chriſtus pro ſolo Petro, & ſe ipſo voluerit tributum ſolui in Capharnaum. Octauum, quòd poſt Reſurrectionem inter omnes Apoſtolos ſoli Petro primum apparuerit. Nonum, quòd Petrus ſua authoritate vocauerit alios ad electionem noui Apoſtoli, in locum Iudæ proditoris. Decimum, quod primus promulgauerit Iudæis Euangelium poſt acceptum Spiritum ſanctum. Vndecimum, quod primum miraculum apud Iudæos fecerit in confirmationem Euangelij. Duodecimum, quòd etiam primùs prædicauerit gentibus Euangelium, & quod ipſi ſoli oblata ſit viſio Cœleſtis de vocatione gentium. Tertiumdecimum, quòd primus in Concilio Hieroſolymitano ſententiam dixerit. Ex Patribus autem plura etiam eiuſdem Petri Priuilegia deducunt Theologi, quæ etſi tacta ſint in præcedentibus, omitti hoc loco non debent, vel pro Synopſi eorum, quæ allata ſunt, & maiori ipſorum confirmatione.

84 Aliqui enim, vt Arnobius *in Pſal. 138.* eum appellant *Epiſcopum Epiſcoporum.* Aliqui *Vicarium Chriſti*, vt Ambroſ. *ad caput 24.* Lucæ, Anſelm. *ad caput 16. Matth.* Bernard. *lib. 2. de Conſiderat. ad Eugen.* Gennadius Scholarius *de Primatu Pap. ſect. 2.* Alij *Caput Eccleſiæ*, vt Hieronym. *in Pſal. 13.* Chryſoſt. *homil. 11. in Matth.* Philo Carpathius *in Cantica.* Alij *Caput fidelium, & Paſtorem gregis Dominici*, vt Auguſt. (vel quiſquis author eſt) *in lib. quæſt. Veteris, ac noui Teſtam. q. 75.* Alij *Caput omnium Apoſtolorum*, vt Optat. Mileuit. *lib. 2. contra Parmenian.* Cyrillus Alexandrinus *lib. 12. in Ioan. c. 64.* Alij *Principem Apoſtolorum*, vt Cyrillus Hieroſolymitan. *catec. 2. & 11.* Baſilius *in Proœmio præceptionum latiùs diſputatarum*; Hieronymus *in Cathalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum.* Alij *Paſtorem Paſtorum*, vt Eucherius Lugdunenſis *in Vigil. S. Petri*, Bernard. *lib. 2. de Conſid. ad Eugen.* Alij *Coryphæum Apoſtolorum*, vt Doroth. Tyrius *in Synopſi*, Iſidorus Peluſiota *lib. 1. epiſt. 142.* Andreas Cæſareenſis *ad c. 13. Apoc.* Alij *verticem Apoſtolorum*, vt Origenes *hom. 2. in diuerſa loca noui Teſtamenti*, Chryſoſtom. *in homil. in Petrum Apoſt. & Heliam Proph.* Alij *Apicem Apoſtolorum*, vt Cyrillus Alexandrinus *lib. 14. Theſauri, c. 2.* Alij *Anteſignanum Apoſtolorum*, vt Iſidorus Peluſiota *lib. 2. epiſt. 58.* Alij *Petram, & crepidinem Eccleſiæ catholicæ, & rectæ fidei fundamentum*, vt Synod. Chalcedon. *act. 3.* Alij *Principem Eccleſiæ Chriſtianorum*, vt Ephrem Syrus *ſerm. de Transfig. Domini.* Alij *Ducem Diſcipulorum Chriſti*, vt Epiphan. *hæreſ. 51.*

Nec effugiet Anonymus Antagoniſta noſter cenſuras contra propoſitionem ipſius relatas, eam explicando prout quidam ipſius ſectator, & aſſecla facit, dicendo videlicet, ſe non negare, S. Petrum fuiſſe à Chriſto Domino inſtitutum Eccleſiæ vniuerſalis caput, totius chriſtianitatis Paſtorem, & eiuſdem Chriſti Vicarium, immò ex ipſiuſmet Chriſti inſtitutione vnicum, ſolum, & ſingulare Eccleſiæ caput, & totius Chriſtianitatis Prælatum, poſteà nihilominus Eccleſiæ neceſſitate permotum ipſum Chriſtum elegiſſe contra primam à ſe factam inſtitutionem etiam Paulum in comitem, ſocium, & collegam Petri cum eadem authoritate cum ipſo, & ea ſolùm ſubordinatione, quam frater ætate minor habet ad fratrem ætate maiorem. His, inquam, dicteriis non effugiet Anonymus cenſuras contra ipſius ſententiam ſuperiùs prolatas. Nam, quod attinet ad ſubordinationem Pauli ad Petrum, tam certum eſt, eam debere credi non ſolùm ratione maioritatis in ætate, aut vocationis, ſed etiam ratione ſupremæ monarchicæ, & hierarchicæ poteſtatis, & dignitatis ſuper totam Eccleſiam, quàm eſt certum ſingulariſſimè, indiuidualiſſimè, omninò ſolitariè, & primariè eam Petro competere, prout ea, quæ allata ſunt, manifeſtè conuincunt. Quod etiam adducitur de inſtitutione Pauli ad eandem dignitatem cum Petro facta à Chriſto contra primam inſtitutionem à ſe primò de ſolo Petro promulgatam ob neceſſitatem Eccleſiæ, temerarìa conuincitur, non ſolùm quia iuxta dicta *num. 1.* etiam alijs temporibus fuit, immò eſt modò eadem neceſſitas, qua non obſtante ſolus vnus Romanus Pontifex à Chriſto ſemper inſtitutus perſeuerat: ſed etiam, quia ponere huiuſmodi inſtitutionem Pauli contrariam inſtitutioni Petri, euidenter arguit in Chriſto vnum de duobus, ignorantiam videlicet dictæ futuræ neceſſitatis tempore Pauli, vel inconſtantiam, & mutabilitatem, quod hoc argumento conuincitur. Vel enim quando Chriſtus inſtituit Petrum in vnicum, & ſingulariſſimum Eccleſiæ caput, & ipſius Vicarium, cognouit illam neceſſitatem futuram, vel illam non cognouit; ſi primum, cùm tunc ſolùm habuerit voluntatem inſtituendi Petrum in ſummum, & ſupremum Paſtorem Eccleſiæ, & non Paulum, poſteà verò etiam Paulum eadem dignitate, & præeminentia decorauerit, manifeſtè ſequitur in Chriſto fuiſſe contrarietatem voluntatum, etiam efficacium, contra totam Theologorum Scholam, Patres, & Doctores, & quod

magis

magis eſt, contra 6. Synod. *act. 4. in epiſt. Agath.* vbi plura refert Sanctorum teſtimonia, *& act. 11. in epiſt. Sophron act. 17. in definit. fidei.* Concil. Lateran. *ſub Mart. conſult. 5. c. 16.* Immò etiam vitioſam inconſtantiam, quæ ex illa contrarietate voluntatum efficacium ſequitur. Si verò dicatur ſecundum, ſcilicet Chriſtum quando Petrum in ſummum Paſtorem Eccleſiæ inſtituit, non præcognouiſſe præfatam futuram neceſſitatem, impinget Anonymus in non diſſimilem ſcopulum, & falſitatis barathrum, cùm communis ſententia totius Scholæ teneat Chriſtum Seruatorem, quem iuxta Iſaiam *cap. 11.* repleuit Deus *Spiritu ſapientiæ, & ſcientiæ*, & in quo iuxta Paulum Coloſſ. 1. *ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei*, vidiſſe omnia, quæ Deus ipſe videt ſcientiâ viſionis, ſcilicet præterita, præſentia, & futura, ea præſertim, quæ ad Eccleſiæ ſtatum pertinebant, qualis erat dicta conſicta neceſſitas, ita vt nullam ignorantiam Doctorum habuerit. Habet etiam contra ſe Anonymus in hoc ſuo nono gloſſemate præpoſteræ inſtitutionis Pauli in Eccleſiæ Primatum contrarios Euſeb. Alexandrin. ſupra inter Patres 5. ſeculi relatum, illis verbis Chriſti ad Petrum: *Nihil tibi de gloria Apoſtolici chori minui, &c. non dedi alteri claues, &c.* & Theophylactum inter Patres 11. ſæculi relatum, verbis illis: *Totius orbis ouium præfecturam Petro committit, non autem alij.* Et Pium II. 15. ſæculo relatum verbis illis: *Ipſi ſoli oues ſuas indiſtinctè Chriſtus commiſit.* Item Auguſtinum Triumphum inter Doctor. 14. ſæculi adductum, & ſpecialiter Petrum de Palude eo loco relatum, dicentem de verbis illis: *Paſce oues meas. Hoc nulli aliorum dictum fuit, nec nunc, nec ante, nec poſt.* Quibus ſi iungas, nullum aſſignari poſſe cum fundameoto aliquo tempus, in quo tale Priuilegium à Chriſto Paulo conceſſum aſſeratur, iuxta dicta in ſoperioribus, manifeſtè cononcitur, præpoſteram hanc eiuſdem Pauli ad Papatum aſſumptionem merum commentum Anonymi, & ipſius ſectatorum eſſe.

86 Huic tandem controuerſiæ finis, & terminus fœliciter impoſitus eſt decreto Sanctiſſimi Domini Noſtri Innocentij Decimi, cum Sacra Congregatione S. Romanæ, & vniuerſalis Inquiſitionis, Romæ ex Typographia Cameræ Apoſtolicæ, anno 1647. quo prædicta propoſitio Anonymi hæretica cenſetur & declaratur, librique pro ipſa editi, aut edeodi interdicuntur, & prohibentur. Quod talis tenoris eſt.

Feria 5. die 24. Ianuarij 1647.

In Congregatione generali S. Romana, & Vniuerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis, coram Sanctiſſimo Domino Noſtro Innocentio Diuina prouidentia Papa Decimo, ac Eminentiſſimis, & Reuerendiſſimis DD. S. R. E. Cardinalibus in vniuerſa Republica Chriſtiana aduerſus hæreticam prauitatem Inquiſitoribus generalibus à Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

Editus eſt anno 1645. liber Gallico idiomate impreſſus, cui titulus De l'Authorité de S. Pierre, & de S. Paul, qui reſide dans le Pape ſucceſſeur de ces deux Apoſtres, abſque nomine authoris, & impreſſionis loco. Huius libri euulgationem ſubſequuta eſt editio alterius libri Anonymi eodem idiomate impreſſi, cui titulus, La Grandeur de l'Egliſe Romaine eſtablie ſur l'autorité de S. Pierre, & S. Paul: necnon epiſtola eiuſdem argumenti Latino idiomate conſcripta, ac typis excuſa, plurimis adductis, atque congeſtis Sanctorum Patrum, Summorum Pontificum, ſacrorum Conciliorum, & Doctorum locis.

Quocirca, ne in re tanti ponderis error aliquis mentibus Chriſti fidelium irreperet, libris prædictis de mandato Sanctiſſimi maturè examinatis, locisque adductis diligenter inſpectis, ac ponderatis.

Sanctiſſimus relata vnanimi Theologorum ad hoc ſpecialiter deputatorum cenſura, & auditis votis Eminent. & Reuerendiſſ. DD. Cardinalium Generalium Inquiſitorum, propoſitionem hanc, S. Petrus, & Sanctus Paulus ſunt duo Eccleſiæ Principes, qui vnicum efficiunt: vel ſunt duo Eccleſiæ Catholicæ Coryphæi, ac ſupremi Duces, ſumma inter ſe vnitate coniuncti; vel: Sunt geminus vniuerſalis Eccleſiæ vertex, qui in vnum diuiniſſimè coaluerunt; vel: Sunt duo Eccleſiæ ſummi paſtores, ac præſides, qui vnicum caput conſtituunt, ita explicatam, vt ponat omnimodam æqualitatem inter S. Petrum, & S. Paulum, ſine ſubordinatione, & ſubiectione S. Pauli ad S. Petrum in poteſtate ſuprema, & regimine vniuerſalis Eccleſiæ, hæreticam cenſuit, & declarauit.

Epiſtolam verò, ac libros prædictos, alioſque in quibus propoſitio, vt ſuprà explicata, & damnata, aſſeritur, & defenditur, tam impreſſos, quàm imprimendos, quocunque idiomate, aut quomodolibet etiam in ſcriptis euulgatos, vel in poſterum euulgandos, Sanctitas ſua omninò damnatos, & prohibitos eſſe voluit, prout præſenti decreto damnat, & prohibet.

Mandans, vt nemo cuiuſcunque gradus, & conditionis exiſtat, etiam ſpeciali, ſeu ſpecialiſſima nota dignus, libros prædictos, aut aliquem ex illis apud ſe retineat, aut legat, nec imprimere, aut imprimi curare audeat, ſub cenſuris, & pœnis contra huiuſmodi delinquentes ſtatutis, ſed ſtatim à præſentis decreti notitia, quicunque illos habuerit, locorum Ordinarijs, ſeu Inquiſitoribus conſignare teneatur.

R.P.M.

Digitized by Google

R.P.M. IOAN. BAPTISTÆ
DE LEZANA,
ADDITIONES
AD
CONSVLTA
THEOLOGICA, IVRIDICA
ET REGVLARIA,

Quibus ſubjuncta ſunt Auctoris eiuſdem quædam Opuſcula, nimirum.

- COLVMNA IMMOBILIS.
- TVRRIS DAVIDICA.
- APPANNAGIVM.

ADDITIONES
AD
CONSVLTA THEOLOGICA, IVRIDICA, ET REGVLARIA.
PER
P. M. IOAN. BAPTISTAM DE LEZANA.

CONSVLTVM QVINQVAGESIMVM.

De Epiſcopis, Canonicis, & Beneficiaris.

SVMMARIVM.

1 *Varia dubia circa Epiſcopos, Canonicos, & Beneficiarios.*
2 *Dubium primum de Epiſcope poſſidente quoddam Beneficium.*
3 *Dubia circa illud.*
4 *Retentio talis Theſaurariæ cum Epiſcopatu illicita, & inualida.*
5 *Litera ſubreptitia, & obreptitia quæ dicantur.*
6 *Decretum Concilij Tridentini circa Beneficia.*
7 *Antiquiora alia.*
8 *Vitiatur gratia Beneficij non narratâ qualitate.*
9 *Tacendo id quod exprimi debet, contingit ſubreptio.*
10 *De conſuetudine Eccleſiarum Theſauraria eſt dignitas.*
11 *Sacræ Rotæ deciſiones.*
12 *Quibus fundamentis id probatur.*
13 *Adminiſtratio cum iuriſdictione eſt dignitas.*
14 *Contigit etiam ſubreptio non narrando quod eſſet in Eccleſia Cathedrali.*
15 *Talis reticentia reddit ſubreptitiam diſpenſationem.*
16 *Contigit etiam obreptio.*
17 *Etiamſi Theſauraria non eſſet dignitas, ſed perſonatus.*
18 *Quid ſi non narrauit patrimonium.*
19 *Quid de reſeruatione Theſaurariæ cum reſeruatione fructuum.*
20 *Prohibitio per Bullam Pij V.*
21 *An vt confidentialis Simonia.*
22 *Ex proœmio legis colligitur intentio diſponentis.*
23 *Verba Bullæ, & num. 24.*
25 *Per verba* alij, *vel* aliis, *quid denotetur.*
26 *Alia verba Bullæ.*
27 *Crimen confidentiæ.*
28 *Pœna Simoniæ confidentialis incurſa.*
29 *Quid ſi literæ ſint vitiatæ.*
30 *An reualidentur ex poſtfacto.*
41 *De narratiua falſa.*
32 *De alia narratiua.*
33 *In impetratione beneficij debet exprimi valor.*
34 *De reticentia qualitatis.*
35 *De ſtylo Curiæ, & conſuetudine.*
36 *An ceſſante cauſa diſpenſationis ceſſet diſpenſatio.*
37 *Quid quando habent tractum ſucceſſiuum.*
98 *Gratia reſeruationis fructuum eſt exorbitans.*
39 *Quid quando aliquid datur ex vna cauſa, & illa non ſequitur.*
40 *Reſeruatio eſt odioſa.*
41 *Regula Cancellariæ an iuuet Epiſcopum.*
42 *Excluditur à beneficio huius Regulæ.*
43 *Malæ fidei poſſeſſor non præſcribit.*
44 *Regula illa loquitur de titulo beneficiali.*
45 *An loquatur de Beneficio vnito.*
46 *An poſſeſſori vigore concordiæ.*

47 *Non habet locum in penſionibus.*
48 *Nec in reſeruatoria fructuum.*
49 *An propter intruſionem Epiſcopi.*
50 *Verba ipſius Regulæ.*
51 *Vnde habeat originem.*
52 *Ratio ipſius.*
53 *An ſuffragetur Epiſcopo non reſidentia Theſauraria.*
54 *Decreto Concilij Tridentini.*
55 *Reſponſio ad iſta.*
56 *Diuerſorum diuerſum eſt iudicium.*
57 *An derogetur in decreto Concilij conſuetudinibus.*
58 *Non ſuffragatur illi decretum Concilij.*
59 *Extenditur ad caſum immemorabilis conſuetudinis.*
60 *Quid Romæ ſit ſtatutum.*
61 *Quando conſuetudo immemorabilis cenſetur ſublata.*
62 *Concilium derogat conſuetudini irrationabili.*
63 *Non conſtat quod hæc conſuetudo fuerit tolerata à Papa.*
64 *An potuerit conſuetudine introduci.*
65 *Videtur quod non.*
66 *Quid de non receptione talis legis.*
67 *Vſucapio triennalis an ſuffragetur.*
68 *Non videtur favere.*
69 *Bona fides quid ſit.*
70 *Iſta reſervatio nunquam valuit.*
71 *Diſpenſatio illa nullum parit commodum.*
72 *Neque reſignatarius poteſt retinere illam Theſaurariam.*
73 *Correlatiuo vno deſtructo, deſtruitur aliud.*
74 *An incurrerit pœnas ſimoniæ.*
75 *An detur illi actio contra bona relicta.*
76 *Non favet illi clauſula illa quovis modo vacet.*
77 *Quid conſulendum dicto reſignatario.*
78 *Dubium ſecundum.*
Caſus illius, ibid.
79 *Suppoſitia huius penſionis ſuper beneficio ſolum ſit à Papa.*
80 *Ad illum pertinet bonorum Eccleſiæ libera adminiſtratio.*
81 *Debuit iuſta cauſa adeſſe.*
82 *An Epiſcopo competat facultas imponendi penſiones.*
83 *De qua penſione.*
84 *In quibus caſibus.*
85 *Attenditur ad ſtylum Curiæ.*
86 *Stylus Curiæ facit ius.*
87 *Quid ſi imponeretur penſio cum reſervatione aſſenſus Apoſtolici.*
88 *Si conditio non adimpleatur nihil dicitur actum.*
89 *Si adimpleatur, contractus eſt abſolutus.*
90 *Contractus conditionatus non eſt propriè contractus.*
91 *Neceſſaria erat cauſa ad imponendam penſionem.*
92 *Impoſitio penſionis eſt contra ius.*
93 *Præſumitur impoſita in fraudem, ſi de cauſa non conſtat.*
94 *Nec ſufficiet aſſertio Epiſcopi.*
95 *Neceſſarius erat conſenſus Beneficiarij.*
96 *Quid ſi beneficium erat gravatum alia penſione.*
97 *Beneficium vltra vires gravari non debet.*
98 *Fieri deberet mentio alterius penſionis.*
99 *Eſſet ſoluenda perſonæ determinata.*
100 *Bulla Pij V.*
101 *Expenduntur aliqua.*
102 *Sententia Rotæ.*
103 *Et alia Mileuitana.*
104 *Sententia Nicolai Garcia.*
105 *Pœnæ Conſtitutionis Pij V.*
106 *An Beneficiarius excuſetur.*
107 *Sententia Doctorum. num. 108. & 109.*
110 *An poſſit redimi huiuſmodi penſio.*
111 *Videtur affirmatiuè reſpondendum, quia non fuit poſita abſolutè, ſed conditionatè.*
112 *Clauſula reſervationis reddit contractum conditionalem.*
113 *Contractus conditionalis pendet à conditione.*
114 *Deficiente conditione, deficit conditionatum.*
115 *Contractus cenſetur reſolutus.*
116 *Defectus conditionis habet oculos retro ad tempus diſpoſitionis.*
117 *Varia axiomata ad intentum, & n. 118.*
119 *Redemptio penſionis nihil erat.*
120 *Ex variis axiomatibus iuris, & n. 121. & 122.*
123 *Simoniaca materia quænam ſit.*
124 *Non obſtat quod penſio eſſet accedente Papæ conſenſu.*
125 *Exemplum de alienationibus bonorum eccleſiaſticorum, & num. 126.*
127 *De contrahentibus ſponſalia, ſeu matrimonium.*
128 *In contractibus præſens rei ſtatus conſideratur.*
129 *Conditio ſi Papa diſpenſaverit, cenſetur de iure impoſſibilis.*
130 *Applicantur hæc omnia ad intentum, & n. 131.*
132 *An id quod Princeps concedere ſolet, cenſeatur impoſſibile à Iuriſtis.*
133 *Papa cum concedit penſionem ab Epiſcopo impoſitam, quomodo ſe gerat.*
134 *Doctorum ſententia.*
135 *Quid quando aliqui contraxerunt ſub conditione diſpenſationis Papæ.*
136 *Quid dicendum de tranſactione penſionis ex parte prætenſi penſionarij.*
137 *Ex variis iuris axiomatibus, & n. 138. & 139.*
140 *Contractus claudicare non poteſt.*
141 *Talis contractus fuit nullus, & invalidus.*
142 *Fundamenta huius reſolutionis, & vſque ad 146.*
147 *Quid de confirmatione electionis vel præſentationis irrita.*
148 *Quæ procedunt ex erroneo fundamento, corruunt.*
149 *Contractus ille fuit coactus, & meticuloſus.*
150 *Ac per conſequens irritus.*
151 *An Beneficiarius repetere poſſit pecunias prætenſo penſionario.*
152 *Nullum quod eſt, nullum parit effectum.*
153 *Contractus nullus nudam potuit parere obligationem.*
154 *Metum incutiens tenetur damna reſtituere.*
155 *Qui vi, vel fraude impedit, tenetur ad reſtitutionem.*
156 *Miniſtri etiam Iuſtitiæ non facientes quod tenentur.*
157 *Vicarij Epiſcoporum ſunt ipſorum coadiutores.*
158 *Sententia Doctorum, & n. 159.*
160 *Sic accepta involuntariè dantur.*
161 *Indebitum ſolutum repeti poteſt.*
162 *Præſertim quando eſt ſolutum dolo adverſarij.*
163 *Gloſſa in l. 2. §. ſolet, quomodo intelligenda.*
164 *Soluuntur contraria.*
165 *Quid ſi Vicarius penſionarius poſſeſſionem impediret.*
166 *Poſſeſſio eſt aliquid facti, non iuris.*
167 *Doctorum ſententia.*
168 *Quo ſenſu accipiendi, & n. 169.*
170 *Friuola ſolutio.*
171 *Donatio liberalis non præſumitur, niſi probetur, & num. 172. & 173.*

Error

174 *Error potiùs, aut ſtultitia præſumitur, quam donatio liberalis.*
175 *Præſertim quando eſt in magnum præiudicium donantis.*
176 *Et quando apparet alia cauſa.*
177 *Dubium aliud de quibuſdam Beneficiatis nolentibus vti certu pluuialibus.*
178 *Non leuiter deliquerunt ſic facientes, poſita conſuetudine in illa Eccleſia.*
179 *Contra conſuetudinem firmatam, & n. 180.*
181 *Et Romæ receptam.*
182 *Miniſtris Principis nefas eſt reſiſtere.*
183 *Auctoritas Eminentiſſ. Cardinalis in ea Eccleſia.*
184 *Videtur fuiſſe ſcandalum, quod erat vitandum, & num. 185.*
186 *Ac deliquiſſe contra reuerentiam debitam Canonicis.*
187 *Canonici ſunt membra nobiliora, & clerici primi gradus.*
188 *Canonicatus Collegiatæ in Romana Curia eſt dignior Canonicatu Cathedralis alterius Ciuitatis.*
189 *Beneficiati ſunt veluti ſeruitores Eccleſiæ.*
190 *An præfati Beneficiati cenſeri debeant periuri.*
191 *Malitia periurij.*
192 *Beneficiati non habent ius capitulandi, niſi, &c.*
193 *Solùm Canonici, niſi in certis caſibus.*
194 *Declaratio S. Congregationis.*
195 *Signa Eccleſiæ Collegiatæ, & n. 196.*
197 *Saltem non poſſent facere ſtatutum contra Eccleſiæ ſtatuta.*
198 *Rationabile eſt quod Canonici vtantur diuerſis pluuialibus.*
199 *Corrigendi dicti Beneficiati ab Eminentiſſ.*
200 *Ex conceſſione Henrici III. & Gregorij XIII.*
201 *De benignitate & clementia Eminentiſſ. quid credendum.*
202 *De rigore Iuris quid, & n. 203.*
204 *An inciderint in excommunicationem Bullæ Cœnæ, & n. 205.*
206 *Eccleſia Collegiata quæ ſit.*
207 *Eccleſia multiplex.*
208 *Baptiſmalis quæ.*
209 *Cathedralis in qua Epiſcopus præſidet.*
210 *De alijs Eccleſijs, vſque ad 213.*
214 *Eccleſia Collegiata quomodo probetur.*
215 *Per exercitium actuum argumentiuum Collegium.*
216 *Per actum qui non conſueuerit fieri, niſi collegialiter.*
217 *Si Clerici exerceant iura ſpectantia ad Collegium.*
218 *Quis numerus requiratur, & n. 219.*
220 *An à ſolo Papa erigi valeat.*
221 *DD. negatiuam partem tuentes.*
222 *Nicolai Garciæ ſententia.*
223 *Quæ ſit Collegiata inſignis, & n. 224.*
Præcedit omnes alias. ibid.
225 *Quæ ſtipendia Miſſarum recipere poſſint.*
226 *Non poſſunt recipere alia.*
227 *Ratio huius ſententiæ.*
228 *Teſtatoris mens attendenda, & n. 229.*
230 *S. Congregationis declaratio.*
231 *Quid ſi fundator expreſsè declarauit contrarium.*
232 *Diuerſum quid eſt celebrare, & applicare Miſſam.*
233 *Quid de conſuetudine, quantum ad hoc.*
234 *Parem vim habet cum lege.*
235 *Eſt interpretatiua contractuum.*
236 *Sententia cuiuſdam authoris.*
237 *De Canonicis non cantantibus in choro.*
238 *Peccare aliquando etiam grauiter, & n. 239.*
240 *Ex ſacris Canonibus, & n. 241. & 242.*
243 *Ex Concilijs, & n. 244. & 245.*
246 *Quia peccant contra Religionem.*
247 *Et peccato ſcandali.*
248 *An peccent mortaliter confabulantes.*
249 *Propter irreuerentiam.*
250 *Declaratio S. Congregat.*
251 *An poſſint accipere diſtributiones.*
252 *Conceduntur ob præſentiam, & aſſiſtentiam moralem.*
253 *Præſentia materialis, & corporea.*
254 *Exemplum de audientibus Miſſam.*
255 *DD. ſententia.*
256 *An excuſet conſuetudo, & n. 257.*
258 *An adſit talis conſuetudo.*
259 *Quas conditiones debet habere.*
260 *An pro caſu quo adſit ſtatutum in contrarium, & n. 261.*
262 *An quoad totas diſtributiones.*
263 *Pœna culpæ debet commenſurari.*
264 *S. Caroli Borromæi Pia admonitiones.*
265 *Dubium aliud, & n. 266.*
267 *Simonia facit infamiam facti.*
268 *Reddit irregularem.*
269 *Etiam per inquiſitionem.*
270 *Infamia debet eſſe apud plures, & graues perſonas, & n. 271.*
272 *An comprehendat hunc clericum, & num. 273. & 274.*
275 *Dubium ſextum.*
276 *Caſus.*
277 *Difficultas in quo eſt.*
278 *Si conſtat fuiſſe hoc onus in illa Eccleſia.*
279 *Si non conſtat.*
280 *Fundamentum primæ partis.*
281 *Declaratio S. Congregationis.*
282 *Per hanc vnionem tranſierunt emolumenta Eccleſiæ vnitæ in aliam Eccleſiam.*
283 *Debent etiam tranſiiſſe incommoda.*
284 *Epiſcopus qui non ſentit onera, non debet habere emolumenta.*
285 *Si Eccleſia illa erat grauata ex voluntate, &c.*
286 *Papa an cenſeatur derogaſſe.*
287 *Non eſt vnde oriatur hæc obligatio.*
288 *Quia de illa non conſtat.*
289 *Melior conditio poſſidentis.*
290 *Obligatio eſt inſtar legis, aut præcepti.*
291 *Non ligat ante promulgationem.*
292 *Non oritur ex vnione.*
293 *Si non eſt expreſſa, cenſetur omiſſa.*
294 *Iuris axiomata.*
295 *Mens Papæ in Bulla vnionis.*
296 *Nemo grauari debet duplici onere.*
297 *Obligationes celebrandi, & applicandi Miſſas ſunt diuerſæ.*
298 *Aliqui tenentur celebrare, & non applicare alicui in particulari.*
299 *Id dicitur eſſe in aliquibus Eccleſijs.*
300 *Hoc indicatur à Papa in dicta Bulla.*

I E S V S   M A R I A.

De Epiſcopis, Canonicis, & Beneficiariis.

VAria dubia mihi propoſita ad Epiſcopos, Canonicos & Beneficiarios ſpectantia, ſub hoc conſulto claudere placuit.

Dvbivm Primvm.

2 D. Epiſcopus N. qui poſſidebat beneficium Theſaurariam nuncupatum, cum fuiſſet promotus ad Epiſcopatum, obtinuit à Pontifice diſpenſationem retinendi ſupradictam Theſaurariam, quam poſt tres annos reſignauit ad fauorem certæ perſonæ, cum reſeruatione omnium fructuum quoad vixerit: quam diſpenſationem obtinuit ſub narratiua, quod huiuſmodi Theſauraria eſſet beneficium reſidentiam non requirens, quodque nullas percipere conſueuit diſtributiones quotidianas, tacita qualitate, quod eſſet dignitas in Cathedrali: quæ diſpenſatio, & fructuum reſeruatio emanarunt ſub cauſa conſeruandi ſtatum Epiſcopalem, ſecundum illius exigentiam, qua à pluribus annis non indiget. Ideò dubitatur, an dicta reſeruatio fructuum à principio valuerit, & quatenus ſic, an adhuc duret.

Reſponſio.

3 Plura in hoc facto includuntur, ex quorum enucleatione reſolutio quæſiti penſanda eſt. Primum de retentione huiuſmodi Theſaurariæ ab Epiſcopo, cùm ad Epiſcopatum fuit promotus, an valida fuerit. Secundum, an reſignatio ipſius ad fauorem tertiæ perſonæ cum reſeruatione fructuum, quoad vixerit, valida etiam, aut licita fuerit. Tertium de narratiua illa, quod Theſauraria eſſet beneficium non requirens reſidentiam, & quod nullas perciperet diſtributiones, an vitiauerit diſpenſationem Papæ. Quartum, quod tacuerit Epiſcopus illam qualitatem, quod eſſet dignitas Eccleſiæ Cathedralis, an ſcilicet huiuſmodi reticentia vitiauerit diſpenſationem. Quintum quod diſpenſatio, & fructuum reſeruatio emanauerint ſub cauſa conſeruandi ſtatum Epiſcopalem ſecundum illius exigentiam, poſito quod à pluribus annis citra iam ceſſauerit. Sextum, an ſaltem præſumpta diſpenſatio cum regula *de triennali poſſeſſione*, ſuffragari poſſit D. Epiſcopo, poſito quod per triennium, & vltra potitus fuerit fructibus dictæ Theſaurariæ illis datis à reſignatario. Septimò, an immemorabilis conſuetudo non reſidendi, niſi pro libito ſuæ voluntatis, ipſi ſuffragetur.

4 Et quod primum attinet, reſpondendum videtur, retentionem talis Theſaurariæ cum Epiſcopatu illicitam, & inualidam fuiſſe. Ratio eſt, quia omnia beneficia vacant per adeptionem Epiſcopatus, *cap. cum in cunctis, §. cum vero, de elect.* vbi Panormitanus *numero 3.* & Sanchez *conſil. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 30. numero 2.* & diſpenſatio illam retinendi cum Epiſcopatu, fuit inualida, & illegitima, vtpotè facta per literas vitiatas ſubreptione, & obreptione. Vt enim dixi *tom 4. mea ſumma, verbo litera Apoſtolica, numero 3.* ex Iaſone, Graffio, & Layman, quos etiam alij ſequuntur communiter, Literæ *ſubreptitia* illæ dicuntur, quæ impetrantur exprimendo falſitatem, ſeu tacendo veritatem, ſeu illa quæ ius, & ſtylus Curiæ exprimi iubent. *Obreptitia* verò illæ, quæ impetrantur ſupplicato Papa ſic inuolutè ſub inuolucro verborum, vt non perceperit veritatem. Hæc porrò omnia in præſenti impetratione contigiſſe conſtat. Nam primò ſubreptio contigit exprimendo, quod Theſauraria illa eſſet beneficium reſiden-
5 tiam non requirens, quod eſt falſum. Non ſolùm, quia cum ea ſit de primariis officiis Eccleſiæ, adeo vt *capite 2. de offic. cuſtod.* Cuſtos (id eſt Theſaurarius, vt habent Azor. *tom. 2. inſtitut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 16. quæſt. 8.* & Barboſa *in dict. cap. 2. de offic. cuſtod.*) Archidiaconus, & Archipresbyter, vocentur *tres Eccleſia columna, & meliores, & ſanctiores*, vtique reſidentiam petit, ipſo etiam iure natura dictante, vt ſicut eo cap. dicitur, *nulla negligentia in S. Dei Eccleſia videatur:* ſed etiam quia Concilium 6
Tridentinum *ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 12.* generaliter pro omnibus huiuſmodi beneficiis hæc ſtatuit: *Praterea obtinentibus in iiſdem Cathedralibus, aut Collegiatis dignitates, Canonicatus, prabendas, aut portiones, non liceat vigore cuiuſlibet ſtatuti, aut conſuetudinis vltra tres menſes ab eiſdem Eccleſiis quolibet anno abeſſe, ſaluis nihilominus earum Eccleſiarum conſtitutionibus, qua longius ſeruitij tempus requirunt, alioquin primo anno priuetur vnuſquiſque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam prabenda, ac reſidentia fecit ſuos; quod ſi iterum eadem fuerit vſus negligentia, priuetur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit: creſcente verò contumacia contra eos iuxta ſacrorum 7
Canonum conſtitutiones procedatur.* Cui iuri cohærent alia antiquiora, & plures ſummorum Pontificum conſtitutiones, quæ poſtea emanarunt: itaut quæcunque conſuetudo, etiam immemorialis, nullo modo excuſet à reſidentia in Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus, ſicut atteſtantur reſolutum Nicolaus Garcia *de benef. p. 3. cap. 2. num. 197.* Armendaria *in addit. ad recopil. leg. Nauar. lib. 2. tit. 23. num. 20.* Sanctarellus *var. reſol. q. 4. num. 33.* Vitiari autem gratiam beneficij non narrata qualitate ipſius, quod requireret reſidentiam, colligitur ex Menochio *lib. 2. de arbitr. caſu 201. n. 24.* Caſtro Palao *tom. 2. tract. 13.* 8
diſp. 2. punct. 31. §. 4. n. 14. referente Azorium, & Sanchez.

Contigit etiam ſubreptio (alij vocant obreptio- 9
nem) tacendo id quod ſecundùm ius, & ſtylum Curiæ exprimi deberet, ſcilicet quod talis Theſauraria eſſet dignitas in Cathedrali Eccleſia. Verè enim dignitas eſt, vel pro dignitate computatur. Etſi enim de iure communi dignitas non ſit, ſed officium 10
Eccleſiaſticum, vt tradunt Rebuffus *in praxi, titul. ſecul. benef. num. 9.* Petrus Gregorius *ſyntagm. iuris lib. 15. c. 39.* Antonius Fabric. *de re benef. tit. ac benef. cum dignit. num. 59.* De conſuetudine autem, & omnium ferè Eccleſiarum Cathedralium ſtatutis, inter dignitates refertur, vt per Abbatem *in cap. de multa, num. 23. verſ. ſecus, de prabend.* tenent Azor. *inſtit. mo-* 11
ral. lib. 3. cap. 13. quaſt. 1. 4. & 5. ante fin. Rota in Pampilonenſi *Theſauraria*, 23. Ianuarij 1617. coram Coccino, & latè in Taurin. *Theſauraria* 15. Maij 1520. coram Buratto, inter eius impreſſas deciſ. 473. ex num. 5. & Barboſa *de Canonicatibus, cap. 4. num. 35.* ponderans ex dicta Rota coram Buratto pro- 12
bari Theſaurariam eſſe dignitatem, primò ex ſolutionibus, tam Apoſtolica, quàm ordinaria auctoritate factis, de illa tanquam tertia dignitate. Secundo, ex declaratione Capituli, viſione Bullæ erectionis Theſaurariæ, & aliis iuribus in protocollis Capituli exiſtentibus. Tertio, ex pluribus actibus, & functionibus capitularibus factis, videlicet conuocatione Capituli. Quarto, communi reputatione, nedum Capituli, ſed etiam aliorum, penes quos communiter habita fuit pro dignitate: quam reputationem ponderauit Rota *deciſ. 518. num. 2.* & magis in ſpecie eadem Rota *deciſ. 29. num. 3. part. 2. recent.* Et ſanè cùm ſit adminiſtratio cum iuriſdi- 13
ctione, in quo conſiſtit natura dignitatis, vt dixi *tom. 2. ſumm. capite 13. num. 2.* negari non poteſt, quin verè dignitas ſit, *cap. cum acceſſiſſent, de conſtit.* vbi Innoc. Hoſt. Abb. & Dec. & tenet Gonzal. *gloſ. 5. §. 11. num. 3.* Azor. *tom. 2. lib. 3. cap. 16. quaſt. 6.*

Tertiò contigit ſubreptio, ſeu vt alij vocant, 14
obreptio, reticendo quod talis Theſauraria eſſet

in

in Eccleſia Cathedrali. Huiuſmodi enim qualitas etiam eſt exprimenda; nec ſufficit nomen generale beneficij, quia ſub nomine beneficij in mandatis ambitioſis non venit beneficium in Cathedrali ſitum, *cap. quamuis 1. de prabend. in 6.* Menoch. *ſupr. num.* 73. Caſtrus Palaus *ſupr. num.* 13.

15 Si autem dignitas eſt, & in Cathedrali Eccleſia, vt ſupponitur, certe reticentia talis qualitatis reddit ſubreptam impetrationem literarum, in quibus Epiſcopus diſpenſabatur, vt poſſit illam retinere ſimul cum Epiſcopatu. Etenim, quando illud reticetur, quod ſi fuiſſet expreſſum, Papa iudicio prudentum vel non conceſſiſſet gratiam, vel non eodem modo, tunc contingit ſubreptio. Prout latè Sanchez *lib. 8. de matrimon. diſp.* 21. *num.* 13. Garzia *de beneficiis part. 6. cap. 2. num.* 200. Theſaurus *in prax. part. 2. verbo Gratia, c. 8. §. limiten quod.*

16 Ex quibus etiam infertur, contigiſſe in impetratione huius gratiæ etiam obreptionem, quæ vt dixi, tunc contigit, quando Papa ſupplicatur obſcure, & cum æquiuocatione, ſeu inuolucro verborum, non clarè, & diſtinctè, ita vt Pontifex intelligat naturam, & qualitatem rei, quæ ab ipſo petitur, & conditiones perſonæ, pro qua petitur. Nihil autem obſcurius eſſe potuit, quàm rei, quæ poſtulabatur, qualitates celare, & non vera pro veris ſupponere.

17 Hoc autem contigit, etiam caſu dato, quo Theſauraria non ſit *dignitas, ſed perſonatus*; nam cum ſit talis qualitatis, vt ratione ipſius Theſaurarius habeat gradum, & locum honorificum in choro, conſeſſu, comitiis, & ſuffragiis ferendis, vt habet Azor. *d. c.* 16. de quo late Sebaſtianus Cæſ. *in relect. de Eccleſiaſtica Hierarchia, q. 2. proœm.* §. 5. proculdubio exprimenda erat Papæ, vt ſciret gradum gratiæ, quæ ab ipſo poſtulabatur.

18 Contingere etiam poterat prædicta ſubreptio, ſeu obreptio, ſi D. Epiſcopus non narrauit patrimonium, ſi quod habebat, præter dictam Theſaurariam, præcipuè ſi ad titulum dicti patrimonij fuit ordinatus. Tunc enim tale patrimonium loco beneficij ſubrogatur: ita vt quemadmodum ſi aliud beneficium haberet, illud deberet exprimere, ſic ſi habebat patrimonium. Azor *ſupra lib. 6. cap. 33. quæſt.* 8. Caſtrus Palaus *ſuprà num.* 9.

19 Quoad ſecundum de reſignatione dictæ Theſaurariæ cum reſeruatione fructuum, cum non ſatis exprimatur in caſu an facta fuerit auctoritate Apoſtolica, reſpondendum, quod ſi ea facta eſt ſine Papæ diſpenſatione, proculdubio valida, aut licita eſſe non potuit, ſed potius ſimoniaca, *c. p. quàm pio 1. q. 2. cap. fin. de pactis*, maxime ex Pio V. in Bulla *Intolerabilis*, quæ extat *tom. 2. Bullarij*, inter conſtitutiones huius Pontificis *num.* 85. & quam ad verbum referunt Quaranta in *ſumma Bullary, verbo Simonia*,
20 & Navarrus *in Man. c.* 23. Etenim vna ex actionibus, quæ ibi ſub graviſſimis pœnis prohibentur vt ſimoniacæ, eſt reſignatio beneficij, vt *illius fructus, vel eorum pars alij, vel aliis concedantur.* Vbi nomine *alij* etiam intelligitur ipſe reſignans, vt habent Salzedo *ſuper practicam Bernardi Diaz, cap.* 91. Rodriguez *tom. 1. ſumm. cap. 56. num.* 7. Sanchez *conſil.*
21 *mor. lib. 2. cap. 3. dub. 34. num.* 9. Imò vt ſimonia confidentialis, vt rectiùs putant Corduba, Rodriguez. Salzedo, Maſcardus, & Maiolus, quos affert Sanchez *ſuprà num.* 11. ac etiam Suarez *lib. 4. de Simonia, cap. 43. num 7.* Garcia *de Beneficiis, part.* 11. *cap. 3. num* 194. Caſtrus Palaus *tom. 4. de Simonia, diſp. 3. punct.* 18. *num.* 6. contra Vgolinum, Menochium, & Leſſium apud eundem Caſtrum; imò & contra Sanchez *ſuprà*. Nec leuibus fundamentis
22 hoc aſſertum nititur. Primum id eſt, quia ex proœmio legis, ſeu diſpoſitionis colligitur cauſa finalis, & intentio diſponentis, *l. fin. ff. de hæred. inſtit.* & docent Navarr. *Summ. Lat. cap. 23. n.* 109. §. *quod autem*, Gomez *reg. de Annuls poſſeſſ. quæſt.* 1. Mandoſius *reg. 9. Cancell. q. 5. n.* 3. Gutierez *lib. 1. pract. q. 89. n. 5. & 6.* At Pius quintus in proœmio dicti motus prij ſignificans mala, quæ ex ſimonia confidentiali, quam ibi ponit, ſequuntur, dicit: *Beneficia in alios deponunt, & in pleriſque fructus ipſorum aut eis miniſtruntur, aut quibus ipſi ſtatuunt: alij vt beneficia infantibus, aut aliis naſcituris aſſervent, facto interdum circuitu retroceſſionis cum reſervatione fructuum, alij* 23
aliis beneficia dari procurant, vt de illis poſtmodum ad libitum ſuum diſponatur, fructus etiam percipientes illorum. Vbi ſæpius repetit, quando eidem fructus reſeruantur. Secundum, quia in fine motus proprij inter coniecturas, quibus ſimoniaca confidentia probatur, ponit hanc Pius quintus, quando reſignans 24
poſt factam reſignationem, & acceptam ab alio beneficij poſſeſſionem, adhuc percipit fructus. Tertiū, quia ſi reſignate cum pacto, vt dentur alij fructus eſt ſimonia confidentialis, ergo & cum pacto dandi eidem reſignanti fructus, eadem enim videtur ratio. Quartum, quia vt dixi, per illa verba *alij*, vel *aliis*, 25
non debet reſignans excludi, imò potiùs debet com- 26
prehendi: cum enim ibi loquatur Pontifex de accipiente beneficium, vt conſtat ex illis verbis: *Si quis quacunque authoritate Eccleſiam, vel monaſterium, &c. receperit, vt fructus, vel eorum pars alij, vel aliis conferantur, vel penſiones ſoluantur ex eiſdem, hæc confi-* 27
dentia cenſeatur: Reſignans autem alius eſt à recipiente. Ergo ſi recipiens promittit illi ſoluere penſionem, vel fructus pro reſignatione facta, hoc crimen confidentiæ cenſetur commiſiſſe.

Conſequenter etiam incurſæ erunt pœnæ ſimo- 28
niæ confidentialis, quæ ex Caſtro Palao *ſupra punct.* 25. *num.* 8. ſunt ſequentes: Prima, excommunicatio Papæ reſervata, tam dantibus, quam accipientibus. Secunda Epiſcopis, & collatoribus interdictum. Tertia, reſignatio, & collatio beneficij nulla. Quarta inhabilitas ad idem, & alia beneficia obtinenda. Quinta, reſervatur illud beneficium, in quo hæc ſimonia eſt commiſſa, Sedi Apoſtolicæ, ita vt Ordinarius non poſſit in illius proviſione ſe intromittere. Sexta, fructus malè percepti Cameræ Apoſtolicæ applicantur. Septima priuat committentem omnibus beneficiis, & penſionibus antea obtentis, & inhabilitatem inducit ad alia obtinenda. De quibus pœnis, & ipſarum intelligentia ipſe Palaus, & Sanchez relati.

Si porrò ea reſignatio facta eſt ex Papæ diſpenſa- 29
tione, oportet quod literæ hanc gratiam concedentes vitiatæ non fuerint ſubreptione, aut obreptione, de qua circa primum punctum dixi; alias nullæ erunt, & nullius valoris, prout ex *cap. ad aures, cap. conſtitutus, cap. ſuper literis, de reſcript.* & *cap. vlt. de fil. Presbyter. in 6.* Graffio, & Laymano dixi *tom. 4. ſumm. verb. litera Apoſtolica, num.* 4. Vbi etiam ex Sanchez, Laymano, & Theſauro, etiamſi ſubreptio, vel obreptio per ignorantiam, & bonam fidem con- 30
tigerit, quia hoc non eſt pœna, ſed defectus voluntatis Papæ. Nec reualidatur, aut ſanatur vitium per cauſam falſam expreſſam, ea poſtfacto verificatam, Theſaurus *in praxi, part. 2. verbo Gratia, cap. 8. §. ampliæ quod ſi gratia.*

Circa tertium, quod attinet ad illam narratiuam 31
de Theſauraria illa quod non requireret reſidentiam, iam eſt dictum circa primum punctum, id eſſe falſum, at perinde narrationem illius reddidiſſe literas Papæ ſubreptitias, & conſequenter vitioſas, & inualidas, iuxta modò dicta. Idem dicendum de alia 32
narratiua, quod ex illa Theſauraria nullæ perciperentur diſtributiones quotidianæ, poſito quod per-

ciperentur; non ſolùm quia Pontifex diverſum iu-
dicium de illa formaret in vtroque caſu, & ita poſ-
ſet vel non concedere diſpenſationem ad illam reti-
nendam, & reſignandam; vel alio modo, aliave
33 limitatione concedere, *argum. cap. cui, de prabend.*
in 6. Et quia in impetratione beneficij, ſecundum
Regulas Cancellariæ, valor illius exprimi debet,
eſto quod iure communi id non requiratur. Meno-
34 chius *de arbitr. lib. 2. caſ.* 201. *num.* 78. Caſtrus
Palaus *tom. 2. tract.* 13. *diſp. 2. punct.* 31. §. 4. *n.* 16.
Conſtat etiam ex dictis quid dicendum ad quartum
punctum de reticentia illius qualitatis. Generaliter
enim loquendo in impetratione diſpenſationis non
ſolum exprimenda ſunt ea quæ iura iubent exprimi,
ſed & ea quoque quæ ſecundum ſtylum Curiæ, aut
35 conſuetudinem exprimi debent, cum ſtylus Curiæ
faciat ius, *cap. quam graui, de crim. falſ.* & conſue-
tudo pro lege obſeruanda ſit, *l. minimè, ff. de legib.*
Marcardus, Decianus, Menochius, Gutierrez, Fla-
minius, & Suarez, quos refert & ſequitur P. Diana
p. 8. tract. 3. reſol. 50.

36 Porrò circa quintum, quamuis probabilis videa-
tur ſententia multorum dicentium, ceſſante cauſa
diſpenſationis, non ceſſare ipſam diſpenſationem,
prout tenent aliqui, quos refert Sanchez *lib. 8. de*
matrim. diſput. 30. *n.* 13. & alij quoque quos refert,
& ſequitur P. Diana *p. 8. tract. 3. reſol.* 24. quia ta-
men probabilior & ſecurior eſt contraria, quam
cum multis aliis tenet Sanchez *ibidem, n.* 14. Ami-
cus *tom. 5. diſput. 6. ſect.* 10. *num.* 173. Portellus *in*
reſponſionibus moral. tom. 2. caſ. 49. *num.* 19. ſpecia-
liter Gonzalez *ſup. Regul. 8. Cancellar. gloſ.* 13. *n.* 67.
vbi quod ceſſante cauſa reſeruationis, ceſſat reſer-
37 uatio ipſa, ideo conſulenda eſt D. Epiſcopo. Eo præ-
ſertim, quod quando diſpenſatio, & eius cauſa ha-
bent tractum ſucceſſivum, nec finiuntur vnica actio-
ne, tunc ceſſante cauſa, ceſſat etiam diſpenſatio, vt
rectè Suarez *lib. 6. de legib. c.* 20. *num.* 18. & The-
ſaurus *in prax. p.* 1. *cap.* 20. *differentia* 9. eo quòd
ſi talis diſpenſatio per modum vnius concipiatur,
re tamen vera eſt multiplex, & vnaquæque propriam
cauſam ſuo tempore requirit, & ita ea ceſſante, ceſſat
etiam diſpenſatio. Sicut ceſſaret in caſu in quo Papa
diſpenſaret cum aliquo ratione infirmitatis, ne ieiu-
naret, aut quod comederet carnes, aut ne recitaret
officium diuinum, ſi poſtea ſic diſpenſatus ſanitatem
38 integrè recuperaret. Ad quod accedit, quod cum
gratia reſervationis fructuum ſit valdè exorbitans, &
non ſolita concedi, niſi DD. Cardinalibus, excepto
quando occurrit magna aliqua cauſa (Pariſius de
reſignat. lib. 6 q. 4. num. 34.) ſtrictè eſt explicanda, vt
minus lædat ius commune, obligans ad ſui obſervan-
tiam: nec credendum, Papam diſpenſantem aliter
voluiſſe. Eo quoque, quod quando aliquid datur ex
39 vna cauſa, ſi illa non ſequatur, reuocatur, *l. 1. ff. de*
condict. cauſa data. Quia cauſa eſt proxima condi-
tioni, ita vt ſicut neceſſe eſt purificare conditionem,
ſic & cauſam. Barboſa *in axiomat. iur. axiom.* 40. poſt
alios. Præſertim quia reſeruationem eſſe odioſam,
40 quia detrahit iuriſdictioni ordinarij, ex pluribus
probat Gonzalez *ſup. Regul. 8. Cancellar. §. 6. proœm.*
n. 6. & 12. Etiamſi ſit per vim legis generalis, &
in corpore iuris clauſæ, *ibidem n.* 12.

41 Multo minus iuvat D. Epiſcopum Regula Can-
cellariæ *de triennali poſſeſſione*, qua cauetur, quod qui
pacificè aliquod Beneficium abſque ſimoniaco ingreſſu,
vel intruſione per triennium poſſedit, præſcribat contra
actionem cuiuſlibet impeditoris. Etſi enim Regula
iſta procedat non ſolùm in foro externo, ſed etiam
interno, prout contra Covarr. Molinam, Turrian. &
Caſtrum Palaum, & alios tenent Leſſius, Azorius,
Sanchez, Garcia, Hurtadus, Tannerus, & D. de Lu-
go, quos refert, & ſequitur Diana *q. 9. tract. 8. reſol.* 42
67. nihilominus multa ſunt propter quæ D. Epiſ-
copus excluditur à beneficio huius Regulæ. Primò
quidem, quia ipſe non videtur poſſeſſor bonæ fidei,
ſed malæ fidei, eo quòd ſciens, & prudens diſpenſa-
tionem ſibi conceſſam invalidam fuiſſe, ea vſus eſt,
& communis ſententia tenet cum Tannero, Dica-
ſtillo, Becano, Reginaldo, Layman, Hurtado, San-
chez, & aliis, quos ſequitur Diana ſuprà, poſſeſſorem
malæ fidei non iuuari hac Regula. Præſertim cum 43
Regula generalis illa ſit, quæ habetur in 6. quod
malæ fidei poſſeſſor non præſcribit, & hæc Regula
etiam in ſpiritualibus procedat, vt benè Gloſſa *cap.*
contingit, de dolo & contum. verb. Conſtituantur. De
quo plura piè, & doctè Genuenſis *in practicabilibus,*
quæſt. 62. Secundò, quia eſto admitti poſſet oppo-
ſitam ſententiam negantem eſſe neceſſariam, bonam 44
fidem, & eſſe probabilem, prout docuerunt Emanuel
Sa (etſi correctus à Magiſtro ſacri Palatij) Co-
uarruuias, Palaus, Ludouicus Gomez, imò &
Eminentiſſimus de Lugo relati ab eodem Diana; ni-
hilominus cum Regula ipſa loquatur expreſsè de
titulo beneficiali, ſeu de vero titulari, non iuvat
Epiſcopum, qui purus & merus reſeruatarius fru-
ctuum eſt ſine officio, ſeu adminiſtratione ſpirituali.
Pariſius *ſuprà n.* 44. Theſaurus *in prax. part. 1. cap.*
32. q. 5. Genuenſis *ſupra.* Et ſanè ſi hæc Regula
de triennali, non habet locum in Beneficio vnito, 45
quia jam eſt extinctum, & non entis nullæ ſunt qua-
litates, *l. eius, ff. ſi cert. pet.* Gomez *in d. Regul. de*
trienn. q. 98. *num. fin.* Mandoſius *ibidem q.* 14. Ca-
putaquenſ. *deciſ.* 339. *part.* 3. Gonzalez *ſup. Regul.*
8. *Cancellar. gloſſ. 5. §. 7. num.* 8. multo minus pro-
cedet in mero reſervatario fructuum, cum reſerva-
taria iſta nec ſit, nec fuerit vnquam beneficium, de
quo ſolùm loquitur Regula *de triennali.* Præterea 46
ſi eadem Regula non ſuffragatur poſſeſſori vigore
concordiæ, cui contravenit, vt fuit reſolutum in
vna Placentina *Decanatus*, 11. Ianuarij 1597. co-
ram Peña, vt habet idem Gonzalez *ſuper gloſſ.* 27.
num. 8. nec ſuffragabitur ei, qui pluribus aliis legi-
bus contravenit. Maximè, quia ſi hæc Regula non
habet locum in penſionibus, ita vt illas per trien-
nium non ſoluens non iuvetur ipſa, prout docent 47
Rebuffus *de pacifica poſſeſſ. num.* 92. Gomez *ad Re-*
gul. de trienn. q. 50. & Sanchez *lib. 2. conſil. moral.*
cap. 1. dub. 29. num. 11. multo minus habebit locum
in reſeruataria pura fructuum, quæ magis diſtat à
beneficio, quam penſio. Tertiò quoque, quia ipſa-
met Regulâ videtur excluſus D. Epiſcopus, ſiqui- 48
dem excluditur in ipſa, qui beneficium ſimoniaco
ingreſſu poſſedit; in hanc autem reſeruatariam vide-
tur ingreſſum fuiſſe Epiſcopum ſimoniacè, ſimonia
quidem confidentiali, quæ, vt dixi in ſuperioribus,
committitur ab eo qui renunciat ſine legitima Papæ
licentia aliquod beneficium alicui cum reſeruatione
fructuum, prout contigit in præſenti in reſignatione
dictæ Theſaurariæ per literas ſubreptitias, aut obrep-
titias, vt dictum eſt. Quartò, quia poterit aliquis exi- 49
ſtimare D. Epiſcopum cenſeri debere vt intruſum
in huiuſmodi reſeruatariam; ſiquidem non eſt in-
greſſus in eam legitimè, ſeu per collationem, aut
proviſionem legitimam, ſed nullam, & invalidam ob
ſubreptionem, aut obreptionem; Regula autem *de*
triennali excludit huiuſmodi intruſos. Gomez *in d.*
Regul. de trienn. q. 47. & 48. Coſmas *in pragmat.*
ſanction. tit. de pacific. poſſeſſ. Sanchez *ſupra, dub.* 34.
Theſaurus *in prax. part. 2. cap.* 1. licet hoc non vi-
deatur ſubſiſtere, quia Regula loquitur de intruſo
in beneficium, iſta autem reſeruataria beneficium
non eſt, vt dixi.

Quia verò plura ex dictis melius intelligi poſſunt, 50
ſi

ſi afferantur verba ipſius Regulæ *de trien.* quæ eſt 33. inter Regulas Cancellariæ, eam hic placet referre. *Si quis quacunque Eccleſiaſtica beneficia, qualiacunque ſint abſque ſimoniaco ingreſſu ex Apoſtolica, vel ordinaria collatione, vel electione, & electionis huiuſmodi confirmatione, ſeu præſentatione, & inſtitutione illorum, ad quos beneficiorum huiuſmodi collatio, proviſio, electio, & præſentatio, ſeu quævis alia diſpoſitio pertinet, per trienmum pacificè poſſederit, dummodo in beneficiis, ſi diſpoſitioni Apoſtolicæ ex aliqua reſervatione generali in corpore iuris clauſa, reſervata fuerint, ſe non intruſerit, ſuper eiſdem beneficiis taliter poſſeſſis moleſtari nequeat. Necnon impetrationes de beneficiis ſic poſſeſſis factas irritas, & inanes cenſeri debere decrevit, antiquas lites ſuper illis motas peni-*
51 *tus extinguentes.* Hæc porrò Regula ortum habuit ex quodam decreto Concilij Baſileenſis *ſeſſ.* 21. vbi ſic: *Quicunque non violentus ſed habens coloratum titulum pacificè, & ſine lite prælaturam, dignitatem, beneficium, vel officium triennio proximo habitum poſſidet, vel in futurum poſſidebit, non poſſit poſtea in petitorio, vel poſſeſſorio à quoquam, etiam ratione iuris noviter impetrati moleſtari, excepto hoſtilitatis caſu, vel alterius legitimi impedimenti, de quo proteſtari, & il-*
52 *lud intimare teneatur.* Ratio autem tum decreti Concilij, tum huius Regulæ *de triennali eſt*, non ſolum propter vitandas lites in materia beneficiorum, ſed etiam ad puniendum negligentiam non reclamantium contra iniuſtos poſſeſſores illorum. Gomez *in Regula trien. q.* 28. Sanchez, *ſupra dub.* 20.

53 Vnum tamen, & ſeptimum ex adductis, ſtare videtur pro D. Epiſcopo, ex quo plura ex iis, quæ adducta ſunt, corruere apparent. Illud autem eſt, quod vt ſupponitur, Theſaurarij, qui pro tempore d. Theſaurariam obtinuere, nunquam in ea Eccleſia reſidentiam fecere, niſi iuxta arbitrium voluntatis eorum, ex quo videtur ſequi conſuetudine immemorabili introductum fuiſſe, vt tales Theſaurarij non teneantur reſidere: eo præſertim quod Concilium
54 Tridentinum loco illo relato *ex ſeſſ.* 24. *c.* 12. nihil faciat ad intentum, cum etſi præcipiat talem reſidentiam cum derogatione conſuetudinum in contrarium, non tamen derogat conſuetudinibus immemorabilibus, quibus non derogatur, niſi expreſſa mentio de illis fiat: ex quo etiam corruere videntur ea quæ dicta ſunt de ſubreptione aut obreptione in impetratione huius diſpenſationis.

55 Ad hæc tamen plura dici poſſunt. Primò quidem, quod quamuis admitteretur, ex hoc excuſari poſſe eam diſpenſationem ob reticentiam reſidentiæ requiſitæ pro Theſauraria, non tamen excuſaretur ob reticentiam qualitatis illius, quod ſcilicet eſſet dignitas, & *in Eccleſia Cathedrali*, quæ reticentia fuit in
56 impetratione diſpenſationis, vt dictum eſt. Cum enim hæc qualitas ſit diverſa à reſidentia, diverſum iudicium de illa eſt formandum. Etenim diverſorum diverſum eſt iudicium, *l. inter ſtipulantem, §. ſacram ff. de verbor. obligat.* Gratianus *Marchia deciſ.* 32. *num.* 8. *& deciſ.* 42. *num.* 10. Barboſa
57 *in Axiomat. iur. axiomat.* 24. *num.* 6. Deinde dico, eſto quod loco relato ex ſeſſ. 24. Concilij non derogetur conſuetudinibus immemorabilibus, derogatur tamen ipſis ab eodem Concilio, etiam in materia re-
58 ſidentiæ *ſeſſ.* 21. *cap.* 3. & *ſeſſ.* 22. *cap.* [illegible] 3. Vnde nihil eſt in Concilio pro D. Epiſcopo, ſed potius multa contra ipſum. Addo tertiò nec [illegible] *illud* 12. *ſeſſ.* 24. illi ſuffragari, eo quod non fiat mentio ibi de conſuetudinibus immemorabilibus. Etſi enim generaliter loquendo conſuetudo immemorabilis non cenſeatur auferri, niſi de ea fiat expreſſa mentio in lege, vel decreto revocante conſuetudinem, etiam appoſita dictione vniuerſali, vt docent Gloſſa *in auth.*

vt de cætero, §. vt de cætera, verb. præſcriptione, collat. 5. Angelus, Tiraquellus, Aſflictus, Covarruuias, Gutierez, & plurimi alij, quos refert, & ſequitur Santarellus *var. reſol. quæſt.* 4. *num.* 34. Nihilominus tamen hoc fallit in caſu præſenti de iſto decreto reſidentiæ. Extenditur enim etiam ad caſum, quo eſſet immemorabilis conſuetudo in contrarium: prop- 59
ter declarationem S. Congregationis ſub Gregorio XIII. quam referunt Garzia *de benefic. part.* 3. *c.* 2. *n.* 197. Armendariz *in addit. ad recop. leg. Navarr. lib.* 2. *tit.* 23. *de reſidentia, num.* 20. Sanctarellus *ſupra num.* 33. Barboſa *in Collect. Concil. ad illum locum num.* 60. & alibi ſæpius. Vnde Leonardus Leſſius *in Relationibus theolog. poſthumis, verbo Beneficium, caſ.* 18. etſi admittit poſſe per conſuetudinem de- 60
rogari iuri de reſidentia, dicit tamen hoc intelligi niſi Romæ aliter ſtatutum fuerit. Ratio autem huius declarationis S. Congregationis ea eſt, quia 61
cum tollitur conſuetudo tanquam iniqua, & irrationabilis, cenſetur etiam ſublata conſuetudo immemorabilis, vt notant Azeuedo *in l.* 3. *tit.* 1. *lib.* 1. *recopil. num.* 21. Dueñas *Regula* 144. *ampl.* 3. Felin. *in cap. cum ex officij, de præſcript. num.* 14. Tiraquellus *lib.* 2. *de retract. Conuent.* 9. 1. *gloſſ.* 2. *num.* 25. Covarruuias *lib.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 5. *ad med. verſ. Aduertendum tamen.* Concilium verò derogans con- 62
ſuetudini de non reſidendo ſimpliciter, vel de non reſidendo vltra tres menſes, videtur illi derogare tanquam irrationabili. Accedit quod probandum reſtat, quod talis conſuetudo fuerit introducta, & obſeruata 63
cum tolerantia Eccleſiæ, vel Papæ, aliàs nihil valeret, vt docent Carolus de Graſſis *de effectib. Clericat. effect.* 3. poſt Baldum *in conſil. quodam poſt deciſ. Pedemont.* 69. *num.* 39. Riminald. iun. *lib.* 1. *conſil.* 25. *num.* 35. & Sanctarellus *ſup. n.* 40.

Si vrgeas vlterius, quod non obſtante Concilio, 64
aut declaratione ipſius adductâ, potuit conſuetudine introduci quod habentes dignitates in aliqua Eccleſia poſſint ab illa abeſſe, etiam vltra tres menſes, & interim percipere fructus, vt docent Navarrus *in ſumm. cap.* 25. *num.* 121. Selua *de benefic.* 4. *p. quæſt.* 2. *num.* 5. nec diſſentit Leſſius *lib.* 2. *de iuſt. cap.* 24. *num.* 162. maximè loco relato ex *relectionibus poſthumis.* Reſpondeo, quod quando lex repro- 65
bat aliquam conſuetudinem, tanquam iniquam, & irrationabilem, prout contingit in præſenti, non poteſt de novo introduci conſuetudo contra talem legem vt habet Sanctarellus *ſupr. num.* 41. poſt Abbatem, Buttrium, Tiraquellum, Couarruuiam, & plures alios, quos refert. Idem dico de non receptione 66
talis legis, ſeu declarationis, propter eandem rationem, & quia ad hoc erat neceſſaria ſcientia, & conniuentia Principis ferentis legem, ſcilicet Papæ, prout etiam ex multis aliis DD. comprobat idem Sanctarellus *num.* 44. quæ tamen non adſunt in hac materia reſidentiæ.

Aliud quod in favorem Epiſcopi afferri poſſet, 67
ſcilicet quod ſaltem ratione vſucapionis triennalis ipſorum fructuum potuerit præſcribere ne teneretur illos reſtituere, eo præſertim quod fructus beneficij præſcribuntur triennio, cum ſint res mobiles, Covarruuias *regula Poſſeſſor,* 2. *p. §.* 2. *num.* 5. Sanchez *lib.* 2. *in Decalog. cap.* 5. *num.* 12. Hoc, inquam, nec favet Epiſcopo, cum etiam ad vſucapionem (ſiue ſit res diſtincta à præſcriptione, ſiue non) requiratur bona fides. Molina *tom.* 1. *de iuſt. &* 68
iure, tract. 2. *diſp.* 60. *§. vſucapionem.* Theſaurus *in prax. p.* 1. *c.* 32. hæc autem bona fides non poteſt eſſe in Epiſcopo, quia bona fides eſt *credulitas, quâ quis prudenter iudicat rem eſſe ſuam.* Molina, Reginaldus, 69
Leſſius, Lopez, Filliucius, & alij, quos refert, & ſequitur Bonac. *de Reſtitut. in genere, diſp.* 1. *q.* [illegible] *punct.* 2.

§ 2.

§.2. n.15. at verò Epiſcopus nun poteſt *prudenter* iudicare illos fructus eſſe ſuos, cum diſpenſatio ad illos retinendum fuerit ſubreptitia, aut obreptitia, & eſto quod legitima eſſet, ceſſauerit ob ceſſationem cauſæ, vt dictum in præcedentibus, vbi etiam de confidentiali ſimonia.

70 Ex quibus iam patet ad quæſitum huius conſulti, prædictam reſeruationem fructuum dictæ Theſaurariæ neque à principio valuiſſe, neque modo temporis tractu valere poſſe. Innititur enim baculo arundineo, ſcilicet diſpenſationi irritæ, & nullæ, ea qua vtpotè ex fonte vitiato nunquam puri latices. Vnde nullum ex tali diſpenſatione commodum conſequi potuit, aut poteſt Epiſcopus, *cap. ſuper lit. de reſcript.* ibi, *nullum ex illis literis commodum conſequantur*, & *cap. ſedes, eod.*
71 *tit.* ibi: *Mendax precator careat penitus impetratis.* quod etiam habetur *l. & ſi legibus 5. Cod. ſi contra ius*, Abbas *in d. cap. ſuper lit. n. 1. not. 2.* Imola *n.6.* Barbatius *n.24.* Sanchez *lib.8. de Matrim. diſp. 21. num.65.*

72 Conſequenter etiam nec reſignatarius titularis, cui Epiſcopus reſignauit dictā Theſaurariam poteſt illam retinere, etiam poſt Epiſcopi obitum, aut aliquod emolumentum recipere ex ipſa. Innititur enim eidem vitiatæ diſpenſationi, quæ ſicut reſignanti nullum commodum afferre potuit, ſic nec reſignatario; correlatiuorum enim idem eſt iudicium, & eadem diſciplina, & de vno diſpoſitum trahitur ad aliud, *l. fin. ff. de acceptil. l. fin. Cod. de indicta viduit. tollend.* & correlatiuo vno destructo, deſtruitur & aliud, *l. filio,*
73 *§. matri, ff. de ad mend. leg.* ac regula correlatiuorum eſt regula parium, *leg. Iulia, §. ſi procur. ff. de actionib. empt.* de quibus omnibus Barboſa ex variis iuribus, & DD. *in Axiom. iur. axiom. 61. per totum.*

74 Eo vel maximè, quia cum reſignatio talis Theſaurariæ, vt dictum in præcedentibus, fuiſſe videatur ſimoniaca ſimoniæ conuentionalis, ideo præfatus reſignatarius titularis incurrit non ſolum pœnam excommunicationis Papæ reſeruatam, ſed nullitatem Theſaurariæ ſibi reſignatæ, incapacitatem ad idem, & alia beneficia, & fructus ipſorum, prout patet ex Bulla *intolerabilis*, Pij V. & authoribus relatis. Vnde nec datur illi actio contra bona relicta ab Epiſcopo,
75 caſu quo mortuus ſit, quia cum talis reſignatio irrita, & inualida fuerit, nullum ius reſignatario tribuit, & actus à principio nullus nullum producit iuris effectum, *l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. cap. ad præſentiam, de appellat.* & ibi DD.

76 Nec fauet illi clauſula illa, *ſiue quovis modo vacet.* Quidquid enim ſit de huius clauſulæ intelligentia, de qua Nicolaus Garzia *de Beneficiis part. 11. cap. 1.* ſemper debent iuſtificari literæ Papæ concedentis talem reſignationem cum illa, vel alia quacumque clauſula, quod fieri non poteſt, poſita ſubreptione, & obreptione, qua laborant, vt dictum manet.

77 Solum ergo reſtat conſulendum reſignatario poſſidenti dictam Theſaurariam, vt quia in præſenti agitur de periculo animæ, in quo caſu, vt ait Genuenſis *in practicabil. q. 62.* non eſt attendendum ad *ſubtilitates*, recurrat ad S. Pœnitentiariam, quæ in ſimilibus caſibus benigniſſimè ſolet diſpenſationem concedere, reualidando titulum inualidè à principio obtentum, vel alio modo, præſertim ſi caſus ſit occultus, aut non deductus ad forum contentioſum.

IESVS MARIA.

Dubium Secundum.

DE penſione impoſita ab Epiſcopo ſuper quodam beneficio, & poſtea redempta. 78

Caſus.

Illuſtriſſimus Epiſcopus N. cuidam per concurſum ad quoddam beneficium curatum electo penſionem impoſuit 100. florenorum tribuendorum cuidam ab ipſo nominato: qui poſtea illam tranſegit beneficiario propter pecuniam datam. Quæritur quid iuris.

Reſponſio.

Dico primò, impoſitio huius penſionis ſuper beneficio non poteſt fieri ſtando in iure communi, 79
niſi ſolum per Papam. Ratio eſt, quia ita decitur *in cap. vnico, vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur*, vt ibi firmant DD. communiter, ac ſequuntur, ſpecialiter Rebuffus *in prax. benefic. tit. Requiſita ad collationem, à num. 6. & de pacific. poſſeſſ. n. 117.* Flaminius *de confident. q. 28. n. 120.* Vgolinus *de ſimonia, tabula 1. de ſimon. in genere, c. 28. §. 3. n. 6.* Azor. *tom. 2. lib. 8. cap. 6. q. 1.* dicens hoc eſſe *extra omnem controuerſiam.* Secundò, quia ſolus Papa eſt, 80
ad quem pertinet bonorum omnium Eccleſiaſticorum libera adminiſtratio, *cap. 2. de præbend. in 6.* & *Clem. 1. in fin. vt lite pendente*, Gigas *de penſion. q. 6. n. 1.* Garcia *1. part. de benef. c. 5. n. 274.* Debet tamen iuſta cauſa huius impoſitionis ſubſiſtere, *v. g.* vtilitas Ec- 81
cleſiæ, quæ ſemper eſt præſumenda, dum contrarium non conſtet, Gigas *q. 1. n. 4. & q. 6. n. 7.* Garcia *ſup. num. 278.*

Nec obſtat ſi pro Epiſcopo dicatur ipſi competere 82
facultatem imponendi penſiones ſuper beneficiis, iuſta cauſa ſubſiſtente, *c. paſtoralis, de iis quæ fiunt à Prælatis, cap. prohibemus, de cenſib. & duobus ſequent.* Abbas *in c. conquerente, n. 5. de Cler. non reſid.* Felin. *in* 83
c. ad audientiam, n. 4. & 5. de reſcript. Rebuffus *de pacif. poſſeſſ. n. 23.* & alij relati à Rota in vna *Medit. Canenſitatus*, 6. Martij 1595. & in alia *Albiganenſi confidentiæ, p. 2. recent. deciſ. 166.* & multis aliis relatis à Gonzalez *ſup. regul. 8. Cancellar. gloſſ. 5. §. 5. n. 27.* Hæc enim doctrina ſolùm eſt accipienda de penſione non perpetua, ſeu impoſita ſuper perſonam beneficiarij, ac per conſequens quæ non duret poſt eius mortem; non de penſione perpetua impoſita ſuper beneficio, quæ durat ad vitam penſionarij. Rota *deciſ. 437. n. 2. part. 1. recent.* apud Farinacium. Gigas *q. 6. de penſionibus*, cum Innocentio, Imola, Felino, Anchatano, Oldrado, Decio, Anton. & aliis, quos citat. Quod etiam tenet, & latè probat Gambar. *de offic. & poteſt. Legati, lib. 6. cap. 77.* & videtur poſſe probari *ex cap. Conſtitutum, de religioſis domibus*, & *cap. cum veniſſet, de reſtit. ſpoliat.* & *cap. Veniens, cap. de cætero, de tranſact.* Suarez *tom. 1. de Relig. tract. 3. lib. 4. de ſimon. cap. 24. num. 37. & cap. 34. n. 16.* Leſſius *de iuſtitia, & iure lib. 2. c. 34. n. 206.* Azor. ſuprà relatus, Naldus *in ſumma verbo penſio, num. 1.* Bonacina *de ſimon. quæſt. 4. §. 15. n. 9.* Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 85. num. 1.* innumeris aliis, Caſtrus Palaus *p. 2. tract. 13. diſp. 1. punct. 11. §. 1. num. 4.*
Caſu autem quo intelligantur de penſione impoſita 84
ipſi beneficio, ſolum eſt id accipiendum in caſu litis, cauſa pacis, & concordiæ, prout tenent Panormitanus,

nus, Cardinalis, Gigss, & Caccialupus, quos refert,
& ſequitur Suarez *ſuprà, cap.* 51. *n.* 18. & Paulus etiam
ſupra. Quamuis nec hoc admittant Garcia *de beneſic.
part.* 1. *c.* 5. §. 2. *num.* 333. Azor, & Reginaldus, quos
etiam refert, & ſequitur Bonacina *ſupra*, referens quo-
que Rotam in vna Calaguritana *beneficij* de Onda-
reg, 28. Martij 1583. coram Lancelloto, & in alia Ca-
laguritana *beneficij de Arſiela*, 18. Iunij 1593. coram
Gipſio.

85 Quidquid autem ſit de iure communi, nihilomi-
nus quod de facto propter ſtylum Curiæ non admit-
tentis huiuſmodi penſiones ſuper beneficia, non poſ-
ſint imponi ab Epiſcopo, ac per conſequens in caſu
præſenti hanc penſionem non potuiſſe ab Epiſcopo
imponi, certa veritas eſt. Quam tenent non ſolùm
Suarez, Leſſius, Bonacina, & Palaus relati, ſed etiam
Granutius *de reſeruationibus q.* 62. *num.* 6. & 7. alle-
gans decretum Pauli IV. & declarationem S. Con-
gregationis, Sanchez *tom.* 5. *conſil. moral. lib.* 2. *cap.* 3.
num. 12. referens etiam Lopez, Sotum, Toletum,
Aragon. Rodriguez, Nauarrum, & Beiam, adde Lay-
manum *lib.* 4. *tract.* 1. *c.* 18. *n.* 2. Naldum *ſuprà* Salon.
86 2. 2. *q.* 93. *art.* 2. *controu.* 6. Petrum Ledeſmam 2. *part.
ſum. tract.* 12. *conſil.* 20. & 21. & alios. Nam vt in-
quit Leſſius citatus, *ſtylus Curiæ ius facit: quod maxi-
mè in penſionibus verum eſt, quarum ius vniuerſum con-
ſtat ex conſuetudine.*

87 Potuit tamen imponi penſio etiam ſuper benefi-
cium, ſi id fieret cum reſeruatione *aſſenſus Apoſto-
lici*: ita ſcilicet, vt valida non cenſeretur, niſi ipſo ac-
cedente. Rota *deciſ.* 437. *n.* 1. *in p.* 1. *recent.* apud Fa-
rinacium. Talis enim conditio purificat actum, &
reddit ipſum licitum, eo quòd per ipſum nihil ſtabi-
liatur de facto, ſed dependenter à beneplacito Apo-
ſtolico. Nauarrus *in Man. cap.* 23. *n.* 108. Theſaurus
88 *in prax. p.* 2. *verb. ſimonia, c.* 2. *in fin.* Imò quoad ſimo-
niam ipſum purificat. Quia ſi conditio non adim-
pletur, nihil dicitur actum, *l. pecuniam quam* 36. *ff. ſi
cert. pet.* & ibi Paulus, & Iaſ. *l. ſi quis ſub condit.* 8. *ff.
ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* & in terminis tradit Caputa-
quenſ. *dec.* 205. *n.* 3. & *dec.* 338. *n.* 3. & 4. *p.* 1. Cæſar
de Graſſis *dec.* 1. *n.* 3. *de præb.* Rota *dec.* 673. & 682.
lib. 3. *p.* 3. *diu.* Nauar. *conſ.* 1. *de rebus Eccleſ.* Flamin.
Pariſ. *de reſignat. lib.* 1. *quæſt.* 3. *ex num.* 20. & *ferè per
tot.* Rebuff. *in prax. tit. de noua prouiſ. n.* 29. & *n.* 35.
89 & 36. Gonzalez *ſuper Regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 12.
n. 80. ſi autem conditio aduenit, iam contractus eſt
abſolutus, & ſortitur ſuum effectum, *l. neceſſariò, §.
quod ſi pendente, ff. de peric. & com. rei vend.* & *l. ſi pe-
cuniam, ff. ſi cert. pet.* vbi etiam Doctores. Et quia con-
tractus conditionatus expectans conſenſum Sedis
90 Apoſtolicæ, non eſt propriè contractus, ſed potiùs
ſimplex tractatus, Aretinus *conſ.* 11. *n.* 2. Menochius
conſ. 63. *num.* 30. Paſqualigus *in quæſtionibus moralib.
q.* 303. *num.* 4. Vnde remanet in ſuſpenſo vſque ad be-
neplacitum Apoſtolicum ſuperueniens.

91 Quatenus etiam iſta penſio legitimè imponi poſ-
ſet ab Epiſcopo, neceſſarium erat quod adeſſet cauſa
imponendi illam; ſi enim deeſſet, nulla eſſet, & inua-
lida penſio. Corraſ. *de benef.* 1. *part. cap.* 4. *num.* 13.
Ioannes Nicolaus *lib.* 1. *de Iurepatron. num.* 70. Sar-
nenſ. *in compend. vtriuſque ſignat.* & *in Regul. de An-
nal. quæſt.* 2. Garcia *de benef. part.* 1. *cap.* 5. §. 2. *n.* 322.
poſt alios, quos etiam ſequitur Filliucius *tract.* 42.
de penſionib. cap. 2. *num.* 8. & Palaus *part.* 2. *tract.* 13.
diſput. 1. *punct.* 11. §. 2. *num.* 6. Eſt enim penſionis
impoſitio contra ius, *cap. vnic. vt Eccleſiaſt. benefic.*
92 cui Epiſcopus non poteſt derogare. Imò debet eſſe
talis contra expreſſa, & de illa conſtare. Oldrad. *conſ.*
226. Gigas *quæſt.* 9. *num.* 2. Rebuffus *de pacif. poſſeſſ.
num.* 123. *aliàs* 107. & *in repetit.* §. *qui verò*, Garcia
ſupr. n. 325. Filliucius *ſuprà*, & *n.* 3. ex Nauarro, &
Azorio Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcopi, alleg.* 85.
num. 12. dicens quod *hæc cauſa debet probari conclu-
denter.* Et ita deciſum eſt à Rota in Melitenſi, ſeu
Mileuitana *Canonicatus*, coram Millino, ibi: *Licet ſit
nulla ipſa penſio, ſi non conſtet de cauſa.* Præſumitur
enim impoſita in fraudem, ſi de illa non conſtat. Pro-
vt cum Ancharano, & Cardinali tradunt Rebuf- 93
fus, & Corraſius, ac ſequitur idem Garcia *ſuprà
n.* 324. & poſſet alioquin argui de confidentia ſimo-
niaca, Filliucius *ſuprà*, ex Flaminio, & Garcia. Nec
ſufficit aſſertio Epiſcopi aſſerentis talem cauſam in-
terueniſſe. Nam ei non creditur, cum actum liberè
facere non poſſit, *l. ſi fortè*, vbi Bartolus, *ff. de Ca-
ſtrenſi peculio*, & in propoſito Rebuffus *ſuprà*, Abbas 94
in cap. diuerſis fallaciis, de Cleric. coniug. Oldradus *ſu-
pra*, Corraſius *d. cap.* 4. *numero* 4. & Garcia *ſupra nu-
mero* 326. & 327. Barboſa, & Palaus ſuprà re-
lati.

Similiter quatenus valida eſſet, oportebat quoque 95
quod conſenſus beneficiarij accederet: ſine illo enim
inualidè penſio beneficio imponitur. Eſt namque le-
ge Pontificia cautum in Regula Cancellariæ, Adria-
ni videlicet 41. & Leonis X. 43. vt nulla penſio im-
ponatur, niſi de conſenſu illius beneficiarij, qui pen-
ſionem ſoluere debet, qui ſi fuerit in Curia, perſo-
naliter præſtet conſenſum, & ſolitum iuramentum,
ſin minus, per procuratorem ad id ſpecialiter con-
ſtitutum. Gigas *de penſionibus q.* 10. ex authoritate
Innocentij, Romani, Oldradi, & Ancharani Cac-
cialupus *de penſion. quæſt.* 5. Azor. *tom.* 2. *inſtit. moral.
lib.* 8. *cap.* 8. *q.* 6. Garcia *de beneficiis lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 320.
Palaus *p.* 2. *tract.* 13. *de Benef. diſp.* 1. *punct.* 11. §. 5.
n. 1. Barboſa *in prax. exigend. penſion. in proœm. n.* 13.
aſſerens etiam neque ipſum Papam concedere ſoli-
tum penſionem ſine conſenſu titularis. Reginald.
tom. 2. *lib.* 30. *tract.* 13. *cap.* 8. *n.* 131. affirmans penſio-
nem obtentam ſine conſenſu beneficiarij, haberi ſub-
reptitiam. Quam etiam doctrinam amplectitur Mar-
cus Vidal *in Arca vital. inquiſ.* 5. *de Iudic. nume-
ro* 25.

Pariter quoque ſi beneficium iſtud grauatum 96
alioquin erat alia penſione, videtur non potuiſſe de
nouo ita grauari, niſi valor vtriuſque penſionis ex-
primeretur, iuxta Regulam Cancellariæ *de expri-
mendo valore beneficiorum*, quæ ſecundum plurium
ſententiam (de qua Sanchez *lib.* 2. *in Decal. cap.* 28.
n. 36. Mandoſius *reg.* 33. *q.* 6. *n.* 2. 3. & 9. Gambarus
lib. 6. *à num.* 350. Rebuffus *de pacif. poſſeſſ. num.* 152.
aliàs 114.) ad penſiones etiam extenditur. Provt ex
Caccialupo, & aliis affert Garcia *de benefic. lib.* 1. 97
c. 5. *num.* 101. Ad minus tamen hoc procedit quando
penſio imponitur in beneficio penſione alia grauato,
prout habet Palaus *ſuprà d.* §. 5. *num.* 7. quia tunc
ne beneficium vltra vires grauetur, oportet exprima-
tur valor vtriuſque penſionis. Quod neceſſariò ſe-
quitur ex his quæ dicta ſunt ſuprà, ſcilicet penſio-
nem non poſſe imponi cauſa non expreſſa.

Imò generaliter loquendo, ſi beneficium illud 98
grauatum erat vna penſione, non potuiſſe grauari al-
tera, niſi de priori facta fuiſſet mentio, quantumvis
à Papa fieret talis reſeruatio, & etiam ex motu pro-
prio, tenet Garcia *ſupr. num.* 561. ex Caſſadoro, Ca-
putaquenſi, Gambaro, Mohedano, Mandoſio, Pariſio,
Azorio, & tenet Rota in vna Conchenſi *medietatis
fructuum*, & in vna Valentina *penſionis*, quas refert
ipſe Garcia. Et ratio eſt, quia nec Papa ipſe cenſetur
velle onerare beneficium duplici onere. Vnde idcirco
Palaus *ſuprà num.* 6. ex Gambaro, & Azorio inuali-
dam cenſere videtur huiuſmodi penſionem.

Præcipuè tamen, vt prædicta penſio licitè, & va- 99
lidè imponi poſſet, ea eſſet ſoluenda alicui perſonæ
de præſenti determinatæ, ab Epiſcopo non determi-
nandæ

nandæ poſtea ad eius arbitrium. Sic enim colligi
videtur ex Pio V. in Bulla *Intolerabilis*, quæ in Bul-
lar. eſt 85. in qua confirmans Bullam aliam Pij IV.
inter caſus, in quibus confidentia beneficialis incurri
100 ſtatuit, ſic habet §. *Iisdem. Si Ordinarius, vel alius*
collator contulerit ante hac, aut conferat in futurum
beneficium Eccleſiaſticum quovis modo vacans, ea con-
ditione tacita, vel expreſſa, ut poſtea in alterum pro
arbitrio collatoris, ſeu alterius cuiuſcunque contra iuris
communis ordinationem diſponatur, ſive ut de eo promiſ-
ſus fructus illius, vel partem ad utilitatem, vel libitum
conferentis, vel decedentis, aut alterius relinquat, &
remittat, ſeu penſionem illi, vel illis, quem, vel quos idem
collator, aut cedens, vel alius per ſe, vel alium, ſcripto,
aut verbo iuſſerit, ſeu ſignificaverit, perſolvat, & pa-
riter ſi à patrono etiam Laico, vel alteri præſentatori,
101 *ſeu electori contigerit, aut contingat id fieri*: ſi enim
expendantur illa, *penſionem illi, vel illis, quem, vel quos*
idem collator, aut cedens iuſſerit, ſeu ſignificaverit,
102 *perſolvat, &c.* rectè ſequitur id quod dixi. Hæc etiam
eſt ſententia Rotæ in Albiganenſi *confidentia* ſupra
relata, vbi explicans hanc Bullam Pij V. inquit:
Illa loquitur de collatione facta cum conditione, quod
contra iuris communis ordinationes proviſus ſolvat pen-
ſionem alicui perſonæ, quam poſtea Epiſcopus nomina-
uerit. Clariùs ex alia Mileuitana coram Millino,
103 etiam ſuperius relata, vbi ſic: *Penſio impoſita per*
Epiſcopum ad favorem certæ perſonæ, etiam de conſen-
ſu proviſi, etiam coram Notario præſtito in forma, non
facit proviſionem ſimoniacam, licèt ſit nulla ipſa
penſio, ſi non conſtet de cauſa. Si autem penſio fuiſſet
impoſita per Epiſcopum perſonæ ſibi benè viſæ, & poſtea
declarandæ, eſſet ſimoniaca, & confidentialis, ex Bulla
Pij V. quo caſu ſolùm eſt intelligenda. Eſt quoque ex-
104 preſſa Garciæ doctrina ſuprà *numero* 313. vbi ſic:
Dicta conſtitutio Pij V. §. Iisdem, procedit, & loqui-
tur, quando penſio fuiſſet impoſita per Epiſcopum per-
ſonæ ſibi benè viſæ, & poſtea declarandæ; quo caſu
eſſet ſimoniaca, & confidentiaria, ex dicta conſtitutio-
ne, quæ hoc caſu ſolùm eſt intelligenda, vt in terminis
reſolvit Rota in vna Mileuitana Canonicatus, 6. Mar-
tij 1595. Sequitur Filliucius *ſupr. num. 5. §. ſecundò*
infertur.

105 Vnde ſi hoc contigit in præſenti, intrant pœnæ
ab eodem Pio V. his verbis taxatæ: *Omnes, & ſin-*
gulos, qui hucuſque Eccleſias, Monaſteria, beneficia,
fructus, penſiones, aliaſve res, intercedente hoc confi-
dentiæ vitio, receperunt, ac retinent, niſi ſtatim ad ſe
reverſi, & reſipiſcentes celeri dimiſſione ſibi proſpexe-
rint, & qui quid tale admiſerint in futurum, etiam om-
nibus, & ſingulis aliis Eccleſiis, Monaſteriis, dignita-
tibus, officiis, & beneficiis obtentis, quæ pariter ſub dicta
reſervatione comprehendi volumus, necnon fructibus,
penſionibus, & aliis rebus Eccleſiaſticis, ac etiam Ro-
manæ Curiæ, & aliis officiis temporalibus, præſentium
authoritate privamus, & ad futura inhabiles decerni-
mus, & in iuris ſubſidium excommunicationis ſententiâ
innodamus, à qua nullus, niſi in mortis articulo conſti-
tutus, ab alio, quàm à Romano Pontifice abſolutionis
beneficium valeat obtinere.

106 Videtur tamen beneficiarius, qui hoc beneficium
tali penſione gravatum recepit, ab his pœnis immu-
nis, ſi id non fecit mediante aliquo facto explicito,
vel implicito, ſed ſimpliciter recepit beneficium ita
ab Epiſcopo gravatum ad inſtantiam, ſeu preces ip-
ſius. Colligitur enim ex verbis illis, ex §. *Iisdem*, ſu-
107 periùs relatis: *Ea conditione tacita, vel expreſſa*; hoc
enim arguit pactum. Et quia plures Doctores ſen-
tiunt Conſtitutiones iſtas Pianas tantùm damnare
vt ſimoniacam confidentiam eam, quæ antea talis
erat, attento iure communi, ſcilicet quia in ipſa in-
tercedebat pactum tacitum, vel expreſſum. Ita San-
chez *tom. 1. conſil. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 34. nu-*
mero 2. ſpecialiter de noſtro caſu loquens *numero* 9.
referens Rodriquez, & Salzedo. Favet Leſſius *de*
Iuſt. & Iur. lib. 2. cap. 35. dub. 16. numer. 95. Azor.
tom. 2. lib. 7. cap. 27. q. 6. Navarrus *in Man. cap. 23.*
numero 109. & 110. Suarez *lib. 4. de ſimon. cap.*
43. *num.* 9. & 12. Caſtrus Palaus *part. 3. diſp. 3.*
de ſimon. punct. 18. *num.* 3. dicens, hanc ſententiam
eſſe probabilem: quod maximè procedit, poſito quod
reſolutio huius penſionis facta fuit cum præſerva-
tione conſenſus Sedis Apoſtolicæ, prout Sanchez 108
eo num. 9. habet. Pro quo etiam plurima Garcia *de*
benef. p. 11. cap. 3. §. 2. à num. 165. pro hac ſententia
referens plurimos Authores, & S. Rotæ deciſiones,
maximè *num.* 169. referens vnam Rotæ deciſionem
in Calaguritana *confidentiæ*, 14. Decembris 1592.
coram Peña, vbi inter alia ſic: *Poſtremò in Bullis* 109
Pij IV. & Pij V. non poterat fieri aliquod funda-
mentum, nam confidentia quam in caſu propoſito Fiſ-
calis aſſuiſſe contendebat, non erat talis, qualis damna-
tur in præfatis Conſtitutionibus: cùm enim duplex ſit
confidentia beneficialis, vna ſimoniaca, quâ quis con-
fidit quem collaturum beneficium mediante precio, pacto,
vel conditione expreſſâ, vel tacitâ, digno, vel indigno;
altera quâ quis confidit aliquem collaturum aliquod
beneficium ob cognitionem, vel amicitiam, digno, vel in-
digno, ſine tamen pacti, modi, vel conditionis interven-
tu, prout contingit in hoc caſu, in quo non apparebat
inter reſignantes præceſſiſſe pactum aliquod, conditio-
nem, vel modum; talis confidentia non damnatur per
illas Conſtitutiones, cùm non fuerint editæ contra om-
nem confidentiam licitam, ſed tantùm contra illicitam
& ſimoniacam. Navarrus in Man. cap. 29. num. 109.
verſ. ad 12. Ex prædictis autem patebat, talem con-
fidentiam illicitam & ſimoniacam, præcedente videlicet
pactione, conditione vel modo irritantibus, pro parte
Fiſci, & Andreæ ei adhærentis, non fuiſſe probatam, &
propterea Iuſtinum, & Didacum fore abſolvendos, & in
ſtatum priſtinum plenariè reſtituendos. Hæc ibidem.

Intrat modò quæſitum alterum de hoc beneficia- 110
rio præfata penſione gravato, cum reſervatione ta-
men aſſenſus Apoſtolici, an videlicet poſſit illam
cum penſionario redimere ſine periculo ſimoniæ ante
obtentum Sedis Apoſtolicæ conſenſum? Et reſpon- 111
dendum affirmativè. Cuius ratio eſt, quia dicta pen-
ſio non eſt impoſita abſolutè, ſed conditionatè, ſcili-
cet ſuppoſito conſenſu Sedis Apoſtolicæ. Conditio
autem nihil ponit in eſſe, nec actus conditionalis
valet, niſi poſita conditione, *l. ſi quis ſub conditione,*
ff. ſi quis omiſſa cauſa, l. cedere diem, ff. de verb. ſignif.
l. ſi quis fundum, ff. de contrahend. empt. l. ex facto,
ff. de hæred. inſtit. Afflict. *dec.* 355. *numero* 4. Ce-
phal. *conſ.* 56. *numero* 11. & *ſeq.* Rolandus à Valle
conſ. 56. num. 14. & ſeq. lib. 3. Cùm igitur talis Sedis
Apoſtolicæ conſenſus habitus non fuerit, penſio illa
nihil ponebat in eſſe, ac perindè illam redimere, non
eſt actus ſimoniacus.

Secundò, & proximiùs ad intentum, quia clauſula 112
reſervationis beneplaciti Apoſtolici appoſita in con-
tractu, illum reddit conditionalem. Cephal. *conſ.*
118. *numero* 9. Panzirola *conſ.* 35. *numero* 5. Bo-
rellus *conſ.* 47. *numero* 17. Ioannes Baptiſta Coſta
de Clauſul. comment. clauſul. 26. *num.* 2. Vnde con-
cordiam initam ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ,
dici conditionalem, poſt Gloſſam *in l. Item Labeo,*
in verſ. ſi prece, ff. famil. erciſc. Paulum *conſ.* 288.
ad med. & col. 2. verſ. modò ita eſt, lib. 3. Verallum
deciſ. 12. *p.* 3. cenſuit Rota in Verdunenſi *Abbatia,* 113
5. Maij 1614. coram Buratto, impreſſa per Farina-
cium *deciſ.* 542. *numero* 7. *p.* 2. *recent.* Contractum
autem

autem conditionalem dependere à conditione, ita vt ipsâ in te non poſitâ, contractus nihil valeat, certi iuris apud omnes eſt. Hæc igitur impoſitio penſionis ſub conditione dicti beneplaciti ante ipſum obtentum nihil valet. Ac proinde illam redemiſſe, nihil feciſſe eſt.

114 Tertiò, accedit Iuris axioma, de quo Baldus *conſil.* 478. *lib.* 1. & Barboſa *in axiom. Iur. axiom.* 48. *numero* 2. videlicet, quod *deficiente conditione, deficit conditionatum*: deficiente igitur aſſenſu Apoſtolico in impoſitione huius penſionis requiſito, deficit ipſa penſio, ac propterea de illa contrahere, non eſt contrahere de penſione, ſed de non penſione.

115 Ad hoc quartò idem corroburat, quod conditione deficiente, contractus celebratus cenſetur reſolutus ab ipſo initio, *ex l. neceſſariò*, §. 1. *ff. de peric. & commodo rei vend. l. pecuniam*, vbi Alex. *numero* 4. *ff. ſi certum pet.* Menuehius *conſil.* 134. *numero* 30. *&* 31. *& conſ.* 139. *& ſeq. & conſ.* 322. *numero* 39. Tiraquellus *in l. ſi vnquam, verb. Reuertatur, numero* 277. *C. de reuocat. don.* Vbi quod
116 defectus conditionis babet oculos retro ad tempus diſpoſitionis. Surdus *de alim. tit.* 9. *q.* 4. *n.* 23. Flamin. *de reſignat. benefic. tom.* 1. *lib.* 1 *q.* 3. *n.* 27. Barboſa *ſuprà n.* 6. Cùm igitur defecerit Sedis Apoſtolicæ conſenſus, quæ eſt conditio impoſitionis huius penſionis, ipſa impoſitio cenſebitur reſoluta, & penſionem non ſubſiſtere, nec eſſe materiam ſimoniæ.

117 Hinc, quod paria ſunt, nihil fieri, & fieri ſub conditione, quæ non purificetur, babet Rolandus à Valle ſuperiùs relatus, & ex ipſo Barboſa ſimiliter *ſuprà numero* 2. Et quod actos habeturs ac ſi non eſſet factus, non purificatá conditione, Flaminius *de reſignat. lib.* 1. *quaſt.* 14. *numero* 9. Bar-
118 boſa *ſuprà*. Et proximiùs ad intentum, quod conditione beneplaciti in tranſactione poſitâ, non adimpletâ, nihil ſit actum, babet Gonxalex *ſuper regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 12. *n.* 80. ex Paulo, Iaſone, Rotæ deciſionibus, & aliis Auctoribus. Quæ etiam conuincunt intentum.

119 Si autem huiuſmodi penſio ante obtentum Sedis Apoſtolicæ beneplacitum nibil erat, vtique ipſius redemptio nihil quoque erat; ex *nibilo* enim *nibil fieri*, tradit Philoſophus *lib.* 1. *de generat. & corrupt.* & *in l. Seia, ff. de tutor. & curat. l. eius, ff. de*
120 *reb. dub.* Inſuper cùm *nibil*, & *non ens*, idem importent, & ex *non ente non fiat ens*, Farinac. *conſil.* 60. *numero* 90. *libr.* 1. Giurba *in conſuet. Meſſ.*
121 *cap.* 16. *gloſſ.* 1. *numero* 8. non poterit ex ipſius redemptione ſimonia aliqua procedere. Præſertim quia non entis nullæ ſunt qualitates, *l. eius qui*
122 *in Prouincia, ff. ſi certum petat. l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re iudic. l.* 2. *ff. de vſufruct.* nec etiam ſecundùm apparentiam, *nam non entis & non apparentis idem eſt iudicium*, & paria ſunt rem non eſſe, & non apparere, *l. duo ſunt Titij, ff. de teſtament. tutel. l. in lege, ff. de contrahend. empt.* Surdus *deciſione* 149. *n.* x. Rota *deciſione* 167. *numero* 35. apud Farinacium *part.* 1. *recent.*

123 Quæ maius robur accipiunt, ſi animaduertatur, quod ſimonia eſt iuxta communem diffinitionem, *voluntas emendi, aut vendendi, ſeu commutandi rem ſpiritualem, ſeu ſpirituali annexam pro temporali*: vbi cùm pro materia ſimoniæ aſſignetur *res aliqua*, manifeſtè elicitur, quando id quod commutatur, emitur, aut venditur, non eſt *aliqua res*, non committi vllo modo ſimoniam. Si igitur penſio, de qua in præſenti, nibil erat,

vt probatum manet, tempore huius contractus,
clare elicitur, illum non fuiſſe ſimoniacum. Nec 124
iuuat quod ipſa penſio, etſi tunc non eſſet, attamen futura eſſet quando Papa concederet ſuum beneplacitum: quia res non iudicatur ab eo quod erit, ſed ab eo quod eſt. Felinus *cap. Cùm adeo, n.* 4. 5. *&* 6. *de reſcrip.* Tuſchus *concluſ.* 83. *n.* 29. Maximè vbi ſpes futuritionis proximæ eſt fallibilis, prout contingit in præſenti. Barboſa *in axiom. Iur. axiom.* 6. *n.* 4.

Exempla quoque rem clariorem efficiunt. 125
Primum de alienantibus bona Eccleſiaſtica ſine aſſenſu Sedis Apoſtolicæ alienari probibita. Sic enim alienantes, ſi in contractu apponant clauſulam iſtam, *ſaluo aſſenſu Sedis Apoſtolicæ*, vel ſimilem; ſi nihilominus rem alienatam tradant, nihil efficiunt, & contractus eſt nullus, eo quòd proteſtatio eſt contraria facto, & illa clauſula faciat contractum manere in ſuſpenſo, & quia talis contractus eſt conditionatus, ac conditio nibil ponat in eſſe, prout 2. *tom. mea Summ. quæſt. Regularium, cap.* 19. *numero* 61. dixi poſt Quarantam, Peyrinis, & Bonacinam, quos ſequuntur Genuenſis *in Prax. Archiepiſc. cap.* 52,
referens declarationem Clementis VIII. & alij 126
Authores apud Bordonum *in reſolut. reſol.* 27. *n.* 37. A ſimili ergo, cum impoſitio iſtius penſionis facta ab Epiſcopo cum reſeruatione aſſenſus Sedis Apoſtolicæ, ante illum nihil fuerit, propterea nec materia ſimoniæ eſſe potuit, quando de illa redimenda actum eſt.

Secundum eſt de contrahentibus ſponſalia, ſeu 127
etiam matrimonium, qui babent impedimentum dirimens, conſanguinitatis v. g. & contrahunt ſub conditione, *ſi Papa diſpenſauerit*. Tales enim nibil faciunt ante diſpenſationem à Papa obtentam, adeo vt etiam poſt illam obtentam indigeant nouo conſenſu, ſeu noua ratificatione conſenſus priùs habiti. Vt ex communiori ſententia tenent innumeri, tum Tbeologi, tum Canoniſtæ. ac plures S. Rotæ deciſiones apud Angelum Boſſium *de matrimonij contractu, capit.* 10. *numero* 308. *&*
ſeqq. eo videlicet, quod in contractibus præſens 128
rei ſtatus, non venturus, conſideratur, *l. Continuus*, §. *cùm quis, ff. de verb. obligat.* Eo etiam
quòd conditio illa, *ſi Papa diſpenſauerit*, cenſe- 129
tur de iure impoſſibilis, quia quæ à Principis voluntate dependent, à iure cenſentur impoſſibilia, *l. apud Iulianum*, §. *conſtat, ff. de legat.* 1. *& d.* §. *Cùm quis*, cum aliis Iuribus & DD. allegatis à Surdo *deciſ.* 183. *numero* 5. *& conſil.* 90. *num.* 23. & Angelo Boſſio *ſuprà, numero* 315. Hæ autem rationes ad intentum noſtrum applicatæ illud cor-
roborant. Si enim in contractibus ad præſentem 130
rei ſtatum, non ad futurum attendi debet, ſanè eum penſio illa tempore, in quo de ipſa tractabatur, nihil eſſet, nec contractus de illa ſimoniacus
eſſe poterat. Deinde ſi ea quæ pendent à mera vo- 131
luntate Principis, cenſentur à Iure impoſſibilia, cùm diſpenſatio in beneficio onerando tali penſione à mera Papæ voluntate penderet, vtique ipſa tunc pro re impoſſibili babebatur: de illa ergo redimenda contrahere, ſimoniacum non erat, cum ſimoniæ materia res poſſibilis debeat eſſe.

Nec dici poteſt ſolùm à iure iudicari impoſſibi- 132
lia, quæ vel ex natura ſua non poſſunt à Principe concedi, vel difficilè conceduntur, non quæ facilè. Contra hoc enim eſt, quod etiam id quod Princeps concedere ſolet, impoſſibile reputatur à Iuriſtis, & ita intellexerunt omnes *d.* §. *conſtat*, ſpecialiter Menochius, Surdus, & alij apud eundem

Boſſium. Nam ius non conſiderat, an Princeps, v.
g. Papa, diſpenſare facilè poſſit, necne, ſed an res ſit
impoſſibilis, præſenti ſtatu conſiderato. Cum ergo
impoſitio penſionis ab Epiſcopo facta tempore quo
facta fuit, fuerit impoſſibilis, quia Epiſcopus non
potuit illam imponere, ideo cenſeri debet de iure im-
poſſibilis.

133 Huius etiam manifeſtum ſignum eſt, quia Papa
cùm concedit penſionem impoſitam ab Epiſcopo,
nullatenus intendit approbare factum ipſius, ſed
gratioſe illam concedere, nullà habità ratione præ-
cedentis facti per Ordinarium. Sic enim habet Re-
buffus *in prax. tit. de reſeruat. num. 17. ad fin. verſ.
& confirmatio penſionis*, quem Barboſa *in prax. exi-
gend. penſiones, in proæm. n. 6.* ſic refert, & ſequitur:
134 *Si de facto Ordinarius penſionem reſeruat, petaturque
illius confirmatio à Papa, nuſquam talis confirmatio
conceditur; vel enim reijcitur ſupplicatio, vel ipſemet
Papa, nullà habità ratione præcedentis facti per Ordi-
narium, providet de beneficio, & penſionem reſeruat.*
Pro quo etiam videndus Mandoſius *in tract. de ſign.
135 grat. tit. de confirm. ad medium.* Sic etiam in caſu, quo
aliqui contraxerunt ſponſalia, vel matrimonium ſub
conditione diſpenſationis Papæ, dicunt Rota, Gra-
tianus, & Barboſa ab Angelo Boſſio *ſuprà n. 310.* rela-
ti, requiri nouum conſenſum, quia intentio Papæ,
quando diſpenſat in gradu prohibito, eſt ſolùm dare
facultatē contrahendi, non autem approbandi quod
illicitè geſtum eſt. Impoſitio ergo penſionis ab Epiſ-
copo facta nulla prorſus fuit, & iure irrita, vt pro-
inde ipſius redemptio ſimoniaca non fuerit.

136 Idem quoque dicendum de tranſactione penſionis
facta ex parte prætenſi penſionarij, propter fundamē-
ta adducta, quæ idem probant de illa, ac de redem-
ptione. Cùm enim illa connexionem habuerit cum
redemptione ſe tenente ex parte beneficiarij, ita vt
veluti fuerit vnus, & idem contractus, ex parte bene-
ficiarij vocatus *redemptio*, ex parte verò penſionarij
137 *tranſactio*, eadem erit ratio vtriuſque: ſiquidem con-
nexorum idem eſt iudicium, *l. 3. §. Iudicio contrario,
ff. de contr. act. tut. &c. l. proinde, ff. ad l. Aquil. l. cùm ac-
tum, ff. de negot. geſt. c. tranſlato, de conſtit. cap. præto-
138 rea, de offic. deleg.* Et correlatiuorum regula eadem eſt
ac parium, *l. Iulianus, §. ſi procurator, ff. de act. empti.*
Et de vno illorum diſpoſitum trahitur ad aliud, *l. fin.
ff. de accept. l. fin. C. de iudic. l. ſi quis ſeruo, C. de fure.*
Vnde Baldus *conſ. 14. ſuper legitimatione, n. 1. lib. 4.*
ait, quod valet argumentum de vno ex correlatiuis
ad aliud, & ponit exemplum in emptore, & vendi-
139 tore. In hoc autem caſu beneficiarius fuit veluti
emptor penſionis, & penſionarius veluti venditor
ipſius. Eo etiam, quod contractus claudicare non po-
140 teſt, *l. Iulianus, §. ſi quis, ff. de act. empt. l. ſi cùm
dies, §. penult. ff. de verb. ſignificat.* & aliis Iuribus, &
DD. apud Barboſ. *in Axiom. iur. axiom. 57. n. 2. & 5.*

141 Ex dictis porrò infertur ſolutio ad illud dubium,
an ſcilicet talis contractus validus fuerit. Dicen-
dum enim, fuiſſe nullum & inualidum. Cùm enim
fuerit ſupra rem non exiſtentem, neque futuram,
aut de iure poſſibilem, imò potiùs imaginariam, &
fictitiam, quæ potius *non ens*, aut *nihil* appellari
deberet, ſcilicet talis prætenſa penſio; vtique &
contractus ipſe irritus, caſſus, & fictitius exiſtiman-
142 dus. Actus enim ex origine falſa procedens eſt
143 prorſus nullus, *l. ex initio, C. de falſis.* Simoneta
de reſeruat. quæſt. 61. num. 7. Gonzalez *ſuper re-
gul. 8. Cancellar. gloſſ. 31. num. 29.* & ſublato fun-
damento, totum ædificium corruit, *l. egi ſecum 26.
ff. de except. rei iud. l. fin. ff. de conſtit. pecun. l.
vectigal, ff. de pignor.* Rota *deciſ. 10. in fin. de præ-
144 bend. in antiq.* Ac deficiente fundamento, ſuperædi-
ficari non poteſt, *cap. Cùm Paulus, 1. quæſt. 1. cap.
veniens, de presbyt. non baptizato.* Gonzalez *ſupra,
num. 31.* & ſublato antecedenti, tollitur conſequens, 145
l. ſi cùm te, ff. de pact. c. ad petitionem, de accuſat. cum
aliis adductis per Everardum *in loco à deſtructione
antecedentis, n. 1. per tot.* Gonzalez *ſup. n. 35.* ſublato 146
etiam præſuppoſito, tollitur omne id quod ex eo
ſequitur, *l. mancipia, C. de ſurt.* Roman. *ſingul. 489.*
Gutierrez *conſ. 21. n. 6.* Decius *conſ. 644. n. 14.* Rota
deciſ. 589. p. 1. diverſ. Sic inſtitutio, ſeu confirma- 147
tio facta ad electionem, vel præſentationem nullam,
eſt ſimiliter nulla, vt latè per Lambertinum *de Iu-
repatr. lib. 2. p. 2. q. 3. art. 4. n. 2. & 3.* Cùm ergo
probatum maneat, penſionem ex qua originem ha-
buit ille contractus, & in quo fundabatur, tanquam
in antecedenti præſuppoſito, omninò fuiſſe ficti-
tiam, & chimæricam, idem quoque ſentiendum de
ipſo contractu. Ad quod etiam accedit, quod cùm 148
ex erroneo fundamento aliqua procedunt, omnia
corruunt, *l. quod non ratione, ff. de legib. l. ſi is qui
putat 15. cum l. ſeq. ff. de acquir. hæred.* Achilles de
Graſſ. *deciſ. 1. n. 2. qui filij ſint legitimi,* Rochus *de
conſuet. ſect. 4. n. 1. cum ſeq.* Cùm igitur hic contra-
ctus proceſſerit ex erroneo fundamento illius pen-
ſionis, omninò corruiſſe exiſtimandum eſt.

Maximè verò nullitas eius contractus ſuadetur 149
ex eo quod, vt ſupponitur in caſu, ille coactus fuit,
& meticuloſus ex parte beneficiarij, eo videlicet,
quòd penſionarius, qui erat vir potens opere, &
ſermone, impediebat ipſi efficaciter poſſeſſionem
beneficij, ita vt pro ea obtinenda coactus fuerit
contractum hunc celebrare. Contractum porrò
meticuloſum, & coactum, per metum iniuſtè in-
cuſſum (qualis iſte erat, ſiquidem nullum ius ha-
bebat aſſertus penſionarius ad illum incutiendum)
irritare contractum, certi iuris apud omnes eſt, quia
metus conſenſui adverſatur, iuxta regulam *Nihil
conſenſui 117. ff. de reg. iuris*, ibi: *Nihil conſenſui tam
contrarium eſt, quàm vis & metus.* Et *cap. Cùm locum,
de ſponſal.* ibi: *Cùm locum non habeat conſenſus, vbi
metus, vel coactio intercedit.* Eſto ſub trutina Do-
ctorum ſit, an iure naturæ, ſeu potiùs Eccleſiaſtico
talis contractus irritus ſit, de quo alibi dicendum.

Ex quo pariter reſoluitur aliud dubium, an vi- 150
delicet dictus beneficiarius repetere poſſit pecunias
datas prætenſo penſionario pro redemptione pen-
ſionis, & ipſe penſionarius, aut hæredes ipſius illas
reſtituere. Affirmativè namque videtur reſponden- 151
dum, prout ferè in terminis huius caſus habent
Marcheſan. *p. 1. §. 2. de commiſſ. appellat. in cauſ.
penſ. fol. 595. n. 94. & 97.* Ioannes Baptiſta Coſta
de clauſul. convent. clauſ. 26. num. 5. & ex ipſo
Barboſa de *Clauſul. clauſ. 3. num. 10.* propter mul-
ta. Primò quia, vt iuris axioma habet, *Nullum* 152
quod eſt nullum producit effectum, vel *Nullum eſſe,
vel eſſe ſine effectu, paria ſunt*, vel *Nullum quod eſt,
ius aliquod tribuere non poteſt*, prout ex Iuribus,
Doctoribus, & Sacræ Rotæ deciſionibus exornat
Barboſa *axiom. 164.* Rectè ergo ſequitur præfatum
penſionarium nullam pecuniam, nihilque emolu-
menti accipere potuiſſe ex relato contractu, vel oc-
caſione ipſius; cùm nullum, & irritum fuiſſe, in
præcedentibus probatum maneat, ac proinde ad
reſtitutionem rei acceptæ teneri. Secundò, quia
contractus nullus, ſeu irritus, nullam potuit parere
obligationem, *l. cùm lex, ff. de fideiuſſor. l. non du-
bium, Cod. de legib.* Angelus Boſſius *de matr. contr.
cap. 10. num. 312.* Si igitur talis contractus nullus 153
fuit, vt probatum manet, nullam parere potuit obli-
gationem ſoluendi dictam pecuniam; ac propterea
à dante repeti poteſt, & à recipiente reſtitui debet.

Tertiò,

154 Tertiò, quia metum incutiens in aliquo contra-
ctu, tenetur metum paſſo ad damna, & intereſſe,
& ad fructus perceptos, vt habent Aretinus *conſ.*
96. num.54.& ſeqq. Tuſchus *pract.concl.verb.Me-*
tus, concl. 221. *num.* 7. Farinacius 2. *part. fragm.*
crim. verb. Metus, num. 9. Angelus Boſſios *de ma-*
*trimon. contract. cap.*12. *num.*214. 219. & 250. de
quo Sanchez *lib.* 4. *de matrim. diſput.* 9. *num.* 4.
ex pluribus DD. *num.* 5. loquens etiam pro foro
externo. Metus ergo illatus beneficiario à penſio-
nario aſſerto, cauſa ſufficiens erit ad reſtituendam
155 pecuniam ob talem metum ipſi datam. Quartò,
quia regula generalis eſt in materia reſtitutionis,
vt qui vi, vel fraude impedit habentem ius ex in-
ſtitia ad aliquam rem, & peccet contra inſtitiam,
& teneatur ad reſtitutionem damni. Prout ex Mo-
lina, Leſſio, & aliis infert D. Cardinalis de Lugo
*de iuſt. & iur. tom.*1.*diſp.*18.*ſect.*5. *numero* 90. At-
qui beneficiario iſti propter legitimam proviſio-
nem ſibi factam de beneficio debita erat, etiam ex
iuſtitia, ipſius beneficij poſſeſſio: pecunia ergo
data penſionario, ne impediret talem poſſeſſionem,
recepta eſt contra iuſtitiam, & ex iuſtitia reſtitui
156 debet beneficiario. Quintò, quia etiam regula ge-
neralis eſt, quod miniſtri iuſtitiæ impedientes,
aut non facientes id, ad quod tenentur ratione
ſui muneris, peccant contra iuſtitiam, & tenentur
ad reſtitutionem, prout ex D. Thoma, Gabriele,
Sylveſtro, Adriano, & multis aliis habet Sayrus
in Clav. Reg. lib. 10. *tract.* 5. *cap.* 3. *num.* 6. Sed
penſionarius iſte, cùm eſſet Vicarius Epiſcopi, te-
nebatur ex vi ſui muneris, ac per conſequens ex
iuſtitia ponere in poſſeſſionem beneficij proviſum
ad illud, vel ſaltem non impedire eius poſſeſſio-
157 nem: ſunt enim Vicarij Epiſcoporum ipſorum Co-
adiutores, *cap. inter cætera, de off. Ordin. cap. ex*
frequentibus, de inſtit. & circa beneficia, vel officia
ab Epiſcopo proviſa, nihil poſſunt alterare, niſi de
Epiſcopi licentia, *cap. licet, de offic. Vic. in 6.* Sbroz.
de offic. Vic. lib. 2. *quæſt.* 111. *num.*7.& *quæſt.*130.
numero 4. & *quæſt.*155. imò potiùs debent ope-
rari iuxta mentem Epiſcopi, cùm eius perſonam
repræſentent, & vnum tribunal cum ipſo conſti-
tuant. Cùm ergo aliter fecerit, non ſolùm non
cooperando Epiſcopi proviſioni, ſed etiam eam
impediendo, contra ſuum munus egit, & contra iu-
ſtitiam peccavit, & ad reſtitutionem damni illati,
ſcilicet pecuniæ, tenetur. Quod adeò verum eſt,
quod etſi Sotus, Martinus de Ledeſma, Navarrus,
158 Lopez, & Beja apud ipſum Sayrum *num.* 8. te-
neant ſic accipientem non teneri ad reſtitutionem
antequam repetatur à dante, vel condemnetur à
iudice; nihilominus Adrianus, Medina, Salo-
nius, Bañez, Valentia, Angles, & Molina, quos
citat, & ſequitur ipſe Sayrus, rectiùs docent, ſta-
tim ex natura rei, & ex ratione iniquæ acceptio-
nis ante omnem requiſitionem reſtituere debere.
159 Ratio eſt, quia ſic acceptum verè contra iuſti-
tiam recipitur, & conſequenter ſic recipiens, ſim-
160 pliciter ex natura rei illud reſtituere tenetur. Et
confirmatur, quia ſic accepta involuntariè dantur,
& cum coactione, ad redimendam vexationem;
non enim darentur, ſi alter, vt deberet, gratis illa
facere, aut omittere voluiſſet. Et ita non ſolùm poſ-
ſunt repeti, ſed res extra repetitionem iudicialem re-
ſtitui debet, *l.* 3. 6. & 7. *Cod. de condict. ob turp.*
cauſ.& l. 4.*ff. eod.* & *l. Iuris gentium*, §. *ſi ob male-*
ficium, ff. de pact. Favet quintò illud velut com-
161 mune, *indebitum ſolutum repeti poteſt.* Quod ſaltem
eſt verum quando recipiens eſt factus ex eo locu-
pletior, *l. ſi non ſortem*, §. *libertus*, & ibi Bartol. &
Alexand. *de condict. indeb.* & *in l. ſi in area, eod. ti-*
tul. prout in hoc caſu contingit. Et præſertim,
quando ſoluens indebitum, dolo adverſarij reci-
pientis id facit. Gloſ. & Bald. *in l.* 1. *Cod. ne fil. pro*
pat. & Alexand. *in l.*1. *in fin. ff. de condict. indeb.* 162
prout ſimiliter in præſenti caſu accidit. Vnde quod
ait Gloſſa cum textu *in l.*2.§. *ſolet, ff. de hæred. vel*
act. vend. quod *indebitum ſolutum extra iudicium* 163
non repetitur, intelligitur quando id fit ſine dolo,
aut coactione: alioquin eſt ſicut ſolutum tyranno
propter metum, quod poteſt repeti. Bart. *in l. pe-*
nult. in 2. *col. verſ. Idem dico, ff. de condict. ob turp.*
cauſ.

Nec quæ pro parte contraria afferuntur aliquid 164
evincunt. Quod enim dicitur, *ſtandum eſſe conven-*
tioni, & *valere tranſactionem ſuper penſione*, & quod
ſcienter ſoluens indebitum, non repetit: vnico
verbo corruit, dicendo videlicet vera eſſe, quando
talia fiunt ſpontaneè, & voluntariè, non coactè, &
meticuloſè ad redimendam vexationem iniuſtam,
prout in caſu contingit. Propter dicta in ſuperio-
ribus, & quia violentia, ſeu vis, eſt etiam omni
iuri; etiam naturæ, odioſum, *l. ſecundùm naturam,*
ff. de condict. indeb. l. ſi quis in tantam, C. vnde vi.
Maſcardus *de probationib. volum.* 3. *concl.*1409.*n.*4.
& quia *redimere licitum eſt ſanguinem proprium*, vt
habet Bertachinus *in Repertor. verbo Redemptio.*

Quod adeo verum eſt, quod etiam dato, & non 165
conceſſo, quod penſio illa, ſuper qua fuit iſte con-
tractus, legitimè impoſita fuiſſet ab Epiſcopo, &
ſine vlla conditione reſervationis conſenſus Sedis
Apoſtolicæ; ſi tamen Vicarius penſionarius poſ-
ſeſſionem illius impediret, prout fecit, contra pro-
viſionem ab Epiſcopo factam, cuius erat admini-
ſter, ita vt illi dici poſſet; *Aliud Iudex nuntiat, aliud*
præco clamat; nihilominus pro redemptione talis
vexationis potuit ſine vllo crimine ſimoniæ bene-
ficiatus dare talem pecuniam. Ratio eſt, quia poſ- 166
ſeſſio ipſa eſt aliquid facti, non iuris, & tota ſpiri-
tualitas penſionis eſt in ipſo titulo, non in poſſeſſio-
ne, quæ non eſt ſpiritualis, niſi ſolùm ratione tituli,
cui eſt annexa: adquiſito ergo titulo, poſſeſſio
erit quid corporale, & proinde ſine ſimonia redimi-
bilis. Prout tradunt innumeri Authores, inter illos
vnus pro mille D. Thom. 2.2. *q.*100. *art.* 2. *ad* 5. 167
dicens: *Antequam alicui acquiratur ius in Epiſco-*
patu, vel quacunque dignitate, vel præbenda per ele-
ctionem, vel proviſionem, ſeu collationem, ſimoniacum
eſſet adverſantium obſtacula pecuniâ redimere; ſic
enim per pecuniam pararet ſibi viam ad rem ſpiritua-
lem obtinendam: ſed poſtquam ius alicui acquiſitum
eſt, licet per pecuniam iniuſta impedimenta removere:
Quod & ſequuntur Aragon. *ibid. dict. q.* 3. Manuel
Rodriguez 2. *tom. ſum. cap.*59. *n.*5. & *cap.*61. *n.* 2.
Vega *in ſum.* 2. *p. cap.* 101. *caſ.* 19. 33. & 44. *ad*
fin. & 67. Petrus de Ledeſma 2. *p. ſum. tract.* 12.
concl. 26. & 27. Suarez *lib.* 4. *de ſimonia, cap.*50.
num. 31. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 35. *dub.* 18. *num.* 100.
Sanchez *lib. conſil. moral. cap.* 3. *dub.* 30. *num.* 11. di-
cens hoc eſſe probabilius, Caſtrus Paiaus *p.* 3. *de*
ſimonia, diſp. 3. *punct.*10. *num.* 3. dicens hanc ſen-
tentiam eſſe communem, & Canoniſtæ communi-
ter *in cap. Matthæus, & cap. Dilectus* 1. *de ſimonia;*
c. ad aures 1. *de ſimonia.* Loquuntur autem hi Do- 168
ctores quando beneficium ſpectat ad ipſum per cer-
tam, & indubitatam inſtitutionem, prout ſupponi-
tur contigiſſe in caſu præſenti. Ex hoc clariùs in-
noteſcit id quod dictum eſt in ſuperioribus. Si
enim pro redemptione penſionis veræ, ac legitimè
impoſitæ, etiam abſolutè, & ſine vlla conditione 169
poteſt dari pecunia iniuſtè impedienti poſſeſſionem,
ad redemptionem vexationis, multò magis id fieri
potuit pro redemptione penſionis fictitiæ, & ima-

ginariæ, nec ſubſiſtentis ante Sedis Apoſtolicæ
conſenſum, vt dictum in antecedentibus.
170 Frivolum etiam videtur quod aliquis dixit, ſci-
licet pecuniam iſtam datam fuiſſe omninò libe-
raliter, ac proinde qui eam accepit, aut eius hære-
des, ad reſtitutionem non teneri. Donatio enim
liberalis regulariter non præſumitur, niſi probetur.
171 Paulus *in l. Campanus, ff. de oper. libert.* Bald. *in l.* 1.
n. 6. *Cod. ad Velleian.* Marſil. *ſing.* 97. Maſcard.
de probat. vol. 1. *concl.* 555. *num.* 1. Quis donare
nihil aliud eſt, quàm iactare, & dilapidare, vt dixit
172 Vlpianus *in l. filiusfamilias, in princ. ff. de donat.*
& Caius *in l. contra iuris,* §. *ſi filius, ff. de pact.* &
aſſeruit Bartholom. Cepol. *in tract. de ſimul. con-
tract. in* 7. *præſumpt. num.* 43. Nullus autem præ-
ſumitur velle iactare ſuum, & bona ſua dilapidare,
ſed potiùs acquirere, & ditari. Ariſtotel. *lib.* 3.
173 *Ethic. cap.* 1. cum dicit, *neminem ſuas fortunas ſponte
ejicere.* Ad quod pertinet contextus *in cap. ſuper
eo, de renunc. & cap. quia veriſimile, de præſumpt.*
Paulus *in l. cum de indebito, verſ. Qui enim ſolvit, ff.
de probat.* Maſcardus *ſuprà, num.* 2. Adeo quod er-
ror potiùs aut ſtultitia præſumatur, quàm donatio
liberalis, provt etiam ex pluribus Doctoribus pro-
174 bat idem Maſcardus *ſuprà num.* 5. & 7. Vnde do-
natio cùm ſit actus inveriſimilis, debet per proba-
tiones claras, & manifeſtas probari. Sic ex Decio,
175 & Abbate idem Maſcardus *num.* 8. 9. & 10. quod
multò magis procedit in donatione, quæ eſt in
magnum præiudicium donantis, aut eſt immode-
rata, qualis fuiſſe videtur iſta, de qua in præſenti.
Baldus *conſ.* 102. *num.* 3. *vol.* 1. Bartol. *in l. qua do-
tis, ff. ſol. matrim.* Aleiatus *conſ.* 1. *num.* 15. *lib.* 8. &
conſ. 2. *lib.* 1. Et generaliter loquendo donatio non
præſumitur, quando apparet de alia cauſa, vt ait
176 Baldus *conſ.* 378. *num.* 7. *vol.* 5. Et cùm quis dat
aliquid illi cum quo litigat, ſeu contendit, vt ean-
tum eſt ab Alciato *conſ.* 52. *n.* 7. provt in præſenti
contingit, ſiquidem beneficiarius iſte contendebat
cum penſionario ſuper poſſeſſione ſui beneficij.

Dubium III.

De Canonicis, & Capellanis, ſeu Beneficiatis.

Caſus.

177 Duo Clerici beneficiati cuiuſdam inſignis Ec-
cleſiæ Collegiatæ, cùm deberent ire ad cho-
rum cum Canonico pluviali induto pro celebra-
tione Veſperarum vnius Dominicæ per annum, &
illis iuxta conſuetudinem illius Eccleſiæ, per mi-
niſtros ipſius darentur duo pluvialia, quibus indue-
rentur pro aſſociando dicto Canonico, noluerunt
ipſis indui, dicentes in Congregatione Clericorum
beneficiatorum illius Eccleſiæ fuiſſe decretum, ſeu
ſtatutum, ne induerentur prædictis pluvialibus. Vn-
de contigit, quod Veſperæ differrentur, & eſſet
aliquod ſcandalum inter ſæculares, qui erant in
Eccleſia, & diſſidium inter Canonicos, & dictos
beneficiatos. Quæritur quid iuris.

Reſponſio.

178 In primis non leviter deliquerunt iſti DD. be-
neficiati nolentes indui dictis pluvialibus, poſita
conſuetudine, quæ erat in illa Eccleſia ſic faciendi.
Quia, vt habetur *cap. Canonum, de conſtit. Cano-
num ſtatuta cuſtodiantur ab omnibus. Et nemo in
actionibus, vel iudiciis Eccleſiaſticis ſuo ſenſu, ſed eo-
rum authoritate ducatur.* Eadem enim eſt vis Ca-
nonis, & conſuetudinis. Vnde iſtorum beneficia-
torum facto ſic opponitur D. Hieronymus, vt ha- 179
betur *cap. ne innitaris, eod. tit. de Conſtit. Ne inni-
taris prudentia tua. Prudentia ſua innititur, qui ea
quæ ſibi agenda, vel dicenda videntur, patrum decretis 180
præponit.* Eo etiam quòd conſuetudo firmata nullâ
eget probatione, ſed propter eius generalitatem
tranſiſſe videtur in ius commune non ſcriptum,
ex §. *Ex non ſcripto, Inſtit. de iur. nat. gent. & civ.*
& apertè tradit Bald. *in l. poſt dotem,* Decius *in conſ.*
483. *n.* 1. Maſcard. *de probat. vol.* 1. *concluſ.* 418.
num. 1. Quod maximè procedit, ſi talis conſuetudo 181
Romæ ſit recepta, provt in hoc caſu contingit, quia
ad particularem conſuetudinem vrbis Romæ con-
fugiendum eſt in ſubſidium iuris. Maſcardus *ſup.
num.* 3. & 6. ex aliis.
Deinde, quia Officiali, & Miniſtro Principis re- 182
ſiſtere in his quæ pertinent ad ſuum officium, vel
miniſterium, nefas eſt, *l. ſi ſervus,* & ibi notat Bar-
tol. *C. de his qui ad Eccleſ. confug.* Hi autem qui di-
ctis beneficiatis pluvialia illa præbuerunt, vt ipſis
induerentur, veluti miniſtri, & officiales ſunt Emi-
nentiſſimi & Reverendiſſimi D. Cardinalis N. il-
lius Eccleſiæ Superioris, & Prælati, cui à Greg. XIII.
in Bulla *Eccleſiarum omnium,* de anno 1576. con- 183
ceditur *omnimoda iuriſdictio, & ſuperioritas in ſpiri-
tualibus, & temporalibus in beneficiatos prædictos, ac
illorum correctio, & viſitatio.* Et infrà, *ac circa divi-
norum celebrationem in eadem Eccleſia.* Reſiſtentes
ergo dictis miniſtris, ſeu officialibus valdè delique-
runt, etiam contra obedientiam, & reverentiam, &
honorificentiam debitam dicto Eminẽtiſſimo, prop-
ter deciſionem Honorij III. *in c. His quæ, de maiorit.
& obedientia,* vbi Pontifex præcipit iſta exhiberi
debere Cardinali illius Eccleſiæ, etiam vſque ad im-
poſitionem cenſurarum contra inobedientes.
Aliquale etiam ſcandali peccatum commiſerunt 184
malum præbentes exemplum ſæcularibus, qui erant
in Eccleſia expectantes, quod cantarentur Veſperæ
à Canonicis, ac Officium divinum perturbantes, &
impedientes, ne horâ debitâ & ſolitâ celebraretur,
cap. qui ſcandalizaverit, de reg. iur. Cùm tamen 185
vt iſta non contingerent, maiora incommoda ſu-
ſtinere deberent, quàm pluvialia aliquantulum gra-
via deferre; ad hoc enim quod ſcandalum, ſeu ma-
lum exemplum evitetur, multa ſunt concedenda,
quæ aliàs concedi non deberẽt, vt firmant Menoch.
in conſ. 51. *num.* 44. Rebuff. *de privileg. ſchol. privil.*
110. *p.* 2. Lancellot. *de atcent. p.* 1. *c.* 4. *ampl.* 21.
Contra reverentiam etiam debitam DD. Canoni-
cis deliquiſſe manifeſtum videtur, ipſos provocan- 186
tes, contemnentes, & facto ipſo publicantes, quod
ipſi erant in cauſa, quod Veſperæ non cantarentur
horâ & modo ſolitis. Quæ eo magis vrgent, quòd
Canonici ſunt membra nobiliora, & omnibus aliis
præeminent, vt tradit Antonius de Pretis *in Clypeo
Paſtor. c.* 3. *n.* 3. Paſqualigua *in qq. moral. cent.* 1. 187
q. 79. *n.* 10. & ſunt Clerici primi gradus, vt notant
Geminianus *cap. Epiſcopus, diſt.* 17. Felinus *in ru-
brica de maior. & obed.* Menoch. *conſil.* 52. *num.* 84.
Quæ etſi de Canonicis Cathedralis Eccleſiæ, non
de Collegiata intelligi videantur, vt Paſqualigus ſu- 188
prà ſentire videtur; eſt tamen in hac materia ſin-
gulari notâ dignum, quod Canonicatus Collegiatæ
in Romana civitate eſt dignior Canonicatu Cathe-
dralis alterius civitatis, vt cenſuit S. Congregatio
Concilij, teſte Zerol. *in prax. Epiſcop. p.* 1. *verbo
Canonici,* §. 4. vbi etiam refert ita in facto fuiſſe
reſponſum ab eadem S. Congregatione de mente
Summi Pontificis Epiſcopo Borſamenſi. Beneficiati
autem ſunt veluti ſervitores tantùm Eccleſiæ, pro-
vt habet Gloſſa *in cap. Cùm ad hoc, de cler. non re-* 189
ſident.

ſident, verb. Aſſiſios, & Rota *deciſ.* 183. *part.* 1. *recent. n.* 2.

190 Sed quod magis dolendum, id eſt, quod prædicti Beneficiati tenuentes indui dictis pluvialibus, tranſgreſſores videantur iuramenti ab ipſis emiſſi de obſeruandis conſtitutionibus, & conſuetudinibus capitularibus illius Eccleſiæ, ac per conſequens periuri. Delictum namque periurij peius, & gravius eſt homicidio, & aliis peccatis, quæ in proximum committuntur: quippe tendit directè contra divi-
191 num honorem, D. Thomas *quodlib.* 1. *art.* 18. Abulenſis *c.* 5. *in Matth. q.* 302. *& ſeq.* Sotus *lib.* 8. *de iuſt. q.* 2. *art.* 3. & alij, quos ſequitur Sayrus *in Clau. Reg. lib.* 5. *cap.* 4. *à num.* 9. Imò peccare magis periurum, quàm parricidam, ait Medina *lib.* 1. *ſum. cap.* 14. §. 5. *fol.* 83. etſi aliis id non placeat.

192 Nec ſuffragatur dictis Beneficiatis, quod dicunt ſe ex decreto, ſeu ſtatuto Congregationis Beneficiatorum illius Eccleſiæ id egiſſe. Certi enim iuris eſt, Beneficiatos non habere ius capitulandi, idque ſolum competere ſolis Canonicis, niſi ex conſuetudine legitimè præſcripta, aut priuilegio eis id competat. Rota *deciſ.* 708. *num.* 2. *&* 3. *part.* 2. *recent.* Imò quod non ſint admittendi ad tractatus capitu-
193 lares, ſed ſolùm Canonici, niſi certis caſibus, tradit Gloſſa *cap. cùm ad hoc, d. verb. Aſſiſio, de Cler. coniug.* Genuenſis *in Prax. Neapol. cap.* 69. *num.* 18. Rota *deciſ.* 183. *& deciſ.* 197. *& deciſ.* 221. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* Ac proinde cùm in tractandis negotiis cum Canonicis admittuntur, non debere ſedere, ſed ſtare capite detecto, Canonicis tecto capite ſedentibus, vtpote ipſis ſuperioribus, ait Plaza *part.* 1. *deciſ.* 416. *num.* 2. *&* 3. Propterea enim S. Congregatio Rituum *in vna Mediolanenſi*, 28.
194 Septembris 1602. apud Gavantum *in manuali Epiſc. verb. Eccleſia Collegiata, n.* 4. & Barboſam *de iur. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 2. decrevit, quod ſtatuta Eccleſiæ Collegiatæ quærenda ſunt à proprio Epiſcopo. Nullum ergo decretum, aut ſtatutum potuerunt facere dicti Beneficiati, inconſulto Eminentiſſimo Cardinali, qui in ea Eccleſia iuriſdictionem habet Epiſcopalem. Alioquin ſi ſtatuta, vel decreta facere poſſent ſine prædicto Eminentiſſimo, aut Collegio Canonicorum, ipſi Beneficiati per ſe conſtituerent Eccleſiam Collegiatam. Manifeſtum enim ſignum Eccleſiæ Collegiatæ eſt facere poſſe
195 ſtatuta. Mantica *deciſ.* 175. *num.* 1. *verſ. Item quia habent, & deciſ.* 215. *num. etiam* 1. Barboſa *ſuprà, num.* 11. & *de Canonic. & Dignit. cap.* 2. *n.* 15. Oporteret etiam, vt Congregationes ad modum Capitulorum facere poſſent, quod haberent ſigillum commune, arcam communem, & alia ſigna Colle-
196 gialitatis. Rota *dec.* 201. *n.* 4. *part.* 1. *recent.* Et quod haberent vnum caput diſtinctum ab Eminentiſſimo Cardinali, & eius Vicario. Rota *deciſ.* 673. *n.* 2. *part.* 1. *recent.* Quæ omnia cùm ipſis deſint, prorſus attentatum videtur feciſſe congregationem, & in ipſa decretum, ſeu ſtatutum aliquod. Caſu etiam quo aliquod ſtatutum vel decretum facere poſſent, id non deberet eſſe contra ſtatutum generale Ec-
197 cleſiæ, *cap. cum omnes, de conſt.* Innoc. Abbas, Bu-
198 trius, Felynus, & alij *ibidem.* Maximè cùm rationabile valde ſit, quod Canonici propter præeminentiam quam habent ſuper Beneficiatos, diverſis pluvialibus vtantur quàm ipſi, vt vel iſto ſigno dignoſcantur. Novarius *in forenſ. quaſt.* 24. *n.* 15. *tom.* 1. Riccius *in prax. rer. for. Eccleſ. p.* 4. *reſol.* 363. *num.* 1.

199 Corrigendi propterea veniunt ab eodem Eminentiſſimo duo, ad obviandum ſimilibus in futurum, & ne inter Canonicos, & Beneficiatos diſſidia, & contentiones cum ſcandalo ſæcularium, ac maximè in rebus ad cultum divinum ſpectantibus exoriri poſſint; tum propter Conſtitutionem relatam Gregorij XIII. vbi ipſi conceditur Iuriſdictio 200
ſuper Beneficiatos, *cum plena, & libera facultate.* Tum ex Honor. III. *in cap. His quæ, de maior. & obed.* Vbi etiam conceditur ipſi facultas procedendi contra ipſos per cenſuras. Dicitur enim: *Correctionem ipſius Cardinalis recipientes humiliter, & excommunicationis, interdicti, vel ſuſpenſionis ſententias, quas tulerit in eos, & Eccleſias eorundem, inviolabiliter obſervantes.*

Etſi autem de benignitate, & clementia eiuſdem 201
Eminentiſſimi iure credi poſſit, non proceſſurum contra illos per impoſitionem aliquam pœnarum, niſi quatenus neceſſarium fuerit pro caſibus futuris, eo etiam quòd ignorantia, ſeu inaduertentia, culpa lata, & ſine dolo, pœnitentia poſt commiſſum delictum, & aliæ ſimiles cauſæ, de quibus Tiraquellus, Iulius Clarus, & alij, ipſos excuſare poſſunt: nihilominus in vigore iuris ſtando, poſſunt ad tempus priuari ſuis beneficiis, ſi tamen admoniti fuerunt ne ita facerent, *arg. cap. ex litteris, de conſtit.* 202
& applicari ipſis pœnæ periurij, quæ ſunt plures, & grauiſſimæ, ſcilicet infamia iuris, & irregularitas, ſaltem in pluribus caſibus, *can. infames* 6. *q.* 1. repulſa à teſtimonio perhibendo, *can. quicunque*, 6. *q.* 2. & ad iurandum in litem, ex Iaſone, & Docto- 203
ribus *in l. qui iuraſſe*, §. *vltim. n.* 3. *ff. de iureiur.* Et ſecundùm aliquos priuatio beneficiorum, ex Barbatia *in cap. cum non ab homine, col.* 1. *de iureiur.* & habilitas ad beneficia, prout de communi teſtatur Clarus §. *periurium, verſ. Item Clericus*, de quibus pœnis Theſaur. *in prax. p.* 2. *verb. Periurium.*

Videtur etiam dicendum, quod cùm faciendo 204
decretum, ſeu ſtatutum de non portandis dictis pluvialibus, vſurpauerint Iuriſdictionem Capituli dictæ Eccleſiæ, ac Eminentiſſimi Cardinalis, inciderint in excommunicationem latæ ſententiæ Papæ reſervatam in Bulla Cœnæ, *cap.* 17. Ea enim ibi imponitur contra vſurpantes iuriſdictiones, fructus, redditus, vel proventus ad Papam, & ad Sedem Apoſtolicam, & quaſcunque Eccleſiaſticas perſonas ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinentes. Eo 205
præſertim, quòd dicta excommunicatio incurritur ab omnibus vſurpantibus dicta iura, ſiue publicâ, ſiue priuatâ poteſtate, ſiue Laici ſint, ſiue Eccleſiaſtici, prout ex Vgolino, Sayro, Duardo, & aliis firmat Theſaurus *in prax. part.* 2. *cap.* 1. *de vſurpantibus bona*, §. *Procedit autem.*

Quia tamen pro caſus maiori enodatione iure 206
deſiderari poterit, quid ſit Eccleſia Collegiata, quæ pro ipſa conditiones requiſitæ, aut pro ea agnoſcenda quæ ſigna ſint, de quo Felynus, Coſmas, Lambertinus, Villadiego, Corraſius, Caputaquenſis, & alij apud Garciam *de Benefic. p.* 5. *cap.* 4. *n.* 70. Ideo primò dicendum, quod Eccleſia Collegiata eſt, *in qua eſt Clericorum Collegium, & non eſt Cathedralis, nec Regularis.* Sic Azorius *p.* 2. *Inſtit. moral. lib.* 9. *c.* 3. *q.* 14. §. *Collegiata.* Pro quo etiam ſciendum, quod Eccleſia eſt multiplex, ſcilicet *Collegiata*, 207
de qua dictum, & præter eam *Parochialis*, *Baptiſmalis*, *Cathedralis*, *Metropolitana*, *Conuentualis*, *Curata*, *Matrix*. Parochialis eſt ea, quæ habet Parochiam, territorium, ac populum certis limitibus Epiſcopi authoritate diſtinctum. Archid. *in cap. licèt canon, de elect. in* 6. Baptiſmalis vocatur ea Eccleſia, in qua eſt fons aquæ ad Baptiſmū ſacratæ, & deſtinatæ; quæ non eo ipſo quo eſt baptiſmalis, pro Pa- 208
rochiali habetur, cùm non habet Parochiā, territorium, & populū ſuæ curæ ſubiectū. Fedetic. de Senis *conſ.* 135. Cathedralis Eccleſia eſt, in qua Epiſcopus

præſidet, ob cuius Cathedrã, & Sedem dicta eſt Ca-
209 thedralis. Azor. *ſup. §. Cathedralis.* Metropolitana eſt,
quæ habet Archiepiſcopum, ſicut *Primatialis*, quæ
210 Primatem, & *Patriarchalis*, quæ Patriarcham habet.
Azor. *ibid. §. Metropolitana.* Conuentualis Eccleſiæ
nomine venit ea quæ conuentum, ſeu cœtum Cle-
211 ricorum habet. Pro quo videndi Mandoſius *in Re-
gul. 3. Cancellar. q. 9. n. 3.* & Abbas *in cap. cum in ter-
212 ra, de elect. notabil. 1.* Curata Eccleſia eſt ea, quæ cu-
ram animarum habet exteriorem, interioremve, hoc
eſt ſiue in foro contentioſo, ſiue pœnitentiali. Inno-
213 cent. *cap. Dudum 2. de elect.* Abbas *cap. de multa,
n. 24. de præbend.* Matrix Eccleſia dicitur ea, quæ ha-
bet alias Eccleſias ſibi ſubiectas, *c. ad audientiam 1.
de ædific. Eccleſ.*

214 Eccleſia porrò Collegiata probatur primò, ſi
hoc apparebit ex inſtitutione ipſius Eccleſiæ, ad
quam priùs erit confugiendum, vt admonuit Ab-
bas *in c. nobis, n. 7. de iurepatr.* & ceſſante inſtitu-
tione, ſiue alio ordine, poteſt probari Collegiata
per priuilegia, quæ conſtituunt illam Collegiatam,
vt author eſt Innocent. *in cap. poſtulaſti, p. 1. de Iure-
patr.* quod etiam colligitur ex Martiani reſponſo
215 *in l. 3. ff. de Colleg. illicit.* Cui ſententiæ ſe ſubſcrip-
ſit Andr. Barbat. *in conſ. 27.* Probatur etiam Colle-
giata per exercitium actuum arguentium Colle-
gium, vt ſi communi vtatur ſigillo, vt habent Pa-
normitanus *in cap. cùm Eccleſia Sutrina, de cauſ.
poſſeſſ. & propriet.* Maſcardus *de probat. concl. 584.
num. 3.* Item ſi arcâ vtatur communi, vt colligitur
ex l. 1. ff. quod cuiuſque vniuerſ. & *ex cap. quamquam,
de vit. & honeſt. Cleric. & ex cap. Cùm ad monaſte-
rium, de ſtat. Monach.* Maſcard. *ſuprà.* Deinde ex
communi etiam fraternitate, & ſimilibus; nam
per huiuſmodi ſigna probatur Eccleſia Collegiata,
iuxta ſententiam Cardinalis *in c. nobis, de iurepatr.
in 2. & 3. p.* & idem ſequitur, & atteſtatur Andreas
216 Barbat. *in d. conſ. 17.* Quinimò ſi præſidens in Eccle-
ſia faciat aliquem actum cum ſociis, qui non con-
ſueuerit fieri, niſi collegialiter, talis actus probat
Eccleſiam illam eſſe Collegiatam. Alex. *conſ. 74. &*
217 *75. lib. 4.* Federic. de Senis *conſ. 71.* & alij plures. Si-
militer ſi Clerici exercent iura ſpectantia ad Colle-
gium, vt ſi faciant Syndicum, per eum iurent, Præ-
latum eligant, & ad hæc facienda in locum aliquem
certum conueniant, prout ex Iuribus, & Doctori-
bus comprobat Maſcardus *ſuprà, n. 10.* Præcipuum
tamen ſignum Eccleſiæ Collegiatæ eſt, quando Ca-
nonici, ſeu Clerici faciunt propria ſtatuta, iuxta ſu-
periùs dicta. Numerus autem trium Canonicorum
218 congruus eſt ad Collegiatam conſtituendam. Inno-
centius, Felynus, Romanus, quos refert, & ſequitur
219 Barboſa *de Iure Eccleſ. lib. 2. cap. 6. num. 8.* cum Ro-
tæ deciſionibus. Adiungens vlteriùs ex Felino, Ar-
chidiacono, Innocentio, & Maſcardo, quod ſi re-
ceſſerint, vel ſaltem de præſenti non exiſtat Colle-
giata, adhuc tamen ſufficit illam habitu eſſe, ad hoc,
vt talis cenſeri debeat.

220 Dubiæ autem quæſtionis eſt, an Collegiatæ ere-
ctio à ſolo Papa fieri poſſit. Nonnulli namque id
negare contendunt, & ſolùm ad Epiſcopum id per-
tinere poſſe affirmant, vt per textum *in cap. Quo-
niam, de vit. & honeſt. Cleric.* tenent ibidem Abbas
Antiq. *num. 1.* Ioannes Andreas *numero 3.* Butrius
n. 2. ad fin. Panormit. *n. 2. & 6.* Imola, qui atteſtatur
de communi *n. 1.* quos retulit, & ſequi viſa eſt Ro-
ta in Regienſi *Vnionis*, 12. Maij 1625. coram Cocci-
no, Azor. *part. 2. lib. 5. c. 29. quæſt. 25.* Ex oppoſito
autem nullum Papâ inferiorem poſſe erigere Eccle-
221 ſiam in Collegiatam, concludunt Rebuffus *in prax.
benefic. tit. de erectione in Collegiatam*, Paulus Fuſchus
de viſit. lib. 2. cap. 1. n. 6. Filliucius *tract. 41. de bene-
fic. cap. 3. n. 112.* Maſſobr. *in ſua prax. habendi con-
curſ. præl. 2. dub. 1.* & cenſuit S. Congregatio Con-
cilij *in vna Conuerſana*, 27. Iunij 1626. prout refert
Lotterius *q. 14. num. 49.* & ſeruat ſtylus Romanæ
Curiæ, Ferentillus *in Annot. ad deciſ. Buratti 152.
n. 14.* Lotterius *de re benef. lib. 1. q. 4. n. 38. cum ſeqq.*
quos ſequitur Barboſa *de Canonic. & Dignitat. c. 2.
n. 8.* & *de Iure Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 6. num. 5.* Forſan
tamen dici poſſet cum Nicolao Garcia *de benefic.
part. 12. cap. 5.* aliquando Eccleſiam erigi in Colle-
giatam per Epiſcopum, ſed ſolere fieri authoritate
Apoſtolica. Vel forſan dicendum, quod cùm Colle- 222
giata erigitur cum authoritate conceſſa Præfecto,
ſeu Superiori illius, quaſi Epiſcopali, vel Abbatiali,
cùm hoc ſolùm ad Papam ſpectet, tunc ſolùm Papa
Collegiatam eriget. Secus verò ſi talis Præfectus
non quaſi Epiſcopali, aut Abbatiali authoritate
fulgeat.

Similiter nec quæ ſit Collegiata inſignis dicen- 223
da, in Iure determinatum eſt. Hinc Doctores di-
uiſi manent. Etenim Cardinalis Mantica *deciſ. 175.
num. 2.* id videtur deducere ex numero magno Ca-
nonicorum, copioſis redditibus, maiori qualitate
ſeruitij, & depoſitionibus teſtium: ſed in huius rei
iudicio conſideratio habenda eſt ex qualitate loci,
vbi eſt talis Collegiata, prout deciſum fuit à S. Ri-
tuum Congregatione in vna Collegiatæ Eccleſiæ S.
Pauli Ciuitatis Nouæ, Firmanæ Diœceſis, quam re- 224
fert Barboſa *ſupr. d. cap. n. 18.* fauent Riccius *in col-
lect. deciſ. p. 6. collect. 2350. verſ. Inſignis*, & Lotterius
de re benef. lib. 1. q. 15. ex Rota. Id certius, Colle-
giatam inſignem ab eius erectione præcedere alias
Collegiatas, quamuis antiquiores non inſignes, vt
cenſuit S. Rituum Congregatio *in vna Firmana*, 24.
Martij 1612. ſicut & Collegiata ſimplex præcedit
omnibus Eccleſiis ſimplicibus, & quæ tantùm Pa-
rochiales ſunt, ex eadem S. Congregatione *in vna
Nolana*, 10. Iulij 1602. & *in Senogallienſi*, 23. Mar-
tij 1619. etiamſi antequam erigeretur in Collegia-
tam, illis cederet, vt *in Terracin. Sonniſſa*, 23. Fe-
bruarij 1606. Hæc omnia Barboſa *ſuprà, numer. 19.
& 20.*

Dubium etiam eſt, an Canonici, ſiue Collegialis, 225
ſiue Cathedralis Eccleſiæ, Miſſas celebrantes pro
ſui Canonicatus obligatione, poſſint accipere noua
ſtipendia, & ipſas applicare pro dantibus illa.

Reſpondeo primò, regulariter loquendo, non 226
poſſe id fieri. Ratio eſt, quia fundator cenſetur ſibi
voluiſſe conſulere omni meliori modo, cùm agatur
de ſalute animæ ſuæ, de qua præſumendum eſt vnum-
quemque habere curam: ergo cenſendum eſt ſibi
voluiſſe Miſſam applicari, licèt id formalibus ver-
bis non expreſſiſſet, quia Teſtatoris mens, & volun-
tas dicitur expreſſa, & euidens, quando colligitur
ex coniecturis, *l. licèt Imperator, ff. de legat. 1.* Abbas
conſil. 68. part. 2. Vnde Teſtatoris voluntas conie-
cturata idem operatur quod expreſſa, *l. ſi ſeruus plu-
rium, ff. de legat.* Præſertim quia maior pars funda- 227
torum Canonicatuum in ſuis diſpoſitionibus expri-
munt applicationem: ergo ſi ab aliquibus omitta-
tur, præſumitur id per accidens eueniſſe, & ex inad-
uertentia, ſeu negligentia ſcriptorum, & non ex in-
tentione fundatorum, qui ſi ad hoc aduertiſſent,
ſine dubio mandaſſent exprimi in ſuo teſtamento.
Teſtatoris enim diſpoſitio extenditur ad eum caſum,
de quo veriſimiliter diſpoſuiſſet, ſi cogitaſſet. De- 228
cius *conſ. 227. num. 11. & conſ. 189.* Signorol. *conſil.
183. num. 10.* & teſtator in dubio videtur ſe referre
ad id quod quilibet ſapiens diſpoſuiſſet. Rota Rom.
vol. 2. deciſ. 181. num. 8. ſic ferè Barboſa *conſil. 14.* 229
Bonacina *de ſacram. diſp. 4. quæſt. vlt. punct. 7. §. 2.
num. 13.* Gauantus *in rubr. Miſſal. p. 3. tit. 12. num. 5.*

Homo

Digitized by Google

Homobonus *in exam. Eccleſ part.* 1. *tract.* 4. *cap.* 13.
q. 121. *in fin.* Ghilinus *in ſum. verb. Miſſa celebratio,*
num. 23. Diana *p.* 6. *tract.* 6. *reſol.* 12. Bordonus *in*
contron. moral. contron. 40. *num.* 6. *& ſeqq.* Et hoc ſen-
ſu intelligenda eſt declaratio S. Congregationis
230 Concilij de anno 1626. dicens: *Sacerdotes quibus*
diebus tenentur Miſſas celebrare, ratione beneficij, ſeu
Capellæ, legati, aut ſalarij, ſi eleemoſynas etiam pro
alius Miſſis celebrandis ſuſceperint, non poſſe eadem
Miſſa vtrique applicationi ſatisfacere.
231 Reſpondeo ſecundò, ſi tamen fundator, vel inſti-
tutor Canonicatus expreſsè declarauit ſe ſolum vel-
le, vt à Canonicis celebraretur Miſſa tali, vel tali
tempore, in tali vel tali Altari, &c. non autem quod
ſibi applicaretur, tunc poteſt Canonicus non ſolùm
Miſſam alijs applicare, ſed etiam ſtipendia ab illis
accipere. Ita Suarez, Vaſquez, Alphonſus de Leo-
ne, Fraxinellus, & alij, quos referunt, & ſequuntur
D. Cardinalis de Lugo *de ſacram. Euchariſt. diſp.* 21.
num. 21. & Pelliazatius *in Man. regul. tom.* 2. *tract.* 6.
cap. 3. *num.* 20. *&* 27. contra Gauantum, & Barbo-
ſam. Et ratio eſt, quia cùm diuerſa ſint celebrare,
232 & applicare Miſſam, ita quod prius ſtare poſſit ſine
poſteriori, cùm ſolùm voluerit talia fundator, quod
Miſſa illa celebraretur cum illis circunſtantijs, libe-
rum relinquit Canonicum, vt poſſit pro alijs eam
applicare, ac proinde ab ipſis ſtipendium accipere,
ſicut pro alijs Miſſis.
233 Reſpondeo tertiò, etiamſi fundator non expreſſe-
rit ſe ſolùm velle, quod Miſſa à Canonicis dica-
tur cum talibus circunſtantijs, ſed nihil de hoc di-
xerit; nihilominus ſi conſuetudine generali habea-
tur, quod Canonici applicant talem Miſſam pro
dantibus ſibi eleemoſynam, poſſunt id facere. Ratio
eſt, quia talis conſuetudo, cùm pareat vim habeat
cum lege, *l. de quibus, ff. de legib.* §. *ex non ſcripto,*
cap. fin. de conſuet. & æquipolleat veritati, *l.* 1. *ff. de*
ſeruit. & aqua, poteſt explicare voluntatem funda-
toris ſolùm fuiſſe, quod celebraretur à Canonicis
illa Miſſa tali, vel tali tempore, in tali, vel tali Al-
tari, pro vtilitate, commoditate, vel deuotione po-
234 puli; non autem quod applicaretur pro ſe. Præter-
tim, quia conſuetudo non ſolùm eſt optima legum
interpres, ſed etiam eſt interpretatiua contractuum,
235 *l. quod ſi nolit,* §. *qui aſſidua, ff. de ædil. edict.* Meno-
chius *de arbitr. caſ.* 83. *num.* 10. Surdus *deciſ.* 225.
à num. 11. Barboſa *in Axiomat. iur. axiom.* 56. *nu-*
mero 12.
236 Ex quibus infertur, ſententiam Philiberti Mar-
chini *de Sacrament. Ordin. tract.* 2. *p.* 3. *cap.* 27. *à*
num. 5. dicentis, quod quando ſolùm conſtat Ca-
pellanum (idem dic de Canonico) teneri celebrare
in tali Eccleſia, vel tali Altari, non teneatur appli-
care valorem Miſſæ pro fundatore Capellaniæ, ſo-
lùm intelligendam eſſe in caſu ſecundæ, & tertiæ
reſponſionis, propter dicta ibidem, non autem abſo-
lutè, aut in caſu primæ. Fundamenta autem eiuſdem
Marchini ſoluit Bordonus *ſuprà n.* 8. *&* 9.

DVBIVM IV.

237 *De Canonicis in Choro non canentibus, aut*
recitantibus Diuinum Officium, ſed
confabulantibus, iocantibus, ri-
dentibus, aut ſimilia
peragentibus.

238 HOs peccare aliquando etiam grauiter, imò mor-
taliter, iuxta frequentiam, ſeu quantitatem lo-
quutionis, ioci, riſus, &c. & alias circumſtantias,
pro comperto apud omnes videtur. Elicitur enim
non ſolùm ex Authoribus infrà referendis, ſed ex
illo Marci 11. *Nonne ſcriptum eſt, quia domus mea*
domus orationis vocabitur omnibus gentibus? Vos
autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. Et ex illo Ie-
rem. 48. *Maledictus qui facit opus Dei negligenter.*
Sic enim Septuaginta verterunt, pro eo quod vul-
gatus textus dixit *fraudulenter.* Per *opus* autem *Dei* 239
intelligi diuinum officium, clarè conſtat ex D. Bene-
dicto, qui ſæpiùs hac phraſi vtitur in ſua Regula,
cui fauet Bernardus *ſerm.* 47. *in Cantica,* & alij Pa-
tres & DD. apud Benedictum Haeftenum *in diſquiſ-*
it. monaſticis, lib. 7. *tract.* 2. *diſquiſ.* 2 *&* 3. Idem col- 240
ligitur ex *cap. in loco* 5. *q.* 4. ibi: *In loco benedictionis*
conſiſtentes Domini Sacerdotes nullis debeat aut indiſ-
cretis vocibus perſtrepere, aut quibuſlibet tumultibus
perturbari, nullis etiam vanis fabulis, vel riſibus agi,
& (quod deterius eſt) obſtinatis diſceptationibus tu-
multuoſas voces effundere: (ſi quis enim, vt Apoſto-
lus ait, putat ſe Religioſum eſſe, non refrenans linguam
ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio;)
cultum enim ſuum iuſtitia perdit, quando ſilentia iu-
dicij obſtrepantium turba confundit, dicente Prophe-
ta: Erit cultus iuſtitiæ ſilentium. Et infrà: *Quicum-*
que ergo in conuentu Concilij hæc, quæ præmiſſa ſunt,
violanda crediderit, & contra hæc interdicta, aut con-
tumeliis, vel riſibus concilium conturbauerit, iuxta di-
uinæ legis edictum, quo præcipitur, Eijce deriſorem, &
exibit cum eo iurgium; & cum omni dedecore de con-
feſſione abſtractus, à communi cœtu ſecedat, & trium
dierum excommunicationis ſententiam perferat. Et ex
cap. Cùm ad monaſterium, de ſtat. Monach. vbi In- 241
nocentius Papa III. inquit: *In oratorio verò con-*
tinuum ſemper ſilentium obſeruetur. Oratorij autem
nomine Eccleſiam, ſeu Chorum intelligi, benè pro-
bat ex conſtitutionibus Carmelitarum, Theatino-
rum, & Ieſuitarum Benedictus Haeftenus relatus
in Monaſticis diſquiſitionibus, p. 2. *lib.* 6. *tract.* 3.
diſquiſit. 7. Deinde ex Ioanne XXII. *in Extrau.*
vnic. de vit. & honeſt. Cleric. ibi: *Docta SS. PP.* 242
decreuit authoritas, vt in diuina laudis officio, quæ
debitæ ſeruitutis obſequio exhibeatur, cunctorum mens
vigilet, ſermo non ceſpitet, & modeſta Pſallentium
grauitas placidâ modulatione decantet. Item ex Con-
cilio Bracarenſi apud Nauarrum ſuprà relatum, *cap.*
In loco, num. 17. illis verbis: *Theſaurarius, inquit,* 243
ſine aditum, ne permittat miniſtris, ne beneficiariis
quidem, tam clarâ in ſacrario voce loqui, vt foris au-
diatur, nec vaniloquio, aut nugis ſe ibidem recreare,
quin è veſtigio pœnam his iniungat, & caſtiget. Præ-
tereà ex Concilio primo Prouinciali Mediolanenſi,
1. *part. tit. quomodo verſandum in Choro, fol. mihi* 32.
vbi ſic: *Omnes in Choro diuina officia, vt temporis* 244
ratio poſtulauerit, alternis vocibus canant, recitent,
attentèque audiant. Id non curſim, non perturbatè,
non oſcitanter, ſed leniter, diſtinctè, ac ſtudioſè fa-
ciant. In Choro pro temporis, & officij ratione ex in-
ſtituto, & more Eccleſiæ ſedeant, ſtent, flectant genua,
caput aperiant, & ſubmittant, cæteraque eius generis
adhibeant, omnes verò æque idem faciant. Faceſſant
ſomnus, riſus, ioci, rixæ, colloquia, ne vagentur in
Choro, vel Eccleſia, nè e locum mutent, ne occaſione
quidem genua flectendi, néve literas, libros, aliáve
ſcripta legant. Ne exeant, niſi diuino officio confecto,
&c. Ad hæc ex Concilio Aquiſgranenſi *cap.* 131. 245
illis verbis: *Canonicis Religioſiſſimè in Choro ſtan-*
dum, & pſallendum eſt. Ratione etiam id conuin- 246
citur, quia ſic facientes primò peccant contra vir-
tutem religionis, & reuerentiam debitam loco ſa-
cro, ita vt illis applicari poſſit illud Iacobi in ſua
Canonica, *cap.* 1. *Qui putat ſe Religioſum eſſe, non*

refrenans linguam ſuam, huius vana eſt religio. Se-
cundò, quia peccant etiam peccato ſcandali, vt
colligitur ex Gerſone *tit. 3. lib. de vita ſpirituali,*
247 *ſe l. 5. §. caterùm.* Tertiò, quia etiam peccant con-
tra iuſtitiam, ſcilicet quia peccant contra munus
proprium Canonicorum, quod eſt deſeruire in Cho-
ro, & cultui diuino, prout colligitur ex Concilio
Trid. *ſeſſ. 24. de reformat. cap. 12.* & ex declaratione
S. Congregationis, quam refert Comitolus *lib. 1.
reſponſ. moral. quaſt. 62. num. 2.* & Moneta *de di-
ſtributionibus quotidian. part. 2. q. 2. n. 31.* de qua in-
ferius.
248 Accedit quod Canonici in Choro non canen-
tes, aut cantantes, præcisè quia non canunt aut can-
tant, etiamſi non confabulentur, nec iocentur, aut
ſimilia alia faciant, non excuſantur à peccato mor-
tali, poſitâ grauitate materiæ, & aliis neceſſariis
pro mortali peccato, prout ex Nauarro, Soto,
Sandoual, Beja, Aragon, Graffio, Zecchio, Azo-
rio, Suarez, Moneta, Vgolino, & aliis tenet vir
doctiſſimus Nicolaus Garcia *de Beneficiis part. 3.
capite 2. §. 2. numero 513.* id confirmans ex va-
riis iuribus, & Conciliis: profectò multò magis id
dicendum eſt de illis, qui non ſolùm non can-
249 tant, ſed confabulantur, iocantur, &c. quia iſti
poſteriores ſunt poſitiuè irreuerentes, & contrarij
ſuo muneri, & obligationi; illi autem ſolùm ne-
gatiuè. Confirmatur ex declaratione S. Congregat.
Concilij ſub 20. Aprilis 1602. quam etiam refert
Barboſa *de Canonicis, capite 34. numero 9.* vbi habe-
tur, quod ad interrogationem factam de huiuſmodi
250 Canonicis, reſpondit eadem S. Congregat. *teneri om-
nino pſallere, alioquin obligationi ſua non ſatisfacere.*
Similem aliam declarationem S. Congregationis Ri-
tuum in Egitanienſi, 23. Nouembris 1602. refert
idem Barboſa, pro quo legendus Vgolinus *de poteſt.
Epiſc. cap. 19. §. 1.*
251 Tales etiam Canonici in Choro confabulantes,
iocantes, ridentes, aut ſimilia facientes, non poſſunt
accipere diſtributiones quotidianas, & ſi eas acce-
perint, tenentur ad reſtitutionem. Ita commu-
niùs DD. ſpecialiter Navarrus, Petrus de Ledeſma,
Petrus de Aragonia, Iacobus à Graffiis, ſumma Co-
rona, Conradus, Rodriguez, Lopez, Azor, Suarez,
Leſſius, Bonacina, Diana, quos refert Petrus Anel-
lus *in Pract. de diuino, & Eccleſiaſtico Offic. cap. 4.
dub. 3.* Raphael de la Torre, Frangipan. Vgolinus,
Squillăte, Bartholomæus à S. Fauſto, quos citat Bar-
boſa *de Canonicis c. 34. n. 13.* & ſequitur ibi, & *lib. 3.
iur. Eccleſiaſtic. c. 18. n. 84. & de Offic. & poteſt. Epiſ-
cop. allegat. 53. n. 132.* Quibus etiam adhærent Mo-
neta *de diſtributionib. p. 2. q. 2. n. 22.* Cenedo *in qua-
ſtionib. Canonicis, q. 2. n. 7.* Caſtrus Palaus *p. 2. tract. 7.
diſp. 3. punct. 4.*
252 Huius porrò aſſertionis fundamentum eſt, quia
iſtæ diſtributiones conceduntur ob præſentiam,
& aſſiſtentiam humanam, & honorariam, ce-
dentem in cultum, & gloriam Dei, authorita-
tem diuinorum officiorum, & ædificationem po-
puli, *leg. coram Titio, ff. de verbor. ſignificat. cap.
vnic. de Cleric. non reſident. in 6.* & ibi Gloſſ. *in
princip.* Probus ad Monach. *num. 5.* Abbas *in cap.
licet, de prabend. not. 2.* Bordonus *in Contr. contr. 50.
num. 13. & 14.* præſentia autem Canonicorum con-
253 fabulantium, iocantium, ridentium, &c. nihil
bonum habet, ſed potiùs oppoſitum, cùm ſit merè
materialis, & corporea, offenſiua Dei, & impedi-
tiua cultus Diuini, & deuotionis populi, qualis
eſt ea, quam habent audientes Miſſam, ſi interim
254 confabulentur, iocentur, rideant, &c. Qui pro-
pterea nullo modo ſatisfaciunt Eccleſiæ præcepto,
quia illud eſt de præſentia humana morali, & ad
cultum Dei ſpectante, iuxta communem ſententiam
DD. & Summiſtarum. Roboratur aſſertio ex eo,
quod iuxta plurimorum DD. ſententiam, quos refe-
runt Barboſa *in Collectan. Concilij, ſeſſ. 24. de reform.* 255
cap. 12. num. 118. & Petrus Anellus *tract. de horis
Canonic. cap. 2. dub. 4. num. 13.* etiamſi præfati Cano-
nici non alio modo irreuerenter ſe gerant in Choro,
niſi ſolùm non canendo, aut non cantando, non lu-
crantur diſtributiones quotidianas, ac per conſe-
quens ſi illas acceperunt, ipſas reſtituere tenentur;
multò ergo magis, & in fortioribus terminis id
dicendum de illis, qui non ſolùm non cantant, ſed
etiam irreuerenter, & indecentes modo dicto in
choro ſe gerunt.
Limitanda tamen eſt hæc doctrina de non acci- 256
piendis diſtributionibus quotidianis, & acceptis re-
ſtituendis à Canonicis prædictis tempore Officij di-
uini in Choro non canentibus, ſed confabulanti-
bus, ridentibus, iocantibus, & ſimilia facientibus,
ſi videlicet adſit in contrarium legitima conſuetu-
do, ſcilicet vt Canonici choro ſatisfaciant inter-
eſſendo, & faciendo vt Capellani, & Cantores
canant, & pſallant. Ita enim colligitur ex Petro
Nauarra, Azorio, Garcia, Suarez, Cenedo, Leſſio,
Squillante, Laymano, ſancto Fauſto, & aliis, prout
refert, & ſequitur Barboſa *ſup.* & ex Sanchez *lib. 2.
conſil. moral. cap. 2. dub. 100.* qui etiam refert Me-
dinam, Henriquez, & alios, ac ex Diana *part. 4.
tract. 4. reſol. 149.* Item ex Anello ſuprà *cap. 4.
dub. 3. num. 3.* Et ratio eſt, quia poſitâ tali conſue-
tudine, Canonici per meram aſſiſtentiam, aut præ-
ſentiam in Choro ſatisfaciunt ſuo muneri in ordine
ad receptionem talium diſtributionum. Etſi enim
per illam excuſari non poſſint à peccato irreueren-
tiæ, quod committunt ita indignè & irreuerenter
in Choro ſe gerendo, quia hoc eſt contra ius natu-
ræ, præcipiens quod *ſancta ſanctè* tractentur, contra
quod non poteſt conſuetudo introduci; excuſari ta-
men poſſunt ab illicita receptione talium diſtribu-
tionum, & obligatione illas reſtituendi; quia hoc
potiùs ſpectat ad ius Eccleſiaſticum, & Canonicum,
contra quod poteſt conſuetudo introduci, vt benè
Azor. *p. 1. inſtit. moral. lib. 1. c. 11. §. ad argumentum,* 257
Suarez *tom. 2. de relig. lib. 4. de hor. Canon. c. 12. n. 13.*
Etſi non loquantur in caſu tam ſtricto, ſicut eſt præ-
ſens, videlicet de Canonicis non ſolùm canentibus,
ſed etiam confabulantibus, iocantibus, ridenti-
bus, &c.
An verò de facto ſit in aliqua Eccleſia hæc con- 258
ſuetudo, cùm quæſtio ſit de facto, & non de iure,
& factum non præſumatur, niſi probetur, *l. in
bello, §. facta, ff. de capt. & poſtlim. reverſ. l. ſi
emancipati 9.* & ibi DD. debet conſtare de tali con-
ſuetudine: eam porrò eſſe in aliquibus Eccleſiis,
ſupponunt Garzia, Sanchez, Anellus, & alij. Notan-
dum tamen, quod vt talis conſuetudo poſſit deſeruire
ad intentum, neceſſarium eſt, quod habeat con-
ditiones illas pro conſuetudine legitima neceſſarias,
quas ex communi DD. retuli *tom. 4. mea Summa,* 259
verbo Leges Regularium, n. 55. ſcilicet, quod ſit *ra-
tionabilis, inducta per actus voluntarios, inducta
etiam ab his, qui legem ſeruare tenentur,* & quod ſit *ita
vniuerſalis, vt maior pars communitatis illam induxe-
rit:* & quod ſit *longæua, & introducta per frequen-
tiam actuum publicorum;* imò quod adſit conſen-
ſus ſaltem tacitus Principis, vel ſuperioris. Alio-
quin non conſuetudo, ſed abuſus, vel corruptela dici
poteſt.
Limitari etiam debet tradita doctrina, vt non 260
procedat pro caſu, quo in aliqua Eccleſia eſſet
ſtatutum, quo declaretur, Canonicos ſolùm teneri
ad exhibendam præſentiam Choro, ſine vllo onere
canen

Digitized by Google

cancndi, vel recitandi; eo enim caſu, etſi vt dixi,
peccent, irreuerenter in Choro ſe habentes, nihilo-
161 minus poterunt recipere diſtributiones, eo quòd non
eſt hoc contra ius naturale, nec etiam contra ali-
quod poſitiuum expreſſum, & talis eſſe videatur
conuentio inter fundatorem, ſeu Eccleſiam, ac Cano-
nicos, præſertim cùm illa aſſiſtentia, qualiſcunque
ſit, ad authoritatem Chori ſpectare videatur. Sic
fermè Suarez *ſuprà*, ex Nauarro. Addens cum illo
oportere, vt tale ſtatutum ſit à Papa confirmatum.
162 Maximè quoque limitanda ea doctrina, etiam
pro caſu, quo in Eccleſiis non ſit talis conſuetudo,
aut tale ſtatutum, vt videlicet ea non procedat
quoad totas diſtributiones, ſed proportionabiliter
pro parte correſpondente defectibus, quos tales
Canonici committunt, non ſolùm non cantando,
163 ſed etiam confabulando, iocando, &c. Ita vt illi qui
non totum illud tempus in talibus actibus irreue-
rentibus, & choro indecentibus inſumunt, ſed ſo-
lùm partem illius, poſſunt etiam recipere diſtribu-
tiones proportionatas alteri parti temporis, in quo
modeſtè, & vt decet, ſe gerunt. Ita enim omni iuri
conſentaneum eſt, cùm pœna culpæ debeat com-
menſurari, *l. ſancimus 22. C. de pœnis, cap. non affe-
ramus, in fin. 24. q. 1. cap. quæ ſicut, de iis quæ fiunt à
maiori parte Capituli.* Et colligitur ad intentum
præſens ex Suarez *eo cap. 12. num. 10.* Vega *in
ſumm. 1. p. c. 128. caſu 10. & tom. 2. c. 102. ad fin.*
Rodriguez *in ſumm. 1. tom. c. 145. num. 5.* Maximè
Barboſa *de iur. Eccleſiaſtic. lib. 3. c. 18. num. 85.* poſt
Squillantem, Lopez, Beroium, & alios.
164 Placuit tamen pro iſtorum Canonicorum inſtru-
ctione pias quaſdam monitiones S. Caroli Cardi-
nalis & Archiepiſcopi Mediolanenſis hoc loco
adiungere: in eis enim plurima continentur memo-
riæ digna. Hæ porrò tales ſunt: *Vos qui in Cathe-
drali Eccleſia dignitates obtinetis, Canonici item tum
eiuſdem Eccleſiæ, tum reliquarum quarumvis Eccle-
ſiarum Collegiatarum, vel Vrbanarum, vel Diœceſana-
rum, quicunque ſitis, in omni Canonicalis diſciplinæ
officio ita agite, vt canonicè, nempe Canonum legibus
ad vitæ veſtræ inſtitutum pertinentibus, & conſtitu-
tionum Prouincialium, Diœceſanarumque ratione con-
gruenter viuatis, idque primò maximè ſtudete, vt
in conſpectu Dei omnipotentis puro corde, & caſto
corpore miniſtretis. Tum ſinguli vos ordini, digni-
tati, aut Canonicatui annexas functiones explete, ca-
nonicaliſque muneris partes præſtate, omnes in Choro
ſtatis horis aſſiſtite, & ad Deum pro fidelibus pias,
religioſaſve fundite precationes. Dum eo loco eſtis,
memores eſtote adeſſe Chriſtum Ieſum Dominum, cui
ſeruite cum timore. Non pigri, non ſomnolenti, non
oſcitantes adeſtote, non mente vaga, non vagis ocu-
lis, non indecenti corporis ſtatu. Attentè, ſtudioſè,
ritè, piè, religioſè diuinas laudes concelebrate, &
pſallite Deo in conſpectu Angelorum, cantantes in cor-
dibus veſtris Domino. In Choro nemo tacitè officium
recitet, ſed omnes pariter quicunque adeſtis, ſenes cum
iunioribus laudate nomen Domini in pſalmis, hymnis,
& canticis. A quibuſcunque colloquiis, & à litera-
rum ac librorum lectionibus, atque omni vagatione
abſtinete. Pro temporis autem, & officij ratione ſedete,
ſtate, genua flectite, caput aperite, & inclinate. Ac-
curatè demum omnia obſeruate, quæ eo de genere præ-
ſcripta ſunt, ita vt veſtro exemplo aliis Sacerdoti-
bus, Clericiſque & rectè, ritéque pſallendi, &
ſanctè orandi, & piè agendi animum addatis. In
pſalmorum autem, canticorum, hymnorum intelligen-
tiam ſtudioſè incumbite, vt dum pſallitis, pro ſenſuum
ſanctiſſimorum, quos mente concepiſtis, ratione vos
ad omnem pietatis, deuotioniſque affectum excitetis.
Non ordinariè diſtributionum lucro adducti, ſed Dei
charitate, religioniſque cultu commoti, diuinis officiis
adeſtote, vt verè, ex animoque pſalmi verba illa con-
cinatis: Voluntariè ſacrificabo tibi, & confitebor no-
mini tuo Domine, quoniam bonum eſt. Diuinis officiis
abſolutis, paululum omnes in Choro piè orate, inde
abeundi ſigno per præfectum dato, conſurgentes, quo
ordine ad Chorum acceſſiſtis, eodem in Sacriſtiam re-
dite, vbi cappas, quas illic induti eſtis, & ſuperpellicea
ſine ſtrepitu vllo, & ſuſurratione deponite. Canoni-
cales veſtros conuentus ſtatis hebdomadæ diebus ca-
pitulariter habete. Omnes qui debetis ad illos con-
uenite. Inde ne diſcedite, niſi miſſione à Capituli Præ-
fecto impetrata. Singuli ordine, & loco ſedete. Sen-
tentiam modeſtè dicite, & ſuo quiſque loco, non præpo-
ſterè. A verbis ſcurrilibus abſtinete. In rebus conſul-
tandis rixas, iurgia, & contumelias cauete. In initio, &
fine vniuſcuiuſque Capituli ſtatas orationes dicito.
Priori loco tractanda proponite, quæ ad diuinum cul-
tum, ad ſpiritualis vitæ progreſſum, ad Eccleſiaſticam
diſciplinam tuendam, tum quæ ad rerum temporalium
gubernationem pertinent, ne negligite. Cætera hoc
de genere toto ſeruato, quæ prouincialibus conſtitu-
tionibus præſcripta ſunt. Omnia in primis agite pace
mutuâ: concordi voluntate, & charitate fraterna vos
inuicem diligite: Canonici enim eſtis, qui pro Collegij
ratione ex antiquo ſtatuto, vti vna in Collegiata Ec-
cleſia, vnaque item in Canonicali domicilio collocati
fuiſtis, ita vno pacis, & charitatis fœdere, vnaque
animorum conſenſione coniunctiſſimi, ſicut naſcentis
Eccleſiæ miniſtrè, quorum erat cor vnum, & anima
vna, experiendo viuite, ſicut in pſalmo ſcriptum eſt:
Quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in
vnum.* Hactenus monitiones S. Caroli ad Cano-
nicos.

D V B I V M V.

De Clerico inquiſito de Crimine ſimoniæ, an 165
*ſit excludendus ab aſſequutione
Beneficij.*

Reſponſio.

SI ex tali inquiſitione orta eſt infamatio huius 166
Clerici de eo crimine apud plures, & graues
perſonas, excludi debet ab aſſequutione talis Bene-
ficij; ſecus autem ſi ex ea inquiſitione non eſt orta
talis infamatio.
Ratio primæ partis eſt, quia in tali caſu ille Cle- 167
ricus incurrit infamiam facti; ea enim oritur ex
graui aliquo delicto, propter quod delinquens apud
plures, & bonas perſonas malè audit, vel eius opi-
nio manet grauata, *l. licet, ff. de obſeq. à lib. cap. in-
quiſitioni, de accuſat. §. queſiuiſti, cap. qualiter, &
quando, de accuſat.* & communiter DD. quorum
plures referunt Garcia *de Beneficiis part. 7. capit. 8.
num. 13.* Sanchez *lib. 6. conſil. moral. cap. 3. dub. 4.
& 5.* Infamia autem facti reddit hominem irregu- 168
larem, ita vt ad Beneficium promoueri nequeat,
cap. omnipotens, de accuſat. & ibi Gloſſa, & Panor-
mitanus *num. 1. & 2. can. qui in aliquo, diſt. 51. & 2,
quæſt. 3. cap. Euphemium.* D. Antoninus, Sylueſter,
Armilla, Tabiena, Angelus, Nauarrus, & alij,
quos afferunt, & ſequuntur Garcia *ſuprà num. 4.
& 5.* & Sanchez relatus *d. dub. 5. num. 14.* In ſpecie 169
etiam quod hæc infamia facti, ſeu irregularitas in-
curratur per inquiſitionem, ſicut etiam per denun-
ciationem,

ciationem, vel accnſationem, ita vt interim non debeat quis promoueri, habent Gloſſa, & Panormitanus relati, Garcia *num.6.* & Sanchez *num.15.* & colligitur ea *d.cap.omnipotens*, & *ex l. qui à latrenibus, §.1.ff.de teſtam.* & *ex l.turpia, ff.de legat.1. l. reus, ff. de legat.l. reus, ff. de muneribus, l. reum criminis, C. de procurat.l.Vnica, C.de rei poſtul.* Seraphino *deciſ.3.q.3.num.2.* Theſauro *in prax.part.1. cap.21.§.publicum autem, & cap.33.§.limita* 8.

270 Ratio autem ſecundæ partis eſt, quia ſi deſit hæc infamatio apud plures & graues perſonas, non eſt vlla infamia, neque iuris, neque facti, ac proinde neque irregolaritas, aut impedimentum aliquod impediens promotionem, vt docent Abbas, Felinus, Romanus, Selua, Baiſius, Nanarrus, Zerola, & plures alij, qnos refert, & ſequitur Garcia *ſnpr.n.7.8.*
271 *& ſeqq.* Vnde ſi probetur quod Clericus, de quo in præſenti, non ſit infamatus apud plures, & granes perſonas, ſed ſolùm apud pancas, & leues, eſtò ſit rumor ſparſus, & creditus apud ipſas, non debet excludi a tali beneficio, quia tunc non adeſt infamia, cùm apud plures bonos, & grauea viros fama eius maneat integra, *cap.inquiſitiem, & capite qualiter & quando, de accuſat.* & plures DD. quos loco relato meæ Summæ, *num.* 8. cum Sanchez *ſupr. dub.4.num.2.* & Sà *in ſumma, verbo Infamia, num.1.* seculi.

272 Addo tamen, quod etiamſi talis Clericus infamatus de ſimooia apud plures, & granes perſonas excludi debeat, vt diai, ab aſſeqnutione Beneficij propter talem infamiam facti, nihilominus non excloditnr à Beneficio iam obtento, vt diai *tem.3.mea Summa, verbo Infamia, num.18.* ex Molina, Sanchea, & Layman, quod etiam tenet Garcia *ſupr. num.35.& 36.* cum multis aliis. Vnde ſi probetnr, quod iſte, de quo in caſu, tales habeat qualitates, vt ipſe ſolus eſſet neceſſariò admittendus ad Beneficium, non verò alius ea oppoſitoribus, videtor poſſe cenſeri adquiſiiſſe per oppoſitionem ios ad illud, & pro iam adqniſito indicandum, ſi S.Rotæ ita placuerit.

273 Præſertim cùm eſto quod adfuiſſet infamia facti, illa tamen non irritauit prouiſionem, ſen collationem, aut electionem Beneficij, iuata plurimorum DD. ſententiam, quos allegat, & ſeqoitur Garcia loco relato, *num.47.* & quam *num.48.* dicit eſſe æquiorem, & benigniorem, præſertim iuata mores hnius temporis: & de qua Theſaurus *ſupr. part.2. verbo Ludus, cap.4.* dicit eſſe probabilem, & ferè æquali numero Doctorum ſuffultam, ſicut contrariam.

274 Ad quod accedit, qnod eo ipſo, quod iſte Clericus ſe oppoſuit huic beneficio, plnres habens qualitatea, quàm cæteri oppoſitores, cùm eſſet omninò præſentandus, aſſimilatur præſentato, & illi ius certum videtur adquiſitum. Rota in Calagurritana Beneficij, coram illuſtriſſimo Bichio 1652. & 3. *part. recent. deciſ.* 97. *numero* 3. & taliter opponenti plures habenti qualitates, ios quæri in Beneficio, firmauit Rota in Calagurritana Beneficij S. Ioannis de Molinar, 17. Nouembris 1651. coram Cerro, & in Calagurritana Beneficij de Logrono, 11. Februarij 1650. coram Verospio.

Dvbivm VI.

De quodam onere celebrandi certas Miſſas per 275
quoſdam Canonicos.

Caſus.

Eccleſia quædam non Parochialis, nuncupa- 276
ta SS. Viti, & Modeſti, vnita eſt authoritate Apoſtolica Papæ Alexandri VI. cuidam Collegiali inſigni dictæ S. Victoris, eo cum onere, vt Præpoſitus, & Canonici dictæ Eccleſiæ S. Victoris tenerentur quotidie vnam Miſſam cantatam in ipſa celebrare, & vnam aliam in dicta Eccleſia SS. Viti, & Modeſti in die S. Hilarij, & Altari huic ſancto dicato in ea Eccleſia. Quæritur igitur an præfati Præpoſitus, & Canonici has Miſſas, quas 277
tenentur cantare propter hoiuſmodi vnionem, poſſint etiam applicare in ſatisfactionem aliorum legatorum relictorum eidem Eccleſiæ S. Victoris.

Reſponſio.

Reſpondeo, poſita veritate facti, & qood con- 278
forme ſit Bullæ Vnionis, qnam non vidi, niſi mntilatam, & imperfectam, quod ſi conſtet dictam Eccleſiam SS. Viti, & Modeſti, antequam vniretur dictæ Eccleſiæ S. Victoris fuiſſe obligatam ad celebrandum aliquas Miſſas ratione alicuius beneficij ſen Capellæ, legati, aut ſalarij, non poſſe Canonicos dictæ Eccleſiæ applicare illas Miſſas pro legatis relictis Eccleſiæ S. Victoris, ſed teneri illas applicare pro oneribus, quæ antea habebat Eccleſia SS. Viti, & Modeſti. Si verò non conſtet eam Ec- 279
cleſiam habniſſe antequam vniretur, aliqua onera Miſſarum ab aliqoo fundatore, inſtitutore, teſtatore, &c. liberum eſſe illis eas Miſſas applicare pro legatis relictis propriæ Eccleſiæ S. Victoris.

Primæ partis huius reſolutionis fundamentom 280
ſumitur ea decretis S. Congregationis Concilij ſub Vrbano VIII. de anno 1625. vbi diſtrictiſſimè prohibetur vnam Miſſam pro pluribus obligationibus applicare. Accedente etiam declaratione authentica eiuſdem S. Congregationis circa eadem decreta. Vbi ad 4. dubium propoſitom pro declaratione, ſic ipſa 281
reſpondit. *Ad quartum, ſacerdotes, quibus dicbus tenentur Miſſas celebrare ratione beneficij, ſeu Capellæ, legati, aut ſalarij, ſi elemoſynas pro aliis Miſſis celebrandis ſuſceperint, non poſſe eadem Miſſa vtrique obligationi ſatisfacere.* Ad quod accedit, quod cùm 282
per huiuſmodi vnionem tranſierint omnia emolumenta Eccleſiæ SS. Viti, & Modeſti in Eccleſiam S. Victoris, Petrus de Peruſio *cap.2. num.1. & 2.* Rota *deciſ.758.& 779.par.1.diuerſor.* Garcia *de benef. p.12. cap.2. num.34.* pariter debeant tranſire incommoda, & onera ipſius. Etenim incommoda 283
illum ſequi debent, quem commoda ſequuntur, *l.1. §.fin. ff. de aqu.pluuia arc.l. ſecundùm naturam, ff. de regul.iur.* Ita vt Epiſcopus, qui non ſentit onera iuriſdictionis, non debeat habere emolumenta eiuſdem. Barboſa *in axiom.iuris, verb.damnum, num.2.* re- 284
ferens Romanum, & Cardinal. Tuſchum. Maximè 285
quia ſi Eccleſia illa SS. Viti, & Modeſti grauata erat aliquo onere Miſſarum, id fuit ea voluntate fundatoris talis Eccleſiæ, Inſtitutoris beneficij, vel Capellaniæ, teſtatoris, ſeu legata illa relinquentis, 286
cui voluntati nunquam Papa cenſetur derogare, ſal-
tem

tem, niſi id expreſſerit, iuxta communem DD. ſen-
tentiam.
187 Secundæ autem partis fundamentum eſt, quia
non eſt vnde oriatur obligatio celebrandi dictas
Miſſas pro illa Eccleſia SS. Viti, & Modeſti. Non
enim oritur ex voluntate alicuius fundatoris, inſti-
188 tutoris, teſtatoris, &c. Cùm de illa non conſtet, &
certum ſit neminem obligari, maximè in materia
iuſtitiæ, niſi conſtet de cauſa talis obligationis: tum
quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis ſuam
189 libertatem, iuxta vulgaria iura. Tum quia obligatio
omnis eſt inſtar legis, ſeu præcepti, quod non ligat,
niſi ſufficienter ſit promulgatum, & de eo habea-
190 tur clara notitia. Sic fermè Philibertus Marchinus
in tract. de Sacram. Ord. tract. 3. p. 2. cap. 27. num. 5.
191 *& 6.* referens Nauarr. *conſ. 1. de præſcript. tom. 1. conſ.*
192 Nec oritur hæc obligatio ex vnione harum Eccle-
ſiarum: nam Papa in Bulla huius vnionis nullam
mentionem facit (quatenus tamen videre potui in
Bulla mihi data, non integra, ſed mutilata;) ſi autem
193 illam non expreſſit, omiſſam eſſe intelligendum eſt:
tum *ex l. quidquid aſtringendæ, ff. de verber. oblig.* ibi:
Quidquid aſtringendæ obligationis causâ dictum eſt,
id niſi palam verbis exprimatur, omiſſum eſſe intelli-
gendum eſt: tum ex vulgari illo, *ſi voluiſſet, vtique ex-*
preſſiſſet, ac ex illo, *propoſitum in mente retentum nihil*
194 *operatur.* Accedit etiam, quod Pontifex in illa Bulla
ſolùm videtur eſſe contentus pro compenſatione
195 illius Eccleſiæ vnitæ, quod in Eccleſia S. Victoris,
cui eſt vnita, cantaretur vna Miſſa quotidie, & alia
quolibet anno in feſto S. Hilarij in ſupradicta Eccle-
196 ſia Sanctorum Viti, & Modeſti. Cùm ergo ne-
mo grauari debeat duplici onere, *leg. 4. §. ſed ſi*
nauis, ff. ad leg. Rhod. de iactu, Caſſador. *deciſ. 3.*
num. 2. de penſionib. Caputaquenſ. *deciſ. 86. num. 3.*
part. 3. Gonzalez *ſup. 8. Regul. Cancellar. gloſſ. 5.*
§. 4. n. 64. ſolùm videntur manere obligati dicti Ca-
nonici ad cantandum ſupradictas Miſſas, liberos
tamen eſſe ad illas applicandas pro aliis oneribus.
197 Eo etiam quòd iſtæ duæ obligationes ſunt diuerſæ,
198 & vna eſt ſeparabilis ab alia: aliqui enim Sacerdo-
tes in multis caſibus ſolùm ſunt obligati celebrare
propter cultum diuinum, commodum populi con-
fluentis, vel deuotionem Eccleſiæ, vel altaris vbi
celebrant; non tamen applicare Miſſas pro aliquo
in particulari, prout ſupponunt Bartholomæus à S.
Fauſto *in tract. de Iubil. lib. 2. quæſt. 81.* Homobonus
de exam. Eccleſ. tom. 1. tract. 4. cap. 13. quæſt. 121.
Alfonſus de Leone *in tract. de Iubil. p. 3. q. 20. n. 27.*
Fraxinellus *de obligat. Sacerdot. ſect. 4. concl. 4. §. 8.*
199 Marchinus *ſup. num. 7.* alios etiam referens. Addens
etiam *n. 9.* innumeras eſſe Capellanias abſque tali
onere applicationis Miſſæ, Florentiæ, Bononiæ, Pa-
200 piæ, & Cremonæ, & antiquitus ita fieri ſolitum. Ad-
do etiam ego, hoc etiam indicaſſe Papam in Bulla
vnionis, verbis illis, *Ex quo ibi cultus diuinus aug-*
mentum ſuſciperet. Sicque credo exiſtimandum, niſi
adſit conſuetudo in contrarium inter Canonicos
dictæ Eccleſiæ S. Victoris.

CONSVLTVM LI.

De habitu geſtari ſolito à quibuſdam Monialibus.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, ſiue factum.*
2 *Moniales ſolicitæ eſſe debent de proprio ha-bitu.*
3 *Religioſorum omnium conſenſu.*
4 *Habitus religioſus ad quem vſum aſſumitur.*
5 *Carpitur Monachorum affectatum ſtudium in ve-ſtibus, & n. 7.*
6 *Benedictinarum veſtium forma.*
8 *Referuntur, & reprehenduntur quædam genera ve-ſtimentorum, & n. 9.*
10 *Reuelatio S. Brigittæ exceſſum in habitu monacho-rum taxans.*
11 *Singularitas habitus monachis interdicenda.*
12 *Habitus eſt argumentum vitæ, & n. 21.*
13 *Verberans Clericum incedentem in habitu laicali, & credens eſſe laicum, an teneatur.*
14 *Quid ſi verberans portantem habitum, & tonſu-ram, non tamen Clericum.*
15 *Deſertores proprij habitus qualiter à Deo punian-tur, probatur ex hiſtoria.*
16 *In monachos religioſum habitum in profanum con-uertentes animaduerſio.*
17 *Lacrymatur luxus in veſtimentis religioſis.*
18 *Reſpondetur prouerbio,* Habitus non facit mona-chum, *& aliis ſimilibus.*
19 *Fiducia Monachorum in habitu, quot mala ge-neret.*
20 *Habitus ſignum eſt monachiſmi.*
22 *Ioannis Baptiſtæ, & aliorum veſtes.*
23 *Proprius Benedictinorum habitus qualis eſſe de-beat.*
24 *Apparitio S. Benedicti in habitu nigri coloris.*
25 *Coloris nigri vſus, & hieroglyphicum.*
26 *Benedictini per antonomaſiam,* nigri Monachi *dicti.*
27 *Eremi Monachi quibus vſi ſunt veſtibus.*
28 *Quibus Moniales.*
29 *Monachorum, & Monialium veſtes laneæ eſſe de-bent.*
30 *Chriſtus, eiuſque mater, quibus veſtibus vte-bantur.*
31 *In veſtibus regularium conſuetudo attendi debet. Vbi plura de vi, & natura conſuetudinis, n. 47.*
32 *An verò requiratur conſuetudo rationabilis, & bo-no titulo introducta.*
33 *Inſtitutores congregationum Ordinis S. Benedicti, eorumque veſtes.*
34 *Viſio ſanctiſſimæ Deiparæ de vſu cucullæ Ciſter-cienſium.*
35 *Item apparitio S. Benedicti cucullâ candidiſſimâ induti.*
36 *Eſſenorum veſtes.*
37 *Honeſtas in veſtibus iubetur.*
38 *Colores nigri, & albi, quare aliis coloribus præ-ponuntur in regularium habitu.*
39 *Color Virginum proprius. Eius principatus, & num. 41.*
40 *Candoris ſymbolum.*
42 *Coloris nigri, & albi varia ſignificationes.*
43 *Veſtium varietas in Eccleſia non eſt abſurda.*
44 *Subditi obedientiam præſtare tenentur in rebus dubiis, & controuerſis ſuis Prælatis.*
45 *Appellatio an admitti debeat in eo, quod à maiori parte Capituli deciditur.*
46 *In veſtibus, de quibus habenda eſt ratio.*
48 *Monaſtica Regula non conſtat in indiuiſibili.*
49 *Expedit nimiam partem legum Iudicum arbitrio relinquere.*
50 *Cauſa cur in interioribus veſtibus albus color Be-nedictinis permittitur.*
51 *Regula an abrogari poſſit conſuetudine, etiam quoad eius præcepta ad mortale obligantia.*
52 *Tunicæ albæ myſtica expreſſio.*
53 *Moniales quando peccare dicuntur contra Religio-nis diſciplinam in vſu ſui habitus, & n. 54.*
55 *Concordia diſciplinæ Religioſæ commendantur.*

ILLVD

Iesvs Maria.

Caſus.

1 IN Monaſterio Monialium N. Ordinis S.Benedicti, ab immemorabili tempore citra etiam, vel vltra ducentos annos, vſu continuato receptum eſt, videntibus, ſcientibus, & conſentientibus Abbatiſſis, ac Prælato vrbis, ſub cuius regimine, & cura ſunt dictæ moniales & monaſterium, vt Abbatiſſa ſemper, & in quocunque loco vtatur habitu nigri coloris, prout etiam moniales cæteræ in principalioribus anni ſolennitatibus, & in funere Abbatiſſarũ vti conſueuerunt: in aliis verò diebus dictæ moniales continuè vtuntur ſcapulari quidem nigro, ſupra verò alia interiora indumenta lanea veſtem lineam albam induunt à renibus vſque ad talos, ſupra quam deinde laneum ſcapulare nigrum deferunt, ſicque per annum probationis expertæ ſunt vitã monachalem, eaſque ſunt profeſſæ. Nunc verò à paucis quibuſdam ex his rumor, & ſchiſma ſurrexit inter moniales: aliquot namque ex eis tenaciter aſſerunt delationem dictæ veſtis lineæ albæ eſſe abuſiuam, ideoque eam deferentes grauiter peccare: reliquæ verò innitentes dicto immemutabili vſui, annuoque experimento Regulæ, ac profeſſionis emiſſæ, conſtanter prætendunt non ſolùm nulliter peccare, imò alias priuatâ auctoritate vſum prædictum, Abbatiſsâ reclamante, peruertere nitentes, lethale crimen contra obedientiam, & publicam pacem, quam ſine dubio notabiliter perturbant, committere: maximè poſteaquam earum Prælatus de re tota certioratos decretum ſuum ſuper hoc interpoſuit, quo decreto nihil innouari mandauit, niſi quatenus à maiori Capituli parte nouus hic modus fuerit acceptatus, tutâ conſcientiâ id geri poſſe declarans. Quo quidem Capitolo legitimè congregato, lecto decreto, collectiſque omnium monialium vocem in capitulo habentium ſuffragiis, quatuordecim pro amplectendo nouo illo modo, pro retinendo verò antiquo, & conſueto quadraginta ſex repertæ ſunt.

Reſponſio.

2 Cenſeo primò, præfatas moniales reprehendi non poſſe, eo quòd ſolicitæ ſint de proprio habitu Religionis ab ipſis geſtando.
3 Communi enim omnium Religioſorum Ordinum conſenſu, ac traditione receptum eſt, quod quemadmodum religioſæ omnes perſonæ in ſua vocatione ſtabiliter permanere tenentur, ſic quoque proprium Religionis habitum, veluti profeſſionis teſſeram, & notam caracteriſticam deferre.
4 Non enim ad humanum duntaxat vſum, vt quidam non rectè dixit, ſed tanquam inſigne propriæ profeſſionis, habitus aſſumitur. Optimè enim Concilium Aquiſgran. c. 125. dixit: *Habitus ſingulorum Ordinum idcirco in Eccleſia ab inuicem diſcreti ſunt, vt his viſis, cuius propoſiti ſit geſtans, vel in qua profeſſione Domino militet, liquidò cognoſcatur.*
5 Hinc Caſſian. *lib.* 2. *cap.* 3. habitus nouitatem, & ſtudioſas accurationes interdicit. Carpit & hunc exceſſum D. Bernard. *homil.* 4. ſuper *Miſſus eſt*, vbi inquit: *Pudet dicere, vincuntur in ſuo ſtudio mulierculæ, quando à monachis pretium affectatur in veſtibus, non neceſſitas, nec ſaltem formâ Religionis retentâ, in habitu ornari, non armari appetunt milites Chriſti, qui dum ſe præparare ad prælium, & contra aëreas poteſtates prætendere paupertatis inſigne debuerant, in mollitie veſtimentorum pacis potius præferentes indicium vltrò ſe hoſtibus ſine ſanguine tradunt inermes.*
6 Proinde Clementina *Ne in agro*, volens debitam Benedictinarum veſtium formam præſcribere ſtatuit, vt *veſtis ipſa ſit rotunda per circuitum, nec longitudine nimiâ, aut breuitate notanda. Itemque vt cucullas deferant, & honeſtas.* Quibus Benedictus XII. alia etiam adjicienda putauit, pœnã quoque in præuaricatores præſcribens: *Interdicimus*, ait, *expreſsè vniuerſis, & ſingulis ipſius Ordinis, ſeu Religionis monachis, quod nullus eorum de cætero rotundellum, elochiam, cucullam manicatam, vel tabardatam, ſeu epithogiatam, aut in veſte ſuperiori habitui proxima manicas ligatas, conſutitias, ſeu quomodolibet botonatas portare præſumant; ſed quale portare ſtatuit præfata conſtitutio eiuſdem Concilij Viennenſis. Qui verò interdictis huiuſmodi tranſgreſſor extiterit, auferatur ab eo per ſuum ſuperiorem veſtis ipſa tranſgreſſionis, & tranſgreſſor ſic aliàs debitè puniatur, quo cæteri à ſimilibus arceantur.*
7 Meritò autem hæc prohibet Pontifex, quia vt longè ante eum dixit S. Oddo Cluniacenſis Abbas *lib.* 3. *collat. c.* 22. *De veſtitus qualitate, vel immutatione ipſi ſæculares contra monachos indignantur, quia ſemper illa ſuperbia deteſtabilior eſt, quæ ibi ſe oſtendit, vbi maior humilitas regnare debuerat.* Miſeriam horum Ieremiam deplorare ait, cum dixit, *Quomodo mutatus eſt color optimus? Color optimus eſt habitus prætendens Religionem cunctis amabilem. Qui color tunc immutatur, cùm quadam indumenta ſtudio iactantiæ quæſita opinionem vitæ eius apud laicos vileſcere faciunt.* Idemque apoſtaſiæ crimen eſſe cenſet de habitu traditiones per B. Benedictum præfixas contemnere. *An non eſt apoſtaſia humilem veſtitum ſpernere, & decorem veſtimenti quærere, cùm Angelus apoſtata perfectus decore, ſuperbiens in terram ruerit? Nobis, inquam, hæc apoſtaſiæ verba conuenirent, quandoquidem Religionis habitum per tot retro annorum curricula retentum, laſciuientes quique inter nos, & petulantes in hac noſtra ætate mutare auſi ſunt.* Perſtringit autem potiſſimùm Abbates huius rei authores, in quos hæc habet: *Nam genus quidem veſtimenti, quod Religioni dedicatum eſt, penitus propter humanam reprehenſionem abjicere erubeſcunt, celeres tamen, & mollitiem ſtudioſè quærunt, quamuis nonnulli etiam Abbates, vt apertas etiam inimicitias inter ſe, & ſanctam Regulam prætendunt, monaſticum ſchema, videlicet cucullam, induere dedignantur.*
8 Hæc S. Oddo. Refert iſta Benedictus Haeftenus *in diſquiſit. monaſt. lib.* 5. *tr.* 8. *diſquiſit.* 4. Vbi etiam quæ Thomas Cantiprat. *lib.* 1. *c.* 7. de quodam Abbate à ſe viſo irregulariter veſtito dixerat, refert ſic: *Spreuerat in Sacerdotibus rotundam communis habitus cappam, & tabardum, quem Galli canem dicunt, id eſt vlſiger, induerat. Veſtis eius ex carleta ferata variè, duplices vix genua contingens. Cerras habebat in cruribus, quaſi cincinnata eſſent, ſine plica porrectas. Nec aliud deſuit niſi ſertum in capite, quod non noui tyrocinij militem loqueretur. Proh dolor! vbi ſenatus Principis Chriſti in Hieruſalem venientis? vbi nobiliſſimi Ioannis Baptiſtæ ex pilis hirſutis camelorum zona? vbi melota, vel cilicium B. Benedicti, aut Hilarionis?*
9 Sic ille refert quoque ex Brouero *in antiquit. Fuldenſibus, lib.* 2. *c.* 16. quibus Fuldenſibus monachis particularis quædam veſtis in Marquardo Abbate diſplicuiſſe noſcitur: *Marquardus Abbas per Decanum, cæteroſque Prælatos ſæpè monitus, vt in ipſorum maximè præſentia non niſi in cuculla, vel cappa appareret: reſpondebat eorum ſe monita non tantè facere, ipſorum muneris eſſe chori diſciplinam procurare: eam itaque rem, omiſſo ſe, ipſi diligenter agerent. Suum eſſe, tabarda, ſeu toga, & qua libet veſte vti. Ergo cum nihil proficiunt monaſterij proceres, expectant videlicet diem S. Marci Euangeliſtæ, quâ die,* inquit ſcriptor, *more ſolito Domini noſtri,*

vndiq

nudis pedibus cum crucibus, & reliquiis in Eccleſiam Hermbach prodeunt. Tunc Abbas Marquardus ca-bardo indutus, pelliculis lautè ſuffulto, penè Domini inſtar adequitabat, nec ſine comitum faſtu templi fores ſubibat. Id verè Domini, & Prælati non ferentes, Decanus, & cum eo primarij Abbatem adeunt, togaque exutum, veſte Religionis, vel reluctantem amiciunt. Atque ita illic Abbas, eiuſque ſectarij in
10 *magna confuſione ſteterunt.* Ipſe quoque Chriſtus perfectorum monachorum Anteſignanus apud S. Brigittam *lib. 4. reuelat. c. 127.* ipſorum exceſſum in habitu ſic taxat: *Nunc autem fratres S. Benedicti quærunt veſtes, quæ excitant luxuriam, & abominantur aſperitatem, quærunt indumenta, quæ placeat hominibus, & quæ carnem excitant ad carnale. Nam pro cuculla aſſumunt cappam ita rugoſam, ita latam, & longam, vt videantur potiùs ſuperbi oſtentatores, quàm Religioſi homines humiles. Pro ſcapulari verè habent breuem panniculum ante, & retro, & caput muniunt cum caputio ſecularium, & ſecularibus ſe conformant. Et ſic nec ſimiles ſunt hominibus mundi, nec laborant cum humilibus ſeruis Dei.*

11 Meritò etiam huiuſmodi ſingularitatem habitus monachis interdici, ſi ille propriæ profeſſioni non congruat, ea Iuriſtarum penu comprobare poſſumus. Apud illos etenim vnuſquiſque præſumitur eſſe talis, qualis habitus eum oſtentat. Sic innuere videtur Vlpianus *in l. Item apud Labeonem, §. ſi quis Virgines,* & ibi Bart. *ff. de iniur.* Vbi quis non tenetur actione iniuriarum, & minùs peccat, qui appellauit Virgines earum pudicitiam blando ſermone attentando ancillari veſte indutas: & multò minùs ſi meretricia veſte feminæ, non matrum familias veſtitæ fuiſſent. Idem ſenſit Roffred. *de libell. ſuper iur. Pontiſ. part. 9. rub. quot ſint neceſſar. vt quid fiat relig. num. 9.* cui accedit Abbas *in cap. ſi verò, el 2. num. 2. & 6. de ſent. excom. & in cap. in audientia, n. 7.* vbi etiam Felyn. *in fin. eod. tit.* ſic cenſuit, & Baldus *in l. non ignorat, num. 4. C. de iis qui, & in leg.*
12 *directis, ſub num. 1. Cod. de teſtam. manumiſſ.* Hinc conſequitur, vt habitus, & tonſura longo tempore publicè portata talem probet eſſe interius, qualem exteriùs repræſentat, vt inquit Bald. *in l. 1. §. ſed & qui, in princ. C. de Lat. libert. tollend.* idem decidunt Domini Rotæ *in deciſ. 13. aliàs 312. tit. quod cleri-*
13 *cus, n. 3. de præbend. in antiq.* Vnde inferre ſolebat Bartolus *in d. l. Item apud Labeonem, §. ſi quis Virgines,* quod ille qui verberat Clericum, quem credit laicum, quia incedat in habitu laicali, non teneatur, per ea quæ notantur *in l. ſi ignorans, ff. eod.* Idem tenet Dynus *in l. geris, ff. de acquir. hered.* Quod tamen verum eſt, niſi percutiens ſciuiſſet eum fuiſſe Clericum, quia in pœnis præponderat culpa, *l. qui occidit,*
14 *ff. ad l. Aquil. cum ſimil.* Contrà verò ſi verberauit portantem habitum, & tonſuram, tamen non erat Clericus, an teneatur? Dynus *in d. l. geris,* ſenſit non teneri, *arg. l. vlt. ff. de crim. expil. hered. & l. cùm qui, §. ſi iniuria, ff. de iniur.* Cui rei quadrat quod tradidere Gloſ. & Bald. *in cap. 1. in cap. ſi Capitanei, quib. mod. feud. amitt.* vt ſi quis inſultet Dominum, quem neſcit eſſe Dominum ſuum, non amittat feudum ſuum, niſi eſſet ignorantia craſſa, & ſopina, quia paria ſunt ſcire, vel ſcire debere, *l. quod te, ff. ſi cert. pet.* Hinc ſimile eſt, quod ibidem quoque infert Gloſſ. *in verb. Adulterauit,* quod ſi concubuit cum vxore Domini ſui, neſciens eam vxorem, non perdat feudum. Et illud cognoſcentem monialem, ſi neſciat eam monialem, non puniri tanquam de ſtupro monialis, vt *ibid.* dicit Gloſſ. quam menti eſſe tenendam idem Bald. eodem in loco aſſeruit *n. 3.* Hæc fermè ex Maſcardo *de probat. vol. 1. concluſ. 848.*

Meritò etiam proprij habitus deſertores à Deo 15
notabiliter puniri ſolent, iuxta illud propheticum Sophon. 8. *Viſitabo ſuper omnes, qui induti ſunt veſte peregrina.* De quo memorabilem hanc hiſtoriam refert vita S. Odonis, cùm diſcipulos ſuos regularibus inſtrueret diſciplinis. *Ante hos annos, perſiſtente monaſtica congregatione apud Eccleſiam B. Martini, quæ eſt Turonis, cœperunt modum ſuum, conſuetudineſque relinquere, ac proprijs voluntatibus vitam ſuam propoſitumque corrumpere. Relictis namque natiuis, & aſſuetis veſtimentis, cœperunt fucatas, atque fluxas, pallioque ornatas circumferre cucullas, & tunicas. Calceamenta quoque, quibus induebantur, adeo erant coclata, ac nitida, vt vitream colorem viderentur aſſumere. Ad laudes namque nocturnas ne aliquo pedem modo offenderent, cum luce diu ſurgebant. Ita & horum ſimilia multa contra Regula iura faciebant. Quibus rebus cùm Deus decreuiſſet finem imponere, nocte quadam omnes quieſcentes, cum vnus ex eis eandem horam inſomnem duceret, vidit duos viros dormitorium ingredi, vnum videlicet gladium manu tenentem, qui alijs imperabat, indicans ſigillatim eos his verbis: Percute hunc, & hunc percute. Cumque eum qui hac iubebatur, gladio voluiſſet appetere, emiſſa voce adiurauit eum dicens: Adiuro te per Deum viuentem, vt non interficias me, & ſtatim percuſſor gladium contraxit, & ipſe ſolus euaſit ex omnibus.*

Hæc porrò fortiùs rem conuincunt, quando Re- 16
ligioſus habitus in profanum conuertitur. De quo præter adducta Baſilius *regul. 22.* ex fuſis: *Si in eo ſtandum eſt nobis, vt omnium infimiſſimis, ſine dubio & quod in hoc genere indumentorum infimum eſt, id ſummopere eſt nobis amplectendum: vt enim gloria cupidi, gloriam, & inanitatem ex veſtium cultu, ac ſplendore aucupantur; ſic videlicet humiles, & religioſæ vitæ ſtudioſi, ex veſtimenti quoque vilitate debent venari humilitatem, & eam conſectari.* Sanctus quoque Ephrem Syrus *paren. 4.* ad monachum quendam ſic loquitur: *Veſtium ornatu ne delecteris.* Et in doctrina varia ſic: *Superfluus veſtium ornatus mortem conciliat.* Legatur D. Paulinus *epiſt. 7. ad Seueram,* vbi monachos molliora veſtimenta quærentes multo cum felle carpit, & arguit. Optimè etiam Hugo Victorinus *de monach. inſtitut.* ſic eos inſtruit: *Debent amatores religionis apertè demonſtrare quantum ipſi terrena deſpiciant, nec carnem, quæ moritura eſt, cultu ſuperſtitioſo excolere, ſed pompa indumentorum merum ornamenta anteferre, veſtimenta plus vilia, quàm pretioſa, plus groſſa, quàm ſubtilia, plus aſpera, quàm mollia, plus fuſca, quàm nitida, plus neglecta, quàm accuratè compoſita.* Ioannes quoque Rusbrochius *in tractat. de fid. & iudic.* religioſos iure carpit: *Quod curioſum, & comptum ferre habitum licet, nec vlla apud eos veſtimenta plus nimio pretioſa habeantur, quæ obtinere poſſint.* Et *in tract. de contemplat. cap. 61.* deplorat, *quod ipſe etiam externus habitus quantum maximè fieri poteſt, ad hominum mundanorum conſuetudinem formatur, nec quicquam fermè ab eorum habitu diſtat colore, & effigie.* Claudat iſtorum agmen noſtri Ordinis decus Ioannes Soretius Generalis *ſuper reg. Carmel. text. 10. c. 5.* durè ſatis de aliquibus ſuæ Re-
ligionis hæc ſcribens: *In ipſo quoque fratrum habitu* 17
iam non color quæritur, magiſve cultui veſtium, quam virtutũ inſiſtitur. Pudet dicere, vincuntur in ſuo ſtudio mulierculæ, cum à fratribus pretiũ affectatur in veſtibus, cùm ſine neceſſitate, nec ſaltem formâ Religionis ratâ, in habitu ornari, nõ armari appetunt milites Chriſti, qui dum ſe præparare ad prælium, & contra aëreas poteſtates prætendere paupertatis inſigne debuerãt, quod vtique aduerſarij valdè formidant, in mollitie veſtium

potiùs præferentes indicium vanitatis, vltrò ſe hoſtibus ſine ſanguine trudunt inermes. Hodie quæritur ad induendum, non quod viliùs inueniri poteſt, non quod frigus expellat, ſed quod ſuperbire compellat; non denique iuxta Baſilq regulam, quod viliùs comparari poteſt, ſed quod venuſtiùs, imò vaniùs oſtentari. Deinde ſic lacrymatur: *Heu me miſerum? Cur adhuc viuo, videre Ordinem noſtrum, ſcilicet qui primus fuit in Eccleſia, quo nullus in terra ſimilior Angelicis ordinibus, nullus vicinior ei, quæ in Cœlis eſt Ieruſalem, mater noſtra, ſiue ob decorem caſtitatis, ſiue propter charitatis ardorem, cuius Prophetæ inſtitutores, cuius hi quos Paulus toties ſanctos appellat, inchoatores extiterunt: ſufſumus nunc exterius, & de regno Dei, quod intra nos eſt, relictis veris, ac perennibus bonis, foris quærimus vanam conſolationem in vanitatibus, & inſaniis falſis, ac iam Religionis antiquæ non ſolùm virtutem amiſimus, ſed nec ſpeciem retinemus. Ecce enim habitus noſter (quod & dolens dico) qui humilitatis eſſe ſolebat inſigne, à fratribus noſtri temporis in ſignum geſtatur ſuperbiæ. Vix iam in noſtris Prouinciis inuenitur, quo veſtiri dignemur. Miles cum fratre ex eodem panno partitur ſibi cappam, & chlamydem. Omnis de ſeculo quantumcunque honoratus, etiamſi Rex, etiamſi Imperator fuerit, ille tamen non horrebit noſtra indumenta, ſi ſuo ſibi modo præparata fuerint, & aptata. Vanum cor vanitatis notam ingerit corpori, & exterior ſuperfluitas interioris vanitatis indicium eſt: mollia indumenta animi mollitiem indicant. Non tanto ſtudio curaretur corporis cultus, niſi prius neglecta fuiſſet mens inculta virtutibus. Operiuntur huiuſmodi impietate, & iniquitate ſuâ.*

18 Nec eneruantur iſta ex trito illo, *habitus non facit monachum*: quod Clemens III. Honorius itidem III. & Concilium Tridentinum *ſeſſ. 14. c. 6.* eiſdem verbis expreſſerunt, & contra Euſtachium quendam, de quo Baronius *ad annum Domini 361. n. 53.* hoc fulmen intorquet Gangrenſe Concilium *c. 12. Si quis virorum propter continentiam, quæ putatur, amictu pallij vtitur, quaſi per hoc habere ſe iuſtitiam credens, & deſpiciat eos, qui cum reuerentia birris, & aliis communibus, & ſolitis vtuntur, anathema ſit.* Eſt quoque ex Graiis fontibus exhauſtum. Etenim Cœlius Rhodiginus *lib. 3. cap. 12.* ex Plutarcho citat illud: *Non philoſophum facit promiſſior barba, nec veſtis pertrita.* Et apud Agellum Herodes ait: *Video barbam, & pallium, philoſophum necdum video.* Chryſoſtomus etiam apud Gratianum *diſt. 4. canon. multi: Non cathedra facit Sacerdotem, ſed Sacerdos cathedram: non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum.* S. Ephrem aduerſus vitiosè viuen-
19 tes diſcertè clamat: *Non putetis in cingulo, aut veſte longa conſiſtere perfectionem monachi, &c. nam habitus abſque operibus nihil eſt.* Idemque *ſerm. de vita monaſt. Ne igitur quis erret, vt exteriore Religionis habitu ſe aliquid eſſe exiſtimet: nam qui ſe putat eiuſmodi apparenti ſpecie religioſum eſſe, ſe ipſum potiùs fallit, ac decipit, & illa ſimulata religio, quàm ſit falſa, ex ipſa pretinus conuerſatione facilè cuiuis conſtare potuit.* Vides nimirum quamùm fiduciæ in habitu monachi ponant, quem quidem ſine operibus, foliis idem Auctor comparat *in illud Attende tibi ipſi, capit. 9. Ne ergo*, inquit, *contemptores ſuæ ſalutis imiteris, & qui ſolùm ſibi habitum arrogant, vt non ſimilis addaris militi ab aduerſariis capto, qui Regis quidem gerit inſignia, ipſe verò inimicis ſui Regis inſeruit. Verax quippe eſt, qui ait: Amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Foliis enim ſimilis eſt habitus, fructus verò eſt ipſum opus.* Eodem pertinet illud Hieronymi *ad Euſtochium epiſt. 22. Ne hoc ipſum tibi iactantiam generet, quòd ſeculi iactantiam contempſiſti; nec cogitatio tacita ſubrepat, vt quia in auratis veſtibus placere deſiiſti, placere coneris in ſordidis.* Et ad Paulinum: *Humilitatem veſtium tumenti animo ne appetas.* Anſelmus *in capit. 3. ad Roman.* apponens illud Pauli: *Circumciſio prodeſt, ſi legem obſerues. Si autem præuaricator legis ſis, circumciſio tua præputium facta eſt*, ait: *Ante Saluatoris aduentum prodeſt carnalis circumciſio, ſi legem obſerues, id eſt ſi, & moribus circumcidaris. Signum prodeſt, ſi res adſit. Cæterùm ſignum ſine re ſuperfluum eſt. Sic & monacho dici poteſt: Cuculla prodeſt, ſi Regulam obſerues. Si autem præuaricator Regulæ ſis, cuculla tua inutilis facta eſt.* Hæc, inquam, & plura alia non obſtare, ea quæ adduximus ſufficienter comprobant.
Etſi namque *Habitus Monachum non faciat*, ſignum 20
tamen, teſſera, & characteriſtica proprietas monachiſmi cenſetur: & B. Hildegardis *lib. 2. viſion.* de habitu monachali dixit: *Qui pura voluntate eodem veſtitu induitur.* Et infrà: *Qui eum per abiectionem contempſerit, cum ille erit, qui angelicum ordinem ſpreuit.* Optimè etiam Auctor Epiſtolæ ad fratres de monte Dei, ſub titulo D. Bernardi clariſſima: *Non pietatis ſolummodò formam, ſed & veritatem in omnibus, & pro omnibus habitus noſter repromittit.* Etenim *religioſa veſtis*, 21
vt Iuuenalis vtar verbis *ſat. 15. ſeparat nos à grege*: atque vt Clemens Alexandrinus *lib. 3. Pædagog. cap. 11.* affatus eſt: *Vt ſigna quæ ad cauſas maximè accedunt, rei naturam, ac proprietates maximè demonſtrant, ita amictum noſtrum indicare qualis ſit morum noſtrorum inſtitutio.* Quin etiam proloquium eſt illius Diuini Spiritus, qui nec falli poteſt, nec fallere. Eccleſiaſt. 19. *Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enunciant de illo.* Quemadmodum igitur (vt vell col- 22
ligamus) ille qui anteà ſanctus, quàm natus, Ioannes Baptiſta, pro ſua veſte camelorum ſetis contexta, ſcorteaque zona dimicaret; & is cuius ſpiritus æmulator erat, Elias noſter, de pallio ſuo non niſi diſcipulo Eliſeo tradendo inſiſteret, & Paulus Eremita primus dictus, ſuam palmaceam veſtem ſoli Antonio pro exuuiis relinquendam cogitaret; & Senuphius ſanctos, & celebris Ægypti monachus ſuperhumerale ſuum (quod ad Theodoſium Imperatorem miſit, vt eo indutus victoriam contra hoſtes obtineret, prout contigit, ſicut in actis SS. Cyri, & Ioannis apud Metaphraſtem, & Surium 31. Ianuarij habetur) magno pretio haberet; ac vt à ſingularibus abſtineamus exemplis, omne quotquot Religioſi nominis notâ cenſentur, proprij habitus magnam habendam rationem ſemper cenſuere, ſic quoque ſanctimoniales iſtæ, de quibus in præſenti, pro legitimi ſui Ordinis habitus materia, & colore iure meritoque diſcutere, & ſaluâ Religionis diſciplinâ contendere potuere, abſque vllius reprehenſione.

Cenſeo ſecundò, vt propiùs ad rem accedam, proprium, & legitimum habitum Ordinis S. Benedicti, ac perinde iſtarum monialium, eſſe debere nigri
coloris. Id enim Caſſinenſes ipſi Patres huius ſacer- 23
rimæ familiæ veluti primæui cultores in ſuo declaratorio ſic expoſuerunt: *Aſſumpſimus colorem nigrum, Beatiſſimum Patrem noſtrum Benedictum ſectantes, qui (vt legimus) nigro vſus eſt colore.* Similia habet Camaldulenſes. Et iam olim Petrus Diaconus coram Lothario Imperatore cum Ciſtellenſi quodam Monacho de obſeruantia Regulæ S. Benedicti diſputans, cum interrogatus eſſet, cur nigris Caſſinenſes vterentur veſtibus, reſpondit: *Quia talibus Benedictus Pater vſus eſt, vt habitu quoque mundo renuntiaſſe videretur.* Quam reſponſionem Imperator ſuo calculo approbauit. Hinc ipſe Sanctus Pater Benedictus in variis, quæ de eo leguntur apparitionibus,

nigro

nigro plerumqoe viſus eſt habitu, vt Benedictus Haefteous *diſquiſit. monaſt. lib. 5. tract:6. diſquiſ. 2.* notat. Er eiſdem veſtibus conſpectus fuit in aëre Nurſiam patriam ſuam defendere. Et referente Yepes *in chronic. ad ann. 523. cap. 5.* ac ſuffragantibus Sabellico *lib. 10. exemplor. cap. 6. §. vlt.* & Matthæo
24 Laureto *de exiſtent. corpor. S. Benedict. in monte Caſſin. lib. 1. c. 32.* cùm Gundiſaluus Fernandez de Corduba magnus Hiſpaniæ nationis militum ductor, & cognomento *Gran Capitan*, afflictus admodùm, & Barulana obſidione à Gallis preſſus eſſet, & nocte ad S. Benedictum (cui plurimùm addictus erat) confugiſſet, eo dormiente apparuit illi S. Pater eum confortans, & auxiliis ſecurum reddens, hanc tantùm beneficij accepti poſtulans vicem, vt ad Caſſinatem montem ſe conferret, idque ageret, vt Monaſterium illud vniretur inceptæ tunc in Ilalia Reformationi S. Iuſtinæ de Padua. Poſtridie eius diei euocari monachos quoſdam iuſſit, quibus viſum explicauit. Verùm cùm duo montis Oliueti, qui candido habitu ſub Regula S. Benedicti militant, oblati fuiſſent, non hos inquiebat ſe quærere, quòd S. Pater tali amictu non apparuiſſet. Euocati deinceps alij fuere ex monaſterio S. Seuerini Neapolitani Congregationis S. Iuſtinæ, quos *nigris* indutos vt vidit: Hic, inquit, eſt habitus quo ſe Benedictus mihi videndum obtulit, iiſque ex ordine totam viſionem enarrauit. Apparuit ergo S. Benedictus in habitu nigro, vt ſe ſuoſque Duci Gundiſaluo patefaceret. Petrus quoque Venerabilis Abbas Cluniacenſis *lib. 4. epiſt. 17.* latè id probat. Primò ipſius S. Benedicti authoritate. Secundò S. Martini exemplo. Tertiò diuerſorum Patrum teſtimoniis. Quartò denique ſubiungit rationem huius nigri co-
25 loris vſus: *Nam, vt quod ſentio*, inquit, *fatear, viſum eſt, vt mihi videtur, magnis Patribus illis nigrum hunc, de quo agitur, colorem magis humilitati, magis pœnitentiæ, magis luctui conuenire. Quibus ſtudiis quia totam monachi vitam maximè inuigilare oportet, decreuerunt, vt color moribus, veſtis virtutibus, quâ poſſent cognatione iungerentur. Veſtes enim candidas magis gloriam, quàm abiectionem; magis gaudium, quàm mœrorem antiquitus deſignaſſe, magis etiam Eccleſia, vt olim notum eſt, conuenire, & Angelus reſurgentis, & Angeli aſcendentis Domini præconte indicarunt, ipſeque Saluator in illa transformatione ſua gloria veſtibus niueis præclarus apparens, oſtendit.* Nec de hoc controuerſia videtur eſſe poſſe, cùm primis quatuor ſeculis Benedictini non niſi atro veſtirentur colore, itavt pro ſynonymis haberentur *Nigri monachi, & Benedictini*; quo nomine in Pontificum de-
26 cretis, & iure Canonico paſſim appellantur. Primam autem huius nuncupationis originem in Anglia ortum habuiſſe, atque inde per relliquam Europam diffuſam aſſerit Clem. Reneus *in Hiſt. de antiq. Bened. tr. 1. ſect. 1. §. 18.* ex diplomate Regis Ethbaldi, etſi antiquiorem eſſe hanc nomenclaturam ſtatuat idem Haefteuus ſuprà *diſquiſ. 3.* Monachorum ve-
27 tuſtiorum Eliani, & Prophetici ordinis cultorum, quos idem Benedictus æmulari ſtudebat, inſtar. Hos etenim nigra, fuſca, atra, ſeu grilea veſte vſos fuiſſe, ex D. Hieronymo *epiſtola 26. ad Pammachium*, dixi *tom. 1. Annal. ad ann. Chriſt. 385. n. 9.* Et conſtat ex veteri hiſtoria Galactionis, & Epiſtenes Martyrum apud Metaphraſtem, & Surium, *tom. 6.* vbi *qui ſunt nigro pallio induti*, ideſt Monachi, dicuntur *ſimiles eſſe Angelis.* Nec diſſentit D. Auguſtinus *epiſt. 199. ad Edimam*, ac ſupponit D. Athanaſius
28 *in lib. de virginit.* Quos multi alij ſequuntur apud Haeftenum relatum *diſquiſ. 2.* & Laurentium de Peirinis *comment. in Regul. Minim. cap. 3. §. 4. q. 6. n. 1.* Qui & *n. 4.* contendit etiam Chriſtum Seruatorem, eiuſque Genitricem ſanctiſſimam hoc veſtium colore vſos fuiſſe. Id porro indiſcriminatim de monachis viris, & ſanctimonialibus fœminis accipiendum Claudius Hemetæus *in peregr. diſt. 3. cap. 7.* clarè oſtendit dum ait, *nigris ſtolis indui* apud Græcos idem eſſe, atque fieri *Monaſten*. Probatque ex Zonata *in Conſtantin. Leon. filio*, ita ſcribente: *Claudit monaſterio vxorem Mariam Conſtantinus, & tonderi iubet, & huic circumponi veſtes pullas.* Idem in Michaële Rangabi, *Theophanonem Stauracij coniugem, monacham factam, & nigrâ indutam ſtolâ donauit multâ pecuniâ.* Rurſus idem in Conſtantino Monomachio: *Tornicio comam detondit Conſtantinus gladiator, ſe ſpem eius vnà detonſurum ratus, & nigram lacernam induit, quaſi eo colore expectatum illi fortunæ ſplendorem obſcuraturus.* Concilium in Trullo: *Sanctimoniales iubet ſine pompa vlla citò veſtibus atris amiciri, cùm vota faciunt.*

Accenſeo tertiò, veſtes Benedictinorum, ac proinde etiam ſanctimonialium, de quibus in caſu, non lineas, ſed laneas eſſe debere. Zacharias enim Papa reſcribens Pipino, & vniuerſis Epiſcopis, & Abbatibus Franciæ de multis ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectantibus, apud Baronium *ad ann. 744.* hæc habet: *Monachi laneo indumento iuxta normam, & regulam monaſticæ diſciplinæ, atque traditionem ſanctorum mirabilium Patrum, ſine intermiſſione vtantur.* Probatque hanc ſuam conſtitutionem, *quia Monachi ab omnibus illicitis debent abſtinere. Apoſtolis autem diuinum datum eſſe mandatum, duas tunicas non habendi. Tunicas dixit: itaque, laneas, non lineas.* Eandem etiam prohibitionem de lineis non geſtandis à monachis, Innocent. III. Gregorius IX, Nicolaus IV. & Benedictus XII. poſteà fecerunt. Conformiter etiam ad ſacrarum Virginum vetuſtiſſimum vſum, quem Diuus Hieronymus commemorat *in epitaphio S. Paula*, quo ſolùm linteaminibus pro manibus tergendis, alioquin lanâ puriſſimâ vtebantur. Quod etiam pro vſitato more cernitur in vitis S. Odilonis Abbatis, S. Vldarici, & aliorum plurium. Sed quid maius? Chriſtum Dominum, Deiparamque ſanctiſſimam laneis, & non lineis vſos veſtibus, rectè probat contra Shetlogum Sanctorus de Melfi *in commentariis ſuper conſtitut. Minor. cap. 2. ſtatut. 68.* 29 30

His tamen parum, aut nihil obſtantibus, cenſeo quartò, poſſe præfatas Sanctimoniales vti habitu, quo vſque modò vſæ fuerunt ſine ſcrupulo alicuius peccati. Quod primò fulcitur ex vi, & natura conſuetudinis, quæ vt in caſu dicitur, ab immemorabili tempore eſt, vltra etiam ducentos annos vſu continuato recepta, videntibus, ſcientibus, & conſentientibus Abbatibus Ordinis, ac Prælato Illuſtriſſimo vrbis, ſub cuius regimine, & cura ſunt. Conſuetudo enim tam legitima primò æquipollet veritati, *l. 1. ff. de ſeruit. & aqua*, Bald. *conſ. 289. in princ. lib. 4.* Cardin. Tuſch. *concl. 806. num. 17.* Secundò parem vim habet cum lege, *l. de quibus, ff. de legibus, §. ex non ſcripto. Inſtit. de iur. nat. gentium, & c. c. fin. de conſuet. cap. conſuetudo, 1. diſt. l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo*, Guido *ſingular. 83.* Belletus *diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. de fauor. Clericorum, §. 3. n. 10.* Tertiò quidquid poteſt Princeps concedere, poteſt conſuetudo inducere, *l. ſi quiſquam, ff. de diuerſ. & tempor. præſcript. & l. 1. C. de feud. cap. ſuper quibuſdam, §. præterea, de verbor. ſignificat.* Henricus Boich. *in cap. quinatò, de iureiurand. diſtinct. 2.* Minſinger. *centur. 4. ſingul. obſeruat. 24.* Moren. *in Reſponſ. reſponſ. 3. numero 8.* Quartò ad idem, poteſt conſuetudo introducere quidquid poteſt priuilegio concedi. Oldrad. *conſ. 172. in princ. & conſ. 146. in fin. & conſ. 254. num. 8.* Ancharan. *conſ. 50.* Bald. *conſ. 49. lib. 1.* Ex quibus, & aliis proprietatibus conſuetudinis, ſcilicet 31

quod *faciat de non licito licitum*, quod *ſit optima legis*
interpres, quod *tollat omne ius, quod non ſit naturale,*
vel diuinum, & ſimilibus, de quibus Doctores, om-
ninò neceſſariò conuincitur poſſe præfatas Moniales
vti dicto habitu, ac ſi per legem, priuilegium, aut
voluntatem legitimi ſuperioris id illis eſſet con-
ceſſum.

32 Secundò etiam ex eo, quod dicta conſuetudo ra-
tionabilis, & bono titulo introducta videtur. Quod
præcipuè deſumitur ex earum Patriarchæ S. Bene-
dicti verbis, *in Regula cap. 55.* vbi dum *de veſtiariis,*
ſeu calceariis Fratrum (idem dico de Monialium)
ſermonem ageret, nihil prorſus curandum ipſis
oſtendit de colore veſtium monachalium, ſed id to-
tum Abbatis arbitrio, Prouinciæ, & locorum con-
ſuetudini relinquit. Dicit enim: *Veſtimenta fratribus*
ſecundum locorum qualitatem vbi habitant, vel aërum
temperiem dentur; quia in frigidis regionibus amplius
indigetur, in calidis verò minus. Hæc ergo conſide-
ratio penes Abbatem eſt. Nos tamen mediocribus locis
ſufficere credimus monachis, per ſingulos cucullam,
& tunicam. Cucullam in hyeme villoſam, in æſtate pu-
ram, aut vetuſtam, & ſcapulare propter opera. Indu-
menta pedum, pedules, & caligas. De quarum omnium
rerum colore, aut groſſitudine, non cauſentur mona-
chi, ſed quales inueniri poſſunt in Prouincia, quam ha-
bitant, aut quod vilius comparari poteſt. Abbas autem
de menſura prouideat, vt non ſint curta ipſa veſtimen-
ta vtentibus eis, ſed menſurata. Quæ ſi rectè expen-
dantur, manifeſtè denotant, non curaſſe de colore, vt
diximus, veſtium. Cuius ſignum euidens eſt, quod qui
poſtea ad Ordinis Benedictini inſtaurationem varias
excitauerunt Congregationes, liberum ſibi exiſti-
marunt, eum accipere colorem, qui pietati, deuo-
33 tioni, aut occaſioni congruere videbatur. Hinc
Camaldulenſes ſub S. Romualdo Duce album ac-
cepere. Et B. Ioannes Gualbertus *de ſuarum ouium*
varia lana (alba ſcilicet, vel nigra) *iuſſit pannum pro-*
miſcuum fieri, vt refert Haeftenus *ſup. diſquiſit. 1.*
Landulfus quoque Congregationis Fontis Auellanæ
fundator, & B. Petrus Damiani indumentis albis, &
cærulei coloris pallio, vnà cum ſuis monachis vſi
ſunt, vt habet Ricordatus *in hiſtor. monaſtic. diar. 1.*
Ciſtercienſes album, retento nigro ſcapulari aſſump-
ſerunt. Quinimò vt ex ipſorum hiſtoriis refert Be-
nedictus Gononus *in chronicon SS. Deiparæ, ad ann.*
1109. cùm illi nigris cucullis vterentur, ob quan-
dam viſionem eiuſdem Dei Genetricis *cuculla colo-*
rem mutarunt, & quæ antea nigri erant coloris, repentè
34 *candidiſſimo inſtar niuis colore ſunt tincta.* Oliuetani
album dumtaxat, & Cœleſtini nigrum in cuculla; in
aliis veſtibus candidum, vt conſtat, retinent. Quin
Antonius de Yepes *in chronic. Benedictin. anno*
Chriſti 551. cap. 5. teſtatur in pluribus Monaſteriis
Congregationis Valliſoletanæ Hiſpanicæ vſu recep-
tas tunicas albas, quibus de nocte vterentur. Hinc
video verſificatorem quendam apud Vuionem *in*
ligno vitæ, lib. 5. c. 11. ſic dicentem: *Sacer Ordo Be-*
nedicti vtitur amictu triti pro ſuo velamine: albo, ni-
gro, camelino, lana texta ſine lino, prout eſt Religio.
Monachi præterea illi, & Martyres, quos S. Eulo-
gius *in Memoriali Sanctorum, lib. 3. c. 10.* in vita S.
Columbæ commemorat, qui eſto antiquiſſimo Mo-
nachiſmo Elianorum aſcribi poſſunt, vt *in 3. tom. no-*
ſtrorum Annal. ad ann. 847. annotamus, opinione ta-
men vulgari Benedictini creduntur, albicantis colo-
35 ris veſtibus indui videbantur, vt de S. Columba eo
loco notatur. Nonne etiam idem Pater Benedictus, ne
forſan album colorem auerſari videretur, cucullâ
candidiſſimâ indutus quondam apparuit Eliſabeth
Schoenaugienſi, celebris ſanctitatis fœminæ, ipſa
lib. 1. viſion. ſuar. c. 5. referente? Æmulatus eſt por-
rò in hoc, ſicut & aliis S. Benedictus antiquorum
Monachorum vſum, qui pro nihilo fermè habentes
habitus colorem præfixum, de ipſo omninò tacent,
prout D. Baſilius in Regulis fuſiùs diſputatis, q. 22.
Clariùs Nazianzenus *epiſt. 1.* inquiens, *colorum ama-*
nitates ne exquirantur: & non ſubobſcurè Caſſianus
lib. 1. c. 3. ibi, *Nulla coloris vel habitus nouitate, &c.*
Igitur Monialium iſtarum vſus, nec à Regula D. Pa- 36
tris ſui Benedicti, nec ab aliorum priſcorum Patrum
praxi diſcordat. Eo præſertim, quòd primi inſtituti
cultores, qui primitiæ fuerunt monachiſmi poſt
Apoſtolos in primæua Eccleſia, veſtibus quoque al-
bis vtebantur, prout *tom. 1. noſtrorum Annalium,*
circa annum mundi 3545. n. 29. ex Ioſepho, Porphy-
rio, & *tom. 2. in Apparat. c. 3. n. 17.* ex aliis oſten-
dimus.

Suadetur etiam huius conſuetudinis Monialium 37
honeſtas neruosè, & efficaciter ex eo, quod cùm Cle-
mens V. in Concilio Viennenſi modum veſtium
Monachalium ſtatuere voluiſſet, eo qui honeſtati
minùs congruebat relato, *Clement. ne in Agro, de*
ſtat. monach. cap. 1. ſic habet: *Statuimus vt ſuperior*
veſtis ipſorum habitui proxima, nigri, aut albi coloris
exiſtat, iuxta morem apud eos ſeruari ſolitum in regio-
ne in quâ degunt. Circa quæ maximè expendendum
quod Pontifex hoc loco non de omnibus mona-
chis genericè loquitur, ſed ſpecialiter de monachis
nigris, quales ſunt Benedictini Caſſinenſes, quibus
adhærent Sanctimoniales iſtæ, de quibus in caſu.
Id enim conſtat ex eodem Pontifice in prooemio hu-
ius Clementinæ, ibi: *Ne in agro Dominico, ſacra*
videlicet Monachorum nigrorum Religione, indecorum
aliquid obrepat, &c. Et ex ſummario præfixo ipſi
Clementinæ, Gloſſa, & aliis. Ex hoc enim ſatis elici-
tur, Monialibus iſtis ſub hac lege contentis licitum
eſſe vti veſte *nigri, aut albi coloris.* Quod notat Gloſſa 38
ibi *verb. Coloris*, dicens: *Iſti colores ſine tinctura ex la-*
na poſſunt haberi, & ideo potiùs approbati. Vrgeamus
& nos verba Pontificis, *ſuperioris veſtis ipſorum habi-*
tui proxima; ſi enim veſtis ſuperior, quæ præcipuè
inter alias profeſſionem monaſticam, veluti magis
conſpicua demonſtrat, indifferenter *nigri, aut albi co-*
loris præſcribitur, multò ergo magis id accipiendum
de aliis interioribus indumentis: ac proinde harum
Monialium vſus vt legitimus habendus. De intelli-
gentia tamen huius Clementinæ, & diuerſitate ha-
bitus monachorum, de qua ibi loquitur Pontifex,
videndus inter alios Arnoldus Vuion eiuſdem in-
ſtituti in vita S. Gerardi in *annotationib. ad c. 21.*

Præterea, quia ſi quis color in vniuerſo mundo 39
eſt, qui magis deceat virgines ſacras Deo, is eſt al-
bus. Etenim in S. Scriptura *Matth. 17. Marc. 9. &*
16. ac *Apocal. 7.* maximè commendatur, & expreſsè
Apocal. 7. dum illi qui dicuntur *ſtantes ante thro-*
num, & in conſpectu agni, dicuntur quoque *amicti ſto-* 40
lis albis. Quia candida veſtis ſymbolum eſt victo-
riæ, & triumphi, vt patet ex eo Apocal. 3. *Qui vi-*
cerit, veſtietur veſtimentis albis. Virgines autem
triumphatrices voluptatum eſſe, pro comperto eſt. 41
Color inſuper albus ex Ariſtotele *de ſenſu, & ſenſat.*
primus eſt, & aliis nobilior. Decet ergo Virgines ſa-
cras, quæ nobilior Eccleſiæ ſanctæ pars ſunt ſub Pa-
ſtorum ſtatu. Interdum etiam albus pro bono, aut 42
felici, ſicut è contrario niger pro malo, aut infelici
accipitur. Sic Perſius: *Per me equidem ſint omnia*
protinus alba. Et Horatius:

Hic niger eſt, hunc tu Romane caueto.

Felicitas ergo Sanctimonialium Deo ſoli vacan-
tium per album colorem, quem geſtant, rectè indi-
gitatur. Denotat præterea mentis, & corporis pu-
ritatem, quæ paucis etiam maculis defœdatur, ſicut
ipſe candidus color. Hinc Cæſarius Arelatenſis

Monia

Monialium indumenta *in Regula, numero 42.* deſcribens, nullâ tincturâ niſi *layâ, & lactinâ* infecta denunciat. Aurelianus etiam Cæſarij ſucceſſor *in Regal. Monach. cap. 26.* Cæſarium ſequens: *Veſtimenta,* inquit, *alio colore non induatis, niſi layâ, lactinâ,* &c. Ex his autem, & aliis, de quibus Chaſſaneus *in Catal. part. 12. conſid. 95.* Mendoza *in Viridar. lib. 4. problem. 30. num. 156.* & Peyrinis *comment. in Regul. Minim. c. 3. §. 4. q. 6.* ſatis ſuperque firmatur honeſtas conſuetudinis harum ſanctimonialium.

43 Sed rem concludit Petrus Bleſenſis *epiſt. 97.* ad quendam Benedictinum Abbatem, ſic piè doctéque, noſtroque intento valdè congruè hæc ſcribens, vt propter ipſa eius verba meritò querulis Monialibus dicere poſſemus, quod *de colore* non cauſentur, albo ſcilicet aliarum ſororum. *Chriſtus diuiſus non eſt, ſiue in alba, ſiue in pulla veſte, in omni profeſſione, & ordine, in omni gente: quicunque operatur voluntatem Domini, acceptus eſt illi. Inter album, & nigrum habitum non diſtinguit ille, apud quem non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci. Attendit Dominus mentem, non cutem; merita, non colorem. In monte Caſſino ſchema monaſticum quo B. Benedictus eſt vſus, vſque hodie, ſicut dicitur, perſeuerat. Quis audeat tanti Patris habitum blaſphemare in filiis? Nam ſi delibatio ſancta, & maſſa; ſi radix ſancta, & rami; ſiue cum Nazaræis candidior niue ſit aliquis, ſiue cum B. Iob ſuper carbonem denigrata ſit cutis eius, vterque ſalutem in domo Domini operatur. Sanè in ouili Iacob ſunt agni albi, & nigri. In vinea Sorec ſunt vua alba, & nigra, ſed & ſponſa quæ liliis conuallium prædlbeſcit, ipſa eadem dicit: Nigra ſum, ſed formoſa. Apud ſponſam Chriſti non eſt abſurda varietas, cùm ipſa circumamicta varietatibus deſcribatur. Ipſa varietas vniformitatis cauſa eſt; nam in Cythara ex diuerſitate chordarum fit vniformis modulatio ad concentum.* Ceſſet ergo lis, & controuerſia inter ſacras Virgines iſtas, ea quæ Bleſenſis dixit, animo ruminantes.

Ceſſare inſuper ab ea deberent, vel propter authoritatem Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D.N. earum Antiſtitis, & Superioris legitimi, qui ita obſeruandum præcipit, ſuffragiis viſis maioris partis Monialium. Certi enim iuris eſt, quod Prælatis
44 ſubditi debitam præſtare teneantur obedientiam in rebus dubiis, & controuerſis. Sic enim dicitur Deuteronom. 17. *Si difficile, & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris, &c. venies ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad Iudicem, qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis, &c. & facies quodcunque dixerint, qui præſunt.* Et colligitur *ex can. Quid ergo, 11. q. 3. & can. Quid culpatur, 23. quæſt. 1.* & ex PP. plures docent, & ſpecialiter D. Bernardus *in opuſc. de præcept. & diſpenſat. c. 12.* dum dixit: *Quidquid vice Dei præcipit homo, quod non ſit tamen certum diſplicere Deo, haud ſecus accipiendum eſt, quam ſi præcipiat Deus.* Et infrà: *Ipſum proinde, quem pro Deo habemus, tanquam Deum audire debemus.* Et apud Ethnicos pro comperto veluti habebatur, Sacerdotum ſuorum iudicio gubernari, prout de Archiepiſcopis teſtatur Strabo *lib. 17.* de Ægyptiis Ælianus *lib. 14. variar. hiſtor.* de Perſis, eorumque Magis Euſebius *in Chronic.* Agathias *lib. 2.* & alij; de Athenienſibus, & Areopagitis, Ioſeph. *lib. 14. antiquit. c. 19.* de Gallis, & Druidis Cæſar *lib. 6. de bello Gallic.* & de Romanis & eorum Auguribus Cicero *lib. 2. de legibus.* Si igitur (quod Socrates apud Xenophontem *lib. 4. de dictis Socratis,* dicit) *quod omnibus gentibus obſeruatum eſt, id non niſi à Deo ſancitum eſſe credi debet;* ſanè prudenti iudicio eiuſdem Illuſtriſſimi ſtandum fore, prudentes Virgines exiſtimare poſſunt, nec cauſari de habitus colore.

Eo quoque præcipuè, quod Illuſtriſſimus hic 45
Dominus matura diſcuſſione, & ſententiâ maioris partis Capituli ipſarum Monialium, videlicet 46. ſuffragiis (cùm pro contraria non niſi 14. fuiſſent recepta) viſis, ſuum decretum interpoſuerit. Quod etenim à maiori parte Capituli legitimè congregati (prout in præſenti contigit) deciditur, præualere debet, appellatione remotâ, *cap. cùm in cunctis, de his quæ fiant à maior. part. Capit.* ex Concilio Lateranenſi ſub Alex. III. *& capite ex parte, eod. tit.* Et quod maior pars facit, ab omnibus fieri cenſetur, *l. quod maior, ad municip.* & de maiori parte ad totum validum eſt argumentum, vt per Cuiac. *in Topicis legalib. loco 6.* Andream Gambar. *in dialect. legal. lib. 1. loco 5.* Menoch. *cap. 855. num. 10.* & plures alios.

Eſt autem eadem, vel ſimilis ratio de qualitate, 46
& de materia veſtium, ſeu indumentorum dictarum ſanctimonialium. Cùm enim earum legiſlator in verbis relatis non videatur rationem habuiſſe de tali qualitate, & materia, ſed ſolùm de qualitate locatam, conſideratione Abbatis, & quod non ſint pretioſa, ſed qualia in Prouincia, in qua habitant, inueniri poſſunt, aut vilius comparari; cùm hæc omnia aptari queant dictis indumentis, non videntur contraria Regulæ. Deinde cùm Clemens V. in in dicta Clementina *Ne in Agro,* ſolùm Benedictinis præſcripſerit colorem ſuperioris veſtis, ſcilicet quod *nigri, aut albi coloris exiſtat,* & de aliis veſtimentis duntaxat adiunxerit, *ut in qualitate panni Regularis excedatur modeſtia, nec quæratur quod pretioſius, & ſubtilius, ſed quod vilius valet inueniri;* cùm hæc etiam omnia quadantenus applicari queant dictis indumentis, nec etiam videbuntur contraria Clementinæ. Eſto autem aliquo modo contraria viderentur, cùm conſuetudo legitima talis naturæ ſit, vt viſum eſt, quod æquiualeat veritati, legi, & priuilegio; imò quod contra quamcunque humanam legem præualere poſſit, eam abrogando, explicando, moderando, prout communi- 47
ter S. Theologiæ, & vtriuſque Iuris Doctores tenent, quorum aliqui adeo extollunt vim, & naturam conſuetudinis, vt ab eis appelletur forma, & quaſi alterum ius naturale; & quod omnia poſſit, Baldus *conſ. 433. lib. 3.* Surdus *de aliment. titul. 1. num. 7.* Cardinal. Tuſchus *pract. concluſ. tom. 2. lit. C, concluſ. 806. n. 16.* profectò videtur ſtare poſſe conſuetudini, quæ eſt in contrarium pluſquam immemorialis; ſiquidem ſupponitur eſſe ſupra ducentos annos confirmata authoritate legitimi Superioris, & conſenſu maioris partis Capituli.

Nec dictis obuiat, quod monaſtica Regula veluti 48
in indiuiſibili conſiſtere debet, ita vt ipſi nihil addere, aut ab ipſa aliquid demere liceat. Hoc enim in omni Regula D. Chryſoſt. *Homil. 12. in Epiſt. ad Epheſ.* requirit, dicens: *Regula nec addi ſibi quicquam, nec demi ſuſtinet; alioquin hoc ipſum quod Regula eſt, amittit, ac perdit.* Antiquiſſimus etiam Author *libri de conflict. virtut. & vit.* quem alij immeritò S. Leoni Papæ, alij S. Ambroſio, alij S. Auguſtino tribuunt, alij verò prudentiùs Sigebertum ſequuti S. Iſidoro Hiſpalenſi, vel forſan S. Gregorio, ſic inquit: *Tu igitur iuxta Regulas Patrum viuere ſemper ſtude, maximè autem S. Confeſſoris Benedicti: non declines ab ea quoquam, nec illi addas quippiam, nec minuas: totum enim quod ſufficit, habet, & nunquam minus habet. Cuius verba, atque imperia ſectatores ſuos perducunt ad Cœli palatia.* Quibus fauet S. Virgo Hildegardis, quæ *in expoſit. Benedictinæ Regula,* ſic habet: *Quoniam ipſe,* Sanctus Benedictus, *in timore, & pietate, in charitate, & caſtitate doctrinam ſuam ſcripſit; ideo nihil eidem doctrina addendum, vel*

inferendum eſt , quia nihil ei deeſt, quoniam in ſpiritu ſancto facta, & completa eſt. Ac maxime illud Prouerb. 22. *Ne tranſgrediaris terminos , quos poſuerunt Patres tui.* Quibus accinunt multa, quæ in tractatu *de Reformat. Regularium, c. 5. & 6.* ad intentum congeſſi.
49 Hæc, inquam, non obuiant dictis. Primò quidem, quia ipſe Ariſtoteles, qui *lib. 1. Rhetor. c. 3.* dixit , *Maximè expedit benè inſtitutas leges omnia quæcunque poſſunt complecti, ac definire,* ſubiungit, *minimamque partem Iudicum arbitrio relinquere* ; quaſi denotans pro intento noſtro, Regulæ complemento, aut perfectioni nihil prorſus derogari , eo quòd minimum aliquid ipſius *Iudicum arbitrio relinquatur.* Nil ergo mirum, quod minima iſta, in quibus Moniales iſtæ à Regula deflectere videntur, in Illuſtriſſimi Prælati iudicio, circumſtantiis ponderatis, & ad maiora incommoda euitanda , relicta ſint. Deinde quia præcipua diſſonantia à Benedictina Regula, quæ in huiuſmodi Monialium veſtimentis notatur, innitur ex delatione veſtis lineæ albæ : contra quod (præter dicta in ſuperioribus, vbi etiam quod color albus maximè deceat Virgines Deo ſacras) audiator a ſimili Paulus Diaconus egregius huius Regulæ commentator, qui *ſuper c. 55.* ſic inquit : *Non debent Monachi cauſare ſi pedules albi fuerint, & tunica fuſca, id eſt ſi pedules alterius coloris fuerint , & alterius tunica, atque alterius cuculla.* Audiantur etiam Conſtitutiones , quibus dictæ Moniales adhærent , ſtatuentes de indumentis interioribus , quod *ſint alba, vel nigra, aut bertina.* Item Burſfeldẽſes in Germania huius Ordinis reformati, *in Primum diſt. 3. c. 14.* vbi duas tunicas cuilibet aſſignantes, alteram volunt eſſe *albam.* Ac etiam Yepes ſuperiùs relatus, qui de Benedictinis Hiſpanis loquens dicit, vſu apud illos receptas eſſe tunicas albas pro noctibus. Si igitur hæc alba indumenta in Monachis ſine Regulæ diſpendio permittuntur, cur non in Monialibus, quæ delicatioris ſexus ſunt, albæ tunicæ ſuſtineri poſſunt.
50 Cauſam verò , cur in interioribus veſtibus hic albus color permiſſus ſit, ſic tradit Haeftenus relatus *diſquiſit. 1.* quod maximè procedit in caſu noſtro. *Aſſumptum autem hunc album colorem in interioribus veſtibus idcircò exiſtimo, vt faciliùs lauari queant. Niger enim,*
51 *vel alius quicumque tinctus color abluendo dilutior fit, & in alium ſenſim faceſſit.* Sed quidquid de iis omnibus ſit , conſuetudine abrogari potuiſſe Regulam, dato etiam quod expreſsè dictas albas tunicas prohiberet, liquidò conſtat ex communi DD. quod etiam quoad regulæ præcepta ad mortale obligantia, tenent Nauarrus *in Man. cap. 12. n. 50.* Rodriguez *tom. 1. q. 69. art. 2.* Peirinis *tom. 1. priuil. Minim. in conſt. 4. Iulij II. n. 21.* Bordonus *tom. 2. reſolut. 85. num. 36.* & alij. Quantò magis præcepta Regulæ non obligantis ad mortale, niſi ſolùm in iis quæ ſpectant ad tria vota Religionis, ſed ad veniale dumtaxat, imò etiam ſecundum aliquos, nec ad veniale, ſed ſolùm ad pœnam, qualis eſt Benedictina, vt latè Haeftenus ſuprà *lib. 2. tr. 8. diſquiſit. 1.* poſt alios, potuerunt conſuetudine ducentenariâ abrogari?

52 Et ſanè (vt myſticam talis tunicæ ſignificationem afferamus, & eo magis eam deferentes ad ſpiritualia exercitia excitentur) ſi ea à *Domini inconſutilis tunica eſt mutuata*, prout notat Honorius Auguſtodunenſis *lib. 1. Gem. animæ*, ſiquidem inconſutilis tunica Chriſti alba fuit, vtpote interior, & camiſiæ, ſeu induſiæ loco ; decuit etiam tunicam monialium albam eſſe, vt vel ſic Chriſti ſponſi earum crebriùs recordentur, & quod ad talos vſque deſcendat, quia vt D. Gregor. *lib. 1. Moral. cap. 20.* ait : *Quid eſt talaris tunica , niſi iuſtitia conſummata ?* Quo de perſeuerantia in ipſius amore vſque ad finem vitæ moneantur.

Quamvis autem in ſuperioribus dixerim , ſanctimoniales iſtas, de quibus in præſenti, pro legitimi ſui habitus materia, & colore iure, meritoque diſcutere potuiſſe , abſque vlla reprehenſione , hoc tamen intelligendum eſt, vt ibi dictum, *ſaluâ Religionis diſciplinâ*, id eſt, quando res erat ſub lite, & controuerſia à legitimo Superiori non erat prudenti, & maturâ diſcuſſione præmiſsâ deciſa aut declarata. 53 Quando etenim hoc modo res deciſa fuerit , proculdubio grauiter peccabunt Moniales non obedientes ; tunc enim agent contra *Religionis diſciplinam*, quæ præcipit, vt ſubditi obediant ſuis ſuperioribus in rebus dubiis concernentibus obſeruantiam ſuæ Regulæ. Ita enim eſt communis fermè ſententia DD. quorum plurimos, cum Theologos, tum Iuriſtas refert, & ſequitur Sanchez *lib. 6. in præcept. Decalog. c. 3. num. 3.* Colligitur id primò ex adductis ſuperiùs. Secundò, quia tunc maximè procedit Regula illa, ſcilicet quod Religioſus *non habeat velle, neque nolle*, quæ ex iure habetur , *cap. ſi Religioſus 27. de elect. in 6. cap. fin. de teſtam, & ſepultur. ibid.* quia videlicet debet habere *velle, & nolle* ſui Superioris, cuius dominio per profeſſionem ſe ſubiecit , & cui vice Dei gubernandum ſe tradidit , *cap. quid culpatur , in fin. 23. q. 1.* Couarruuias *Regul. peccatum, 2. part. n. 5. ad fin.* Sanchez *ſuprà* , Bordonus *reſolut. 9. num. 5.* Tertiò , quia tunc etiam intrat Regula illa vulgatiſſima , *Poſſidentis melior eſt conditio* , ex pluribus iuribus deſumpta, & propter quam dicitur , *Beatus qui poſſidet.* Gloſſa *verbo Requirat, in cap. 1. de pace tenend. in vſibus feudor.* Cum enim Prælatus ſit in poſſeſſione poteſtatis præcipiendi ſubdito, eſt melior ipſius conditio, ac proinde non poteſt ſpoliari dictâ poſſeſſione, aut perturbari in ipſa, quod fieret ſi Religioſus non teneretur ſtare eius iudicio. Quartò, quia quemadmodum licèt ante determinationem factam ab Eccleſia de aliqua veritate , poſſit inter Doctores eſſe circa illã varietas ſententiarum, poſtquam tamen Eccleſia determinauit quid ſentiendum, coguntur fideles ſtare tali determinationi , eo quod Papa , ſeu Eccleſia eſt interpres voluntatis diuinæ: ſic etiam ante decretum, ſeu præceptum Superioris (qui etiam, vt rectè Sotus *de ſecret. memb. 3. q. 2. concl. 1.* Sanchez *ſuprà* , eſt interpres voluntatis diuinæ) licet ſubdito reſiſtere, cùm res eſt dubia, non tamen poſt illud. Quintò, quia in hoc fundati Summi Pontifices pacis Religioſorum amatores ſæpius non tam concesſerunt, quàm declararunt, ipſos poſſe , & teneri ſtare declarationibus ſuorum ſuperiorum, in rebus dubiis , & ſcrupuloſis , vt videre eſt in Leone X. apud Caſſarubium *in compend. priuileg. Mendicant. verbo Declarare*, Portellum *in dub. Regular. verbo Scrupulus* , & Mirandam *tom. 2. manual. Prælat. q. 44. art. 2.* & aliis, qui ferè ſimilia fecerunt circa priuilegia Benedictinorum apud Cornelium Margarinum *in Bullar. Caſſinenſi , tom. 1.*

Cùm ergo , vt apparet ex decreto Illuſtriſſ. & 54 Reuerendiſſ. Dom. eiuſdem Monaſterij Monialium Superioris , & Prælati *ſub dat. 27. Ianuary 1651.* ipſe præceperit, & ordinauerit, acceptantibus etiam, & conſentientibus eiſdem Monialibus , vt poſt earum ſuffragiorum receptionem , niſi maior pars aliter iudicauerit , *non ſi facci nouità , & che tutti vniformi veſtine l'habito nel modo ſin'hora vſate , con le regole, &c. e moderationi contenute nell'ordini, & decreti di SS. Illuſtriſſima , & de ſuoi predeceſſori ; dechiarando, che coſi poſſano eſſer ſicure in conſcienza, &c.* iam eſt ſublatum dubium , quod aliàs poterat eſſe, & ſcrupulis præcluſa via ; ac proinde moniales omnes ſub mortalis etiam culpæ reatu (poſito ſcandalo, & occaſione ſeditionum, quæ in oppoſito cernuntur)

nuntur)·tenentur acquieſcere tali decreto, & vti veſtibus, & habitu ſoliciti in eodem Monaſterio, niſi velint vt inquietæ, inobedientes, & partiales æſti-
55 mari. Audiant Origenem *homil. 26. in Numer. Diſcenda igitur nobis magnopere eſt conſonantia diſciplina, quea tanquam in muſicis, ſi harmonia chordarum fuerit conſonanter aptata, ſonum ſuauem modulate carminis reddit, ſi verò ſit aliqua in fidibus diſſonantia ingratiſſimus ſonus redditur, & carminis dulcedo corrumpitur: ita & iis qui Deo militant, ſi diſſenſiones, & diſcordias inter ſe habeant, ingrata erunt omnia, & nihil acceptum Deo videbitur.* Et D. Hieronymum in Reg. monach. *cap. 1. Charitas religioſos monachos facit, ſine hac monaſteria ſunt Tartara, habitatores ſunt dæmones; cum hac verò ſunt paradiſus in terris, & in eis degentes ſunt Angeli. Ideoque licet longa macerent ieiunia, abiecta, & nigra veſtis deformes, longa officiorum, & operum texatur ſeries, ſi iuxta diſit charitas, ad infimum nondum religionis gradum peruentum eſt.* Et Antiochum *in Pandect. S. Script. homil.* 80. *Eadem ſit & ſententia, & par voluntas, cum vnum, idemque ſimus corpus. Quemadmodum enim examen apum fauum ſibi conficit mellis, ita fratrum congregatio Regnum repræſentat Dei. Sicut tubarum clangor bellantium promouet, & excitat alacritatem, ita & practico virtutis doctrina ſtudia diſcipulorum mirè exacuit. Nam quiſquis ſe à cæteris ſegregat, & in totum auellit, nihil differre videtur ab aue, quæ è nido proprio euolauit, eoque cogitur è loco permeare. Auicula quæ talis eſt, nihil difficilè capitur per aucupis, aut venatoris inſidias*

CONSVLTVM LII.

De Cadauere cuiuſdam malefactoris ad Eccleſiam delato.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, ſeu factum.*
2 *Gaudet hic mortuus immunitate Eccleſiaſtica.*
3 *Non magis quàm homo viuus.*
4 *Verba debent intelligi per prius, non per poſterius.*
5 *Cadauer potitur immunitate Eccleſiæ.*
6 *Iuris axiomata ad intentum.*
7 *Leges immunitatis Eccleſiarum generaliter loquuntur.*
8 *Ratio potius quàm verba attendenda in ſtatutis.*
9 *Ratio eſt anima legis.*
10 *Vbi eſt eadem ratio, eſt eadem lex.*
11 *Statuta plura, tam ad viuos, quàm ad mortuos extenduntur.*
12 *Prohibitio de non communicando cum excommunicatis.*
13 *Ex Innocentio III. & Alexandro III.*
14 *Pœna impoſita relegatis extenditur ad defunctos.*
15 *Vſus in partibus Italiæ.*
16 *Exemplum Sancij Regis Nauarræ, & Caſtellæ.*
17 *Ex eo infertur intentum.*
18 *Iura loquentia de immunitate Eccleſiarum reuerentiam reſpiciunt.*
19 *Iura ad intentum, & n. 20.*
21 *Ex iure Ciuili, & n. 22.*
23 *Ex Hæreticis, & aliis infidelibus, & n. 24.*
25 *Roboratur intentum.*
26 *Obiecta in contrarium, & n. 27. & 28.*
29 *Precluduntur, & n. 30. & 31.*
32 *Conſtitutio Gregorij XIV. exponitur, & n. 33.*
34 *Abſurda ſequuta ex oppoſito, & n. 35. 36. & 37.*
38 *Quilibet præſumitur velle ea quæ ſibi ſunt commoda.*
39 *Plutarchi teſtimonium.*
40 *Vſus gentilium circa immunitatem rerum, & n. 41. & 42.*
43 *Ara miſericordiæ.*
44 *Templum Dianæ.*
45 *Pauſaniæ teſtimonium.*
46 *Sepultura fidelium eſt maximè fauorabilis.*
47 *Teſtimonia authorum.*
48 *Per mortem delinquentis crimen cenſetur extinctum.*
49 *Eccleſia debuit fauere huic delinquenti defuncto.*
50 *Damnati ad mortem ſunt veluti ſerui Reipublicæ.*
51 *Sunt ſerui pœnæ, ad quam damnantur.*
52 *Cadauera punitorum non ſepeliuntur ſine licentia Magiſtratuum.*
53 *Extrahi poterat de licentia Epiſcopi, vel eius Officialis.*
54 *Verba Conſtitutionis Gregorij XIV.*
55 *Auctores qui de hac re loquuntur.*
56 *An extrahentes cadauer ex loco ſacro excuſentur à ſacrilegio.*
57 *Authores qui de hoc loquuntur.*
58 *An excuſentur à tranſgreſſione Iurium, quo de hac re agunt.*
59 *Quid de conſuetudine, quæ obiicitur.*
60 *Oportet quod probetur, & n. 61.*
62 *Et quod concurrant in ipſa conditiones ad conſuetudinem requiſita.*
63 *Et quod probetur quod poſſit ius diuinum abrogare.*
64 *Aliud eſt ſolitum, aliud conſuetum.*

IESVS MARIA.

Caſus.

CONTIGIT in quadam Hiſpaniarum nobiliſſima Ciuitate, quòd cùm malefactor quidam à Magiſtratu ſuſpendij in furca pœnâ punitus fuiſſet, & ipſius cadauer quidam ſurripientes ad eiuſdam Eccleſiæ ianuam detuliſſent, miniſtri Iuſtitiæ illud auferentes iterum ad furcam portauerunt, quos tamen Iudex Eccleſiaſticus in excommunicationem incidiſſe declarauit. In varias ergo ſententias circa ius & factum diſtractis Doctoribus, mihi propoſitum eſt, vt meam quoque ſententiam proferrem. 1

Reſponſio.

PRimò mihi valde arridet ſententia eorum, qui dixerunt hominem iſtum mortuum, ſeu cadauer ipſius gaudere potuiſſe immunitate Eccleſiæ, quâ teorum plures iuxta ſacros. Canones & Pontificia diplomata gaudere ſolent & debent, & quâ iſte gau- 2
deret, ſi homo viuus eſſet. Quam vltimam limitationem ex eo ſtatuo, quia cum homo mortuus non ſit verè homo, ſed potiùs non homo, aut æquiuocè homo, prout logici inquiunt, ita vt iuxta Baldum *in l. 1. C. de Confeſſ.* Titius mortuus non eſt Titius, ſicut nec beſtia mortua eſt beſtia. Bartol. *in l. 1. C. de lonion. in princ. ff. de fid. inſtrum.* priuilegium immunitatis pro hominibus conceſſum non debet magis extendi ad mortuos, quàm viuentes, cùm potius pro viuentibus primariò ſit conceſſum, pro non 3

 viuenti

viuentibus autem non niſi ſecundariò, præſertim
4 cùm verum ſit illud Iuris axioma: *Verba debent
intelligi per prius, non per poſterius, l. hoc legatum, ff.
de legat. 3.* Tuſchus *tom. 8. lit. V, concl. 72. n. 15.* Bar-
boſ. *de axiom. Iur. axiom. 22. num. 31.* Quod etiam
colligitur à ſimili de reo capto, & à carcere, vel
exilio confugiente ad Eccleſiam, non gaudet
immunitate quâ antea gaudebat, eo quod ma-
net in ipſo eadem cauſa, & quouſque pœnâ purga-
tus non ſit, idem quoad omnes effectus reputatur.
Vt enim rectè Vlpianus *l. 1. ff. ſi is qui teſtamento*, in-
quit, *Naturâ æquum eſt non eſſe impunitum, eum qui
hac ſpe audacior factus eſt.* Farinac. *de carcer. cap. 28.
num. 46.* Peregrinus *de immun. cap. 5. num. 10.* Tho-
mas Delbene *de immun. p. 2. cap. 16. dubit. 10. ſect. 6.
num. 6.*
5 Principalis porrò reſtitutio, nempe quod iſtius
hominis cadauer gaudere deberet Eccleſiæ immu-
nitate, ex eo mihi probabilior apparet, quia iura,
tam Ciuilia, quàm Canonica; tam particularia,
quàm generalia ſummorum Pontificum, Concilio-
rum & Decretorum quæ hanc immunitatem Ec-
cleſiis aut locis ſacris concedunt, vel conceſſam
eſſe ſupponunt, indiſtinctè & indiſcriminatim lo-
quuntur de fidelibus, ſiue viuis, ſiue mortuis, ſiue
qui ſuperſtites ſint, ſiue defuncti: cum ergo illa ſint
fauorabilia toti Eccleſiæ, ſtatui Eccleſiaſtico, locis
ſacris, imò pietati & charitati Chriſtianæ, procul-
dubio ample ſunt intelligenda: ſiquidem in illis
maximè procedit vulgare illud & tritiſſimum, *fauo-
res ſunt ampliandi, l. Cum quidam, ff. de liber. & poſt-
hum. cap. Odia, de regul. iur. in 6.* & tota DD. vtriuſ-
que iuris cohors.
6 Accedunt & alia, quæ in ore omnium verſantur
iuris axiomata, videlicet: *Lex generaliter loquens
generaliter eſt intelligenda, l. de pretio, ff. de public.
in rem act. l. in fraudem, §. vlt. ff. de teſtam. mil. l. 1. §.
generaliter, ff. de legat. præſt. l. 1. §. Quod autem, ff. de
aleat. l. fin. in fin.* vbi DD. quorum aliqui cum Fu-
ſario *de ſubſtit. quæſt. 394. num. 56. & 57.* ampliant
etiamſi ſit maior ratio in vno, quàm in alio. Et il-
lud, *Lex vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debe-
mus, l. non diſtinguemus, ff. de recept. arbitr. l. Præ-
ſes, ff. de offic. Præſid. l. 2. §. Conuenire, ff. de iudic.
l. quos prohibet, ff. de poſtulando, l. 1. §. generaliter,
ff. de legat. præſt.* & alia iura & DD. Ac illud, *Lex ſi
voluiſſet, expreſſiſſet, l. vnica, §. ſin autem ad deficientis,
C. de caduc. tollenda, l. ſi ſeruus, §. Prætor ait, verſ. non
dixit, ff. de acquir. hæred. c. Ad audientiam 2. de de-
7 cim. c. 2. de tranſlat. Præl.* Sanctæ ergo iſtæ leges im-
munitatem Eccleſiarum roborantes, cùm generaliter
loquantur, nec diſtinguant inter viuos & mortuos
homines, cùm ſi voluiſſent id expreſſiſſent, generali-
ter intelligendæ erunt.
8 Hanc porrò extenſionem iure admitti debere in
huiuſmodi iuribus exponendis, ſumitur etiam ex
alio iuris principio apud omnes recepto, quod vide-
licet *in ſtatutis ratio potius quàm verba, eſt ſpectan-
da, l. ſcire, §. Aliud, ff. de excuſat. tut.* Menoch.
conſil. 998. num. 13. Eſt enim anima legis, *l. Cùm
9 oratio, ff. de bon. damn.* Et ita ampliat illam tan-
quam ipſius anima, Surd. *de aliment. tit. 15. q. 44.
num. 15.* Adeo quod vbi eſt eadem ratio, dicitur
eſſe eadem lex, non extenſiuè, ſed comprehenſiuè,
*l. His ſolis, verſ. ſatis etiam, C. de reuoc. donat. l.
10 illud, C. de ſacroſ. Eccleſ.* & aliis iuribus à Doctori-
bus exornatis, præſertim Gonzal. *ſuper 8. reg. Can-
cel. §. 7. proœm. n. 105.* Etenim ſi diligenter Eccleſiæ,
imò & Imperatorum intentio immunitatem ab ex-
tractione reorum locis ſacris concedentium expen-
datur, ea non fuit alia, niſi reuerentia talibus locis à
Chriſtiano populo exhibenda: quæ ratio pari paſſu,
& forſan potiori iure procedit in mortuis, quàm in
viuis hominibus. Quod latius in ſequentibus ex-
pendam.
Roborantur hæc pariter ex eo, quod plura alia 11
ſtatuta de hominibus in genere loquentia, tam ad
viuos, quàm ad mortuos extenduntur, propter
æquam rationem in vtriſque repertam. Sic enim
excommunicatio Canonis *Si ſi quis ſuadente*, ex-
tenditur etiam ad defunctos, itavt percutiens ca-
dauer Clerici mortui incidat in illam, provt tenent
Felyons *in cap. A nobis 2. num. 4. de ſentent. excomm.*
Boerius *deciſ. 316. num. 12.* Dueñas *regul. 99. am-
pliat. 6.* Hippolytus *in l. vnic. num. 53. C. de rapt.
virg. & in l. fin. num. 56. ff. de quæſt.* Toletus *lib. 1.
cap. 32. numero 1.* Squillante *de priuileg. Cleric.
cap. 6. numero 36.* Villalob. *in ſum. p. 1. tract. 17.
diff. 22. num. 16.* Naldus *verb. ſepultura, numero 5.*
& alij. Sic & prohibitio Eccleſiaſtica de non com- 12
municando cum excommunicatis, limitata per Ex-
trauagantem *Ad euitanda*, extenditur non ſolùm ad
communicationem cum viuis, ſed & cum mortuis.
Ita vt ſepulturæ tradens, atque etiam cooperans, vt-
puta veſtiens, lauans, aut aſſocians cadauer excom-
municati vitandi, in excommunicationem incur-
rat, vt notant communiter DD. id deſumentes *ex
cap. Sacris, de ſepultur.* vbi Innocent. III. ſatis
ad intentum noſtrum dixit, *quibus non communica-
uimus viuis, nec communicemus defunctis:* & *cap.
Ad hæc, de priuileg.* vbi etiam Alexand. III. in 13
integra littera optimè: *Quoniam graue ſit eis in
morte communicare, quos dum viuerent, Eccleſia à
ſue ſinu pro ſuis exceſſibus ſegregauit.* Sic pariter De-
cius *in d. cap. ad hæc, numero 20.* notat, quod
qui non poteſt morari in monaſterio, nec poteſt
ibi ſepeliri, *cap. Is cui, de ſentent. excommun. in 6.*
Sic quoque in Iure Ciuili, *l. 2. ff. de cadauer. pu-
nitor.* pœna impoſita deportatis, ſeu relegatis, quod 14
non poſſint transferri ad ciuitatem, comprehendit
etiam illos poſt mortem: vnde Martianus in ea le-
ge inquit: *Si quis in inſulam deportatus, vel rele-
gatus fuerit, pœna etiam poſt mortem manet; nec li-
cet eum inde transferre alicubi, & ſepelire inconſul-
to Principe, vt ſæpiſſimè Seuerus & Antoninus re-
ſcripſerunt.* Couarru. *lib. 2. variar. cap. 1. num. 11.*
Decius ſuprà relatus, notans ex Bartolo, quod qui in
vita non poteſt morari in ciuitate, nec poteſt poſt
mortem.
Robur etiam dicta maximè accipiunt ex vſu, & 15
praxi Chriſtianitatis, in partibus præſertim Ita-
liæ, de quibus audio non ſolùm homines viuos,
ſed & mortuos etiam hoc priuilegio Immunitatis
Eccleſiarum gaudere, pro aliquibus delictis, præſer-
tim de non exceptis in Bulla Gregorij XIV. de qua
poſtea.
Poteſt id quoque piè roborari exemplo à non- 16
nullis ad hoc intentum relato, quod contigit tem-
pore Sancij Regis Nauarræ & Caſtellæ. Cùm enim
aper, quem venationis cauſâ inſectabatur, ad ob-
uios quoſdam parietes, qui ſupererant memoriæ
cuiuſdam Templi S. Antonini Martyris, confugiſ-
ſet, ipſumque venabulo appetere contenderet, di-
uinâ prouidentiâ actum eſt, vt brachium eleuatum
ad aprum feriendum, mox torpedine redditum ſen-
ſerit inutile: ſed reatum agnoſcens, Martyrem de-
precatus, priſtinum eiuſdem vſum diuinitus rece-
perit, & ſuo damno didicerit quanta deberetur lo-
cis ſacris immunitas, etiamſi corruiſſe viſa fuiſ-
ſent, vt nec beſtiam illuc confugientem lædere
liceret. Tradunt hæc Hiſpanicarum rerum Scrip-
tores, & ex ipſis Baronius *ad annum 1032.* Ex 17
his autem inferri poteſt etiam hominum cadaue-
ribus huiuſmodi immunitatem prodeſſe, ſiquidem

beſtiis quoque profuiſſe hiſtoriâ iſtâ comprobatur.

18 Veluti à priori etiam reſolutio tradita fulcitur, eo quòd iuribus, quæ de hac Eccleſiarum immunitate loquuntur, diligenter inſpectis, pro comperto videtur, eam potiùs reſpicere ipſarum Eccleſiarum reuerentiam, ſeu venerationem, quàm perſonas ad eas confugientes, ac per conſequens eſſe potiùs reale, quàm perſonale hoc priuilegium: ex quo proinde ſequitur, veluti per accidens eſſe, quod tales perſonæ ſint viuæ, vel mortuæ, ſed omnibus prodeſſe poſſe. Id autem inſpicitur *in cap. miror*, 17. *quæſt*.4. vbi Eccleſia, ſeu Templum vocatur *fidei murus*, & proinde damnatur extractio alicuius ex tali loco.
19 Et *cap. reum, ead. cauſ. & quæſt.* idem deciditur, *Vt honor Dei, & Sanctorum eius conſeruetur*, quod etiam denotat loci reuerentiam. Et *cap. Pater, ibid.* illis verbis, *vt hominem in ſanctuariis conſtitutum, &c. violenter abſtraherent.* Et infrà: *Nullus enim intra limina tanta venerationi deputatu, &c.* Inferiùs: *Qui iniuriam ſanctorum locorum protuliſſe probantur.* Propterea etiam ſimilia perpetrantes *in cap. Ad Epiſcopos, ibid.* dicuntur *Eccleſias violaſſe.* Et *can. Nullus*, etiam *ibid.* illis verbis: *A loco, cui honorem non dedit, ſegregetur.* Maximè *cap. Si quis contumax*, etiam *ibid.* vbi ſic: *Si quis contumax, vel ſuperbus, timorem Dei, vel reuerentiam ſanctarum Eccleſiarum non habuerit, & fugientem ſeruum ſuum, vel quem ipſe perſequutus fuerit, de atrio Eccleſiæ, vel de porticibus quolibet modo Eccleſiæ adhærentibus, per vim abſtraxerit, &c.* Et *can. Diffinimus*, etiam *ibid.* eis verbis: *In quibus triginta paſſibus vniuſcuiuſque Eccleſia in toto circuitu*
20 *reuerentia defendatur.* In quo Canone notandum propter dicenda inferiùs, quod Concilium illud Toletanum XII. cuius eſt, non ſolùm vult hoc priuilegio vti *confugientes ad Eccleſiam*, ſed etiam in ea *reſidentes*, quod deſeruit intento noſtro: ſiquidem etiamſi homo iſte mortuus non poſſit dici confugiſſe ad Eccleſiam, quia tamen ad eam delatus eſt, dici poteſt in ea *reſidens*.

21 Ius etiam Ciuile ſuffragatur, præſertim lex *Præſenti, Cod. de his qui ad Eccleſ. confug.* vbi Leo Imperator hæc protulit verba: *Præſenti lege decernimus per omnia loca valitura, &c. nullos penitus, cuiuſcunque conditionis ſint, de ſacroſanctis Eccleſiis orthodoxæ fidei expelli, aut trahi, vel protrahi confugas.* Et infrà: *His qui hoc moliri, aut facere, aut vnda ſaltem cogitatione atque tractatu vſi fuerint tentare, capitali, & vltimi ſupplicij animaduerſione plectendis. Ex his ergo locis, eorumque finibus, quos antiquiorum legum præſcripta ſanxerunt, nullum expelli, aut eijci aliquando patiemur.* Et infrà: *Sed ſi quidem ipſi refugæ appareant in Eccleſia publicè, etſi in ſacris locis offerant quærentibus conueniendos, ipſi ſeruatâ locis reuerentiâ, Iudicum quibus ſubiacent, ſententiis moneantur, reſponſum daturi qualem ſibi quiſquam*
22 *proſpexerit conuenire.* Expendat hîc lector, qualiter in huiuſmodi immunitate Eccleſiarum recenſenda Imperator non tam ad perſonas ad ipſas confugientes, quàm ad loca ipſa reſpexit. Et ex eo colliget priuilegium hoc, vt dixi, non tam perſonale, quam reale eſſe, ſeu locale; hoc eſt, non tam perſonis ad ſacra loca confugientibus, quàm locis ipſis, & ratione illorum perſonis conceſſum fuiſſe: ac perinde extendi ad omnes ibi exiſtentes, iuxta communem Doctorum intelligentiam, qui id accipiunt ex duobus illis Iuriſprudentiæ Principibus, Bartolo in *l. Cunctos populos, C. de ſum. Triuit. & fid. Cathol. & in l. fin. C. de teſtam.* & Baldo *in l. ſi non ſpeciali, C. eod.*

23 Huius portò ſignum eſt, quod nedum Chriſtiani, Catholicæ Eccleſiæ filij, ſed & ab ipſa perduelles, & qui ex ipſius gremio abſceſſerunt, hæretici nempe (in aliis tamen criminibus præter hæreſim) hoc immunitatis priuilegio fruuntur, prout contra Guidiſalnum, Oldradum, Boetium, Couarruuium, Nauarrum, Clarum, Peregrinum, Gambacurtam, & alios ex probabiliori tenent Silueſter, Suarez, Palaus, Farinacius, Trullench, Bonacina & alij, quos ſequor *tom. 3. Summæ, verbo Immunitas Eccleſiarum, num.* 3. quibus etiam ætatis nouiſſimè adhæret Thomas Delbene *de immun. p. 2. c. 16. dub. 10. ſect. 4.* Imò 24
etiam Iudæi, Saraceni, & Gentiles, ſaltem ſi conuerti velint, prout eo loco dixi, & tenent quamplures apud eundem Thomam Delbene *ſuprà*, fauente declaratione S. Congregationis, quæ vt ait Barboſa *de iure Eccleſ. lib. 2. c. 3. n.* 44. cùm ſemel, & iterum fuiſſet hæc controuerſia ipſi propoſita, ita declarauit de anno 1631. menſe Februarij. Maneat igitur ex di- 25
ctis, Eccleſiarum immunitatem reale ſeu locale illarum priuilegium eſſe, vt propterea non tam ad perſonas, quæ ad illas veniunt, vel in illis ſunt, quam ad ipſas Eccleſias attendendum ſit in ipſius explicatione. Diana *part. 1. tract. 1. reſolut.* 22. Thomas Delbene *ſuprà*, fauet Couarruuias *lib. 1. variar. c. 20. n. 6.* & plures alij. Ac ex eo firmatur huius conſulti intentum, quod nempe cadauer iſtius hominis, de quo in caſu, potiri deberet Eccleſiæ immunitate.

Ex his portò eneruata manent nonnulla, quæ 26
pro parte aduerſa à docto quodam proponi video, aliqua videlicet iuris axiomata, ex quibus hauſit, nullatenus huiuſmodi priuilegium cadaueri, vel mortuo homini fuiſſe conceſſum in dictis iuribus aut legibus. Primum quidem, quia *quod diſponens non loquitur, voluiſſe non præſumitur.* Secundum, 27
quod *expreſſio vnius caſus, alterius excluſionem inducit.* Tertium, quod *omiſſum à lege, pro omiſſo habendum eſt.* Quartum, quod *quando deficit prouidentia legis in caſu de quo agitur, nec caſus ipſe cogitatus cenſetur.* Hæc enim etſi non ſint *Centones* 28
aut *Brocardica*, prout non nemo dicere voluit, cùm ſint vera principia iuris, ex quibus plures veluti concluſiones in variis materiis eliciuntur; nihilo tamen feciùs infirma eſſe ad intentum ex dictis conuincitur. Talia namque iura, etſi de hoc caſu expreſsè non loquantur, nec ipſum expreſsè contineant, virtute tamen & implicitè ipſum continent, & de ipſo loquuntur, eo ipſo quod priuilegium im- 29
munitatis non tam perſonis ad Eccleſiam confugientibus, vel in ea exiſtentibus, ſiue viuis, ſiue mortuis concedunt, quàm ipſi Eccleſiæ, & locis ſacris, & conſequenter omnibus aliis perſonis in ipſis repertis. Vt proinde ſi vera illa Iuriſtarum re- 30
gula eſt, quod *expreſſi & taciti idem eſt iudicium, l. Cùm quid, ff. ſi certum pet. l. ſi filiusfamil. eod. l. vlt. ff. de legat. 2.* & aliis iuribus & DD. iſte caſus non cenſebitur omiſſus, aut excluſus, ſed incluſus potiùs, cùm *taciti & coniecturati par ſit virtus cum expreſſo.* Alex. *conſ. 109. n. 7. verſ. Præterea in quæſtione* 31
propè fin. lib. 7. Tuſchus *pract. concl. tom. 8. lit. T, concl. 7. num. 13.*

Eneruari etiam oportet fulcrum præcipuum, cui 32
pars aduerſa innititur, ex verbis Pontificij Diplomatis Gregorij XIV. in conſtitutione *Cùm alias*, de anno 1591. *in tom. 3. Bullar.* inter Bullas huius Pontificis *numero 7.* depromptum, vbi de immunitate Eccleſiarum, ſeu ſacrorum locorum agens eam reſtringere videtur ad delinquentes *confugientes* ad talia loca; verbum enim *confugere*, ſicut & ſimilia, ex communi vſu etiam Grammaticorum, ſolas perſonas viuentes denotat, non mortuas, aut cadauera, prout in præſenti caſu contigit. Etenim 33
reſpon

reſponderi poteſt, per *confugientes* Papam intelligere omnes illos qui quomodocunque in eis locis verſantur aut exiſtunt, qui *confugientes* eo dici poſſunt, quia vt in plurimum (quod lex ſemper reſpicit) ita contingit, vt illi *confugientes* ſint. Cuius ſignum eſt, quod in eadem Bulla eos appellet *confugientes*, *& in eis ſe recipientes atque morantes*. Quo vltimo verbo non ſolùm eos, qui vitali, vt ita dicam, modo ad Eccleſias veniunt, ſed omnes in eis quomodolibet exiſtentes, quocunque modo ad illas ipſi venerint, vel adducti, vecti, ſeu tracti fuerint, comprehendit: ac conſequenter etiam mortuos, qui iſto modo poſſunt in eis
34 eſſe. Hanc porrò expoſitionem nedum genuinam & legitimam, ſed neceſſariò etiam amplectendam eſſe, ex eo habetur, quod ex oppoſita intenta in argumen-
35 to, abſurda plura ſequerentur. Primò quidem, quod ſi aliquis vſu rationis priuatus, ebrius videlicet, vel phreneticus ad Eccleſiam ob timorem iuſtitiæ ſæcularis, aut propter aliquod crimen perpetratum, à parentibus, vel amicis afferretur, non poſſet hac immunitate frui, eo quòd ipſe humano modo ad
36 Eccleſiam non confugiſſet. Secundò, & magis, quod ſi aliquis intra Eccleſiam habitationem habens, poſſet ex ea extrahi propter delictum à ſe aliàs commiſſum, eo videlicet quod de ipſo non verificaretur quod ad Eccleſiam *confugiſſet*. Tertiò, & amplius, quod ſi ægrotus ad Eccleſiam adductus à ſuis amicis eſſet, non poſſet hac immunitate frui, quia ipſe non confugit, ſed vectus eſt ad Eccleſiam.
37 Si autem dicatur, in hoc poſteriori caſu præſumi voluntatem ipſius infirmi fuiſſe, vt ad Eccleſiam veheretur, idem dicam de mortuo, ſeu defuncto, voluntatem ipſius viuentis fuiſſe, vt ad Eccleſiam poſt mortem efferretur, vt tali priuilegio frui poſſet.
38 Quilibet enim præſumitur velle ea quæ ſibi commoda & vtilia ſunt, prout vulgaria iura proclamant. Idem quoque generaliter dicendum pro quocunque caſu, in quo reus caſualiter, vel etiam omninò præter intentionem in loco ſacro fuerit, etiamſi ad ipſum non confugerit; verè enim tunc gaudere poterit dicto priuilegio, ne dicatur, Eccleſiam eſſe minùs piam erga delinquentes, quàm olim cæca gen-
39 tilitas erat erga ſuos: ſiquidem prout ex Plutarcho *in Numa*, conſtat, *qui ad ſupplicium mortis ducebatur, huius pœna immunis erat, ſi eidem Veſtalis virgo fortè nullâ datâ operâ obuiam iret*. Quod notat Couaruu. *ſuprà num. 6.*

40 Et quia de Gentilico vſu circa immunitatem reorum aliquid dixi, nonnulla etiam alia adiungenda, quibus Ethnici denotabant huiuſmodi exemptionem delinquentibus tribui debere ob eorundem iuxta falſam ipſorum exiſtimationem, ſacrorum locorum reuerentiam. Etenim apud Plautum *in Moſtellaria, act. 5. ſcen. 1.* Tranio ſeruus, ne à Teuropide & Lorariis puniretur, ad aram confugiens, inquit:
41 *Interim ego hanc aram occupabo.* Teurop. *Quid ita?* Tran. *Nullam rem ſapis; ac enim illi huc confugere poſſint, quæſtioni ſuos dabis.* Et rurſus ipſe Tranio: *Si tamen hinc conſilium dedero, nimio plus ſapio ſedens, tum conſilia firmiora ſunt de diuinis locis.* Item apud eundem Plautum *in Rudente act. 3. ſc. 3.* Trachalio admonet Palæſtram, & Ampeliſcam, vt in ara aſſideant, ne per vim abducantur; ſic enim inquit: *Ne inquam timete, aſſidite hic in hac ara.* Ampel. *Quid, iſta ara plus prodeſſe nobis poteſt quàm ſignum Veneris in phano? Hic intres, quòd amplexa modo, vnde abrepta per vim miſera?* Et *ſc. 4.* Labrax inquit: *Mihi non liceat ancillas meas Veneris ad aras abducere?* Dæmo-
42 nes: *Eſt lex apud nos.* Hactenus apud Plautũ. Athenis etiam erat ara Miſericordiæ, quam Herculis nepotes poſtquam is è terris migrauit, collocarunt, vt eſſet eis aſylum, à qua nemo abduci poſſet, timentes inſidias eorum quos auus afflixerat, authore Statio *lib. 12. Thebaid.*

Vrbe fuit mediâ nulli conceſſa potentum
Ara Deûm, mitis poſuit Clementia ſedem.

Eum legito, apud quem ſatis conſtat hanc aram Miſericordiæ omnium confugium fuiſſe, nullique Deorum nominatim dicatam.

Huc victi bellis, patriaque è ſede fugati,
Regnorumque inopes, ſcelerumque errore nocentes
Conueniunt, pacemque rogant.

Aræ item miſericordiæ meminit & Pauſanias *lib. 1.* 43
in Attic. qui eam in foro fuiſſe tradit. Idem ſcribit, in Phalera Portu Acticorum aras conſtitutas & dicatas eſſe Heroibus & Diis, qui ignoti vocantur.
Templum quoque Dianæ Epheſiæ huiuſmodi fuit, 44
vt ex eo nemo quouis crimine damnatus educi poſſet, cuius Cicero *in Verrem* meminit. Scribit & ad hæc Iuſtinus *lib. 28.* in hunc modum: *Laodamia autem cùm in aram Dianæ confugiſſet, concurſu populi interficitur. Quod facinus Dij immortales aſſiduis cladibus gentis, & prope interitu totius populi vindicauerunt; nam ſterilitatem, famemque paſſi, & inteſtina diſcordia vexati, externis ad poſtremum bellis penè conſumpti ſunt. Miloque Laodamiæ percuſſor in furorem verſus, nunc ferro, nunc ſaxo, in ſummo dentibus laceratis viſceribus duodecimo die interiit.* Hactenus Iuſtinus mentionem faciens Aræ Dianæ non Epheſiæ, ſed Epirotæ. Hinc & Pauſanias *in Attic.* exiſti- 45
mat non ob aliam cauſam Syllam in diram incidiſſe calamitatem, quàm quòd Ariſtonem, qui in Mineruæ Templum confugerat, vi extractum interfici iuſſiſſet. Hæc, & alia curioſi ingenij digna Couarruuias in ſuperioribus citatus. Etſi ea, vt dixi, in falſa Ethnicorum exiſtimatione fundata ſint.

Dicta porrò in præcedentibus maius robur acci- 46
piunt in caſu præſenti, in quo agitur de mortuo, ſeu defuncto ad Eccleſiam delato proculdubio, vt ſepeliretur. Nam præterquam quod ſepultura fidelium eſt maximè fauorabilis, intereſt enim Reipublicæ mortuos ſepelire, Surd. *dec. 255. n. 9. & 26.* & priuatio ſepulturæ ſit magna pœna, Barboſ. *in collect. DD. ad tit. de ſepult.* mortuus, & cadauer, cùm careat ſenſu, puniri corporaliter, & affligi non valet, vt conſiderat Baldus *in l. vnic. C. ex delicto defuncti*, Doctores *in l. Defuncto, ff. de publ. iudic. & in l. fin. C. ſi reus, vel accuſat.* Menoch. *conſ. 99. num. 154. lib. 1.* Fernandez Vaſquez *lib. 3. controu. illuſtr. cap. 96. num. 7. & ſeqq.* Bertazolus *conſ. 33. num. 2. lib. 1.* Rectè enim dixit Stobæus *ſerm. 122. viuos caſtigare decet, & non mortuos.* Et Sophocles: *Quid iuuat mor-* 47
tuos, qui amplius non ſunt, affligere? Item Fabius *declam. 12.* ſcribit, *mortem finem eſſe, nec ſæuitiam vltra fata procedere, eſſeque eum valde crudelem, qui adeo hominem exuit, vt ibi pœnam quærat, vbi ſenſum doloris non inueniat.* Sebaſtianus Medices *in tract. Mors omnia ſoluit, p. 2. concluſ. 2. in princ. & concl. 37. num. 76. & concluſ. 32. num. 86.* Peregrinus *de iur. fiſci, lib. 4. tit. 5. in princ.* Simanchas *de Cathol. Inſt. tit. 18. num. 2.* Clarus *in fin. q. 51. num. 12.* Rojas *ſing. 50. & ſing. 134. in princ.* Gumez *de delict. cap. 1. num. 18.* Duenas *regul. 173.* & Sanctarellus *in tract. de hæreſ. cap. 26. ferè ad fin.* Etiamſi talis defunctus 48
damnatus fuerit, quia per mortem delinquentis dicitur crimen quoque extinctum, & pœna, *l. defuncto*, relata, vbi dicitur: *Defuncto eo, qui reus criminis, & pœna extincta eſt, l. fin. ff. ad leg. Iul. maieſt. l. Lucius, ff. de iure fiſci, l. ex iudic. ff. de accuſat.* & eſt communis opinio, prout ex multis nouiſſimè habet Mutius Cartarius *in tract. de legit. ſoluend. per patrem, art. 3. num. 633. & ſeqq.* qui tractatus prælo traditus eſt ab Illuſtriſſimo D. Carolo Cartario S. Conſiſtorialis Aulæ Aduocato. Sanctarellus *ſuprà* ex aliis. Debuit

ergo

ergo Eccleſia fauere huic defuncto, etſi delinquenti.
49 Eo præſertim, quod Iudex Eccleſiaſticus debet fa-
uere miſerabilibus perſonis omni auxilio destitutis,
c. ſuper quibuſdam, de verb. & ſignif. 87. diſt. per tot.
qualis eſt defunctus, cum non habeat amplius vella,
l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. Genuenſis *in Prax. Archiep.*
Cur. Neap. ex impreſſione Veneta 1645. *pag. mi-*
hi 333.
50 Si tamen dicatur, quod damnati ad mortem ſunt
veluti ſerui Reipublicæ, ſeu Magiſtratus tempora-
lis, *l. Imperatores, ff. de iur. fiſci*, ibi: *Ipſo te huic pœnæ*
ſubdidiſti, l. vlt. C. ad leg. Iul. Marius Cutellus *de*
immun. Eccleſ. lib. 1. q. 40. Seruos autem ſi ſe à ſerui-
tio ſubtraxerint, reſtitui debere, *l. præſenti 6. §. ſanè,*
C. de his qui ad Eccleſiam confug. Marius Cutellus
51 *ſuprà.* Deinde, quod damnati ſunt ſerui pœnæ, ad
quam damnati ſunt, *l. rei Capitalis 2. l. aut damnum,*
ff. de pœn. §. ſerui, Inſtit. quibus modis ius patr. poteſt.
ſoluat. Iaſon *in l. 2. C. qui teſtam. facere poſſunt, n. 2.*
Abbas *in cap. Ad hæc, de priuil.* quos affert & ſequi-
52 tur Torreblanca *lib. 13. iur. ſpir. cap. 16.* Item quod
ſecundùm iura cadauera punitorum non debeant ſe-
peliri ſine licentia Magiſtratuum, *l. 1. ff. de cada-*
uer. punit. l. 2 eod. tit. DD. ſpeciatim Gloſſa *ad*
Clement. 1. de pœnit. & remiſ. verb. de ſepult. Gloſſa
in cap. Quæſitum, 13. quæſt. 2. verb. in patibulis,
Syluest. *verb. ſepultura, quæſt. 10.* Panormit. *in cap.*
ex parte, il 2. de ſepult. Anania *in cap. fures, de*
furt. numero 2. & poſt alios Couarruu. *lib. 2. var.*
capit. 11. numero 11. ac Barboſa *ad Clement. 1. de*
53 *pœnitent. & remiſſ. numero 5.* His omnibus vnico
verbo ſatisfactum credo, multis prætermiſſis, quæ
circa ſingula ipſorum dici poſſent, de quibus aliàs,
ſolùm conuincere, cadauer iſtius hominis extrahi
potuiſſe à loco ſacro vbi poſitum fuerat, ſed non
aliter, neque alio modo, niſi de licentia Epiſcopi,
vel eius Officialis, & cum interuentu perſonæ Ec-
cleſiaſticæ ab eo authoritatem habentis. Ita enim
clarè deciſum video à Gregorio XIV. in Conſti-
tutione relata, illis verbis: *Ne autem Curia ſecula-*
ris prædictæ miniſtri, facultate illos per ſe, & pro-
priâ authoritate extrahendi, & abducendi, ſibi olim,
vt præfertur, attributâ, & per præſentes reuocatâ
abutantur, volumus, dictaque authoritate decerni-
54 *mus & declaramus, vt Curia ſecularis, eiuſque Iu-*
dices & Officiales ab Eccleſiis, monaſteriis, locisque
ſacris prædictis laicum aliquem, vt ſuprà delinquen-
tem, in nullo ex caſibus prædictis ſine expreſſa licentia
Epiſcopi, vel eius Officialis, & cum interuentu perſonæ
Eccleſiaſticæ ab eo authoritatem habentis, ad quos ſo-
los, & non alios Epiſcopis inferiores, etiamſi alij Or-
dinarij ſint, aut nullius diœceſis, aut Conſeruatores ab
hac Sede ſpecialiter, vel generaliter deputati, prædi-
ctam licentiam dandi facultas pertineat. Et ita contra
aliquos oppoſitum aſſerentes ante conſtitutionem
Gregorij tenent quamplurimi, quos affert & ſe-
55 quitur P. Diana *p. 1. tract. 1. reſol. 14. & p. 4. tract. 1.*
reſol. 42. loquentes de reis qui commiſerunt crimina
excepta in dicta conſtitutione, & pro caſu quo ea
eſſent notoria. Etſi enim ſolùm loquantur de reis vi-
uentibus, non de mortuis, aut cadaueribus ipſo-
rum, tamen eadem ratio militat in vtriſque, vt di-
ctum eſt.
56 Vnde illud extrahentes ex dicto loco videtur ex-
cuſari non poſſe à ſacrilegio commiſſo per extra-
ctionem *non ſacri de ſacro*, iuxta canonem *Quiſ-*
quis, 17. quæſt. 4. Erat enim tale cadauer iam in
Eccleſia non omninò materialiter, & quaſi per acci-
dens repoſitum, ſed veluti formaliter, & ex inten-
tione depoſitum, vt ab Eccleſia protegeretur, &
à poteſtate ſeculari defenderetur, & Eccleſiaſticæ
traderetur ſepulturæ: & ita extrahere ipſum ex illa
ſine dubio fuit contra reuerentiam loco ſacro de-
bitam, ſiquidem res ipſi commendata ad piam
finem clam ſorripiebatur, prout ex Nauarro, Va-
lentia, Suarez, Azor, Leſſio & aliis dico 4. *tom. meæ*
Summa, verb. Sacrilegium, num. 5. & ex aliis tractat
Barboſa *in collect. DD. ad d. cap. Quiſquis*, quidquid 57
ſit de opinione eorum qui dicunt, quod quando res,
quæ ſurripitur ex Eccleſia, ſolùm per accidens &
caſualiter erat in illa, prout contingit quando fur
ſurripit crumenam alienius in Eccleſia exiſtentis,
non committatur ſacrilegium, de qua eo loco dixi,
& tractat Eminentiſſimus de Lugo *tom. 1. de iuſt.*
& iur. diſp. 16. ſect. 1. num. 19. & tom. de pœnit. diſp.
16. ſect. 10. num. 470. ac Barboſa *ſuprà.*
Difficilè etiam excuſari poterunt qui tale ca- 58
dauer ex Eccleſia abſtulerunt, à tranſgreſſione capitis
Cùm Eccleſia, de immun. & capitis *Decet, in 6. eod. tit.*
Cum enim ibi prohibeantur actus iudiciales in lo-
cis ſacris, & inter illos numerari poſſit violenta, &
ſecularis extractio illius cadaueris à miniſtris iuſti-
tiæ facta, ideo etiam cadere videntur ſub dicta pro-
hibitione.
Quod obiicitur de inueterata conſuetudine eiuſdē 59
ciuitatis & Regni, quod videlicet in caſibus ſimili-
bus non admittatur immunitas Eccleſiarum, audiri
non debet. Tum quia agitur de ciuitate & Regno
non ſolùm valdè piis & Catholicis, ſed etiam Sedis
Apoſtolicæ, & Eccleſiæ ſingulariter deuotis, de qui-
bus talis vſus (potiùs abuſus) non eſt credendus.
Oportet igitur quod probetur: quia vt concors Do- 60
ctorum ſententia aſſerit, cùm conſuetudo ſit *quid*
facti, probari debet, vt aliquid vitium habeat, *l. in*
bello, §. facti, ff. de capt. & poſtlimino reuerſ. & *l. 2. ff.*
de probat. Surd. *lib. 3. conſ. 354. num. 142.* Menoch.
tom. 1. conſ. 37. num. 92. Imò & quod probetur, 61
quod poſt Concilium Tridentinum, Pium IV. eius
confirmatorem, & conſtitutionem relatam Gregorij
XIV. introducta & præſcripta ſit. Thomas Delbene
de immun. p. 2. cap. 16. dub. 7. per tot. præſertim n. 4.
Conſtare etiam debet, quod in ipſa concurrant om- 62
nes conditiones ad legitimam conſuetudinem re-
quiſitæ. Et ita non ſolùm quod fuerit rationabilis,
ſed quod ſit vniuerſalis, inducta ab his qui legem
ſeruare tenentur, & per actus voluntarios, publi-
cos, & à maiori parte communitatis, &c. de quibus
vulgariter Doctores. Caſu etiam quo probetur, in- 63
tereſt etiam probare, quod poſſit ius diuinum, quod
dictæ immunitati fauet, abrogare. Hoc autem quàm
difficilis probationis ſit, omnes norunt. Alia præter-
mitto, quia communia. Solùm dicam quod aliud 64
aliud eſt ſolitum, conſuetum, vt notat Bartolus per
textum *in l. Mela, §. ſed ſi alimenta, ff. de alim. legat.*
num. 1. & cum aliis Gonzal. *ſuper regul. 8. Cancel.*
gloſ. 36. num. 85. Et ita credendum, quod iſti ap-
pellant conſuetudinem, conſuetudinem non eſſe, ſed
forſan prauum vſum, abuſum, vel corruptelam.

CONSVLTVM LIII.

De electione vnius Parochialis cuiuſ-dam Religionis.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, ſeu factum.*
2 *Electio eſt inualida.*
3 *Ex vitio ſubornationis.*
4 *Subornatores ſunt veluti ſimoniaci.*
5 *Simoniaci ſunt excommunicati.*

Conſti

6 *Conſtitutio Pij V. & aliorum Pontificum.*
7 *Pij V. verba.*
8 *Clementis VIII.*
9 *Statutum huius Religionis, & n.10.*
11 *Aptantur huic caſui.*
12 *An excuſentur tranſgreſſores, quia delictum non eſt conſummatum.*
13 *Conatus ipſe quando punitur.*
14 *In hoc caſu delictum fuit conſummatum.*
15 *Quæ ſubornatio eſt iure permiſſa.*
16 *Tractatus de electione facienda eſt licitus, & permiſſus.*
17 *Expedit Religioni quod eligantur digniores.*
18 *An ſit neceſſarius iſte tractatus.*
19 *An infragetur, quod electus fuerit dignior.*
20 *Quomodo admittendus.*
21 *Ex ſtatuto huius Religionis quid colligatur.*
22 *Ex defectu libertatis vitiatur hæc electio.*
23 *Qualis libertas requiratur ad electionem.*
24 *Non adfuit in hac electione.*
25 *Prout refertur in facto.*
26 *Caij Marij ſententia.*
27 *Ex teſtimonio ſupremi capitis Religionis, & numero 28.*
29 *Ad fuerunt preces importunæ, quæ cauſant metum.*
30 *Si ſint perſona, cui debetur reuerentia.*
31 *Adfuit magna perſuaſio.*
32 *Item reſcriptio electionis.*
33 *Quæ illam vitiat.*
34 *Declaratio S. Congregationis.*
35 *Ad fuit publicatio votorum.*
36 *Contra Concilium Tridentinum.*
37 *Quale ſecretum requiratur.*
38 *Decretum irritans.*
39 *Vota fuerunt propalata.*
40 *Conſtat ex teſtimonio iurato.*
41 *An obſtet Confirmatio ſuperioris.*
42 *Non videtur obſtare.*
43 *Varia iuris axiomata, & n.44.*
45 *Quæ fiunt de plenitudine poteſtatis, quomodo accipienda.*
46 *Quo loco fuerunt hi rumores, & n.47.*
48 *Connexorum idem eſt iudicium.*
49 *A connexis valet argumentum.*
50 *An iuuet, quod Præſes Capituli vnum tantùm propoſuerit, ibid.*
50 *Quæ non rectè fiunt pro non factis habentur.*
51 *Id fecit Præſes ex metu.*
52 *An obſtet non fuiſſe appellatum ab hac electione.*
53 *Verba D. Gregorij Nazianzeni.*
54 *Fides adhibenda Præſidi Capituli.*
55 *Prælatus legitimus eſt teſtis pro ſuo Monaſterio.*
56 *Maximè quia illi negotium eſt commiſſum.*
57 *Quando committitur aliquid eius conſcientiæ, dicto ipſius fides adhibetur.*
58 *Maximè cum agitur de officio proprio.*
59 *Præſes erat talis ex vi ſui officij.*
60 *Creditur ipſi etiam in præiudicium tertij.*
61 *Deponit contra ea, quæ ipſe geſſit.*
62 *An obſtet quod ſit vnicus teſtis, & n.63.*
64 *Officiali etiam vnico teſti creditur.*
65 *Maximè quando agitur de euitando peccato.*
66 *Appendix de alia electione.*
67 *Electio iſta debet ſuſtineri.*
68 *Ex variis iuris principiis.*
69 *Ex præcepto Reuerendiſſimi Generalis.*
70 *Actus præſumitur factus in vim præcedentis mandati.*
71 *Quia electio fuit confirmata.*
72 *Quia contra eam nullus reclamauit.*
73 *Quia quidam ſcrutator eam approbauit.*
74 *Ex informatione facta per Generalem.*
75 *Quia fuit approbata in Capitulo Generali.*
76 *Actus iuſtificatur propter patientiam Superiorum.*
77 *Ex forma præſcripta à conſtitutionibus.*
78 *Oppoſitio contra ipſam.*
79 *Contra electionem confirmatam an quis ſit audiendus, & n.80.*
81 *Ex capite* Nulli, *de electione in ſexto, & n.82.*
83 *Fuit facta pacificè.*
84 *Interpretatio dicti capitis* Nulli.
85 *Stylus Curiæ.*
86 *Excluduntur ab oppoſitione qui conſentiunt electioni, & n.87.*
88 *Ex actis Capituli.*
89 *Schedulæ fuerunt combuſtæ.*
90 *Scrutatores non ſunt audiendi.*
91 *Nec teſtes varij.*
92 *Obuiandum eſt oppoſitioni contra hanc electionem.*

IESVS MARIA.

Caſus.

IN Capitulo quodam Prouinciali cuiuſdam Religionis ſatis reformatæ, & magnæ ædificationis in Eccleſia Dei, cùm ageretur de electione Prouincialis, extiterunt aliqui, qui precibus, verbis, clamoribus, minis, & conteſtationibus procurarunt eligi in Prouincialem quendam, prout de facto contigit. Sed quia inſtantibus patribus res eſt ad Sanctiſſimum, & ad S. Congregationem delata pro iuſtitia, mihique pro voto dando oblata, ideo reſpondendum cenſeo. 1

Reſponſio.

Talem electionem irritam, & inualidam fuiſſe, 2
& pro tali declarandam ex multis capitibus. Pri- 3
mum ex vitio ſubornationis, ſeu procurationis ſuffragiorum factæ per quendam Religioſum, quæ electionem irritat. Primò, nam ſubornatores in 4
materia Eccleſiaſticorum beneficiorum ſunt veluti ſimoniaci, cum lingoâ ſaltem, vel munere à lingua, vt dicitur, veluti pretio obtinere velint ſibi vel aliis talia beneficia, *l. aliàs, propter, ff. de accuſat. l. 1. & l. Diuus, ff. de iurepatr. l. 1. §. incidit, ff. ad Turpil. Clement. de teſtibus, in fin.* ac maximè *cap. nemo presbyterorum, de ſimon. & cap. ordinationes, 1. quæſt. 1.* & plures DD. quos affert Suarez *tom. 1. de relig. lib. 4. de ſimon. cap. 4. numero 1.* & ſequi videtur Sanctorus de Melphi *in exam. pœnal. c. 15. q. 3. §. Reſ-*
pondeo. Cùm autem ſimoniaci in materia beneficiali 5
ſint ipſo facto excommunicati, ita & ſubornatores prædicti, ac per conſequens inhabiles ad habendum vocem actiuam, ſeu paſſiuam in electionibus. Caſu verò, quod ex vi Iuris communis, & propter crimen ſimoniæ hanc excommunicationem non incurrerint, id euincunt conſtitutiones Pontificiæ Pij
V. *Paſtoralis officij, num. 18.* quam referunt Sor- 6
bos *in compend. priuil. mendic. verbo Electio, in annot. §. ac ibidem*, ex Rodriguez *tom. 2. qq. Regul. quæſt. 39. artic. 1.* Gregorij XIII. *Conſueuit Romanus Pontifex*, & Clementis VIII. in decretis *de reform. Regularium*, confirmatis per Paulum V. & Vrbanum VIII. ex
quibus Pius V. ſic habet. *Qui verò in electionibus* 7
omnibus, vel antè per ſex menſes pro ſe, vel pro alio ſubornauerit, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrat, ac voce actiuâ, & paſſiuâ perpetuò careat Clemens autẽ VIII. & poſteriores Põtifices in dictis de-
cretis pro reformatione Regularium, ſic decernunt: 8
Vt omnis officiorũ ambitus occaſio præcludatur, caueant

omnes à directa, vel indirecta vocum, ſeu ſuffragiorum procuratione, tam pro ſeipſis, quàm pro alijs. Tum in Capitulis locorum, tum in cæteris, præſertim Generalibus Capitulis, aut Congregationibus, ſeu alibi. Quicunque ſecus fecerint, præter alias pœnas, & cenſuras hactenus contra huiuſmodi ambientes inflictas, quas in ſuo robore permanere volumus, in pœnam priuationis officiorum, quæ obtinent, eo ipſo incidant, & ad futura quæcunque pariter inhabiles habeantur, ſuper quo cum eis diſpenſari à nemine poſſe, niſi à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, & pro qualitate culparum grauius etiam plectantur. Maximè quoque ex ſtatuto ſpeciali huius Reli-
9 gionis, quod ſic refertur. *Qui in electionibus, vel ante per ſex menſes pro ſe, vel pro alio, per ſe, vel per alios ſubornauerit, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrat, Miniſtro, aut Commiſſario Generali reſeruatam, qui ſi in eadem damnatione fuerint, à ſolo Summo Pontifice abſolui poſſint. Inſuper ſubornatores actibus legitimis ipſo facto priuamus.*

10 Nec vllo pacto effugere poſſe præfatos Religioſos ſubornatorum notam, manifeſtè elicitur ex alio ſtatuto eiuſdem Religionis, vbi ſic: *Subornatores declaramus, qui donis, & promiſſis, comminationibus, aut obſecrationibus importunis, laudibus aut vituperationibus falſis aliquem inducere conantur, vt ſibi vel alteri ſuffragium in electionibus ferat, aut non ferat, qui-*
11 *ue colligationes, aut inductiones fecerint.* Quæ ſi conferantur cum facto quod in hac electione contigiſſe referunt fide digni, ſpecialiter de quodam, qui altâ voce, *è vocali miei, adeſſe ſi vede ſe mi ſete fideli, ſapete bene quanto hò fatto per voi queſto triennio per ſoſtenerui, & auanzarmi adeſſe, ſi vede ſe mi ſete fideli*, manifeſtè elicitur clariſſimam ſubornationem verbalem in hac electione adfuiſſe, ac perinde incurſas fuiſſe pœnas relatas.

12 Nec excuſari poſſunt dicti ſubornantes, ſi dixerint ad incurrendum dictas pœnas requiri deli-
13 ctum conſummatum, non ſolùm attentatum. Quidquid enim ſit, an ſubornationis delictum ex illis ſit, in quibus conatus pari pœna punitur, de quo alibi, certum videtur ea hac cauſa, excuſari non poſſe. Nam quando ſub cenſura prohibetur conatus, cenſura incurritur, antequam effectus ſit completus, vt tradit Bonacin. *de cenſur. in commun. diſput.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 3. *numero* 12. ex Vgolino, Nauarro, & alijs, & ſequitur Pellizarius *in manual. Regular. tom.* 2. *tractat.* 7. *cap.* 6. *ſect.* 2. *numero* 32. In præſenti autem caſu, vt ex iuribus allegatis conſtat, per illa interdicuntur ipſæ ſubornationes, etiam non ſequuto effectu, & ita ante electionem delictum
14 fuit conſummatum. Vnde expreſsè, vt in terminis huius dubij, hos ſubornatores has pœnas incurriſſe, tenet Portellus *de dub. Regul. verb. ſubornatio, n.* 5. ex Suarez, & Rodriguez, & ex aliis Pellizarius relatus, ac Sanctorus *ſupr. c.* 15. *q.* 7. 3. *Reſpondeo affirmatiuè.*

15 Minùs illis ſuffragatur, quod ſubornatio in electionibus iure videatur permiſſa, *cap. in Geneſi, de elect.* & docent Gloſſ. *c. Cùm in veteri, verbo In tractatu, de elect. & c.* in *nomine Domini, verbo tractantes, diſtinct.* 23. Toloſ. *cap.* 15. *tit. de elect. in fin.* Butrius *cap. cùm inter, n.* 7. *& cap. in cauſis, de elect.* &
16 alij. Aliud enim eſt, licitum, & legitimum eſſe tractatum de electione facienda, vbi etiam mores eligendorum diſcutiantur, & etiam veræ virtutes, veraque ipſorum vitia propalentur; aliud verò vitioſa, clamoroſa, & factioſa ſubornatio, quæ in hoc
17 præſertim caſu interceſſit. Etſi enim hoc ſecundum meritò interdictum ſit, primum tamen illud omni iure permittitur, quia expedit Religioni, vt ad officia digniores aſſumantur, *c. nihil, de electione, & c. fin. eod. tit. in* 6. Azorius *tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 21. *q.* 4. Rodriguez
tom. 2. *q.* 56. *art.* 1. & communiter omnes, adeò vt 18
Paſqualigus *dec.* 252. *n.* 3. dicat electionem, in qua non præcedit debitus tractatus, nullam eſſe, refragante tamen Sigiſmundo de Bononia *de electione dub.* 55. *n.* 11. de quo alibi.

Nec etiam illis ſuffragatur ſi prætendant eum, qui fuit electus, digniorem cæteris de gremio Capituli fuiſſe, ac proinde pro ipſius electione meritò
aliquos adlaboraſſe. Etſi enim iuxta aliquos Docto- 19
res, procuratio ſuffragiorum pro ſe, vel pro aliis licita ſit, quando reſpicit bonum electionis, quod contingit, quando pro digniori ſit, prout tenent Rodriguez, & Naldus, quos ſequitur Paſqualigus *ſuprà deciſ.* 255. Corduba, Sotus, & alij, quos refert
Sanctorus ſupra *c.* 15. *q.* 4. nihilominus, quia vt ipſe 20
latiùs proſequitur, generaliter à Summis Pontificibus procuratio votorum pro electionibus interdicitur, & talis procuratio ſæpiùs ea ambitione, quàm ex charitate procedit: ideo nullatenus eſt admittenda, niſi quando quis humaniter, & blandè modo quodam ciuili ſine importunitate, & ſordidis inſtantiis, vt ipſe Sanctorus loquitur, ſuffragia procuraret, quia non ſubornat qui licitè rogat. Quod in caſu præſenti minimè contigit, vt ex dictis, & dicendis liquidum erit.

Ea verbis quoque ſtatuti eiuſdem Religionis ſuperiùs relatis palam colligitur, dictum ſollicita-
torem inter ſubornatores cenſeri debere. In eo 21
namque ſtatuto ſubornatores declarantur, qui obligationes aut inductiones fecerint. Eas namque fecisse liquet ex illis verbis iam relatis: & conſtat effectum habuiſſe, ſiquidem prout etiam ea facto elicitur, aliqui ex Electoribus verbis, & factis annuerunt.

Secundum caput nullitatis electionis ſumitur 22
ex defectu libertatis Gremialium, quæ tam intrinſecè neceſſaria eſt, vt ſine ipſa eſſentia electionis non ſubſiſtat, cùm eligere ſit vnum ex pluribus voluntariè capere: & quia non eſt electio, vbi voluntas libera non eſt, *can. notificaſti* 33. *quæſt.* 5. *cap. vbi periculum,* §. *cæterùm, de elect. in* 6. Tamburinus *de iure Abbat. diſp.* 5. *quæſt.* 22. *num.* 7. ex
aliis. Vnde pro electione ſecundùm aliquos ſumma 23
libertas eſt requiſita. Sigiſmundus de Bononia *de
elect. dub.* 52. *num.* 1. Hanc autem libertatem om- 24
ninò ſublatam fuiſſe huic electioni, conſtat, quia fuit meticuloſa, formidoloſa, & per magnum metum celebrata. Quod patet primò ea verbis à Religioſo quodam repetitis, prout refertur in facto huius electionis ad S. Congregationem, in quibus fiebat
mentio de armis. Etenim armorum metus eſt ca- 25
dens in virum conſtantem, *l. qui armati, ff. de vi, & vi armat.* & notat Bartol. *ibidem,* Cuchus *lib. inſtit. maior. tom.* 12. *num.* 158. & alij apud Sanchez *de matr. lib.* 4. *diſp.* 5. *num.* 5. Hinc apud Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concluſ.* 639. *n.* 15. dicere ſolebat Caius Marius, *armorum ſtrepitus non ſinere leges exan-
diri.* Quid ergo meticuloſius eſſe poterat reſpectu 26
pauperum, & humilium Religioſorum? Secun- 27
dò, ex teſtimonio ſupremi Capitis eius Religionis, qui alterum digniorem pro Prouincialatu iudicabat, & nihilominus ſpontè fatetur in mente ſua à Domino poſtulaſſe, vt ille non eligeretur, &c.
non vedere quel male che poteua ſuſpettare. Cuius 28
etiam euitandi causâ fatetur idem Prælatus ſe dediſſe ſuum votum illi Religioſo, qui electus fuit, eumque confirmaſſe, reddendo Deo infinitas gratias. Si igitur in ſupremo Religionis Præſide talis timor tunc erat, qualis eſſet in aliis inferioribus?

29 Tertiò, quia vera doctrina eſt, preces importu-
nas,& continuam perſuationem iuſtum metum cau-
ſare Rota *deciſ. 226. num. 3.* coram Gregorio XV.
Afflictus *deciſ. 96. num. 4.* Aymon. *conſil. 29. n. 34.*
Maxime ſi ſint perſonæ, cui reuerentia debetur,
prout ex pluribus iuribus & DD. comprobat San-
chez *ſuprà. diſp. 7. n. 5. & 7.* de quo & Maſcardus
30 *de prob. concl. 193. n. 9.* Pontius *de matrim. lib. 4. c. 5.*
num. 17. Diana *part. 3. reſolut. moral. tract. 4. Miſcel-*
lan. & poſt plures alios Barboſa *in votis deciſiuis*
lib. 1. vol. 1. n. 30. & ſeqq. vbi etiam ex aliis, quod
31 perſuaſio vim coactiuam habet. In hoc autem caſu
interueniſſe tam preces importunas, quàm magnam
perſuaſionem per aliquos potentes in opere, & ſer-
mone, manifeſtum eſt ex dictis,& dicendis, ex facto
ipſo.

32 Tertium caput nullitatis deſumitur ex reſtri-
ctione electionis ad vnum tantùm eligendum, ſci-
licet ipſum qui electus eſt. Quam contigiſſe ipſe
Præſes teſtatur in facto relato ſic: *Ende preſi riſo-*
lutione di reſtringere l'elettione in vno, ancorche io
33 *non haueſſe tale autorità.* Electionem autem ſic re-
strictam ipſo iure nullam, & irritam eſſe, benè pro-
bat Sigiſmundus de Bononia *de elect. dub. 52. n. 1.*
& 4. ex iuribus, DD. & Sacræ Rotæ deciſioni-
bus, & habetur ex Butrio *cap. Cùm in iure, n. 30.*
de elect. Iulio Lauorio *de elect. cap. 21.* & aliis mul-
tis, ac liquet ex declaratione S. Congregationis
Concilij, quam refert idem Sigiſmundus *in Addit.*
34 *ad d. dub. 52.* Cùm enim quæſitum fuiſſet à S. Con-
gregatione, an ſtante libertate electionis liceat Præ-
lato ſuperiori proponere duos, vel tres, ex quibus
neceſſariò vnus eligatur, reſpondit S. Congregatio,
non licere.

35 Quartum præterea nullitatis caput deducitur ex
eo, quod in hac electione adeſt publicatio votorum
contra expreſſam deciſionem Concilij *ſeſſ. 25. de*
Regular. cap. 6. ibi: *Per vota ſecreta, ita vt ſingu-*
36 *lorum eligentium nomina nunquam publicentur.* Et
additur infrà: *Si verò contra huius decreti conſtitu-*
tionem aliquis electus fuerit, electio irrita ſit, & is
qui ad hunc effectum ſe in Prouincialem, Abbatem,
37 *aut Priorem creari permiſerit, deinceps ad omnia offi-*
cia in religione obtinenda inhabilis exiſtat. Quæ ſe-
creti qualitas adeò neceſſaria eſt electoribus, vt
etiamſi vnus tantùm ex electoribus ſuum votum
propalet, electio nulla ſit. Zachias *de beneſ. p. 5. c. 4.*
num. 184. Sigiſmundus *ſuprà dub. 31. num. 4. & 5.*
ex Rota *in Treuerenſi Abbatia*, coram Coccino,
quam etiam affert Barboſa *in Collect. ad d. c. Con-*
38 *cilij, n. 6.* Et ratio id concludit, quia cùm decretum
irritans, appoſitum *in c. quapropter, de elect.* & Con-
cil. Trident. hoc loco inducat formam, & forma
ſit indiuiſibilis, *l. ſi veritas, C. de fideicomm.* & il-
la in parte, quamvis minima, non adimpletâ, in
totum actus corruat, *l. cùm hi, §. ſi Prætor, ff. de tranſ-*
act. l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verb. oblig. mani-
feſtè ſequitur ob vnici dumtaxat voti manifeſtatio-
nem totam electionem corruiſſe. In hac porrò ele-
ctione vota pluribus propalata fuiſſe, plus æquo
39 conſtat ex facto eiuſdem Præſidentis in electione
dicentis, *ils fuiſſe factam de hoc inſtantiam*: ipſe
etiam fatetur ſe quoque dediſſe ſuum votum electo.
Conſtat etiam ex alio facto, quod vidi,& ex fide iu-
rata duorum grauium Religioſorum, quæ mihi
oſtenſa eſt,& S. Congregationi, vt credo manifeſta-
40 ta. Vnde negari non poteſt quin in hac electione
fuerit hæc publicatio votorum contra formam à S.
Concilio præſcriptam, ac proinde ex hac, & ex aliis
aſſignatis cauſis ſuſtineri non poſſe.

41 Nec quæ pro ipſius validitate afferri poſſunt,
quidquam probant. Quod enim ſit confirmata à
Superiori, nihil valet; cùm certi iuris ſit, quod
cùm electio eſt nulla, qualem iſtam fuiſſe ſufficien-
ter probatur, nulla etiam eſt confirmatio illius.
Eſt enim confirmatio iuris *prius habiti per electio-* 42
nem corroboratio; & cùm principale non tenet,
acceſſorium tenet, *cap. inter dilectos, de fid. in-*
ſtrument. §. Cùm ergo. Peirinis *tom. 1. de ſubdito,*
quæſt. 1. de obedientia, cap. 31. §. 11. concl. 8. Ca-
ſtellinus *de elect. can. Prælat. cap. 14. n. 5.* & ego *2.*
tom. ſumm. quæſt. Regular. cap. 12. num. 40. Præ-
ſertim quia quæ non ritè fiunt, pro non factis ha-
bentur. Hippolytus *in l. de vnoquoque, n. 120. ff. de re* 43
iudic. & ſingul. 431. Tiraquell. *de retract. §. 1. gloſ. 10.*
num. 31. & quæ de facto, non de iure fiunt, etiam
ſunt de facto renouanda, *l. 1. §. nunciatio, ff. de*
nou. oper. nunc. & *in c. 1. vt lit. pend.* Alex. *conſ. 179.* 44
lib. 6. Si verò dicatur de plenitudine poteſtatis id
egiſſe, hîc congruit parœmia illa, *quæ ſine cauſa* 45
fiunt de plenitudine poteſtatis, dicuntur fieri de pleni-
tudine tempeſtatis, vt obſeruauit Menochius *illuſtr.*
cap. 5. num. 17. Henriq. *in ſumm. lib. 14. cap. 17.*
num. 5. in comm. lit. Z, Peregrinus *de iure fiſci*
lib. 5. tract. 3. num. 65. Nec etiam vrget, quod ali- 46
qui dicunt, videlicet rumores qui in huiuſmodi
electione contigerunt, accidiſſe extra Refectorium,
ſeu locum capituli, non in ipſo loco. Nam prout ex 47
facto quod vidi, conſtat, in ipſo Refectorio qui-
dam Religioſus ad ianuam ipſius inſtanter depre-
cabatur pro eligendo quodam alio, comminando
etiam vocalibus, quod aliàs nihil eſſet valiturum,
& illis dicendo, quod ſi non eligeretur ipſe, ex-
irent ſecum è Refectorio. Et quidquid de hoc ſit,
cùm ea quæ in refectorio contigerunt, connexionem
habeant cum illis, quæ antea perpetrata ſunt, idem
iudicium de vtriſque erit. Connexorum enim idem 48
eſt iudicium. Gloſſa *verb. Annexi, in c. Cùm ſinguli,*
de præbend. in 6. Gloſſ. *verb. Connexa, in cap. Quan-*
tò, de iudic. Et à connexis valet argumentum, vt latè
probant plures apud Barboſam *in loc. com. loc. 11.* 49
Pariter nec vrget, quod P. Præſes Capituli propo-
ſuerit pro Prouinciali eligendo ſolùm præfatum,
quia vt dictum eſt, *quæ non rectè fiunt, pro non factis*
habentur: & quia, vt ipſe Præſes inquit, potuit ita 50
facere: & quia actus à principio nullus nullum pro-
ducit effectum, *l. 4. §. Condemnatum, ff. de re iud. c. ad*
præſentiam, de appell. & plures DD. apud Barboſam
in axiom. 12. num. 25. Eo etiam quia, vt dictum eſt, 51
id agit P. Præſes ob metum, ſeu timorem, quem ha-
bebat de magno aliquo malo euenturo, ſi non fe-
ciſſet.

Quod dicitur non fuiſſe legitimè appellatum ab 52
hac electione, nihil vrget, cùm de ordine San-
ctiſſimi, vt audio, ſacra Congregatio de iuſtitia
prouiſura ſit, prout ex munere ſuo ipſi incumbere
videtur, ne ſimilia fiant in Religionibus, maxi-
mè tam reformatis, qualis eſt iſta, de qua timen-
dum illud, *Corruptio optimi peſſima*; & cui applican-
dum id quod D. Gregor. Nazianzenus in quadam
oratione dixit: *Illud velim ne ignores, rugam vnam*
tibi turpiorem eſſe, quàm maxima vulnera iis, qui in
mundo viuunt. Quo maiore ſtudio tibi proſpiciendum 53
eſt, ne quid profeſſione tua indignum admittas. Neque
enim tam mirabilem, ac conſpicuam in ſordidis, quàm in
puris, vniuſque, & eiuſdem coloris veſtibus, labes aliqua
fœditatem habet.

In huius dubij deciſione fidem adhiberi cen- 54
ſui, quoad factum, relationi factæ à Præſide re-
lato. Plurima enim ſunt, quæ fidem ipſi adhiben-
dam ſuadent. Primò quidem vniuerſaliſſimum illud,
quod teſtis de vniuerſitate admittitur ad teſtifican-
dum pro cauſis ipſius. Baldus *in c. Inſuper, n. 3.*
& ibi etiam Felynus *num. 1. verſ. Eſt etiam regula,*
vbi

vbi affert duas rationes de teſtibus. Item & illud,
quod Prælatus legitimus eſt teſtis pro ſuo monaſte-
55 rio, *cap.inſuper,de teſtib.* & ibi Felynus, Abbas, &
innumeri alij apud Maſcardum *de probat. lib.*1.
concl. 3.*n.* 1.*& concl.*6 24.*n.*6. & Farinacius *de teſti-*
*bus q.*60. *n.*545. vbi etiam *n.*553. quod Prælatus
id poteſt facere,etiam ſi deponat ſuper actu,vel con-
tractu per ipſum geſto. Speculator, Ioan. Andreas,
& alij apud eundem. Specialiter etiam,quia hoc ne-
56 gotium à S. Congregatione eſt ipſi commiſſum , &
eius conſcientiæ derelictum inter varia informan-
tium placita. Quando enim conſcientiæ alicuius
57 aliquid committitur, eius dicto fides adhibetur,vſ-
que eò vt in dubitationem reuocare id non liceat,
vt traditum fuit à Gloſſa inſigni *in cap. ſtatutum,* §.
aſſeſſorem,in verſ. conſcientia, vel *in verſ. relinquatur,*
*de reſcript.in 6.Clem.*1.*verſ.oneramus,de iurepatr.* &
vna mente aſſerunt D.Anton.Cardinal. Imol. Ab-
bas,& alij plures apud Maſcardum *de prob.volum.*1.
58 *concl.*414. *num.*1. Quod maximè procedit, quando
agitur de officio proprio. Officiali enim credendum
eſſe in his quæ pertinent ad ſuum officium, tradunt
omnes ſcribentes *in cap. Cum parati, de appell.* idque
communiter ab omnibus eſſe receptum , dixit Iaſon
in leg.properandum, §. *& ſi quidem, col.*2. *num.*8. *C.*
de iudic. & hanc eſſe veriorem opinionem aſſeue-
rauit Laufrancus de Orion. *in repet. cap. quoniam*
*contra, n.*22. *de probat.* & ita communiter ſeruari
ibidem teſtatur Imola *col.*3.*num.*17.*verſ. in gloſſa ci-*
59 *tationes,* & plurimi alij. Pater ergo Præſes , qui ex
vi ſui officij Præſes erat Capituli , & electionis fa-
ctæ, iure venit credendus, vtpote circa rem ad ſuum
60 officium ſpectantem. Eo etiam vel maximè , quod
quando Iudex deponit contra ea quæ ipſe geſſit,cre-
ditur ei etiam in præiudicium tertij, vt habetur per
Salicetum *in l.ne in arbitriu, n.*3.*ad fin. C.de arbitr.*
61 Felynus *in cap.cùm à nobis,n.*11. & ibi etiam Imola
*n.*3.& plures alij apud Farinacium *ſuprà,n.*134. In
hac autem relatione iſte Pater deponit contra ea quæ
62 ipſe geſſit , ſcilicet contra electionem electi ab ipſo
factam, & confirmatam. Si dicatur eum eſſe vnicum
teſtem, ac proinde reiiciendum, quia vt in omnium
ore eſt, *Dictum vnius,dictum nullius,cap.licet vniuer-*
63 *ſis, c.veniens, de iureiurando, & c. in omni negotio, de*
teſtib.l.Iuriſiurandi,C.ord. Præcluditur hoc effugium
nedum quia non eſt vnicus, ſed plures alij cum ipſo
conſentiunt,quorum teſtimonia audiui,& vidi ; ſed
etiam quia quando cum vnico teſte concurrunt præ-
ſumptiones (prout in hoc caſu ſunt) tunc induit
plenam probationem , vt per Baldum *in conſ.*136.
*proponitur quod Titius,ante fin. lib.*2. *& conſ.*3. *caſus*
*talis eſt,quidam Petrarius, in fine lib.*3. & cumulatos
per Decianum *conſ.*92. *n.*8. *lib.*1. Et quia officiali
64 etiam vnico teſti creditur. Felynus *in cap. veniens,il*
1.*n.*20.*poſt med.de teſtib.* Gabriel *lib.*1. *tit. de teſtib.*
*concl.*1.*n.*54. Per maximè quando agitur de euitan-
do peccato , prout contingere ſolet in caſu impedi-
menti matrimonij, *c.Inſuper,de teſtib. c.præterea , de*
65 *ſponſal.* Anton.de Butr. *in d.c.Veniens, il* 1.*n.*8.*verſ.*
primò quando agitur,de teſtib. Iaſon *in l. admonendi,*
*num.*179. *ff. de iureiur.* Romanus *ſingul.*622. *dictum*
vnius , Bonifac. de Vitalinis *de malef. rubr. de prob.*
*n.*18.*verſ. Item matrimonio,* & multi alij apud Farina-
cium *de teſtibus q.*63. *n.*48. In hoc autem caſu agi
de euitando peccato compertiſſimum eſt,cùm ſi Pro-
uincialis iſte non eſſet legitimè electus, fomes, &
origo eſſet plurimorum peccatorum , vt per ſe
patet.

APPENDIX.

De alia electione facta inter Regulares
de qua dubitabatur, an valida,
vel legitima eſſet.

ELectionem in Vicarium Generalem Congrega- 67
tionis N. factam in perſona P. Anſelmi videtur
ſuſtineri debere vt canonicam,& ritè factam.

Primò , ex generali regula , quæ tam pro con- 68
ſcientia , quàm pro foro fori deſeruit, quod videli-
cet , quando penſatis penſandis , dubitatur de vali-
ditate actus, credendum ſit validum eſſe, & pro illo
interpretationem eſſe faciendam. Hæc enim regula
deſumitur *ex l. quoties, ff. de reb.dub. & l.quoties, ff.*
de verbor. obligat. Rota *deciſ.*15. *num.*1. *de conceſſ.*
prabend. in nouis, Gomezius *in reg. de impetr. benefic.*
quæſt.fin.per tot. Mandoſ. *in reg.*27.*quæſt.*20. *num.*8.
Gonzalez *ſup.*8.*regul. Cancellar. gloſſ.*4.*num.*133.&
Barboſa *in axiomat. iur.axiom.*12. *num.*17.18.*&* 19.
hanc regulam valdè amplians ex iuribus & DD.
ad omnes actus , & quod talis interpretatio ſit regi-
na aliarum interpretationum,& ea præſumptio præ-
cedat omnes præſumptiones. Quibus etiam adden-
dum , quod vt actus valeat , præſumitur præcedere
omne illud, quod eſt neceſſe. Rota *deciſ.*1. *de præ-*
ſumpt. in antiquorib. Felinus *in c.Paſtoralis, in prin-*
*cip.num.*5.*poſt medium, de reſcript.* Caſſadorus , Ca-
putaquenſ. & Achilles, quos affert,& ſequitur Gon-
zalez *ſupr.num.*134.

Accedit ſecundò , quod Reuerendiſſ. Generalis 69
huius Religionis in litteris , quibus prouidebat de
modo celebrandi hanc electionem, expreſsè manda-
uit vt aduerteretur numerus vocalium eligentium,
vt videlicet omninò canonicè , & legitimè fieret.
Actus enim præſumitur factus in executionem præ-
cedentis tractatus, ſeu mandati, *l.*3. §. *verum , ff. de*
manumiſſ.l. qui in aliena,§.*ſi is qui putabat , ff. de ad-*
quir. hæredit. Alciatus *de præſumpt.reg.*2. *præſumpt.* 70
24. Alexand. *conſ.*25. *n.*9. *lib.*2. Barboſa *ſupr.n.*1.

Eo etiam tertiò , quòd hæc electio confirmata
eſt à Præſide ipſius à Generali deſignato, qui prop- 71
terea vir prudens, & doctus exiſtimatur , ac proinde
etiam quod diligenter examinauerit , & rectè co-
gnouerit validitatem talis electionis ; cùm hoc ſit
munus confirmatoris, *cap.cùm nobis, & cap. cùm ve-*
nerabilem,verſ. eſt enim,de elect. & *cap.fin.de tranſlat.*
Epiſcop. in fin.Clement.exiuit,§. *demum, de verb.ſig-*
nif. Sigiſmundus de Bonon. *de elect. dub.*46.*n.*7. Sa-
muellius *de elect.canonic.tract.*1.*diſput.* 8.*controu.*2.
*concluſ.*8.

Inſuper, quia contra eam nullus reclamauit,prout 72
poterant facere electores , etiam poſt confirmatio-
nem, dummodò in continenti id facerent. Panormit.
in c.accedens,col.fin.de accuſat. Brixius *in direct.elect.*
*p.*3.*c.*45.*n.*2.*&* 3. Sigiſmundus *ſupr.n.*19. Samuelius
*ſupr. concluſ.*15.

Quod maximè procedit, quia vnus ex ſcrutatori- 73
bus,qui concurrebat ad electionem,& de cuius inte-
reſſe agebatur , non ſolum non ſe oppoſuit illi, ſed
etiam verbis,& factis illam approbauit. Teſtimonium
enim partis contrariæ valde probat. Salicetus *in leg.*
*quoniam liberi,n.*6.*in fin.C.de teſtib.* Campegius *de te-*
ſtib.in 4.*fallent.* Corrad. *in practic.*§.*de teſtib. rubric.*
*perſona teſtium, n.*49. Et quia teſtimonium datum in
fauorem alienius eſt valde efficax. Bordonus *in con-*
*trouerſ.moralib.controu.*3.*num.*28. etiam ex doctrina
Patrum , quos affert.

Ll 2 Præci

74 Præcipoè etiam, quia cùm poſtea reclamatum
eſſet ad P. Generalem, quaſi ea electio canonica non
fuiſſet, ipſe Generalis, deſtinato commiſſario pro
proceſſu, & informatione faciendis, eâ factâ, & ad
eundem tranſmiſsâ cum ſoa congregatione, fuit de
nuuo confirmata dicta electio, ita vt iam bis fuerit
confirmata, ſemel à Præſide electionis, & iterom à
generali in iudicio contradictorio. Actos autem ge-
minatus inducit maiorem firmitatem, & plus ope-
ratur quàm ſimplex, *l. Balliſta 32. ff. ad Trebell. l. 4.*
iuncta Gloſſ. vltima, *ff. de pignor. act.* Bartolus, Ti-
raquellus, Pinellus, Brunor. & plures alij apud Bar-
bolam *ſupr. n. 14.*

75 Et concludit intentum, quod in Capitulo gene-
rali proximè ſequenti, nemioe reclamante, aut
muſſitante, parte etiam contrariâ præſente, & ta-
cente, cùm tamen tempus opportunum tunc eſſet
ad oppoſitionem faciendam contra electionem dicti
P. Vicarij Generalis, ne electio Generalis, qui eſt
76 caput totius Religionis, vitiaretur ex voto illegitimi
ſuffragatoris, fuit admiſſus cum aliis Gremialibus
ad dandum ſuum votum in dicta electione. Omnis
autem actus iuſtificatur propter ſcientiam, & pa-
tientiam Superiorum, *l. quis ſit fugitiuus 17. §. ego*
puto, l. quod ſi 31. §. qui aſſi lua, ff. de adilitio edicto,
cap. niſi eſſent, de prabend. cap. conſtituens, de Religioſ.
domib. vbi Abbas *numero 6.* Tiraquellus *de pœnis*
tempor. cauſ. 41. Gutierrez *in quaſt. practic. q. 29.*
numero 20. cum ſeqq. Gonzalez *ſupra, gloſſ. 9. §. 2.*
num. 88.

77 Tandem veluti à priori concluditur intentum,
quia in hac electione dicitur obſeruata forma præ-
ſcripta à conſtitutionibus huius Ordinis, *part. 3.*
capite 3. quæ eſt conformis capiti *quia propter, de*
elect. & conformiter ad decretum pro electionibus
78 Prælatorum Regularium à Concil. Tridentino
ſeſſ. 25. de Regularib. cap. 6. Opponitur tamen con-
tra eam, quod teſtantibus aliquibus ex tribus illis
ſcrutatoribus, qui deſignati ſunt pro præfata ele-
ctione, dictus Vicarius Generalis non habuit in
ipſa maiorem partem votorum, ſed qood cùm 29.
eligentes eſſent ſolùm, habuerit 14. vota, quæ non
eſt maior pars: ſimilis autem electio pro nulla, &
caſſa habetur, *cap. quia propter, de elect.* Sigiſmun-
dus *ſupr. dubitat. 47. num. 1. & 2.* ac DD. commu-
niter.

79 Cæterùm oppoſitio iſta ex multis capitibus nul-
la videtur. Primò equidem, quia contra electio-
nem confirmatam non eſt quis poſtmodùm audien-
dus. Panormitanus *cap. fin. qui matrim. accuſar.* &
cap. cùm olim, de cauſ. poſſeſſ. Biax. *in direct. elect.*
part. 3. cap. 45. num. 3. Cuchus *inſtitut. maior. titul.*
de confirm. & confirm. poteſt. num. 43. Quod adeò
80 verum eſt, vt etiam quando legitimus ſuffragator
non fuit vocatus, ſed contemptus, non debet au-
diri, poſtquam electio eſt confirmata, ſed ante con-
firmationem, *cap. fin. de elect. in 6.* Additio ad Pa-
normit. *in cap. in Geneſi, num. 10. littera B*, alle-
gans Franchum, Biaxius *in ſuo direct. elect. part. 3.*
cap. 7. & additio ad Geminian. *in cap. ex eo quod, de*
elect. in 6. littera A, Cuchus *ſupr. lib. 4. tit. de elect.*
num. 51. Sigiſmundus *de elect. dub. 10. num. 4.* Quæ
fortiùs procedunt in electione confirmata à Præſide
capituli, reformata poſteà à Generali, & poſtmodùm
acceptata à toto Capitulo Generali, qualis eſt iſta, vt
dictum eſt.

81 Secundò, & efficaciter, *ex cap. nulli, de elect. in 6.*
deſumpto ex Gregorio X. & Concilio Lugdunenſi,
vbi expreſſè dicitur, eligentes, vel electioni conſen-
tientes, noo poſſe ſe opponere contra electum, niſi
82 ex cauſis poſtea emergentibus, aut de nouo cogni-
tis. Textus eſt talis: *Nulli licere decernimus, poſt-*
quam in ſcrutinio nominauerit aliquem, & electio fue-
rit ſubſecuta, vel poſtquam præſtiterit electioni de ipſo
ab aliis celebrata conſenſum, illum ſuper electione ip-
ſa, niſi ex cauſis poſtea emergentibus, impugnare,
vel niſi ti morum ipſius antea celata, de nouo panda-
tur improbitas, ſeu alicuius latentis vitij, vel defe-
ctus, quem veriſimiliter ignorare potuerit. Hic au-
tem textus tam expreſſus eſt, vt loquatur in ter-
minis huius caſus, & eum directè tangat. Cùm 83
enim ſcrutatores in hac electione fuerint ij, qui prin-
cipaliter elegerunt dictum Vicarium Generalem,
ita vt vnus illorum illam celebrauerit omnium no-
mine, dicens: *Ego N. nomine, &c. eligo, &c.* & tam
ipſi, quàm alij ſuffragatores omninò pacificè con-
ſenſerint electioni, & electo obedientiam præſtite-
rint, ac modò non emergat noua aliqua cauſa, aut
pandatur aliquis defectus, qui tunc veriſimiliter
ignorari potuerit, cùm defectus ipſe de nouo adin-
uentus, quod non habuerit maiorem partem voto-
rum, non ſit veriſimile quod ſi adfuiſſet, ab illis
ignoraretur, eo quòd ipſi fuerint, qui ſchedulas
votorum præ manibus habuerunt, legerunt, euol-
uerunt, & comburi fecerunt; patet euidenter
quod ipſi ſint comprehenſi in hoc decreto Conci-
lij Generalis, ac proinde, quod nullatenus audiri
debeant. Præſertim cùm hæc ſit legitima intelli- 84
gentia huius textus, & communis inter DD. ſpe-
cialiter ex recentioribus Peirinis *de Religioſ. ſubdito,*
tom. 1. quaſt. 1. capite 31. §. 12. Lancellot. *inſt. ca-*
non ic. lib. 1. titul. 7. de elect. Layman. *in quaſtio-*
nib. canonic. de elect. quaſt. 116. Barboſa *in colle-*
ctan. DD. ad d. cap. nulli, & Sigiſmundus *ſupr.*
dub. 48. numero 6. Ac quod hic videatur ſtylus Cu- 85
riæ, patet ex declaratione S. Congregationis,
& alia Eminentiſſ. Cardin. Ginetti SS. D. N. Vi-
carij, qoas attuli in meis conſultis, *conſulto 53. n. 6.*

Iuuant ſimiliter ad intentum, quæ eo loco re- 86
tuli ad probandum, quod repellantur ab oppoſitio-
ne, ſeu impugnatione electionis illi, qui in ipſam
conſenſerunt, qoales fuerunt in præſenti caſu non
ſolùm præfati ſcrutatores, ſed etiam omnes gremia-
les eius Capituli, vt dictum eſt. Etenim, vt ha-
betur ex Regula iuris *in 6. num. 21.* & ſumitur *ex l.*
ſicut, C. de actionib. & obligat. quod ſemel placuit,
amplius diſplicere non potuit. Quod Gloſſa ibidem
intelligit etiam in electo, iuxta canonem *dilectiſ-*
ſimi 1. quaſt. 2. Idemque confirmat Regula alia 87
etiam iuris *in 6. num. 33.* quæ deſumitur *ex l. nemo*
poteſt mutare, ff. hoc titulo, ſcilicet *mutare conſilium*
quis non poteſt in alterius detrimentum. Quam Re-
gulam procedere etiam in electione, probat Barbo-
ſa *ibid.* ex Iuribus, & Doctoribus: fauet etiam Re-
gula illa generalis, ſcilicet, *Nullus poterit venire con-*
tra factum ſuum. Argumento capitis *diuerſis falla-*
ciis, de Cleric. coniugat. & c. propoſuit, de fil. Presbyt.
Gloſſa *in d. Regul. quod ſemel*, Layman. *ſupr. q. 156. in*
marg. Conſonat etiam caput *concertationi, de appellat.*
in 6. vbi appellanti ab electione præſcribitur ſpatium
dierum decem, & iis tranſactis, ſolùm conceditur vti
iuris remediis, ſi tamen in electionem non conſen-
ſerit.

Sed maximè fauent in terminis propriis Acta eius 88
Capituli, in quibus dicitur, ſubſcribentibus Præ-
ſide eius electionis, & quatuor diffinitoribus, ac
Viſitatore: *Habita oratione de noui Præſulis electio-*
ne deuenerunt ad electionem Vicarij Generalis, & ſic
per communem inſpirationem per ſecreta ſuffragia ele-
ctus fuit in Vicarium Generalem admodum R. P. Bac-
chalaur. Fr. Anſelmus Florentinus. In quibus expen-
denda verba illa, *per communem inſpirationem.* Sunt
enim prægnantia valde, & habent magnam empha-
ſim, & energiam. Cùm enim non poſſint intelligi de
electio

electione verè, & realiter per *quaſi inſpirationem* celebrata, de qua *in cap. Quia propter, de elect.* eſt ſermo, quia ea eſt tertia ſpecies electionis, condiſtincta à duabus aliis ibi deſignatis, ſcilicet per compromiſſum, & per ſcrutinium; hæc autem electio facta fuit per ſcrutinium, vt euidenter patet ex facto ipſo, & quia pro ipſa fuerunt deſignati tres ſcrutatores, quod proprium eſt electionis per ſcrutinium: ideo exiſtimandum eſt, propterea appellatam fuiſſe per *communem inſpirationem*, quia *communiter, concorditer, ex inſpiratione Spiritus ſancti*, & ſine vllo ſcrupulo inualiditatis celebrata ſit. In atteſtationibus enim, qualis eſt iſta, verba debent aliquid operari, & non eſſe ſuperflua. Romanus *conſil.* 180. *numero* 5. Cardinal. Tuſcus *practicar. concluſ. littera S, concluſ.* 895. *numero* 57. *& littera V, concluſ.* 95. *numero* 24. Nullatenus ergo præfata electio impugnari poteſt à præfatis oppoſitoribus de inualiditate.

89 Eo etiam, quia ſchedulæ, in quibus ſcripta erant nomina eorum, qui eligebantur à ſuffragatoribus, fuerunt comboſtæ igne. Ex hoc enim euidenter habetur, non poſſe oppoſitores iſtos, ſeu contradictores aliquid facere contra dictam electionem; quia non conſtat de corpore delicti: & ſolùm id poſſent facere oſtendendo ex ipſis ſchedulis, quod dictus electus in Vicarium Generalem non habuerit maiorem partem votorum. Si autem non probant ſuam intentionem, omninò ſunt reiiciendi, *leg. alter, Cod. de probat. leg. qui accuſare, Cod. de edendo.*

90 Nec illis magis credendum, eo quòd ipſi fuerint ſcrutatores. Tum ex dictis, tum quoque quia, cùm iam ſint functi ſuo officio, ſeu munere ſcrutatorum, quod tantùm durabat pro tempore celebrationis Capituli, modò ſolùm poſſunt teſtificari vt priuatæ perſonæ, & vt tales non ſunt teſtes idonei, quia ſunt varij, vtpote quia tempore electionis aſſeruerunt præfatam electionem fuiſſe validam, modò verò id negant: teſtes autem va-
91 rios nihil concludere, certa ſententia eſt. Imò quemadmodum quando teſtis dicit aliud in iudicio, & aliud extra iudicium, ſtandum eſt priori teſtimonio, iuxta doctrinam Bartoli *in lege eos, numero 4. ff. de falſis*, & DD. *in capite per tuas, de probat.* Baldum *in leg. generaliter, Cod. de non numerata pecunia, notab. vlt.* ac Sayrum *in Clau. Reg. lib.* 11. *cap.* 11. *§. quarta propoſitio*: etiam iuxta eundem Baldum, Felinum, & alios apud ipſum Sayrum, quando mortis tempore diceret ſe in priori teſtimonio falſum dixiſſe, ſic in præſenti dicendum de iſtis, qui in actu electionis eam dixerunt eſſe canonicam, poſtea verò eam impugnant vt inualidam.

92 Et ſanè, ſi poſt celebratam aliquam electionem, & ab ſcrutatoribus publicatam, admittitur ipſorum reclamatio contra eam, vtique aperitur via ad infinitas ſimiles reclamationes, & lites, quotieſcunque videlicet ipſi ſcrutatores, aut duo ipſorum vniri velint ad contradicendum. Litibus autem obuiandum eſſe, iura clamant, *cap. finem litibus, de dolo, & contumacia, l. terminato, ff. de fruct. & lit. expenſ. l. non diſtinguemus, §. quæſitum, ff. de arbitr.* & aliis iuribus, & DD. Obuiandum igitur oppoſitioni huic contra hanc electionem.

CONSVLTVM LIV.

De Epiſcopo quodam habente quandam cymbam piſcatoriam.

SVMMARIVM.

1 *Caſus de Epiſcopo habente cymbam piſcatoriam.*
2 *Gabella impoſita in ea Ciuitate.*
3 *Dubium primum, an talis Epiſcopus retinere poſſit illam cymbam.*
4 *Secundum, an ſit immunis à ſolutione gabellæ.*
5 *Tertium quid de ſeruientibus Epiſcopo.*
6 *Licitus videtur vſus talis cymbæ.*
7 *Apoſtoli cymbam habebant.*
8 *Chriſtus præcepit eos piſcari.*
9 *Mare eſt liberum omnibus.*
10 *Piſces ſunt ſub dominio capientis.*
11 *Piſcatio non videtur prohibita.*
12 *Nec habere cymbam ad piſcationem.*
13 *Quid de miniſtris ipſius.*
14 *Piſces capti cedere poſſunt in vtilitatem Epiſcopi.*
15 *Rei ſuæ quilibet eſt moderator, & arbiter.*
16 *An liceat ipſi vendi facere piſces ſuperfluos.*
17 *Præſertim ſi ille ditetur, & n. 18.*
19 *An pro eleemoſynis elargiendis.*
20 *Obiectio quorundam.*
21 *Negotiatio multiplex.*
22 *Quæ ſit Clericis interdicta, & n. 23.*
24 *Quid ſentiendum de ſcandalo.*
25 *Et ſcandalum paſſiuum, quando euitari non debeat.*
26 *Hoſpitalitas propria Epiſcoporum.*
27 *Epiſcopus immunis videtur à Gabella.*
28 *Ex iuribus, & Authoribus.*
29 *An à ſolutione alicuius pro iis, qui ſeruiunt in portu.*
30 *Epiſcopi ſunt Patres Principum ſæcularium.*
31 *Quid de hominibus ſeruientibus Epiſcopo.*
32 *Priuilegium principalis trahitur ad acceſſoria.*
33 *Multò magis ad famulos Epiſcoporum.*
34 *An ſaltem ex conſuetudine.*
35 *Votum Reuerendi Patris Dianæ.*
36 *Reuerendi Patris Auerſa.*

IESVS MARIA.

EPISCOPVS Ciuitatis maritimæ cymbam piſcatoriam emit, vt ſibi, Prædicatoribus Aduentus, & Quadrageſimæ, Hoſpitibus, atque ſuæ familiæ de piſcibus eſſet prouiſum; & ad illius miniſterium conduxit cum determinato pecuniæ ſtipendio ſex homines ad cymbæ gubernium, piſciumque capturam, & venditionem, qui per totum annum ſeruientes, per totum etiam cum mercede aſſignata alerentur, & quod ſupereſſet, deductis prædictis aſſignationibus, ſtipendiis operariorum, ac neceſſariis ad conſeruationem cymbæ, id totum Epiſcopus applicauit pro eleemoſyna diſtribuenda à deputato per inſtrumentum iuratum inter Regulares pauperes vtriuſque ſexus. 1

In eadem ciuitate eſt impoſita gabella à Communitate vnius iulij pro ſingulis centum libris piſcium captorum, necnon venditores piſcium tenentur etiam ſoluere ſingulis quatuor Regulatoribus taxantibus pretium piſcium vnam libram pro 2

qualibet piſcatione, & vnam pariter Capitaneo
Portus: propterea quæritur pro veritate.
3 Primò, an Epiſcopus licetè emere, & retinere
poſſit cymbam piſcatoriam abſque vllo ſcrupulo,
etiam minimo in vtroque foro, piſceſque captos
in ſui, & ſuorum moralem neceſſitatem, & eleemo-
ſynam, pretiumque ipſorum in ſtipendia piſcato-
rum, cymbæque manutentionem conuertere.
4 Secundò, an Epiſcopus ſit omninò immunis à
ſolutione gabellæ, & alterius grauaminis ſuprà
expoſiti.
5 Tertiò, an dicti homines ſeruientes Epiſcopo
cum ſtipendio ſufficienti pro alimentis totius anni,
gaudeant priuilegio fori.
Ad tria dubia propoſita nomine Illuſtriſſimi Do-
mini Epiſcopi, ſic pro veritate reſpondendum
cenſeo.
6 Ad primum quidem, licitum videri talis cymbæ
piſcatoriæ vſum, ac per conſequens emptionem, &
retentionem ipſius licere Epiſcopo abſque vllo ſeru-
pulo. Id enim conſtat primò ex Iure Diuino, eo
quòd Apoſtoli, qui Epiſcopi, immò & Religioſi
erant, talem cymbam piſcatoriam habebant, *Ioan.*
21. Quod ibi D. Chryſoſtomus, D. Auguſtinus, ac
maximè Diuus Gregorius licitum fuiſſe fatentur,
etiam poſt conuerſionem. Quare Gregorius: *Ne-*
7 *gotium quod ante conuerſionem ſine peccato extitit,*
poſt conuerſionem repetere culpa non fuit. Et Diuus
Hieronymus *in epiſtola ad Ruſtic.* relatus *in capite*
Nunquam 33. *de conſecrat. diſt.* 5. *Texantur & lina*
capiendis piſcibus. Loquitur autem de Monachis.
Id maximè robur accipit ex eo, quod Chriſtus Do-
minus eo loco ipſis præcepit piſcari, dicens: *Mit-*
tite in dexteram nauigij rete. Diuinum enim præ-
8 ceptum non cadit niſi ſupra rem licitam. Secundò
ex iure communi gentium, apud quas liberum, &
licitum eſt omnibus piſcari, & ipſum mare eſt li-
berum, & quaſi fundus communis omnium quo-
ad piſcandum in eo, & piſces ex ipſo capiendos, vt
conſtat *Inſtit. de rerum diuiſ.* §. *Et quidem*, & §.
9 *flumina autem*, vbi expreſsè dicitur, *Ius piſcandi om-*
nibus commune eſt. Vnde cuilibet licitum eſt in ma-
ri piſcari, *l. venditor, ff. com. præd.* vbi quod mare
naturâ omnibus patet. Sebaſtianus Medices *in tract.*
de venat. & piſcat. quæſt. 49. & alij infrà referendi.
Vnde quia res omnis primi occupantis eſt, piſces in
mari capti ſub dominio primi capientis remanent,
10 *Inſtit. de rer. diuiſ.* §. *fera*, ibi: *Feræ igitur, beſtiæ, vo-*
lucres, & piſces, & omnia animalia quæ mari, cœlo,
& terra naſcuntur, ſimul atque ab aliquo capta fue-
rint, iure gentium ſtatim illius eſſe incipiunt. Confor-
miter quoque ad ius naturale, quod præbet domi-
11 nium homini ſuper piſces maris, iuxta illud Ge-
neſ. 1. *Dominamini piſcibus maris.* Tertiò, quia li-
cet iure Canonico venatio ſit prohibita Clericis,
cap. Eſaü, diſt. 86. *& capite Epiſcopum, de Clerico*
venatore; nunquam tamen, vel leuiter piſcatio il-
lis reperitur prohibita: quod in honorem Apoſto-
lorum factum creditur. Et quia vt in dicto *cap.*
Eſaü, dicitur: *Non inuenimus in Scripturis ſanctis,*
Sanctum aliquem venatorem, piſcatores inuenimus San-
ctos. Et ita notant Salzedus, Menochius, Graffius,
Azeuedo, & Belletus, quos ſequitur, & refert Bar-
boſa *ad d. cap. Epiſcopum, num.* 5. Prorſus ergo ſine
ſcrupulo eſt, Epiſcopum habere nauiculam piſcato-
riam.
12 Licere etiam ipſi Epiſcopo talem cymbam habe-
re in ordine ad piſcationem piſcium, inde etiam
euincitur, quia cùm ipſa piſcium piſcatio licita ſit,
tale etiam erit inſtrumentum ad id faciendum, eo
quòd finis trahit ad ſe omnia, quæ ad ipſum ten-
dunt, *l. etſi non ſunt, §. vt perueniamus, ff. de auro, &*
argento legat. Et quia media ſequuntur naturam ſui
finis, & ab eo regulantur, *l. Oratio, ff. de ſponſal.* Bar-
boſa *in axiom.* 99. *n.* 2.
Si autem licita eſt piſcatio Epiſcopo, licita etiam 13
erit miniſtris ipſius pro ipſo, illis ſcilicet piſcatori-
bus ab eo conductis ad hoc miniſterium, ex regula
Iuris 53. *Cui licet quod eſt plus, licet vtique quod eſt*
minus, vt ex l. non debet, ff. hoc tit. l. in ſuis, ad fin. ff.
de liber. & poſthum. & ex Regula 72. *Qui facit per*
alium, perinde eſt, ac ſi faciat per ſe ipſum, l. Quod iuſſu
alterius, ff. hoc tit. Ad quod deſeruit plurimorum Do-
ctorum ſententia aſſerentium, etiam negotiationem
illicitam Clericis fieri licitam, ſi exerceatur per
alios. Prout tenent Molina, Malderus, Aragon,
Tabiena, Salas, Squillante, Rebellus, & alij com-
muniter, quos refert, & ſequitur P. Diana
tom. 1. *tract.* 8. *reſol.* 72. Ex quo à fortiori ſe-
quitur, multò magis id eſſe dicendum de piſca-
tione, quæ vt inferiùs conſtabit, eſt negotiatio
licita.
Licere quoque eidem Epiſcopo piſces captos per 14
hanc piſcationem in ſui, & ſuorum moralem ne-
ceſſitatem conuertere, pro comperto etiam eſt. Quia
hoc non eſt aliud, niſi *ſuæ domui benè præpoſitum eſſe*,
quod tantum abeſt à damnatione, vt potiùs exigatur
à Paulo, 1. *ad Timoth.* 3. pro Epiſcopo: aliàs vt ibi-
dem ſubiungit: *Si domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo*
Eccleſiæ Dei diligentiam habebit? Et ſanè ſi rebus 15
proprijs vnicuique licitè vti licet, & rei ſuæ quili-
bet eſt moderator, & arbiter, *l. in traditionibus, ff. de*
pact. l. in re mandata, C. mandati, & iniquum ſit dicere
liberum non eſſe homini ingenuo de rebus ſuis diſ-
ponere, *leg. Non vſque adeò, ff. ſi quis à parente*, cùm
ex dictis conſtet piſces captos in mari induſtriâ Epiſ-
copi, eſſe ſuos, & tanquam fructus ex proprio fun-
do collectos, iniquum videtur negare poſſe de illis
diſponere ad ſuum libitum.
Similiter licitum quoque erit D. Epiſcopo piſces 16
per ſuos miniſtros in nauicula illa captos, qui ſuper-
flaunt ſuæ familiæ, vendi facere per illos, ſicut
poteſt fructus ex ſuis prædijs prouenientes, v. g. vi-
num, triticum, oleum ſimiliter vendi facere. Si-
quidem tales piſces per capturam fiunt ſui, tanquam
fructus ex communi fundo recepti; & eſt verus, ac
legitimus dominus eorum, non per negotiationem,
aut mercaturam, ſed per vſum proprij iuris, quod
quilibet habet capiendi fructus fundi ſui. Nec eos
per ſuos famulos in ciuitatem introducens, dici po-
teſt mercimonia introducere, ſed potius iuſtè, & le-
gitimè acquiſita bona per modos licitos diſtra-
here.
Nec iure dici poteſt hoc exercitium Epiſcopo 17
non licere, quia ditari, aut locupletari, maximè
auerſari debent Eccleſiaſtici, dicente Apoſtolo 1.
ad Timoth. 6. *Qui volunt diuites fieri, incidunt in*
tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria mul-
ta inutilia, quæ mergunt homines in interitum, & per-
ditionem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas.
Nam hoc facilè eneruatur. Etſi enim ditari, aut
locupletari modo illicito, aut cum detrimento popu-
li non ſit Clericis permiſſum; id tamen modo licito,
aut cum vtilitate populi illicitum non eſt, ſed omni
iure permiſſum. Quod in caſu præſenti contingit, 18
cùm hoc exercitium, vt dictum eſt, & licitum ſit, &
ex eo populis emolumentum hoc proueniat, vt ma-
iores, & pinguiores eleemoſynæ Religioſis perſonis,
pauperibus, & egenis elargiantur, quæ aliàs elargiri
non poſſent. Præſertim cùm pro eleemoſynis elar- 19
giendis licita quoque eſſet etiam propria, & rigoro-
ſa negotiatio, prout ex Redoano *de ſpol. quæſt.* 2.
numero 43. & 54. elici videtur. Quod proinde
lucrum aliquod moderatum Epiſcopo obueniat,
detura

damnabile non eſt, ſed potiùs permiſſum, & bono
fine factum omninò licitum. Sic enim Doctores
cum Innocentio *in c.2. Ne Clerici, vel Monachi*, quos
ſequitur Genuenſis *in c. mihi 77. n. 11. in annot.* dicen-
tes Clericum poſſe ex artificio lucrari etiam ſine ne-
ceſſitate.
20 Nec his obſtat, quod Albericus *in l. legatis ſer-
uis, ff. de legat. 3.* quem ſequitur Sebaſtianus Me-
dices ſuprà *quæſt. 59. & 60.* quos etiam refert, &
non reiicit Genuenſis *in prax. Archiep. Neapol. d.
cap. mihi 77. in fine*, dicere videantur, quod piſ-
catores vendentes piſces, dicantur negotiatores; ne-
gotiatio autem penitus prohibita ſit Clericis *cap. fin.
de vita & honeſt. Cler.* & aliis iuribus, vbi Docto-
21 res communiter. Etenim *negotiatio* tam latum vo-
cabulum eſt, vt actum omnem otio contrarium ſi-
gnificet, teſte Syluestro *in ſum. verb. Negotium*: &
tam æquiuocum, & varias ſignificationes impor-
tans, vt de illo dicatur, *l. natura, ff. de præſcriptis
verbis*, quod *plura ſint negotia, quàm vocabula.* Sed
illis prætermiſſis, quoad præſens attinet, duplex eſt
negotiatio. Alia non lucratiua, ſed induſtrioſa, &
œconomica, qua videlicet quis ſibi, ſuæ familiæ,
& ſuo ſtatui neceſſaria, aut conuenientia procurat,
quæ propterea non eſt propriè, ſed impropriè ſolùm
negotiatio, & omnibus etiam Clericis licita. Quia
vt ait Eminentiſſimus de Lugo *de iuſt. & iur. tom. 2.
diſp. 26. ſect. 3. num. 22. Eſt vtilis, & neceſſaria Rei-
publicæ; poteſt enim honeſto fine exerceri ad neceſſa-
riam familiæ ſuſtentationem, vel ad ſubueniendum pau-
peribus.* Alia eſt merè lucratiua, propriè & rigoroſè
negotiatio, quâ videlicet res emitur, vt integra, &
immutata manens cariùs vendatur. Quæ ſola Cle-
22 ricis interdicta, & prohibita eſt, prout vnanimiter,
& conſtanter Doctores tenent, quorum plures re-
tuli *4. tom. meæ Sum. verb. Negotiatio.* Addo Abba-
tem *1. part. conſ. 6. in fin.* Federicum de Senis *conſil.
200.* & plures Sac. Congregationis declarationes,
quas affert Barboſa *de iur. Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 40.
num. 127.* Authores ergo, qui dicunt, piſcatores ven-
dentes piſces, quos capiunt eſſe negotiatores, ſolùm
de lata, & impropria acceptione *negotiationis* ſunt in-
telligēdi, minimè autem de propria, & rigoroſa, alio-
quin gratis loquerentur, & contra ipſam legem *Le-
gatis ſeruis.* In ea enim expreſsè, & clarè piſcato-
23 res non eſſe negotiatores exprimitur. Forſan tamen
ideò piſcatores, qui piſces quos capiunt, vendunt,
negotiatores appellant, quia non rarò, ſed ſæpiùs
contingit, quod huiuſmodi homines non ſolùm
vendant piſces, quos ipſi capiunt, ſed & alios quos
emunt ab aliis ſociis piſcatoribus minori pretio à ſe
emptos. Hoc enim caſu propriè, & rigoroſè ne-
gotiatores, & mercatores dici poſſunt. Hoc autem
toto cœlo abeſt ab exercitio Epiſcopi, qui ſolùm
piſces in ſua nauicula captos vendi facit per ſuos
famulos, in quo non magis reprehenſibilis, quàm
alij Epiſcopi, qui in Gallia, Corſica, & Italia vendi
faciunt auiculas, quas prehendunt in ſuis prædiis, &
fundis. De quibus Silueſter *verb. Venatio, §. Sic ergo
concludo.*
24 Si dicatur, ex hoc ſcandalum in populis contingere
poſſe, idque maximè euitandum Epiſcopis, dicente
Paulo 1. Cor. 8. *Videte ne licentia veſtra offendiculum
fiat infirmis.* Et infrà: *Sic peccantes in fratres, & per-
cutientes, conſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum
peccatis.* Maximè quia, vt Baſil. *in Reg. breuior. regul.
64.* ait, *eo ſcandalum eſt maius, quo is, qui illud dat ma-
iori ſcientiâ, aut gradu præditus eſt.* Huic obiectioni
obuiandum ex communi Theologorum conſenſu,
quod ſcilicet ſcandalum paſſiuum euitari non de-
25 beat, quando ex mera hominum malitia oritur. At-
qui ſi Epiſcopus ex lucro prædicto omninò indi-
gentiis Eccleſiæ, Religioſorum, & pauperum ſubue-
niat (deductis expenſis cymbæ, & miniſtrorum)
iniquum prorſus erit aliquem ſcandalizari, cùm
potius laudari poſſet prompta pietas ipſius, quâ ad
talia pia opera, & alia etiam honeſta, qualia ſunt
hoſpites illuſtres excipere, & Concionatores verbi
Dei alere, etiam per inſtrumentum publicum, & iu-
ratum (quod rarum eſt pietatis exemplum) ſe adſtrin-
git. Etenim hoſpitalitatem propriam Epiſcoporum
teſſeram eſſe denunciat Apoſtolus, dum *1. ad Ti-
moth. 3.* dicit eſſe debere *Hoſpitalem*, & D. Gregorius
ad Ioan. Epiſcop. aiens: *Hoſpitalitatem neſciens, non
fiat Epiſcopus.* Munificum quoque in elargiendis 26
eleemoſynis, omnia iura clamant, adeò vt in publico
eas facere, & ante ſe *tubâ canere* teneatur, teſte Ger-
ſone *in Opuſc. de temperantia.* Quod igitur Epiſco-
pus noſter hæc velit agere, mediâ iſtâ induſtrioſâ
piſcatione, ſcandalum non erit, niſi forſan illis, de
quibus Chriſtus Matth. 15. *Cæci ſunt, & duces cæ-
corum.* Et propterea non audiendi, dicente D. Gre-
gorio hom. 7. in Ezech. *Si de veritate ſcandalum ſu-
mitur, vtiliùs permittitur naſci ſcandalum, quàm ve-
ritas relinquatur.*
Ad ſecundum dubium etiam pro certo reſpon- 27
dendum, Epiſcopum omninò immunem eſſe à ſo-
lutione gabellæ, vel alterius cuiuſcunque graua-
minis, dum piſces iſtos in ſua nauicula per famulos
ipſius, captos per eoſdem ad vendendum mittit.
Quia Clerici (multò magis Epiſcopi) de rebus ſuis
ad nullas tenentur gabellas, *cap. Quanquam, de cen-
ſib. in 6.* & millies alibi: oſtenſum autem manet, hos
piſces captos, inter bona propria Epiſcopi accenſeri.
Ad quod facit clariſſimè Abbas *1. part. conſil. 6.* 28
probans ſæculares à Clericis nihil exigere poſſe de
bonis ipſorum. Et ſanè cùm bona Eccleſiaſticorum
dicantur *Patrimonium Chriſti*, Abbas *in cap. cum
ſuper, num. 10.* quemadmodum Chriſtus non tene-
retur de huiuſmodi rebus gabellas ſoluere, ſic (ſuo
modo) nec Epiſcopus, aut alij Clerici. Si dicatur,
ſaltem teneri aliquid in portu ſoluere propter ſu-
ſtentationem eorum, qui proſunt naulo, ſeu portui,
aut foro piſcario. Contra hunc & ſimiles prætex-
tus obſtant generalia iura interdicentia gabellarum 29
impoſitionem pro Eccleſiaſticis, *cap. Non minùs, &
cap. Aduerſus, de immun. Eccleſiaſt. l. Sancimus, C. de
Sacroſanct. Eccleſ. Auth. Item nulla, C. de Epiſc.* Et
quia regalia portus ſunt veræ gabellæ, *l. Inter publi-
ca, §. fin. ff. de verb. ſignif. l. Cum in plures, §. vehiculum,
ff. locat.* Et ex communi Doctorum firmat Tho-
mas Delbene *de immun. part. 1. cap. 5. dubit. 5. à n. 6.*
Quæ omnia euidentiùs procedunt cum Epiſcopis, 30
qui ſunt cæteris Clericis, & Sacerdotibus ſuperio-
res, Apoſtolis æquales, & Patres Principum ſæcu-
larium. Suarez *contra Reg. Angliæ lib. 4. c. 10. num. 6.*
Balboa *tom. 2. ad cap. 1. de indic.* Maximè cum
ſcrupulus qui poteſt eſſe de negotiatione, iam ſit in
ſuperioribus omninò ſublatus.
Ad tertium dubium de dictis hominibus ſeruien- 31
tibus Epiſcopo in piſcium captura cum ſtipendio
ſufficienti pro toto anno, an videlicet priuilegio
fori gaudeant, affirmatiuè quoque videtur reſpon-
dendum, eo quòd ſint veri familiares, & de familia
Epiſcopi; cum talis dicatur ille, qui eſt deputatus
ad aliquod ſeruitium, & officium, *l. fin. C. de proxen.*
Bartolus *in l. 1. §. Familia, num. 5. ff. de tribut. & vecti- 32
gal.* Maſcardus *de probat. concl. 759. num. 1.* Et quia
priuilegium, quod habet Epiſcopus tanquam prin-
cipalis, & caput, trahi neceſſariò debet ad eius mem-
bra acceſſoria, & appendices, quales ſunt famuli
iſti, & ſeruientes ipſi, *cap. quantis, de Priuil. & cap.
licet, eod. tit. in 6.* Albericus *in l. 1. C. de Epiſcop. &
Cleric. num. 4.* Gratianus *tom. 3. c. p. 340. num. 1.*

P. Diana *6. part. tract. 2. reſol. 3.* Eo etiam, quod cùm ſit priuilegium dignitatis Epiſcopalis, eſt fauorab le, & ita exteodcodom. Gratianus *tom. 2. diſp. 340. num. 21.* Gambacurta *de immun. lib. 4. cap. 5. num. 3.* & plures apud Farinacium *in Append. de immun.*
33 *cap. 2. num* 21. Vnde etſi illud conceſſum non cenſeatur famulis particularium Clericorum (cùm tamen ſub lite, & controuerſia hoc ſit) quod verò famulis Epiſcoporum concedi debeat, ſuadent innumera priuilegia, tum iure Diuino, tum humano, Eccleſiaſtico, & ciuili Epiſcopis propter ipſorum dignitatem conceſſa, quæ aliis non ſunt permiſſa, vt obſeruant Guazzinus *de defenſ. reor. cap. 9. num. 25.* Capicius *deciſ. 12. num. 1.* Gratianus *dec. March. 133. num. 2.* Idque euincunt Sacræ Congreg. declarationes, & litteræ Illuſtriſſ. Auditoris Cameræ, etiam de ordine Sanctiſſimi, quas idem, qui vt ſuprà, P. Diana refert *reſol. 4.* & quibus omninò ſtandum, vtpotè veluti Sanctiſſimi oraculis, & purpuratorum Patrum reſponſis, ad quorum præſentiam Doctores alij, qui oppoſitum ſentiunt, ſilentium
34 tenere debent. Caſu autem, quod familia iſta laica Epiſcopi non gauderet hoc fori priuilegio iure attento, ex conſuetudine tamen ea gaudere affirmant plures Doctores, quos refert, & ſequitur Thomas Delbene *de immun. p. 1. c. 4. ſect. 2. dubit. 15. à n. 16. & ſect. 1. num. 13.* generaliter dicens: *Ex vi prærogatiua, & in fauorem perſona, cui ſeruitur, priuilegium fori familiaribus* (ſcilicet Epiſcopi) *tam in criminalibus, quàm in Ciuilibus indiſtinctè conceditur.*

Sic ſub cenſura, &c. Romæ apud Tranſpontinam 8. Martij 1653.

Fr. Ioannes Baptiſta de Lezana Carmelita, SS. Congregat. Rituum, & Indicis Conſultor.

35 Superiùs dictis à doctiſſimo Patre Magiſtro Lezana libenter calculum meum adiungo: & quidem certum eſt, exercitium piſcationis non eſſe Clericis interdictum. Sed dices hoc procedere, ſi piſces non venderent, quod quidem facit Epiſcopus in caſu noſtro. Ergo. Reſpondeo Illuſtriſſimum Antiſtitem cymbam piſcatoriam primariò tenere ad ſuam, Prædicatorum, Hoſpitum, & totius familiæ ſuſtentationem: ſi verò poſtea piſces vendat, qui ſuperſunt, hoc euenit per accidens, nec principaliter ab ipſo intenditur. Ergo hoc erit ei licitum. Quod probatur, nam vt obſeruat Marcellus Vulpe *in praxi iudiciali, cap. 17. num. 17. & cap. 33. num. 11.* Molina *de iuſt. tract. 2. diſp. 342. num. 41.* Caſtrus Palaus *tom. 3. tract. 16. diſput. 4. punct. 13. §. 3. num. 6.* Pellizarius *in Manuali Regularium, tom. 2. tract. 6. cap. 10. quæſt. 8. num. 1.* Ermannus Boſembaun *in Medulla Theologia Moralis, lib. 3. tract. 5. cap. 3. dub. 7. num. 15.* Genuenſis *in praxi Archiepiſc. cap. 77. num. 12.* & Eminentiſſimus Dominus meus Cardinalis Lugo *vbi infrà, num. 108.* poſſunt Clerici emere pro victu ſuo, & ſuæ familiæ in abundantia, & ſi quid ſupereſt, poſtea vendere, etiamſi vendant cariùs, quàm emerant; nec hoc diceretur negotiatio, nec tenerentur ſoluere gabellas: quod etiam docet in terminis Gabriel Pereyra Auctor non tam affectus Eccleſiaſticæ Immunitati *tract. de Manu Regia, part. 1. cap. 10. num. 3.* vbi ſic ait: *Illud tamen ſemper prænotandum duce, quod ſi contingat, vt Clericus aliquid emat, prout vinum in proprios vſus, & poſtea illud vendat quod ſuperexcreuerat, vel illo iam non indigeat, quod non ex eo amittit ſuum priuilegium, vt ab omni tributo ſit immunis.* Hæc Pereira. Itaque cùm in caſu noſtro certum ſit non eſſe interdictum Epiſcopo tenere cymbam piſcatoriam pro ſua, Prædicatorum, Hoſpitum, & totius familiæ ſuſtentatione, ſequitur ex dictis, etiam ſecundùm Pereyram, poſſe piſces remanentes, & qui ſuperſunt, per alios vendere abſque nota negotiationis, & onere alicuius gabellæ. Et ratio eſt, quia illa piſcatio ab Epiſcopo non efficitur, vt in fortiori caſu notauit Eminentiſſimus Lugo *de iuſt. tom. 2. diſput. 26. ſect. 3. num. 19.* in fraudem, & directè ad piſces vendendos, ſed primariò, & ſincero animo ad proprium vſum, Prædicatorum, Hoſpitum, & ſuæ familiæ ſuſtentationem. Ergo, &c. Et ita ego ſentio, ſaluo aliorum meliori iudicio. Romæ in Domo S. Silueſtri Montis Quirinalis, die 20. Aprilis 1653.

Antoninus Diana C.R.

Dubitari quidem non poteſt, licitum eſſe D. 36
Epiſcopo, tenere cymbam piſcatoriam ad vſum menſæ, & familiæ ſuæ, ad quam ſpectant non ſolùm illi, qui ei ordinariè inſeruiunt, ſed etiam Concionatores, & Hoſpites, quos eidem alere, vel inuitare placuerit. Hinc conſequens videtur, vt de eo quod ex piſcatione ſupereſt, liberum ſit Domino Epiſcopo diſponere, donando, vel etiam vendendo abſque onere gabellarum, quia videlicet per ſe, & ex intentione Cymbam tenet, non ad lucrum, ſed ad vſum, & per accidens, ac præter intentum eius eſt quicquid ſupereſt, quod proinde cùm iam licito modo, & citra labem negotiationis proprium eius effectum ſit, redditum eſt immune ab onere gabellarum, ſicut alia, quæ ſunt Epiſcopi propria. Debet autem in hac re credi D. Epiſcopo ſuper eius pura, & ſincera intentione, non ſolùm ob ſublimitatem ipſam Epiſcopalem, ſed etiam propter probitatem, & pietatem huius Illuſtriſſimi Præſulis, de quo nunc quæritur. Eoque magis, quod ipſe non ſolùm adeò ſe alienum oſtendit ab omni auiditate lucri; quinimmò potiùs adeò liberalem, & pium, vt non ſolùm ſpontanea largitione dare conſueuerit, ſed etiam iurato inſtrumento ſe obligauerit id quod ſupereſt diſtribuere pro eleemoſyna inter Regulares; & ſolùm ne præiudicium aliquod aduerſus immunitatem Eccleſiaſticam patiatur, gabellas ſoluere recuſauit.

Raphaël Auerſa Cler. Min.

CONSVLTVM LV.

De profeſſione cuiuſdam Religioſi tum expreſſa, & poſtea ratificata, tum etiam tacita.

SVMMARIVM.

1 *Caſus.*
2 *Reſolutio.*
3 *Forma profeſſionis emittenda.*
4 *Annus in valida profeſſione requiſitus quomodo accipiendus.*
5 *Conſuetudo pro baptizandis.*
6 *In dubio quis qualis præſumendus.*
7 *Liber baptiſmi an probet ætatem baptizati.*
8 *Infirmitas quid operetur.*
9 *Modus probanda ætatis.*

10 *Qua*

10 *Quæ reddere poſſunt de falſitate ſuſpectum baptiſmi librum.*
11 *Reclamari à profeſſione, cui & quando liceat.*
12 *Forma reclamationis.*
13 *An profeſſus continuò contra ſuam profeſſionem proteſtari, & priuatim reclamare poſſit.*
14 *Quid ſi continuatio ſit cum aliquo interuallo.*
15 *Religioſus quomodo propriam Religionem deſerere, & ad ſeculum redire poſſit.*
16 *An aliquando obſtet profeſſionis ratificatio.*
17 *Ratificationem an præcedere debeat nouus nouitiatus.*
Vbi plura de tali ratificatione profeſſionis, etiam remiſſiuè, ibid.
18 *Ratificatio profeſſionis ſufficienter probanda.*
19 *Falſitas quomodo probetur.*
20 *Falſitatem in dubio quis præſumatur committere.*
21 *Ad hoc vt reclamatio iuuet, quid requiratur.*
22 *Ratificatio etſi legitima, quomodo tamen inualidetur.*
23 *An metus irritare poſſit ratificationem profeſſionis.*
24 *Metus quomodo probandus.*
25 *Metus vt ſufficiat ad annullandam profeſſionem, qualis eſſe debeat, & n.27.*
26 *Quomodo euacuetur.*
28 *Profeſſio tacita quomodo inducatur.*
29 *Quomodo probetur.*
30 *Ordinum ſuſceptio profeſſionem tacitam inducit.*
31 *An per Concilium Tridentinum abrogetur omnis profeſſio tacita.*
32 *Conditiones ad profeſſionem tacitam requiſitæ.*
33 *Quando profeſſio tacita inualidatur per Conſtitutiones Religionis.*
34 *Religio an excludere poſſit tacitam profeſſionem.*
Vbi aliqua de quarundam Religionum ſtatutis, ibid.
35 *Religio poteſtatem habet condere noua ſtatuta.*
36 *Quomodo intelligendæ Conſtitutiones illius Religionis, quæ non admittant profeſſionem tacitam.*
37 *Conſtitutiones non impreſſæ, an habeant vim obligandi.*
38 *In promulgatione Conſtitutionum conſuetudini ſtandum.*
39 *Tacita profeſſio quando ſuſtineatur, ac infirmetur.*
40 *Proteſtatio in profeſſione tacita quid operatur.*
Contraria facto prodeſt. ibid.
Limitatur. ibid.
41 *Vt verè annullet profeſſionem, quid in ea obſeruandum.*
42 *Quando expreſſa requiratur, & n.45.*
43 *Sufficiens quæ dicatur.*
44 *An debeat eſſe publica & iuridica.*
46 *Quando cenſeatur ab ea recedere.*
47 *Simplex quando præſumatur repetita.*
48 *An tollatur per actum illi contrarium poſtea factum.*
49 *Limitatur doctrina.*
50 *Ex præſumptionibus quando iudicandum.*
51 *An probent profeſſionem religioſam.*
52 *Præſumptio* iuris & de iure, *qualis ſit.*
53 *An contra talem præſumptionem detur probatio.*
An detur proteſtatio, ibid.
54 *Metus quomodo præſumatur parentis in materia matrimonij.*
55 *Reclamatio contra profeſſionem qua ratione concedatur.*
56 *Inconſtantia humanæ naturæ effectus.*
57 *Ad veram profeſſionem emittendam quid ſufficiat.*
58 *Geſtatio habitus Profeſſorum an inducat profeſſionem.*
59 *Officia in Religione exercens præſumitur profeſſus.*
60 *Prælatiæ Regulares inter Eccleſiaſtica beneficia numerantur.*
61 *Verè non profeſſus, & Prælatias in Religione exercens, an incurrat aliquas cenſuras.*
62 *An ſaltem incurrat in peccatum mortale.*
63 *Verè non profeſſus an poſſit recipere ſacros Ordines, & num.65.*
64 *Prælati Regulares concedere poſſunt dimiſſorias Nouitiis, vt ad ſacros Ordines promoueantur.*
66 *Suſcipiens Ordines ſine legitimis dimiſſoriis, in quas pœnas incurrat.*
67 *Priuilegium pro ordinandis Religioſis.*
68 *In dubio pro validitate profeſſionis iudicandum, & num.69.*

IESVS MARIA.

NOVITIVS fecit profeſſionem expreſ- 1
ſam in Religione N. & poſt quatuor
circiter annos contra ipſam reclamauit,
ſæpioſque verbis & factis eandem re-
clamationem proſecutus eſt; & licèt impeditus
tum à Religioſis, tum à conſanguineis, intentum
ſuum obtinere non potuerit; nihilominus ſacros
Ordines, & Presbyteratum in eadem Religione ſuſ-
cepit, ac tandem pro iuſtitia obtinenda ad SS. D. N.
Innocentium recurrit, qui cauſæ deciſionem Illu-
ſtriſſ. N. delegauit. Quæritur quid iuris, & an ſit cen-
ſendus profeſſus.

Reſponſio.

Quod attinet primò ad profeſſionem iſtam ex- 2
preſſam, videtur planè dicendum, irritam, & inua-
lidam fuiſſe. Habet enim contra ſe decretum mani- 3
feſtum Concilij Trident. *ſeſſ.25. de Regular. cap.15.*
illis verbis. *In quacunque Religione, tam virorum, quàm
mulierum, profeſſio non fiat ante decimumſextum an-
num expletum, &c.* Et infra. *Profeſſio autem antea fa-
cta ſit nulla, nullamque inducat obligationem ad ali-
cuius Regulæ, vel Religionis, vel Ordinis obſeruatio-
nem, aut alios quoſcunque effectus.* Conſtat namque
eam profeſſionem emiſſam fuiſſe 28. Auguſti anni
1635. quo tempore non poterat expleſſe 16. annum,
ſiquidem ex libro authentico Baptiſmi conſtat, bap-
tizatum fuiſſe die 12. Maij 1620. ac proinde quod
ex die Baptiſmatis, qui vt ſupponitur, fuit paucis
diebus poſt natiuitatem, vſque ad diem profeſſionis
ſolùm interfuerint anni quindecim, menſes tres,
& dies ſexdecim. Eo præſertim, quòd dictus deci- 4
musſextus annus adeo ſtrictè requiritur completus,
vt iuxta Galletum *in Margar. caſ. conſc. verb. Profi-
teri,* & Riccium *in praxi, deciſ.656. in 1. edit. aliàs
reſol.549. in 2. edit.* ſi vnus dies deficiat, annus de-
cimusſextus non cenſetur expletus ad effectum pro-
feſſionis; imò ex Sellio, & deciſione quam ipſe re-
fert *in ſelect. canon. c.18. n.3.* duarum horarum defe-
ctus obeſt profeſſioni.

Id autem quod ſupponitur, ſcilicet quod paucis 5
diebus poſt natiuitatem, octo videlicet, aut quin-
decim, vel circiter, Baptiſmi lauacro regeneratus
fuerit, ſufficienter ſuaderi poteſt ex eo, quod hic
eſt ſtylus totius populi Chriſtiani; ſtylus autem,
ſeu conſuetudo, maximè vniuerſalis, qualis eſt
iſta, tantam vim habet, quoad ſui obligationem,
vt ſit quaſi forma, & alterum ius naturale. Bald.
conſil.433. Surdus *de aliment. tit.1. n.7.* Tuſchus *in
practic.*

practic. concluſ. tom.2. lit. C, concluſ. 806. numero 16. Quomodo ergo credi poterit pios, & nobiles parentes ipſius per octo circiter menſium tempus diſtuliſſe filij Baptiſmum cum periculo animæ ipſius, & ſine vlla neceſſitate? Eo quoque, quod etiam eſt conſuetudo illius patriæ, in qua natus eſt, quæ etiam eſt valdè catholica, & prout ab aliquibus fide dignis, qui in ea orti ſunt, audiui, ſemper hoc ſeruat, quod infantes recenter nati baptizentur paucis diebus poſt ortum. Eam ergo obſeruarunt parentes ingenui, & conſpicui, cùm tales ſolicitiores præ cæteris eſſe ſoleant in huiuſmodi conſuetudinum obſeruantia. Præcipuè etiam, quia illius Diœceſis lex Synodalis prohibet talem dilationem Baptiſmi infantibus conferendi. Ex quo
6 etiam ſequitur, parentes illum obſeruaſſe, cùm in dubio quilibet præſumatur obediens legibus, & bonus, *cap. vlt. de præſumpt. & l. meruè, ff. pro ſocio, & l. ſocio, §. qui dolo, ff. de probat.* & nemo præſumatur deliquiſſe, Abbas *in cap. cùm tu, de teſtibus*, Nauarrus *conſ. 549. n. 11.* Et ſanè cùm hoc ſit valdè veriſimile, haberi debet pro vero, quia veriſimilitudo cognata eſt naturæ, Bald. *conſil. 180. lib. 3.* Oldradus *conſ. 13.* & habetur pro lege, & veritate, Riminaldus iunior *conſ. 362. n. 18.* Crauet. *conſ. 61. n. 9.*

7 Standum eſſe porrò fidei libri baptiſmi, ex quo extracta fuit, etiam quoad ætatem baptizati, docent Caputaquenſis *decis. 714. num. 1. p. 1.* Mandoſius *ad regul. 18. Cancellar. quæſt. 10. à num. 1.* Rota *decis. 592. num. 2. p. 1. recent. & decis. 15. n. 2. part. 2.* etiam *recent.* & in Romana nullitatis obligationis, 16. Ianuarij 1626. coram Duran. & plures alij DD. apud Barboſam *de offic. & poteſt. Paroch. part. 1. cap. 7. num. 4.* Eo etiam quod Parochus iſte, qui N. baptizauit, dicatur omni exceptione maior, vt probari dicitur per duos teſtes. Et quia talis fides formiter, & citatâ parte extracta, & collationata ſit in proceſſu, vt etiam dicitur, ac ſimiliter propter teſtes aliquos fide dignos, qui de ea ætate teſtimonium præbent. Ac maximè, quia pater iſtius N. dum ægrotaret infirmitate quâ mortuus eſt, vt teſtatur quidam Religioſus, qui ſocius illius fuit, requiſitus de ætate ipſius, eum remiſit ad fidem Baptiſmi: quod eſt virtualis quædam confeſſio, per quam ſufficienter probatur. His enim adminiculis fides prædicta roborata, efficaciter videtur concludere intentum, prout ex Farinacio in fragmento *part. 1.* Maſcardo *de probat. con-*
8 *cluſ. 667. & 668.* & pluribus aliis elicitur. Eo quoque quod teſtimonium Patris in ea ægritudine conſtituti, quâ obiit, magni ponderis eſt, quia præſumitur quis eo tempore veritatem loqui, cùm infirmitas ſit veluti quædam ſpiritualis tortura ad veritatem dicendam. Farinacius *de teſtib. quæſt. 80. num. 108.* Maſcard. *de probat. concluſ. 899. num. 5. & concluſ. 174. numero 1.* Eo præſertim, quod idem Pater de filij ætate requiſitus Romam ipſius Baptiſmi fidem tranſmiſit, vt ex proceſſu liquet.

Nec tollitur ius præiacti fundamenti ex eo, quod teſtes plures affirment, quod Pater dicti N. requiſitus pro fide baptiſmi ipſius, reſponderit, quod ſi deſiderabant ſcire veram ætatem illius, non erat quærен-
9 da fides à Parocho, quia illum inbaptizatum retinuerat ferè per biennium, ſed quod illa erat quærenda ex proprio ipſius libro, vbi ſincerè natiuitatem eiuſdem annotauerat. Qui modus probandæ ætatis, vt pars contraria ſupponit, admiſſus legitur à Doctoribus apud Guazzinum *in ſuo tractat. de defenſ. reor. capite 2. defenſ. 30. num. vltim. folio 83.* qui allegat Maſcardum *de probat. concluſione 666. vol. 1.* & eſt maximæ conſiderationis, vt dixit Menochius *de arbitr. lib. 2. caſ. 116. numero 4.* Caualer. *decis. 1. numero 3.* & dixit Rota *decis. 262. in fin. poſt 2. volum. conſil.* Farinacij: addita inſcriptione in libro eiuſdem Patriſfamilias, quæ auget probationem. Menoch. *d. numero 40.* Oed. *de reſtitut. part. 2. quæſt. 37. numero 92.* & dixit Rota in Beneuentana *molendini*, 28. Iunij 1634. coram
Merlino. Reſpondetur enim plurima eſſe quæ valde eneruant fidem huius libri, quin potius de falſitate reddunt ſuſpectum: videlicet, quod nec ſit notis numeralibus notatus, quo caſu facilè poſſent in ipſo folia noua inſeri, aut detrahi; nec in eo omnes filij deſcripti inueniantur, nec ordinatim, aut tempore natiuitatis, quin potiùs vnus ibi deſcribatur natus 22. diebus poſt eius Baptiſmum, quæ omnia contraria proſus ſunt prudentiæ, & diligentiæ patris, ac per conſequens incredibilia. Et quod magis eſt, quia cùm egreſſus dicti N. à Religione eſſet in damnum aliorum hæredum paternorum bonorum, facilè ſuſpicionis locus habetur, vt credatur hoc fine, & intentione fuiſſe confectum ab aliquo, vel aliquibus, qui ad dictam hæreditatem ius haberent. *Auri enim ſacra fames*, (vt ille dixit) *quid non mortalia pectora cogit?* In his autem, & ſimilibus caſibus Patris liber nihil probat. Curtius Iun. *conſil. 118. numero 8.* Maſcard. *de probat. concluſ. 669. numero 12. & 13.* Multò magis, ſi verum eſt, quod dicitur, videlicet quod Pater contrarius eſſet filio in negotio ſuæ profeſſionis; quia tunc nihil probare Patris librum reſpondit Baldus *conſil. 19. lib. 5. numero 4.* & ſequitur Crauet. *in tractat. de antiquit. tempor. §. Vidimus, numero 36. in 1. part.* & Maſcard. *ſup. numero 16.* Caſu autem dato, quod aliqua præſumptio ſumi poſſet ex eo, ſicut non poſſet facere niſi ſemiplenam probationem, prout aliqui apud Maſcardum *ſuprà numero 14. & 15.* agnoſcunt, ſic cedere debet veritati, *l. ruptura filio, ff. de iur. dot.* & in concurſu tot probationum ſilere, quia præſumptio vna cedit pluribus, *l. 3. §. 1. ff. de teſtib.* imò vni ſoli fortiori, *l. Diuus, ff. de in integr. reſtit.* quæ verò ſunt adductæ, & plures numero, & fortiores ſunt. Et præſertim, quam modò adduxi de præſumptione falſitatis eius libri paterni ob intereſſe hæreditatis; quia delictum præſumitur commiſſum ab eo, cuius commodo cedit. Bart. *in l. fin. n. 5 ff. de quæſtionib.* Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 32. n. 15.*

Poſita ergo inualiditate dictæ profeſſionis, ritè, 11
& rectè potuit N. de illa reclamare, prout fecit de anno 1639. 17. Maij coram Diffinitorio, & Vicario Generali ſuæ Religionis; ſiquidem erat intra quinquennium, & ante quatuor annos tranſactos. Etenim iuxta Concilij decretum *ſeſſ. 25. de Regular. cap. 19.* id permittitur illis verbis: *Quicunque Regularis prætendat ſe per vim, & metum ingreſſum eſſe Religionem, aut etiam dicat ante ætatem debitam profeſſum fuiſſe, aut quid ſimile, velitque habitum dimittere quacunque de cauſa, aut etiam in habitu diſcedere ſine licentia Superiorum, non audiatur, niſi intra quinquennium tantùm à die profeſſionis.* Quia tamen 12
ibidem ſubiungit Concilium: *Et tunc non aliter, niſi cauſas prætenderit, & deduxerit coram Superiore ſuo, & Ordinario;* ideo dictum Diffinitorium cauſam remiſit ad Vicarium Archiepiſcopalem N. qui erat Ordinarius illius Diœceſis, & Priorem Conuentus eiuſdem Religionis, in quo dictam profeſſionem emiſerat, prout de iure neceſſarium erat, & deciſum ſub die prima Decembris 1593. vt teſtatur Armendarix *in addit. ad recopil. leg. Nauarræ, lib. 2. titul. 18. lege 7. de relig. numero 18.* & in vna

Metenſis

Digitized by Google

Metenſi,& Romana,7. Aprilis 1529. vt refert Sel-
lius *in ſelect. canon.cap.* 80. *numero* 10. & Barboſa
*in collect.in Concil.loco relato num.*22.

Potuit etiam propterea, prout feciſſe dicitur
ſæpius,& continuò fermè, contra profeſſionem fa-
13 ctam proteſtari, & priuatim reclamare. Cum enim
nulla eſſet,nullum deberet producere effectum, *l.*4.
*§.condemnatum,ff.de re iudic.l.non putant, §.non qua-
res, ff. de bonor.poſſeſſ.* Idem enim eſt, & paria ſunt,
nullum eſſe, vel ſine effectu eſſe. Surd. *deciſ.*31. *nu-
mero* 21.*&* 22. & *conſ.*3. *à num.*8. & alibi ſæpius,
Menoch. *deciſ. Bonon.*40.*punct.*7. *num.* 20. vt nul-
lum ius Religioni ex dicta profeſſione oriri videre-
tur. Rota *deciſ.*572.*numero* 9.apud Farinac. *p.*1.*rec.*
Barboſa *in axiom. Iur.axiom.*164.*num.*3. etiam ver-
bis replicatis,& nullitatem profeſſionis exprimenti-
bus, quia verba ſunt ſigna conceptus, *l. Labeo, §.
idem,ff.de ſuppellect.legat.* Et verba geminata magis
operantur,*l.Balliſta,ff.ad Trebell.*Corneus *conſ.*187.
14 *numero* 12.*lib.*4. maximè continuata,eo quòd con-
tinuatio inducit præſumptionem melioris iuris,
*Clement.*1.*§. quod ſi vnum, vt lit.pend.§. commodum,
Inſtit.de interdict.* Gonzalez *ſup regul.*8. *Cancellar.
gloſ.*25.*§.*3. *num.*30. etiamſi talis continuatio fue-
rit cum interuallo aliquo, quia illud non excludit,
cap.final. iuncta Gloſ.*verbo Continuò,de verb.ſignific.
in* 6. Idem Gonzalez *gloſſ.*43.*num.*56. Nec enim
requirebatur talis proteſtatio in omnibus actibus,
quia erant quotidiani, vt ſedere inter profanos,
præcedere aliquos, & ſimiles: alioquin Religioſis
eſſet moleſtiſſimum, & importunum.

15 Poſitâ etiam certitudine de nullitate ſuæ profeſ-
ſionis, ſi ſibi Iuſtitiam denegari videbat, nec alius
modus propriæ libertati conſulendi ſupererat, ſeclu-
ſo tamen ſcandalo,& aliis circumſtantiis extrinſecis
in foro conſcientiæ ſtando poterat Religionem de-
ſerere, & ad ſæculum redire, prout conformiter ad
doctrinam Sanchez, Leſſij, Laymani, & aliorum
dixi *tomo 4 ſumm.qq. regul. verb. Profeſſio Regularis,
num.*23. & ſequitur Bordonus *reſol.*8. *dub.*6. *&
dub.*4.poſt Nauarrum,& alios. Idemque ſupponitur
in conſtitutionibus huius Religionis infra afferen-
dis, ibi: *Quapropter donec quis expreſſè profiteatur,
liberè abire, & à congregatione, ſicut nouitius, expelli
poterat.* Etenim iuxta vulgata iura, paria ſunt nulli-
ter, aut inutiliter aliquid eſſe factum.

16 Valdè tamen contra prædicta obſtare videtur,
quod idem N.de anno 1647.pro 30.die Iulij coram
Prælato eiuſdem Monaſterij, in quo de anno 1635.
profeſſionem emiſerat, & quinque aliis Religioſis
aſtantibus eam ratificaſſe aſſeratur, & dixiſſe illam
veram, & realem fuiſſe, ac reclamationem ab ipſo
factam de eius nullitate geſtam fuiſſe, *irato animo,
& abſque iuſta cauſa*, ſimulque declaraſſe *ſponte*, ac
libentè animo,ac *plena voluntate* de nouo ſe profeſſio-
nem emittere,renunciando etiam cuicunque iuri,aut
rationi reali, ſeu apparenti, quam prætendere poſſet
ob dictam reclamationem. Si enim huiuſmodi rati-
ficatio vera eſt,aut ſubſiſtens,prorſus,& omninò cor-
ruunt omnia adducta contra validitatem dictæ pro-
17 feſſionis. Huiuſmodi enim ratificatio eſt noua pro-
feſſio. Bordonus *in reſolut. reſolut.* 8. *n.*42. etiamſi
pro illa non præceſſerit nouus nouitiatus. Azor.
*lib.*12. *inſtit.mor.cap.*1.*q.*6.*§. ſi quæras*, quem ad
hoc intentum affert Sanchez clariùs id tenens *lib.*7.
*de matrim. diſput.*37. *num.*47. & etiamſi dicatur
Religionem non præbuiſſe nouum conſenſum, pro
vt dixi loco relato, *ex tom.*4. *Summæ, num.*20. poſt
Sanchez, Tamburinum, & alios, de quo in ſimili
fere caſu Eminentiſſimus Lugo *lib.*3. *reſponſ. mor.
reſponſ.*16. Ac ſimiliter, quantumvis cæremoniæ,
quæ ex lege,vel conſuetudine Religionis adhiberi
ſolent in profeſſionis emiſſione,iteratæ non fuerint,
prout etiam eo loco poſt Nauarrum, Azorium, San-
chez,Peirinis,& Bonacinam ſcripſi.

Veruntamen huiuſmodi ratificationem profeſ- 18
ſionis non probari ſufficienter, ac proinde eius au-
thoritatem claudicare, nec propter illam N. cenſeri
debere legitimè profeſſum, ex multis euinci vide-
tur. Primò quidem, quia ſicut conſtat ex proceſſu,
quamuis ſæpius fuerit facta inſtantia parti pro talis
ratificationis productione, tempore etiam, & occa-
ſione,quà illi valdè neceſſarium erat ad ſuum inten-
tum probandum illam producere; nihilominus
nunquam eſt producta, ſed ſemper reſpondit non
extare,furto ſublatam fuiſſe, vel ſimilia. Hoc enim
arguit inuerisſimilem eſſe talem ratificationem. In-
uerisſimilitudinem autem falſitatis imaginem in ſe
habere omnes dicunt, & proſequitur Farinacius
*de falſit. q.*153. *num.*176. & in ſpecie, quod ad 19
probandum falſitatem maximè attenditur inueriſi-
militudo, ſcripſerunt Socinos *conſ.*28.*num.*9. *lib.*3.
Alba *conſ.*224. *in fin.ſub num.*6. *& ſeq.* vbi ponit
plura exempla, & plures alij apud eundem Farina-
cium. Maximè autem, & magis in ſpecie, quia fal-
ſitatis præſumptio oritur ex tarditate in producen-
do ſcripturam,*l.ſi quis fortè,§.*1.*ff.de pæn.* ibi: *Nec
enim debebant tam magnam rem tamdiu retinere.* Ay-
mon.*conſ.*28.*num.*6.*& conſ.*75.*num.*9. *& conſ.*134.
*num.*3. Plot.*conſ.*79.*num.*14.*&* 15. Paulus de Ca-
ſtro *conſ.*271.*ſol.*1. *lib.*1. Follerius *in pract. crim.
in verbo Item quòd commiſit falſitatem, num.*16. Ber-
tazolus *conſ.*521. *num.*28. Cephalua *conſil.*287.
*num.*32.*& ſeq.* Menochius *de præſumpt. lib.*2.*præ-
ſumpt.*91.*num.*8.*& lib.*3.*preſumpt.*122.*num.*94.*&
lib.*5.*præſumpt.*20.*num.*39.*& præſumpt.*3.*num.*105.
*eod.lib.*5. Maſcardus *de probat. lib.*2. *concluſ.*740.
Pedemont. *deciſ.*117.*numero* 9. Farinacius *ſuprà,
num.*112.

Quod magis eſt, ſecundò quia non ſolùm de 20
falſitate præſumpta eſt, ſed etiam in ſe falſa videtur.
Continet enim quod facta fuerit à dicto N.in Con-
uentu S.Caroli Taurini, cùm tamen tunc temporis
erat, vt dicitur, de familia; & in Conuentu S. Ma-
riæ de Pace Montis Regalis. Dicitur etiam in ea,
quod Superiores Religionis impediebant ipſius or-
dinationem, cùm iam eſſet ordinatus, & in ſacris
conſtitutus, excepto Presbyteratus ordine, quem
non erat eo tempore recepturus, nec de ipſo tunc
agebatur, cùm anno ſequenti illum ſuſceperit, vt
etiam aſſeritur. Inuerisſimilis igitur redditur talis
ratificatio, ac perinde de falſitate intrinſeca præ-
ſumpta. Tiraquellus *in l.ſi vnquam, in princ.num.*40.
C. de reuocand. donat. Menochius *conſ.*2. *num.*258.
*& conſ.*2. *num.*300. & alibi ſæpiùs Maſcardus *de
probat.concluſ.*740.*num.*35.*& concluſ.*1364.*num.*4.
Teſtes quoque deponentes de dicta ratificatione in-
uerisſimili,de falſo ſuſpecti redduntur. Abbas *in cap.
quia veriſimile,in fin.de præſumpt.* Crauet. *conſ.*171.
*num.*6. ac proinde illis ex iuſta cauſa minimè cre-
dendum. Pariſius *conſil.*107.*num.*70.*lib.*1. Curtius
iunior *conſil.*17.*num.*6. Crauet. *ſuprà.* Adeſſe etiam
videtur cauſa alia ipſis non credendi, quia vt con-
ſtat ex literis teſtimonialibus propalationis dictæ
ratificationis, quatuor Religioſi, qui illam teſtan-
tur, videntur ferè ſimiles in ſubſcriptionibus, ita vt
ab vna manu videantur factæ: ſimiliter & duæ
ſubſcriptiones duorum teſtium, qui dicunt adfuiſſe
dictæ probationi, etiam ferè ſimiles, & ab eadem
manu factæ videbantur. Cùm autem ſubſcriptio ſit
vox, ſeu teſtimonium ipſius ſcribentis, *l.ſi procura-
torem, ff.de procuratoribus, §.*1.*Inſtit.de emption. &
vendit.* Maſcard. *de probat. concluſ.*183.*numero* 26.
Gonzalez *ſup.Regul.*8.*Cancellar, gloſſ.*60. *numero* 1.
tales

tales literæ teſtimoniales videntur falſæ. Præcipuè etiam dictæ ratificationis, & propalationis ipſius falſitas denotari videtur ea eo, quod quamuis, vt dictum manet, ſæpius requiſita eſſet, pars aduerſa dicta N. pro productione talis ratificationis, nec illam produxiſſet, quin potiùs dixiſſet non eatare, aut furto ſublatam fuiſſe; quando tamen, etſi tardè, illam producit, non docet quomodo, quando, aut vbi ſit reperta, in quo libro regiſtrata, archiuo reperta, vel ſimili loco, in quo profeſſiones, vel ratificationes ſolemoes profeſſorum conſeruari ſolent. Omnes enim huiuſmodi circumſtaotiæ explicari deberent, ſicut in aliis etiam depoſitionibus, in graui, & controuerſa cauſa, qualis eſt ea, de qua in præſenti.

20 *Si* autem falſa eſt, aut conficta huiuſmodi ratificatio profeſſioois, nullos ea ea ſequetur effectus; data enim origine falſitatis, actus ſequens eſt nullus, *l. ex initio, C. de falſis*, Simoneta *de reſeruat. q. 61. num. 7.* Gonzalez *ſuprà gloſ. 31. num. 29.* Quis porrò falſitatem hanc commiſerit? iura indicant, vt commiſſa præſumatur ab eo, in cuius commodum, & lucrum redundat. Albericus *in l. Diuus, num. 3. ff. ad l. Cornel. de falſ. & in l. 1. §. ſi quis ita in ſuo, num. 1. & ſeq. ff. ne quid in loco publico*, vbi per illum textum, cuius literam dicit auream, facit generalem concluſionem, quod *ille præſumitur feciſſe delictum, qui ex eo commodum ſentit*, & ibi allegat bona iura canonica.

Caſu porrò, quo vera, & legitima eſſet, nihil ſuffragari parti ea eo etiam tertiò elicitur, quia informiter, & abſque citatione contrariæ partis pro-
21 ducta eſt. Requiri autem partis citationem ad dicendum contra iura tempore productionis, ea eo habetur, quia inſtrumenta aliàs non probant, nec dicuntur de actis. Rota *deciſ. 1. num. 3. de fid. inſtrum. in nou.* Caputaquenſis *deciſ. 99. num. 1. p. 2. & deciſ. 117. num. 5. pare. 3.* Cæſar de Graſſis *deciſ. 16. num. 4. de probat.* Felinus *in cap. quoniam contra, num. 40. de probat.* Caſſadorus *deciſ. 8. num. 6. de reſcript. & deciſ. 12. ſuper regulis*, Gonzalez *ſuper regul. 8. Cancellar. gloſ. 18. num. 40.* Imò etiam ſunt recognoſcenda poſt productionem, ſi de illorum fide opponatur, *cap. 1. de fid. inſtrument.* DD. ibi, Oldradus *conſ. 227. numero 6.* Socinus *conſil. 32. lib. 1.* Pariſius *conſil. 115. num. 4. & 5. lib. 5.* Caputaquenſ. *deciſ. 99. num. 2. p. 2.*

22 Dato etiam, quod veram, & legitimam fuiſſe talem ratificationem oſtendatur, adhuc tamen videtur de iure non ſubſiſtere, quia factam fuiſſe propter metum, & coactè, vt permitteretur ſuſcipere Ordines, ex ipſamet ratificatione oſtenditur illis verbis, *Però ſtante che li noſtri ſuperiori oſtano la mia ordinatione con dire, ò che ratiſichi la profeſſione, ò ſequiti la lite*, prout habetur in literis teſtimonialibus dictæ propalationis è Tautino miſſis. Et ita video ſentire aliquos, qui circa caſum huius dubij ſcripſerunt. Veruntamen meo iudicio, nec rectè, nec ſolidè id aſſeritur. Etſi enim verum ſit, quod metus poſſet irritare talem ratificationem, eo quòd non minor libertas requiratur in ratificatione profeſſionis, quàm in ipſa profeſſione, vt ſupponit Rota in Vliſbunenſi *nullitatis profeſſionis*, coram Carrillo, 17.
23 Maij 1641. apud Dianam *part. 6. deciſ. vlt.* & Bordonum *in controuerſ. moralib. controuerſ. 32. n. 32. & 55.* poſt Menochium, & alios. Cæterum non interueniſſe in hoc caſu talem metum, meritò cenſeri debet; non ſolùm quia non probatur niſi per atteſtationem ipſius N. quæ cùm ſit in cauſa propria, nihil probat,
24 iuxta vulgaria iura. Nec quia metus grauis (qualis ſolus ſufficeret ad talem irritationem, iuxta probabiliorem ſententiam, quam tenent poſt plures alios Sanchez *de præcept. decalog. lib. 4. c. 3. n. 24.* Suarez *tom. 3. de Relig. lib. 6. c. 4. n. 12.* Bonac. *de legib. diſp. 4. q. 2. punct. 3. §. 1. num. 7.* & Rota in Romana *profeſſionis*, 23. Iunij 1623. coram Remboldo) eſt difficilis probationis, vt notant Pariſ. *conſ. 53. num 63. lib. 4.* Menochius *de arbitr. caſ. 116. n. 17.* & Rota in Nicienſi *Matrimonij*, 2. Martij 1587. coram Seraphino, *& deciſ. 326. num. 2.* coram Ludouiſio. Maximè quando agitur de annullanda profeſſione. Rota *deciſ. 1128. num. 3.* coram Seraphino, Vichius *in
25 prax. Nouit. diſp. 13. dub. 12. num. 5.* Sed maximè, & præcipuè, quia metus qui ſufficere poſſet ad irritandam talem ratificationem, ſeu profeſſionem, deberet eſſe iniuſtè, & irrationabiliter illatus, prout ſupponunt communiter DD. ſpecialiter Sanchez *ſup. n. 21.* poſt Medinam, Sà, & Sotum, Bonacina etiam *ſupr. n. 5.* poſt Azorium, Valentiam, Suarez, & alios, ac Vichius *ſupr. n. 7. & 15.* poſt alios etiam. Inſuper deberet eſſe etiam ad extorquendam profeſſionem, prout etiam ſupponunt iidem authores, & Rota relata coram Remboldo, allegato Afflicto *deciſ. 296. n. 4.* At verò in præſenti, nec metus iſte eſſet iniuſtus, aut irrationabilis, nec erat illatus determinatè ad extorquendam profeſſionis ratificationem. Ergo non eſt cur dicatur irritaſſe profeſſionem. Primum
26 porrò conſtat ex dictis, quia cùm ea Religio dubitare poſſet, an N. eſſet verè, & legitimè profeſſus, cum etiamſi in foro Eccleſiæ profeſſionem expreſſam emiſiſſet, nihilominus contra eam reclamauerat, poſtea à reclamando ceſſauerat, & ſæpius in priuatis colloquiis eam nullam fuiſſe dixerat; è contra autem profeſſorum habitum proprium ſemper geſtauerat, & actus proprios continuò exercuerat, prudentiſſimè, & ſine vlla iniuria, aut iniuſtitia illi illata, imò pro quiete ipſius, & totius Congregationis dicere illi poterat illud Ioan. 10. *Quouſque animam noſtram tollis?* Si tu es profeſſus, *dic nobis palam.* Optionem tibi damus, vel *ratifica profeſſionem*, vt ſciamus certò te eſſe profeſſum, vel *proſequere litem*, vt ſi in ea obtinueris, ſciamus te talem non eſſe. Non igitur propterea metum aliquem iniuſtum, aut irrationabilem illi intulerunt. Præſertim, quia ad remouendam dubitationem plura tolerari poſſunt, *l. qui mutuum 57. ff. mandati, l. quæ extrinſecus, ff. de verbor. obligat. l. quæ dubitationis tollendæ
27 cauſa, ff. de regul. iur.* vbi Decius *num. 1.* & alij DD. Secundum verò, ſcilicet, quod etiamſi illi illatus eſſet aliquis metus, non tamen is erat determinatè ad extorquendam profeſſionem, ſed indeterminatè, patet ex ipſiſmet verbis relatis, *ratifichi la profeſſione, ò ſequiti la lite*, vnum ſcilicet, vel aliud. Etenim ad disiunctiuæ verificationem ſufficit altera pars, *l. ſi hæredes plures, ff. de condic. inſtit. l. plerumque, §. fin. ff. de iure dotium*, & aliis iuribus, ac Doctoribus vulgariter. Ad rem igitur, non rectè eneruatur dicta ratificatio caſu, quo verificaretur, ex eo quod per metum facta dicatur.

28 Ex alio autem capite præfatum N. pro vero profeſſo habere, eſto prima profeſſio inualida fuiſſet, & ratificatio, de qua ſuprà dictum eſt, non ſubſiſtat, neruosè ſatis roborari videtur ex profeſſione tacita, quam ſæpius emiſiſſe pro comperto apparet. Cùm enim certa res ſit, hanc profeſſionem induci per delationem habitus profeſſorum, *cap. ad noſtram, de regularib. & cap. conſtitutionem, eod. tit. in 6.* & per exercitium actuum, qui proprij profeſſorum ſunt, *ex cap. vidua, de Regularib.* & ibi DD. communiter, & conſtat talem habitum per multos annos geſtaſſe, & ſæpius tales actus exercuiſſe, proculdubio videtur facilè profeſſum cenſeri debere. Et quidem profeſſorum geſtaſſe habitum etiam ad præſens, ex ipſo aſpectu euidenter agnoſcitur. Proprios autem pro-

profeſſorum

feſſorum actus exercuiſſe liquidum eſt. Primò,
quia in electionibus votum, ſeu ſuffragium, aut
vocem actiuam habuit, quod eſt proprium profeſ-
ſorum, *capit. ex eo, §. in Eccleſiis, de elect. in 6.*
Anchatanus *ibid. num. 3.* Barboſa *in collectan. DD.*
ad iſtud cap. num. 6. poſt Syluestrum, Tamburi-
29 num, *Suarez*, & alios. Secundò, quia etiam ha-
buit vocem paſſiuam ad officium quoddam Religio-
nis, ſcilicet vicariatum cuiuſdam Conuentus, ad
quem per fratrum electionem promotus eſt. Hoc au-
tem ſolùm profeſſis veris competere potuit, *c. cum*
ad noſtram, cap. cùm in Magiſtrum, de elect. & aliis
iuribus, ac DD. ſpecialiter Suarez, Barboſa, & aliis
relatis. Tertiò, quia etiam tale officium per aliquod
tempus, tempore videlicet cuiuſdam Capituli exer-
cuit; quod ſimiliter eſt proprium profeſſorum, *cap.*
nullus, de elect. in 6. Clement. 1. de elect. Concil. Trid.
ſeſſ. 14. c. 10. de reform. & ſeſſ. 25. c. 21. de regul. Pel-
lizarius *tom. 2. tract. 9. c. 2. n. 121.* & DD. commu-
niter.

30 Accedit etiam, quod cùm ſacros Ordines,
etiam Presbyteratus, ſuſceperit, videtur ea hoc
quoque capite profeſſionem tacitam emiſiſſe. Ho-
rum enim Ordinum ſuſceptio talem profeſſionem
inducit, prout ex declaratione S. Congregationis
in vna Beneuentana 20. Decembris 1619. refe-
runt Barboſa *de iure Eccleſiaſtic. lib. 1. cap. 42.*
n. 167. & in collectan. Bullar. verbo Profeſſio Regula-
ris, Tamburinus *de iure Abbat. tom. 3. diſp. 6. quaeſ. 13.*
num. 12. ac Nauarrus *in lucern. Regularium, verbo*
Profeſſio, n. 23. Quam declarationem, quia non
viderunt Nauarrus, Rodriguez, & Bonacina,
ideo oppoſitum dixerunt. Id quoque habetur ex
priuilegio Iulij II. pro Auguſtinianis, quod refert
Caſſarubius *in compend. Priuil. Mendicant. verb. No-*
uitius, numero 24. & Corduba *in annotat. apud*
eundem, vt retuli *tom. 4. mea Summa, verbo Profeſ-*
ſio Regularis, num. 4. Et meritò quidem, quia cùm
Religioſus ſacros Ordines ſuſcipit, ad titulum pau-
pertatis profeſſæ eos recipit, quod eſt tacita quædam
profeſſio. Vnde propterea Federicus Borromæus
Card. & Archiepiſcopus Mediolanenſis iuramentum
de vera profeſſione à Regularibus ante ordinatio-
nem poſtulabat. Refert Diana *4. p. tract. 2. reſ. 82.* ex
Gauanto.

Quæ omnia non incongruè fulciri poſſunt. Quia
ſi præfatus N. electionibus ſuffragator adfuit, ad
officium Religionis electus, vel aſſumptus fuit,
ſacroſque Ordines inſtar verè profeſſi, & ad titu-
lum profeſſæ paupertatis ſuſcepit, vnum de duo-
bus affirmari neceſſariò debet, vel quod veræ pro-
feſſionis titulo ea geſſerit, vel quod grauiter, &
mortaliter ſic gerendo ſæpiùs deliquerit. Etenim
hæc munia ſine aliquo titulo vero gerere, cum per
illa in re graui ius alterius vſurpetur, peccatum
mortale eſſe, rectè fatentur Angles *in florib. 2. p.*
de voto, quaeſt. vnic. art. 1, difficult. 4. Rodriguez
tom. 2. ſumm. c. 92. concluſ. 5. num. 5. Sanchez *lib. 7.*
de matrimon. diſp. 37. num. 42. Vecchius *in praxi*
Nouitiat. diſp. 14. dub. 2. num. 9. Bordonus *reſol. 8.*
numero 34. & alij. Atqui peccaſſe mortaliter, præ-
ſertim frequenter, virum pium, Sacerdotem, &
ſub habitu Religioſo, in Religione ſtrictæ obſer-
uantiæ, & perfectionis vitam agentem, omninò
incredibile videtur, maximè cùm delictum in du-
bio non præſumatur, *l. meritò, ff. pro ſocio, l. Prætor,*
§. edoceri, ff. de vi bonor. raptor. Et vbi alia coniectura
ſumi poteſt, non eſt delictum præſumendum. Farin.
de crimin. p. 3. q. 85. num. 26. & p. 4. conſ. 61. num. 12.
& alibi ſæpè, Tuſchus *tom. 2. littera D, concluſ.*
165. Et interpretatio ſemper facienda eſt excluſiua
delicti. Maſcardus *de probat. concluſ. 496.* Farinac.

d. p. 3. quaeſt. 85. num. 1. cum ſeq. Præſumi ergo de-
bet N. titulo alicuius veræ profeſſionis, ſaltem ta-
citæ, ea geſſiſſe, ac proinde eſto profeſſionem expreſ-
ſam non emiſerit, aut non ratificauerit, ſaltem ra-
tione tacitæ profeſſionis verum profeſſum cenſeri
debere.

Nec dici poteſt, hæc omnia vacare hoc tempo-
re, quia per Concilium Tridentinum omnis pro-
feſſio tacita abrogata videtur. Certum enim eſt, 31
profeſſionem tacitam validam hoc tempore eſſe, nec
per Concilium ſublatam fuiſſe, dummodo in ea
obſeruentur duæ conditiones ab eodem Concilio
ſeſſ. 25. de Regular. cap. 15. & 16. aſſignatæ, ſcili- 32
cet quod ea non valeat ante expletum integrum no-
uitiatus annum, & decimumſextum profitentis, vt
latè probaui *eo verbo Profeſſio regularis, num. 3.* ex
Sixto V. declarationibuſque S. Congregationis, &
S. Rotæ deciſionibus, ac Communi Doctorum ſen-
tentia, ſpecialiter Azorij, Nauarri, Sorbi, Laymani,
& Tamburini. Si ergo noſter N. profeſſionem ali-
quam tacitam emiſit, prout ex relatis cauſis, vel diui-
ſiuè, vel ſaltem coniunctiuè ſumptis emiſiſſe elici
videtur, verus, & legitimus profeſſus cenſeri debet,
nec vllo modo potuit à profeſſa Religione recedere.
Eo etiam quod conditiones ad profeſſionem tacitam
requiſitæ, ſcilicet quod *ſcienter, ſponte, animo vouen-*
di, & ex authoritate eius, ad quem ſpectat incorporare
Religioni, fiat, de quibus DD. communiter, ſpecia-
liter Panormitanus, Nauarrus, Sanchez, Vecchius
& alij, in ipſo non deſiderentur, ſed præſumantur
adeſſe.

Nec etiam eneruatur hæc tacita profeſſio huius 33
Religioſi, ex eo, quod in ea Religione per con-
ſtitutiones particulares ipſius à Paulo V. Romæ
apud Sanctam Mariam Maiorem die 5. Maij 1620.
approbatas, & confirmatas, omnis tacita profeſſio
videatur excluſa, & ſolùm expreſſa admiſſa. Sic
enim dicitur part. 2. earundem conſtitutionum, c. 2.
Nec ratione elapſi.... nec habitus geſtatione, nec exer-
citio aliquorum actuum, qui profeſſi peculiares ſint,
apud nos volumus tacitam profeſſionem induci, ſolam
enim expreſſam Congregatio vult admittere. Quapro-
pter donec quis expreſsè profiteatur, liberè abire, & à
Congregatione, ſicut nouitius, expelli poterit. Nec re-
fert, quod dictæ conſtitutiones non oſtendantur,
niſi manu ſcriptæ; quia cùm ſint ab Apoſtolica
Sede approbatæ, non perdunt ſuum vigorem, ex
eo quod typis mandatæ non fuerint. Quod contigit
forſan ob Superiorum negligentiam, vel quia pau-
per Religio ab expenſa huiuſmodi facienda abſti-
nere deſiderabat. Nec etiam refert, quod cùm pro-
feſſio tacita valida ſit in iure communi ſtando, per
textus ſuprà allegatos, nec à Concilio Trident. reie-
cta, vt etiam ex dictis eſt manifeſtum, non potuerit
à Religione excludi. Cùm enim modus talis profeſ- 34
ſionis vix iam ſit in Eccleſia receptus, & quia, vt
inquit Sanchez *lib. 5. in Decalog. cap. 3. num. 13.*
rariſſimè poſt Tridentinum contingit ſic validè profi-
teri, & Pellizarius *in Man. Regular. tom. 1. tract. 3.*
cap. 1. num. 3. *Quam rariſſimè contingit, quod validè*
fiat, quod etiam alij ſequuntur, meritò hæc Re-
ligio potuit illam non admittere. Quod & contin-
git in aliis, prout ſupponunt Vecchius *in praxi*
Nouitiat. diſp. 3. dub. 8. num. 23. & Sorbus *in an-*
notat. ad Caſſarubium, in compend. priuileg. Mendi-
cant. verbo Nouitius, §. quid autem dicendum, & de
Militari Melitenſi ſcribit Bordonus *reſol. 100. n. 30.*
ac de Societate Ieſu tenet Pellizarius relatus *tom. 1.*
tract. 3. cap. 6. num. 12. & 13. Si autem illam non
admiſit, niſi ſolam expreſſam, hæc expreſſa dum-
taxat, & non tacita in hac Religione ſpectanda.
Megala *lib. 2. de pœnitent. cap. 6. n. 3.* & Bordonus

ſuprà, ex Nauarro *conſil. 20. de Regularib.* propter commune fundamentum, quod vbi eapteſſum requiritur, non ſufficit tacitum, *cap. 2. de præbend. cap. fin. de procur. in 6.* Tuſchus *litera E, concluſ. 654.* & quia expreſſum facit ceſſare tacitum, *l. cùm ex filio impubere, ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* Crauetta *conſil. 92. num. 3.* Potuiſſe autem hanc, & alias Religiones non admittere profeſſiones tacitas, ſed ſolùm expreſſas, colligi videtur ex declaratione S. Congregationis, quam referunt Vechius *ſuprà, diſput. 14. dub. 7. num. 4.* & Tamburinus *de iure Abbatiſſar. diſp. 6. quæſit. 1.* dum in ea dicitur: *Singula monaſteria liberum habent tacitè vel expreſsè profitendi.* Et quia quamuis tacitæ huiuſmodi profeſſiones iure communi, etiam Concilij Tridentini, permiſſæ, & licitæ ſint ſuis ſub legibus & conditionibus; nihilominus Eccleſia non præcipit Religionibus, vt illas admittant, & ita poſſunt illas non admittere. Sicut propter eandem rationem ſtatuta quarundam Religionum, quæ requirunt maiorem ætatem ſupra ſeadecim annos ad profeſſionem, qualis eſt Religio Minimotum, valida ſunt, eſto quod Concilium ſolùm requirat decimumſextùm annum expletum: & ſtatuta non admittendi in Religionibus neophytos, ſeu deſcendentes ex genere Hebræorum, vel Sarracenorum, valida quoque ſunt, eſto quod ius commune permittat talium receptionem ad Religiones, vt dixi poſt alios *tom. 4. qq. regular. verb. Neophytus Regularis, num. 6.* Ceſſat etiam difficultas, eo quòd ſtatutum huius Religionis non admittentis profeſſiones tacitas, approbatum ſit à Sede Apoſtolica, Paulo V. videlicet, vt dixi, & addatur in confirmatione: *Sicque per quoſcunque iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quopiam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, &c.* Papa enim, vtpote habens omnia iura in ſcrinio pectoris ſui, *leg. omnium, Cod. de teſtament. cap. 1. de conſtitut. lib. 6.* & ibi DD. potuit concedere huic Religioni excluſionem omnis profeſſionis tacitæ, eſto iure communi licita, & permiſſa eſſet, ſicut dicitur poſſe *adæquare quadrata rotundis.* Hoſtienſis *in cap. cùm conueniſſent, de iudiciis, num. 5.* Gonzalez *ſup. regul. 8. Cancellar. §. proœm. num. 38.* Pariter nec refert, quod in aliis conſtitutionibus huius Religionis etiam impreſſis non habeatur tale decretum excludens taci-
35 tas profeſſiones. Hoc enim nihil eſt, cùm Religio poteſtatem habeat, non obſtantibus conſtitutionibus, ſeu ſtatutis prioribus, ſiue impreſſis, ſiue ſolùm manuſcriptis, alia de nouo ſtatuendi, quæ ſiue typis edita, ſiue ſolùm manuſcripta, vim habent obligandi Religioſos, accedente maximè Sedis Apoſtolicæ approbatione, & confirmatione, prout in præſenti contingit.

36 Eneruatur nihilominus efficaciùs huiuſmodi conſtitutio ſic adminiculata, ſolùm admittens expreſſam profeſſionem, & tacitam excludens, quia vt benè Paſqualigus *in quæſtionib. moral. centur. 1. quæſt. 22. num. 5. Apud illas Religiones, quæ non admittunt profeſſionem tacitam, excluſio profeſſionis tacitæ apud ipſas intelligitur de prima profeſſione, non autem de ratificatione profeſſionis aliàs nulliter emiſſæ.* Quamuis ergo admittatur huiuſmodi conſtitutionem vim habere, ſolùm intelligenda eſt de prima profeſſione, non de ratificatione illius; ac proinde non manebit excluſa profeſſio tacita in ratione ratificationis prioris expreſſæ nulliter emiſſæ. Addit etiam ſectè: *Imò hæc ratificatio poteſt dici profeſſio expreſſa, quia conſenſus tacitus coniungitur cum expreſſione præterita, quæ in foro exteriori præſumitur valida, & exhibetur ad ſanandam nullitatem profeſſionis expreſſæ.* Ex quibus verbis infertur, quod profeſſio tacita emiſſa ab N. coniuncta cum expreſſa in foro Eccleſiæ facta, cenſeri poterit expreſſa, ac proindè per illam ſaluari poſſe dictam conſtitutionem in toto rigore ſumptam. Addo tamen, & fortiùs ad intentum, quod cum dicta conſtitutio, quatenus excludit profeſſionem tacitam, vulneret, ac corrigat ius commune, permittens, vt dictum eſt, etiam poſt Concilium Tridentinum, talem modum profeſſionis, ſit odioſa, & veluti exorbitans ab ipſo iure communi, aut ſaltem ab ipſo recedens, eſt reſtringenda, vt minùs quàm fieri poſſit, ipſum corrigat, aut recedamus ab ipſo, *leg. præcipimus, in fin. Cod. de appellat. cap. cùm expediat, de elect. in 6.* regula, *Quæ à iure communi exorbitant, de regul. iur. in 6.* Quod enim eſt contra ius commune, eſt ſtricti iuris, & odioſum, teſte Baldo *leg. non fine, ante num. 5. C. de bonis quæ liberis,* Abbate *in cap. quia circa, numero 3. de priuileg. & cap. olim, numero 7. de verbor. ſignificat.* cum pluribus aliis adductis à Gonzalez *ſup. regul. 8. Cancellar. §. 6. proœm.* Solùm ergo intelligi debet conſtitutio iſta de prima profeſſione, ita ſcilicet, vt ea ſemper debeat eſſe expreſſa; non verò de aliis, quæ fuerint ratificatoriæ ipſius, ac proinde tacita in hac Religione.

Ex alio inſuper capite eneruari videtur dicta con- 37
ſtitutio, videlicet quod cùm ea non ſit typis mandata, aut impreſſa, ſed ſolùm manuſcripta apud aliquos Religioſos, non videtur ſufficienter promulgata, ac per conſequens non habere vim illos obligandi, ſicut generaliter nulla conſtitutio, aut ſtatutum Religionum eos obligare poterit, niſi ſufficienter promulgata fuerint, vt ex communi DD. dixi *tom. 1. Summa, quæſt. Regular. cap. 8. n. 27. & tom. 4. verbo Leges Regular. num. 4.* ac conſtat *ex l. leges, C. de legibus.* Etenim conſuetudo Religionum, conformiter etiam ad aliarum legum, ſiue Eccleſiaſticarum, ſiue ciuilium morem eſſe videtur, vt promulgatio conſtitutionum, ſeu ſtatutorum fiat dum typis mandatur codex, in quibus ſunt. Et rationabiliter ſatis, cùm vix alio modo euulgari ſufficienter poſſint, præſertim in Religione, ſeu Congregatione ampla, & extenſa, qualis eſt iſta; ſiquidem per totam Italiam, & Germaniam extenditur. Conſuetudini au- 38
tem ſtandum eſſe in modo promulgationis conſtitutionum, habet Suarez *4. tom. de Relig. tract. 8. lib. 2. c. 8. n. 14. & 15.*

Nihilominus hoc quod aſſero de huiuſmodi taci- 39
ta profeſſione huius Religioſi, ob quam ſub Religionis iugo contineri debeat, valdè, multumque infirmari videtur ex communi fermè DD. placito, ſtatuentium tunc ſolùm ſubintrare poſſe tacitam profeſſionem, & veluti pro expreſſa, aut expreſſæ nulliter factæ ratificatione haberi, quando Nouitius non proteſtatur per actus illos inductiuos profeſſionis tacitæ, ſe nolle profiteri; ſecus autem ſi id proteſtetur. 40
Quia talis proteſtatio præſumptioni conſenſus aduerſatur, & eum remouet ab actu, qui videbatur illum denotare. Etſi enim iuxta vulgare placitum, proteſtatio contraria facto non proſit, hoc tamen limitatur in iis, quæ à voluntate proteſtantis pendent, vt dixit Rota *deciſ. 859. n. 5.* coram Seraphino: & refertur ex Bartolo *in l. non ſolùm, §. morte, n. 17. ff. de noui oper. nunc.* & ita talis proteſtatio eſt declaratoria animi non conſentientis in profeſſionem. Sic fermè Gloſſa *Clem. fin. verb. Profeſſorum, de Regular.* & ibi Card. *n. 6.* Anchar. *n. 4.* Imola *n. 8.* Bonifacius *n. penult.* Syluester *verb. Religio 3 q. 19.* Roſella *verb. Nouitius, num. 17.* Armilla *ibi, n. 10.* Tabiena *q. 7. num. 8.* Nauarrus *comm. 4. de Regular. num. 74. notab. 3.* quos refert, &

ſequitur

ſequitur Sanchez *lib.5. in Decal. in cap. 3. num. 35.* Item Barbatius *conſ.59.num.2.vol.2.* Boich. *in cap. ſtatuimus, num.3. de Regular.* Angelus *tit. Nouitius, num.57.* Menochius *præſumpt.83. num.17.* Hondedeus *conſil.78. num.25.* quos etiam refert & ſequitur Vechius *in praxi Nouit. diſp.13.dub.8. num.13.* & Barboſa *in collectan. DD.ad Clement. eos qui, de Regularib. verbo Profeſſorum.* Et ita reſolutum fuit à Rota *deciſ.579. num.3.part.1.recent.& deciſ.705. num.5. part. 2.recent.* & etiam in vna Brixienſi *Parochialis*, 29. Martij 1620. coram Vbaldo, prout refert Beltraminus *in annot.ad deciſ.385.* Rotæ coram Gregorio XV. Vechius, & Barboſa *ſuprà.* At verò noſtrum N. quantumuis actus plures Profeſſorum exercuerit, nihilominus proteſtatum fuiſſe non velle profiteri, aut profeſſionem nulliter à ſe factam ratificare, dicunt aliqui haberi ex proceſſu, *fol.29.30.31.32.33.& 39.*ac proinde profeſſionem tacitam in ipſo impeditam fuiſſe,& in eo locum non habere, iuxta doctrinam Gloſſæ, Syluestri, Nauarri, Sanchez, Laymani, & Bordoni.

41 Cæterùm hæc non ſolida eſſe, nec per illa impeditam fuiſſe tacitam profeſſionem N. veritati omninò videtur conformius. Primò etenim, quia etſi in proceſſu, *fol.30. 31. 32. 33. & 34.* videam ipſum ſæpiùs proteſtatum fuiſſe, ſe nolle perſeuerare in Religione, aut *aſtringi aliquo voto*, ac *velle exire ex illa*; nihilominus nunquam reperio proteſtatum fuiſſe, quod actus proprios profeſſorum, quos exercuit, eos exerceret ſine intentione profitendi: hæc enim ſola proteſtatio eſt, quæ poterat impedire ne tacita profeſſio in ipſo locum haberet, non illa quam fecit, & quæ eſt valdè diuerſa ab iſta, vt per ſe patet. A diuerſis autem non fit illatio, *leg.vlt.in fin.* & ibi Bart. *ff.de calumn.* & diuerſorum diuerſum eſt iudicium, *leg. inter ſtipulan-*
42 *tem,§.ſacram, Digeſt.de verb.oblig.* Requiſitam porrò fuiſſe huiuſmodi proteſtationem expreſſam, videlicet, quod exercitium actuum profeſſorum nihil ipſi noceret, vt haberetur pro profeſſo, ex Authoribus, quos pars aduerſa pro ſe affert, elici valet. Gloſſa etenim *in Clement. eos qui, de Regularib. verbo Profeſſorum*, ait non cenſeri profeſſum eum, qui per annum portat habitum profeſſorum, *quando proteſtatur, quod per ipſum non intendit obligari Religioni.* En iam quomodo loquitur de proteſtatione facienda circa actus proprios profeſſorum, qualis eſt geſtatio habitus illorum. Quo etiam ſenſu loquitur Syluester *verbo Religio 3. quæſt.19.* dicit enim quod quando *agens proteſtatur, quod non agit actu ad finem hunc, putà vt profiteatur, &c.* iuuat talis proteſtatio, pro quo etiam Panormi-
43 tan. *in cap.ex parte, de Regular.* Eodem etiam modo intelligendus venit Nauarrus *comment. 4. de regularib. num.74. notab.3.* clariùs Sanchez *lib. 5. in Decalog. cap.3. num. 35.* Adhuc clariùs Laymanus *lib.4.tract.5.cap.5. num.1.* loquens de actibus profeſſorum propriis, & dicens, *debeat apertè proteſtari ſibi non eſſe animum propterea Religionem profitendi.* Sic quoque expreſsè, & clariſſimè Barboſa *in collectan. DD. ad Clem. eos qui, de Regularib. numero 7.* inquiens: *Notatur ad hoc, quod ſi nouitius proteſtetur ſe nolle profiteri per eos actus, quibus inducitur tacita profeſſio, tunc talis proteſtatio prodeſt, eo quòd non eſt contraria facto, ſed animi declaratoria.* Item Vechius *in prax. nouitiat. diſp.11. dub.7. num.7.* loquens enim de geſtatione habitus profeſſorum ad hunc finem, vt propterea cenſeretur tacitè profeſſus, dicit: *Si caſus contingeret concedendi alicui nouitio habitum profeſſorum, deberet ille vtique expreſsè proteſtari, nolle ob talis habitus ſuſceptionem ad aliquam Religionem obligari.* Cùm igitur nullatenus

conſtet expreſſum, quod viderim, præfatum N. proteſtatum fuiſſe, quod per exercitium actuum profeſſorum non intenderet tacitè profiteri, aut profeſſionem expreſſam ratificare, ſanè per tale exercitium vt verus tacitè profeſſus cenſeri debet.

Secundò, quia quatenus illa ſua qualiſcunque & inſufficiens, vt dictum eſt, proteſtatio, quod *nollet eſſe Religioſus*, aut *obligari votis Religionis*, aut *manere in illa*, ipſi ſuffragari poſſet, id ſolùm, vt videtur, eſſet ſi fuiſſet publica, aut iuridica. Proteſtatio enim eſt *denunciatio publicè facta causâ iuris* 44
conſeruandi. Cardinal. *in Clement. 1. 53. quæſt. de procur.* Bertachinus *verb. Proteſtatio.* Etſi repetita foret in quolibet actu, ſaltem ſolemni, extraordinario, & principali, per quem tacita profeſſio induci poſſet, in interuentu videlicet ad electiones, ſuffragio, ſeu voto in illis dando, in ſuſceptione ſacrorum Ordinum, ac maximè in acceptatione officij vicariatus cuiuſdam Conuentus, ad quem electus fuit. In his enim ſolemnibus, principalibus, & extraordinariis actibus ad minus videtur requiſitam fuiſſe talem proteſtationem, alioquin ſi non repeteretur, cenſendus eſſet ab ea receſſiſſe. Iuxta doctri- 45
nam communem, quam ſæpiùs S. Rota canonizauit, præſertim apud Seraphin. *deciſ.1057.num.8.&*
505. num.3. referens Puteum *deciſ.218. lib.1.* & 46
Mohedan. *deciſ. 44.* Item alia apud Ludouicum *deciſ.44.* Item alia apud Ludouiſium *deciſ.44. numero 8.* & apud Caualerium *deciſ.348. num.5. & 349.num.6. & 483. num.8.* & aliis deciſionibus in iſtis relatis. Et firmat Barboſa *in vot. deciſiu. lib.3. vot. 126. num. 310.* Talem ergo proteſtationem his occaſionibus prætermiſiſſe, ſignificat ab illa receſſiſſe.

Maximè tertiò, quia proteſtatio ſimplex non præ- 47
ſumitur repetita in actu, qui poſtea fit ex interuallo, & ideircò actum illum non impedit. Ita Bartolus *in l. non ſolùm, §. morte, num.16. ff. de nou. oper. nunciat. alleg.l.per retentionem, Cod. de vſur. & arg. l. ſi quis ita, ff. de auro, & arg. leg.* Idem tenet ipſe Bartolus *in leg.quæ in aliena, §. fin. ff. de acquir. hæred. & in leg. Item quia, §. fin. C.de pact. & in l. Titia, §.penult.ff. de verb.oblig.* Imola, Romanus, & Alexander *in l.non ſolùm, §.morte*, & ibi Iaſon *numero 53.* & alij plures apud Maſcard. *de probat. concl.1242. num.1.* Proteſtatio igitur illa ſimplex, & non ſolemnis ab iſto N. priuatim, & coram aliquibus fratribus facta, *quod voluerit eſſe Religioſus, perſeuerare in Religione, &c.* non præſumitur repetita in actibus propriis Profeſſorum, quos poſtea ex magno interuallo exercuit.

Ad hæc quartò proteſtatio quæcunque per actum 48
illi contrarium poſtea factum tollitur. Ita voluit Bartolus *in d. l. non ſolùm, §. morte, num. 17. ff. de nou. oper. nunc.* & idem ibi tenent Iaſon *num.14.* Alexander, Imola, & reliqui communiter ſcribentes, Baldus *in leg. pacta nouiſſima, C.de pactis*: idem tenent communiter Doctores *in cap.cùm M. Ferrarienſis*, & *in d. l. pacta nouiſſima*, vt teſtatur Felinus *in d. cap. cùm M. num.77.* vbi etiam aduertit Gloſ.& poſt eam Anton.Butr. *in c.cùm olim,extra de cenſ.* Et ideò dixit Baldus *in l.Neſennius,ff.de negot. geſt.* quod proteſtatio nihil operatur ſi ab ea receditur per factum contrarium,quia facta derogant verbis, *alleg d.cap.cùm M. Ferrarienſis,& l.ſiue in plures, §. locator horrei, ff. locat.* & probatur idem *in cap. ſolicitudinem, de appellat.* Socinus iun. *conſ.101. num.3. vol.2.* vbi ad id allegat textum *in l. pro hærede, §. Papinianus, ff. de acquir. hæred.* & ibi id 49
communiter à DD. teneri teſtatur, quos, & plures alios congerit, qui vt ſuprà, Maſcardus *num.3. & 4.* Addens etiam *num.12.* limitationem ad id

quod dicitur de proteſtatione contraria facto, quod
non tollatur, quando actus dependet à voluntate
proteſtantis.
50 Demùm, ſi ex præſumptionibus id iudicandum,
ſicut reuera ita faciendum; cùm agatur de foro ex-
terno, in quo plurimùm, valdeque ipſis defertur,
ad differentiam interni fori, in quo ſolùm veritas
inſpicitur, plures, & vrgentiſſimæ ſunt ad creden-
dum N. aliquando interiori animo conſenſiſſe in
ſtatutum Religioſum, tacitam profeſſionem, vel
ratificationem expreſſæ, quæ nulla extitit, emit-
tendo. Prima ſumitur ex mente Concilij Tridenti-
ni, quæ vt fortis valdè habenda. Ex eo enim
ſeſſ.25.de Regularib. c.19. non permittitur, vt ali-
51 quis *audiatur*, volens reclamare contra ſuam pro-
feſſionem, *niſi intra quinquennium tantùm*, quia
ſupponit, & præſumit Concilium, eum qui vltra
quinquennium in Religione vixit, in ea conſen-
ſiſſe. Sic enim tradunt Sanchez *lib.7. de matrimon.
diſput.37. num.9.& 10.* Bordonus *in controuerſ. mo-
ralib. controuerſ.32.num.46.57.& 58.* & ſupponit
Paſqualigua *in ſuis deciſionib. deciſ.432.* & ego dixi
tom.4. mea ſumma, verbo Profeſſio Regularis, num.21.
Cum igitur N. de quo in præſenti, vltra quinquen-
nium per plures annos in Religione vixerit, pro-
culdubio de ipſo præſumit Concilium, veram ali-
52 quam profeſſionem emiſiſſe. Imò hanc præſump-
tionem eſſe illam, quæ vocatur *iuris, & de iure*,
contra quam nulla datur probatio, iuxta commu-
nem doctrinam, & ſupponunt Bordonus *eo num.46.*
53 & Paſqualigus relatus. Quin etiam contra hanc
præſumptionem nihil iuuare proteſtationem, eo
quòd lege contrarium præſumente proteſtatio non
iuuat, habetur ex Caſtrenſi *conſil.274.col.2.* &
Maſcardo *de probat.concluſ.44. num.8.* Secunda ſu-
mitur ex iure antiquo. Etenim *cap. ad id, de ſpon-
54 ſalib.* ex diuturna cohabitatione coniugum præſu-
mitur purgatus metus, quo matrimonium inualidè
celebratum erat, illudque ratificatum eſſe. Et *cap.
is qui fidem, eod. titul.* ex copula habita poſt ſpon-
ſalia præſumebatur matrimonium validum. Potiori
ergo ratione ex tot annorum permanentia in Reli-
gione, & continua cum Religioſis familiaritate præ-
ſumi debet N. aliquando in Religioſum ſtatum
conſenſiſſe. Tertia, quia ideo quando Sedes Apo-
ſtolica poſt tranſactum quinquennium concedit re-
clamationem, non concedit illam, niſi reclamans
priùs iurauerit ſe non ratificaſſe ſuam profeſſionem,
neque expreſsè, neque tacitè, prout teſtatur Bordo-
nus *ſup. eo num.46.& 57.* & *tom.2. reſolut.57.num.*
55 140. quia ſcilicet Papa ſupponit, & præſumit, quod
is qui per tam longum tempus in Religione per-
manſit, profeſſionem veram aliquam emiſit, & ſolo
iuramento probari non ita contigiſſe, eo quòd præ-
ſumptio iuris eliditur iuramento, *cap. cùm intra, de
eo qui matrimon.* Gloſſ. ibi *in fin. caſ.* Bordon. *ſupr.*
56 Quarta, quia hæc eſt humanæ naturæ inconſtantia,
vt cunctos ferè homines afficiat, interpoſitione ſal-
tem longi temporis, *l. non fortem, §. libertus, ff. de con-
dict. indebiti.* Vechius *in prax. nouitiat. diſp.11.
dub.3.n.4.* Quomodo ergo credere fas erit, vt per 18.
annos, quibus N. fuit in Religione à tempore primæ
profeſſionis, ſaltem nec ſemel vna die à Deo inſpi-
ratus dixerit apud ſemetipſum: *Nunc*, ſeu *hodie volo
57 eſſe Religioſus*. Quod quidem ad veram profeſſionem
emittendam, vel ratificandam ſufficere, ait Rota co-
ram Carrillo in præcedentibus relata, *§. prædictis ta-
men*, ex Hoſtienſi *in c. porrectum, col.1.* & ibi Abbate
in 3. notab. & ex alia Rota *deciſ.216. p.2. diuerſor.
n.1.* & expreſſiùs Bordonus *d. controuerſ.32.n.60.* Piè
ergo, & prudenter exiſtimari poteſt id feciſſe, ac
proindè verum profeſſum eſſe.

Specialiter diſcurrendo per ſingulos actus, ve- 58
luti ſolemnes, & principaliores Profeſſorum (omit-
tendo tamen permanentiam in Religione, & geſta-
tionem habitus Profeſſorum per tam longum tem-
pus, quia quoad hæc faciliùs excuſari N. poſſet,
ob neceſſitatem, vel ignorantiam) quoad actum
tamen interueniendi in electionibus, & in eis vo-
tum, ſeu ſuffragium habendi, cùm pro illo non
poſſit dicta excuſatio adhiberi, & ex alia parte
graue peccatum videatur, non verè profeſſum,
ſaltem tacitè, illi ſe immiſcere, iuxta dicta in ſupe-
rioribus; ſanè, vt ibi dictum manet, vt delicti præ-
ſumptio euitetur, *l. meritò, ff. pro ſocio*, intrare de-
bet præſumptio de tacita profeſſione, vel ratifica-
tione præcedentis irritæ. Quæ fortiùs, & efficaciùs 59
procedit in ſuſceptione vicariatus cuiuſdam Con-
uentus, ad quem fuit electus. Cùm iuxta dicta
etiam in ſuperioribus, valdè graue peccatum ſit,
non verè profeſſum obtinere aliquam Regularem
Prælaturam, etiam per breue tempus; huiuſmodi
autem Vicariatus officium Prælatiam Regularem
eſſe, communiter DD. affirmant, & dixi *tom.1.
Summa, cap.18. num.3.* & *tom.2. capite 13. nu-
mero 59.* & *tom.4. verbo Vicarij, num.2.* ac proin-
de tales Vicarios poſſe facere omnia, quæ alij Præ-
lati faciunt, dixi eiſdem locis. Imò, quia Prælaturæ 60
Regulares à pluribus numerantur intra Eccleſiaſti-
ca Beneficia, de quo etiam ex Suarez, & Peirinia
dixi *tom.3. verbo Beneficium, & Beneficiati, num.3.*
dubitari poterit, an N. talem Vicariatum aſſumens, 61
ſi non erat verè profeſſus in Religione, cenſuras, &
pœnas intruſorum incurrerit, ac proindè ipſius pec-
catum maximè aggrauari. Sed vtcunque id fuerit, à
peccato tamen mortali excuſari non poſſe iſtam Præ- 62
laturam acceptando, certum omninò videtur. Quid
igitur dicendum, ſi tempore illo, etſi paruo iſtius
Vicariatus, ſeu Prælatiæ, confeſſorem ſibi elegit,
confeſſorem fratrum nominauit, ipſorum confeſ-
ſiones audiuit, à cenſuris reſeruatis abſoluit, vel
aliis priuilegiis Prælatorum fuit vſus? Ne ergo di-
camus pium & bonum virum tot peccata commiſiſ-
ſe, æquius, & iuſtius eſt præſumere ipſum tacitè in
ſtatum religioſum conſenſiſſe, ac per conſequens il-
la omnia tum validè, tum etiam licitè exercere po-
tuiſſe.

Fortior adhuc præſumptio deſumitur à ſuſceptio- 63
ne trium ſacrorum Ordinum, ſcilicet Subdiacona-
tus, Diaconatus, & Sacerdotij. Si enim verus pro-
feſſus non erat, non poterat licitè Ordines iſtos ſuſ-
cipere cum dimiſſoriis Prælatorum ſui Ordinis, alio-
quin Prælatus illas concedens eſſet ſuſpenſus, prout
Peregrinus ait *in comment. conſtitut. ſuæ Religion.
part.1. cap.4.* Imò & ipſe ex vi talium dimiſſoria-
rum Ordines recipiens, ex conſtitutione Pij II. vt
ait Bordonus *reſolut.8. num.32.* referens Portellum,
vtrumque Rodriguez, & Dianam; imò etiamſi ſo-
los Ordines minores ſuſcepiſſet, propter decretum
Concilij Trident. *ſeſſ.14. de reformat. cap.2.* vt vult
idem Bordonus *cap.6. de profeſſione, quæſt.5.* quem
ſequitur Pellizarius *in Man. Regular. tract.7. cap.3.
ſect.3. num.98.* Quia tamen, vt dixi *tom.1. Summa,
cap.24. num.6.* poſt Dianam, & alios, probabile eſt
Prælatos Regulares poſſe concedere dimiſſorias no-
uitiis, vt ad ſacros Ordines promoueri poſſint. Ideo 64
relictis huiuſmodi penſionibus, certius eſt, quod ſi
non erat verè profeſſus, incurrit aliam ſuſpenſionem
impoſitam à Pio V. in Bulla *Romanus Pontifex*, de
anno 1568. Vbi Pontifex prohibet Religioſos 65
non profeſſos ordinari ſine titulo, aut patrimonio.
Hanc enim Bullam extendi ad nulliter profeſſos,
habet Rota in Vrgellenſi *Canonicatus*, coram Blan-
chetto, & ex Nicolao Garzia, Sanctarello, Riccio, &
Maio

Digitized by Google

Maiolo, affert Barboſa *in collectan. DD. ad Concil. Tridnt. ſeſſ. 23. c. 2. de reform. n. 5.* & dixi *tom. 1. ſumma, c. 14. n. 10.* ac tenuit Pellixarius *ſup. a. 97.* imò ſtando in iure communi, Portellus, & vterque Rodriguez, quos refert, & ſequitur P. Diana *p. 3. tract. 2. reſolut. 113.* Quod ſi ſuſpenſus Ordines ſuſcepit, & illos exercuit, ac propterea in irregularitatis barathrum incidit, & iterum, ac millies celebrauit, & Epiſcopum ordinantem, Eccleſiamque decepit, ad titulum paupertatis profeſſæ, & vt verus profeſſum Ordines ſuſcipiendo, profectò multis, & quibuſlibet cenſuris, irregularitatibus, & peccatis mortalibus innodatum fuiſſe, neceſſe eſt dicere. Cùm autem incredibile, & inuerisimile hoc ſit reſpectu viri timorati, & probi Sacerdotis, oportet vehementer ſuſpicari ipſum aliquando profeſſionem ſaltem tacitam emiſiſſe, ratione cuius prædicta gerere potuiſſet ſine peccato, cenſuris, aut irregularitatibus.

Nec refert ſi dicatur, prout audio dici, non ſuſcepiſſe Ordines cum legitima Superiorum licentia. Ex hoc enim magis aggrauatur id quod dixi, videlicet multis peccatis, & cenſuris irretitum manere; ſiqui-
66 dem Ordines ſuſcepit ſine legitimis dimiſſoriis, neque Epiſcopi, cui ſubditus erat, ſi fuiſſet ſæcularis, neque Prælati Regularis, qui illas dare poſſet. Incurreret enim ſuſpenſionis cenſuram à Pio II. latam, & irregularitatem cum illa celebrando. Meritò propterea iuxta dicta, eum à tot vinculis liberum eſſe credi fas erit, aſſerendo aliquam profeſſionem emiſiſſe, ratione cuius ab ipſis liber maneat.

Quod vltimò firmatur ex eo, quod in ſuperioribus dixi ex Caſſarubio, & Corduba, de priuilegio videlicet ordini Eremitarum S. Auguſtini conceſſo, quo etiam vtitur Congregatio hæc, cuius eſt Religioſus N. vt ſcilicet ſacrorum Ordinum promotio pro profeſſione habeatur. Tale autem priuilegium extat in Bullario Rodriguez *in Iulij 12. Bula.* Vbi pontifex loquens cum Ægidio Priore
67 Generali Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, inquit: *Volumuſque, vt quivis in ſua Religione ſiue profeſſus, ſiue ad ſacros Ordines promotus in ea fuerit (quam rem profeſſionis loco & eſſe, & haberi ſtatuimus) habitum dicti Ordinis relinquere, aut mutare nulla auctoritate poſſit, niſi miſſionem, literaſque à Generali Ordinis obtinuerit. Quod tam de iis, qui hactenus exierunt, intelligi volumus, quàm de iis, qui in poſterum exituri ſunt, etiamſi Apoſtolicas litteras obtinuerunt.* Quæ omnia in Religione detinent præfatum N. maxime ſi verbum illud *ſtatuimus*, non pro ſimplici conceſſione, aut priuilegio, ſed pro vero ſtatuto, & præcepto intelligatur, vt debet.

68 Caſu tamen, quo ipſe dubitet, an profeſſionem tacitam, ſeu ratificationem expreſſæ irritæ fecerit, tenetur profeſſionem iudicare, quia in dubio pro Religione iudicandum eſt, vt bene tradunt Nauarrus *lib. 3. conſ. tit. de Regular. in 2. edit. conſ. 13.* per *l. ſunt perſona, ff. de relig. & ſumpt. funer.* ibi: *Summa eſt ratio, quæ pro Religione facit.* Sanchez *lib. 7. de matr. diſp. 37. n. 12.* Stephanus Gratianus *tom. 3. diſcept. forenſ. c. 413. n. 17.* Suarez *tom 2. de relig. lib. 7. c. 2. a. 6.* Leſſius *lib. 2. c. 41. dub. 7. n. 66.* Vechius *in praxi Nouit. diſp. 12. dub. 12. n. 22.* Tamburinus *de iur. Abb. tom 3. diſp. 6. q. 16. n. 16.* Bartholomæus de S. Fauſto *lib. 5. theſaur. relig. q. 251. n. 1.* & alij plures.

69 Vnde meritò proinde (quod valdè notare debet Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus à Sanctiſſimo in hac cauſa delegatus) S. Rota ſæpiſſimè in dubio de validitate profeſſionis pro ipſius valore pronunciandum eſſe dixit. Ita habetur *in dec. 1361. n. 7.* coram Cardinali Seraphino, & dictum etiam fuit in vna Romana *profeſſionis*, 31. Iunij 1613. coram Remboldo, & affirmat Rota coram Carazillo in ſuperioribus relata. Cuius rei ratio eſt, quia profeſſio priuilegiatiſſima eſt, & inſtar matrimonij indiſſolubilis, niſi quando conſtat irritam fuiſſe, vt dixi *conſult. 14. n. 4.*

Hæc dixerim pro conſcientia, & veritate, ſub cenſura Maiorum, Superiorum, & Doctorum, &c.

CONSVLTVM LVI.

De præcedentia in Capella Pontificia inter Generales Ordinum Mendicantium, & Abbatem Generalem Cœleſtinorum.

SVMMARIVM.

1 *Scriptum pro S. Congregatione Rituum.*
2 *PP. Generales Mendicantium debent præcedere P. Abbatem Generalem PP. Cœleſtinorum.*
3 *Dignior debet præcedere minus dignum.*
4 *Hierarchia Religioſa ex quibus conſtat.*
5 *Titulus Patriarchæ iuuat valde.*
6 *Generales Mendicantium habent ampliſſimam iuriſdictionem.*
7 *Qui pluribus præeſt eſt dignior.*
8 *Eugenij IV. argumentum.*
9 *Abbas Cœleſtinorum non potitur magna authoritate.*
10 *Ex ſtatutis ſuæ Congregationis.*
11 *Ex aliis ſtatutis.*
12 *Habentes maiorem poteſtatem præferri debent habentibus minorem.*
13 *Iura, & authores ad intentum.*
14 *Prior tempore potior eſt iure.*
15 *Etiam in materia præcedentiæ.*
16 *Mendicantium Ordines vetuſtiores Cœleſtino.*
17 *S. Rotæ teſtimonium.*
18 *Cœleſtinorum ordo quando fundatus.*
19 *Inter ſuperiores Religionum attenditur antiquitas.*
20 *Ordo prius inſtitutus præcedit.*
21 *Obiectio pro parte contraria.*
22 *Præcluditur.*
23 *Benedictini Ordinis antiquitas vnde ſumenda.*
24 *Quatenus habet Abbates Generales.*
25 *Quando Cœleſtinorum Congregatio, & n. 26.*
27 *Mendicantes quando.*
28 *Sæpe iuniori datur præcedentia, & n. 29.*
30 *Exemplum ducis Florentiæ, & Ferrariæ.*
31 *Duorum Regum, patris, & filij.*
32 *Nebriſſenſis verba de hac hiſtoria.*
33 *De patre reſpectu filij Epiſcopi.*
34 *Generales Mendicantium multò maiori iuriſdictione potiuntur.*
35 *An Generalis Cœleſtinorum PP. ſit propriè Generalis, & n. 36.*
37 *Genus eſt propriè tale, quia habet ſub ſe plures ſpecies.*
38 *Concilium generale, quia habet ſub ſe Concilia Prouincialia.*
39 *Locus in Capella Papæ eſt proprius Generalium.*
40 *Caſus ad intentum.*
41 *Excluditur alia obiectio.*
42 *Quomodo habeat ius præcedentiæ Generalis Cœleſtinorum.*

43 *Dignitas quæ competit ex perſona propria, eſt maior, quàm quæ ex perſona aliena.*
44 *Qui coruſcant lumine proprio authoritatis, præferuntur iis, qui ex aliena.*
45 *Potentius eſt ius quod quis habet ex proprio.*
46 *Nauarri doctrina.*
47 *Exemplum Regis Franciæ.*
48 *An Abbas Cœleſtinorum repræſentet Ordinem S. Benedicti, & n. 49.*
50 *Dignitas eximia Ordinum Mendicantium.*
Comparatur quatuor fluminibus paradiſi. ibid.
51 *Quatuor animalibus Ezechielis.*
52 *Quatuor Rotis eiuſdem Prophetæ.*
53 *Quatuor Cherubinis.*
54 *De Procuratoribus Generalibus.*
55 *Quatuor Patriarchis.*
56 *Quatuor mundi plagis.*
57 *Cœleſtis Ieruſalem ciuitas in quadro poſita.*
58 *Mendicantes ſunt à iure cooperatores Epiſcoporum.*
59 *Ex* cap. inter cætera, de offic. iud. ordin.
Digniores qui à Papa, quàm ab Epiſcopis electi. ibid.
Inter Epiſcopos, & ipſos nullus alius interponitur. ibid.
60 *Habent ampliſſimam exemptionem.*
Singulariter filij Sedis Apoſtolicæ. ibid.
61 *Portant pondus diei & æſtus.*
62 *Eorum Generales habent locum in proceſſionibus in quibus Papa perſonaliter adeſt.*
Generales, & Procuratores generales ſeparatim incedunt. ibid.
Habent cathedras, ſeu lectiones in Archigymnaſio Romano. ibid.
63 *Procuratores generales eorum habent ſermones in Capella Papæ.*
64 *Sunt ibi Mendicantes in actuali ſeruitio Papæ, & ſunt membra viua Capellæ Papæ.*
65 *Propter hanc cauſam Epiſcopi aſſiſtentes in Capella præferuntur aliis.*
Idem dicitur de Capellanis Regum. ibid.
66 *Eugenius Papa vocat Carmelitas ſuos Capellanos.*
Generales Mendicantium numerantur inter officiales, & miniſtros Capellæ. ibid.
Monachi olim excludebantur à Capella. ibid.
67 *Abbates Ciſtercienſium, & Camaldulenſium non videntur in Capella.*
68 *Mendicantes amplectuntur viam actiuam, & contemplatiuam principaliter, & numero 69*
Vnde propter vitam actiuam ab aliquibus numerantur inter Clericos. ibid.
Propterea debent præcedere Monachos. ibid.
70 *Habent maiorem præeminentiam.*
71 *Fauet conſuetudo.*
72 *Ex Diario Magiſtri ceremoniarum.*
73 *Caſus ad intentum.*
74 *Alius etiam caſus, & n. 75.*
76 *Alius tempore Gregorij XIII. & numero 77.*
78 *Decretum S. Congregationis Rituum, & numero 79.*
80 *Sumitur argumentum ad intentum, & numero 81.*
82 *Regula, ſi vinco vincentem te à fortiori vincam te.*
83 *Aliàs ſequeretur implicantia.*
84 *Non obſtat declaratio S. Congregationis, & num. 85.*
86 *Ex Rituali, ſeu Ceremoniali antiquo.*
87 *Nomine Abbatum Generalium qui intelligantur.*
88 *Alia ad intentum, & n. 89.*
90 *Abbatis nomen quid ſignificet, & n. 91.*
92 *Alia ex opuſculis cæremoniarum.*
Generales Mendicantium quaſi per ſe aſſiſtunt Capellæ Papæ, alij verò quaſi per accidens. ibid.
Ex diariis Franciſci Mucantij. ibid.
93 *Non ſuffragatur Patri Generali Cœleſtinorum* Canon Si quis deinceps.
94 *Nec quod Paulus III. & Pius IV. in Bullis dixerunt.*
95 *Nec quod aliquando in Conciliis Generales Mendicantium ſint in inferiori loco, quàm Abbates.*
Nec quod in Catalogo eorum, qui interfuerunt Concilio Tridentino, Abbates ponantur ante Generales. ibid.
Abbates in Conciliis interſunt cum indumentis pontificalibus. ibid.
96 *In Concilio Lateranenſi confuſim referuntur Generales.*
97 *Probatio dubia non ſuffragatur.*
98 *Hic non agitur niſi de præcedentia in Capella.*
99 *Imo de ſola præcedentia Generalium.*
100 *Non in proceſſionibus, aut aliis actibus, ſed ſolùm in Capella.*
101 *Locus aliorum in Capella.*
102 *Ex præcedentia in vno loco non infertur in alio.*
103 *Non obſtat quod Congregatio PP. Cœleſtinorum militet ſub Regula S. Benedicti.*
Non attenditur ad Regulam. ibid.
104 *Non releuat habitus Prælatitius.*
105 *Dubitatur quo iure in præſentia Papæ.*
106 *Declarationes quædam S. Congregationis, & num. 107.*
Quid propter Bullam Pauli V. & numero 109.
110 *Qualitas extranea à Collegio nihili penditur.*
111 *Non nocet præcedentiæ.*
112 *Habitus Prælaturæ eſt qualitas omnino extranea Præcedentiæ.*
113 *Exemplum Magiſtri de Sacro Palatio.*
114 *Generales Patrum Prædicatorum.*
115 *Quid ſi in aliquo caſu aliquis Generalis ceſſerit iuri ſuo.*
116 *Non poteſt ipſi renunciare.*
117 *Poteſt defendi per reſiſtentiam.*
118 *Quid ſi adeſſet conſuetudo.*
119 *Per quos actus probari deberet hæc conſuetudo.*
120 *Eſt impræſcriptibilis.*
121 *Quiſquis poteſt recuperare ius ſuum.*
122 *Obſtantia caſus tempore Gregorij XIII.*
Non probat intentum.
123 *Dato, quod Pater Abbas haberet locum in Capella, is non eſſet bancus Epiſcoporum.*
124 *Probatur ex cæremoniali Romano.* & num. ſeqq.
128 *Ex diario Paridis.*
129 *Ex Decreto S. Congregationis Rituum.*
130 *Ex vſu Conciliorum.*
131 *An Abbates, qui habent locum in Capella ſolùm ſint perpetui & benedicti, & n. 132.*

Iesvs Maria.

Caſus.

1 CAvsa vertente circa præcedentiam in Capella Pontificia Patrum Generalium Ordinum Mendicantium, & Patrem Generalem Cœleſtinorum, ſic ſcripſi in fauorem Generalium Mendicantium pro ſacra Congregatione Rituum, adiunctis etiam poſtea aliis ad intentum.

Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini.

2 QVod Patres Generales Ordinum Mendicantium debeant præcedere in Capella Pontificia Patrem Abbatem Cœleſtinorum, ex multis capitibus conſtat Eminentiis veſtris, Reuerendiſſimi.

3 Primum ex illo communiſſimo, *Dignior debet præcedere minus dignum*, *c. Epiſcopus* 2. *diſt.* 95. & tradunt communiter DD. cum Gloſſa *Inſtit. de bonor. poſſeſſ. §. Aliam.* Generales autem Ordinum Mendicantium digniores eſſe præfato P. Abbate, conſtat ex eo, quod tales Generales ſunt veluti Primates, & Patriarchæ. Quemadmodum enim Hie-
4 rarchia Eccleſiaſtica conſtat ex Parochis, Epiſcopis, Archiepiſcopis, Patriarchis, & Primatibus, qui omnes ſummo Pontifici ſubduntur; ſic Hierarchia Religioſa conſtat confeſſoribus, qui ſunt veluti Parochi habentes ſolùm iuriſdictionem in foro interno conſcientiæ, Prioribus, Guardianis, qui ſunt Epiſcopi, quia habent iuriſdictionem etiam externam quaſi Epiſcopalem; Prouincialibus, qui ſunt veluti Archiepiſcopi habentes ſub ſe ſuperiores immediatos Monaſteriorum, qui quaſi Epiſcopalem auctoritatem habent; & Generalibus, qui ſunt veluti Primates, & Patriarchæ, cum ſub ſe contineant Prouinciales, & hi omnes ſub ſummo Pontifice, tanquam Paſtore vniuerſali. Rodriguez *tom.* 1. *qq. regul. q.* 12. *art.* 5. alter Rodriguez *in compend. reſolut.* 68.
5 *num.* 7. Vnde in cauſa præcedentiæ Archiepiſcopi Toletani ſupra alios totius Hiſpaniæ Archiepiſcopos, hoc titulo Patriarchæ vtuntur ad id comprobandum Garſia de Loyſa *in not. ad decret.* §. 2. *& ſeqq.* Alzedo *in prax. Epiſcop. cap.* 10. *num.* 42. *& ſeqq.* Narbona *de appell. p.* 2. *num.* 1. *in primo fundamento, à num.* 12. & Manriquez *in tract. de præcedent. q.* 4. *num.* 8.

6 Secundò, quia Generales Mendicantium non præſunt negotiis vnius tantum Congregationis, aut nationis, quemadmodum P. Abbas Cœleſtinorum, ſed præſunt negotiis plurium Prouinciarum, & nationum per totum orbem, in Aſia, Africa, & Euro-
7 pa, ac America. Qui autem præeſt pluribus & maioribus negotiis, de iure eſt dignior, *l.* 2. *C. de primiceriis, lib.* 12. & *authent. nouel.* 15. *defenſ. Ciuit. §. Nos igitur, in fine.* Laudenſis *de dignit. q.* 23. Paſqualigus *in deciſ. moral. deciſ.* 505. *num.* 5. Pellizzarius *in Manual. Regul. tract.* 8. *cap.* 6. *num.* 228.

8 Quod argumentum efficax videtur, ſiquidem eodem vſus eſt Eugenius IV. in epiſtola ad Henricum Cantuarienſem Archiepiſcopum, ad ſtabiliendam præcedentiam Cardinalium ſuper Archiepiſcopos, illis verbis: *Quis non videat, Cardinalatus dignitatem Archiepiſcopali maiorem eſſe dignitatem? Quia cum illa priuatæ vnius patriæ proſit vtilitati, iſta publicæ totius populi Chriſtiani; illa vnam duntaxat regit Eccleſiam, iſta cum Sede Apoſtolica vniuerſas.* Quæ poſteriora congrue aptantur ad intentum.

Quæ fortiùs vrgent, ſi expendatur, P. Abbatem 9
Cœleſtinorum non ſolum nimis curtam, & ſtrictam ſuæ iuriſdictionis Prouinciam habere, ſed in ipſa quoque non potiri ea authoritate veluti monarchica, & ſuprema, quâ Generales Mendicantium potiuntur. Ipſe enim, ipſiuſque Monachi ſolùm Ariſtocratico gubernio eiſdem à S. Petro Cœleſtino Papa deſcripto, & ordinato vſi ſunt, & in præſenti vtuntur, vt notat Aſcanius Tamburinus *de iur. Abb. tom.* 3. *diſp.* 1. *q.* 2. *num.* 15. & habetur in eorum
Conſtitutionibus nouiſſimè Romæ impreſſis *tract.* 2. 10
cap. 15. §. 1. *&* 2. Etenim etſi §. 1. concedatur Abbati Generali, *Diffinitoriali Capitulo præeſſe, ac in omnibus, & ſingulis in ipſo tractandis, ordinandis, terminandis, ſtatuendis, faciendis rebus, conſis, & negotiis primam votum dare*: nihilominus §. 2. ipſius authoritas maximè reſtringitur, ita vt ſuum munus exercere non poſſit, niſi cum conſilio, ſententia, & interuentu Coabbatum, Viſitatorum, &
Definitorum. Sic enim dicitur ibi: *Solus autem Ab-* 11
bates, & Prælatos in monaſteriis principalibus (excepto principali monaſterio Abbatia) inſtituere, ſeu actu legitimo, & voce actiuâ, & paſſiuâ priuare, ſuſpendere, aut transferre, non niſi de conſenſu Patrum, vt ſuprà, aut ad officia obtinenda perpetuò, ſeu ad tempus inhabilitare nequeat, neque onera imponere, neque vendere, neque alienare, neque pignorare, neque aere alieno bona ipſius Religionis obſtringere, aut ſtatuta condere, vel ſuper conſtitutionibus aliquid innouare, vel magnas lites, & cauſas, præcipuaque ipſius Congregationis negotia terminare, aut per Capitulum Generale, aut Definitoriale degradatos, priuatos, ſuſpenſos, aut etiam inhabiles redditos, in priſtinum reſtituere, Religioſos alterius inſtituti recipere ad habitum, aut etiam monachis noſtris veniam commorandi extra clauſtra Congregationis concedere, aut vt impetrent, litteras, & priuilegia contra harum conſtitutionum edicta, ſeu forſan illorum diſpenſationem, permittere, ſeu bona ſtabilia, vel mobilia, aut ſeſe mouentia donare, vel diſtribuere, vltra id, quod ſibi à iure, & priuilegiis, ac Conſtitutionibus permittitur; ſed omnia, & ſingula promiſſa, & ſimilia cum Coabbatibus, Viſitatoribus, & Definitoribus, vel ipſorum aliquibus reſpectiuè conferat, eorumque interuentu, conſilio, & ſententiâ (dum congregantur) faciat, & exequatur, ſecundum modum, & formam in his conſtitutionibus expreſſum.

Vnde quod habentes maiorem poteſtatem, ad 12
miniſtrationem, vel iuriſdictionem, qualem habent Generales Mendicantium, ſiquidem ad omnes mundi plagas extenditur, in quibus habent colonias, & ſubditos, in quos exercent Monarcharum inſtar, plenam authoritatem, præferri debeant habẽti minorem, qualem habet P. Abbas, eſt argumentum capi-
tis *ad hæc* 7. *de offic. Archid. & in auth. Conſtitutio* 13
quæ Dignitatibus: & Epiſcopum filium liberat à patria poteſtate, §. generaliter, ibi: *Et nobiliores adhuc Patres oſtendant*: & ibidem Gloſſa *verſ. & nobiliores*, & Gloſſa *in cap. ſtatuimus, verb. conſueta, verſ. ſed cùm maioritas, de offic. Legat. in* 6. Quod etiam recipiunt Geminianus, Decius, Iacobatius, Abbas, Peregrinus, Chaſſaneus, Gamma, Menochius, Nauarr. & alij, quos in ſimili cauſa præcedentiæ retulit D. Conteloriu*s de præcedentia q.* 1. *n.* 4.

Tertiò regula illa: *Prior tempore potior eſt iure, l.* 14
qui balneum, in princip. l. potior, in princip. ff. qui potiores hab. l. ſi fundum, C. eod. cap. qui prior 54. *de pign. regul. iur. lib.* 6. & innumeri DD. apud Barboſam

15 *in axiomat. iur. axiom.* 188. *num.* 1. Quæ procedit
etiam in materia præcedentiæ, vt patet *ex l.* 1. *C. de*
Conſ. lib 12. *& l.* 1. *C. de Præpoſ. ſacr. ſub cod. lib.* &
Doctores *in l. eàm quid ff. ſi cert. pet.* cum aliis addu-
16 ctis per Menochium *conſ.* 51. *num.* 19. Cùm igitur
Mendicantium Religiones (vt certum eſt) per plu-
res annos (imò aliquæ per ſæcula) præceſſerint in-
ſtitutionem Ordinis Cœleſtinorum, dubitari non
poterit, qoin earum Generales præcedant etiam
17 dictum P. Abbatem. Quo argumento vtitur Rota
in vna Romana *præcedentiæ*, coram Lancellotto,
24. Maij 1600. vbi etiam fuit dictum, monachos
trium fontium, & Sanctæ Crucis in Hieruſalem
debere præcedere Monachos S. Euſebij (qui ſunt
Cœleſtinorum) ex quo eorum ordo, qui eſt Ci-
ſtercienſium, fuit priùs inſtitutus, & approbatus.
Etenim illum inſtituit S. Robertus Monachus S.
Benedict. anno Domini 1098. Chaſſaneus *p.* 4. *con-*
ſid. 58. & paulò pòſt Vrbanus II. approbauit, vt poſt
alios refert Platina in vita eiuſdem Vrbani II. in fine.
18 At verò iſte Ordo, qui eſt Cœleſtinorum, fuit per
ducentos annos poſtea à S. Petro Moronco, qui fuit
Papa Cœleſtinus V. inſtitutus ſub eadem Regula S.
Benedicti, Chaſſaneus *d. p.* 4. *conſid.* 60. Hieron.
Rom *de Republ. Chriſt. lib.* 6. *cap.* 8. Illeſcas *in hiſt.*
19 *Pontif.* Hanc autem prioritatem in tempore atten-
dendam eſſe inter ſuperiores Religionum, quando
ſunt ſingulariter, & non cum ſuis Religionibus,
optimè dixit Nauarrus *lib.* 1. *Conſ. conſ.* 1. *de maior. &*
obed. n. 13.

20 Vnde generaliter, quod Ordo priùs inſtitutus,
& approbatus per Sedem Apoſtolicam, præcedere
debeat aliis recentioribus, non ſolùm habetur ex
præfata regula iuris, ſed ex Gloſſa *in cap. Quorun-*
dam, verſ. Prædicatorum, de elect. in 6. Tubia Nonio
conſ. 71. *num.* 35. Rota in Oriolenſi *Præcedentiæ*, 10.
Martij 1600. coram Liſſa, & in dicta Romana
Præcedentiæ 24. Maij 1600. coram Card. Lancellot-
to, in Campanienſi *Prioratus*, 18. Maij 1618. coram
Seleucienſi, & 10. Maij 1619. coram Coccino.
Tamburinus *de iure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 25. *quæſt.* 6.
num 5.

21 Nec refert ſi pro parte Patris Abbatis Cœleſtino-
rum dicatur, quod Mendicantes iuniores ſint mo-
nachalibus, ac proinde, quod ſemper, & vbique ab
22 iis præcedi debeant. Præcluditur enim hoc telum,
non ſolùm propter maiorem, & vetuſtiorem inſtitu-
tionem, quam ex Mendicantibus Carmelitæ, &
Augnſtiniani iure prætendere poſſunt; ſed etiam
23 quia eſto quod monachalis ordo, prout à S. Bene-
dicto inſtitutus, videlicet quatenus ſolùm contine-
bat plura monaſteria ſub Epiſcoporum ſuperioritate
conſtituta, *cap. quàm ſit neceſſarium, c. de monachis,*
c. monaſteria, 18. *q.* 2. & aliis iuribus, quæ monaſteria
erant inter ſe ſeparata, & diſtincta ſub diuerſis Ab-
batibus, & non ſub aliquo Generali Abbate, vt no-
tat Panormitan. *de Regul. cap. vlt. num.* 1. ex dictis
24 textibus, ſit antiquior Mendicantibus ſub Mendi-
cantium titulo; quatenus tamen prædictus mona-
chalis ordo habet Generales Abbates, non cenſeri
25 debet antiquior Mendicantibus. Etenim ſecun-
dùm iſtam qualitatem Congregatio Caſſinenſis, cui
eſt annexa Congregatio Patrum Cœleſtinorum, non
incepit niſi anno 1408. ſeu 1410. ſub Gregorio XII,
prout habet, & ex variis authoribus refert Barboſa
26 *Iur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 41. *n.* 39. *&* 74. Ex quo elici-
tur, ſolùm ab eo tempore poſſe dici talem Congre-
gationem habuiſſe Abbatem generalem. Cùm igi-
tur Mendicantes ordines à pluribus antea annis Ge-
27 nerales ſuperiores habuerint, & talis qualitas Ge-
neralatus in præſenti caſu ſolùm attendatur, liquet
dicendum Generales mendicantium antiquiores eſſe
Abbate generali Cœleſtinorum. Caſu etiam quod 28
oppoſitum cenſeretur, nihil inde in fauorem dicti P.
Abbatis hauriri poſſet, quia pro comperto eſt, quod
iuniori ſæpius debeatur præcedentia ſupra ſeniorem,
quando iuniori competit maior iuriſdictio, quàm ſe- 29
niori, prout in præſenti contingere dictum eſt in ſu-
perioribus, ad notata per Marſilium *conſ.* 26. *n.* 55.
& conſ. 27. *n.* 5. Fab. de Anna *conſ.* 40. *num.* 14. Marta
vot. 101. Maſtrillum *deciſ.* 130. *n.* 13. *& de magiſtrat.*
lib. 5. *c.* 4. *n.* 68. Ponte *deciſ.* 8. *num.* 1. Marcellum de
Mauro *alleg.* 50. *per tot.* & præcipuè *num.* 14. *tom.* 1.
fol. 160. Vnde poſſet hîc inferri (ait) quod poſt- 30
quam maiori dignitate præeſt Dux Florentiæ, licèt
poſterior ſit creatus quàm Dux Ferrariæ, ex hoc
præcedere debeat. Extatque de hac re nobile exem- 31
plum inter Regem Aragoniæ Ioannem II. & eius
filium Ferdinandum Catholicum Caſtellæ Regem,
de quibus Antonius Nebriſſenſis *in Chron. Reg. Ca-*
thol p. 3. *c.* 93. dicit, Ferdinandum hunc filium, &
minorem, habuiſſe præcedentiam ſupra Ioannem Pa-
trem, & vetuſtiorem ipſo, propter maiorem iuriſdi-
ctionem, quæ filio competebat. Nebriſſenſis verba 32
Hiſpanico idiomate vetuſto hæc ſont, loquens de ip-
ſo Ferdinando filio. *Otro ſi ſe puſo à ſu mano izquier-*
da, y el Reis de Aragon no la conſencio, y aſſi entraron
en la Ciudad, el Reis de Aragon a la mano izquier-
da del Reis ſu hyo: y el Reis fue con el Reis ſu padre
haſta ſu poſada, y deſcavalgo en ella, para le poner en
la camera: y el Reis de Aragon quando ſupo que aque-
ſta era ſu poſada, le dixo: Vos, hijo, que ſois ſeñor
principal de la caſa Real de Caſtilla, donde yo venga,
ſois aquel a quien todos los que venimos de aquella Ca-
ſa ſomos obligados de acatar, y ſeruir como a nue-
ſtro ſeñor, y pariente mayor; y los honores que os de-
ua en eſte caſa han mayor lugar que la obedsencia
filial, que vos me deueis como à Padre: por tanto
tornad a caualgar, que y obire con vos a vueſtra
poſada, porque aſſi lo quiere la razon. El Reis por
los ruegos que ſu padre le hizo, conſencio que
fueſſe con el. Deſeruit ad hoc, quod Pater te- 33
netur exhibere reuerentiam filio Epiſcopo, ſal-
tem quando eſt in Eccleſia, propter maiorem
iuriſdictionem ſpiritualem, quam Epiſcopus ha-
bet. Hoſtienſis *in capite indecorum* 3. *numero* 5.
de ætat. & qualitat. ordin. Conrelorius *ſupr. nu-*
mero 63. Ad intentum ergo præſens ex iis eli- 34
citur, quod cum Generales Mendicantium mul-
to maiori iuriſdictione potiantur, quàm Ge-
neralis Cœleſtinorum, debeant illum præce-
dere in Capella Papæ, in qua maximè atten-
ditur ad hanc dignitatem maioris iuriſdictio-
nis.

Roboratur etiam, quia P. Generalis Cœleſti- 35
norum non eſt Generalis propriè, vel ſaltem tam
propriè, ſicut alij Mendicantium: non ſolùm quia
tantum eſt Generalis vnius (etſi grauis) Congre-
gationis, non tamen magnæ, ſed quia ſolum eſt
Generalis veluti *negatiuè*, quia non habet ſupra
ſe alium Generalem; non *poſitiuè*, quia non ha- 36
bet ſub ſe ſpecies aliquas Congregationum, ſeu
aliquas Congregationes, & Prouincias, ſicut ha-
bent Generales Mendicantium, qui propterea
propriè vocantur Generales; ſicut in Metaphy- 37
ſicis genus eſt propriè tale, quia habet ſub ſe
plures ſpecies, & Concilium dicitur Generale, quia
habet ſub ſe Concilia Prouincilia, ſeu nationa- 38
lia, & coaleſcit ex Prælatis plurium Prouincia-
rum, ſeu nationum. Locus autem in Capella 39
adeo eſt proprius Generalium, qui propriè Genera-
les nuncupantur, vt P. Nicolaus Rodulfus Or-
dinis

dinis Prædicatorum Præſes Generalis vniuerſi hu-
ius Ordinis ab Innocentio Papa X. conſtitutus
40 *cum plena, & omnimoda facultate, authoritate, &*
poteſtate, ac ſi Ordinis huiuſmodi Magiſter Genera-
lis exiſteret, prout ex literis ſibi datis apparet: ni-
hilominus in loco Capellæ nunquam poſitus eſt,
credens vir doctiſſimus, qui Magiſtri S. Palatij
munus, & plurium ſacrarum Congregationum
conſultorem per plures annos egerat, talem locum
ſibi non deberi, eo quòd propriè Generalis non
eſſet.

41 Si verò prætendat talem præcedentiam, quia
eius Congregatio eſt veluti ramus, vel palmes
Ordinis S. Benedicti, ipſumque repræſentet, præ-
terquam quod idem prætendere poterunt Ge-
nerales ſexdecim Congregationum eiuſdem S.
Benedicti, quod admittere abſurdum videre-
tur, & vileſceret hæc præeminentia, prout
de dignitatibus in genere dixit Abbas *in cap. 1.*
num. 4. de priuileg. & de Referendariis Iacobatius
42 *de Concil. lib. 1. cap. 5. num. 4.* Vicarius ſolùm habe-
bit hoc ius præcedentiæ, veluti repræſentans ordi-
nem S. Benedicti, & Generalem illius; & vt ſic cer-
tius erit, non æquari in dignitate Generalibus Men-
dicantium, habentibus illam ex propria perſona;
43 ſiquidem pro comperto eſt, quod dignitas quæ com-
petit ex perſona propria, eſt maior quam ea, quæ
competit ex perſona alterius. Bartolus *in l. quod*
principi, in fin. de leg. 2. Decius *l. 117. de Regul. iur.*
Menochius *conſ. 51. num. 28. & conſ. 32. num. 125.*
cum aliis cumulatis per Gonzalez *ad 8. regul. Can-*
44 *cellar. gloſ. 5. §. 9. num. 113. & 114.* Vbi ſpecialiter
quod qui propriæ authoritatis lumine coruſcant,
præferri debeant illis, qui alienâ luce fulgent, aut
vices aliorum gerunt. Purpuratus *in l. 1. de offic. eius*
cui eſt mandata iuriſdictio, numero 631. verſ. Et quòd
45 *cæteros*: & quod potentius ſit ius quod quis habet
iure proprio, quàm alieno, Iaſon *in l. more humano 4.*
ff. de iuriſd. omn. iud. vbi plura adducit Rota *deciſ.*
326. numero 3. p. 2. diu. vbi fuit propterea reſolutum
Archipresbyteros rurales præferendos Vicariis Pa-
rochialium, etiamſi ipſi Vicarij in aliquibus ha-
beant ſtallum in Choro Cathedralis: ſic Nauarrus
46 *conſ. 8. de maior. & obed.* conſuluit quod in Synodo
non debet habere procurator Abbatis eundem lo-
cum inter alios Abbates, quem habere deberet Ab-
bas, ſi præſens fuiſſet, quia alterius vices gerens
47 non debet tantùm honorari, quantùm ille. Vbi allo-
gat illud, quod adducit Decius de Rege Franciæ,
qui præpoluit Ducem Sabaudiæ Legato Veneta-
48 rum. Ad hæc valde etiam dubitari poteſt, quo iure
P. Abbas repræſentet totum Monachalem Ordinem
S. Benedicti, cùm nec ſit procurator, Vicarius, Coad-
iutor, Miniſter, aut hæres ipſius, quibus ſolis titulis
49 ſecundum iura ius repræſentationis competit. Qua
etiam de cauſa nullus Mendicantium Ordo, aut
Generalis alios Ordines, aut Generales Mendican-
tium repræſentat.

50 Accedit præterea eximia dignitas Ordinum Men-
dicantium ſupra Patrum Cœleſtinorum Congre-
gationem. Nam præterquam quod quatuor Men-
dicantium Ordines comparantur quatuor illis capi-
tibus fluuij egredientis de loco voluptatis *ad irri-*
gandum paradiſum, Geneſ. 2. quod ipſi faciunt, dum
per totum Orbem mittuntur, veluti Miſſionarij
Apoſtolici ad prædicandum infidelibus Euange-
lium, baptizandum, &c. & myſticis quatuor illis
animalibus vehentibus Deum glorioſum in ſuo
51 ſolio, Ezechiel. 1. de quibus dicitur: *Vbi erat impetus*
ſpiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur, cum
ambularent. & quatuor illis rotis horrendæ altitu-
52 dinis, etiam *Ezechiel. 1.* quæ pariter cum quatuor
animalibus incedebant, & de quibus dicitur, *ſpiritus*
enim vitæ erat in rotis: & quatuor Cherubinis ſcien-
tiâ & ſapientiâ præditis, de quibus etiam *ibi.* Vt 53
meritò ideirco Procuratores Generales quatuor 54
Mendicantium examinatores ſint in Archigym-
naſio Sapientiæ Romanæ pro Laureandis. In-
ſuper meritò conferri poſſunt quatuor præcipuis
Eccleſiæ ſanctæ Patriarchis, qui poſt ſummum Pa- 55
triarcham Patriarcharum Romanum Pontificem
in orbe fulgent, ſcilicet Conſtantinopolitanus,
Alexandrinus, Antiochenus, & Ieroſolymitanus:
& quatuor præcipuis ventis, quatuor mundi 56
plagis, quatuor elementis, quatuor humani corpo-
ris humoribus, & quatuor anni temporibus. Vnde
iure optimo cœleſtis Hieruſalem *Apocalyp. 21.* dici-
tur, *Ciuitas in quadro poſita*, quadrata enim figura 57
commodiorem, pulchriorem, perfectiorem, & for-
tiorem architecturam reddit.

Præter hæc, inquam, alia ſuppetunt congruen- 58
tia forſan ad intentum. Sunt ſiquidem Mendicantes
a iure cooperatores Eccleſiæ Prælatorum, ſcilicet
Epiſcoporum, qui præcipuè cum Papa aſſiſtunt in
Capella, vt colligitur *ex Clem. Dudum, de ſepultur.*
ibi: *Eos in prædicationis officio, & propoſitionibus*
verbi Dei, ac in omnibus aliis ſupradictis, tanquam
cooperatores eorum idoneos, & laborum ſuorum par-
ticipes promptâ benignitate recipiant. Ad quod 59
alludit caput *inter cætera, de offic. iud. ord.* vbi In-
nocentius III. eos etiam vocat *coadiutores, & coope-*
ratores; & antea *potentes in opere, & ſermone.* Eo
digniores, quòd à Papa, & non ab ipſis Epiſcopis
electi ſunt ad hoc munus, *cap. ſæpè, & cap. ſi à Sede,*
de præbend. num. 6. cap. per tuas, & ibi Abbas, *not. 2.*
Felin. *num. 2. de maior. & obed.* vt propterea ad præ-
ſens inſtitutum, inter ipſos, & Epiſcopos nullus
alius intercedere debeat, eo quòd inter Coadiutores,
& Coadiutum nullus mediat. Michaël Ferius *de*
præcedent. quæſt. 15. & fauet Eugen. IV. *Conſtit. 15.*
§. 4. Habent etiam veluti ab incunabulis, & à pri- 60
ma ſui inſtitutione, vel ſaltem confirmatione am-
pliſſimam exemptionem, quoad perſonas, & bona,
& protectionem ſub Sede Apoſtolica, ita vt ipſi ſint
ſingulariùs filij Sedis eiuſdem, & Summus Pontifex
ſit immediatus eorum ſuperior, prout conſtat ex 61
multis ipſorum priuilegiis. Et vt habet Pius V. in
Bulla *Etſi Mendicantium*, & in Bulla *Romanus*
Pontifex, ſunt illi qui *portant pondus diei, & æſtus,*
tam in prædicationibus, quàm in cæteris ſpiritualibus
muneribus. Vnde Generales ipſorum, & non Mo- 62
nachorum habent locum in proceſſionibus, in qui-
bus Papa perſonaliter adeſt, qualis eſt ea de feſto
Corporis Chriſti. In iis enim Generales, & Pro-
curatores generales mendicantium ſeparatim ince-
dunt. Habent quoque eorum Religiones cathedras,
ſeu lectiones in Archigymnaſio Romano, de iure
ſibi aſſignatas, cum emolumentis, & ſalariis. Item 63
Procuratores Generales eorum Ordinum ſunt, vt
dixi, examinatores admittendorum ad gradus in
dicto Archigymnaſio, ſeu ſapientia Romana, ma-
ximè verò habent ſermonem in Capella, prout pa-
tet ex vſu, & ex Cæremoniali *lib. 3. ſect. 3. cap. 8.* &
ex Innocentio VIII. in Bulla *Apoſtolica Sedis.*
Quod maximè notandum eſt pro hoc puncto præ- 64
cedentiæ, quia poteſt dici propter hoc munus Ora-
torum, quod habent Mendicantes in Capella, eſſe
ibi in actuali ſeruitio Papæ, & eſſe membra viua
corporis illius Capellæ, ac officiales ipſius; ac per-
inde præcedere monachos, qui non ſunt in tali
actuali ſeruitio, ſed ſunt ibi, quando ſunt, vt mem-
bra mortua, nihil operantia, ſicut propter eandem
rationem, vt inquit Cantelorius *q. 1. de præcedent.*
num. 60. Epiſcopi aſſiſtentes præferuntur in Capella

Oratoribus Principum, & Subdiaconi Auditoribus
Rotæ. Ac etiam Leo X. ſtatuit vt Capellani Ca-
pellæ Regiæ Franciæ præcedant Canonicos Eccleſiæ
Cathedralis. Chaſſaneus *in Catal. part. 4. conſid.* 57.
Idem ferè audio de Capellanis Regis Catholici.
66 Ferr. *ſup. quæſt.* 12. *num.* 13. Sic quoque Eugenius
IV. vt refert Angelus Roca Apoſtolici ſacrarij
Præfectus *in chron. hiſtoriali de eod. Apoſtolico ſacra-
rio, pag.* 50. Carmelitas vocat *ſuos Capellanos.* Sic
etiam in opuſculo Paridis de Graſſis infra referen-
do, & Diariis, Generales Mendicantium nume-
rantur inter officiales, & miniſtros Capellæ. Quin
notat idem Paris in eodem opuſculo, *fol.* 52. quod
Monachi olim excludebantur à Capella. Eorum
omnium ſignum eſt, quod Mendicantium Generales
67 ſemper aſſiſtant Capellæ: at verò Abbates Ciſter-
cienſium, & Camaldolenſium monachorum ipſis
Cœleſtinis antiquiorum nunquam. Quo ergo iure
id ſingulariter prætendere, vt debitum tentant Cœ
leſtini Patres?

68 Expendendum etiam, Religiones Mendicantes
amplecti principaliter vitam contemplatiuam, &
actiuam, Congregationem autem Patrum Cœleſti-
norum ſolùm contemplatiuè principaliter debere
69 inſiſtere. Sic enim ſupponunt, & probant DD.
qui de inſtitutis ſacrarum Religionum loquuntur,
iuxta *cap. Vt de Religioſ. domibus, §. ſanè.* Vnde
propter vitam actiuam annumerantur inter clericos
à nonnullis. Si autem clerici ſunt, certum erit
70 præcedentiam habere ſupra Monachos. Ex Pio IV.
in Conſtitut. *Sedis Apoſtolicæ* 75. & ex vtraque
vita infertur habere non ſolùm maiorem perfectio-
nem ſupra dictam Congregationem, ſed & præ-
eminentiam ſupra illam. vt elicitur ex D. Thom.
2.2. *quæſt.* 188. *art.* 6. Caietan. *ibid.* D. Anton. *in
ſumm part.* 3. *de ſtatu Religionum, tit.* 16. *cap.* 1. §. 2.
de præeminent.

71 Iuri etiam factum, ſeu conſuetudo, cui maximè
attenditur in præcedentiis, iuxta Ruinum *conſ.* 19.
numero 6. *lib.* 1. *& conſil.* 115. *numero* 4. *volum.* 4.
Decian. *conſil.* 7. *num.* 5. *&* 14. *volum.* 4. Rotam
deciſ. 866. *num.* 2. *& deciſ.* 867. *numero* 1. *part.* 4.
72 *diuerſ.* Sacræ Capellæ omninò ſuffragatur. Primò
quia prout conſtat ex Diario Magiſtri Cæremonia-
rum, in Bibliotheca Vaticana hæc habentur: *Pri-
ma Dominica Aduentus in Capella Pontificia anno*
1505. *Generalis Ordinis Cœleſtinorum fuit poſitus
poſt quatuor Generales Ordinum Mendicantium in
73 eodem bancho ante Pœnitentiarios Papæ.* Additur
autem etiam ibi: *Abbas Vallis Vmbroſæ poſitus eſt ad
ſedendum in terra cum aliis Fratribus Religioſis.*
Ex quo etiam mirificè roboratur intentum, cum
Vallis Vmbroſana Congregatio vetuſtior Cœleſtinâ
valdè ſit, & eiuſdem Ordinis S. Benedicti ramus; &
tamen neque infra quatuor Mendicantium Genera-
74 les eorum Abbas admittitur. Item: *Die Veneris
prima Ianuarij* 1507. *Generalis Ordinis Crucifero-
rum voluit eſſe in bancho Generalium ſupra omnes.
Magiſter Cæremoniarum voluit, vt præcederet, & fuit
75 illi dictum, vt pro illa vice recederet.* Præterea in
Capella in die Cinerum 1509. Generalis Canonico-
rum Regularium fuit poſt alios Generales ante
Pœnitentiarios.

76 Deinde ſub Gregorio XIII. vt legitur *in lib.* 1.
Diariorum Franciſci Mucantij, *in fin.* & *tom.* 2.
in princip. & affert D. Contelorius *in dict. quæſt.
num.* 65. cùm in Capella Pontificia Abbas Oliue-
tanus habens vſum mitræ vellet ſedere ante Gene-
rales Ordinum, recuſarunt Generales: & cùm
Papa mandaſſet Magiſtris cæremoniarum, vt dicto
Abbati daretur locus in Capella ante omnes Ge-
77 nerales, acquieuerunt Generales: ſed in Capella
ampliùs non interfuerunt, donec Controuerſia fuit
extincta per diſceſſum Abbatis.

Videtur autem omninò ſublata controuerſia ex 78
decreto S. Congregationis Rituum ſub Vrbano
VIII. felicis record. quod in forma authentica
oſtenditur, talis tenoris: *Eminentiſſimo Cardinali
Caſarino pro Eminentiſſimo Burgheſio abſente, refe-* 79
*rente controuerſiam circa præcedentiam in Capella
Pontificia inter Generales Ordinum Mendicantium
ex vna, & Generalem Congregationis S. Georgij in
Alga, partibus ex altera: Sacra Rituum Congrega-
tio, pluries citato Generali S. Georgij reſpondit, ad Ge-
nerales dictorum Ordinum Mendicantium ſpectare
præcedentiam in Capella Pontificia ſupra Generalem
S. Georgij in Alga, & ab ipſo non poſſe moleſtari in ſua
quaſi poſſeſſione præcedendi. Die prima Aprilis* 1634.
*C. Epiſcopus Portuenſis, Card. Pius. Loco † Sigilli. Iu-
lius Roſpiglioſius Secretarius.*

Ex quo decreto irrefragabile hoc ſumitur argu- 80
mentum. Nam iſti Canonici S. Georgij in Alga
præcedunt Canonicos etiam Lateranenſes Ordinis
S. Auguſtini, propter declarationem Pij V. 2. *tom.
Bullar. conſtit.* 92. *&* 127. qui Canonici præcedunt
omnes Monachos propter declarationem etiam Se-
dis Apoſtolicæ, poſt cauſam grauiſſimè, & diutiſ-
ſimè agitatam tempore Pij IV. Si ergo ex præfato 81
decreto S. Congregationis Rituum Generales Men-
dicantium in Capella Pontificia præcedunt præfa-
tum Generalem S. Georgij, multò magis præcedent
alios Generales Monachorum, qui ſine vlla con-
trouerſia cedunt dicto Generali S. Georgij. In hoc
enim caſu præcedentiæ, ſi in aliquo intrare debet,
maximè intrat regula illa: *Si vinco vincentem te,* 82
*multò magis vincam te, l. de accuſationib. ff. de di-
uerſ. & tempor. præſcript. l. æquiſſimum, ff. ad Ter-
tyllianum,* Rota *deciſ.* 59. *num.* 2. *p.* 1. *recent.* Me-
nochius *conſil.* 52. *numero* 28. Alias ſequeretur in- 83
extricabilis labyrinthus, & implicantia, quod
ſcilicet Generales Mendicantium præcedere de-
beant Generalem S. Georgij, & præcedi à Gene-
ralibus Monachorum, quos ipſe Generalis S. Geor-
gij præcedit. Nec obſtat quod eadem S. Congrega- 84
tio de anno 1624. pro 30. die Martij declarauerit
præfatum Generalem S. Georgij debere præcedere
Generalem Prædicatorum. Quidquid enim ſit, an 85
talis declaratio authentica ſit, vel non, cùm cer-
tum ſit legem poſteriorem explicare, moderari,
& etiam abrogare poſſe anteriorem, ideo noſtro
decreto, quod eſt de anno 1634. ſtandum eſt. Pro-
vt nouiſſimè prouiſum audio ab eadem S. Congre-
gatione.

Idem quoque intentum adumbratum cernitur in 86
Rituali, ſeu Cæremoniali antiquo ſub Leone X. de
anno 1516. Venetiis impreſſo, vbi *lib.* 3. *ſect.* 2.
cap. 1. *de ordine ſedendi in Capella*, dum numeran-
tur ij, qui ſedent in Capella Pontificia, poſt Ora-
tores Regum, Prælatos, Archiepiſcopos, & Epiſ-
copos, ac Protonotarios, referuntur Abbates *Gene-
rales Ordinum.* Etenim nomine *Abbatum Generalium* 87
Ordinum proculdubio veniunt Generales Mendi-
cantium: tum quia certum eſt illos ſemper habuiſſe
locum in Capella, & non fit de ipſis mentio in alio
loco, quia ſatis hoc exprimi videtur, dum imme-
diatè ſubiungitur: *Abbates ſolent habere proprium
locum vltimum in ordine.* Maximè quia inferiùs,
dum de Procuratoribus generalibus Ordinum agi- 88
tur, dicitur: è Regione Papæ ſedent Procuratores
*quatuor Ordinum Mendicantium, & poſt eos Procu-
ratores aliarum Religionum.* Si enim Procuratores
Mendicantium ſedent in Capella, multò magis Ge-
nerales mendicantium, cùm ſint capita ipſorum; &
ſi Procuratores Mendicantium præcedunt Procura-
tores

89 tores *aliarum Religionum*, etiam Generales Mendi-
cantium debent præcedere Generales *aliarum Reli-
gionum*, cùm ſit eadem proportionalis ratio, & oppo-
ſitum videtur abſurdum.

90 Meritò autem Generales Mendicantium *Abba-
tes Generales* in præfato Rituali nuncupantur;
nam ſiue vox *Abbas* ex Hebraïca, ſiue ex Syriaca,
ſiue ex vtraque hac lingua deprompta ſit, eſt idem
quod *Pater*, iuxta illud *ad Rom.* 8. *In quo clamamus*
91 *Abba Pater*. Et ita tribuitur Deo, *Marc.* 14. *ad Rom.* 8.
& ad Galat. 4. quia ipſe eſt *Pater noſter*; & Chriſto
Domino, propter eandem cauſam. Thomas Vval-
denſis *de Sacram. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 6. Albertus Crant-
zius *Metropol.* 8. *c.* 9. 7. Gerſon, *Alphabet.* 4 a. Pennd-
tusen *Hiſtor. tripart. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 1. Cùm igitur Gene-
rales Mendicantium *Patres* appellari poſſint, ſic &
Abbates. Vnde Prælatos omnes Abbates dici poſſe
fatetur Tamburinus *de iur. Abbat. tom.* 1. *diſp.* 1. *q.* 1.
num. 7.

92 Adſtipulantur etiam alia ex eiſdem monumen-
tis deprompta. Etenim *in opuſc. cæremoniarum Pa-
ridis de Graſſis, in Biblioth. Vatic. ſub num.* 5634.
dum agitur de incenſatione in Capella Papæ, *fol.*
227. dicitur: *Incenſantur Generales quatuor Ordi-
num Mendicantium, & deinde Generales aliorum Or-
dinum. Et in tit. de Pœnitentia, fol.* 179. ſic: *Pœniten-
tiarij locum tenent ſub Generalibus Ordinum, quot-
quot illi ſint, etiamſi præter quatuor Mendicantium
alij adfuerint.* Qui modus loquendi denotat Men-
dicantium generales quaſi per ſe, alios verò Ge-
rales veluti per accidens Capellæ Papali adeſſe.
Quod clariùs dicitur in Diariis Franciſci Mucan-
tij, 25. Maij 1580. ibi: *Generales quatuor Ordinum
Mendicantium habent locum ſuper alios Generales*,
Item *in cæremoniali, lib.* 3. *ſect.* 2. *c.* 1. ibi: *E regione
Papæ ſedent Procuratores Generales quatuor Ordinum
Mendicantium, & poſt eos Procuratores aliorum Or-
dinum.* Cur ergo non ſeruabitur idem ordo inter Ge-
nerales, vt Generales Mendicantium ſedeant ante
Generales aliorum?

93 Nec ſuffragatur P. Generali Cœleſtinorum
Canon *ſi quis deinceps*, 16. *quæſt.* 7. vbi cùm nu-
merentur Prælaturæ, poſt Epiſcopatum ſolùm Ab-
batia numeratur. Ibi enim eſt ſermo de Prælatiis,
quæ conferebantur à laïcis, inter quas nunquam
fuerunt Generalatus, quia nunquam à laïcis col-
94 lati fuerunt. Nec etiam iuuat, quod Paulus III.
& Pius IV. in Bullis ſpectantibus ad Concilium
Tridentinum, poſt Archiepiſcopos, & Epiſcopos
nominauerint Abbates, non autem Generales. Nam
ſi numerarentur Generales Mendicantium, antè
Abbates numerari poſſent, tanquam digniores; ſicut
ſi nominarentur Auditores Rotæ, Protonotarij,
95 & alij qui præcedunt Abbates. Pariter nec iuuat,
quod aliquando in Conciliis Generales Mendican-
tium ſint in inferiori loco quàm Abbates. Quia
ſeſſiones in Concilio, in quo eſt Papa, non dant
regulam ſeſſionibus in Capella Papæ. Iacobatius
de Conciliis, cap. 1. *num.* 113. *ſeqq.* Contilorus *in
96 quæſt. de præcedent. dub.* 39. Dici etiam poteſt, quod
Abbates in Conciliis interſunt cum indumentis
Pontificalibus, & propterea debetur illis locus ſu-
pra Generales Mendicantium, *cap. vt Apoſtolicæ,
de priuileg. in* 6. Geminian. ibi, *n.* 4. Minùs iuuat,
quod in catalogo eorum, qui interfuerunt Triden-
tino Concilio, Abbates ponuntur ante Generales
Mendicantium. Quia non conſtat, talem catalogum
authoritatiuè confectum fuiſſe, ac proinde non dat
illi ordini aliquam authoritatem. Quod ex eo euin-
citur, nam etiam in Concilio Lateranenſi, vt etiam
97 notauit Contilorus ſuprà *num.* 69. *ex ſeſſ.* 1 a. ſic
permixtim, & confuſim referuntur Generales
Mendicantium, & Abbates: *Generales Ordinum
Vallis Vmbroſæ, Carmelitarum, ac Minorum, & S.
Dominici, Abbas S. Sebaſtiani, Abbas S. Grego-
rij.* Probatio autem dubia, ſeu æquiuoca nihil ſuf-
fragatur, *cap. in præſentia, de probat. c. ad audientiam,
de decim.* Sed quidquid de his omnibus ſit, & an 98
Abbates Monachorum debeant præcedere Genera-
les mendicantium in proceſſionibus, & aliis actibus,
non curatur de modo, ſed ſolùm de præcedentia in
Capella.

Ex quo eneruatur obiectio alia pro parte P. Ge- 99
neralis Cœleſtinorum, ſcilicet quod Monachi de-
beant præcedere Mendicantes. Non enim hîc eſt
ſermo de præcedentia Religionum, ſed de præce-
dentia Generalium concurrentium in Capella Pa-
pæ, non conuentualiter, ſed ſingulariter, quo ca-
ſu attenditur antiquitas Religionum, vt optimè
ad intentum Nauarrus *lib.* 1. *conſ. de maiorit. &
obed. conſil.* 1. *num.* 13. Nec eſt ſermo de præceden 100
tia in proceſſionibus, & aliis actibus, ſed ſolùm de
præcedentia in Capella Papæ, in qua, vt proba-
tum manet, Religioſi Mendicantes, non autem
Monachales, per ſe & principaliter locum habent.
Et ſtat benè quod in Capella Pontificia præcedant,
& extra illam non præcedant. Cùm conſtet, vt di- 101
ctum manet, quod in Capella Epiſcopi Aſſiſten-
tes præcedunt Oratores Imperatoris, & Regum,
& Subdiaconi Auditores Rotæ, imò etiam Pœni-
tentiarij S. Petri ipſos Auditores Rotæ; extra
Capellam autem Papæ è contrario contingat. Quod
etiam mille aliis caſibus contingit, ita vt ex præce-
dentia in vno loco non inferatur præcedentia in
aliis, vt notant Iacobatius *de Concil. lib.* 1. *cap.* 1. 102
num. 113. & 114. & in ſimili dixit Rota in Aſten-
ſi Sedis, 27. Februarij 1589. quæ eſt deciſio 865.
n. 7. *p.* 4. *diuerſ.* Geminianus *in Can. Epiſcopus, n.* 4.
diſt. 17.

Futilis etiam eſt obiectio, quâ dicitur, Cœle- 103
ſtinorum Congregationem præcedere debere Ordi-
nes Mendicantium, quia militat ſub regula D. Bene-
dicti, quæ vetuſtior eſt Mendicantibus. Primò etenim
Carmelitani, & Auguſtiniani, cum ſuam inſtitutio-
nem prætendant multò ante D. Benedictum, nega-
bunt ſuppoſitum. Deinde Prædicatores, Auguſtinia-
ni, Seruitæ, & Mercenarij, anteriores erunt Bene-
dictinis, quia viuunt ſub regula S. Auguſtini, quæ fuit
prior regulâ S. Benedicti. Præterea Carmelitani di-
cent cum pluribus ſe viuere ſub Regula D. Baſilij
modificata per B. Albertum. Baſilius autem vetuſtior
eſt Auguſtino, & Benedicto. Non ergo attendi debet
ad antiquitatem Regulæ, ſed ad inſtitutionem Reli-
gionum.

Nec releuat cauſam P. Generalis Cœleſtinorum, 104
quod ipſe geſtet habitum Clericalis Prælaturæ, non
verò Generales Mendicantium. Quia præterquam
quod huiuſmodi honoraria parum conferunt ad
præcedentiam, iuxta textum *in l. omnes, C. vt dignit.
ord. lib.* 12. & Authores quos affert Manriquez *de
præcedent. quæſt* 17. *num.* 3. Præter hoc, inquam, 105
ſaluâ veritate facti, iure, meritoque dubitari poteſt,
quâ authoritate poſſit talem habitum, & præſertim
mitram coram Sanctiſſimo, & ipſius Capella geſtare.
Cùm certum ſit, quod Abbates, quibus ſimile priui-
legium conceditur, niſi aliud in ipſo exprimatur,
non poſſint ea geſtare coram Epiſcopo, vel alio
maiori Eccleſiæ Prælato. *cap. Denique*, 21. *d. cap.
miniſtrare*, 26. *q.* 6 *cap. cùm ad celebrandas, de con-
ſecr. diſt.* 2. Barboſa *de iur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 17.
num. 49. Quibus fauent declarationes quædam S. 106
Congregationis Rituum, & Epiſcoporum, ac Re-
gularium,

107 gularium, quas ibi refert, & quas affert Tamburi-
108 nus *de iur. Abb tom. 1. diſp. 21. quæſt. 3.* Deinde quia
Paulus V. in Bulla *Ex iniuncto*, *in 4. tomo Bullar.*
poſt Bullam 24. Vrbani VIII. ſolùm concedit facul-
tatem Abbati Generali huius Congregationis fe-
rendi habitum prælatitium, *tam in vrbe, quàm in*
omnibus alijs ciuitatibus, & vbique, quâ clauſulâ, etſi
generali, non videtur comprehendi Capella Papæ,
109 quæ eſt ſpecialiſſimâ notâ digna. Item vtendi ba-
culo, & mitra *in Eccleſiis, & Monaſteriis ſuo Ordini*
ſubiectis. Quo ergo iure ad Capellam Papæ extendi
poteſt hoc priuilegium? Caſu etiam dato, quod ille
vti poſſet, nihil iuuaret ipſum pro caſu præſenti.
110 Quia qualitas extranea à Collegio, qualiſcunque
illa ſit, nihili penditur in perſona reſpectu Collegij.
111 Lotterius *lib. 1. quæſt. 16. num. 59.* nimis enim
exorbitat à iure, qualitatem extraneam à Colle-
gio nocere Collegis in articulo præcedentiæ, Lot-
terius *ibidem*, alios referens, Illuminatus Moro-
112 nus *in Reſponſis, reſponſ. 5. numero 19.* Habitus
autem Prælaturæ Clericalis, qualitas eſt omninò
extranea reſpectu præcedentiæ in Capella Papæ.
113 Deinde quidni P. Abbas geſtet talem habitum?
Nunquid propterea non poterunt illum præcedere
Generales Mendicantium? Certum enim eſt Ma-
giſtrum ſacri Palatij, etiamſi habitum Prælati non
geſtet, præcedere omnes Auditores Rotæ, præter
114 Decanum. Imò Generalis Prædicatorum præcedit
vbique Decanum, & Auditores Rotæ, & Clericos
Cameræ, quamuis Prælaturæ habitum non geſtet,
ſicut ipſi.
115 Denique nihil releuare cauſam P. Abbatis, quod
in aliqua occaſione aliquis Generalis Mendican-
tium ipſi ceſſerit, facilè demonſtratur. Nam ius
prælationis non amittitur eo non vtendo, aut etiam
patiendo aliquem præcedere. Gratian. *diſcept. forenſ.*
116 *cap.* 298. Imò tali iuri, nec tacitè, nec expreſsè poteſt
renunciari, vt in puncto decidit Decianus *conſ.* 21.
num. 74. *lib.* 1. Moronus *ſupr. num.* 7. licitumque eſt
117 ei reſiſtere, qui ius præcedendi infringit. Baldus *in*
l. obſcurare, §. antequam, in fin. ff. de offic. Prior. Me-
nochius *conſ. 257. num. 55. lib. 3.* Deinde eſſet pro-
banda conſuetudo præſcripta ſpatio quadraginta
annorum. Purpuratus *in l. 1. num. 200. ff. de offic. eius*
118 *cui eſt.* Andreas Siculus *conſ. 5. lib. 2.* & ipſam alle-
ganti incumbit onus eam probandi, cùm ſit quid
facti, *l. in bello, §. facta, ff. de capt. l. 1. C. de probat. l. de*
119 *quibus, ff. de legib.* Moronus *ſupr. num.* 25. Præterea
deberet probari, quod actus eſſent facti eo animo, &
fine, vt conſuetudo induceretur, quia cùm poſſent
fieri ex gratia, ſimplicitate, vel propter mode-
ſtiam religioſam, aut reuerentiam debitam Papæ
præſenti, debet probari finis, ne detur proprij iuris
renunciatio. Decius *in cap. cùm acceſſiſſent, colum.*
penult. ante fin. verſ. & hoc comprobatur, de conſtitut.
Abbas per textum *in cap. legimus, in princip.* 93.
120 *diſtinct.* Moronus *ſuprà num.* 26. Dato etiam,
quod talis adeſſet conſuetudo, nihil operaretur, cum
ſit contra ius, & impræſcriptibilis, ſecundùm
121 Abbatem *conſil. 21. num. 4. & 5.* Tandem vnuſ-
quiſque poteſt recuperare ius ſuum, & poſſeſſionem
præcedentiæ, ſi fortè ſui maiores perdidiſſent; non
enim fuit ſuum ius deperditum, vt in ſpecie con-
cludit Baldus *conſil. 382. lib. 2.* Purpur. *conſi-*
lio 540. num. 19. lib. 5. Menochius *conſ. 902. num. 78.*
lib. 10.
122 Nec ſimiliter obſtat caſus adductus de anno
1580. quod videlicet Gregorius XIII. ordinauerit,
vt Abbas quidam Oliuetanus poneretur in banco
Generalium Mendicantium ante illos. Nec enim
creditur Papam hoc præcepiſſe, ſed quod illum
Magiſter cæremoniarum non rectè intellexerit.
Præterquam quod dici poteſt, quod cùm Generales
poſtea non interfuerint Capellæ, exiſtimauere ſum-
mum Pontificem non benè fuiſſe informatum,
ac proinde potuiſſe recedere, & reclamare. Præſer-
tim cùm iſti actus ſubitanei importantes manuten-
tionem, cum ſint veluti per modum prouiſionis, &
non ſententialis diffinitionis, nec diſcuſſo negotio,
parum ſolent releuare.
Sed pro coronide, & epilogo conſiderandum, 123
quod dato & admiſſo, quod Abbas Generalis Cœ-
leſtinorum locum aliquem habeat in Capella Pon-
tificia, is non debeat eſſe bancus Epiſcoporum, vbi
ſedent Generales Mendicantium, ſed bancus Pro-
tonotariorum. Id enim conſtat ex cæremoniali
Romano, *lib. 5. cap. 5.* vbi dum eſt ſermo de Banco 124
Epiſcoporum, dicitur quod in eo ſedent *Archiepiſ-*
copi, Epiſcopi, Protonotarij, Abbates Generales
Ordinum, & Pœnitentiarij. Deinde hæc modifican-
tur, & explicantur ſic: *Sed Protonotarij, & Abbates*
ſolent habere proprium locum vltimum in ordine. De-
inde ſubiungitur: *Alij ſupradicti* (ſcilicet Generales
Ordinum, & Pœnitentiarij) *ſedent poſt Epiſcopos.* Ec-
ce iam locus Generalium Mendicantium in banco
Epiſcoporum diſtincto à banco Protonotariorum,
& Abbatum. Similiter in opuſculo cæremoniarum, 125
in tit. de ordine ſedendi, fol. 69. dicitur: *Protonotarij,*
& Abbates ſedebunt immediatè apud ſedilia Diaco-
norum. Id eſt, à tergo ſedium Cardinalium Diaco-
norum, prout hodie cernitur in Capella. Et *tit. de* 126
incenſatione, fol. 217. clarè ſic: *Protonotarij, & Abba-*
tes, qui omnes maneat in ſubſellijs ordinatè deputatis,
tum in alio ſedili Generales quatuor Ordinum Men-
dicantium. Clariùs adhuc *in tit. de oſculatione, fol.*
222. ibi enim dicitur, quod Pax datur *primò* 127
Protonotariis in illorum ſcamno, & ſi qui ſunt in eiſ-
dem ſcamnis, vt Abbates, & Præceptor S. Spiritus. Ge-
nerales verò quatuor Ordinum Mendicantium, & Pœ-
nitentiarij proprium habent locum ſedendi. Notatur
etiam hoc idem in Diario Paridis anno 1505. in 128
die Palmarum, ſic: *Abbates, qui aliàs ſolent eſſe poſt*
Protonotarios in banco eorum, hodie quia fuerunt pa-
rati, manſerunt ante Protonotarios in banco Epiſco-
porum. Vnde conſequenter de anno 1601. S. Con- 129
gregatio Rituum 27. Iulij decreuit, *Vt in poſterum*
Abbates vſum mitræ habentes poſt Protonotarios, in
banco ipſorum Protonotariorum ſedere deberent. Qui- 130
bus etiam conſonat, quod in Conciliis, Mendican-
tium Generales ſedent in Banco diuerſo ab Abba-
tibus, vt de Lateranenſi teſtatur Matthæus Vgo
Epiſcopus Famaguſtanus *in tractat. de ſeſſ. in Concil.*
fol. 87.
Ex induſtria omitto, quod aliqui contendunt ex 131
dicto opuſculo, *titulo de ſedibus S. Senatus, fol.* 50. &
tit. de ordine ſedendi, fol. 59. ex Paride *de cæremon.*
Bucantio *in ſuis Diariis, ſub die 25. Maij* 1580. ac
Diariis eiuſdem Paridis, & Bancardi *pro prima Do-*
minica Aduentus, anno 1505. Abbates qui habent 132
locum in Capella Pontificia, ſolùm eſſe Abbates
Benedictos, perpetuos, & habentes vſum mitræ, non
verò Abbates triennales. Si enim hoc ita eſt, om-
ninò excluſus erit P. Generalis Abbas Cœleſti-
norum, cùm ipſe non ſit perpetuus, ſed tantùm trien-
nalis.

CONSVL

CONSVLTVM LVII.

De Commendatariis ſæcularibus, præpoſitis Monaſteriis Regularium.

SVMMARIVM.

1 *Caſus.*
2 *Reſponſio.*
3 *Commendatarij ſæculares nihil authoritatis habent ſuper Regulares in his, quæ ſpectant ad diſciplinam Regularem.*
4 *Quid de Epiſcopis.*
5 *Epiſcopi de iure communi habent omnimodam iuriſdictionem in tota ſua diœceſi.*
6 *Regulares de delictis contra Regulam commiſſis quis iudicare debet, & n. 7.*
8 *Appellationis remedium quare inuentum.*
9 *Omnis poteſtas* priuatiuè *quoad alios competit Abbatibus ſuos ſubditos iudicandi.*
10 *Monachi in his, quæ concernunt Regularem diſciplinam, illi tenentur obedire.*
11 *Mendicantium priuilegia de iuriſdictione in ſuos Religioſos.*
12 *Commenda definitio.*
13 *Commendatarius æquiparatur depoſitario.*
14 *Commendarum conceſſio qualis.*
15 *Damna, quæ in Monaſteria ex Commendis inferuntur.*
16 *Incommoda quæ ex ipſis oriuntur.*
17 *Commendatariorum authoritas eſt odioſa.*
18 *Incongruum eſt, vt Regulares ſæcularibus ſupponantur.*
19 *Rationes, quibus demonſtratur Commendatarios Monaſteriorum non eſſe ſuperiores illorum quantum ad Regularia Inſtituta.*
20 *Praxis Eccleſiæ pro Commendatariis Monaſteriorum Regularium.*
21 *Commenda perpetua beneficij an ſit titulus canonicus.*
An hoc ſuffragetur Commendatariis. ibid.
22 *Iuriſdictio Commendatariorum, in quo conſiſtat.*
23 *Eorum litteræ Apoſtolicæ quomodo limitandæ.*
24 *Clauſula generalis ad quæ reſtringantur.*
25 *Expenditur præiudicium Regularium, quod ex talibus Commendis oriri poſſit.*
26 *Ad euitandum præiudicium qualibet interpretatio ſufficit. Vbi alia.*
27 *Alia reſponſio ad ſimilem fermè caſum, & numeris ſeqq.*

IESVS MARIA.

Caſus.

1 CONTINGIT ſæpiùs, vt ſanctæ Sedis Apoſtolicæ facultate inſignes aliquæ perſonæ ſæculares præficiantur Monaſteriis ſub nomine Commendatariorum, vel quia inhabiles ſunt ad titulum, vel vt beneficium cum alio incompatibile poſſint per viam commendæ retinere, vel ob Eccleſiæ neceſſitatem, ſeu vtilitatem. De quorum Commendatariorum authoritate ſuper dicta Monaſteria non leuis controuerſia eſt, cuius reſolutio à me eſt poſtulata.

Reſponſio.

Et reſolutoriè dicendum, præfatos DD. Commendatarios ſæculares præfectos Monaſteriis Monachorum, ſeu Regularium, nihil prorſus authoritatis, aut iuriſdictionis habere ſuper illos in his, 2
quæ ſpectant ad diſciplinam regularem, ſeu regularia inſtituta. Ita ſupponitur, vel determinatur ſæpius à S. Rota, cùm loquitur de Epiſcopis, quibus Monaſteria aliqua Monachorum, ſeu Regularium ſubduntur. Etenim in vna Montis Regalis, *Iuriſdictionis*, 6. Aprilis 1601. coram Coccino, inter deciſiones ipſius *num.* 16. in principio, vbi de Archiepiſcopo Montis Regalis, qui eſt caput illius Eccleſiæ, & in qua Monachi ſunt Canonici, dicitur, quod idem Archiepiſcopus *nihil prætendat in his, quæ pertinent ad Regularia inſtituta illorum Monachorum.* Et in alia eiuſdem tituli, 8. Martij 1604. coram eodem *deciſ.* 157. *in princ.* vbi etiam dicitur: *Et DD. vnanimiter cenſuerunt, omnimodam Iuriſdictionem ipſorum habere, & in omnibus caſibus, exceptis iis, quæ concernunt regularia inſtituta.* Et 4
infrà num. 2. *Et idem Epiſcopus etiam de iure communi, exceptis iis, quæ concernunt regularia inſtituta, habet omnimodam iuriſdictionem in Monachos Cathedralis ſingularis.* Idem etiam clarè deciditur in alia eiuſdem tituli, coram eodem *deciſ.* 316. *num.* 1. Item in alia Cæſarauguſtana emptionis coram Otano, anno 1587. inter collectas à Farinacio *tom.* 1. *deciſ.* 15. vbi latè id probatur, & clariſſimè in alia eiuſdem tituli, coram eodem de anno 1588. apud eundem Farinacium *deciſ.* 17. vbi de delictis contra regulam commiſſis ait Rota: *In his nemo dubitauit, iuriſdictionem Abbati, aut Priori priuatiuè ad Epiſcopum competere.* Et refert ſe ad aliam in Auguſtana *iuriſdictionis*, coram Oriolo. Ex his enim, etiam in terminis fortioribus, clarè elicitur, Commendatarios ſæculares nullum habere ius procedendi contra Monachos, & Regulares Monaſteriorum ſibi commendatorum, quantum ſpectat ad diſciplinam regularem, ſiquidem idem deciditur de Epiſcopis, qui non ex delegatione, ſicut Commendatarij, ſed de iure communi habent omnimodam iuriſdictionem in tota ſua diœceſi, & intentionem fundatam, per textum *in cap. cùm perſona, de priuil. in 6. cap. cùm contingat, & ibi DD. de for. compet. cap. 1. de offic. Ordin. cap. omnes Baſilicæ,* 16. *q.* 7. *Fiem. de Epiſcopis in 4. lib. p. 2. q. 35. n. 8.* Decius *in c. tua nobis, 4. notabili, de confirm. vtili, vel inutili.* 5

Accedunt ſecundò iura, & textus canonici, in quibus etiam clarè habetur, ſolos Abbates, vel ſuperiores Regulares, non alios quoſcunque, iudicare debere de delictis Regularium contra Regulam commiſſis. Et primò, *c. hoc tantùm* 18. *q.* 2. ex Concilio Toletano 4. *cap.* 50. ſic: *Hoc tantùm ſibi in Monaſterio vendicent Sacerdotes* (ideſt Epiſcopi) *quod præcipiunt Canones, ideſt Monachos ad conuerſationem ſanctam præmonere, atque extra Regulam facta corrigere.* Ideſt, quæ non concernunt Regulam. Sic enim intelligitur hic textus à Rota relata coram Otano anno 1587. dum ait: *Hinc enim arguere licet, in delictis contra Regulam commiſſis Abbates cognoſcere.* Deinde *in cap. ea quæ, de ſtat. Monachor.* quod etiam affert eadem Rota, Honorius III. ſcribens Abbatibus, & Monachis in Lombardia, & Marchia Taruiſina conſtitutis, præcipit, vt Viſitatores ipſorum *de ſtatu Monachorum, & obſeruantiis Regularibus diligenter inquirant, & tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus corrigant, & reforment, quæ viderint corrigenda: tamen, quod Monachos delinquentes per Abbatem loci corrigi* 6

faciant, eiſque iniungi pœnitentiam ſalutarem, iuxta B. Benedicti regulam. Vbi Gloſſa circa illud, Per Abbatem loci, inquit: Correctio Monachi primo loco ſpectat ad Abbatem. Additur autem etiam in eodem capite, in fin. Ipſi etiam Viſitatores, Monachos, quos contumaces inuenerint, & rebelles, iuxta modum culpæ, vice noſtra regulari cenſurâ percellant, abſque perſonarum delectu, non parcendo rebellibus ob ſuam pertinaciam, vel potentiam amicorum, quia ouem morbidam eiiciant ab ouili, ne inficiat ſanas oues. Si verò Abbates in corrigendis iuxta Viſitatorum mandatum, & regularia inſtituta in ſeipſis, ſeu Monachis, inuenti fuerint negligentes, proclamentur, & corripiantur, & ita puniantur publicè in Capitulo generali, quod pœna ipſorum ſit aliis in exemplum.

7 Hinc etiam in ſacris Canonibus, cùm de ſpecialibus delictis Monachorum contra Regulam perpetratis agitur, Abbatis munus eſſe illos punire, deciditur, vt patet in cap. Non dicatis, 12. q. 1. vbi ex D. Auguſtino: Quicunque autem in tantum progreſſus fecerit malum, vt occultè ab aliquo litteras, vel quodlibet munus accipiat, ſi hoc vltrò confitetur, parcatur illi, & oretur pro illo. Si autem deprehenditur, atque conuincitur, ſecundùm arbitrium presbyteri, vel præpoſiti grauiùs emendetur. Et cap. ſi quis Monachus, diſtinct. 90. ibi: Si quis Monachus contentiones, vel rixas amaueris, vel manifeſtum conuitium fratri intulerit, iuxta arbitrium Rectoris, modumque peccati diuturna expietur pœnitentiâ. Qui contentioſus aut murmurans extiterit, ſecundùm arbitrium Prioris tamdiu pœniteat, quamdiu culpa qualitas extat. Et cap.
8 Monachi, de ſent. excommunicat. vbi Alexander III. Senonenſi Epiſcopo hæc ſcribit: Monachi verò, & Canonici Regulares, quocunque modo ſe in clauſtro percuſſerint, non ſunt ad Apoſtolicam Sedem mittendi, ſed ſecundùm prouidentiam ſui Abbatis diſciplinæ ſubdantur: & ſi diſcretio Abbatis non ſufficit ad eorum correctionem, eſt prouidentia Diœceſani Epiſcopi adhibenda. Et cap. ad noſtram, de appellat. quod etiam affert eadem Rota coram Orano, vbi Alexander III. Abbati S. Petri ait: Quia verò remedium appellationis non ideo eſt inuentum, vt aliqui à Religionis, & Ordinis obſeruantia exorbitanti debeat in ſua nequitia patrocinium exiſtere: mandamus quatenus ſi quando quilibet ſubditorum tuorum ad remedium appellationis conuolauerit, non ideo minùs eum iuxta tenorem mandati, quod in prædicta regula continetur, & inſtitutionem Ordinis corrigas, & caſtiges. Quod clariùs oſtendit idem Alexander III. in Concilio Lateranenſi, & cap. reprehenſibilis, eod. tit. Prout ſimiliter affert eadem Rota coram Orano, ibi: Præcipuè verò hoc in Religioſis volumus obſeruari, ne Religioſi, cùm pro aliquo exceſſu fuerint corrigendi, contra Regularem Prælati ſui, & Capituli diſciplinam appellare præſumant: ſed humiliter, ac deuotè ſuſcipiant, quod pro ſalute ſua fuerit eiſdem iniunctum. En quomodo in regulari diſciplina Monachi ſolùm ſubdantur ſuis Regularibus Superioribus.

9 Hinc propterea omnem poteſtatem competere Abbatibus ſupra Monachos intellige priuatiuè ad Epiſcopos, & quoſlibet alios Prælatos, ſopponitur, imò ſtatuitur cap. nullam, 18. quæſt. 2. vbi Gelaſius Papa hæc: Nullam poteſtatem de cætero, nullam licentiam Monachis relinquimus pro arbitrio ſuo, aut Abbates expellere, aut ſibimet alios ordinare; quia nulla authoritas remanebit Abbati, ſi Monachorum poteſtati cœperit ſubiacere, vt de cætero fideliter, & ſtudioſè vniuerſa, quæ vel ad diuini cultus reuerentiam, vel ad vtilitatem eiuſdem Monaſterij pertinent, Abbatis ſolicitudo, ad quem poteſtas tota pertinere cognoſcitur, debeat adimplere. Qui textus, vt inquit Rodriguez tom. 2. quæſt. Regul. quæſt. 63. art. 1. probat Monachos eſſe in poteſtate Abbatis in his, quæ pertinent ad obſeruantiam Regulæ, & gubernationem Ordinis. Et c. Abbates, eadem cauſa, & quæſtione, illis verbis Concilij Aurelianenſis primi, c. 21. Monachi autem Abbatibus omni obedientiâ, & deuotione ſubiaceant. Quod ſi quis per contumaciam extiterit indeuotus, aut per loca aliqua vagari, aut peculiare aliquid habere præſumpſerit, omnia quæ acquiſierit, ab Abbatibus auferantur ſecundum Regulam Monaſterio profuturam. Ipſi autem qui fuerant peruagati, vbi inuenti fuerint cum auxilio Epiſcopi tanquam fugaces, ſub cuſtodia reuocentur, & reum ſe ille Abbas futurum eſſe cognoſcat, qui in huiuſmodi perſonas non regulariter animaduertit, vel qui ſuſceperit Monachum alienum.

Hinc quoque loquendo etiam de Monachis reſ- 10
pectu Epiſcoporum, quod illi in his, quæ concernunt Regularem diſciplinam, ſeu obſeruantias Regulares, magis teneantur obedire ſuis Prælatis Regularibus, quàm Epiſcopis, habet Rota relata ex Cardinali in Clement. 1. §. quia verò, q. 8. n. 3. de ſtat. Monachor. Biax. in verbo Monachus, verſ. An Monachus debeat obedire. Et habetur ex D. Thoma in 2. 2. diſt. 44. in fin. in expoſit. litter. ad 3. & ibi Durand. q. 5. num. 4. Innocentio cap. quanto, num. 2. de offic. Ordin. vbi quod cùm Superior confirmauerit Regulam, cenſetur dediſſe Abbati facultatem faciendi ea, quæ in Regula continentur: ex Abbate in cap. quantò, n. 4. Syluestro in ſumma, verbo Obedientia, q. 8. & q. 10. dict. 2. Sanchez lib. 6. in Decalog. c. 3. n. 13. & aliis.

Hæc autem omnia omninò, & in fortioribus terminis probant, vt dixi, DD. Commendatarios Monaſteriorum Regularium nullam prorſus habere iuriſdictionem ſuper illos in iis, quæ concernunt diſciplinam Regularem, aut Regulares obſeruantias; ſiquidem nec Epiſcopi, qui ſunt maiores Commendatariis, non habent illam, & argumentum a maiori ad minorem negatiuè ſumptum validum eſt, l. in ſuis, in fin. ff. de liber. & poſthum. l. nec in ea 22. ff. de adulter. & aliis Iuribus & DD. in tract. de locis communibus, loco 67. n. 1. & 2.

Accedunt tertiò priuilegia Monaſteriis conceſ- 11
ſa, quibus totalis, & omnimoda iuriſdictio ſuper illos, ac Religioſos in illis commorantes conceditur Prælatis Regularibus, ſuperioribus ipſorum. Ad quod deſeruiunt innumera fermè priuilegia, quæ in 5. tomo meæ Summæ, in Bullis Mendicantium, quæ Mare magnum vocantur, retuli. Sed ſpecialiter pro Monachis, quorum Monaſteria commendari ſolent, extat priuilegium Eugenij IV. datum Florentiæ anno Incarnationis 1434. vbi Congregationi Monachorum de Obſeruantia S. Iuſtinæ Ordinis D. Benedicti, hæc concedit Pontifex: Motu proprio, non ad Congregationis prædictæ, vel alterius pro ea nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam præſentis perpetuò valitura Conſtitutionis edicto Apoſtolicâ authoritate ſtatuimus, & ordinamus, quod in antea perpetuis futuris temporibus Monaſteria, & Prioratus Congregationis huiuſmodi, quæ nunc ſunt, & temporis ſucceſſu auctore Domino præfatæ Congregationi quomodolibet vnientur, incorporabuntur, aut ſubiicientur, per Prælatos duntaxat de Congregatione prædicta regantur, atque gubernentur. Infrà etiam hæc ſubiungit Pontifex: Et vt perſonæ Congregationis huiuſmodi eo liberiùs, quo quietiùs Altiſſimo ſua dirigere vota poſſint, & ſuper prædictis illius Monaſteriis, Prioratibus, & locis, aliorum potiùs facultates, & redditus, quàm proficere in dicta Congregatione, quærentium motibus, & inſtantiis improbis non turbentur, per quaſcunque literas Apoſtolicas, etiam motu ſimili, & cum reſeruationibus præmiſſis, ac quibuſcunque derogatoriis, propter quas effectus præſentium quomodolibet impediri,

impediri, vel differri poſſet, clauſulis conceſſas hactenus, & impoſterum concedendas aduerſus noſtra ſtatuta, & ordinationes huiuſmodi, nullus de prædicta Congregatione, vel aliter cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, ſeu conditionis ſit, etiamſi Cardinalatus, Pontificali, vel alia quauis dignitate præfulgeat, aliquod ex ipſis Monaſteriis, Prioratibus, & locis eiuſdem Congregationis, in titulum, aut commendam, ſiue adminiſtrationem, vel aliàs, ſeu ſuper quibuſuis illorum fructibus, redditibus, & prouentibus, quamcunque penſionem ſibi vendicare, vel ius deſuper acquirere poſſit, niſi in dictis litteris de præſentibus, ac ipſa Congregatione ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio fiat, & aliàs ex ipſarum tenore litterarum euidenter apparuerit, ſingulos Romanos Pontifices, qui eas conceſſerint ex certa ſcientia, cum rationabilis ſubiunctione cauſa, prædictis noſtris ſtatutis, & ordinationibus derogare voluiſſe, atque velle. Decernentes ipſas litteras ad aliquod ex eiſdem Monaſteriis, Prioratibus, & locis ipſius Congregationis, aliàs contra huiuſmodi noſtrorum ſtatutorum, & ordinationum continentiam, atque formam nullatenus extendi debere, necnon irritum, & inane quidquid in contrarium à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Rurſus interdicimus omnibus, & ſingulis, etiam præmiſsâ dignitate præditis, ne ſub excommunicationis pœna, quam aliàs ipſo facto incurrant, contra noſtra ſtatuta, & ordinationes huiuſmodi, poſtquam eis illa innotuerint, vel facta de ipſis fides exiſterit, quocunque quæſito colore quempiam de dicta Congregatione ſuper quouis ex illius Monaſteriis, Prioratibus, & locis prædictis ratione tituli, ſiue commenda, vel adminiſtrationis, aut penſionis huiuſmodi, vel aliàs impetere, ſiue moleſtare quoquo modo præſumant. Habetur hæc Bulla in Bullario Caſſinenſi, in Eugenio IV. *conſtitut.* 57. Ex qua ad intentum elicitur, qualiter ſummi Pontifices intendant indemnitatem Monachorum, ſeu Regularium in Monaſteriis commendatis. Quod maximè procedit in diſciplina Regulari ſolùm Prælatis Regularibus relicta, & non conceſſa Commendatariis.

12 Quod etiam quartò elicitur ex natura ipſa *Commenda*, & Commendatarij. *Commenda* enim nihil aliud eſt, quàm *depoſitum*, & *commendare* idem eſt, quod deponere in cuſtodiam, ſeu cuſtodiæ cauſâ, *cap. nemo, de elect. in 6. & l. Commendare* 186. *de verb. ſignif. l. Lucius ff. depoſiti, cap.* 1. *de depoſ.* Rota in *Argentina Commenda coram Coccino, apud Farinacium p.* 2. *deciſ.* 671. *n.* 3. Puteus *deciſ.* 25. *n.* 2. *lib.* 1. Simoneta *de reſeruat. q.* 69. *n.* 2. Rebuffus *in prax. benef. de Commenda, num.* 1. Gonzalez *ſuper regul.* 8.

13 *Cancellar.* §. 8. *gloſſ.* 5. *n.* 38. Quemadmodum ergo depoſitarius alicuius rei, vel qui eam in depoſito tenet, non vtitur ipſa cum detrimento ſui Domini, ſic nec Commendatarij in Monaſteriis ſibi commendatis poterunt habere iuriſdictionem in his, quæ pertinent ad Regularem diſciplinam, cùm hoc eſſet in detrimentum Monachorum, & Monaſteriorum.

14 Quintò, quia huiuſmodi Commendæ, niſi cum grano ſalis, legitima authoritate, ob finem valdè honeſtum, & cum debitis circumſtantiis conceſſæ ſint, valdè odioſæ in Orbe Chriſtiano, propter maxima inconuenientia, quæ ex ipſis ſequuntur, reputari ſolent, vt propterea è Clemente V. reuocatæ fuerint, vt teſtatur Rebuffus *ſupr. num.* 11. & licèt commendæ temporales, ideſt ad aliquod tempus conceſſæ, olim in vſu eſſent, tempore ſcilicet Gregorij I. Pelagij I. & Leonis IV. modus verò (inquit Azor. *tom.* 2. *Inſtitut. moral. lib.* 6. *capite* 31. *quæſt.* 2.) *quo alicui in perpetuum commendatur Eccleſia, res noua eſt, & præter Canones, vſu, & conſuetudine in Eccleſiam inducta.* Propterea etiam Leo X. in Concilio Lateranenſi, & Bulla *Superna diſpoſitionis*, in tomo 1. Bullarij, in Leone X. Bulla 7. ſic dixerit: *Et quoniam ex commendis Monaſteriorum, vt* 15
magiſtra rerum experientia ſæpius docuit, Monaſteria ipſa, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus grauiter læduntur, quippe quorum ædificia partim Commendatariorum negligentiâ, partim auaritiâ, vel incuriâ collabantur, & in dies diuinus cultus in his magis diminuitur, paſſimque obloquendi materia perſonis præſertim ſæcularibus præbetur, non abſque dignitatis Apoſtolica Sedis diminutione, à qua Commenda huiuſmodi proficiſcantur: Vt eorum indemnitati ſalubrius conſulatur, volumus, ac ſancimus, vt cùm illa per obitum Abbatum, qui illis præerant, vacauerint, nullo pacto cuiquam poſſint commendari (niſi pro conſeruatione auctoritatis Apoſtolica Sedis, & ad occurrendum malitiis illam impugnantium, pro temporum qualitate aliter nobis de fratrum noſtrorum conſilio viſum fuerit expedire) ſed de perſona idonea iuxta præſcriptam conſtitutionem eis ita prouideatur, vt illis idoneus Abbatus, prout decet, præfuturus ſiat. Hinc de huiuſmodi Commendis, & Commendatariis aliqui obloquentes, *Commendas* vocant *comedendas*, & *Commendatarios Comeſtores.* Rebuffus autem acriter ſatis ſuprà *num.* 10. ait, quod hæc commendarum *nimia indulgentia, eſt princeps, & exitium totius Reipublica Chriſtiana*: & referens incommoda, 16
quæ ex eis ſequuntur, pro primo affert, quod *diuinus cultus minuitur.* Pro ſecundo, quod *animarum cura negligitur.* Pro tertio, quod *hoſpitalitas debita non ſeruatur.* Pro quarto, quod *ruinis ædificia patent.* Pro quinto ait, *omnia iura, tam ſpiritualia, quàm temporalia ex Miniſtrorum defectu collabuntur, & ferè læduntur, quia extranei qui iſtas Abbatias, vel Epiſcopatus poſſident, nihil niſi lac, & lanam quærunt.* Pro ſexto inquit: *Nam omnia iura Monaſteriorum, & Eccleſia deſtruuntur, deuaſtantur, & deglutiuntur ab iſtis comeſtoribus.* Pro ſeptimo, quod *bigamia contrahitur in Eccleſia*; quod intelligit, quia iſti Commendatarij ſæpiùs habere ſolent plures commendas, vel plura beneficia; vnum in titulum, alterum in commendam. Pro octauo autem, quod *decoloratur vniuerſalis Eccleſia ſtatus*; quia *non eſt* (inquit) *ſecularis Abbas, qui Regulam ſeruet, vel diſciplinam, nec qui præcipiat ſeruari.* Quamuis autem hæc incommoda à Rebuffo relata non ſemper ex eiuſmodi commendis eueniant, cùm ſæpe quoque, ſi viris piis, & timoratis concedantur, in ipſarum adminiſtratione rectè ſe gerunt, & conformiter ad mentem Eccleſiæ, quæ ipſis eas concedit; nihilominus ferè ſemper odioſa ſunt Monachis, ſeu Regularibus, quibus ij Commendatarij præficiuntur, eo quòd videant ſibi præfici ſæculares, qui nihil, vel parum de diſciplina Regulari nouerunt, aut in praxi vnquam obſeruauerunt. Cùm autem, 17
iuxta vulgaria iura, *odia ſint reſtringenda, leg. cum quidam, ff. de liber. & poſthum. cap. renunciantes, 22. diſt. cap. odia, de Regular. in* 6. vtique rectè ſequitur horum commendatariorum authoritatem ſupra Monachos, & Regulares, vtpote odioſam, reſtringi debere, ita vt nullatenus extendatur ad ea quæ concernunt obſeruantiam, ſeu diſciplinam Regularem.

Accedit ſextò ratio, quam tangit Rebuffus *ſupr. num.* 24. nam vt ait Pontifex Innocentius III. *in cap.* 2. de Capellis Monachorum, *incongruum videbatur, vt Regulares ſæcularibus ſupponantur,* 18
vt propterea etiam dixerit generaliter in vrbe ſeruari, vt nullum *Monaſterium titulo*, id eſt *Plebi ſæculari*, vt Gloſſa ibi ait, *ſit ſubiectum.* Cùm igitur per commendationem Monaſteria *ſæcularibus ſupponantur*, va-

euitetur hæc incongruitas, neceſſe eſt dicere, non
ſupponi ipſis vllo modo, quantum ad Regularia in-
ſtituta. Sicut propter ſimilem cauſam prohiben-
tur iidem ſæculares cum Regularibus habitare,
cap. peruenit 18. *quæſt.* 2. & habere in Monaſte-
riis aliquam poteſtatem, *cap. dudum, eadem cauſ. &
quæſt.*

19 Iuuant ſeptimò alia, quæ tangit Rodriguez
tom. 2. *quæſt. Regular. quæſt.* 51. *art.* 8. *per errorem* 9.
& probant ſufficienter Commendatarios Præfe-
ctos Monaſteriorum non eſſe ſuperiores illorum
quantum ad Regularia inſtituta. Quia non conue-
nit rationi, vt homines diſpares profeſſione ita in
vnum ſocientur, vt qui vnius profeſſionis eſt, præ-
ficiatur iis, qui ſunt diuerſæ, prout expreſsè habe-
tur *Clement.* 1. *de elect. in princ.* Nec quod quis præ-
ficiatur Eccleſiæ Regulari, niſi in Regula ſit inſtru-
ctus, *cap. officij tui, de elect.* vbi ſolùm id admittitur
poſtquam fuerit in Regula competenter inſtructus.
Nec quod aliquis velit eſſe magiſter antequam ſit
diſcipulus, *eod. cap. officij tui, & cap. ſi clericatus*, 16.
quæſt. 1. Nec eſſe miles antequam tyro, *eod. cap. ſi
clericatus.* Oppoſita autem euenirent, ſi Commenda-
tarij ſæculares vellent habere iuriſdictionem ſuper
Mónachos quoad obſeruantias Regulares, & inſti-
tuta Religionis.

20 Denique rem totam euincit communis praxis
totius Eccleſiæ per Orbem diffuſæ, vno vel altero
Commendatario per abuſum, errorem, vel igno-
rantiam intruſo excepto, quæ eſt, quod iſti Com-
mendatarij non ſe intromittant in iis, quæ concer-
nunt Regularem obſeruantiam Monachorum, quo-
rum Monaſteriis præficiuntur. Prout ad oculum
cernitur in Eminentiſſimis Cardinalibus, quo-
rum plures, quamuis ſint Abbates Commenda-
tarij perpetui plurium Abbatiarum Monachorum,
videlicet Sublacenſis, Farfenſis, Aſſiſienſis, & alia-
rum; & ſint viri egregij, & maximæ authoritatis,
nihilo ſecius nullatenus ſe ingerunt in regimine
Monachorum quoad obſeruantias Regulares, ſed
hoc totum relinquunt iudicio, & prudentiæ Supe-
riorum eorundem Monaſteriorum, qui titulo Prio-
rum, vel Proabbatum ea moderantur, & regunt.
Si autem hæc eſt praxis Eccleſiæ, ipſa erit *optima
legum interpres, l. ſi de interpretatione, ff. de legib. l.
Item ſi aliàs, leg. ſed & Iulianus* 7. *§. perinde, ff. ad
Macedonianum*, & aliis iuribus, & DD. apud Gon-
zalez *ſup. regul. octaua Cancellar. gloſſ.* 9. *§.* 1. *num.* 40.
& ſequentib. Nam *quod lege non cauetur, in practica
non habetur.* Bald. *in cap. nihil, ſub num.* 15. *de
elect.* Tiraquellus *de pœnis temperand. cauſâ primâ,
num.* 87. Gomez *in regul. de annal. q.* 52. *num.* 2. & à
praxi nunquam eſt recedendum, *leg. illud vſitatiſſi-
mum* 19. vbi notat Baldus, *ff. de excuſat. tutor.* &
Gonzalez *ſupr. §* 2. *n.* 65.

21 Nec ſuffragatur DD. Commendatariis etiam per-
petuis, quod commenda perpetua beneficij eſt titu-
lus canonicus, *cap. dudum, il* 2. *de elect. cap. ſi plures,*
21. *q.* 1. Rebuffus *de pacific. poſſeſſ. num.* 53. Lam-
bertinus *de iurepatronat. lib.* 2. *part.* 1. *q.* 6. *art.* 14.
& parum, aut nihil diſtat à beneficio, Gonzalez *ſup.
gloſſ.* 5. *§.* 8. *num.* 3. *&* 4. Ita vt propterea appelletur
diſpenſatio palliata ad obtinendum aliud benefi-
cium. Geminianus *conſil.* 38. *num.* 11. Caſſadorus
deciſ. 33. *num.* 5. Mandoſius *in reg.* 33. *q.* 30. *num.* 3.
Et quod Commendatarij perpetui cenſeantur Præ-
lati, Rota *deciſ.* 346. *num.* 2. *part.* 3. *diuerſ.* Gonzalez
ſupr. num. 27. Et quod omnia iura de titularibus
loquentia, in Commendatariis perpetuis ſibi vendi-
cant locum, *Clemene. fin.* & ibi Imola, *q.* 1. *num.* 6.
de procurat. Mandozius *in Regul.* 33. *quæſt.* 7.
Gomez *in Regular. de trien. q.* 5. *à numero* 11. *vſque
ad numero* 20. Qui etiam *in regul. de infirmis, §.
quibus non obſtantibus*, ſcitè ait, quod *commenda noſtri
temporis ex vſu Patriſfamilias hodie loco titulorum
habentur.*

Hæc enim omnia ſolùm ſunt vera de Commendis,
& Commendatariis, ſi ſuis terminis, & limitibus
circumſcripta, & definita maneant, hoc eſt quate- 22
nus Commendatarij ſunt cuſtodes, tutores, defenſo-
res, & adminiſtratores ſuarum Commendarum; quia
in ordine ad iſtud munus habent iuriſdictionem
ſuper perſonas, & bona ipſarum, ad inſtar titularium,
Beneficiariorum, & Prælatorum: non verò in ordi-
ne ad diſciplinam, & obſeruantiam Regularem ta-
lium perſonarum, quæ eſt quid diuerſum. A diuerſis
autem non fit illatio, iuxta vulgata iura, & diuer-
ſorum diuerſum eſt iudicium, *l. inter ſtipulantem §.
ſacram, ff. de verb. obligat.* Stephanus Gratianus *Mar-
cina deciſ.* 32. *num.* 8. *& deciſ.* 42. *num.* 10. Vnde Go-
mezius *ſupr. in fin. d. quæſt.* 5. poſtquam plura libe-
raliter de huiuſmodi Commendatariis dixit, con-
cludit: *Et iſta omnia de plano procedunt quoad ſupe-
rius dicta: quoad alia verò, quæ concernunt ſtatum
Eccleſiæ, Commendatarius non æquiparatur Titu-
lari.*

Ex quibus concernunt ea, quæ pro Commenda-
tariis afferunt ex litteris Apoſtolicis iuxta formam
Cancellariæ emanatis, & quibus tale munus ipſis
conceditur. Illa enim *in regimine, adminiſtratione
eiuſdem Monaſterij, illiuſque bonorum, rerum, & iu-
rium quorumcunque, in ſpiritualibus, & temporalibus,
cum plena, libera, & omnimoda poteſtate, facultate,
& authoritate faciendi, dicendi, gerendi, & exercendi
omnia, & ſingula, quæ ad huiuſmodi officium de iure,* 23
*vſu, & conſuetudine, priuilegio, aut aliàs quomodo-
libet ſpectant, &c.* limitanda ſunt, vt nullatenus
comprehendant ea, quæ ſpectant ad diſciplinam
regularem, ſeu obſeruantias regulares illorum Mo-
naſteriorum; ſed ſolùm ea, quæ conducunt ad mu-
nus, & officium Commendatariorum, quod ſolùm
eſt, vt diximus, eſſe cuſtodes, tutores, & defenſores ip-
ſorum, & adminiſtratores bonorum.

Huius tamen limitationis cauſa neceſſaria ſu- 24
mitur ex iuribus, Rotæ deciſionibus, praxi totius
Eccleſiæ, & aliis quæ adducta ſunt; probant enim
ſolùm hoc modo eſſe intelligendas eas literas. Præ-
tertim quia clauſulæ generales reſtringuntur ſo-
lùm ad ea, quæ ſpecialiter ſunt expreſſa, prout
ex DD. & ſacræ Rotæ deciſionibus probat Bar-
boſa *de clauſul. clauſ.* 62. *numero* 1. in huiuſmodi
autem litteris nullo modo exprimitur, quod Com-
mendatarij præſint Regularibus quoad Regularia
inſtituta. Accedit, quod cùm clauſulæ regulentur
ſecundùm naturam diſpoſitionis, cui ſunt adiectæ,
Caſſadorus *deciſ.* 10. *num.* 4. *ad regul. Cancellar.*
Caputaquenſis *deciſ.* 521. *part.* 1. Marta *de clauſul.
part.* 1. *clauſ.* 176. *numero* 17. cùm diſpoſitio ha-
rum litterarum non ſit conſtituere Commendata-
rios veros Religioſos, cuius ſignum eſt, quod in
plurimum ſunt ſæculares, & non coguntur profeſ-
ſionem emittere in aliqua Religione, ita etiam non
erit conſtituere illos capita Religioſorum, quan-
tum ad obſeruantias, & inſtituta religioſa.

Maximè accedit, quod cùm conſtituere Com- 25
mendatarios ſæculares capita Religioſorum in his,
quæ ad Regularia inſtituta, ſeu obſeruantias ſpe-
ctant, ſit in euidens præiudicium ipſorum Regula-
rium, cùm per illud authoritas ſuperiorum omninò
lædatur, & ipſi ſubiiciantur perſonis extraneis ab
eorum inſtituto; ideo nunquam tales litteræ, niſi id
expreſſe, & clarè contineant, præſumi debent ad
id extendi. Quia Principis conceſſiones ſem-
per præſumuntur ſine præiudicio tertij, *leg.* 1. *§. ſi*
quis

Digitized by Google

quia à Principe, ff. ne quid in loco publico, cap. cum dilectus, de conſuetud. capit. dudum 31. de priuileg. capit. quamuis 8. *in fin. de reſcript. lib.*6. Rota *deciſ.*21. *numero* 5. *de prabend. in nou.* Aleiatus *de praſumpt. cap.*11. Lambertin. *de iurepatronat. lib.*2. 3. *p. quaſt.*9. & alij, quibus adhæret Gonzalez
26 *ſup. regul.*8. *Cancell.* §.4. *procemial. num.*21. Vt propterea ad illud præiudicium euitandum qualibet interpretatio, etiam leuiſſima admittatur. Tiraquellus *in l. ſi vnquam, verb. Donatione largiens, num.*208. *C. de reuoc. donat.* Rota *deciſ.*27. *n.*4. *p.*2. *diuerſ. & num.*6. & potiùs præſumatur obliuio Papæ, quàm quod velit derogare iuri tertij iam quæſito. Rota *deciſ.*33. *num.*5. *& num. fin. in fin. de prabend. in antiq. & deciſ.*3. *n.*8. *de prabend. in antiquiorib.* Et poſſint impropriari verba diſpoſitionis, vt euitetur tale præiudicium, *cap. ſuper eo, de offic. delegat.* Gonzalez *ſup. gloſſ.*28. *num.*9. Et potiùs ſit præſumendum reſcriptum falſum, quàm quod voluerit Princeps tollere ius tertij, vt docuit Abbas *in cap. ex parte, il* 2. *num.*3. *& fin de offic. delegat.* Menoch. *de praſumpt. lib.*2. *praſumpt.*9. *n.*9. Gonzalez *ſuprà, n.*10. Quæ omnia ſi rectè expendantur à DD. iſtis Commendatariis, nihil iuria prætendere poterunt ſuper Regulares ſuarum Commendarum, quantum ad Regularia inſtituta ipſorum.

APPENDIX.

Ad ſimile etiam intentum interrogatus hoc reſponſum quondam dedi.

Iesvs Maria.

27 IN caſu propoſito, an ſcilicet Abbas commendatarius Monaſterij Ordinis Ciſtercienſis, poſſit acceptare profeſſionem alicuius monachi illius Monaſterij, poſito quod ſit Commendatarius perpetuus, & Epiſcopus alterius loci; licèt videatur ita fieri poſſe, eo quòd commenda perpetua ſit titulus canonicus, *cap. dudum, il* 2. *de elect. c. ſi plures* 21. *quaſt.*1. Nauarr. *conſ.*9. *num.*2. *de prabend. in nou.* Aloyſ. Riccius *in praxi rer. for. Eccleſ. p.*4. *reſ.*346. & plures alij apud Barboſam *de iur. Eccleſ. lib.*3.
28 *cap.*9. *num.* 26. ita vt commendatarius perpetuus habeatur vt Titularis, & reputari debeat Titularis, habeatque liberam poteſtatem in temporalibus, & ſpiritualibus, Rebuffus *de pacific. poſſeſſ. n.*41. Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.*2. *quaſt.*17. *numero* 13. Gonzalez *ad regul.*8. *Cancell. gloſſ.*5.
29 §.8. *numero* 13. Ac per conſequens ſit verè, & propriè Prælatus, Decius *in cap. edoceri, num.*4. *de reſcript.* Barbat. *conſ.*2. *num.*18. *&* 25. *lib.*2. Ludouicus Gomez *ſuper reg. de trienn. q.*5. *n.*17. *& ſeq.* Reboff. *conſ.*77. *n.*1. Riccius *in collect. dec. collect.* 999. *verſ. idem.* Gonzalez *ſuper dicta gloſſ.*5. *&* §.8. *n.*27. Rot. *dec.*346. *n.*2. *p.*3. *diuerſ.* Buratt. *dec.*610. *num.*3.

30 Nihilominus non videtur illi conceſſa facultas ad acceptandam profeſſionem Religioſorum. Fundamentum eſt, quia Monachi, & Regulares in his, quæ ſpectant ad Regularia inſtituta, non ſubduntur propriis Prælatis, prout ſæpiſſimè ſacra Rota decreuit, & ſignanter *in Monacis Regalis iuriſdictionis, coram Coccino deciſ.*157. *numero* 1. Et in alia eiuſdem tituli coram eodem *deciſ.*316. *num.*.. Ad quod accedit ratio, quod cùm profeſſio ſit contractus oneroſus, vltrò, citroque obligatorius, quo Profeſſus fidem ſuam adſtringit Deo, obligaturque Religioni, & Religio ipſa obligatur Religioſo ad retinendum eum, & alendum, & tractandum iuxta Religionis inſtitutum: ideo ſolùm ad profeſſionem admittere poteſt ipſa Religio, non extranea perſona, *cap. Porrectum, de Regular. cap. ad Apoſtolicam, eod. tit. l. in omnibus, de act. & obligat. l. ſicut, Cod. eod tit.* Propter 31
quam cauſam Epiſcopus, quamuis de iure communi habeat ſuam intentionem fundatam ad exercendum poteſtatem, & iuriſdictionem in tota ſua Diœceſi, *cap. cum perſona, de priuileg. in* 6. *cap. omnes Baſilica* 16. *quaſt.*7. Roman. *conſil.* 180. *num.* 4. *verſic. habet enim Epiſcopus*, Federicus de Sen. *conſ.*145. *num.*6. *ante fin. verſ. vnde ſi aliquis.*
Nihilominus non poteſt admittere profeſſionem 32
exemptorum. Abb. *in cap. Porrectum, num.*12. Roſella *verbo Nouitius, num.*21. Angel. *verbo Profeſſio, num.*1. Syluester *verbo Religio* 3. *quaſt.*14. Armilla *verbo Nouitius, num.*11. & ibi Tabiena *quaſt.*8. *num.*9. Nauar. *lib.*3. *conſil. tit. de Regular. in* 1. *edit. conſ.*6. *à num.*2. *vſque ad* 6. *in* 2. *conſ.*40. *à num.*2. *vſque ad* 6. Antonius Cuchus *lib.*3. *inſtit. maior. tit.*1. *num.*62. Rodriguez *quaſt. Regular. tom.*3. *quaſt.*17. *art.*11. Azor. *lib.*12. *inſtit. mor. cap.*5. *q.*4.

Vnde ferè in terminis huius caſus, quod non 33
poſſit adminiſtrator Monaſterij ad profeſſionem admittere, eo quòd non ſit legitimus ſuperior (intellige reſpectu eorum, quæ concernunt Regularia inſtituta) tenent Syluester *in ſumm. verbo Religio* 3. *q.*18. Angelus *verbo Profeſſio, num.*1. Azor. *tom.*1. *inſtit. moral. lib.*12. *cap.*5. *q.*4. Sanchez *in pracept. Decalog. lib.*5. *c.*4. *n.*75.

Nec obſtat in fauorem præfati D. Epiſcopi, & 34
Abbatis adminiſtratoris, quod in inſtrumento commendæ ſit appoſita hæc clauſula, *committimus regimen in temporalibus, & ſpiritualibus.* Hæc enim clauſula limitanda eſt, vt non procedat in his quæ concernunt Regularia inſtituta, prout colligitur ex iuribus relatis, adiunctis deciſionibus Rotæ. Et etiam quod clauſula appoſita ad vnum finem, ad alium extendi non debet. Et quia clauſulæ regulantur ſecundùm naturam diſpoſitionis, cui ſunt adiectæ, prout ex pluribus DD. probat Barboſa *de clauſul. in genere, numero* 4. *&* 8.
Huiuſmodi autem clauſula ſolùm ponitur in iſtis 35
inſtrumentis Commendatariorum ad finem intentum ab Eccleſia, qui eſt, vt Commendatarij ſint veluti tutores, & defenſores Eccleſiarum, quæ illis commendantur, non verò, vt ſe intromittant cum Regularibus in ea, quæ ſpectant ad Regularia inſtituta.

Hinc communiter DD. dicunt priuilegia conceſſa 36
Abbatibus Regularibus non extendi ad Commendatarios etiam perpetuos, cum non profiteantur Ordinem, ſiue Regulam Monachorum Abbatiæ illis commendatæ. Rodriguez *tom.*3. *quaſt. Regular. q.*51. *art.*9. Tamburin. *de iur. Abbat. tom.*1. *diſp.*16. *q.*4. Hoc autem, quod eſt acceptare profeſſionem Monachorum, eſt proprium ius, & priuilegium ſuperiorum Regularium, quia talis acceptatio eſt incorporatio acceptati ad Religionem, quæ non poteſt fieri, niſi ab eo, qui fuerit pars Religionis. Nemo 37
enim dat quod non habet, *l. traditio, ff. de acquir. rer. domin. l. nemo plus*, vbi Dec. & Cagnol. *ff. de reg. iur. l. ſi filius, C. de donat. cap. quomodo, de conſecrat. diſt.*4. *cap. quod autem, de iurepatronat. c. nemo plus, de reg. iur. in* 6.

Hoc autem eo fortiùs probant, quod ſecundum iura huius Religionis ex Sixto IV. & Clemente VIII. benedictio Nouitiorum ſolùm committitur

Prælatis Religionis, non verò Commendatariis, & ita iſtis nullo pacto cenſebitur conceſſa hæc poteſtas, niſi in litteris commendæ ſpecialiter eſſet expreſſa cum derogatione priuilegiorum Religionis. Iura enim, & priuilegia Religionum ſunt valdè priuilegiata, & non cenſentur reuocata, niſi iſto modo.

39 Conſequenter etiam non poteſt prædictus D. Commendatarius aliquam iuriſdictionem exercere in Monachos, corrigendo, deponendo, &c. quando agitur de inſtitutis Regularib. & de his, quæ pertinent ad Regularem diſciplinam. Ita enim colligitur ex Rotæ deciſionibus relatis, quæ procedunt in

40 terminis fortioribus, quando ſcilicet Epiſcopus eſt verus ſuperior Monachorum, quia illi ſunt Canonici Eccleſiæ Epiſcopalis, ad quod etiam deſeruiunt plures aliæ deciſiones à Rota emanatæ de eadem materia. Et en efficaciùs, quod Pius V. in Bulla ſua anno 1563. edita in fauorem Ordinis Ciſtercienſis, Motu proprio clariſſimis verbis id prohibet dicens, *nullam in Monaſteriis prædicti Ordinis ſibi commendatis, & in eorum Monachos iuriſdictionem exerceant.*

COLVMNA IMMOBILIS:
Seu de antiquiſſima, & continua Cathedralitate Eccleſiæ S.Mariæ de Columna Cæſarauguſtanæ.

SVMMARIVM.

1 *Diſſertationis Argumentum.*
Deipara vocatur Cathedra. *ibid.*
2 *Item* Columna.
3 *Authoris intentum.*
4 *Controuerſiæ ſtatus.*
Cathedralitas quid importet. ibid.
Eſt ratio conſtitutiua Eccleſiæ Cathedralis. ibidem.
5 *Cathedralis Eccleſia eſt quæ habet Epiſcopum.*
6 *Eccleſia Romana Cathedra Petri.*
7 *Coniugium inter Epiſcopum, & Eccleſiam.*
8 *Veritas hæc in facto conſiſtit.*
9 *Factum non præſumitur, niſi probetur.*
10 *Facta ſunt ſui naturâ incerta.*
11 *Veritas pertinens ad hiſtoriam quomodo probanda.*
12 *Hiſtoria venerabilis de admirabili fundatione huius Eccleſiæ.*
13 *Apparitio SS.Virginis Mariæ ſuper vnam Columnam.*
14 *Habetur ex firmiſſima traditione.*
15 *Reuelatio Beatiſſimæ Virginis.*
16 *Author huius diſſertationis.*
17 *Decreta Curiæ Iuſtitiæ Aragonum.*
18 *Veritas certa de aduentu Sancti Iacobi in Hiſpanias.*
19 *Comprobatio Cathedralitatis.*
20 *S.Iacobus Apoſtolus fuit Epiſcopus.*
21 *An Apoſtoli fuerint Epiſcopi totius Orbis; ſubordinati tamen dignitati Sancti Petri. ibidem.*
22 *An Sanctus Iacobus Epiſcopus Cæſarauguſtanus.*
23 *Apoſtoli Epiſcopi Eccleſiarum, quas fundabant.*
24 *Teſtimonium Turpini Rhemenſis.*
25 *B.Thoma de Villanoua.*
26 *S.Iacobus ſedit Cæſarauguſtæ.*
27 *Verbum* Sedere *dignitatem Epiſcopalem denotat.*
28 *S.Iacobus munia Epiſcopalia Cæſarauguſtæ exercuit.*
29 *Facultas ordinandi Eccleſiaſticos miniſtros propria eſt Epiſcopi.*
30 *S. Iacobus ordinauit in presbyterum Theodorum.*
31 *Erat quaſi Vicarius, & Legatus Chriſti.*
32 *Conſtitit Cæſarauguſtæ.*
33 *Sicut alij Apoſtoli faciebant in Eccleſiis, quas fundabant.*
34 *Secundus Epiſcopus fuit Athanaſius.*
35 *Conſtat ex hiſtoriis.*
36 *S.Rota decernit quod hæc Eccleſia fuerit Cathedralis.*
37 *Probatio ex hiſtoriis efficax eſt ad intentum.*
38 *Maximè cum verſemur in antiquis.*
39 *Præſertim in rebus Hiſpaniarum.*
40 *Aulus Poëta Gallus corroborat Epiſcopatum Athanaſij.*
41 *Cathedralitas antiquiſſima huius Eccleſiæ non euertitur, niſi per euidentes probationes.*
42 *De tempore ad tempus quando valeat argumentum.*
43 *Exempla de hoc.*
44 *Præſumptio de Cathedralitate poſteriori non tollit ipſam, ſed potiùs ab ipſa tollitur.*
45 *Oppoſitio ex cap.* quis neſciat, *ex Innocentio I.*
46 *A S. Rota diluitur.*
47 *Approbatur hæc ſolutio à multis.*
48 *Alij Apoſtoli præter S.Petrum fundarunt Eccleſias.*
49 *Alia ſolutio.*
50 *Verbum* inſtituo *quid ſignificet, & n. 51.*
52 *Verbum* inſtituiſſe, *in illo Canone, & Epiſtola Innocentij, quid importet.*
53 *Expoſitio quadrans Epiſtolæ Gregorij VII.*
54 *Suadetur hæc expoſitio.*
55 *Cathedralitas huius Eccleſiæ pro primo Chriſti ſæculo oſtenſa.*
56 *Pro ſecundo ſæculo quomodo probetur.*
57 *Ex decretis Curiæ Illuſtriſſimi Iuſtitiæ Aragonum.*
58 *Verba ipſorum.*
59 *Dictio* ſucceſſiuè *ordinem ſucceſſiuum denotat.*
60 *S.Rotæ deciſiones.*
61 *Zuritæ teſtimonium.*
62 *An alius Epiſcopus hoc ſecundo ſæculo poſt Athanaſium.*
63 *Teſtimonia M.Maximi, & aliorum.*
64 *Felix Epiſcopus pro tertio ſæculo.*
65 *Et Valerius, ſeu Valerus.*
66 *Reſidentiam habuit in Eccleſia Sanctæ Mariæ.*
Teſtimonium Aymonij. ibid.
67 *Aliorum etiam.*
68 *Item S.Rota.*
69 *Veſtigia quæ actu remanent.*
70 *Eadem Cathedralitas pro tertio ſæculo colligitur etiam ex Prudentio.*
71 *Comprobatio pro quarto ſæculo.*
72 *Luitprandi teſtimonium.*
Reparata fuit hæc Eccleſia tempore Conſtantini Imperatoris. ibid.
73 *Alia ædificata.*
74 *Synodus Cæſarauguſtana habita in hac Eccleſia.*
75 *In ea damnata hæreſis Priſcillianiſtarum.*

76 *Pru*

76 Prudentij carmina ad intentum.
77 Pro quinto ſæculo.
78 Lucij Flauij Dextri teſtimonium.
79 Franciſci Biuarij.
80 Alia ipſius Dextri.
81 Detractores ipſius.
82 Reiiciuntur.
83 Innumeri authores illum recipiunt.
Ipſique grauiſſimi. ibid.
84 An ſint dubia, & paradoxa, quæ in Dextro leguntur.
85 Ipſius laudes.
86 Qualis ſit ſtylus eius libri.
87 Biuarij teſtimonium.
88 Tricuſpide telum, quo defenditur Dexter.
89 Eius liber non eſt ſuppoſititius.
90 An habeat aliqua additamenta.
91 Hac labe innumera Authorum volumina ſunt referta.
92 Non nocent additamenta occulta, ſi conſtat de authore.
93 Reiicitur illud de falſitatibus aſſictis.
94 Vindicantur à Commentatoribus.
95 Verba S. Hieronymi apta ad intentum.
96 Ex aliquot falſis non vitiatur liber.
Simili næuo grauiſſimorum DD. & PP. libri ſunt notati. ibid.
97 Melchioris Cani iudicium de libris Vincentij Beluacenſis, & D. Antonini.
98 Melius Pſalmographus.
99 Bene Prudentius quidam.
100 Bene etiam Baronius.
101 Criticorum reſponſio retunditur.
101 Quid Iuriſtæ de hoc ſentiant.
103 Teſtes huius Cathedralitatis pro ſexto ſæculo.
104 Integer M. Maximus.
105 Teſtimonia ipſius.
106 S. Braulij teſtimonium.
107 Heleca collectio.
108 M. Maximi opera vindicata.
109 Teſtes pro ſeptimo ſæculo.
110 S. Braulij verba.
111 Ex illis deducitur Cathedralitas.
112 Aſſiſtit Cathedralitati idem S. Braulius ex verbis cuiuſdam Miſſalis.
113 Ac ex verbis alterius Breuiarij.
114 Obiectum quoddam diluitur.
115 Alia ſolutio.
116 Idem ſuadetur ex Taione.
117 Teſtis integer iſte Taio propter multa.
Scripſit hiſtoriam de aduentu Beatiſſ. Virg. in Hiſpaniam, & fundatione huius Eccleſiæ. ibid.
118 Pro octauo ſæculo qui aſſiſtant.
119 Eccleſiarum iura nunquam ceſſant.
120 Semper fuerunt in ea Eccleſia Presbyteri, Canonici, &c.
121 Et aliqui vice Epiſcoporum.
122 Nicephorus quidam.
123 Noni ſæculi teſtes Sennior, & Heleca.
124 Zuritæ teſtimonium.
125 Teſtis alius eſt Aymonius Monachus.
126 Vocat Eccleſiam S. Mariæ Matrem Eccleſiarum.
127 De decimo ſæculo infelici.
128 Chriſtiani per loca ſubterranea ad hanc Eccleſiam confluebant.
129 Luitprandus, ſeu Eutrandus, huius ſæculi decimi teſtis.
130 Ipſius teſtimonia.
131 Beatiſſima Sedes quid denotet.
132 Concurſus frequens vt in plurimum eſt ad Eccleſias Matrices.
133 Matrix Orbis appellatur à Luitprando Eccleſia S. Mariæ.
134 De Vualderedo Cæſarauguſtano Antiſtite.
135 Secretarium locus proprius Eccleſiæ Cathedralis.
136 Vindicatur Luitprandus.
137 Commendatio ipſius.
138 De ſæculo vndecimo qui teſtes adſunt.
139 Pro duodecimo plures.
140 Antiſtites huius Eccleſiæ.
141 Facto declaratur animus.
142 Gelaſius Papa concedit Indulgentias dantibus eleemoſynas huic Eccleſiæ.
143 Nomine Eccleſiæ venit Cathedralis.
144 Epiſtola Petri Librarij.
145 Tituli denotantes Eccleſiam Cathedralem.
146 De Iuliano Perez.
147 Plura dicit pro hac Eccleſia.
148 Encomia de ipſa.
149 Teſtimonium ipſius in Tractatu de Eremitoriis.
150 Eius authoritas defenditur.
151 A grauiſſimis Authoribus.
152 Sicut Dexter, Maximus, & Luitprandus.
153 Quam ob cauſam.
154 Quatuor iſti inſignes Scriptores rerum Hiſpanicarum.
155 Aulus Hallus Poëta Gallus teſtis fide dignus.
156 Fidem accipit à Iuliano.
157 Erectio Eccleſiæ Sancti Saluatoris in Cathedralem.
158 Quomodo contigerit.
159 Aduerſari videtur iis quæ dicta ſunt de Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Cathedralitate.
160 Non aduerſatur.
161 Non ex parte Regis.
162 Solius Papæ eſt Eccleſiam Cathedralem inſtituere.
163 Comprobat hoc Eccleſia Toletana S. Mariæ de Alfizen Carmelitarum.
164 Rex nec voluit, nec potuit erigere hanc Eccleſiam in Cathedralem, non accedente Papæ conſenſu.
165 Prohibitum illi erat per Gregorium VII.
166 Et ſi adfuit talis conſenſus, fuit ſine præiudicio Eccleſiæ S. Mariæ.
167 Non adeſt reſcriptum Papæ, quo oſtendatur.
168 Pulchra doctrina Ioannis Vuamesij.
169 Erectiones Eccleſiarum quomodo accipiendæ.
170 Variis iuribus id probat Vuameſius.
171 Erectio Eccleſiæ S. Saluatoris non fuit cum extinctione iurium Eccleſiæ S. Mariæ.
172 Generalitas priuilegij reſtringenda, ne ius commune lædat.
173 Nullus Princeps præſumitur in dubio tollere ius quæſitum etiam Iudæo.
174 Aliàs priuilegium eſſet iniquum.
175 Antiqua conſuetudo, & obſeruantia retinenda.
176 Non præiudicat Eccleſiæ Cathedrali.
177 Propter amplitudinem exemptionis.
178 Non conſenſit Eccleſia S. Mariæ in Cathedralitatem S. Saluatoris cum præiudicio ſuæ Cathedralitatis.
179 Nullus præſumitur iactare ſuum.
180 Id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt.
181 Nemo eligit viam, per quam iudicium ſuum ſubuertatur.
182 Eccleſia S. Mariæ nunquam conſenſit, niſi ſaluis ſuis iuribus.

183 *Erectio iſta Cathedralitatis non fuit per modum propria trnnſlntionis.*
184 *Fnuene iura.*
185 *Trnnſlatio propriè quid importet.*
186 *Non contingit ſine tranſlatione Capituli, Canonicorum, &c.*
187 *De eſſentin Cathedralitatis quid ſit.*
188 *Impropriò, & abuſiuè dici poteſt tranſlatio.*
189 *Fuit per modum vnionis, communicationis, & extenſionis.*
190 *Exempla aliqua ad intentum.*
191 *Actus præſumitur fieri eo modo, quo valeat.*
192 *Diſpoſitio ſemper præſumitur in caſu à iure permiſſo.*
193 *Quomodo permiſſa fuit huiuſmodi trnnſlatio.*
104 *Eccleſia S. Mnria eſt dicenda* vna *in ratione Cathedralitatis cum Eccleſia S. Snluatoris.*
195 *Permanet in ſua Cathedralitate antiqua.*
196 *Vtitur eiuſdem ſtemmatibus.*
197 *Stemmata plurimùm valent ad oſtenſionem dignitatis.*
198 *Hoc eodem tempore in hac Eccleſia reſidentiam habebnnt Epiſcopi.*
199 *Teſtamentum Lupi Arzes Peregrini.*
200 *Aliud Vicecomitiſſn de Bearn.*
201 *Inſtrumentum quoddam donationis.*
202 *Titulus* Maioris *arguit primogenituram.*
203 *Littera quædam Confraternitatis.*
204 *Prætendebat hoc tempore Eccleſia S. Maria priuilegin Cathedrnlitatis.*
205 *Protendit, & obtinuit.*
206 *Non amiſit ſuam Cnthedralitatem.*
207 *Querimonia Canonicorum Eccleſiæ Sancti Saluatoris.*
208 *Alin Canonicorum Eccleſiæ S. Mariæ.*
209 *In Concordia facta ab eis prnſupponitur vnitas.*
210 *Tacens conſentire videtur, & quando.*
211 *Verbum* deberet, *an importet neceſſitatem.*
212 *Concordia coram Epiſcopo Snnctio.*
213 *Manus dextera datur Canonicis S. Mariæ.*
214 *Sedes in capite Chori conceſſa Priori Sanctæ Mariæ.*
215 *De acceſſu Eccleſiæ S. Saluatoris ad Eccleſiam S. Mnriæ, quando moritur Cnnonicus.*
216 *De decimis.*
217 *Ius illas exigendi eſt proprium Eccleſiæ Cathedralis.*
218 *A quo tempore.*
219 *De Pnrochin.*
220 *De Cœmeterio.*
221 *De aliis iuribus.*
222 *Limitationes nn præiudicent.*
223 *Priuilegium Vrbis Cæſaraugustanæ conceſſum Eccleſiæ Sanctæ Mariæ.*
Vocatur S. Maria Maioris. ibid.
224 *Pro ſæculo 14. adeſt inſtrumentum quoddam in ea Eccleſia repertum.*
225 *Quomodo faueat intento.*
226 *Scripturis quæ fides adhibenda.*
227 *Concordin ſub Dolmatio.*
228 *Dextern pnrs, & primus locus ipſi datur.*
229 *Quis pro Cruce Eccleſiæ S. Snluatoris.*
230 *Dextera manus dignior æſtimatur ab Eccleſia S. Saluatoris.*
231 *Cur conceſſa Cruci eius Eccleſiæ.*
232 *Alin conuentiones.*
233 *Celebris ſententin Ioannis Ferrer.*
234 *Declarntur Eccleſin S. Mariæ exempta à ſolutione ſubſidij charitatiui.*
235 *Plura encomia ipſius.*
236 *Dictio* aliis, *quid importet.*
237 *S. Rota multum defert huic ſententiæ Ferrerij.*
238 *Quis iſte Ferrerius.*
239 *Acceptatn eſt hæc ſententia nb Archiepiſcopo.*
240 *Sententia alia arbitralis Alphonſi de Arogon.*
241 *Confirmat concordias factas.*
242 *Vocatur Eccleſia S. Saluatoris* Matrix, Mater, Soperior, Magiſtra.
243 *Cur addita hæc verba.*
244 *Nihil nocent Eccleſiæ S. Mariæ.*
245 *Conceſſi illi tituli ratione Cathedralitatis.*
246 *Et ſic non derogat Eccleſiæ S. Mariæ.*
247 *Quia ratione Cnthedralitatis eſt vna cum Eccleſia S. Saluatoris.*
248 *Et quia non perdidit ſuam excellentiam.*
249 *Hic Archiepiſcopus approbnuit ſententiam Ferrerij.*
250 *Contrarietas, ſeu contradictio vitanda.*
251 *Epithetn illa intelliguntur in ordine ad alias Eccleſias.*
252 *Conſtitutio quædam Synodalis de loco tenendo in Synodis.*
253 *Rota de anno 1626. non præiudicant.*
254 *Quid de aliis ann. 1627. 1628. 1629.*
255 *Ex Rota de anno 1630. conſtat de Cathedralitnte.*
256 *De Bulla Clem. VII. & de mandato Auditoris Cameræ.*
Quæ in illis continentur, ibid.
257 *Pro 17. ſæculo extnt Bulla Clem. VIII.*
Decretn Curiæ Iuſtitiæ Arngonum, ibid.
Deciditur in eis præcedentin Eccleſin S. Mariæ ſuper nlias Cathedrnles, exceptn Eccleſia Metropolitnnn, ibid.
Encomia eius Eccleſiæ, ibid.
258 *Quid de eius Cathedralitate.*
259 *Quid de vnione, ſeu vnitate cum Eccleſia Metropolitann.*
260 *Quomodo non amiſerit ſua priuilegia.*
261 *Rotn Romana declaratio circa manutentionem in poſſeſſione.*
262 *Circn celebrationem feſti Dedicationis Eccleſiæ.*
263 *Circa Cathedralitatem antiquam ipſius, & numero 264.*
265 *Circa Proceſſionem in Dedicatione.*
266 *Circa antiquam Cathedralitatem.*
267 *Firma, ſeu decretum Iuſtitin Aragonum.*
268 *De Sacra Rota deciſione Magiſtrali de anno 1630.*
269 *Deciditur fuiſſe antiquitus Cathedralem.*
270 *De nlia de anno 1631. confirmatoria præcedentis.*
271 *Mandatum de manutentione priuilegiorum.*
272 *Aliud inſtrumentum pro eadem re.*
273 *Alia deciſio coram Vbaldo, etiam confirmatoria.*
274 *Alia confirmatio.*
275 *Roboratur ea deciſio de anno 1630.*
Eneruatur pars contraria, ibid.
276 *De alia ad intentum pro anno 1633.*
277 *Sententia Tribunalis Cæſarnuguſtani, & Iudicis* Zalmedia *vocati.*
278 *Firma, ſeu decretum Cæſaraugustani Tribunalis pro anno 1643.*
279 *Subſiſtit veluti* Columna immobilis *Cathedralitas Eccleſiæ S. Mariæ.*
280 *Hæc veritas pluribus adminiculis corroborata dicitur à S. Rotn.*
281 *Primum deſumitur ex reſidentia Epiſcoporum in ea Eccleſin.*

Secun

282 *Secundam, ex litteris Papa Gelaſij.*
283 *De titulis* Sanctitatis, & Dignitatis.
284 *Quomodo ex eis elicitur intentum.*
285 *Tertium, ex antiquis imaginibus Agni.*
286 *Datis ab Alphonſo Rege.*
287 *Et conſeruatis ſine inſcriptione.*
288 *Quartum, ex ſententia lata ſuper Charitatiue ſubſidio.*
289 *Quod vocatur* vrgens *à S. Rota.*
290 *Cui competat illud poſtulare.*
291 *Alia quæ habentur in ea ſententia.*
292 *Factum proprium nemo negare poteſt, & numero* 294.
293 *Commendatur hæc ſententia à Curia Iuſtitiæ Aragonum.*
294 *Factum iudicis reputatur factum partis.*
295 *Quintum, ex veſtigiis, atque reliquiis Cathedralitatis.*
296 *Vt ſunt celebratio propria dedicationis, recipere aliquas decimas.*
297 *Habere Capellanum maiorem.*
298 *Quis ſit iſte Capellanus.*
299 *Habere Campanam.*
300 *Mutua in ſepeliendis defunctis officia.*
301 *Ius extrahendi defunctorum cadauera.*
302 *Ius adminiſtrandi Sacramenta.*
303 *Denotant Cathedralitatem.*
304 *Probationes adinuicem ſe coadiuuant.*
305 *Signatum cognoſcitur ex ſignis.*
306 *Singula quæ non proſunt, multa collecta iuuant.*
307 *Sextum, ex teſtimoniis Doctorum.*
308 *Septimum ex teſtibus.*
309 *Teſtes de auditu quando probent.*
310 *Teſtes de fama probant in antiquis.*
311 *Aliud adminiculum ex promiſſione Beatiſſimæ Virginis.*
312 *Perennitas huius S. Templi.*
313 *Iuliani teſtimonium.*
314 *Zuritæ teſtimonium.*
315 *Infertur ex his Cathedralitas.*
316 *S. Petri Cathedralitatis firmitas.*
317 *Aliud adminiculum depromptum ex mandato Auditoris Cameræ.*
318 *Tenentur Canonici S. Saluatoris inuitare Canonicos S. Mariæ ad omnes Proceſſiones.*
319 *Epiſcopus habet omnimodam authoritatem ſuper Proceſſiones, &c.*
320 *Ex declarationibus S. Congregat. & ratione.*
321 *Colligitur intentum.*
322 *Augetur admiratio.*
323 *Manus dextera dignior, & nobilior.*
324 *Suadetur exemplis.*
325 *Et ex concordiis relatis.*
326 *Ac ex S. Rota.*
327 *Item ex parte collitigante.*
328 *Factum partis habetur pro facto Iudicis.*
329 *Contra factum proprium nemo venire poteſt.*
330 *Manus dextera conceditur Eccleſiæ S. Mariæ, etiam in propria Eccleſia.*
331 *Probatur à S. Rota.*
332 *Deinde ex obſeruantia, & aliis fundamentis.*
333 *In propria domo etiam maior cedit minori.*
334 *Cur S. Paulus in Palatio Vaticano ponatur ad dexteram S. Petri.*
335 *Dignior debet præferri.*
336 *Aa manus ſiniſtra aliquando ſit dignior.*
337 *Præſidium partis collitigantis circa manum dexteram.*
338 *Præcedit Eccleſia S. Mariæ omnes Cathedrales Aragoniæ.*
339 *Hinc infertur eſſe Cathedralem.*
340 *In materia præcedentiæ plumbeo pede inceditur, quia eſt magni præiudicij.*
341 *Nec poteſt fieri in illa concordia.*
342 *Eccleſia S. Mariæ in aliquibus præcedere meruit Eccleſiam S. Saluatoris.*
343 *Non præferri in Comitiis, non tollit prælationem.*
344 *Exemplum de Comitiis Tiraſſonæ.*
345 *Ratio aſſignatur.*
346 *Alia ponderoſa.*
347 *Ius præcedendi in ordine ad quos actus debet intelligi.*
348 *Exemplis probatur.*
349 *Aliud adminiculum ex acceſſu Eccleſiæ S. Saluatoris ad Eccleſiam S. Mariæ, quibuſdam Feſtis pro benedictionibus, &c.*
350 *Functiones iſtæ faciendæ in Eccleſia Cathedrali.*
351 *Etſi non eſſet actu Cathedralis, frui deberet priuilegiis Cathedralitatis.*
352 *Primò, quia certum eſt primitus fuiſſe Cathedralem.*
353 *Vel in memoriam priſtinæ dignitatis.*
354 *Vel quia coruſcat radiis primæuæ dignitatis.*
355 *Exemplis declaratur.*
356 *Ratione etiam Theologica.*
357 *Quia non conſenſit in Cathedralitatem Eccleſiæ S. Saluatoris, niſi cum reſeruatione præeminentiarum.*
358 *Et ex Ioanne Ferrerio.*
359 *Ac ex defectu conſenſus Papæ.*
360 *Triplex modus vnionis Eccleſiæ.*
361 *Hæc facta fuit cum iuribus diſtinctis non communicatis.*
362 *Obſeruantia id ſuadet.*
363 *Et quia in dubio ita præſumitur.*
364 *Ex pactis etiam initis inter vtramque Eccleſiam.*
365 *Obſeruari debent.*
366 *Etiam ex omni iure, etiam diuino.*
367 *Nec Papa cenſetur velle lædere pacta.*
368 *Potius præſumitur obliuio illorum.*
369 *Obſeruantia præeminentiarum plurium valet.*
370 *Sunt de iure poſitiuo, in quo præualet conſuetudo.*
371 *Vis conſuetudinis.*
372 *Extat hæc obſeruantia.*
373 *An in hoc anteponenda Eccleſia S. Mariæ.*
374 *Regula illa,* Prior in tempore eſt potior in iure.
375 *Ampliatur.*
376 *Antiquiora nobiliora.*
377 *Apta ſatis doctrina Ioannis Vuameſij.*
378 *Quæ Eccleſia fuerit orta ex alia.*
379 *Alia eiuſdem Vuameſij.*
380 *Moderanda tamen.*
381 *Amplianda quoad priuilegia.*
382 *Nouus author impugnator dictorum.*
383 *Veritas examinata magis elaceſcit.*
384 *De Bulla Vrbani II.*
Ipſius intelligentia. ibid.
385 *De conceſſione Regis Alphonſi.*
386 *Exponitur.*
387 *An præiudicet Eccleſiæ S. Mariæ.*
388 *Murilli doctrina.*
389 *De donatione Petri Librana.*
390 *Quomodo accipienda.*
391 *De confirmatione donationum per Alphonſum Imperatorem.*
392 *S. Rota ſatisfacit huic obiecto.*
393 *In multis claudicat hoc priuilegium.*
394 *Addenda alia.*

395 Tituli

395 *Tituli conceſſi Eccleſiæ Sancti Saluatoris nihil præiudicant Eccleſiæ Sanctæ Mariæ.*
396 *De donatione Eccleſiæ S. Mariæ quid ſentiat S. Rota.*
397 *Alia ad intentum.*
398 *Vna res poteſt eſſe maior, & minor, inferior, & ſuperior alia.*
Exemplis declaratur. ibid.
399 *Verba Imperatoris Alphonſi.*
400 *Non probatur intentum.*
401 *Antiqua qualiter probanda.*
402 *S. Rota exponit ea verba.*
403 *Ipſe Arruegus fauet.*
404 *De Summis Pontificibus confirmantibus donationes.*
405 *Quomodo intelligendi.*
406 *Confirmatio Papæ quam vim habeat.*
407 *Alia ſolutio.*
408 *De ſententia Regis Alphonſi.*
409 *Occuritur ipſi.*
410 *De conceſſione capitis S. Valerij.*
411 *Etiam occuritur illi.*
412 *Regula*, Qui ſuccedit in ius alterius, iure eius vti debet.
413 *Illa*, Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.
414 *Nomen* Eccleſia *quotupliciter ſumatur?*
415 *In conceſſione Regis Alphonſi ſumitur* formaliter.
416 *An S. Valerius dici poſſit reſediſſe in Eccleſia S. Saluatoris.*
417 *Generalis reſponſio ad plura obiecta.*
418 *Plura priuilegia Eccleſiæ S. Saluatoris.*
419 *Quomodo non præiudicent.*
420 *Teſtis in cauſa propria inutilis.*
421 *Mutata ſunt temporis curſu.*
422 *Vltima derogant primis.*
423 *Cathedralitas Eccleſiæ S. Mariæ eſt* cumulatiuè *cum Eccleſia S. Saluatoris.*
424 *Malè reiiciuntur Dexter, Maximus, Heleca, Taio, Luitprandus, Aymonius, & Iulianus Perez.*
425 *Vindicantur hi authores.*
426 *Reiicit etiam aliquos modernos.*
427 *De Ludouico Lopez quid?*
428 *D. S. Rota quid dicat?*
429 *Huius S. Tribunalis encomia.*
430 *Defenditur.*
Dictio inde *quid ſignificet? ibid.*
Malè à moderno reſtringitur. ibid.
431 *Achilles fortiſſimus partis aduerſæ.*
432 *Eccleſia S. Mariæ ſemper habuit Epiſcopum.*
433 *A connexis, & correlatiuis valet argumentum.*
Eccleſia S. Saluatoris, & Eccleſia S. Mariæ ſub eodem capite. ibid.
434 *Ex toto ad caput valet argumentum.*
435 *Eccleſia S. Mariæ fruitur eodem Archiepiſcopo.*
436 *Plures Eccleſiæ Cathedrales ſunt ſub vno & eodem Epiſcopo.*
437 *Gabrielis Penneti teſtimonium.*
438 *S. Rota quomodo intelligenda.*
439 *An poſſit dici quod Eccleſia S. Mariæ ſit ſub Papa, veluti ſub Epiſcopo.*
440 *Tanto quis dignior, quanto digniori ſubeſt.*
441 *Ad limam trahenda aliqua quæ Arruegus affert.*
Circa Bullam Clem. VII. ibid.
442 *De erectione Eccleſiæ S. Mariæ in Collegialem.*
443 *Ex inſtitutione Regularitatis non infertur conſtitutio Collegialitatis.*
444 *Teſtimonium Zuritæ.*
445 *Quid de Bullis quorumdam Pontificum?*
446 *Nomine donationis quid intelligant?*
447 *Concluſio operis.*

Iesvs Maria.

ARGVMENTVM.

CATHEDRA CHERVBICA, 1
ſeu *non inferior Cherubicâ*, Dei Parens
ſanctiſſima in Heſychio *orat.* 2.
de Deipar. & *Cathedra Regis portans
omnia portantem*, in Hymno Græco de B. Virg.
apud Buteonem *pag.* 116. vocitatur. Quia nempe
ipſa eſt, clamat Eccleſia, *Sedes Sapientiæ.*
Iure ergo, meritoque Eccleſia Cæſarauguſtana
S. Mariæ, eiuſdem Sacerrimæ Virginis iuſſu
erecta, Apoſtolicíſque Iacobi manibus conſtructa,
Cathedralitatem ſuper cunctas alias, &
cum inſigni Metropolitana, ea quæ *S. Saluatoris*
nuncupatur, aſſerendam contendit. Eo quo- 2
que quod dicitur *de Columna*, vulgo *del Pilar*;
cognomine namque iſto non ſolùm ipſa
Chriſti Parens denotatur, quæ etiam *Columna
vocatur* ab Andrea Cretenſi *orat.* 2. *de Aſſumpt.*
& in Hymno Græco apud eumdem Buteonem
pag. 138. ac maximè *pag.* 122. vbi *Columna
ignea* dicitur: quin & à Cardinali Hugone in
ſua Cythara, *Columna ſtabilis*: ſed & hæc *Cathedralitas*
adumbrata videtur, cum *Columna* à
culmine, iuxta feſtum, vocetur: ſeu quia *culmina
ſuſtinet*, tanquam primum fundamentum.
Eadem igitur Virgine iuſtiſſima (quæ propterea
à Ioanne Geometra *hymn.* 4. *de B. Virg.* nuncupatur,
ius dirimens lites) ſuppliciter inter- 3
pellata, *Cathedralitatem* eiuſdem Eccleſiæ Sanctæ
Mariæ, ſimulque perennem, ſtabilem, & immobilem,
ab Eccleſiæ primordiis ad hæc vſque tempora
permanſiſſe, iuxta Sacræ Rotæ Romanæ deciſiones,
quibus vtrumque aſſeruit, vindicandam
propoſui. Vnam præcipuè referam, cuius titulus
eſt *Cæſarauguſtana Cathedralitatis*, coram Coccino,
prima die Martij 1630. in qua adeo exactè,
doctrinaliter, & copioſè hæc cauſa diſcutitur, vt
vix aliquid ipſi poſſe adiungi videatur: quæ habetur
impreſſa inter deciſiones Recentiorum *part.* 5.
deciſ. 353. Vnde propterea ſtemmate illo vtor, *Columna
immobilis*, quo etiam ab antiquioribus hoc
ſacrum Templum notatum video, & dicam *n.* 107.
hæc ſcribens in feſto Aſſumptionis eiuſdem Sacerrimæ
Virginis Matris anno 1654.

Capvt I.

Controuerſiæ ſtatus.

IN limine autem, vt baſis dicendorum, præmit- 4
tendum, quid *Cathedralitas* ſit, quidve hoc nomen
importet: ex eo namque lucidiùs liqueſcet
præfatæ Eccleſiæ S. Mariæ *de Columna* Cæſarauguſtanæ
rem per illud indicatam ab antiquiſſimis temporibus
adaptari debere. Cùm ergo *Cathedralitas* ſit,
vt Scholæ more loquar, *ratio conſtitutiua Eccleſiæ
Cathedralis*, quemadmodum Eccleſia Cathedralis ea
eſt, & dicitur, in qua Cathedra Epiſcopalis, & Sedes
Epiſcopi ſita eſt, *c. ſtatutum, de reſcript. in* 6. *cap. ne* 5
pro defectu, de elect. Rebuff. *in concord. tit. de collat.
§.* 1. *verb. Cathedralis*, Barboſa *de Canonic. &*
dignita

Dignitatibus, cap. 2. *num.* 4. ſicut Parochialis ea, vbi
reſidet Parochus; ita etiam Cathedralitas erit *Di-*
gnitas talis Eccleſia Cathedralis de habendo Epiſco-
pum in ea ſedentem. Abulenſ. *in cap.* 1. *Matth. q.* 70.
6 Barboſ. *ſuprà num.* 5. Quod conſtat à ſimili de Ec-
cleſia Romana, quæ ex eo dicitur *Cathedra Petri,*
quia in ea Sanctus Petrus ſedit. Ioannes Scotanus
contra hæretic. interrogat. 5. *de primatu Petri, & Ec-*
cleſ. Romana, Cochier. *in Schol. ad preces primar.*
littera E, verſ. in ſingulis Cathedralibus. Barboſa
ſuprà, & Sacra Rota Romana relata *num.* 87. *&* 88.
7 Quæ etiam *num.* 29. id colligit ex coniugio, quod
eſt inter Epiſcopum, & Eccleſiam, vlteriùs etiam id
colligo ex eo quod Epiſcopus debet eſſe *Doctor*,
iuxta Paul. 1. *ad Timoth.* 3. Doctor, ſeu Magiſter
Cathedram erigit, vbi ſuam doctrinam doceat. Si
igitur oſtendatur prædictam Eccleſiam S. Mariæ
de Columna ab antiquiſſimis temporibus Sedem
fuiſſe Epiſcoporum, vtique oſtenſa manebit eius
Cathedralitas, & ſemper fuiſſe, ac eſſe Cathedra-
lem.

8 Quia tamen veritas iſta ex illarum genere eſt, quæ
in facto conſiſtit, ſcilicet in actuali fundatione,
ſeu erectione dictæ Eccleſiæ cum Epiſcopo, & fa-
ctum non præſumitur niſi probetur, *l. in bello*, *§.*
9 *facta, ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. l. ſi emancipati* 6.
vbi Iaſon *Cod. de collat. leg.* 1. *C. de probat.* Maſcard.
de probationibus, vol. 2. *concl.* 732. *n.* 2. Quia facta
10 ſunt ſui naturâ incerta, *l. in omnibus ff. de iur. & fact.*
ignorant. Maſcard. *ſuprà n.* 2. Barboſ. *de Axiomat.*
axiom. 93. *n.* 28. & ideo diligenter probanda. Et quia
ad hiſtoriam ſpectat, non niſi ex monumentis, Bre-
uiariis, hiſtoriis, & Chronicis, & Scriptoribus hau-
riendum. Quæ probatio in puncto antiquæ Cathe-
dralitatis efficax eſt. Romanus *diſceptat. forenſ. lib.* 5.
cap. 893. *num.* 6. *& ſequentibus.* Rota relata *num.* 25.
Inſuper ex indiciis, fama, & teſtibus de auditu, &
11 credulitate. Quia hæc omnia in factis antiquis ſunt
legitimæ probationes, vt latè Maſcard. *ſupr. concluſ.*
733. ex Iuribus, & Doctoribus, ac maximè ex tra-
ditione Eccleſiaſtica, quam ſoli perduelles hæretici
contemnent, non Catholici, cum quibus præſens eſt
concertatio. Hæc igitur omnia per 17. ſæcula à
Chriſto nato vſque ad præſens deducenda ſunt. Vt
idcirco Sacerrima hæc Eccleſia cum ſua Patrona
Deipara canere poſſit.

Beatam me dicent omnes generationes.

12 Inter quæ primum locum, & veluti originarium,
ac fundamentalem reſpectu dicendorum, tenet hi-
ſtoria illa omni ſæculo venerabilis de admirabili
fundatione, erectione, ſeu conſtructione præfatæ
Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Columna, facta iuſſu
Deiparæ Virginis adhuc viuentis, & Beato Iacobo
13 Apoſtolo Cæſarauguſtæ agenti viſibiliter appa-
rentis ſuper Columnam, ſeu Pilare quoddam mar-
moreum, primo Chriſti ſæculo, & anno eiuſdem
Chriſti nati 37. vel 39. Quam veluti antiquiſſi-
mam, & indubitatam traditionem conſtanter tuen-
14 tur innumeri, & grauiſſimi Hiſpanicarum rerum
Scriptores, quorum plurimos Sacra Rota Romana
de anno 1630. relata affert *num.* 21. *&* 22. & alij
etiam, quos adducit D. Ioannes Solorzano *de iure*
Indiar. lib. 14. grauiter reprehendens nonnullos hæ-
ſitantes, Michael Martinez a Villar. *in notis, ſeu*
ſcholiis ad decreta Curia Illuſtriſſimi Domini Iuſtitia
Aragonum ſuper precedentia dicta Eccleſia, fol. 7. ac
alij, qui poſt dictam Sacræ Rotæ deciſionem, &
decreta ſcripſerunt, prout eſt D. Antonius Fuertes
Quæſtor Magiſtratus Mediolanenſis, *in hiſtoria*
de hac Eccleſia, & Michael Erxe Ximenez vtriuſ-
que Iuris Doctor, & diligens Author *in lib. de præ-*
dicat. S. Iacob. in Hiſpan. part. 1. *tract.* 1. *cap.* 18. &
ſequentibus: vbi tot fundamentis ex authoritate, &
ratione petitis, totque Authoribus rem confirmat, 15
vt vix aliud ad intentum deſiderari poſſit. Notet
lector in hoc authore *cap.* 19. *num.* 28. reuelationem
Beatiſſimæ Virginis circa hoc à quodam inſigni
Religioſo Carmelita relatam, quam etiam refert
Modernus quidam Cæſarauguſtanus *in commentar.*
ſuper hanc hiſtoriam, *à pag.* 342. His porrò autho- 16
ribus, etſi indignus, annumerari ambio, cum eam
amplectar *tom.* 2. *Annal. Carmelitar. ſub anno* 39.
num. 11. Romæ typis edito anno 1650. antequam
vel minimam huius controuerſiæ notitiam habue-
rim, ſub compendio relatis Vaſæo, Beutero, Goes,
Garibai, Morales, Illeſcas, Zurita, & pluribus aliis.
Abſtineo autem ab aliis authoribus recenſendis, ne
actum agere videar: ſed non prætermittenda, quæ
in decretis Curiæ Illuſtriſſimi Domini Iuſtitiæ 17
Aragonum relatis *fol.* 7. ſic dicuntur de dicta Eccleſia:
Qua Angelicis manibus iuſſu ſacratiſſima Regina Dei
Genitricis, dum adhuc in humanis ageret, authore Diuo
Iacobo Maiori, Chriſti Apoſtolo, conſobrinoque con-
ſtructa, erectaque fuit. Vnde antiquitas, & dignitas
illius Eccleſiæ vocatur fol. 6. *longiſſima, honorificen-*
tiſſima, venerandiſſimaque. Sicut etiam abſtinendum 18
cenſeo à comprobatione alterius certiſſimæ veri-
tatis, cui præſens innititur, de aduentu ſcilicet eiuſ-
dem D. Iacobi Apoſtoli in Hiſpaniam; quia nec
illam negat pars aduerſa, nec aliquis ſanæ mentis
negare poterit, prout dixit Laurentius la Varre
Gallicus author *in notis ad Tertull. lib. aduerſ. Iudæos,*
not. 4. & quia veritati iniurius eſt, qui vel eum ad
iudicium trahit, & quia ita habetur expreſsè in Bre-
uiario Romano iuſſu Vrbani Octaui edito poſt
maximam diſcuſſionem.

Capvt II.

Vetuſtiſſima, & iugis Cathedralitas Eccleſia S. Maria del Pilar.

Ex his porrò elicitur intentum huius Operis, 19
nempe *Cathedralitas* præfatæ Eccleſiæ ab hoc
tempore, & anno Chriſti 37. vel 39. ex pleriſque
motiuis: Primum (quod etſi à nullo ex patronis
huius cauſæ factum videam, efficax tamen eſſe
credo) eſt, quia cum Apoſtolus Iacobus huius Ec-
cleſiæ fundator, Epiſcopus fuerit, quia omnes Chri-
ſti Apoſtoli Epiſcopi erant ab ipſo Chriſto creati, 20
prout ex Cyrillo, Chryſoſtomo, Theophilacto, Ru-
perto, & aliis comprobant Cornelius *in Act. Apo-*
ſtol. cap. 2. *verſ.* 3. & Suarez *in tom. de fide*, *diſp.* 10.
ſect. 1. 2. 3. 4. *&* 6. ac maximè 7. vbi id probat ex
Gloſſa 1. *Corinth.* 12. & pluribus Theologis *in* 4.
diſtinct. 24. & præſertim ex D. Auguſtino *lib. quaſt.*
noui, & veteris Teſtament. quaſt. 97. dicente de Chri-
ſto, *Priuſquam in cælos aſcenderet, imponens manum in*
Apoſtolos, ordinauit eos Epiſcopos; proculdubio rectè
ſequitur, hanc Eccleſiam ab ipſo fundatam à primo
ſuæ erectionis initio fuiſſe Epiſcopalem, & quod
idem eſt, *Cathedralem, & Cathedralitatis* dignitate
fulgentem; ſiquidem ab Epiſcopo in ea reſidente
fundata fuit.

Corroborat etiam intentum plurium DD. ſen- 21
tentia aſſerentium, Apoſtolos omnes, nedum Epiſ-
copos, ſed & totius Orbis Epiſcopos fuiſſe, autho-
ritate ipſis à Chriſto Domino delegata, ſubordinata
tamen dignitati Sancti Petri, vtpote Apoſtolorum
Principis, in quo erat ordinaria, & tranſmittenda
per ſucceſſionem ad ipſius ſucceſſores. Sic enim eli-

citur

citur ex illo, *Euntes in mundum vniuerſum prædicate*
Euangelium omni creaturæ; & ex eo hymni Eccle-
ſiæ, vbi omnes illi vocantur, *Eccleſiarum Principes*,
& quia illis applicat Eccleſia illud Pſalmi, *Conſti-*
tues eos Principes ſuper omnem terram, & in præfa-
tione de Apoſtolis eos vocat *Rectores*, *Vicarios*, &
Paſtores. Ac maximè ex Clemente Romano *in epi-*
ſtola prima ad Iacobum fratrem Domini, ideſt mino-
rem, vbi in principio epiſtolæ ſic: *Clemens Iacobo*
fratri Domini, & Epiſcopo Epiſcoporum, Regenti
Hebræorum ſanctam Eccleſiam Hieroſolymis, ſed &
omnes Eccleſias, quæ vbique Dei prouidentiâ fundatæ
ſunt. Quibus accedunt ex aliis Doctoribus Caie-
tanus *in opuſcul. tract. de authorit. Papæ*, Suarez *ſupr.*
Bellarmin. *lib.* 1. *de Roman. Pontif. cap.* 11. Petauius
de Eccleſiaſt. Hierarchia lib. 1. *cap.* 5. *num.* 8. refe-
rens Victorem Carthaginenſem Epiſcopum in qua-
dam Epiſt. Synodic. Binius *in not. ad epiſt.* 2. *Anacle-*
ti, quæ habetur *tom.* 1. *Conciliorum*, Auguſtinus de
Bellis *de abſoluta D. Petri Monarchia, oppoſit.* 1.
ſolut. 3. Cornel. à Lapide *in* 1. *Petri, cap.* 5. circa illa
verba, *Qui in vobis eſt*. Si enim hoc eſt verum
(quod ego credo veriſſimum) vt idcirco illud ſe-
quutus fuerim in meis Conſultis, *conſulto vltimo*,
num. 46. antequam huiuſmodi controuerſia mihi
22 nota eſſet, manifeſtè etiam ſequitur, Diuum Iaco-
bum, qui Epiſcopus erat totius Orbis, etiam fuiſſe
Epiſcopum Cæſarauguſtanum, & Eccleſiam ab eo
in ea Ciuitate erectam fuiſſe Epiſcopalem, & Ca-
thedralem, vtpote inſtitutam, & fundatam ab Epiſ-
copo eius Ciuitatis, & in illa ſedente. Sicut etiam
nullus negare poterit, quin Eccleſiæ Aſiæ, quas fun-
dauit D. Ioannes Apoſtolus, dicente D. Hieronymo
de Scriptor. Eccleſiaſtis. de ipſo, *Totas Aſiæ rexit,*
gubernauitque Eccleſias, fuerint verè Epiſcopales, &
Cathedrales, propter coniunctionem quidem cum
illo, qui erat Epiſcopus illarum. Fuiſſe autem Ioan-
nem Epiſcopum Epheſi, clarè docet Bellarmin.
23 *lib.* 2. *de Roman. Pontif. cap.* 7. §. *Reſpondeo in primis*.
Ex quo infertur idem dicendum de illo reſpectu
aliarum Eccleſiarum, quas fundauit. Et ita Augu-
ſtinus de Bellis *ſupr. oppoſit.* 2. *num.* 26. ait, *Omnes*
Apoſtoli appellari ſolent Epiſcopi illarum Prouincia-
rum, quas erudiendas in fide ſuſceperunt, vt Andreas
Achaiæ, Bartholomæus Armeniæ, Matthæus Æthiopiæ.
Et in terminis præſentis caſus D. Iacobum appellant
Epiſcopum Cæſarauguſtanum, Abbas Carrillus *in*
hiſt. S. Valeri, in aduertentiis, §. *Ædem hanc*, recens
author Cæſarauguſtanus *in comment. ad hiſtor. Virg.*
del Pilar, pag. 190. Murillus *in fundat. Capell. Ange-*
lic. cap. 20. referens Anonymum quemdam exterum,
& Dom. Alphonſum de Mendoza, idque latè corro-
borans variis fundamentis.
24 Ad ea, vt credo, accedit non incongruum aliud
ex eo deſumptum fundamentum, quod refert Tur-
pinus Rhemenſis Archiepiſcopus *in Tractatu quo-*
dam de geſtis Caroli Magni, dicato Luitprando
Aquiſgranenſi Decano, vbi loquens de ſancto Ia-
cobo Apoſtolo, quem dicit Hiſpaniam appuliſſe, &
in Gallecia Euangelium prædicaſſe, *cap.* 19. ait: *Si-*
cut per B. Ioannem Euangeliſtam B. Iacobi fratrem
in Orientali parte apud Epheſum Chriſti fides, & Apo-
ſtolica Sedes inſtituitur, ſic per B. Iacobum in Occiden-
tali parte Regni Dei apud Galleciam fides eadem, &
Apoſtolica Sedes conſtituitur. Hæ ſunt procul dubio
Sedes, Epheſus ſcilicet, quæ eſt ad dexteram in Regno
terreno Chriſti, & Compoſtella, quæ eſt ad ſiniſtram;
quæ videlicet ſedes his duobus fratribus filiis Zebedæi
in diuiſione Prouinciarum contigerunt: quia ipſi petie-
runt à Domino, vt vnus ad dexteram in Regno eius
25 *ſederet, & alius ad læuam*. Cui concinit etiam B.
Thomas de Villanoua Valentinus Archiepiſcopus
in concione S. Iacobi, dicens: *Ad minus in hoc Regno*
Cælorum, Eccleſia, petitionem illorum impletam
videmus. Nam Ioanni Sedes data eſt in Aſia, quæ
eſt ad dexteram Ieruſalem, & Iacobo in Hiſpania, quæ
eſt ad ſiniſtram partem. Quemadmodum ergo Ioan-
nes Apoſtolus, vt dixi, in Eccleſiis Aſiæ, Epheſi
maxime, ſedit vt Epiſcopus, prout elicitur ex Eu- 26
ſeb. *lib.* 3. *capite* 23. & Niceph. *lib.* 3. *capite* 16.
in cuius ſignum *inſigne Epiſcopale geſtabat*, teſte
eodem Niceph. *lib.* 2. *capite* 44. idem erit dicendum
de Iacobo Cæſarauguſtæ agente. Verbum enim *ſe-*
dere, quo vtuntur Turpinus, & Villanoua, dum de 27
Iacobo, & Ioanne loquuntur, dignitatem Epiſco-
palem denotat, vt etiam indicant Origenes *tract.* 24.
in Ioan. Tertullian. *de præſcriptionibus, capite* 36.
Oſius Cardinalis *lib. de confeſſ. fid. capite* 28. de
Paulo agens, & Cardinalis Cuſanus *lib.* 1. *concord.*
capite 16. de Ioanne. Et quia vtraque Eccleſia,
Cæſarauguſtana, & Compoſtellana, eiuſdem Iaco-
bi Apoſtoli filiæ ſunt, vt propterea indiuiduam,
& ſingulariſſimam Confraternitatem habeant, pu-
blico etiam inſtrumento ſuper hoc confecto Com-
poſtellæ 19. Iunij 1536. cuius agit mentionem in
commentariis, *pag.* 281. Cæſarauguſtanus ille mo-
dernus author ſuprà relatus *num.* 15.
Sediſſe autem Iacobum Cæſarauguſtæ veluti 28
Epiſcopum eius Eccleſiæ, ex eo clarè hauriri poteſt,
quod in ea Eccleſia munia Epiſcopalia exercuit,
Presbyteros ordinando. Etenim facultas ordinandi
Eccleſiaſticos miniſtros ſoli Epiſcopo competit, pro-
vt ex Epiphan. *hæreſ.* 75. Hieronymo *epiſt.* 75. *ad* 29
Euagrium, Auguſtino *in Breuiculo*, 3. *part. cap.* 5.
Chryſoſtomo, Theophilacto, & Theodor. *in* 3. *&*
4. *p. c.* 1. *ad Timoth.* ac ex Conciliis Nicæno, Hiſpa-
lenſi, Antiocheno, Ancyrano, Carthaginenſi, ac
nouiſſimo Tridentino eliciunt DD. & Theologi.
Eam verò Sanctum Iacobum exercuiſſe ordinando
in Presbyterum Theodorum eius diſcipulum, colli-
git eadem Sacra Rota *de anno* 1630. *num.* 22. §.
quo verò, ex Dextro, Binario eius commentatore,
M. Maximo, Vgone Portugalenſi, Beuter, Blan-
chas, Morales, Mauro, Caſtella, Pereda, Padilla,
Ribadeneira, Cianca, Valdes Comeſtabili Caſtel-
læ, Carrillo, Murillo, & Pennoto, quibus iungo
ego Epiſcopum Taionem *in hiſtoria de fundatione* 30
Capellæ ſanctæ Mariæ de Pilari, inferiùs referenda,
Clamps Doctorem Canonicum Barcinonenſem *in*
hiſtor. de S. Olegario, fol. 31. *&* 32. aſſerentem San-
ctum Iacobum præſidem fuiſſe dictæ Eccleſiæ, &
in ea Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos conſe-
craſſe. Quod non primus aſſeruit Beuter, prout ea-
dem Rota *num.* 46. etſi non aſſertiuè, ſed argumen-
tando dixit, cùm ante illum extent duo Summi
Pontifices, ſcilicet Leo III. & Calixtus II. apud
eundem Beuter *lib.* 1. *c.* 24. & Binarium *in comment.*
ad Dextrum, pagina mihi 71.
Caſu porrò prorſus, & omnino negato, quod 31
Iacobus Apoſtolus Cæſarauguſtæ moram trahens
Epiſcopus non eſſet, ac proinde, quod propterea
Eccleſia ab ipſo extructa Epiſcopalis, aut Cathedra-
lis appellari non poſſet, cùm in ipſa vt Epiſcopus
non ſediſſet: nihilominus quia ipſe, Apoſtoli au-
thoritate quâ fungebatur vt Vicarius Chriſti, qua-
les erant omnes Apoſtoli, vt ait Becanus *tom.* 5. *opuſ-*
cul. lib. 2. *cap.* 4. *num.* 3. etſi alio, & inferiori modo,
quàm Petrus; & vt Legatus eiuſdem Chriſti (quia
tales etiam erant omnes Apoſtoli, prout colligunt
Doctores, ſpecialiter Cornelius *in epiſt. ad Roman.*
cap. 1. *verſ.* 5. ex illo Pauli 1. Corinth. 6. *Pro Chriſto*
legatione fungimur: & ad Epheſ. 6. *Pro quo legatio-*
ne fungor) Epiſcopum in ea conſtituit, qui in ea
ſederet, munia Epiſcopalia exerceret, & Chriſti
gregem

32 gregem vt paſtor ordinarius regeret, nullus refra-
gari poterit, quin talis Eccleſia ab eo tempore
Epiſcopalis, & *Cathedralis* dignitate potiti debeat.
Singula autem hæc conſtant. Primum quidem de
poteſtate conſecrandi, & conſtituendi Epiſcopos in
33 Eccleſiis, quas fundabant, ex Tertulliano, Cypria-
no, & Irenæo, quos refert Pamel. *ad Tertullia-
num de præſcriptionibus aduerſ. hæretic. cap.* 20. Fran-
ciſc. Burſatio *conſil.* 125. & 126. Villar. *in notis ad
decreta relata, litterâ E*, & contra Salmatium No-
uatorem Petauio *de Eccleſiaſt. Hierarch. lib.* 1. *cap.* 2.
ac Titino *controuerſ.* 8. *de paſtoribus Eccleſ.* Et quia
talis erat conſuetudo Apoſtolorum dum Eccleſias
fundabant, prout ex eiſdem Tertulliano, Irenæo,
& Burſatio diſertè affirmat Rota noſtra *num.* 39. ad-
dens etiam in teſtem Georgium Ederum *lib.* 2. *c.* 12.
concluſ. 1. & *cap.* 5. *concluſ.* 2. & 4. Addo Titi-
num relatum, & Barboſam *de Epiſc. tit.* 1. *cap.* 3.
num. 1. Alioquin nec rectè, nec prodentet Eccleſiis
quas erigebant, prouidiſſent. Quod maximè pro-
cedit in D. Iacobo, qui poſt modicum tempus Hiſ-
panias erat dimiſſurus, & Hieroſolymam reuerſu-
tus. Secundom verò, quod videlicet S. Iacobus
id verè fecerit, admittit eadem S. Rota loco relato
ex eiſdem hiſtoriis, & Authoribus, qui dicunt San-
ctum Iacobum ordinaſſe in Presbyterum dictum
Theodorum, quos ſuprà adduxi. Is porrò Epiſcopus
34 à D. Iacobo Cæſarauguſtæ tunc conſtitutus, fuit
Athanaſius, qui à Dextro in Chronico anni Chri-
ſti 50. vocatur *primus Epiſcopus Cæſarauguſtanus*, &
Diſcipulus Sancti Iacobi, & de eo canit M. Maximus
in epigrammate, adiuncto eius Chronico Cæſarau-
guſtæ 1619.

Primus Athanaſius noſtra fit Præſul in Vrbe,
Angelicaque Domus Paſtor honorificus.

Has porrò hiſtorias Dextri, & M. Maximi, fidem
humanam vtique mereri, dum loquar de ipſo Dex-
tro in quinto ſæculo, & de Maximo in ſexto, oſten-
35 detur. Intentum autem præſens de Epiſcopatu iſtius
Athanaſij latè confirmant Vaſeus, Beuter, Morales,
Padilla, Murillus, Carrillus, & generaliter omnes
qui Catalogos Epiſcoporum Cæſarauguſt. deſcri-
bunt.

36 Vnde prædictis conſideratis S. Rota Romana de
anno 1630. in præcedentibus relata amplectitur
num. 80. quod præfata Eccleſia *del Pilar* fuerit anti-
quitus *Cathedralis*. Quod probat ex teſtimoniis Au-
thorum, qui id expreſsè aſſerunt, videlicet Aymo-
nis, ſeu Aymonij antiqui Monachi, Martini Gar-
ziæ, Zuritæ, Hieronymi Romani, Mauri Caſtellæ,
Valenzuelæ, & Franciſci de Aynſa. Eis iunguntur
Murillus *in fundatione Capellæ del Pilar, capite* 18.
& *duobus ſequentibus*, Gabriel Pennotus *in hiſtor.
Tripart. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 9. *verſ. Quam ſententiam*,
Michaël Erze Canonicus Legionenſis, & Regius
Capellanus *in tract. prædicat. S. Iacobi, part.* 1. *tract.* 1.
cap. 19. cum tribus ſequentibus, Regens Villar.
*in ſcholiis ad ſententiam Illuſtr. D. Iuſtitiæ Aragonum,
litteris I, K, L, M.* Antonius Fuertes in hiſtoria
relata, *cap.* 8. Probationem autem ex hiſtoriis fidem
mereri, *ex cap. cùm cauſam* 13. *de probat.* & DD.
37 ibidem habentur, & tradunt Bartolus *in l.* 1. *num.* 21.
ff. ſi certum pet. Ripa *num.* 27. Alciatus *num.* 28. Gra-
tian. *tom.* 5. *diſcept. forenſ. capite* 893. *numero* 6.
Larrea *deciſ.* 17. *num.* 29. *tom.* 1. Valenzuela *con-
ſil.* 33. *numero* 84. & alij apud Barboſam *in dict. cap.
38 cum cauſam, num* 4. Maximè cùm verſemur in rebus
antiquiſſimis, in quibus leniores probationes ſuf-
ficiunt, prout firmat eadem S. Rota de anno 1630.
num. 81. ex Baldo, Socino, Couarruu. & aliis,
39 Ac præcipuè in rebus Hiſpaniæ Regionis, in qua
propter Gentilium perſequutiones, Maurorum in-
uaſiones, Regnorumque reuolutiones, Chriſtia-
norum antiquitates iacturam magnam paſſæ ſunt,
ſicut non ſolùm Suarez, & Gaſpar Sanchez ab ea-
dem Rota *num.* 83. in hoc recepti, ſed & omnes
fermè eius nationis Scriptores paſſim deplorant. Et
hanc fidem eius hiſtorias mereri ſcribunt Garzia
de nobilitate gloſſ. 7. *numero* 18. *fol.* 195. Mexia *in
leg. regia Tolet. in* 24. Otalora *de nobilit.* 2. *part. c.* 4.
num. 3.

Non vidit autem Sacra Rota relata, etſi diligen- 40
tiſſimè antiquitatis monumenta euoluerit, Aulum
Hallum Poëtam Burdegalenſem, qui à 500. circiter
annis in viuis erat, & librum de Aduentu S. Iacobi
in Hiſpaniam metricè compoſuit, typis mandatum,
& eruditis notis illuſtratum per Ioannem Tama-
ium Salazar Matriti anno 1618. Hîc ergo appo-
nenda huius inſignis, & peruetuſti Poëtæ carmina,
quibus D. Iacobum Cæſarauguſtæ commorantem
Athanaſium in Epiſcopum ordinaſſe demon-
ſtrat.

Moreque Apoſtolico, duodeno cingitur almo
Concomitum Choro, quos planè myſticè ſacrat
Eccleſiæ officiis: nam Baſilio, Pio iunctim,
Maximo, Chryſogono, Athanaſio detulit altum
Ordinis officium.

Epiſcopatum videlicet, qui ſupremus Ordo eſt. 41

Cùm autem ex dictis ſatis ſuperque comproba-
tum maneat, ius Cathedralitatis hoc tempore primi
ſæculi præfatæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ *del Pilar*
conueniſſe, idcircò pars aduerſa animaduertere de-
bet, quod ſi per euidentes probationes non conuin-
cat talis *Cathedralitatis* mutationem contigiſſe,
ſemper credendum eſt eam perſeueraſſe: quia ſicut 42
certum eſt, quod à tempore ad tempus valet argu-
mentum, *leg. omnes*, §. *à barbaris, ff. de re milit. l. non
eſt neceſſe, ff. de probationibus*, Euerardus *in topic.
legalibus, loco* 42. ſic etiam certum eſſe debet, quod
à tempore præterito ad futurum rectè infeatur,
*cap. cùm ad Sedem, de reſtitut. ſpoliat. leg. ſiue poſ-
ſidetis, Cod. de probat.* Sigonius *de Epiſcop. Bonon.
in princip.* Villar. *in not. ſeu ſcholiis ad Decr. Curia,
&c. littera S.* Imò de præteritis ad præſens etiam
valet argumentum, ita vt ex eo quod fuit tempore
præterito, colligitur idem eſſe in tempore præſenti.
Sic enim qui fuit excommunicatus tempore præte- 43
rito, etiam præſumitur nunc excommunicatus, *cap.
ſicut nobis, de ſentent. excommunicat.* & *cap. propo-
ſuit, de Cleric. excommunicat.* DD. ibidem, & Maſ-
card. *volum.* 2. *concluſ.* 704. *n.* 1. & *ſequent.* Et qui
olim dominus fuit, & hodie dominus præſumitur,
l. ſiue poſſidetis, C. de probat. Felin. *In cap. ſcribebam,
poſt num.* 3. *de præſumpt.* Rota *deciſ.* 4. aliàs 124. *de* 44
probation. in nouis, Maſcard. *ſupr. num.* 4. & 5. Hinc
optimè Rota in ſuperioribus adducta de an. 1630.
n. 84. & 85. ait, quod præſumptio de Cathedrali-
tate poſteriori, non tollit iſtam priorem, ſed potiùs
tollitur ab ipſa. Intellige, vt dixi, ſi manifeſtis do-
cumentis pars aduerſa non probet contrarium, quod
non facit.

Nec eſt magni momenti, quod contra dicta op- 45
ponitur *ex cap. quis neſciat*, 11. *diſtinct.* & Innocen-
tio primo *epiſt.* 1. *ad Decentium Epiſcopum Eugubi-
num*, ſic dicente: *Præſertim cùm ſit manifeſtum in
omnem Italiam, Gallias, Hiſpanias, Africam, atque
Siciliam, inſulaſque inter adiacentes nullum inſtituiſſe
Eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Apoſtolus Petrus,
aut eius ſucceſſores conſtituerunt Sacerdotes: aut le-
gant ſi in iſtis Prouinciis alius Apoſtolorum inueni-
tur, aut legitur docuiſſe.* Etenim, prout eadem
Sacra Rota *num.* 34. & deinceps vſque *ad* 41. di- 46
ſertiſſimè ait, mens huius Pontificis, & illius Ca-
nonis eſt, nullum etiam ex Apoſtolis fuiſſe, qui

eas Eccleſias inſtituerit, aut prædicta egerit ſine man-
dato, iuſſu, aut permiſſione B. Petri Apoſtolorum
Principis, cui videlicet ea competebant poteſtate
ordinaria, quatenus erat ſupremum caput totius
Eccleſiæ, & Chriſti Vicarius, non verò quod Apo-
ſtoli alij non potuerint ea facere, aut non fecerint, vt
Chriſti Legati, & authoritate ipſius delegata ab
ipſo, ſciente, & conſentiente eodem Petro. Quam
eſſe genuinam huius nodi ſolutionem, recipiunt
47 plures DD. quos ipſa Rota refert, quibus adhærent
decreta relata Curiæ Illuſtriſſimi Iuſtitiæ Arago-
num de anno 1605. *num.* 17. & doctiſſimus Villar.
in notis, ſeu *ſcholiis ad ipſa*. Michaël Erze *de prædi-
cat. S. Iacobi in Hiſpan. part.* 1. *tract.* 7. *c.* 7. Paulus
Bellus *in Gloria Meſſan. cap.* 7. adeò vt prudens nul-
lus contra eam nec mutire permitti debeat. Præſer-
tim cùm conformis ſit plurium Eccleſiarum tradi-
48 tioni, quæ primos fundatores aliquos præter Petrum
ex Apoſtolis agnoſcit, vt Mediolanenſis Barnabam,
Hiſpanicæ, & Gallicæ Paulum, Aſiaticæ Ioannem,
Africanæ Simonem Cananæum, Armenicæ Bartho-
lomæum, Æthyopicæ Matthæum, & aliæ alios,
prout hiſtoriæ Eccleſiaſticæ earum nationum, &
Bellus relatus oſtendunt. Petro autem ſciente, &
conſentiente veniſſe S. Iacobum in Hiſpaniam,
diſertè affirmat Iulianus Petri *in ſuis aduerſariis*,
num. 437. *&* 438. quem ad hoc intentum affert Erze
relatus.

49 Liceat tamen mihi huius epiſtolæ Pontificiæ,
& Canonis aliam adhibere ſolutionem, quam credo
eſſe genuinam, & textui aptiſſimam, nec contra
ipſam aliquid opponi poſſe, quod eam euacuet. Su-
mitur autem ex proprietate huius verbi *Inſtituo*,
50 quod habetur ibi, *inſtituiſſe.* Etſi enim illud ſæpe
ſignificet idem, quod *incipio*, iuxta illud Cicer. *pro
Cluent. Quæſo vt me, iudices, ſicut facere inſtituiſtis,
benignè, attenteque audiatis.* Et *in Verrem*, *Vt inſtitui
dicere.* Sæpius tamen, & propriùs pro eo quod eſt *do-
ceo, inſtruo*, &c. ſic Paulus 2. *ad Timoth.* 4. dixit: *Aſſe-
quutus es meam doctrinam, inſtitutionem, &c.* ſic Cicero
pro Quintio dixit, *quem tu à puero inſtituiſſes*: & pro
Cælio, *adoleſcentem inſtituere*: & 2. *de Orator. Ru-
dem ad dicendum inſtituere*: & Quintilianus *lib.* 1.
cap. 7. *Ad lectionem aliquam inſtituere.* Mille alia præ-
51 termitto, quia participium *inſtitutum*, ſeu *inſtituta*,
ab hoc verbo deriuatum, id manifeſtè demonſtrat.
52 Verbum ergo illud *inſtituiſſe*, in præfato Canone,
& epiſtola Innocentij, in hoc ſecundo ſenſu, non
in primo accipi debet, ita vt ſenſus ſit, nullum, ne-
que Apoſtolos *inſtituiſſe* dictas *Eccleſias*, ideſt, dediſ-
ſe illis leges, ritus, cœremonias, &c. niſi Petrum, &
eius ſucceſſores. Propterea enim in titulo præfixo
eidem Canoni dicitur, *Ab omnibus obſeruari debet,
quod Romana ſeruat Eccleſia.* Et infrà, Eccleſia Ro-
mana vocatur *Caput inſtitutionum.* Et inferius, *Quem
morem teneas.* Adhuc inferiùs: *Si qui à Romana Ec-
cleſiæ inſtitutionibus aberrant, &c.* Non ergo in hoc
textu negatur id, quod in præſenti intenditur de
fundatione, ſeu erectione dictæ Eccleſiæ, & crea-
tione pro illa Epiſcopi, Presbyteri, &c. ſed de inſti-
tutionibus, ritibus, aut cœremoniis Eccleſiaſti-
cis, quæ temporis curſu ab Eccleſia Romana fue-
runt mendicata. Legatur textus illius Canonis, imò
tota illa diſtinctio 11. & conſtabit hanc eſſe le-
gitimam illius intelligentiam. Nec refert ſi dica-
tur, quod ibi etiam dicitur, nullum Apoſtolum
in illis regionibus aliquid *docuiſſe.* Hoc enim
verbum iuxta ſubiectam materiam, idem eſt quod
dediſſe dictas inſtitutiones, leges, ritus, cæremo-
nias, &c. quia iſta ab Eccleſiis Romana poſtea ſunt
accepta.

53 Quæ etiam expoſitio optimè quadrat epiſtolæ
Gregorij VII. ad Reges Hiſpaniæ, quæ eſt
lib. 1. *epiſt.* 41. vbi de ſeptem Epiſcopis ab Vr-
be Roma in Hiſpaniam miſſis, dicit inſtituiſſe
populos, Chriſtianitatem fundaſſe, Religionem
plantaſſe, & ex eis ſuſceptum eſſe Religionis
exordium. Hæc etenim omnia, præterquam quod
nihil derogant eis, quæ Sanctum Iacobum feciſ-
ſe dixi, quatenus ſupra ea addunt aliquid, ſolùm
denotant, Hiſpaniam inſtructam fuiſſe ab huiuſ-
modi Epiſcopis quoad inſtitutiones, ritus, & cæ-
remonias Eccleſiæ Romanæ. Quam expoſitionem 54
voluntariam non eſſe, ſed omninò legitimam, ſuadet
primò intentum Papæ in illa epiſtola, quod erat
monere Reges Hiſpaniæ, vt reciperent ritum, &
Breuiarium Romanum. Secundò, illa verba, *& of-
ficium in diuinis cultibus oſtenderunt.* Tertiò, quod
Pontifex ibi ſe remittit ad epiſtolam Innocentij Pri-
mi relatam, quam nihil præter hoc continere, oſten-
ſum eſt.

Habetur igitur ex dictis ſatis roboratum, primo 55
Chriſti ſæculo Ædem Beatiſſimæ Virginis *del Pilar*
dictam, Cathedralitatis dignitate in Cæſaraugustana
Vrbe potitam fuiſſe. Nunc iam idem probandum ſe-
quentibus ſæculis.

Quod enim eadem Cathedralitas præfatæ Ec- 56
cleſiæ Sanctæ Mariæ *del Pilar* primo ſæculo in-
choata, etiam ſecundo perſeuerauerit, eſto pro-
pter monumentorum inopiam, quæ ob Gentilium
perſequutionem perierunt, non ita clarè compro-
bari queat; nihilominus ſi ea, quæ in ſuperiori-
bus dixi, recolantur, vberior probatio neceſſa-
ria non erit. Si enim iuxta dicta ſuperiùs *nume-
ro* 42. à præterito ad futurum, imò etiam ad præ-
ſens rectè infertur, niſi oppoſitum manifeſtis
argumentis oſtendatur, ſi primo ſæculo præfa-
ta Eccleſia *Cathedralis* fuit, talis etiam debebat
eſſe ſecundo, niſi pars aduerſa oppoſitum oſten-
dat. Quod cùm nullatenus efficere poſſit, cau-
ſa cadet, & ſubſiſtet pro hoc etiam ſæculo *Ca-
thedralitas* eius. Sed ſpecialiter intentum corro- 57
borat, quod in contradictorio iudicio, & cau-
ſa vertente inter hanc Eccleſiam & Cæſaraugu-
ſtanum Antiſtitem, partibus auditis, pronuncia-
tum eſt de anno 1502. prout refertur in decretis
Curiæ Illuſtriſſimi Iuſtitiæ Aragonum, *nume-
ro* 4. à Vicario Generali Archiepiſcopi Cæſarau-
guſtani, dictam Eccleſiam S. Mariæ Cathedralem
fuiſſe à primordiis Chriſtianitatis (ſcilicet primo
ſæculo) vſque ad tranſlationem, ſeu vnionem, ac
propterea non debere ſubſidium charitatiuum ſol-
uere, illis verbis: *Conſtat etiam quod dicta Eccleſia,
in qua glorioſa Dei Genetrix Virgo, dum in humanis
ageret, B. Iacobo Apoſtolo mirabiliter ſuper Pilare
marmoreum Angelicis manibus deportatum apparere
dignata eſt, in qua primaria Sedes Cæſaraugustana per* 58
*multa annorum curricula collocata fuit, Beato Braulio,
& aliis digniſſimis Epiſcopis ſucceſſiuè præſidentibus.*
Si enim expendantur illa, *per multa annorum curri-
cula*, & illud *ſucceſſiuè*, etiam comprehendi præſens
tempus ſecundi, & tertij ſæculi, facilè innoteſcet. 59
Præſertim cùm dictio illa *ſucceſſiuè*, ordinem ſucceſ-
ſiuum denotet, vt *in l. auia, in princip.* vbi Gloſſ. *ff.
de condit. & demonſtrat.* Surdus *conſil.* 365. *num.* 9.
Quin etiam præcedentium qualitatum repetitio-
nem indicat, iuxta Rotam *dec.* 453. *n.* 1. *in fin.* apud
Farinac. *part.* 2. *recent.* Barboſa *de Dictionibus, dict.*
387. Vnde etiam hoc ſecundo ſæculo perſeueraſſe 60
hanc Cathedralitatem Eccleſiæ S. Mariæ, ſupponunt
Rota coram Motmanno de anno 1633. *recent. p.* 6.
dec. 137. *n.* 7. & maximè Rota alia de anno 1630.
ſæpiùs recitata *num.* 50. vt inferiùs expendetur, & fe-
rè omnes authores relati pro principali intento

61 huius operis, maximè Zurita, qui veluti Princeps eſt inter hiſtoricos Aragoniæ, & *in Indicibus ad annum* 889. disertè affirmat, *Heleca, & Senniori, ac ſuperioribus, poſterioribuſque Epiſcopis*, ideſt, tam illis qui *Helecam, & Senniorem* præceſſerunt, quam qui poſtea ſecuti ſunt, hanc ſacroſanctam Ædem, *ſedem, ac domicilium* præbuiſſe. Epiſcopi ergo huius ſæculi, & omnium ſequentium in ea ſederunt. De hoc Zuritæ teſtimonio iterum dicetur cum Rota de anno 1630. *n.* 109. eiuſdem deciſionis.

62 Nec deeſt fundamentum, vt dicatur, hoc etiam ſecundo ſæculo aliquem extitiſſe Epiſcopum Cæſarauguſtæ in eius Vrbe Cathedrali Eccleſia ſedentem poſt Athanaſium, & alium Theodorum, *Epictetum* videlicet, ſeu *Epitarium*, quem commemorat Flauius Dexter *ad annum* 205: qui huic ſæculo correſpondet, de eo enim dicit: *S. Eugenius, & M. Marcellus rem Primatus Hiſpaniæ confert cum Viris ſanctis, & primariis Epicteto Cæſarauguſtano, &c.* in Concilio nempe Toletano, ad quod Epiſcopos conuocauerat, teſte Biuario *in comment. ad eundem, eo anno* 105. *n.* 6. De eo quoque M. Maximus loquens

63 de primis Cæſarauguſtanis Antiſtitibus, in Hymno ſic loquitur.

Laude te nunc Athanaſi ſacrate,
Teque præſtanti Theodore cantu:
Non minùs noſtris Epictete Præſul
Dignus es odis.
Tertium, & primum vides ipſe Iberus
Fortiter paſſum, ſed enim ſecundum
Sacra per tractus Libycos ferentem
Clara Syrene.

Adſtipulantur inter Celtiberos Scriptores de Epiſcopis etiam Cæſarauguſtanis loquentes Carrillus, & iunior ille Cæſarauguſtanus, ac etiam Dexter ſub anno 185. dicens: *Plurima Collegia iuuentutis per Hiſpanias ad Clerum inſtituenda, præſertim Cæſarauguſtæ, Tarracone, Hiſpali, Carthagine, Toleti, Bracaræ, Auguſtæ, Illiberi, præcipuis Vrbibus, Præſulum diligentiâ oriuntur.* Ex his enim liquidò conſtat, Præſulem Cæſarauguſtanum aliquem eo tempore extitiſſe, cuius diligentiâ Cæſarauguſtæ Collegium iuuentutis imbuendæ inſtitutum fuerit, prout Eccleſiæ antiquæ vſus erat, vt Biuar. *in Commentariis ad hunc locum Dextri* confirmat.

64 De tertio autem ſæculo clariùs conſtat Antiſtitem aliquem Cæſarauguſtæ, & in præfata Eccleſia Sanctæ Mariæ del Pilar floruiſſe, Sanctum videlicet Felicem, qui à D. Cypriano *epiſt.* 68. *num.* 12. ſic decoratur: *Felix de Cæſarauguſta fidei cultor, ac defenſor veritatis.* Fuiſſe autem eiuſdem Vrbis Epiſcopum, contra Biuarium *in commentar. ad Dextrum, circa annum* 1255. ſatis corroborant Baron. *tom.* 2. *Annal. ann.* 258. Carrillus, Murillus, & recentior author Cæſarauguſtanus, dum agunt de Epiſcopis Cæſarauguſtanis, & alij apud ipſos, ſpeciatim Pradez, dum de hac Eccleſia loquitur *pag.* 67. & dicens in ea floruiſſe hunc Felicem. Et Ioannes Franciſcus Andreas de Vztarroz *in lib. de Patria S. Laurentij, fol.* 50. Ac præ cæteris Martinus Garzia inſignis author, qui quamvis fuiſſet Eccleſiæ Sancti Saluatoris Canonicus, nihilominus in ſuis ſermonibus, ſerm. 150. diſertis verbis affirmat, quod hoc ſæculo, tempore perſequutionis Diocletiani, & Maximiani, *Cæſarauguſtæ erant multi Chriſtiani propter deuotionem Virginis Mariæ, quæ ibi Eccleſiam dimiſerat.* Quod clariùs exponit in ſequentibus, dicens, quod *in ea Eccleſia Metropolis tunc erat.* Quid aptius ad intentum?

65 In teſtem quoque huius Cathedralitatis vocandus Valerius, ſeu Valerus, alius Cæſarauguſtanus Epiſcopus huic tertio ſæculo coæuus, & in eadem Eccleſia Sanctæ Mariæ del Pilar ſuam Epiſcopalem Cathedram moderatus. Et quidem Epiſcopum Cæſarauguſtanum fuiſſe, verbis conceptis exprimit Dexter ſub anno 300. *n.* 2. dicens: *Vrena patitur Valerius Epiſcopus Cæſarauguſtanus* 10. *die Ianuarij, relinquens poſteris conſtantiæ exemplum.* Adſtipulatur Biuarius eius Commentator, & plerique alij Hiſtoriographi. In hac autem Sanctæ Mariæ Eccle- 66
ſia reſidentiam habuiſſe, non ſolùm ex dictis, ac ex eo quod nulla alia eo tempore Cathedralis erat, facilè deducitur, ac grauiter ex Aymoino Monacho (de quo in ſequentibus) qui agens de tranſlatione reliquiarum Sancti Vincentij Martyris tempore quo *Sennior* (ſic dictus) eam Eccleſiam regebat, inquit: *Sennior Epiſcopus ſtupens, nimiumque admirans, & æſtimans omnino, quod erat planè alicuius Sancti Martyris corpus, iuſſit illud auferri, atque in Eccleſia Beatæ Mariæ ſemper Virginis (quæ eſt Mater Eccleſiarum Vrbis) veneranter recondi, in qua olim ſub Valerio Pontifice idem Martyr, ſtrenuuſque athleta Archidiaconij arcem inſignis tenuerat.* Siue enim hic Valerius, cuius Archidiaconus erat Sanctus Vincentius, ſit primus huius nominis, ſiue ſecundus, ſiue duplex ſit Vincentius vtriuſque Valerij Archidiaconus, & vterque Martyr (quod hiſtoricis relinquendum) teſtimonium huius Aymoini probat intentum. Cui etiam fauent Pradez *lib.* 2. *cap.* 5. 67
pag. 79. & clarè ſequitur ille modernus *pag.* 198. ac tam de iſto Valerio, quàm de omnibus aliis Epiſcopis Cæſarauguſtanis ab Athanaſio vſque ad annum 1118. ingenuè fatetur inſignis illa Rota in 68
hac cauſa coram Coccino de anno 1630. pluries nominata, id comprobans *num.* 50. generaliter ex Murillo: & in ſpecie de iſto Valerio, quicunque is fuerit, ex dicto Aymoino, Garzia, Villar, eodem Murillo, Prudentio, Aynſa, & M. Maximo: ac præſertim *num.* 51. 52. 53. ex eo, quod in dicta Ec- 69
cleſia *del Pilar* appareant hodie veſtigia memoriæ S. Valerij, & præ cæteris quædam Aula verſus flumen Iberum, quæ ab antiquo *Aula Valeriana* cognomentum retinet; & quia ex huiuſmodi denominatione argumentum perſonalis reſidentiæ reſultat, cùm agatur de reſidentia Epiſcopi, quæ ſemper præſumitur penes Cathedralem.

Sumitur etiam adminiculum pro Cathedralitate 70
dictæ Eccleſiæ S. Mariæ pro eodem tertio ſæculo, ex alio Cæſarauguſtano Antiſtite, Prudentio nominato, qui prout ex Iuliano *in aduerſariis* elicit, Cæſarauguſtanus ille *pag.* 199. floruit anno 270. & proſſus, ac ſine fundamento dici poteſt, in alio loco, aliave Eccleſia Sedem fixiſſe, quam in ea, quæ à principio Cathedralis fuit, & ſucceſſu temporis Cathedralitatem non amiſit.

Quartum autem ſæculum, quod incipit ab anno 71
300. vſque ad 400. Chriſti, plura ſuggerit pro eiuſdem Eccleſiæ Sanctæ Mariæ prima Cathedralitate, vt omittatur id, quod in ſuperioribus probatum manet, de continua ſucceſſione Cæſarauguſtanorum Antiſtitum in eo Templo, veluti propria Cathedra, quales recenſentur ab hiſtoricis vnus, vel alter Valerius, Clemens, ſeu Clementius, Coſtus, ſeu Caſtus, & Baſilius. *Tunc reparata eſt Sancta Maria de Columna Matrix Orbis Eccleſia, &c.* Ita loquens de hoc ſæculo Luitprandus, ſeu Eutran- 72
dus *in ſuis fragmentis, num.* 11. de cuius authoris fide dicam infrà ſub ſæculo 10. Eius autem in hac re ſententiam ſequuntur Michaël Erze *de prædicat. Sancti Iacobi in Hiſpan. part.* 1. *tract.* 1. *cap.* 10. *num.* 3. & Cæſarauguſtanus modernus *ſuprà, pagina* 200. Occaſio autem ſeparationis huius Matricis Orbis Eccleſiæ fuit decretum Conſtantini Imperatoris recenter ad fidem conuerſi, quo permiſit

Chriſtianis Eccleſias ædificare, & reparare. Vnde
in ea nunc aſpicitur Conſtantinianum illud ſtem-
ma, *Labarum* appellatum. Hinc etiam Cæſarauguſtæ
73 plures Eccleſiæ ædificatæ tunc temporis fuerunt,
prout de Eccleſiis S. Ingratiæ, & innumerabilium
Martyrum, Apoſtolorum Petri, Iacobi, Philippi, An-
dreæ, *S.* Helenæ (vbi poſtea Carmelitæ fuerunt)
& Sancti Ioannis Baptiſtæ dicitur. Etſi autem iſtæ,
vel aliæ Eccleſiæ Vrbis Cæſarauguſtanæ ex vi
huius Conſtantiniani Indulti ædificatæ dicantur,
nulla earum tamen reædificata, aut reparata dicitur,
niſi Eccleſia *de Pilari*, quod manifeſtè arguit eam
ſolam tunc extitiſſe; vel eſto aliæ etiam adeſſent, de
ipſa ſolùm mentio fuit habita, vtpote omnium
Matre.

74 Eo quoque ſæculo Cæſarauguſtæ habita eſt Sy-
nodus Catholicorum Antiſtitum, quam commemo-
rat Dexter *in Chronic. ad ann.* 384. Iulianus Petri
in Chronic. fol. 47. *num.* 187. Biuar. *in annot. ad Dex-
trum*, & plerique. Habita porrò eſt in ea Matrice
Deiparæ *del Pilar*, de qua eſt ſermo, Eccleſia, & in
ipſa hæreſis Priſcillianiſtarum damnata fuit. Sic
teſtatum reliquit M. Maximus *in Chronic. ann.* 380.
dicens: *Conſilia celebrantur in Sede Sanctæ Mariæ
Cæſarauguſtana, vt olim ſub Priſcillianis Sedes collecta
eſt.* Clariùs Luitprandus *in fragmentis, num.* 184.
huius enim facti rationem reddens, ſic inquit: *Pri-
ma hæreſis, quæ venit damnanda in Hiſpania, fuit
Priſcillianiſtarum, quæ foris huc prorupit: damnata
verò eſt in Secretario S. Mariæ de Pilari Cæſarauguſtæ,
quod Sanctus Iacobus ædificauit, & non alibi decuit
damnari.* Quæ poſteriora verba noſtri intenti ra-
75 tionem etiam reddunt. Eccleſia etenim Cathedralis,
& *Matrix*, propria Sedes abſdubiè eſt, vbi Con-
cilia celebrari, & hæreſes damnari ſolent. Clariùs, &
& fuſiùs Iulianus Petri *in ſuis aduerſariis, num.* 55.
dixit: *In membranis Gothicis manuſcriptis, quæ ſer-
uantur in Eccleſia Cathedrali Sanctæ Iuſtæ, & Ruffinæ
Martyrum Toletana, reperi Eccleſiam Cæſarauguſ-
ſtanam de Pilari, primo Concilio contra hæreticos in
Hiſpania collecto nobilitatam. Nam vbinam commo-
diùs debuiſſent Epiſcopi Hiſpani conuenire, quàm in
Templo, quod totius pietatis, & Religionis non ſolùm
in Hiſpania, ſed in omnibus Occidentis partibus, fons,
& origo fuit?* Eadem fermè *num.* 473. de hoc Con-
cilio, & Eccleſia dicens: *Collectum eſt ibi præcipuè,
propter honorem Virginis, & Templum, quod primum
Orbis fuit S. Mariæ per Iacobum dedicatum.* His
ſubſcribunt Aragonenſes Scriptores.

76 Nobilis etiam author Regens Michaël Marti-
nez del Villar *in tract. interpretat. trium Epigram-
mat.* anno 1609. typis edito, ex antiquiſſimo
Poëta Prudentio, qui in hoc quarto ſæculo floruit,
hæc affert, quæ rectè inſpecta intentum compro-
bant.

*Perſtat adhuc, Templumque gerit veneranda
Columna,
Noſque docet cunctis immunes viuere flagris.
Plena magnorum domus Angelorum,
Et hinc Sacerdotum domus infulata
Valeriorum.*

Etenim *Columna* iſta (quidquid aliqui dicant) non
Columnam, cui ligatus Chriſtus flagellatus fuit,
ſed eam in qua Filius, & Mater coluntur, indi-
gitat.

77 Quintum porrò Chriſti ſæculum ab anno 400.
vſque ad 500. protractum, veritatis, quæ modò
controuertitur, magnum fulcimentum præbet, non
ſolùm per ingem Cæſarauguſtanæ Eccleſiæ ſuc-
ceſſionem Epiſcoporum Petri, Simplicij, Luciani,
Iſidori, quos Catalogiſtæ referunt, ſupponentes in
ea Eccleſia S. Mariæ *de Pilari* ſuam Sedem fixiſſe:
ſed maximè ob clariſſimum, quem habuit virum
Flauium Lucium Dextrum Hiſpanum Barcinonen-
ſem, S. Paciani filium, & Præfecturâ Prætoriâ de-
coratum. Hic enim author *in ſuo Chronico, anno Chri- 78
ſti* 37. *num.* 3. de B. Iacobo Apoſtolo Zebedæi filio
dicit: *Templum, vel Oratorium Beatæ Virgini, ex eius
iuſſa, præſentiaque ſuper Columnam, Cæſarauguſtæ
erexit.* Circa quæ Franciſcus Biuarius Ciſtercienſis
Monachus, vir doctiſſimus, & Dextri commentator, 79
hæc ſubiungit: *Nihil æquè ſtabilitum teſtimoniis gra-
uiſſimorum Authorum, nihil totâ Hiſpaniâ ſacratius,
ac venerabilius animis hominum inſedit, atque hiſtoria
fundationis Angelicæ Domus Sanctæ Mariæ de Co-
lumna Cæſarauguſtanæ Ciuitatis, quam hoc loco refert
Dexter.* Pergit idem Dexter *eodem ſub anno num.* 2. 80
dicens: *Athanaſius fuit primus Epiſcopus Cæſarau-
guſtanus.* Item ſub eodem anno *num.* 3. *Beata Virgo
Iacobo preces fundenti Cæſarauguſtæ in Columna ap-
paret.* Et ſub anno 38. *numero* 3. *prima totius Or-
bis Ædes erecta B. Virgini Cæſarauguſtana fuit.* Ac
etiam *ſub anno* 41. hæc ſcripta reliquit de eodem
Iacobo Apoſtolo: *Impleta honorificè Legatione ſua,
ac rebus Hiſpaniæ ſanctiſſimè compoſitis, relictaque
Eccleſia Theodori cura, quæ de* Columna *dicitur,
quam B. Virgo ſuâ præſentiâ ſoſpitauerat, beauerat, &
conſecrauerat, vbi & præclaram ſuam Imaginem re-
liquit (quæ cæleſtis Ædes ex eo tempore fidelium de-
uotione frequentatur) Iacobus cum lachrymis Hiſpa-
norum Hieroſolymam reuertitur.* Ex Chronico etiam
ipſius, & ſub anno 423. iuxta Biuarium hæc ha-
bentur, appoſitè ad intentum: *Prudentius Româ
Cæſarauguſtam rediens, ad Sedem Cæſarauguſtanam
S. Mariæ plenus dierum, &c.* Hæc porrò Dextri teſti- 81
monia tam luculenta ſunt, vt ea ſufficerent pro
Cathedralitate eius Eccleſiæ firmanda. Cæterùm
(quod deſperatorum eſt confugium) eò deuenerunt
nonnulli, vt oneri ſuccumbentes, huic Dextri operi
fidem negent, incertum, apocryphum, ſpurium,
confarcinatum, aut aſſutamentis refertum vocitan-
tes. Hi ſunt exteri aliquot extra Hiſpaniam Scripto-
res, quibus forſan ea quæ de ipſa Dexter habet,
non ſatis arriſere, & (quod pudet dicere) nonnul-
li etiam Hiſpanici Authores, qui ea intelligere ne- 82
quiuere. Vt igitur (ſi fas eſt dicere) illorum liuo-
ri, & iſtorum errori occurratur, capita fundamen-
torum attingamus, quibus Dextri Chronici ſince-
ritas cuilibet cordato, & ſapienti viro ſuaderi debet.

Primum, grauiſſimorum virorum authoritas, qui 83
hunc librum vti legitimam Dextri prolem agnoſ-
cunt, inter quos Doctor Michaël Erze *lib. in ſupe-
rioribus citato, part.* 1. *tractat.* 7. *cap.* 18. *num.* 20.
numerat viginti Prælatos ex Eminentiſſ. DD. Car-
dinalibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis. Numerat
etiam ibidem *num.* 15. Prælatos S. Congregationis
ſuper reformatione Breuiarij Romani de anno 1631.
ſub Vrbano VIII. fel. record. Accedunt etiam Illu-
ſtriſſimi S. Rotæ Rom. Auditores, qui in ea deciſio-
ne de anno 1630. multoties relata, ſæpiùs ſuam do-
ctrinam Dextri authoritate corroborant, & *num.* 47.
referunt plures Authores, qui *Flauij Lucij Dextri
fidem acerrimè vendicant, ac hiſtoriæ veritatem latè
defendunt.* Adſtipulantur tres graues, & in rebus hi-
ſtoricis verſatiſſimi, Franciſcus Biuarius Ciſter-
cienſis Monachus, Rodericus Caro, & Dom. Tho-
mas Tomaio de Vargas, qui rerum Hiſpanica-
rum diligentiſſimi indagatores, eiuſdem operis com-
mentatores ſunt. Ex Scriptoribus etiam Societa-
tis Ieſu, Dextri opus recipiunt Andreas Scottus,
Coſmas Magallanes, Gabriel Vaſquez, Petrus
Oxeda, Franciſcus Portocarrero, Martinus de Roa,
Ferdi

Ferdinandus à Salazar, & qui eos nouiſſimè refert,
intentumque perdoctè confirmat Antonins de
Quintana Dueñas in libro Matriti typis edito de
anno 1651. cui titulus *Sanctos de la Imperial Ciudad
de Taleda*, *aduertentia* 10. *num.* 4. vbi etiam ex mea
Carmelitana Familia affert Franciſcum de Ieſu, aliàs
Xodar, Emmanuelem Romanum, & Michaelem
Muñozium, quibus, etſi indignus libenter adhæreo,
in tribus tomis Annalium meæ Religioois typis
Romæ editis. Pleroſque alios non ſine tædio referen-
dos, etſi magnæ authoritatis viros, ſacrorum Ordi-
num Prædicatorum, Minorum, Eremitarum S. Au-
guſtini, & Ieſuitarum, Sæcolarium Presbyterorum,
aliorumque authorum, numerant Doctor Erxe c. 18.
relato, & Quintana Dueñas *ſuprà*.

84 Secundum ex præcipui partis aduerſæ progug-
naculi euerſione. Illud enim eſt, quod in hoc Dex-
tri Chronico plura legantur incerta, dubia, para-
doxa, & parachroniſmis inſperſa: ſic acres critici,
an ex illis, de quibus Iudas Apoſtolus in ſua epi-
ſtola, *Quæcunque ignorant, blaſphemant*, alij viderint.
85 Hoc tamen deſiderandum, quod ſic loquentes ani-
maduertiſſent, Dextrum non fuiſſe vulgarem ali-
quem, ſeu de plebe hominem, ſed ingenuum, nobi-
liſſimum, doctiſſimum, & in hiſtoriia verſatiſſi-
mum, vt qui in Orientis partibus Præfectus, & in
Occidentalibus Toleti Rector, ſeu Gubernator fue-
rat; quo tempore Tabularia, Archiuia, Bibliothe-
cas, arcana etiam, & recondita antiquitatis ſcrinia
euoluere poterat. Quidni ergo vulgaria, communia,
trita, & peruia cerdonibus, & vetulis, crebrios præ-
termiſerit, ſingularia ſolùm, & tanto viro digna pro-
ferens?

86 Ex quo ad eos, qui huius libri ſtylum rudiorem
cenſent, ac perinde fœtum illegitimum Flauij Dex-
tri. His namque obuiam eundum, & ſpectandus li-
bri ſtylus contra ipſos commendandus, vtpote altus
ſublimis, egregius, legibus communibus non aſtri-
ctus, ſed ſententiarum veluti apophthegmatum va-
rietate diſcretus, qualis in Sacris paginis in Iobi
libro, Dauidicis Pſalmis, & ſapientialibus Salo-
87 monis non rarò cernitur. Diſertè ſatis de eo Biua-
rius in apologia pro hæc hiſtoria Dextri ſic dicit:
*Res in ea contenta ſinceritatem, & antiquitatem
authoris redolent, grauitate, & perſpicuitate plena
ſunt, nihil non dignum memoriâ, nihil vulgare, ra-
riſſima multa, & hactenus inaudita. Quæ omnia au-
thoris nondum vulgati argumenta ſunt: ſtylus puriſſi-
mâ eloquentiâ pro captu materiæ plenus, vt decebat aul
eloquentiſſimi Palatinum hominem, & Ciuem nobilem,
Romanorumque Imperatorum in Præfectura Prætorij
miniſtrum, D. Hieronymi familiarem, & præclarè ab eo
laudatum.*

88 Tertium præſtat tricuſpide telum, quo huius
libri ingenuitas neruosè defenditur, & aduerſa-
riorum cæcuties demonſtratur. Vel enim renciunt,
quia ſit ſuppoſititius omninò, aut confictus, eo
quòd à Dextro nec ipſe, nec alius ſimilis compoſi-
tus ſit, provt ſuppoſita ſunt plura volumina gra-
uiſſimis DD. quos largâ manu, & eruditione,
etiam per Alphabetum per illos diſcurrens, adden-
ſat P. Theophylus Raynaudus *in tract. de bonis, &
malis libris, part.* 1. *erothemat.* 10. §. 2. Aut eſto
quod ab ipſo compoſitus ſimilis liber ſit, iſte ta-
men qui oſtenditur, additamenta aliqua ab impo-
ſtore conficta contineat, quemadmodum etiam con-
tigiſſe pluribus PP. & Scriptoribus narrat idem
Theopylus *eodem erotem.* 10. §. 5. & res eſt apud om-
nes in confeſſo: aut denique quiſquis author libri
ſit, quia ille falſa aliqua, & à veritate aliena habere
comprobetur. Et quidem primum dicentes, Solis lu-
89 mini ſe opponunt, cùm conſtet D. Hieronymum, qui
meritò Eccleſiæ Sol vocatur, huius libri, & à Dex-
tro compoſiti, memoriam agere *in lib. de Eccleſiaſt.
Scriptoribus*, quem ſequuntur M. Maximus in epi-
ſtola ad Argebatum Epiſcopum Portugallenſem,
Heleca Epiſcopus Cæſarauguſtanus *in addit. ad
Dextrum*, narrans tempore captiuitatis Hiſpanicæ
hanc Dextri hiſtoriam inter Chriſtianus fuiſſe, Eu-
trandus *in quadam epiſtola ad Regimundum Epiſco-
pum Illiberitanum*. Hugo Portugallenſis *in epiſtola
ad Mauritium Bracharenſem*, Honorius Auguſtodu-
nēſis *in lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, Volaterranus
in Anthropologia, littera D, lib. 15. Geſnerus *in cata-
logo teſtium veritatis*, Poſſeuinus *in Apparatu ſacra,
littera D*, Ioannes Riochē *in Compend. tempor. lib.* 2.
c. 24. Baronius *ſub anno* 388. 392. 395. Prætermitto
innumeros alios, quos tædet referre. Secundum verò 90
ex eo præſcinditur quod (vno verbo audens dicam)
nullum volumen, nullus liber, nullum monumen-
tum, etiam PP. DD. & inſignium Scriptorum à
principio mundi vſque ad noſtra tempore extitit,
quod ſi ſolum manuſcriptum fuit, non typis in
contioenti mandatum, ſed per ſcriptores, tran-
ſcriptores, copiatores, & plurium manus tranſ-
miſſum, euulgatumve, à curioſis, ſtudioſis, &
aliquando malignis lectoribus, ſimilem non ſit paſ-
ſum iniuriam, detractione, additione, alteratione,
gloſſis, ſeu apoſtillis, aut ſimili mutatione: & ta-
men inoffenſo pede per Orbem incedunt dicta vo-
lumina. Quorſum ergo Dextri Chronicum fide ca- 91
rebit, quòd eam etiam tulerit, cùm infinita aliorum
volumina ſimili labe aſperſa cernantur, & nihilo
ſecius fide non careant. Sapientibus hoc ſufficiet.
Sed addam, Dextri Commendatores, Bioarium,
Carum, & Tamaium relatos, adeo exactè, & ſo-
lerter ſuum munus exegiſſe, vt eorum qui ipſius
opus propter hæc calumniantur, ora obtrudant. Ad-
derem etiam, quod quando de veritate libri, ſcrip-
turæ, aut inſtrumenti conſtat, provt in hoc caſu
accidit, nihil nocet additamentum occultum ab ali-
quo extraneo ſuperadditum. Quod elicitur ex nota-
bili doctrina Innocentij, Hoſtienſis, Butrij, Cardi-
nalis, & plurium apud Farinacium *de falſitate, &
ſimulatione*, *q.* 151. *num.* 14. Tertium autem de fal- 92
ſitatibus affictis huic Chronico Dextri, facilè retun-
di poteſt, ſi cum Iuriſtis dicatur, quod allegans ali-
quem defectum, *maximè ſi is eſt illegitimitatis*, il-
lum probare tenetur. Baldus *in l. cum apud, C. de
commun. ſeru. man. per l. miles, §. de furto, ff. de
adulter.* Idem Bald. *in addit. ad Specul. de probat.
verſ. qui dicit, & not. in cap. ſi fortè, de elect. in* 6. Maſ-
card. *de probationibus concluſ.* 78. *n.* 5. & 9. Quia ergo 93
ea quæ pro falſis in hoc libro allegantur, ab ipſius
Commentatoribus rectè vendicantur, nihil opera-
bitur talis allegatio. Retundi etiam poteſt D. Hiero-
nymi *in prologo ad Chronicon Euſebij* verbis contra 94
calumniatores ſui Chronici: *Non ignaro multos fore
qui ſolita libidine detrahendi omnibus (quod vitare
non poteſt, niſi qui omninò nihil ſcribit) huic volumini
geminum dentem infigunt, calumniabuntur tempora,
conuertent ordinem, res arguent, ſyllabas ventilabunt,
& quod accidere pleriſque ſolet, negligentiam librario-
rum ad authores referent. Quos cum poſſem mea iure
repercutere, vt ſi diſplicet non legant, malo tamen bre-
uiter placatos dimittere.*

Sed demus, falſa aliqua, aut à veritate deuia 95
Dextrum in ſuo Chronico protuliſſe, nunquid id-
circo totum opus exſibilandum? Certè mali iſti
argumentatores idem dicere deberent de operibus
Clementis, Cypriani, Epiphanij, Hieronymi, Augu-
ſtini, Chryſoſtomi, Theodoreti, & prope ſine
numero aliorum, qui ſimili næuo, vnius, vel alterius
falſi, ſeu etiam plurium, ſaluâ eorum authoritate in

reliquis,notantur. Quòd etiam aeritet (& meritò in
hoc reprehendendus) vnus Melchior Canus *de locis*
Theologic.lib. 11. *cap.*6. de Vincentio Beluacenſi, &
97 D. Antonio dixerit: *Quorum vterque non tam dedit*
operam vt res veras, certaſque deſcriberet, quàm vt
ne nihil omnino prateriret, quod ſcriptum in ſchedulis
quibuſlibet reperiretur. Modeſtius Abulenſis *in ſe-*
cunda part. defenſor. capite 18. ſic: *Licèt Patres*
Antiqui in ſummo pretio habiti ſint, & in eorum dictis
requieſcendum ſit, tamen aliqua inuenerunt moderni
Authores, & ea litteris mandarunt, qua antiqui Patres
98 *non cognouerunt.* Sed meliùs Pſalmographus, *Omnis*
homo mendax. Omnem namque veritatem delibaſſe
proprium eſt Canonici Scriptoris, & ſacrorum
Voluminum. Addo, vt rectè Prudens quidam dixit:
Velle libros errore aliquo carere, eſt velle *libros*
99 *omnes eſſe canonicos.* Hinc Baronius in Martyrolo-
gio ſub die noua Octobris, *Quod ſi ob vnum erro-*
rem, vel alterum, in vitis Sanctorum inuentum, catera
qua manent fide carere dixerimus, profectò omnes ferè
100 *ſanctorum vitas in maximum diſcrimen inducimus,*
cum penè in omnibus aliquid notari poſſit, quod corri-
gendum videatur, ſitque canonicarum tantummodò
Scripturarum ſingularis prarogatiua, vt in eis cuncta
vera, inconcuſſa, certaque narrentur. Et in appendice
ad tom. 12. *Prima illa cenſeri debet Scriptorum feli-*
citas, ſi à veritate nunquam pedem efferre contingat;
ſed iſtud diuinis dumtaxat libris eſſe conceſſum, vt nul-
lum penitus in eis ſit reperiri mendacium, grauiſſimi
Eccleſia Doctores affirmant, quamuis non cum eis ita
fœliciter actum ſciamus, quin librariorum iniuria, vel
interpretum imperitià, aliquod mendum irrepſerit, quod
101 *corrigatur.* Si dicant Critici, hæc falſa Dextri ab
aliis inſerta, negatur hæc intruſio. Et ſi admittatur,
audiant Chriſtum, Matth. 13. *Colligite zizania,*
triticum autem congregate, &c. Non damnent totum
opus. Rectè enim dicunt Iuriſtæ, quod quando fal-
ſitas Inſtrumenti non à Notario, ſed ab alio com-
miſſa eſt, non vitiat illud. Gloſſ. penult. *in l.* 2. *C. de*
102 *veter. iur. enucleand.* Baldus, Aretinus, Butrius, Feli-
nus, ac Maſcardus illos referens *de probat. concl.*
742. *num.*6.

103 In ſexto etiam ſæculo ab anno 500. vſque ad
600. continuato, non deſunt teſtes Cathedralitatis
Eccleſiæ Sanctæ Mariæ del Pilar, Epiſcopi nempe
Lucius, Vincentius II. Ioannes I. Vincentius III.
Simplicius II. In ea namque Eccleſia ſediſſe, ex di-
ctis in ſuperioribus elicitur, & de Vincentio II. id
ex pluribus Scriptoribus refert Cæſarauguſtanus
in Commentar. ſupra hiſtor. eius Eccl. pag. 220. & de
Simplicio *pag.* 222.

104 Sed integer, & clariſſimus pro ea veritate eius
ſæculi teſtis adeſt Marcus Maximus eiuſdem Eccleſiæ
Antiſtes, de quo hæc teſtimonia extant *in Chronico:*
circa annum enim Chriſti 483. ſic dicit: *Simplicio*
105 *Epiſcopo Caſarauguſtano ſuccedit in Sede Pontificali*
Sancta Maria de Columnà Ioannes vir egregius. Et
infra circa annum 502. *Ioanni Caſarauguſtano Epiſ-*
copo Vincentius in Sede ſucceſſit. In qua Sede? Certè
in illa *Sancta Maria de Columna*, de qua antea di-
xerat, alioquin ſibimet eſſet contrarius Maximus.
Inferiùs quoque *circa ann.* 568. loquens de ea Ec-
cleſia, quam *Sedem Pontificalem* ſuprà appellauerat:
Ego M. Maximus, qui hac ſcribo, vixi multos dies in
ade Sancta Maria de Columna à B. Iacobo Zebedai
filio exadificata, ſub regula Sancti Benedicti. Et circa
annum 622. *In Vrbe Caſarauguſtana frequentiſſimè*
viſitatur Eccleſia Sancta Maria Primogenia à Sancto
Iacobo condita, qua confluentibus ex variis locis pere-
grinis, in pretio eſt, & miraculoſa. Expendatur ver-
106 bo *Primogenia*, & conſtabit præſens intentum de
Cathedralitate eius Eccleſiæ. Vnde propterea ad
eam tranſtulit bonam partem Reliquiarum *S. Prin-*
cipis, & Martyris Hermenegildi, vt loquitur inferiùs.
Propterea etiam in eadem Eccleſia ſediſſe dum vi-
ueret, & requieuiſſe poſt obitum, ſcripſit S. Braulius
in Epigrammate quodam de ipſo, in initio quidem
ſic:

Maximus hic ſitus eſt, dictus cognomine Marcus,
Nobilis hiſtoricus, Preco, Poeta, Vigil.

Et in fine.

Confectus ſenio ſuperas reuocatur ad auras,
Cuius membra tenet dicta Columna Domus,
In qua Pontificis praclari munere functus
Iudicij extrema luce reſurget ouans.

In fragmentis etiam carminum eiuſdem Maximi 107
ab Heleca collectis ſic lego.

Prima domus Maria ſacrata eſt dicta Columna.

Quod explicans in ſequentibus ſic canit.

Qua ceu prima foret pra cunctis ſedibus vna.

Et in Hymno eiuſdem ad hoc ſacrum Templum
B. Virginis: *Templum Columna immobilis, qua diceris*
plus omnibus ſacris Iberis Ædibus.

Hæc porrò Maximi opera, *Chronicon* præſertim, 108
legitima, authentica, & propria ipſius eſſe, firmant
Trictemundus Illiberitanus Epiſcopus *in epiſt. ad*
Eutrandum, ipſe Eutrandus *in Chronic. ad ann.* 616.
Adſtipulatur Braulius relatus, & Heleca *in addit.*
Ac eius ſanctitatem, & ſcripta commendant Girald.
de Poëtis, Vaſeus *in Chronic. num.* 610. Antonius Au-
guſtin. *epiſt. ad Hieronym.* Blancas *in Indic. Antiſt.*
Caſarauguſt. Sandoual. *lib.* 1. *fundat. Sancti Benedicti*,
Yepez *in hiſtor. Benedictin.* Rus *in hiſtor. Gien. fig.* 1.
cap. 1. Hoc etiam Chronicon Typis editum fuit
ſimul cum Chronico Dextri Cæſarauguſtæ anno
1619. per Ioannem Calderon Minoritam, & anno
1627. notis illuſtratum per Rodericum Carum, &
vt Antonius de Quintana Dueñas Ieſuita refert
in lib. de Sanctis Tolet. aduertent. 10. *n.* 5. Matriti
nuper Typis edebatur cum Commentariis Fran-
ciſci de Biuar. quæ vſque modò non vidi. Innume-
ri autem ſunt alij Authores Hiſpani, qui iſtud opus
Maximi referunt, commendant, & ſequuntur. Ob-
murmurent iam increduli Critici, & audiant quæ
circa defenſionem Dextri ſuperiùs dixi.

Sæculum ſeptimum ab anno Chriſti 600. vſque 109
ad 700. computatum, ſuppeditat Ioannem Cæſarau-
guſtanum Epiſcopum in eadem Eccleſia Sanctæ
Mariæ *del Pilar* in Sede veluti Epiſcopali ſeden-
tem. Sic enim Hiſpani Scriptores elatè colligunt
in Braulio eius fratre, qui in additionibus ad Maxi-
mum dixit: *Omnes Epiſcopi ferè iacent in B. Sede*
Sancta Maria de Columna dicta, in quibus Maximus
vir ſanctiſſimus, & eximià doctrinarum cognitione 110
conſpicuus, & Ioannes S. memoria frater meus in pace
requieſcunt. In quibus ad præſentis cauſæ intentum
expendi debet illud *in B. Sede Sancta Maria de*
Columna, quod dubio procul Eccleſiam Epiſcopa-
lem indigitat, *cap. ſtatutum, de reſcript. in* 6. *cap. ne*
pro defectu, de elect. Nec eſt aliud, cui *Sedis* nomen
antonomaſticè ſumptum congruentiùs aptetur,
cap. auditis, de in integer. reſtit. cap. 1. *verb. Eccleſia,*
de rebus Eccleſia in 6. & ex toto titulo *Ne ſede va-*
cante, & DD. ibi. Item illud *omnes Epiſcopi ferè ia-* 111
cent, &c. quo etiam denotatur eam Eccleſiam ſepul-
chrum veluti commune fuiſſe omnium ferè Epiſ-
coporum, ac proinde eorum Cathedralem. Siquidem,
prout ex iuribus, & DD. firmat Rota relata de anno
1630. *num.* 54. 55. & 56. ex ſepulchro deducitur
præſumptio habitationis, maximè in Epiſcopis,
propter ſpirituale matrimonium, quod contrahunt
cum ſua Eccleſia, quod exigit, vt neque in vita, ne-
que in morte ab illa ſeparentur, prout regulariter
conſpicitur per totum Orbem.

Hunc

112 Hunc Ioannem Epiſcopum ſequutus eſt in eodem Epiſcopatu S. Braulius eius frater, qui etiam adſtitit Cathedralitati Eccleſiæ S. Mariæ del Pilar, prout colligitur ex quadam proſa vetuſti Miſſalis Cæſarauguſtani, ibi:

Iubila Cæſarauguſta,
Pro vicinis Urbs onuſta,
Feſta colens Braulij,
Aula qui Sancta Maria
Fuit Præſul monſtrans piè
Iter veri gaudij.

113 Ac ex verbis Breuiarij antiqui fratrum Sancti Hieronymi, vbi dum eſſet ſermo de iis, quæ egerat Sanctus Braulius in ſexto Concilio Toletano cum aliis Epiſcopis, dicitur: *Diſputatione autem longâ conſummatâ in Synodo celebrata, vnuſquiſque ad propriam Sedem eſt reuerſus. Beatus verò Braulius dum in Ciuitate Cæſarauguſtana in ſancta Maria Maiori ſuam Sedem diuinitus ſituaſſet, &c.* Nec dicat pars aduerſa, potius contrarium deduci ex iis verbis, quaſi denotent eam Eccleſiam pro ſua Sede elegiſſe, ex parti-
114 culari deuotione ad ipſam, non quia ea eſſet conſueta Sedes Epiſcoporum. Hoc enim effugium Sacra Rota relata ſatis præcludit dicendo, verbum illud *diuinitus*, ſolùm reſpicere miraculoſam eius electionem ad Epiſcopatum, quæ ſcilicet facta fuit mediante globo igneo ſuper caput eius deſcendente, & voce de cœlo lapſa, prout hiſtoriæ huius Sancti referunt. Vnde huic prudenti expoſitioni inhærendo, addo illud *ſituaſſet*, non ad tempus reuerſionis ex Concilio, ſed ad tempus ſuæ electionis eſſe referendum; eſt enim temporis pluſquam perfecti, quod hanc intelligentiam exigitat. Eam porrò expoſitio-
115 nem genuinam eſſe ſuadent Ribadeneira, Marieta, Villar, Padilla, & Murillus ab eadem S. Rota relati. Iungam & ego MS. antiquum vitæ eiuſdem Braulij, quod indicat Murillus *in fund. cap.* 08. & refert modernus ille *pag.* 207. ſic inquiens: *B. verò Braulius, dum in Ciuitate Cæſarauguſtana in Sancta Maria Maiori ſuam Sedem diuinitus ſituaſſet.* Ac quoddam Inſtrumentum authenticum ab eodem Authore *pag.* 208. & 229. relatum de anno 1318. quod decimoquarto ſæculo referam. Idem etiam ſuadent ſententiæ de anno 1502. & 1605. quas Rota refert, & ego afferam ſæculo 16. & 17. & alij qui generaliter aiunt ſine illa temporis diſtinctione Sanctum Braulium ſediſſe in dicta Eccleſia. Maximeque fauet ſepulchrum eiuſdem B. Braulij, quod extat in eadem Sanctæ Mariæ Eccleſia; non quidem, quòd ad illum tranſlatum fuerit ex Eccleſia Sancti Saluatoris, vt modernus quidam dixit in quodam ſuo opere, *cap.* 3. *pag.* 183. non rectè intelligens Baronium *in not. ad Martyrolog. Roman. pro die* 26. *Martij.* Non enim dicit Baronius, corpus ipſius Sancti tranſlatum fuiſſe ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, ſed fuiſſe *inuentum, tranſlatum, reconditumque ſolemniter in Eccleſia Sancta Maria*, in caſu ablatiuo, denotans ibi fuiſſe inuentum, & tranſlatum, ad locum videlicet honeſtiorem. Quod etiam ſuadetur, quia nec minima quidem Reliquia corporis huius Sancti in Eccleſia Sancti Saluatoris extat: quod non contingeret, ſi in ea fuiſſet inuentum, & ex ea ad Eccle-
116 ſiam Sanctæ Mariæ tranſlatum.

Ex aliis etiam iſtius ſæculi Antiſtitibus idem intentum roborari poteſt. Ex Taione quidem Sancti Braulij ſucceſſore, quia vt in propria Sede, & iuxta propriam ſponſam ſepeliri voluit in ea Eccleſia, teſtante Vualdero, poſtea etiam Cæſarauguſtano Epiſcopo in ipſius tumuli epitaphio, ibi.

Mortuus antiqua tumulatur in Æde Columna.

Et ex eodem Vvaldero, de quo in eadem Eccleſia conditum fuiſſe, teſtatur Luitprandus *in fragmentis, num.* 94. dicens: *Sepultus eſt in ſacratiſſima Sede Beatæ Mariæ Virginis de Columna à Sancto Iacobo ædificata.* Nec mirum, huius Eccleſiæ Epiſcopos eam ſic decorare ſtuduiſſe, cum ab eodem Luitprando in *Chronic. ad an.* 677. qui huic ſæculo correſpondet, vocetur *Beatiſſima Sedes*, & dicat, quod eo tempore *celeberrimo multorũ peregrinorũ contubernio viſitatur.*

Hic autem Taio Epiſcopus non ſolùm ſuâ præ- 117
ſentiâ, ac ſui corporis ſepulturâ, teſtis integer eſt Cathedralitatis Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, ſed verbis, & ſcriptis id demonſtrauit. Scripſit enim hiſtoriam de aduentu Beatiſſimæ Virginis Mariæ in Hiſpaniam ex Palæſtina, & fundatione Capellæ Beatæ Mariæ de Pilari Cæſarauguſtanæ, quam typis mandauit, & notis illuſtrauit ille modernus Cæſarauguſtanus Compluti anno 1649. & ex Bibliotheca Laurentij Ramirez de Prado in ſupremo Conſilio Caſtellæ togati, quam etiam prælo mandauit Matriti 1648. Ioannes Tamaius Salazar *in notis ad Aulum Hallum Poëtam, pagina* 73. In ea enim Hiſtoria, inter multa pietatem, & deuotionem ſpirantia ait Diuum Iacobum conſecraſſe prædictam Eccleſiam, ipſamque intitulaſſe *Sanctam Mariam de Pilari.* Subiunxit autem, & magis ad intentum: *Hæc eſt enim prima mundi Eccleſia in honorem Virginis, Apoſtolicis manibus dedicata. Hæc eſt Angelica Camera primordiis Eccleſiæ fabricata. Hæc eſt Aula ſanctiſſima, ſæpius per Virginem viſitata, in qua cum Angelicis Choris viſa eſt ſæpius Dei Genitrix matutinos pſallere pſalmos.* Expendantur iſta, & habebitur intentum. Notet & Lector, hunc Taionem Cæſarauguſtæ Epiſcopum Romæ inueniſſe, Dei ſpecioliſſimâ prouidentiâ, Diui Gregorij Papæ Moralia, eaque Cæſarauguſtæ in Æde Sanctæ Mariæ repoſuiſſe, prout inter pleroſque alios refert *ſerm.* 91. pergrauis author Martinus Garſia, vtique in Eccleſia Sancti Saluatoris ea repoſiturus, ſi talis Eccleſia tunc temporis in ea Vrbe eſſet.

Pro octauo ſæculo, etſi lubrica ſit Cæſaraugu- 118
ſtanorum Antiſtitum ſucceſſio, ob Mahumetanorum in Hiſpaniam, ipſamque Cæſarauguſtam inuaſionem, quæ hoc æuo contigit, præſertim cùm Benetius eo tempore Epiſcopus tyrannorum barbariem fugiens Sanctæ Mariæ Eccleſiam de Columna reliquerit, & ad Pyrenæa montana pertexerit. Cæterum Cathedralitatem eius Eccleſiæ perſeueraſſe, nec vllatenus amiſſam fuiſſe, quatenus miſerum illud captiuitatis ſæculum patiebatur, ex multis oſtenditur.
Primò, quia Eccleſiarum iura, & priuilegia nun- 119
quam ceſſant, ſed ſemper ea poſſident ſemel adquiſita, *cap. libert.* 12. *queſt.* 2. *l. raptores*, §. *fin autem, C. de Epiſcop. & Cleric.* Anton. de Mauro *allegat.* 07. *num.* 4. Barboſa *de iur. Eccleſiaſtic. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 15.
16. 40. & 41. Secundò, quia in ea, vel iuxta eam 120
per quadringentos annos, quibus à Mauris oppreſſa eſt, ſemper ad fuere Canonici Presbyteri, vel Clerici, qui eam regebant, & fidelibus Sacramenta miniſtrabant, prout colligitur ex Prades *lib.* 2. *venerat. Imag. in c.* 5. §. 1. Murillo *in fundat. Capellæ Angelica, c.* 30. & Cæſarauguſtano *in Commentar. pag.* 238. *ac pag.* 181. vbi de hoc epitaphio reperto in Clauſtro eiuſdem Eccleſiæ duodecim Canonicorum huius temporis, de quo nunc eſt ſermo.

Hic duodenorum ſunt condita Canonicorum
Oſſa ſub hac petra, quos Chriſtus ſumpſit in æthra. 121

Tertiò, quia ex hoc colligitur fuiſſe eo tempore Parochiam totius Ciuitatis, ac proinde demonſtratur eſſe Eccleſiam Cathedralem, quæ vocatur *Parochia totius Ciuitatis*, prout ex pluribus accumulatis affert idem Barboſa *ſuprà*, *lib.* 1. *cap.* 28, *num.* 19. Quartò, quia eſto quod tunc temporis Epiſcopus in ea Eccleſia perſonaliter præſens non

adeſſet, nihilominus Presbyterum aliquem Epiſco-
pi Vices gerentem ibi adfuiſſe, conſtat clarè ex
Luitprandi Chronico ad an. Chriſti 787. vbi lo-
quens de ſecunda Synodo Nicæna circa idem tem-
122 pus celebrata, ait: *In qua interfuit Pantaleo Epiſco-
pus Valentinus ex Hiſpania, & Theodorus Presbyter
Bada prope Carthaginem Spartariam: nunc vocata
eſt Baga, olim dicta Thiar. Interfuit etiam Nicepho-
rus Presbyter Sancta Maria de Columna Eccleſia
Cæſarauguſtana, & Agapius S. Thyrſi Monaſterij
Toleti Abbas pro Domino Helipando Pontifice Tole-
tano, eiuſque Vicario.* Quibus ſimilia Iulianus *in
Chronico*, quæ etiam refert Tamaius *in notis ad
Luitprandum*. Etenim niſi iſte Nicepborus Epiſco-
copi munus in Eccleſia Sanctæ Mariæ del Pilar
ageret, nullo iure congregaretur in Synodo gene-
rali cum Epiſcopo Valentino, & Vicario Toletani
Antiſtitis, & ante illum iſte nominaretur. Omitto
quod nomen *Presbyteri* ſæpius apud antiquos pro
Epiſcopo ponitur, ſaluo hierarchico ordine inter
Epiſcopum, & Presbyterum, quem Eccleſia contra
hæreticos concedit. Sit ergo teſtis *Cathedralitatis*
Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Columna pro hoc ſæ-
culo octano iſte Nicephorus Presbyter, Chorepiſ-
copus, aut Epiſcopus forſan Suffraganeus, vel Epiſ-
copi abſentis Vicarius.

123 Nonum etiam ſæculum teſtes fide dignos pro
præſenti cauſa offert, duos videlicet Epiſcopos, *Sen-
niorem*, & *Helecam*, qui eo ſæculo Cæſarauguſta-
nam rexere Eccleſiam, prout cathalogi Epiſcopo-
rum eius Inclytæ Ciuitatus demonſtrant. Hos enim
Senniorem, & Helecam Epiſcopos in hac Eccleſia
Sanctæ Mariæ de Columna, veluti in propria Ca-
thedra ſediſſe, luculentum teſtimonium Zuritæ *in*
124 *Iudicibus fol. 13. ſub an. 899.* qui huic ſæculo cor-
reſpondet, corroborat. Dicit enim de ipſa: *Vade &
Heleca, & Senniori, ac ſuperioribus, poſterioribuſ-
que Epiſcopis, & Eccleſiaſtico cœtui, ſacroſancta
ea Ædes Sedem, ac Domicilium prabuit.* Quod te-
ſtimonium egregiè vrget Rota relata de anno
1630. *numero* 109. dicens, ex eo probari Cathe-
dralitatem dictæ Eccleſiæ non ſolùm pro tempore
inuaſionis Maurorum, ſed etiam temporibus ante-
rioribus. Dicam & ego, *& poſterioribus*. Quomo-
do autem locus iſte Zuritæ non ſit ab eadem Saera
Rota deprauatus, aut truncatus, vt ſatis liberè
ſcripſit quidam modernus, probabo infrà *cap. 6. ſub
num. 430.*

125 Adeſt & alius integer teſtis huic ſæculo, & præ-
fato Senniori Cæſarauguſtano ſynchronus Aymoi-
nus Monachus Benedictinus Gallus, qui in libro
Inuentionis, ſeu tranſlationis Sancti Vincentij Mar-
tyris, cap. 6. cùm dixiſſet, Audaldum Monachum
reliquias eius Martyris Cæſarauguſtam aſportaſſe,
ſubinfert: *Sennier Epiſcopus ſtupens, nimiumque ad-
mirans, & aſtimans omnino, quod eſſet planè alienius
Sancti Martyris corpus, iuſſit illud auferri, atque in
Eccleſia Beata Maria ſemper Virginis (qua Mater eſt
Eccleſiarum eiuſdem Vrbis) veneranter recondi, in qua
olim ſub Valerio Pontifico idem Martyr, ſtrenuuſque
athleta Archidiaconij arcem inſignis tenuerat.* Sit er-
go ex huius Aymoini teſtimonio Eccleſia del Pilar
Mater Eccleſiarum Cæſarauguſtæ. Hunc anthorem,
126 & eius opera commemorat Poſſeuinus *in Apparatu:*
fallitur tamen dum dicit anno 990. claruiſſe, cum
dicere deberet anno 899.

127 Decimum porrò ſæculum ab hiſtoricis commu-
niter pro infelici putatum, hanc ſuam infauſtam
ſortem in cauſa etiam præſenti demonſtrat, cum
propter Mahumeticam ſectam in Hiſpaniam, ac
Cæſarauguſtam inductam, ac Chriſtianorum à bar-
baris illam perſequutionem, Antiſtites Cæſaraugu-
ſtani (aliquot enim eo tempore fuiſſe diligentiores,
aliqui ex Iuliano hauriunt) in locis remotis à ſua
Sede Sanctæ Mariæ *de Pilari* abeſſe exules coge-
bantur, vel ad alias Eccleſias promoueri. Propterea
enim ex ipſis Cathedralitas huius Eccleſiæ compro-
bari non poteſt, niſi ſolùm ex generalibus principiis
ſuperiùs inductis, quod videlicet omnes quotquot 128
tales fuerunt, etiam captiuitatis huius æuo eam Ec-
cleſiam, non aliam pro ſua Sede agnoſcebant. Quod
etiam firmatur ex eo, quod Chriſtiani Cæſarauguſtæ
ſub Sarracenico iugo gementes, iuxta eam degerent,
& per loca ſubterranea, quorum veſtigia etiam nunc
extant, incedentes, ipſam veluti Matricem fre-
quentarent, vt teſtatur ille Cæſarauguſtanus *ſuprà,
pag. 180.*

Nihilominus egregius alius huius Cathedralita- 129
tis pro hoc ſæculo teſtis adeſt Luitprandus, ſeu Eu-
trandus, è Subdiacono Toletano, & Ticinenſi
Diacono, Epiſcopus Cremonenſis, Berengario ſe-
cundo Italiæ dicto Regi à Secretis, & pro Othone
Primo Germaniæ Imperatore, ad Pont. Max. &
Imperatorem Conſtantinopolitanum Legatus. Hic
enim clariſſimus Vir in ſuo Chronico plura teſti-
monia præſentem cauſam concernentia protulit,
quorum aliqua in præcedentibus allata ſunt. Vnum
illud eſt in Chronico ad annum Chriſti 677. videli- 130
cet: *Beatiſſima Sedes de Columna in Vrbe Cæſarau-
guſtana, qua conſtructa eſt iuſſu Virginis à Beato Iacobo,
&c. hoc tempore celeberrimo multorum peregrinorum
contubernio celebratur.*

Etenim illud *Beatiſſima Sedes de Columna*, hunc 131
primatum ſeu dignitatem *Cathedralitatis* indigitare,
ex titulo illo *Beatiſſimi*, Papæ conceſſo, elici poteſt.
Ille enim denotat eminentiam & excellentiam
Pontificiæ authoritatis ſuper omnes alias, prout ex
Iunipero à Drapano, Henrico Kalteiſen, & aliis
haurit Theophilus Raynaudus *in Corona aurea
Summi Pontificis, in verbo Beatitudo.* Indicat er-
go in præſenti illud *Beatiſſima Sedes*, primæuita-
tem, & præcedentiam huius Sanctæ Eccleſiæ ſu-
per alias Cæſarauguſtanas. Concurſus quoque illæ 132
peregrinorum ad eam Eccleſiam id denotat: talis
enim concurſus vt in plurimum eſt ad Eccleſias
Matrices, & primarias Ciuitatum. In fragmentis
etiam eiuſdem Luitprandi *num. 11.* hæc præclara
leguntur, dum agit de reparatione Eccleſiarum tem-
pore Conſtantini Imperatoris facta. *Tunc reparata* 133
eſt Sancta Maria de Columna Matrix orbis Eccleſia.
Quibus etiam non ſolùm Eccleſiarum Cæſaran-
guſtæ, ſed & totius Orbis *Matrix* appellatur ea
Eccleſia. Fragmento quoque 94. dum dicitur de Vvl-
deredo Cæſarauguſtano Epiſcopo: *Sepultus eſt in* 134
*ſacratiſſima Sede B. Maria Virginis de Columna à S.
Iacobo adificata.* Idem inſinuatur, tum ex titulo illo
Sacratiſſima Sede, tum ex ſepultura Antiſtitis, vt
tactum in ſuperioribus fuit. Fragmento præterea
184. dum ait de hæreſi Priſcillianiſtarum, *Damnata
eſt in Secretario Sancta Maria del Pilar Cæſaran-
guſta, quod Sanctus Iacobus adificauit, & non alibi
decuit damnari.* Idem ſubiudicat, præſertim ſi cum 135
præcedentibus coniungatur, & expendatur vox illa
Secretario, quæ propria videtur Eccleſiarum Matri-
cum, ſeu magnarum Baſilicarum.

Nec audiendi qui ſcrupulum aliquem quoad 136
fidem, & authoritatem, huic Luitprando inconditè
affingunt. Ea enim, quæ pro Dextro in quinto ſæcu-
lo dicta ſunt, Luitprando concinunt. Eam namque
tuentur Sigebertus, Bellarminus, Gerardus, Poſſeui-
nus, & Hiſpana Bibliotheca, dum *de Scriptoribus
Eccleſiaſticis agunt.* Boſſius, Rus, Portocarrero, Baro-
nius, Vaſquez, Eſcolanus, Murillus, Calderon, &
Carus, quos congerunt Erze *de pradicat. Sancti
Iacobi*

Iacobi in Hiſpan. part. 1. tract. 1. c. 20. & Quintana Dueñas *de SS. Toleti, aduertent. 10. num. 6. & 7.* eumque ſæpius in meis Annalibus retuli. Vnde
137 meritò Dom. Thomas Tamaius de Vargas inſignis
eruditionis author, eius opera mixtis notis illuſtrata Matriti edidit anno 1635. quæ etiam poſtea Antuerpiæ anno 1640. per Hieronymum Higueram Ieſuitam, ac Dom. Laurentium Ramirez de Prado Regium Conſiliarium decurata prodiere. Fragmenta autem eiuſdem Luitprandi ab eodem Tamaio edita ex variorum exemplarium fide recenſita ſunt, vt ipſe teſtatur. Et quamuis ea non ſemel diligenter euolverim, nihil in eis reperi tanto authore non digna, imò potius ipſius ratæ, ſingularis, & exquiſitæ doctrinæ indicea eſſe comperi. Vt meritò de eo dixerit *tom. 10. ad ann. 363. num. 2.* Baronius, *Græcarum litterarum par eruditio, & Poetica, cæterarumque litterarum facultas eadem hoc ſæculo* (decimo videlicet, de quo nunc eſt ſermo) *haud adeò inuentu facilis.* Sit ergo integer teſtis pro cauſa præſenti Eutrandus, ſeu Luitprandus.

138 De vndecimo ſæculo, quod ab anno Chriſti 1000.
vſque ad 1100. extenditur, pauca ſuggerunt Hiſtorici Hiſpani, acerbum namque Mahumetanorum iugum Chriſtianos captiuos tributis, & exactionibus ſic premebat, vt vix conſeruari poſſent. Nihilominus duo Epiſcopi, Paternus, & Iulianus cenſentur, qui cum Clericis aliquot Sanctæ Eccleſiæ del Pilar in Sacrorum diſpenſatione, & diuinorum celebratione aſſiſterent. Eam enim veluti Matricem ab his omnibus habitam fuiſſe, adducta in ſuperioribus ſufficienter corroborant.

139 Plura, & maiora pro pia cauſa *Cathedralitatis*
Eccleſiæ Sanctæ Mariæ dictæ *de Columna* monumenta ſuppeditat ſæculum duodecimum ab anno Chriſti 1200. vſque ad 1300. protenſum. Non enim dumtaxat ſicut ſæcula præterita, Epiſcopos habet Vincentium, quibuſdam tertium, aliis quartum appellatum, Petrum ſecundum, & Bernardum
140 primum, in hac Sacra Sede Aſſiſtentes; ſed etiam
profert Petrum de Librana primum poſt Cæſarauguſtæ reſtaurationem Epiſcopum, & Garziam de Guerea in ea etiam reſidentes, prout ex Zurita *lib. 1. annal. cap. 44.* & *in Indicibus*, ſeu *Chronico, pag. 62.* teſtatur Cæſarauguſtanus *pag. 250. & 254.* & Bernardum ſecundum in ea ſepultum. In quo maximè notandum, quod cùm iſti Epiſcopi reſiderent in Eccleſia Sanctæ Mariæ, facto ipſo oſtendebant Sedem Epiſcopalem in ea eſſe Cæſarauguſtanam, ſicut & in Eccleſia Sancti Saluatoris, propter vnitatem videlicet, vel identitatem Cathedralitatis, de qua
141 ſæpe dixi. Facto autem demonſtrari animum, etiam
plusquàm per verba, habetur *ex l. certam, ff. ſi cert. pet. l. fin. ff. de diuort.* & aliis iuribus.

Eſt & ad intentum, quod cùm iſte Petrus de Librana à Rege Alphonſo Cæſarauguſtæ reſtauratore ad eum Epiſcopatum electus eſſet, & miſſus ad
142 Papam Gelaſium II. pro conſecratione obtinenda,
eamque obtinuiſſet, Papa per litteras, quas Baronius *tom. 12.* anno 1118. refert, Indulgentias conceſſit iis, *qui præfata Vrbis Eccleſia à Sarracenis, & Moabitis diruta, unde reficiatur, & Clericis ibi Deo famulantibus vnde paſcantur, aliquid donarent, vel donauerint.* Ex iis enim non modò elicitur Eccleſiam Sanctæ Mariæ del Pilar, de qua loquitur Pontifex, eo captiuitatis tempore per Clericos inſeruiri ſolitam, ſed etiam eam ſolam Cæſarauguſtæ relictam fuiſſe; vel eſto aliæ etiam permanerent, ipſa tamen nomine *Eccleſia* in ſingulari, & antonomaſticè à
143 Papa appellari; quod eſt *Cathedralitatis* ſignum,
cum nomine *Eccleſia* antonomaſticè ſumpto, maximè in ſanotabilibus, veniat Cathedralis, prout ex antiquo ſtylo Curiæ, Monacho, Geminiano, Abbate, Mandoſio, Gambara, Gratiano, & alia Rotæ deciſione probat Magiſtralis illa Rotæ Deciſio de anno 1630. *num. 62.* in ſuperioribus citata. Quibus iungo Barboſam *de Canonic. c. 1. n. 6.* & *de appellat. verb. Iur. ſignificat. appellat. 85. n. 7.* ex Fulgoſio, Toſcho, & Sacra Rota. Et notat Villar. *in ſcholiis ad decret. Curia, litera I.*

Vnda idem Epiſcopus Petrus in epiſtola, quam 144
ſcripſit vniuerſis fidelibus apud eundem Baronium ſuprà, de ea Eccleſia dicit: *Quam beato, & antiquo nomine ſanctitatis, ac dignitatis pollere nouiſtis.* Hi enim tituli, vt notat idem Villar. *ſuprà*, ex traditis à DD. *in cap. ſtatutum, de reſcript.* Menochio *conc. 52.* Chaſſaneo *in Catalogo, p. 4. conſid. 32.* tantùm competunt Eccleſiæ Cathedrali: quod etiam comprobat Rota illa Magiſtralis toties repetita de anno 1630. *num. 63.*

Viuebat etiam hoc ſæculo inſignis author Iulia- 146
nus Peres, vel Petri, Toletanus, Archipresbyter S. Iuſtæ, vir doctiſſimus in lingua Arabica, Hiſpanica, Gothica, Hebraica, Græca, & Latina, Regis Alphonſi Hiſpaniarum Hiſtoricus, & in hiſtoriis verſatiſſimus, qui propterea integer, & grauiſſimus teſtis pro hac cauſa eſſe poteſt. Is autem in ſuo Chronico, *num. 405.* luculentum iſtud protulit teſtimonium. *Septima Synodo Generali interfuit Nice-*
phorus Presbyter Sanctæ Mariæ Cæſarauguſtanæ, 147
dictæ de Pilari, quæ prima fuit omnium Eccleſiarum Hiſpaniæ, & vt creditur, ante Nazareticam: & ob id meretur dici Prototemplum Beatæ Mariæ, à Sancto Iacobo Zebedæi filio conſtructum iuſſu eiuſdem Sanctæ Virginis. Et in ſuis aduerſariis *num. 438.* poſt plura ad intentum de aduentu Sancti Iacobi in Hiſpaniam, & Cæſarauguſtam, apparitione Beatæ Virginis, & iuſſione ipſius circa erectionem huius Eccle-
ſiæ, concludit: *Hoc Templum primum erectum eſt Beatæ* 148
Virgini in toto terrarum Orbe. Dixerat autem *n. 56.* in aiſdem aduerſariis: *Prima totius Orbis* (ſcilicet Eccleſia) *fuit Cæſarauguſtæ,* & *num. 172.* loquens de Eccleſia Bracharenſi, inquit: *Quæ poſt Ædem Cæſarauguſtanam ſecunda fuit in Hiſpania.* Ac *num. 55. & 473.* egregia illa, quæ ſuprà adduxi circa ſæculum quartum. Præterea *num. 497.* iſta: *Beatæ Virginis de Columna Templum Sacratiſſimum eſt, & ſucceſſione Pontificum, & multorum eius domus ſepulchrorum habitatione, & celebritate.* Demum alia huius authoris teſtimonia diligentioribus ipſius operum ſcrutatoribus relinquens, illud non prætermittam, quod ipſe ſcripſit anno 1100. ex quo numerari in-
cipit ſæculum duodecimum, *in tractatu de Eremi-* 149
toriis, num. 17. fol. 139. quia plura continet ſcitu digna: *Eccleſia nunc ſub Sarracenis Cæſarauguſtæ dicta de Columna, Beatæ Virginis Mariæ, à Beato Iacobo Ieſu Chriſti Diſcipulo, filio Zebedæi ædificata, eodem in Hiſpania prædicante, & iubente Beata Virgine Mariâ, quæ Apoſtolo ſuo, dilectiſſimoque conſanguineo diuinitus ſupra Columnam apparuit, quæ ab eo tempore in Columnis permanſit, & Eccleſia Pontificia fuit: domus verè quidem Angelorum ibidem libenter inhabitantium, & ſchola tot Sanctiſſimorum Præſulum, & palæſtra validiſſimorum Martyrum, anno 1100. cùm hoc ſcribebatur, in pretio, & veneratione habebatur, vt omni tempore eſt habita.* Expendatur illud *Eccleſia Pontificia fuit,* & illud *Palæſtra validiſſimorum Martyrum, &c.* & pro comperto erit, quod intenditur *de Cathedralitate* huius Eccleſiæ.

Si enim libidinoſa contradicendi prurigo du- 150
bium aliquod circa fidem huius authoris, & operum ipſius alicui ingeſſerit, euaneſcet vt fumus hæc opinatio, ſi animaduertatur, Iulianum hunc Virum Illuſtriſſimum fuiſſe, vt ex dictis liquet, & eius opera

commea

commendationem magnam habere apud celebres Hiſpaniæ Scriptores, maximè Florianum de Ocampo Regium Chronologum, Ioannem Marianam
151 Ieſuitam egregium Hiſtoricum, Sancium Dauila Epiſcopum Seguntinum, Franciſcum Biuarium, Rodericum Carum, & plures alios, quos nouiſſimè congerit Antonius de Quintana Dueñas *de Sanctis Toleti, aduertent.* 10. Vt propterea meritò Dom. Laurentius Ramirez de Prado toti Europæ notiſſimus, propter egregia ſui ingenij euulgata monumenta, huius Iuliani opera è Vormatia Hiſpaniam per P. Torraluam Ieſuitam ad Hieronymum de Higuera eiuſdem Societatis tranſmiſſa, typis mandauerit anno 1628. paulò antequam S. Rota de anno 1630. ſæpiùs relata prodiiſſet, vt idcirco digniſſimum hunc authorem non retulerit. Iuuant etiam pro ipſius authoritate firmanda, quæ de Deatro, Maximo, & Luitprando in ſuperioribus dixi, ſi applicentur. Ac pro omnium eorum
152 fide facit, quod vt rectè idem Quintana Dueñas *ſupr. aduertent.* 11. probat, quatuor iſti Scriptores omnimoda fide digni in iis quæ ad Hiſpaniæ hiſtoriam ſpectant, cenſeri debent, ob ipſorum antiquitatem, quia ſcripſerunt de illis, quæ ipſorum tempore, vel non multò anteà acciderant; quoniam ex Archiuiis Eccleſiarum, Dypticbis, Tabu-
153 lariis, & Catalogis ipſarum ea hauſerunt; quia omnes ipſi Hiſpani, & inter ſe vt plurimùm concordes fuerunt, quia iuxta antiquas eius regionis traditiones ſcripſerunt, ac tandem quia ſunt teſtes affirmatiui, ſæpiſſimè loca, tempora, dignitates, & alias circumſtantias rerum, ac perſonarum, de quibus ſcribebant, diligentiſſimè annotantes. Vnde ſæpius mecum cogitaui, quod quemadmodum diuinâ prouidentiâ actum eſt, vt pro tota Eccleſia quatuor eſſent Euangelicæ hiſtoriæ Scriptores, & Euangeliſtæ, quatuor etiam præcipui Doctores: ſic
154 ſuo modo quatuor quoque iſti, Deater, Maximus, Luitprandus, & Iulianus, Scriptores etiam (etſi humanæ, ac fallibilis authoritatis) rerum Hiſpanicarum eſſent, qui abſtruſa, & recondita eius nationis Orbi euulgarent.

155 In teſtem quoque huius cauſæ, & in hoc ſæculo duodecimo florens, iure compellandus Aulus Hallus præclarus Poëta, natione Gallus, & patriâ Burdegalenſis, Regi Alphonſo Sancto, qui Cæſaraugustam hoc tempore de manibus Sarracenorũ liberauit, gratus amicus. Hic enim in lib. quem ſcripſit de aduentu S. Iacobi in Hiſpaniam, & fundatione Eccleſiæ S. Mariæ del Pilar, loquens de eodem Iacobo Apoſtolo, cui eam facere præceperat B. Virgo illi apparens, ait:

Protinus hic cellam latus fabricare Maria
Incipit, & manibus propriis erexit, & Aram,
Quam prouidus voluit præeſſet iuncta Columna.

Etenim verbum illud *præeſſet*, denotat Apoſtolum hanc Aram, ſeu Eccleſiam in Cathedralem erexiſſe. Prout notat Doctor Erze *in addit. ad lib. de prædicat. D. Iacobi in Hiſpania, fol.* 289. Huiuſmodi autem opus Halli, notis Ioan. Tamaio Salazar illuſtratum, & ex MS. Gothico correctum, prodiit anno 1648. Matriti. Fidem accipit hic Hallus à Iuliano Petri ſuprà relato, ac viciſſim illi fidem præſtat; ſiquidem Iulianus in Chronico à quingentis annis,
156 & amplius à ſe compoſito, loquens de anno 1132. qui in hoc vndecimo ſæculo clauditur, inquit: *Viuebat hoc tempore iam ætate decrepitus Aulus Hallo Poëta Burdegalenſis. Semper hic Poëta celebris fuit; ſcripſit enim elegantiſſimo carmine aduentum S. Iacobi Zebedæi filij ad Hiſpanias, fundationem ab eo factam B. Mariæ Cæſaraugustanæ de Pilari, idque vno libro verſibus heroicis.* Hic quadrat illud Dialecticum axioma, *Verum conſonat vero.*

Capvt III.

Erectio Eccleſiæ Sancti Saluatoris in Cathedralem nihil nocet Cathedralitati Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Pilari.

Nec ea quæ dicta ſunt vllo modo eneruantur 157
ex facto, quod contigit hoc tempore, quo Cæſaraugustæ Ciuitas ex Barbarorum manibus vindicata fuit, de anno videlicet 1117. vel 1118. quod ſcilicet Regis Alphonſi eius Vrbis Reſtauratoris voluntate, Epiſcopique, ac Eccleſiæ Sanctæ Mariæ del Pilar conſenſu, Meſquita maior Sarracenorum ibi relicta, in Eccleſiam Cathedralem fuit erecta,
& conſecrata ſub titulo Sancti Saluatoris, vel quia 158
mos erat Regum Hiſpaniæ cum Vrbes recuperabant, Maurorum præcipuas Meſquitas ibi repertas in Eccleſias Matrices conſecrare, prout plures Hiſtorici Hiſpani aſtruunt: vel quia, vt alij volunt, votum emiſerat ſic faciendi: vel, vt alij inquiunt, quia Rex imminentium bellorum cauſâ grauatus, non poterat præfatam Eccleſiam Sanctæ Mariæ del Pilar, etſi non destructam, ruinoſam tamen, & labefactatam, condignè reparare: vel denique quia, vt Martinus Garſias egregius author, Epiſcopus,
Inquiſitor, Regum Catholicorum Concionator, 159
& quod pluris eſt ad intentum præſens, Canonicus Eccleſiæ Sancti Saluatoris, dicit *ſerm.* 144. verbis illis cedro dignis: *Quia Mater habebat Eccleſiam, & filius non haberet diuerſorium, conſecrata eſt Meſquita maior in Eccleſiam filij, & nunc à die illa dicitur Eccleſia Sancti Saluatoris.* Quomodocunque autem res fuerit, ex hoc facto deduci videtur, Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Columna *Cathedralitatem*, quam habebat, amiſiſſe, ac perinde omnia, quæ in præcedentibus pro ipſa allata ſunt, prorſus euaneſcere; cùm ſolùm probent de tempore antecedenti, non de ſubſequenti iſtam Vrbis recuperationem; præſertim cùm ab eo tempore, per quingentorum ac amplius annorum ſpatium, talis Cathedralitas in Eccleſia Sancti Saluatoris perſeueret: ex quo intrat præſumptio primordialis, & originariæ Cathedralitatis, etiam ab initio, prout *ex l. ex perſona, num.* 2. *C. de præſumpt.* Saliceto, Alexandro, Alciato, Euerardo, Menochio, & Rotæ deciſione arguit Rota illa relata de anno 1630. *num.* 5. *&* 2.

Hoc enim partis aduerſæ fulcrum, quamuis for- 160
tiſſimus Achilles ab ea exiſtimetur, debile tamen eſſe multis oſtenditur, tum ex parte Regis, qui eius erectionis in Cathedralem Eccleſiæ Sancti Saluatoris author eſſe dicitur; tum ex parte Eccleſiæ S. Mariæ de Pilari, quæ in eam conſenſiſſe affirmatur; tum ex parte ipſius erectionis ſecundùm ſe conſide-
ratæ. Et primò ex parte Regis id conſtat ex eo, quod 161
quemadmodum ſolius Papæ eſt Epiſcopum Eccleſiæ Sponſum creare, ſic & dare illi Sponſam Eccleſiam, videlicet Cathedralem, cuius ipſe Sponſus eſt, *c. præcipimus,* 16. *quæſt.* 1. *ne Sede vacante,* Rebuff. *in prax. beneficiorum, titulo de erect. in Eccleſ. Cathedralem, num.* 1. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 5. *c.* 59. *quæſt.* 25. *& lib.* 6. *cap.* 30. *quæſt.* 5. *&* 4. Gambarus *de offic. Legati à latere, tit. de variis ordin. nominibus, num.* 160. Garzia *de benefic. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 1. & Barboſa *de Canonic. & dignitatibus, cap.* 1. *numero* 2. Cùm igitur nulla Papæ authoritas interuenerit

uenerit in tali erectione, nulla prorſus, & caſſa ex
parte Regis, qui author fuit ipſius, æſtimari de-
bet.

163 Non potuiſſe autem Regem id facere, ſed ſolùm
Papam, ex eo etiam clarè elicitur, quod cùm is idem
Rex tempore quo Toletana Vrbs ſub Maurorum
ditione erat, Eccleſiam Sanctæ Mariæ de *Alfiſon*
Ordinis Carmelitani, in qua Chriſtiani tunc tem-
poris Sacra peragebant, Cathedralem Eccleſiam
facere vellet, id perficere non potuit, quia Papæ
non placuit, ſicut *tom. 3. Annal. pag. 503. numero 5.*
dixi, ex relato Iuliano Perez, ſeu Petri, Archipreſ-
bytero Toletano *in Chronic. ad ann.* 1085. *num.* 554.
164 vbi id expreſsè habet. Ex eo autem perſpicuè oſten-
ditur, Regem nec voluiſſe, nec potuiſſe hanc ere-
ctionem huius Eccleſiæ Sancti Saluatoris in Cathe-
dralem facere, non accedente Papæ authoritate.
Vnde optimè Lotterius *de re beneficiaria lib.* 1.
quaſt. 14. *num.* 128. inquit, quod non debet *pendere
a poteſtate alterius, quàm Papa, facere, vt Cathedra-
lis deſinat eſſe talis, cap. mutationes* 7. *q.* 1. Imola *in
Clement. in pleriſque, num.* 9. *de elect.* Gratianus *vbi*
165 *ſuprà, num.* 47. ſic Lotterius. Deinde id expreſsè
videbatur prohibitum per Gregorium VII. qui in
Bulla, ſeu litteris datis ſub anno 1073. Sanctio
Regi, & eius ſucceſſoribus concedit facultatem
ipſis ſuper diſtributione Eccleſiarum, tam è mani-
bus Turcarum ereptarum, quàm ab ipſis ædificata-
rum: *Sedibus* (inquit Pontifex) *dumtaxat Epiſco-*
166 *palibus exceptis.* Nullum ergo ius Rex Alphonſus
habebat ſupra Cathedralitatem Eccleſiæ Sanctæ
Mariæ diſtribuendam Eccleſiæ S. Saluatoris. Præterea
eſto, quod Papæ conſenſu talis erectio Eccleſiæ
S. Saluatoris in Cathedralem facta fuerit, vtique
neceſſariò fieri debebat ſine præiudicio, aut læſione
Cathedralitatis Eccleſiæ S. Mariæ del Pilar, cui ea à
1100. circiter annis competebat, niſi Papa, aut
Rex, qui nomine ipſius hoc faceret, id exprimerent,
Extrauag. vlt. de conceſſ. prabend. Ioan. XXII. Rebuff.
in praxi benefic. tit. de erect. in Colleg. Gratian. *diſcept.
forenſ. tom.* 5. *cap.* 867. *num.* 18. Barboſa *ſuprà.* Et
in ſimili caſu harum Eccleſiarum, & præeminentia-
rum huius del Pilar, dixit Clemens VIII. ſæpius,
vt patet in quodam Breui, quod refert Rota in
vna coram Coccino de anno 1609. inter deciſiones
167 ipſius *num.* 451. Oſtendat ergo pars aduerſa reſcrip-
tum aliquod Papale, vnde conſtet per Cathedrali-
tatem conceſſam S. Saluatoris Eccleſiæ, Papam de-
rogaſſe Cathedralitati, qua Eccleſia S. Mariæ del
Pilar à multis ſæculis fruebatur. Corruit ergo partis
contrariæ fundamentum ex parte cauſæ efficientis
huiuſmodi erectionis deſumptum.

168 Quod iure, meritoque roborari poteſt ea doctri-
na celebris Doctoris Ioannis Vvameſij Iuriſcon-
ſulti, qui *in tom.* 1. *conſiliorum, conſil.* 10. in terminis
terminantibus, ſeu etiam fortioribus de tranſlatione,
ſeu erectione cuiuſdam Eccleſiæ in Cathedralem
loquens: Primò expreſsè ait, quod per talem ere-
ctionem *Aliud nihil ademptum ſit, quàm quod dire-
ctis, & apertis, ſeu diſpoſitiuis verbis in Bulla erectio-
nis continetur.* In caſu autem, de quo in præſenti eſt
ſermo, nec extat *Bulla erectionis*, & multò minùs
conſtat *de talibus directis, & apertis, ſeu diſpoſitiuis;*
ac proinde intrat doctrina Vvameſij, quod *nihil*
169 *ademptum ſit* Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Maioris. De-
inde ſecundò ait, quod *ciuili modo omnes huiuſmodi
gratiarum, & prarogatiuarum conceſſiones accipienda
ſunt, vt ſcilicet non redundent in alterius incommodum.*
Cathedralitatis ergo conceſſio Eccleſiæ Sancti Sal-
uatoris facta, accipienda eſt ex huius Doctoris men-
te, ita vt non redundet *in alterius* (Eccleſiæ ſcili-
170 cet de Pilar) *incommodum.* Tertiò, id probans ex
variis iuribus adiungit: *Id ſolùm conceſſum intelligi-
tur, quod ad ſubſtantiam gratia, & praminentia eſſe
poteſt, & id minimè, quod ad alterius vexationem, vel
eius diminutionem tendit.* Quæ etiam ad vnguem
noſtro caſui adaptantur; eſto enim admittatur con-
ceſſam fuiſſe Cathedralitatem Eccleſiæ Sancti Sal-
uatoris, ſiue à Rege, ſiue etiam (quod non ſubſiſtit)
à Papa, nihilominus hæc conceſſio *ſolùm intelligi-
tur circa id quod ad ſubſtantiam gratia eſſe poteſt,*
vtputa Epiſcopi reſidentiam, & ſimilia: non autem
*quod ad alterius vexationem, vel eius diminutionem
tendit:* videlicet extinctionem, ſeu ſuppreſſionem pri-
uilegiorum Cathedralitatis, quæ à primæua Eccle-
ſiæ erectione templo Sanctæ Mariæ de Pilari com- 171
petebant. Subiungit quartò Theodoſij Imperatoris
exemplum, qui *exornando Berytum Ciuitatem di-
gnitate Metropolitana, nihil voluerit detrahi Tyro de ſuo
iure, ſed quod vtraque dignitate ſimili perfrueretur.*
Sic ergo prudenter credendum de Alphonſo Rege, vel
Imperatore hanc mutationem faciente. Vnde quintò
addit, rationem veluti à priori deſignans, quia *Gene-
ralitas priuilegij, & ipſum priuilegium ſic ſemper re-
ſtringitur, ne ius commune ladatur, ſi priuilegium tota-
liter poteſt habere effectum.* Quæ etiam eſtipulantur 172
Eccleſiæ de Pilari, cùm non obſtante quocunque
priuilegio Cathedralitatis Eccleſiæ Metropolita-
næ conceſſo (adhuc ſtare poterant exemptiones, quas
prætendit, & antea habebat. Item ſextò, & vigen-
tiùs inquiens: *Nec Papa, aut Imperator praſumitur
in dubio velle tollere ius quaſitum etiam Iudaei.* Quæ 173
ſunt conformia iis, quæ ſuprà adduxi. Præſertim
quia, vt ſeptimò concludit: *Aliter dicendo, oportet
fateri Priuilegium eſſe iniquum: quod cùm ſuperue-
nit, vel detegitur, etiamſi ab initio aquum fuit, reuo-* 174
cari, & caſſari debet. Adhuc clariùs octauò, dum
ait: *Sic in propoſito, ſublimatio, ſeu erectio Collegiata
Eccleſia A, in Cathedralem, nullâ factâ mentione, aut
derogatione priuilegiorum, ſeu iuris Monaſterij B, non
debet in aliquo diminuere eiuſdem Monaſterij iura,
aut priuilegia.* Et quaſi digito tangens controuer-
ſiam, de qua in præſenti, hæc ſubiungit nonò: *Hoc* 175
*eſt in propoſito alternatiuam illam, & neceſſitudina-
riam pracedentiam ab antiquo inter hanc Eccleſiam,
& Monaſterium ſeruari ſolitam cuſtodire. Qua anti-
qua conſuetudo, & obſeruantia, in omnibus, & potiſſi-
mùm in dubio retinenda, & ſeruanda eſt, in conſtituen-
do, & ſeruando ordine, vel paritate graduum inter
homines. Ita vt quemadmodum Eccleſia A, aduerſus
Monaſterium B, prius nullam prarogatiuam praten-
dere ſolebat, ſed illi loco cedere, cum ad illam Proceſ-
ſionum causâ ventum erat; & è diuerſo Monaſterium
Eccleſia priorem locum deferebat in ſuo patronatu:
ita quoque nunc vtrumque, & reſpectiuè deferre debeat,
non iure alicuius praeminentia, ſeu prarogatiua, ſed
velut honoris, familiaritatis, hoſpitalitatis, & amicitia,
& in qua quiſque aduenientem honorificentiùs excipe-
re, & honoris prarogatiuâ dignare ſolet.* Pergit vlte- 176
riùs ad propoſitum dicens: *Neque enim nulla erit
Cathedralis Eccleſia, ſi hoc quoque non habeat, quia
huiuſmodi pracedentia non eſt ſubſtantifica qualitas
Eccleſia Cathedralis.* Quod probat exemplo perpe-
tuo Monaſterij Sanctæ Genouefæ Pariſienſis, &
Canonicorum Cathedralis eiuſdem Eccleſiæ Pa-
riſienſis, *in quo ſeruatur* (inquit) *paritas illa, per ob-
ſeruationem illius viciſſitudinaria pracedentia.* De-
mùm pro ſua, & pro præſenti cauſa ſic tacitæ aliæ
obiectioni ſatisfacit: *Nec dura, aut violenta dici po-* 177
*teſt hac interpretatio, propter ſpecialis exemptionis per
longiſſimas ſucceſſiones amplitudinem, conſque etiã por-
rectam, vt nec deuotionis, precum, aut proceſſionum cau-
sâ, ſtatio aliqua Epiſcopo in Monaſterio, & Monaſte-
rij patronatu permittatur.* Hæc porrò omnia, etſi qua-
dantenus

Digitized by Google

dantenus fuſiora, eò adduxi, quia ſicut ouum ouo, ſimilia videntur iis, quæ in præſenti controuerſia tanguntur, & pro eiuſdem deciſione valent, ſicut valuerunt pro caſu, in quo præfatus Ioannes Vvameſius loquebatur. Habeatur ergo ex dictis, debile eſſe fundamentum partis aduerſæ, ex parte eius deſumptum, qui dictam Eccleſiam Sancti Saluatoris in Cathedralem erexit.

178 Quod verò flaccidum etiam ſit ex parte Eccleſiæ
Sanctæ Mariæ conſentientis in Cathedralitatem Eccleſiæ Sancti Saluatoris, pro comperto videtur, eo quòd nullo fundamento, nulloque inſtrumento (quod viderim) affirmari poteſt in eam conſenſiſſe cum præiudicio ſuæ Cathedralitatis, quam poſſide-
179 debat. Nullus enim præſumitur iactare ſuum, *l. cum de indebito, ff. de probat.* quia, vt dicebat Apoſtolus, *expedit me magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet.* Baldus *in conſ.* 312. *lib.* 4. Crauetta *conſil.* 2. *num.* 18. *&* *conſil.* 49. *num.* 7. Villar. *in ſcholiis ad decret. Cur. Inſtit. Aragen. lit-*
180 *tera S.* Et quia regula iuris eſt, *Id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt.*
181 Vlpian. *lib.* 5. *ad Sabinum.* Ac quia *nemo eligit viam, per quam iudicium ſuum ſubuertatur, l.* 3. *verſic. nec credendus, ff. de milit. teſtam. l. quoties, ff. de verborum obligat. cap. Abbate, iuncta gloſſa, verbo potiùs, de verborum ſignificat.* Mantica *de coniecturis vltim. volunt. lib.* 2. *tit.* 1. Menochius *de præſumpt. lib.* 6. Barboſa *in axiomat. axiom.* 160. *n.* 3. Conſtat etiam hoc ad oculum ex dicendis in ſequen-
182 tibus, ex quibus clarè innoteſcet Eccleſiam del Pilar, nunquam conſenſiſſe in Cathedralitatem Eccleſiæ Sancti Saluatoris, niſi ſaluis ſuis iuribus, & ſemper retinuiſſe, ac continuaſſe præeminentias proprias Cathedralitatis, pro illis conſeruandis litigaſſe, & ſententias in ſui fauorem, tam à Iudicibus Cæſarauguſtanorum Tribunalium, quàm à Sacra Rota obtinuiſſe.

183 Quod ſimiliter aduerſæ partis fulcrum omninò infirmetur ex parte erectionis ipſius ſecundùm ſe conſideratæ, liqueſcit etiam ex eo, quod ipſa nullatenus fuit per modum tranſlationis, propriè de tranſlatione loquendo; non ſolùm quia, vt dixi, tranſlatio (propriã intellige) Eccleſiarum non fit niſi ex Papæ authoritate, prout eſt textus expreſſus *in cap. niſi ſpecialis, de offic. Legati*, vbi ne credatur nouam inſtitutionem fuiſſe Innocentij III. qui eſt author illius capitis, dicitur contrarium fieri, *ſpretis canonicis ſanctionibus, & conſuetudine gene-*
184 *rali.* Quas ſanctiones Gloſſa *ibidem verb. Sanctionibus*, enumerat. Fauet etiam caput *Quod tranſlationem, eodem titulo*, & Gloſſa *ibidem, verbo Reſeruata*, & Villar. *in ſcholiis ad decreta Curiæ Inſtit. Aragon. littera M*, ponderans hanc tranſlationem factam fuiſſe abſque extinctione præeminentiarum, quia non interuenit Summi Pontificis conſenſus,
185 vt requirebatur. Deinde id oſtenditur, quia tranſlatio propriè, & non latè ſumpta, importat omnimodam extinctionem, ſeu ceſſationem Eccleſiæ, quæ transfertur à loco, in quo erat priùs, ita vt etiam ceſſent in illo priuilegia, quæ habebat. Gloſſa *cap. ſi quis vult*, 16. *quæſt.* 1. Rebuff. *ſupr. num.* 17. *&* 19. Ea autem, quæ adduntur in ſequentibus, apertè demonſtrabunt, iura & priuilegia Cathedralitatis in Eccleſia Sanctæ Mariæ perman-
186 ſiſſe. Præterea ad idem, quia hæc propria Eccleſiæ tranſlatio non contingit, niſi ſimul transferatur totum Capitulum, Canonici, & Dignitates, qui ſunt partes ipſius Eccleſiæ, relictis in prima Eccleſia aliquibus Preſbyteris, qui ibi miniſtrare debeant. *cap. ſi quis vult*, 16. *quæſt.* 1. Præpoſitus *in cap. Tempo-*
187 *ris qualitas*, 7. *quæſt.* 1. Rebuff. *ſupr. num.* 18. Quod augmentum maiorem vim habet ſi ſupponatur, prout ſupponi debet, quod eſſentia Cathedralitatis alterius Eccleſiæ eſt, quod habeat Capitulum, ideſt Canonicos, Dignitates, &c. *cap. nouit, cap. quantò, de his quæ fiunt à maiori parte capituli.* Barboſa *de Canonic. & Dignitatibus, c.* 2. *n.* 2. Quin addendum, quod manente Clero, & populo, manere debet Eccleſia Cathedralis: ſicut è contra illis non manentibus, ipſa non manet; quia contrariorum eadem eſt ratio. Lotterius *de re beneſic. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 1. *&* 128. Cùm igitur in iſta erectione non fuerint tranſlati Canonici Sanctæ Mariæ de Pilari, ſed manſerint Canonici, Clerus, & populus, vtique nec dici debet propriè tranſlatam fuiſſe Cathedrali-
tem. Dixi *propriè*, quia impropriè, & abuſiuè id 188
admitti poteſt, cum aliquibus fautoribus huius cauſæ, & cum Ferrerio in ſententia quadam, de qua infrà ſub anno 1502. Et quatenus ſcilicet per eam factum eſt, vt Epiſcopi, qui in dicta Eccleſia Sanctæ Mariæ ſemper reſidentiam habuerant, curſu temporis in alia Sancti Saluatoris capaciori, & commodiori loco, eam habere cœperint.

Talis ergo Cathedralitatis erectio non fuit aliud, 189
niſi quædam *vnio, communicatio, & extenſio* Cathedralitatis primariæ, quæ erat in dicta Eccleſia *del Pilar*, illi Eccleſiæ S. Saluatoris, iuxta modum, quo Philoſophi dicunt, quod eadem indi-
uiſibilis anima rationalis, aduenientibus per nu- 190
tritionem nouis partibus corporis humani, vnitur, & communicatur illis, & ad eas extenditur: & Theologi, quod bonitas, vel malitia actus interioris efficacis, adueniente actu exteriori, vnitur, & communicatur illi, & extenditur ad ipſum Omitto (propter Myſterij ſingularem majeſtatem) quod fides docet in myſterio Trinitatis contingere, quod ſcilicet eadem diuina natura indiuidua, & ſingularis exiſtens, quæ eſt in Patre, communicetur etiam
Filio, & Spiritui Sancto. Nam Regula generalis 191
eſt, quod actus præſumitur fieri eo modo, quo validè, & licitè fieri poteſt, *l. quoties, ff. de rebus dub. l. meritò, ff. pro ſoc.* Rota coram Ludouiſio
deciſ. 493. *num.* 5. ex aliis. Et quia ſemper diſpoſi- 192
tio præſumitur facta in caſu iure permiſſo, non in prohibito. Bartolus *in l. gerit, de adquirend. hæredit.* Baldus *in l.* 3. *de milit. teſtam.* Vantius *de nullitat. ex defect. iur. num.* 171. Surdus *conſil.* 19. *lib.* 1. Monter. *deciſ.* 41. *num.* 19. & ex illis Michael del Villar *in ſcholiis ad decret. Curiæ Inſtit.*
Aragen. littera M. Vnde quia tranſlatio propria ſine 193
Papæ authoritate fieri non poterat, ſolùm facta eſt vnio, communicatio, & extenſio Cathedralitatis, quæ fieri potuit, tum ab Epiſcopo, *c. ſicut vnire, de exceſſibus prælat.* Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 28. *n.* 112 tum etiam à Rege, eo quòd propter bella cum infidelibus illis temporibus permittebatur Principibus, *c. ſi quis vult*, 16. *q.* 7. Rebuff. *in praxi, ſup. n.* 7. Villar. *ſuprà, littera I.*

Ex quo fit (eſtque ſummè notandum) dictam 194
Eccleſiam Sanctæ Mariæ del Pilar, dici debere *vnam* in ratione Cathedralitatis cum dicta Eccleſia Sancti Saluatoris, prout expreſsè habent Ferrerius in ſententia data anno 1502. Decreta Curiæ Iuſtitiæ Aragonum de anno 1605. Villar *ibidem littera N*, ex traditis ab Innocent. *in cap.* 2. *de nou. oper. nunciat.* Ancharan. *in Clement. in pleriſque, de elect. in princip.* & aliis apud ipſum. Sicut etiam colligitur ex Rota de anno 1631. coram Coccino *part.* 6. *recent. deciſ.* 15. *num.* 6. *&* 19. vbi capitula vtriuſque Eccleſiæ vocantur *vnum corpus.* Et ita Eccleſiam S. Saluatoris eſſe Cathedralem *accumulatiuè* cum Eccleſia Sanctæ Mariæ, non *priuatiuè*, iuxta modum, quo cùm fundator beneficij, vel Eccleſiæ nominat ex-

traneum

traneum in patronum, aut patronus dat alij ius ad præſentandum; & generaliter quando alicui conceditur ius, quod alteri competebat, intelligitur id eſſe *accumulatiuè*, non *priuatiuè*, prout hæc, & alia exempla afferens, aptiſſimè docet ex pluribus alijs DD. Gonzalez *ſup. regul.* 8. *Cancellar.* §. 2. *proœm. à numero* 32.

195 Non obſtante ergo huiuſmodi Eccleſiæ Sancti Saluatoris in Cathedralem erectione, nihilominus præfatam Eccleſiam Sanctæ Mariæ verè, & propriè permanſiſſe *Cathedralem*, & perſeueraſſe in ſua antiqua *Cathedralitate*, colligitur non ſolùm ex dictis in ſuperioribus, ſed etiam, & maximè, ex dicendis in ſequentibus, ex Summis Pontificibus, ſententiis in hac cauſa latis, ſacræ Rotæ deciſionibus, ſignis, effectibus, & adminiculis Cathedralitatis, quæ ſigillatim ſuo Ordine afferentur, quia ex illis, & ſolutione eorum, quæ pars aduerſa obſtare credit, ea quæ dicta ſunt, clariùs roborantur.

196 Et primò, quia hoc eodem tempore, quo talis Eccleſia Sancti Saluatoris in Cathedralem erigebatur, vt habet ille modernus Cæſarauguſtanus *in commentar. ſup. hiſtor. Eccleſ. del Pilar*, *pag.* 185.
197 ipſe Rex Alphonſus, qui Cæſarauguſtam recuperauerat, & Eccleſiam Sancti Saluatoris in Cathedralem erigere curauerat, voluit, vt vtraque Eccleſia eiſdem ſtemmatibus, agno ſcilicet cum panno quodam vexillo in manu, frueretur, prout cerni dicit in vtraque Eccleſia, & in illa *de Pilari* in Clauſtro, cum hac inſcriptione: *Agnus docet iſte hanc Sedem fuiſſe.* Quantùm verò valeant ſtemmata Eccleſiarum, domorum, familiarum, Principum, &c. ad eorum dignitatem, & nobilitatem iudicandam, magis certum apud omnes eſt, quàm probatione egeat.

198 Item hoc eodem tempore erectionis Eccleſiæ Sancti Saluatoris in Cathedralem, Petrus de Librana, & Garzia de Guerra Epiſcopi in Eccleſia Sanctæ Mariæ reſidentiam habuerunt. Et Bernardus II. etiam Epiſcopus in ea ſepultus fuit, iuxta dicta *ſuprà num.* 140. non ergo hæc Eccleſia ius ſuæ Cathedralitatis amiſerat.

199 Deinde, prout Canonicus Pantaleon Palatius in quodam ſcripto pro hac cauſa refert, & ante eum, etſi cum aliqua verborum varietate, Murillus *c.* 19. *lib. relati*, extat quoddam teſtamentum Lupi Arzez Peregrini, tempore dicti Garziæ Epiſcopi confectum in quo diſponens dicit de ſua vxore: *Si poſt mortem meam acceperit virum, aut quando obitus illam euenerit, quod faciant illam meam medietatem amici mei tres partes: prima parte ad Sanctam Mariam de Saragoza, & ad Epiſcopum, & ſucceſſores eius, qui ibi fuerint.* Ex quibus, etſi barbarè à Notario ſcriptis, ſatis euincitur, non fuiſſe priuatam ſua Cathedralitate hanc Eccleſiam Sanctæ Mariæ per erectionem Eccleſiæ Sancti Saluatoris.

200 Item eodem Murillo, vt ſuprà, teſte, reperitur quoddam teſtamentum Vicecomitiſſæ de Bearn de anno 1135. vbi facit quandam donationem eidem Eccleſiæ: *Et Cæſarauguſtanorum Epiſcopo Garzia, eiuſque ſucceſſoribus Eccleſia ipſi Præſidentibus.* Præſidebant igitur in eadem Eccleſia. Alij dicunt id accidiſſe de anno 1174.

201 Præterea hoc eodem ſæculo, pro anno videlicet 1143. extat quoddam inſtrumentum donationis factæ per Mariam vxorem Saluatoris, cum voluntate Belitæ ſuæ Matris, cuiuſdam domus, & prædiorum Epiſcopo, & Canonicis *S. Mariæ Maioris*, prout refert Cæſarauguſtanus *ſuprà*, *pag.* 157. & Michael Martinez del Villar *in ſcholiis ad decreta Curiæ Iuſtitiæ Aragon. littera L.* Titulus autem iſte
202 *Maioris*, arguit primogenituram. Baldus *in l. cum antiquioribus*, *de iur. delib. num.* 13. Paulus *conſil.* 164. *lib.* 1. & alij apud ipſum Villar. Similiter ſi erant Epiſcopi, & Canonici in ea Eccleſia, erat ergo tunc Cathedralis.

Inſuper circa annum 1181. datæ ſunt litteræ 203
quædam Confraternitatis, & Canonicatus eidem Petro de Caſcallo à Petro Cæſarauguſtano Epiſcopo, & Guillelmo Priore Eccleſiæ Sanctæ Mariæ del Pilar, & toto Conuentu, in præſentia totius Capituli, quas refert idem Cæſarauguſtanus *pag.* 260. Ex eis autem etiam colligitur Cæſarauguſtanos Epiſcopos hoc etiam tempore in ea Eccleſia, velut in propria Sede, ſuam reſidentiam habuiſſe.

Iſto etiam tempore poſt erectionem Eccleſiæ San- 204
cti Saluatoris in Cathedralem, ipſa non obſtante, Eccleſia Sanctæ Mariæ de Pilari iura Cathedralitatis prætendebat, & obtinebat, nolendo videlicet venire ad Eccleſiam Sancti Saluatoris certis diebus, habere decimas in Territorio Cæſarauguſtano, habere etiam Parochiam, & Cœmeterium, celebrare nuptias, infantes baptizare Sacramenta omnia adminiſtrare, pulſare Campanas antequam Eccleſia Sancti Saluatoris illas pulſaret, corpora defunctorum liberè ſepelire, & alia facere, quæ ſaltem ſimul ſumpta, non ſolùm erant ſigna, & veſtigia antiquæ Cathedralitatis, ſed propria præſentis, & notæ æqualitatis cum Eccleſia Sancti Saluatoris. De quibus Rota illa inſignis de anno 1650. *numero* 72. *& ſequentibus*, ac Barboſa *de Canonicis & dignitatibus*, *cap.* 2. *numero* 7. poſt eam, & alias
Rotæ deciſiones, iura, & DD. Circa quæ maximè 205
aduertendum, quod vt dixi, non ſolùm dicta Eccleſia hæc iura prætendit, ſed etiam obtinuit, prout teſtatur Rota relata, quæ *num.* 78. ſic habet: *Quæ quidem veſtigia, & Cathedralitatis antiqua reliquias, Eccleſia iſta de Pilari poſt tranſlatam à ſe Cathedralitatem retinuit, & huc vſque in diem retinet, quemadmodum conſtat ex ſententiis, & concordiis deſuper emanatis, & latè expendit Murillus in tractat. ſæpius citato, cap.* 19. *fol.* 159. *& ſequentibus, & concordant teſtes in ſummar. num.* 19. *cùm tamen ad effectum retinendi, ac continuandi ius antiqua Cathedralitatis, vnicus etiam actus cenſeatur ſufficere. Ad-*
dentes ad dec. 557. *ſanct. mem. Greg. n.* 10. Hæc Ro- 206
ta relata. Ex iis autem, & aliis, quæ dixi, firmiter ſuadetur, quod nihil omnino obſtante erectione Eccleſiæ Sancti Saluatoris in Cathedralem, Eccleſia Sanctæ Mariæ non amiſerit ſuam Cathedralitatem, aut iura ipſius, ſed ea ſemper retinuerit, & pertinere prætenderit.

Cùm autem Canonici Sancti Saluatoris prædi- 207
ctis ſe opponerent, & de Canonicis Sanctæ Mariæ conquererentur, quod ad ipſorum Eccleſiam certis diebus non venirent, & quod aliquas decimas in Territorio Cæſarauguſtano perciperent, ac quod haberent Parochiam, Cœmeterium, & pulſarent Campanas antequam Eccleſia Sancti Saluatoris id faceret, præſertim quod adminiſtrarent Sacramenta Baptiſmi, Pœnitentiæ, Communionis, & Matrimonij, ſimulque efferrent corpora defunctorum liberè, & ſine dependentia ab Eccleſia Sancti Sal-
uatoris. Econtrà verò, cùm Prior, & Canonici 208
Eccleſiæ Sanctæ Mariæ conquererentur de Priore, & Capitulo Sancti Saluatoris, quod cum vtraque Eccleſia deberet habere *vnitatem in ſpiritualibus, & temporalibus*, Canonici Sancti Saluatoris eam denegabant Canonicis Sanctæ Mariæ; ideo pro bono pacis in eam concordiam deuenerunt, de qua infrà dicetur. Priùs ponderando, quod cùm dicta Eccleſia Sanctæ Mariæ, prout ex verbis relatis colligitur, prætenderet prædictam *vnitatem in ſpiritualibus, & temporalibus* cum Eccleſia Sancti Saluatoris, in

209 illa concordia non negatus hæc *vnitas*, quin potiùs
tacitè admittitur, etſi cum aliquibus limitationi-
bus de partium conſenſu admiſſia, prout conſtabit
210 ex dicendis. Hic autem intrat commune illud
axioma, *Tacens conſentire videtur, l. 2. §. voluntatem,
ff. ſoluto matrimonio, l. qui tacet, ff. de regulis iuris,
l. 2. Cod. de adquirend. poſſeſſion.* & aliis iuribus, &
Doctoribus. Quod etſi limitetur in præiudicialibus,
*l. inuitum, ff. de ſeruit. Vrban. l. in eo, §. penult. ff. de ritu
nuptiarum*; ſublimitatur tamen in iudicialibus, in
quibus tacens conſentire cenſetur, etiam in ſibi præ-
iudicialibus. Tiraquell. *de iure Mariti, gloſſ. 7. n. 37.*
Surd. *deciſ. 47. num. 9.* Barboſa *in Axiomat. axiom.*
211 217. *num. 1.* Expendi etiam poteſt illud verbum
deberet, quod plerumque neceſſitatem importat, vt
in c. propoſuit, §. ſuper quo, & *in c. oblata, de appellat.*
& *in l. prætor, in princip. ff. de edend.* & *l. 1. §. qui ma-
giſtratus, ff. quod quiſque iuris*, & aliis iuribus, & DD.
212 Igitur de anno 1221. qui ſequenti ſæculo deci-
motertio Christi correſpondet, coram Sanctio de
Ahones Epiſcopo Cæſarauguſtano, & tribus Cano
nicis Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Pilari, ac aliis tri-
bus Eccleſiæ Sancti Saluatoris, de omnium volun-
tate, & conſenſu concordatum, & ſtatutum eſt, vt
certis diebus, in quibus Canonici Sanctæ Mariæ
debebant venire ad Eccleſiam Sancti Saluatoris,
213 *ſtent Canonici Sanctæ Mariæ in Choro Sancti Salua-
toris, & Canonici Sancti Saluatoris dent Canonicis
Sanctæ Mariæ dexteram partem Chori totam, & Prior
Sanctæ Mariæ ſedeat in capite Chori honorificè.* Quæ
præeminentia ſedendi in dextera parte Chori con-
ceſſa Canonicis Eccleſiæ S. Mariæ Maioris, procul-
dubio arguit, ſi non præcedentiam, ſaltem æquali-
tatem, & vnitatem ipſius cum Eccleſia Sancti Sal-
uatoris. Etenim etſi antiquitus ſiniſtra manus apud
aliquos in maiori æſtimatione, quàm dextera eſſet,
de quo nonnulla dixi in meis Conſultis, *con-
ſult. 50. numero* 82. nihilominus ſecundùm iura
pro comperto eſt, quod dextera manus honora-
bilior habeatur, *cap. ſolita, de maioritat. & obed.* vbi
DD. & Barboſa *ibidem*. De quo etiam alia dicam
214 infrà, *capite ſequenti, numero 323. & ſeq.* Deinde
Sedes illa *in capite Chori*, conceſſa Priori Sanctæ
Mariæ, etiam dictam æqualitatem, ne dicam ſupe-
rioritatem, demonſtrat; cùm prima pro optimis, ac
probatiſſimis authoribus accipiantur. Cato *rei ru-
ſtic. cap. 1.* Terent. *in Adelphis*, Saluſt. *in Catilin.*
& habetur *l. 2. ff. de orig. iur.* & quia Seniores pri-
mo loco ſedere debent, *l. 2. Cod. de Præf. Palat.
lib. 1. & 2.* & multis aliis iuribus, & DD. apud
Tiraquell. *tom. 5. de iure primogenior. in præfatione,*
215 *num. 115.* Item ſtatuitur in eadem concordia, quod
*quando contingat Canonicum Eccleſiæ Sanctæ Mariæ
mori, omnes Canonici Sancti Saluatoris eant ad Eccle-
ſiam Sanctæ Mariæ, & ſepeliant eum inſimul honori-
ficè, & è conuerſo.* Et infrà: *Quod ſemel in anno Ca-
nonici Sancti Saluatoris faciant ſemper Anniuerſarium
pro Canonicis Sanctæ Mariæ, & è conuerſo.* Quæ
etiam æqualitas in huiuſmodi funebribus officiis fa-
ciendis, etiam arguit vnitatem illam, quam Eccle-
216 ſia Sanctæ Mariæ ſemper prætendit. Quoad deci-
mas verò ſtatuitur in eadem concordia, *Quod Ec-
cleſia de Pilari retineat ſibi omnes decimas de illis
hæreditatibus, quæ pertinent ad communitates ipſius
Eccleſiæ, videlicet ad menſam Canonicorum, & ad
veſtiarium ipſorum, & Sacriſtiam maiorem, & mi-
norem, & opera ipſius Eccleſiæ, & Infirmariam.* Aliæ
verò decimæ applicantur Eccleſiæ Sancti Saluato-
217 ris. Quatenus verò aliquæ ipſi conceduntur, etiam
indicatur eius Cathedralitas; quia ius exigendi
Decimas ſoli Cathedrali Eccleſiæ competere poteſt,
cap. quoniam, & cap. cùm contingat, de Decimis.
Rota illa magiſtralis de anno 1630. *num. 74.* ex
aliis Rotæ deciſionibus, & DD. Eo etiam, quod
vt teſtatur Murillus *lib. relato, pagina* 158. hoc ius
recipiendi Decimas creditur huic Eccleſiæ conue- 218
niſſe à tempore quo Eccleſia Sancti Saluatoris in
Cathedralem erecta eſt, itant aliquæ ipſi tribueren-
tur, aliæ verò dictæ Eccleſiæ ob cathedralitatem 219
antiquam. Parochia autem eiuſdem Eccleſiæ San-
ctæ Mariæ illi fuit permiſſa, etſi magis limitata, &
ad certos limites redacta. De cœmeterio etiam ſta-
tuitur, quod illud *ſit commune*. Similiter Canonicis 220
illius limitatur facultas pulſandi campanas, admini- 221
ſtrandi Sacramenta, & ſepeliendi cadauera defun-
ctorum. Huiuſmodi porrò limitationes iurium Ec- 222
cleſiæ Sanctæ Mariæ nihil ipſi præiudicaſſe, etiam
pro comperto haberi debet. Quia cum factæ ſint
ex concordia, quæ talis dicitur *à coniunctione cor-
dis*, Ancharanus *in cap. indemnitatibus, in fin. in
verbo Concordia, de elect. in 6.* Alexander *in leg. 1.
ſub num. 3. ff. de pact.* Felinus *in cap. cauſam quæ, il 2.
ſub num. 1. de teſtibus*, & pro conſeruanda pace in-
ter Eccleſias, etiamſi aliàs licitæ non eſſent, quia
contra ius Cathedralitatis dictæ Eccleſiæ Sanctæ
Mariæ nihilominus permitti poterant, *cap. niſi eſ-
ſent, de prabend. cap. his quæ,* ibi, *pro bono pacis, de
maiorit. & obedient. cap. 2. de arbitr. cap. 1. de mu-
tuis petitionibus,* ibi, *concordiâ terminetis,* & aliis iu-
ribus, & DD. apud Gonzalez *ſuper Regul. 8. Can-
cellar. gloſſ. 25. num. 12.*

Eodem etiam ſæculo decimotertio, & pro anno 223
1239. oſtenditur priuilegium Vrbis Cæſarauguſ-
tanæ eidem conceſſum Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, vbi
vocatur *Sancta Maria Maioris*. Quod etiam dici-
tur dixiſſe Benedictum Papam appellatum in qua-
dam Bulla, & haberi in quodam codicillo D. Poli,
de anno 1305. & in aliquibus Actis etiam noſtri
temporis. Quod etiam lego in quadam ſententia
Garziæ Archiepiſcopi Cæſarauguſtani de anno
1391. & in illa, quam Ioannes Feſter Vicarius
Generalis Archiepiſcopatus Cæſarauguſtani ſuper
charitatiuo ſubſidio dedit, de qua infra, & aliis mo-
numentis. Quomodo autem id faueat præſenti in-
tento, inferiùs dicam.

Sæculum porrò decimumquartum non minùs 224
cæteris teſtimonium perhibet veritati *Cathedrali-
tatis* iugiter perſeuerantia in Eccleſia Sanctæ Ma-
riæ del Pilar. Etenim pro anno 1318. qui in ipſo
clauditur, extat inſtrumentum quoddam in Archi-
uio eiuſdem Eccleſiæ conſeruatum, & per Guillel-
mum de Calatayud Notarium Cæſarauguſtanum
ſignatum, quod refert Cæſarauguſtanus in libro in
præcedentibus relato, *pag.* 28. in quo hæc habentur:
Nouerint vniuerſi, quod anno Domini 1318. *compa-
ruit Venerabilis, & diſcretus Eximenus Donatus
Canonicus, & Infirmarius Eccleſiæ Sanctæ Mariæ
Maioris Cæſarauguſtanæ Procurator, &c.* Et infrà
de eadem Eccleſia ſic legitur: *Præfulſit temporibus
prædictis multorum Sanctorum, quippe Valerij, &
Braulij, eiuſdem Eccleſiæ ſucceſſiuè Epiſcoporum, &
BB. Martyrum Laurentij, atque Vincentij dictæ Ec-
cleſiæ Archidiaconorum.* Etenim hæc poſterior clau- 225
ſula inſpecta manifeſtè conuincit antiquam Cathe-
dralitatem huius Eccleſiæ, & quod Epiſcopalis Sedes
fuerit SS. Epiſcoporum Valerij, & Braulij, prout
etiam oſtenſum eſt in ſuperioribus. Per priorem etiam
clauſulam colligitur ipſius Cathedralitas, cùm in ipſa
dicatur Eccleſia Sanctæ Mariæ *Maioris*, & hic titu-
lus *Maior*, eandē Cathedralem Sedem indigitet, cùm
Maioritas nobilitatem importet, *c. ſuper eo, de teſtibus,*
& ibi DD. *c. de multa, in fin. & c. penult. de prabend. at-
que c. qui contra pacem, 24. q. 1.* vbi Gloſſa, latiſſimè
Bart. *in l. 1. C. de dignit. lib. 12.* Maſcard. *de probationib.
vol. 2.*

vol.2. concluſ.999. num.10. & ſequentibus, plura
congerens: ſcripturis autem ex archiuis extractis
fidem adhiberi, argumento authenticæ *ad hæc,
in fine*, comprobant DD. cum Bartolo, *Cod. de fid.
inſtrum.* Felin. *in cap.2. de fid. inſtrum. num.9.* &
plerique.
227 Similiter ſæculum decimumquintum præceden-
tium ſæculorum ſequax, non minùs ipſis Cathedra-
litatem eiuſdem Eccleſiæ Sanctæ Mariæ ſartam
tectam tuetur. Etenim de anno 1448. ſub Dalmatio
Archiepiſcopo Cæſarauguſtano, cum ſimiliter lis
eſſet, & controuerſia inter Eccleſiam Sanctæ Mariæ,
& Sancti Saluatoris, inita eſt concordia inter dictas
Eccleſias. In qua conformiter ad aliam de anno
1221. aſſignatur pro loco Capituli Eccleſiæ San-
ctæ Mariæ (quæ in ea concordia vocatur *Maior*)
dextera pars, & pro loco Prioris is, qui antea erat
228 in vſu, ſcilicet primus, & præcipuus, explicando
229 magis difficultates, quæ circa hoc occurrere poſ-
ſent. Deinde ſtatuitur, quod in Proceſſionibus Crux
Eccleſiæ Sancti Saluatoris incedat in manu dexte-
ra, Crux verò Sanctæ Mariæ in ſiniſtra. Cuius rei
ratio ibi aſſignatur, quia Eccleſia Sancti Saluatoris
230 *eſt Cathedralis, & etiam Metropolitana.* Quo deno-
tantur duo, primum, quod Eccleſia Sancti Saluato-
ris dextram manum pro nobiliori, & digniori æſti-
met, quàm ſiniſtrã, iuxta ea, quæ dixi ſuperà *n.213.*
Secundum, quod hæc manus dextra ideo conceda-
tur Cruci Eccleſiæ Sancti Saluatoris, & non Sanctæ
Mariæ, eo quòd illa non ſolùm ſit *Cathedralis*, ſed
etiam *Metropolitana*; hæc verò, etſi *Cathedralis*, non
231 tamen *Metropolitana*. Item ſtatuitur, quod in funera-
libus defunctorum eadem eleemoſyna pecuniarum,
& candelarum detur Canonicis, Portionariis, & ſer-
uitoribus Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, & Sancti Salua-
toris. Præterea etiam decernitur, quod in aliquibus
Proceſſionibus Capitulum Eccleſiæ Sanctæ Mariæ
deberet congregari in Eccleſia Sancti Saluatoris, in
aliis autem è contra Capitulum Sancti Saluatoris in
Eccleſia Sanctæ Mariæ. Huiuſmodi autem æquali-
tas pactorum non ſolùm arguit, quod bona fide ini-
ta ſint, *l. non ſolùm, §. de vno, ff. de rit. nupt. l. ſed
& milites, poſt princip. ff. de excuſat. tut.* Baldus, Ia-
ſon, Decius, Caſtrenſis, & alij apud Brittachinum *in
Repertor. verb. æqualitas*; ſed etiam denotat æqualita-
tem Iurium vtriuſque Eccleſiæ ratione Cathedrali-
tatis.
232 Pro coronide etiam ſæculi decimiquinti perpen-
dat, obſecro, lector ſtatutum Eccleſiæ Metropolitanæ
Cæſarauguſtanæ de anno 1471. die nona Maij pro-
mulgatum, apud Biuarium *in commentar. ad Dex-
trum, pag.* 50. vbi ex eo, quod D. Iacobus Apoſto-
lus (vt ibi dicitur) *Primam huius Ciuitatis Eccleſiam
ipſe fundauit* (ſcilicet Eccleſiam Sanctæ Mariæ de
Pilari, vt conſtat ex ſequentibus, vbi refert appari-
tionem eiuſdem Sanctiſſimæ Virginis adhuc viuen-
tis pro ipſius fundatione) ſtatuitur, quod feſtum
eiuſdem Apoſtoli *ſub ſolemnitate ſex capparum in
Metropolitana Eccleſia Cæſarauguſtana perpetuis
temporibus* celebretur. Condiſtinguens ſanè eam
primam Eccleſiam à Sancto Iacobo fundatam à
Metropolitana, & clarè indigitans hanc Metropo-
litanam neutiquam à Sancto Iacobo fundatam fuiſ-
ſe: ſequens etiam Ioannem II. Aragoniæ Regem,
qui in quodam priuilegio apud eundem Biuarium
hæc dixit anno 1459. die 26. Octobris: *Contem-
platione, & fauore ipſius Eccleſiæ, quæ inter alias
Hiſpaniæ diuinis myſteriis, & miraculis refulget, de
illius inſtitutione, & ædificatione (teſtante hiſtoriâ)
multa miraculoſa referuntur, & principaliter illud mi-
rabile, quod in vita ipſius Beata Virginis, eiuſque iuſſu,
à Beato Iacobo Maiore Apoſtolo conſtructa, & ædifi-
cata extitit, in cuius capite ipſa Beata Virgo Pilare
marmoreum, quod ſibi à Cælo tranſmiſſum habuerat, &
ſupra quod ipſi B. Iacobo apparuit, firmari, & collocari
iuſſit.*
Maximè verò decimumſextum ſæculum pro hu- 233
ius controuerſiæ deciſione in fauorem Eccleſiæ
Sanctæ Mariæ de Columna plura præſtat adiumen-
ta. Nam primò, de anno 1502. adeſt celebris
quædam ſententia lata per Ioannem Ferrerium Vi-
carium Archiepiſcopi Cæſarauguſtani, & confir-
mata per eundem Archiepiſcopum, de cuius inter-
eſſe, & præiudicio principaliter agebatur. In qua
dicta Eccleſia declaratur exempta à ſolutione *ſub-
ſidij charitatiui, aut alterius cuiuſcumque gratioſi ſer-
uitij* dandi Archiepiſcopo. In ea etiam, veluti pro 234
cauſa dictæ exemptionis dicitur: *Conſtat etiam,
quod dicta Eccleſia, in qua Dei Genitrix Virgo, dum in
humanis ageret, Beato Iacobo Apoſtolo mirabiliter
ſuper pilare marmoreum, Angelicis manibus deporta-
tum apparere dignata eſt, in quo primaria Sedes Cæ- 235
ſarauguſtana per multa annorum curricula collocata
fuit, Beato Braulio, & aliis multis digniſſimis Epiſ-
copis ſucceſſiuè præſidentibus. Et licet poſtea dicta Se-
des Cathedralis tranſlata fuerit, nihilominus tamen
multa inſignia, & prærogatiua Cathedralis Eccleſiæ
penes eam remanſerunt, & quaſi vna Eccleſia cum
maiori Cæſarauguſtana reputatur in prærogatiuis præ-
dictis.* Adducit etiam: *His igitur, & aliis quamplu-
rimis cauſis coram nobis deductis, & allegatis, & aliis
in iure, & iuſtitia conſiſtentibus, &c.* Quæ clauſulæ, 236
cum valdè vniuerſales ſint, quia dictio *aliis* hanc
generalitatem habet, ita vt etiam comprehen-
dat non expreſſa, Curtius *conſil.* 38. Caputa-
queuſ. *deciſ.* 296. Barboſa *de Dictionibus, dictione
26. num.15.* & facit poſitionem eiuſdem qualitatis
ad præcedentia, *l. quidam relegatus*, & ibi Bartol.
*ff. de rebus dubiis, l.3. C. de ſeruis fugitiu. cap. ſedes,
de reſcript.* & aliis iuribus, & DD. apud eundem
Barboſam *ſup. num.1.* arguunt dictam exemptio-
nem eius Eccleſiæ à ſolutione ſubſidij charitatiui,
debitam ipſi eſſe non ſolùm propter excellentiam
illius, ſed propter alias plures cauſas. Vnde huiuſ- 237
modi ſententiæ Vicarij Generalis valdè, multúm-
que defert Rota magiſtralis coram Coccino de anno
1630. edita *n.68. & ſequentib.* ex eo, quod illa tem-
pus litis ſuper Cathedralitate principaliter motæ
per centum, & amplius annos antecedat; & quia
de executione ſeu canonizatione illius nunc non
agatur, ſed tantùm adducatur ad probationem. Qui- 238
bus iungam ego, Ferrerium iſtum, qui iſtam ſen-
tentiam protulit, virum fuiſſe inſignem litteris, &
gubernio, & à Sixto IV. Romano Pontifice in
Vicarium Generalem Cæſarauguſtanum nomi-
natum: & (quod magni ponderis eſt) Eccleſiæ
Sancti Saluatoris alumnum; ſic enim habet pergra-
uis Author Carrillus *in hiſtor. Sancti Valerij, fol.*
274. Et (quod magis ruminandum) quod hæc ſen- 239
tentia expreſsè acceptata fuit ab eodem Archiepiſ-
copo Alphonſo, de cuius intereſſe agebatur, prout
expendit eadem Rota *n.68.* Ac proinde præiudicat
omnibus, *l. ingenuum*, vbi Gloſſa, & DD. *de ſtat. hom.*
Pantaleon Palatius *in ſcripto ſuper hac cauſa, pag.7.*
referens plures alias Rotæ deciſiones, quæ idem in-
tentum corroborant.
Pro anno etiam 1513. qui decimoſexto ſæcu- 240
lo correſpondet, extat ſententia quædam arbitra-
lis Alphonſi de Aragonia Cæſarauguſtani Antiſti-
tis inter Eccleſiam Sancti Saluatoris, & Sanctæ
Mariæ, quæ in diſcurſu illius vocatur *Maior*. Con-
uocato autem vtriuſque Eccleſiæ Capitulo, & vtra-
que in arbitrum, ſeu arbitratorem præfatum Archi-
epiſcopum ad ſedandas omnes lites, & controuerſias

inter vtramque dictam Eccleſiam exortas, eligentes
Archiepiſcopus confirmauit concordias factas per
Sanctium Epiſcopum, & Dalmatium Archiepiſ-
241 copum Cæſaraugnſtanos, quæ adductæ ſunt in præ-
cedentibus, pro anno videlicet 1221. & 1448. cum
ſuis limitationibus & declarationibus. Quia tamen
in iſta arbitrali ſententia, non ſemel, aut bis, ſed
ſæpius repetitur, Eccleſiam Sancti Salnatoris eſſe
Matrem, ſeu *Matricem*, *Superiorem*, *& Magiſtram*,
& vt talem honorandam ab Eccleſia Sanctæ Mariæ
242 Maioris, conſiderandum, quod quamuis magis vi-
deantur operati, ſicut verba geminata magis operan-
tur, *l. Balliſta, ff. ad Trebell.* Barbat. plura poneus
exempla *conſil. 37. in princip. lib. 3.* Quia tamen ta-
lis repetitio erat ſuperflua, & verba ſuperflua ſo-
lent ſtomachari prudentes, Rolandus à Valle *conſ. 39.*
num. 2. lib. 2. & *conſil. 61. in princip. lib. 3.* quem re-
fert Cardinalis Tuſc. *tom. 7. littera S, concluſ. 895.*
num. 31. & ne dicatur poſitam eſſe per *affectatio-*
nem, quæ neque prodeſt, neque attenditur, *l. 2. §.*
vlt. ff. ſi quis caut. l. 1. Cod. qui milit. poſ. lib. 12. Tira-
quell. *de retract. lignag. §. 35. gloſſ. 4. num. 29.* Surdus
243 *conſil. 32. num. 4. & conſil. 42. num. 23.* ideo creden-
dum, repetitionem illorum verborum additam eſſe
ad maiorem energiam, & vim. Rei tamen veri-
tate inſpectâ, cùm nihil aliud importent quàm quod
Eccleſia Sancti Saluatoris ſit actualis *Sedes Epiſco-*
palis, *Diœceſana*, & *Metropolitana inſignis*, nihil
244 nocet Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, quæ nihil contra hoc
prætendit, ſed ſolùm olim fuiſſe primam Cathedra-
lem, & nunc eſſe talem; ac frui debere Cathedra-
litatis priuilegiis. Quin addendum, quod cùm Ec-
cleſia de Pilari non conſenſerit in hanc arbitralem
ſententiam, niſi prout in ea dicitur, *Iuris ordine ſer-*
uato, *& per viam iuris*, *& iuſtitia tantùm*, *& ſolum-*
modò iuxta poteſtatem, *& non aliter*, *& vltra*; ſi hæc
obſeruata non ſunt, verba illa tam honorifica ſolùm
ſonabunt *in fictionem*; ac proinde nullatenus nocere
poſſunt Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, eo quòd regula cer-
ta ſit, quod fictio ceſſat vbi veritas locum habet,
l. nec ei, §. 1. ff. de adopt. Decianus *conſ. 11. n. 139.*
lib. 1. vbi quod *fictio ſemper cedit veritati.*

245 Optimè etiam dici poteſt ex Sacra Rota de anno
1630. ſæpiùs in medium producta *num. 86.* hæc
epitheta, *Superior*, *Magiſtra*, *&c.* quæ tam in
hac arbitrali ſententia, quàm alibi reperiuntur
conceſſa Eccleſiæ Sancti Salnatoris, ſolùm ipſi con-
cedi pro tempore communicationis Cathedralitatis,
eo quòd ab eo tempore facta eſt Sedes Epiſcopi, quæ
eſt ratio propria Cathedralitatis, prout ex D. Hie-
ronymo, & Toſtato refert, & ego dixi ſuprà *num. 4.*
Ex quo infertur, nullo modo per illa derogari Ec-
246 cleſiæ Sanctæ Mariæ, eo quòd non amiſit ſuam
Cathedralitatem per talem communicationem, quin
potiùs, iuxta dicta *ſuprà num. 194.* eſt *vna*, & *ea-*
247 *dem* in ratione Cathedralitatis cum ipſa; & ita vna,
& eadem epitheta ipſi ſub hac ratione Cathedralis
conſideratæ, competere debent; quia quæ ſunt ea-
dem, ſignificant identitatem in omnibus, & per
omnia. Gloſſa *in leg. cùm hi, §. qui in perpe-*
tuum, ff. ſi ager vectigalis. Menoch. *de præſumptioni-*
bus lib. 4. præſumpt. 173. num. 1. Rota *deciſ. 455. n. 2.*
apud Farinacium in prima collect. nouiſſimarum
Barboſa ex his, & aliis *in tract. de dictionibus, dict.*
99. Rebuff. *in praxi beneficiorum, in regul. de vnioni-*
248 *bus, gloſſ. vlt.* Et quia per vnionem, ſeu ſubrogatio-
nem non perdidit ſuæ excellentiæ, & antiquitatis
priuilegia, vt habet relata Rota *n. 97.* & *l. propone-*
batur, ff. de iudic. l. ſtipulantem, §. ſacram, ff. de verbo-
rum obligat. l. qui res, §. aream, ff. de ſolut. l. ſi grege, ff.
de leg. 1.

249 Expendat & lector, quod hic Cæſarauguſtanus
Antiſtes Alphonſus, qui præfatam arbitralem ſen-
tentiam protulit, in qua Eccleſiæ Metropolitanæ
Sancti Saluatoris pluſquàm Eccleſiæ Sanctæ Mariæ
fauere videtur, approbauit, & confirmauit ſenten-
tiam illam Ferrerij, quam de anno 1502. ſuperius
dixi fuiſſe latam. In qua dicitur, conſtare Eccleſiam
Sanctæ Mariæ fuiſſe primatiam Sedem Cæſaraugu-
ſtanam *per multa annorum curricula*, ibique ſediſſe
Beatum Braulium, & alios digniſſimos Epiſcopos,
ac poſt tranſlationem manſiſſe in ea *multa inſignia*,
& prærogatiuas Cathedralis Eccleſiæ, *itaut quaſi vna*
cum Eccleſia Maiori Cæſarauguſtana reputetur in
prædictis prærogatiuis. Ex quo, quia contrarietas,
ſeu contradictio verborum vitanda eſt, *leg. vbi re-* 250
pugnantia, ff. de regul. iur. cap. cum expediat, de elect.
in 6. Paulus *conſil. 159.* Bertachinus *in repertorio*,
verbo Contradictio: & contraria allegans non audi-
tur, Fulgoſius *conſil. 20. in fin.* Bertachinus *ſuprà*,
verbo Contraria; quod magis procedit in viro egre-
gio, qualis erat præfatus Archiepiſcopus; ideo iure
præſumendum, nihil voluiſſe dicere contra Eccleſiæ
Sanctæ Mariæ priuilegia in dicta ſententia arbitrali
ab ipſo prolata adducta, Ac proinde verba illa, 251
Matrem, *Matricem*, *Superiorem*, *& Magiſtram*, in-
telligi debere tantummodò in ordine ad alias Ec-
cleſias Cæſarauguſtanæ Ciuitatis, Diœceſis, & Me-
tropolis. Eo quòd verba dubia intelligi debent in
aptiori ſignificato, *l. quoties idem ſermo, ff. de regul.*
iur. Roman. *conſil. 350. num. 22.* Non in ordine ad
Eccleſiam Sanctæ Mariæ, quæ iuxta Aymonium
Monachum, qui anno 890. floruit, eſt *Mater Ec-*
cleſiarum Vrbis Cæſarauguſtæ, vt dixi ſuprà *num.*
125. & iuxta Iulianum Perex, qui ante 500. annos
vixit, eſt *prima omnium Eccleſiarum Hiſpaniæ*, vt te-
tigi etiam ſuprà *num. 147.*

Poſt hæc de anno 1520. in fauorem eiuſdem 252
Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Pilari edita fuit Syno-
dalis quædam Conſtitutio, in qua ſic deciditur circa
locum tenendum in Synodia: *In eiſdem autem pu-*
blicis ſeſſionibus ſedeant primò Abbates, *& poſt eos*
promiſcuè ad vtrumque latus noſtrum, *Priores*, *Cano-*
nici, *& alij in dignitate conſtituti*, *Eccleſia noſtra Ca-*
thedralis prædicta, *& Beatæ Mariæ Virginis de Pila-*
ri, *ordine quo in Choro ſedere*, *& Proceſſionibus in-*
cedere conſueuerunt. Cùm autem modus ſedendi in
Choro, & incedendi in Proceſſionibus eſſet, quod
Prior Sanctæ Mariæ de Pilari primum locum, &
manum dexteram teneret, magnum inde argumen-
tum deſumitur pro Cathedralitate dictæ Eccleſiæ,
quia ſi illam non haberet, omninò abſurdè ipſi
permitteretur præcedentia ſupra Eccleſiam Metro-
politanam, quæ actu Cathedralis eſt. Nec refert ſi 253
opponatur, oppoſitum deciſum eſſe à Rota in dua-
bus deciſionibus de anno 1626. Quia illæ non ſunt
in terminis præſentibus, quibus conſtat de Cathe-
dralitate, ſed fuerunt factæ per *in interim*, & per mo-
dum *prouiſionis*, quando de illa non conſtabat. Ete-
nim quo tempore præfatæ Sacræ Rotæ deciſiones
editæ fuerunt, non conſtabat Rotæ de tali Cathe-
dralitate Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, prout patet ex
verbis illis Deciſionis de eo anno 1626. coram eo-
dem Coccino *part. 5. recentior. tom. 1. deciſ. ter-*
tia, num. 14. videlicet: *Quod antiquitus Cathedrali-* 254
tatis prærogatiuâ gauderet, *non adhuc liquet.* Idem-
que videtur dicendum de aliis deciſionibus de an-
nis 1627. 1628. & 1629. quæ ſunt *in dicta 5.* 255
part. recentiorum, tom. 1. deciſiones 57. 121. 208.
& 235. Modò autem iam conſtat de illa ex poſte-
riori Rotæ deciſione de anno 1630. in principio,
vt notat Rubeus in annotatione ad illam deciſ. 3.
dicens: *Deciſa eſt hæc controuerſia*, *parte vtraque*
acerrimè informante, *ſub die prima Martij* 1630.

coram

coram eodem bon. mem. Reuerendiſſimo Coccino, quæ deciſio inſignis eſt, & habetur infra in ordine 353. in hac parte; ac ex aliis de annis 1631. & 1633. infrà adducendis. Ac per conſequens illæ anteriores deciſiones ſunt, & cenſentur per has poſteriores moderatæ. Hæc porrò Synodalis Conſtitutio roborata eſt per Decretum (*firmam vocant*) manutentionis in poſſeſſione, prout de anno 1643. loquens dicam.

256 Pro eodem etiam ſæculo decimoſexto, non ſolùm habet pro ſe Eccleſia Sanctæ Mariæ Bullam Clem. VII. de anno 1559. in qua Pontifex omnimodam exemptionem ipſi concedens, miraculoſam ipſius fundationem aſtruit, & quod in ea affirmetur, *Primam totius Hiſpaniæ fuiſſe*. Sed etiam de anno 1557. extat mandatum Auditoris Cameræ ex commiſſione Pauli IV. de manutenenda Eccleſia Sanctæ Mariæ in ſuis præeminentiis contra Eccleſiam Sancti Saluatoris. Quod ampliatum etiam, & declaratum eſt ab eodem Auditore Cameræ de anno 1562. In his autem mandatis plura, & inſignia priuilegia recenſentur huius Eccleſiæ circa acceſſum Eccleſiæ Sancti Saluatoris ad ipſam certis diebus, manum dexteram eidem Sanctæ Mariæ Eccleſiæ dandam, & ſimilia. Pro quo mandato exequendo extat etiam de anno 1567. obligatio Cameralis Capituli Sancti Saluatoris.

Iniurius ſanè præſenti cauſæ, & hiſtoriæ apparerem, ſi in huius decimiſexti ſæculi calce non referrem ea, quæ Inclytus, & Feliciſſimus ille Ferdinandus Rex, re, & nomine Catholicus, in quodam priuilegio de Sacroſancta Eccleſia Sanctæ Mariæ Cæſarauguſtanæ de Pilari dixit, ac quæ de eadem Eccleſia celebris ille Author Martinus Garzia, Aragoniæ Inquiſitor, Barchinonenſis Antiſtes, eiuſdem Ferdinandi Concionator eximius, ſermone 91. ſcripſit. Ferdinandus ergo apud Biuar. ſuprà relatum, ſic dicebat: *Sanè ex Catholicis occiduis neminem latere exiſtimamus, apud Vrbem Cæſarauguſtam quandam eſſe mirificæ deuotionis ſacram, & antiquiſſimam Ædem, ſeu Templum celebre, puriſſimæ, ac intemeratæ Virgini Dei Genitrici dicatum, ſub vocabulo Beatæ Mariæ de Pilari, innumeris, & aſſiduis miraculis præfulgens. Ibi ipſa ſuauiſſima Virgo adhuc in humanis agens Hiſpani populi miſerata, nondum orthodoxæ fidei lumen intuentis, ſe D. Iacobo, & circumſtantibus mirum in modum ſuper lapideam columnam corporaliter videndam obtulit. Vnde cunctis Hiſpaniæ populis cæcâ Gentilium credulitate obduratis lux ſalutaris exorta eſt. Quo tamen in loco relictâ ab eadem immaculata Virgine columnâ, & deſuper candidâ eius effigie, ab ipſo B. Iacobo, & cum ſectantibus, Sacellum ibidem perexiguum conſtructum fuiſſe aſſeritur, quod primum Eccleſiæ nomen in Hiſpania obtinuit. Attamen, creſcente cum tempore deuotione, piiſque largitatibus ſuffragantibus, domus ipſa, vt tantæ Reginæ Palatium decebat, longè quidem amplificata eſt, & tandem in ſtatum, quo hodie eſt, adducta.* Expendatur illud *Quod primum Eccleſiæ nomen in Hiſpania obtinuit*, & pro comperto habebitur id, quod pro noſtræ Diſſertationis ſcopo mihi præfixi. Martinus autem Garzia relato loco hæc dixit: *Hæc autem Eccleſia Cæſarauguſtana, principaliter fundata à Chriſto, ſicut aliæ, ſed ſpecialiter ad hanc fundandam non miſit vnum de ſeptuaginta duobus Diſcipulis, ſed vnum de 12. Apoſtolis; & non Philippum, vel Bartholomæum, &c. ſed vnum de principalioribus, ſcilicet Iacobum, qui erat conſobrinus Chriſti Ieſu: qui miſſus in Hiſpaniam ſingulariter hanc Eccleſiam per ſuam ſanctiſſimam prædicationem fundauit; & quia maiorem fructum in ipſa fecit, vt mandatum fuit ei à Virgine Maria, Eccleſiã in ea fundauit, & ædificauit, quæ dicta eſt S. Mariæ de Pilari, vel Columna: & ſic licèt Iacobus in tota Hiſpania ſuâ prædicatione Eccleſiam fundauerit, ſingulariter hoc fecit in Ciuitate Cæſarauguſta, vt patet.* Iungantur iſta cum aliis, quæ ex hoc Authore in ſuperioribus attulimus, & conſtabit manifeſtè cauſæ præſentis ſingularem Patronum extitiſſe. Nec prætermittenda ponderatio circa verba relata, quod ſi, prout ex ipſis elicitur, tam ſingulariter hæc Eccleſia à Chriſto, mediante Iacobo eius conſobrino, & mandante Deipara Virgine, extructa fuit, procul dubio non rectè ſapiet, qui negauerit eam ab Apoſtolo Cathedralitatis munere decoratam fuiſſe, cùm ingratitudinis, & illiberalitatis notam tanto Apoſtolo propterea inurere videatur.

Sed præ cæteris anterioribus ſæculis hoc vlti- 257
mum decimumſeptimum multò plura, & clariora monumenta pro ea Cathedralitate Eccleſiæ S. Mariæ *de Columna* comprobanda ſuppeditat. Primò, pro anno 1604. Bullam Clementis VIII. quâ declarat, quod per reductionem ad ſecularitatem Eccleſiæ Metropolitanæ nihil præiudicetur præeminentiis Eccleſiæ S. Mariæ. Deinde de anno 1605. extant decreta Curiæ Illuſtriſſ. Dom. Iuſtitiæ Aragonum, quibus multum defert Sacra Rota Magiſtralis relata de anno 1630. *num.* 70. vbi deciditur, Eccleſiam de Pilari debere, & poſſe in Comitiis Aragonum præcedere Cathedrales omnes, præter Metropolitanam Sancti Saluatoris Eccleſiam. Vocatur autem in eis antiquitas, & dignitas huius Eccleſiæ *de Pilari, longiſſima, honorificentiſſima, venerandiſſimaque*. Deinde, quod eſt *gloria, & ornamentum totius Hiſpaniæ & Orbis*. Item: *Obtinet inter omnes Eccleſias mundi vetuſtatis, & excellentiæ originis primatum*. Præterea: *Ab initio naſcentis Eccleſiæ Epiſcopum habuiſſe, Matrem Eccleſiarum dictæ Vrbis fuiſſe, Cathedralemque extitiſſe, authoritate præexcellentiſſimi Iacobi Zebedei, quouſque vnita, ſeu tranſlata fuit in ſacram Sancti Saluatoris Eccleſiam, Arabibus Cæſarauguſtâ exturbatis.* Ac infrà: *Ex quibus ſatis liquet, hanc Sanctam Eccleſiam ab eius initio Cathedralem dignitatem, & nomen habuiſſe.* Et poſt alia: *Coruſcat enim radiis prioris dignitatis, vltra quod ſemper quoad dictam prælationem pro Cathedrali habita eſt.* Ex qui- 258
bus omnibus plura ex dictis in ſuperioribus confirmantur, & id quod modò intenditur de Cathedralitate in ea Eccleſia perſeuerante, ſuadetur ex poſterioribus verbis relatis. Ac ex eo, quod dicta *Cathedralitas* dicatur *vnita*, ſeu *tranſlata*, etiam deducitur id, quod in præcedentibus *num.* 189. dixi, videlicet hu-
iuſmodi Eccleſiæ mutationem, etſi impropriè *tranſ-* 259
latio dici poſſit, propriùs tamen dicendam *vnionem*. Quod declaratur in illis verbis horum decretorum, quæ in ſequentibus dicuntur, ſcilicet:
Nec tandem obſtat ob dictam tranſlationem, dictam 260
Eccleſiam amiſiſſe priuilegia, præeminentiaſque omnes Cathedralis Eccleſiæ. Ex quo conſtat, tranſlationem factam fuiſſe, non cum omnimoda dictarum præeminentiarum extinctione, ſed imò potius, cum expreſſa reſeruatione earumdem præeminentiarum, vt fuit pronunciatum à ſæpe dicto Ioanne Ferrerio. Et iure ſanè, quandoquidem non fuit tranſlatio facta ob delictum. Quod benè vrget Villar. *in ſcholiis, ibidem littera M*, dicens: *Si enim ob delictum facta fuiſſet tranſlatio, ſeu deſtructio, tunc nec priuilegia retineret, cap. ex hoc diximus, 17. q. 7. cap. placuit, de conſecrat. diſtinct. 1.* Quomodo autem ex præcedentia Eccleſiæ Sancti Saluatoris ſupra Eccleſiam Sanctæ Mariæ in huiuſmodi Comitiis, iuxta hæc decreta conceſſa, nihil derogetur eidem Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, dicam infrà *cap.* 4.

Poſt quæ de anno 1609. Sacra Rota Romana 261
coram Coccino inter deciſiones ipſius *numero* 455.

declarauit Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Pilari manutenendam eſſe in poſſeſſione ſuatum præeminentiarum contra Eccleſiam Sancti Saluatoris, nec id ius derogatum fuiſſe per ſæcularizationem, conformiter ad mentem, & Breue Clementis Octaui, & vt dixi etiam ſuprà *num.* 257.

262 De anno etiam 1610. extat alia S. Rotæ deciſio coram Ludouiſio *part. 1. recentior. deciſ.* 245. & inter deciſiones ipſius 472. vbi deciditur Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Pilari poſſe celebrare Feſtum ſuæ Dedicationis pro die 12. Octobris, non obſtante
263 contradictione Eccleſiæ Sancti Saluatoris: *Quia ex teſtibus, & aliis deductis apparet, Eccleſiam de Pilari antiquitus fuiſſe Cathedralem, & in ea extitiſſe Sedem Epiſcopalem Cæſaraugustanam, &c. & quolibet anno fuiſſe ſolemniter in dicta Eccleſia celebratum pro dedicatione propria.* Quæ deciſio magni ponderis eſt, cùm in ipſa aſtruatur Cathedralitas antiqua huius Eccleſiæ, & hæc non ſit de præſenti ab ipſa ablata, ſed communicata Eccleſiæ Sancti Saluatoris, vt probatum eſt in præcedentibus.

264 Vnde etiam conſequenter eadem Sacra Rota de anno 1611. coram eodem Ludouiſio *part. 1. recentior. deciſ.* 385. & inter deciſiones ipſius *deciſ.* 493. idem determinauit, dicens etiam, dictam Eccleſiam fuiſſe antiquitus Cathedralem, & habuiſſe multas prærogatiuas, & præeminentias, ac non obſtare ſuæ Cathedralitati, quod ſit Eccleſia Parochialis, & Collegiata.

265 Inſuper de anno 1613. cùm dubitaretur, an dicta Eccleſia Sanctæ Mariæ poſſet in Dedicatione ſuæ propriæ Eccleſiæ facere Proceſſionem extra illam, eadem Rota coram Veroſpio *deciſ.* 533. *part. 1. recentior.* affirmatiuè reſpondit. Cùm etiam poſtea dubitaretur, an eadem Eccleſia teneretur ad inſtar aliarum, Dedicationis Eccleſiæ Metropolitanæ Feſtum celebrare, Sacra Rota de anno 1614. coram eodem Veroſpio *part. 1. recentior. tom. 2. deciſ.* 616. negatiuè reſpondit, eo quòd eadem die Dedicatio-
266 nem propriæ Eccleſiæ celebrat. Addit *num.* 5. hæc: *Vlteriùs, ex quo Eccleſia del Pilar olim fuit Cathedralis, cenſetur prærogatiuam celebrandi ſuam Dedicationem retinuiſſe. Ioannes de Platea in l. 1. & 2. de Præfect. Prat. lib. 11. Guido Pap. deciſione 377. Qua ratio dignitatis antiquæ non militat in aliis Eccleſiis, & ideo hæc non tenetur, ſicut aliæ Metropolitanæ Dedicationem celebrare.* Quæ tam pro dictis, quàm pro dicendis expendenda.

267 Conſecutiuè etiam de anno 1626. extat *firma*, ſeu Decretum Curiæ Iuſtitiæ Aragonum de exequutione mandatorum circa priuilegia, & exemptiones Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, non obſtante ſæcularizatione Eccleſiæ Metropolitanæ.

268 Maximè tamen inter alias Sacræ Rotæ deciſiones, veluti Sol inter ſydera, fulget aurea illa ſæpius inculcata, & cuius veſtigiis ſemper inſiſto, de anno 1630. coram Coccino. In qua adeo exactè, dilucidè, & concludenter præſens intentum deciditur, vt meritò Erize Ximenez vt ſuprà *cap.* 22. *num.* 5. dixerit, nimia obſtinatum, & proteruum fore, cui ipſa non ſatisfecerit. Modeſtiùs tamen loquendo, ea eſt accuratiſſimè, & diligentiſſimè elaborata, inter plurimas alias, quas ego pluſquam aliquantulum in eis euoluendis verſatus, viderim. In ea enim in principio, cùm dubium eſſet propoſitum, *an conſtet Eccleſiam Beata Mariæ Virginis de Columna fuiſſe antiquitus Cathedralem*, vt ibidem dicitur, tandem negotio maturè diſcuſſo, Domini de Rota *affirmatiuè reſpon-*
269 *derunt*. Proponendo videlicet motiua partis contrariæ à *num. 1. vſque ad* 19. & confirmando ſuam deciſionem *à num. 26. vſque ad* 83. ea hiſtoricis, Chronicis, & Breuiariis, ſententiis, concordiis, adminiculis, & aliis documentis. Ac reſpondendo contrariis à *num. 84. vſque in finem*, vbi dicitur, *ita concluſum eſſe parte vtraque acerrimè informante.* Concluſum ergo ſit, ſi Deo, & eius Beatiſſimæ Parenti, cuius cauſa agitur, placuerit.

Conformiter etiam ad prædictam deciſionem, in 270
alia de anno 1631. coram eodem Coccino *part. 6. recentior. deciſ.* 15. *num.* 18. ſtabilitur *conſtare Eccleſiam Beata Maria fuiſſe antiquitus Cathedralem.* Et ex eo deducit eadem Rota ibidem, *poſſe propterea dubitari, an Eccleſia Metropolitana poſſit in hoc vti aſſiſtentiâ iuris communis contra præfatam Eccleſiam Beata Maria, qua videtur retinuiſſe iura antiqua Cathedralitatis, vt latè deciſum fuit in deciſione coram me* (ideſt præfato Coccino) *facta ſub die prima Martij anni præteriti*, illa videlicet de qua ſuprà. Ex quo eijcitur hanc Rotæ deciſionem de anno 1631. confirmatoriam eſſe alterius de anno 1630. ſuprà relatæ.

Adeſt etiam mandatum eiuſdem Coccini pro eo- 271
dem anno 1631. de manutentione priuilegiorum eiuſdem Eccleſiæ Sanctæ Mariæ contra Metropolitanam: & aliud de eadem re eiuſdem Coccini pro anno 1633. Item aliud inſtrumentum ſententiæ ab eodem Coccino latæ de anno 1631. in qua liti finem imponens, hæc magni ponderis verba dixit: *De,* 272
& ſuper antiqua Cathedralitate dicta Eccleſia Beata Mariæ de Pilari, antiquitus fuiſſe Cathedralem, in eaque primam Sedem Epiſcopalem dicta Ciuitatis extitiſſe, & propterea mandata deſuper neceſſaria, & opportuna decernenda fore, & eſſe, prout decernimus, & declaramus, moleſtationeſque, vexationes, perturbationes, & impedimenta per dictum Decanum, & Canonicos, atque Capitulum Eccleſiæ Sancti Saluatoris prædictis Priori, Canonicis, & Capitulo Beata Mariæ deſuper præſtitas, & illatas, fuiſſe, & eſſe iniuſtas, temerarias, & indebitas, ac iniuſta, iniqua, temeraria, & indebita, illiſque de iure minimè facere licuiſſe, nec licere, eiſdemque perpetuum ſilentium imponendum fore, & eſſe, prout imponimus, & victos victoribus in expenſis coram nobis in cauſa legitimè factis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de iure in poſterum, reſeruamus, & ita dicimus non ſolùm præmiſſo, ſed omni alio de iure meliori modo, &c.

Confirmat etiam eandem Rotæ deciſionem de 273
anno 1630. ſuprà relatam, alia eiuſdem Rotæ deciſio de anno 1632. coram Vbaldo, quæ eſt 35. *part. 6. recentior.* Cùm enim pars Eccleſiæ Sancti Saluatoris opponeret contra præfatam deciſionem de anno 1630. quod fuerit nulla ex defectu iuriſdictionis, Rota decernit, debere ſuſtineri, & fuiſſe validam, & in caſu dubij pro illius validitate præſumi debere. Meritò ergo dicitur confirmatam fuiſſe in hac deciſione. Hæc autem deciſio confirmata etiam fuit ab eadem Rota in alia coram eodem Vbaldo eodem anno 1632. quæ eſt 91. *part. 6. recentior.* vbi pluribus rationibus probatur ipſius validitas, & dicitur, quod etiam in dubio eſſet confirmanda. Similiter confirmata fuit in alia coram eodem Vbaldo, quæ eſt 102. *in ead. 6. part. recentior.*

Inſuper idem Vbaldus eodem anno 1632. ſen- 274
tentiam datam per Illuſtriſſimum Coccinum Decanum Rotæ ſuper antiqua Cathedralitate Eccleſiæ S. Mariæ Maioris de Pilari declarauit, benè fuiſſe pronunciatum, ſententiatum & diffinitatum, maléque, & perperam fuiſſe appellatum, reclamatum, & prouocatum pro parte Eccleſiæ Sancti Saluatoris, & propterea eam confirmauit, & approbauit, ac partem dictæ Eccleſiæ Sancti Saluatoris in expenſis condemnauit.

Maximè autem ea fundamentalis, & magiſtralis 275

Deciſio

Deciſio Rotæ Coccini de anno 1630. soboratur ex alia coram Motinanno eodem anno 1632. quæ eſt deciſio 142. *in 6. part. recentior.* In ea enim Domini negarunt remiſſoriam parti Eccleſiæ Sancti Saluatoris, *propter irrelevantiam articulorum*, & quia (vt inquit Rota) *cùm non percutiant tempus anterioris, & antiquiſſimæ Cathedralitatis, ad fauorem prædictæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Pilari, quæ luculenter, & ex pluribus venerandæ antiquitatis monumentis firmata fuit in deciſione Reuerendiſſimi Domini mei Decani, dictam anteriorem Cathedralitatem alterius Eccleſiæ nequaquam excludunt, & quatenus etiam tenderent ad illius excluſionem, ſunt improbabilia per teſtes, quibus in probandis antiquis præferuntur ſcripturæ.* Quæ quidem ſi rectè expendantur, valde corroborant quæ in præcedentibus dixi. Accedentibus præſertim illis, quæ eadem Rota ſubiungit *num.* 8. & 9. nempe: *Præterea viſum fuit Dominis, quod agentes pro Eccleſia Sancti Saluatoris figurauerint conſuetudinem immemorabilem, cæteroſque articulos conceperint ad euitanda fundamenta dictæ elaboratiſſimæ deciſionis Reuerendiſſimi Domini Decani. Vnde oritur ſuſpicio calumniæ.* Hinc *n.* 10. & 11. ſic concludit: *Non obſtat, quod ſcripturæ, de quibus in dicta deciſione Reuerendiſſimi Domini mei Decani, non contineant factum, ſed ſimplices aſſertiones, ſiue enunciatiuas Cathedralitatis Eccleſiæ Beatæ Mariæ; & cùm illæ emanauerint à perſonis ſuſpectis, quibus non creditur, ſit recurrendum ad probationes qualitatum ſcripturarum. Quia placuit reſponſio, quod poſtquam ſcriptura cum omnibus ſuis qualitatibus abundè fuerint diſcuſſa in ſæpè allegata deciſione huius cauſæ coram Reuerendiſſimo Domino Decano, non eſt amplius de illis inquirendum.* Sanè hæc deciſio, ſicut valde confirmat cauſam Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, ſic etiam multùm eneruat partem Eccleſiæ Sancti Saluatoris, & os illi ad reclamandum obſtruere videtur.

276 De anno etiam 1633. cùm iterum poſtularetur remiſſoria præfata, reſolutum eſt à Rota coram Motmanno 6. *parte recentior deciſ.* 177. quod iterum ſuſciperetur diſputatio ſuper negotio principali, ſcilicet de Cathedralitate Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, pro qua dicit ſtare plura argumenta, videlicet, *antiqua traditio, tam hiſtoricorum, quàm aliorum ſcriptorum narrationibus, ac teſtimoniis comprobata: ſcriptura extra Codicem Moralium Sancti Gregorij conſiderata: ſimplex dicti agni ſignum, circumſcripta illius inſcriptione conſideratum: enunciatiuæ in litteris Apoſtolicis, maximè Gelaſij II. ſimul cum litteris Petri Librani Epiſcopi, ac ſententiis antiquis contenta: conſuetudo inueterata celebrandi Feſtum Dedicationis Eccleſiæ B. Mariæ ipſo eodem die, quo dedicatio Eccleſiæ Cathedralis celebratur: facultas exigendi Decimas in territorio Cæſarauguſtano: mutua in ſepeliendis vtriuſque Eccleſiæ Canonicis officia: omnium Sacramentorum, prout in Cathedrali, indiſtincta adminiſtratio: ac denique prærogatiuarum, & præeminentiarum in Proceſſionibus & ſeſſionibus æqualitas, quæ omnia etiam teſtibus iudicialiter examinatis fuerunt comprobata.* Ex quibus Sacræ Rotæ ſæpiùs replicatis deciſionibus euaneſcit ſcrupulus, qui eſſe poteſt circa vnam aut aliam de anno 1626. coram ſæpiùs relato Coccino, quæ eſt tertia *in* 5. *part. recentior. tom.* 1. videlicet, quia iam liquet de hac Cathedralitate, de qua tunc non conſtabat.

277 De anno etiam 1637. cùm propoſita, & probata eſſent coram Tribunali Cæſarauguſtanæ Ciuitatis, & eius Iudice *Kalmedina* nuncupato, quod *Sancta Eccleſia de Pilari gauiſa fuit, & gauderet ſuis priuilegiis, & honoribus, quia eſt Eccleſia Angelica, & Apoſtolica, erecta cum corporali præſentia Deiparæ Sanctiſſimæ Virginis Dominæ noſtræ, & eius iuſſu, per glorioſiſſimum Sanctum Iacobum Patronum, & Fundatorem ipſius, eiuſque Diſcipulos à tempore naſcentis Eccleſiæ; & quia ex tunc fuit prima Cathedralis Cæſarauguſtæ, & totius Hiſpaniæ; & ſemper habuiſſe, & conſeruaſſe fidem Catholicam, ac ſupra 1100. annos Sedem Epiſcopalem Cæſarauguſtanam per Dominos Epiſcopos gubernatam, ſpecialiter per Sanctum Athanaſium Iacobi Apoſtoli Diſcipulum, Sanctum Theodorum, S. Iaionem, S. Valerium (cuius Archidiaconus in dicta Eccleſia fuit glorioſus Martyr Sanctus Vincentius) S. Braulium Epiſcopum, & alios; ac ſemper retinuiſſe, & retinere iura Cathedralis Eccleſiæ:* ipſe Zalmedina ſententiam protulit in fauorem dictæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, approbando per illam propoſita. Quæ etiam confirmata fuit in Curia Cæſarauguſtana Iuſtitiæ Aragonum, vt conſtat ex reſcripto de anno 1638. pro die 26. menſis Ianuarij.

Pro anno quoque 1643. extare video *Firmam*, 278
ſeu Decretum Cæſarauguſtani Tribunalis, vbi præcipitur exequutioni mandari Synodalem Conſtitutionem ſupra *num.* 252. relatam, in qua ſtatutum fuit, quod in publicis ſeſſionibus in Synodis habendis, Prior Eccleſiæ *de Pilari* ſedeat eo ordine, quo in Choro ſedere, & in Proceſſionibus incedere conſueuerat. Qui modus ſedendi, & incedendi ſupponitur eſſe in primo loco. Pro huius autem *Firmæ*, ſeu Decreti defenſione doctè ſcripſit Cæſarauguſtæ 15. Aprilis currentis anni 1654. Canonicus Pantaleon Palacius.

Iam pro coronide expendatur, quod cùm pro Dei- 279
paræ Virginis honore tuendo, quæ Eccleſiæ de Pilari Titularis Patrona exiſtit, tum Eccleſiaſtici, tum ſæcularis Brachij poteſtas fœdere mutuo concurrant, eius Eccleſiæ Cathedralitati adſtipulando: & ſecundum iura duplex funiculus, ſeu ligamen magis ligat, & difficiliùs rumpitur, *l. ſi non, ff. de hæred. inſtit. leg. diſcretum, C. qui teſtament. facere poſſ. l. penult. §. ſi verò, C. de adoption.* adeò firmata hæc veritas manere debet, vt veluti *Columna immobilis* (quæ apud veteres Symbolum fuit firmitatis, & æternitatis, iuxta Raynaudum *in Nomenclatur. Marian. verbo Columna, in gloſſario*) aduerſæ partis telis concuti, aut conquaſſari nullatenus queat, prout etiam ſequentia demonſtrabunt.

Caput IV.

Adminicula probantia Cathedralitatem Eccleſiæ Sanctæ Mariæ.

SAcra illa Rota de anno 1630. edita, & ab aliis 280
eiuſdem Rotæ deciſionibus, vt viſum eſt in præcedentibus, confirmata, cuius veſtigiis præſertim inſiſtendum, decidit *n.* 49. Dominos in eam ſententiam de Cathedralitate dictæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ tanto libentiùs inclinaſſe, quantò veritas illius pluribus adminiculis, & quidem vrgentioribus corroboratur. Ea igitur diſpicienda, & confirmanda meritò veniunt in præſenti, & applicanda ad thema propoſitum de dicta Cathedralitate, etiam poſt erectionem Eccleſiæ Sancti Saluatoris in Cathedralem perſeuerante.

Primum eſt deſumptum ex reſidentia Epiſcopo- 281
rum Cæſarauguſtanorum in ea, à prima ſui fundatione vſque ad annum 1118. Etenim Epiſcoporum reſidentia penes Cathedralem Eccleſiam præſumitur

eſſe, cùm *cap. Epiſcopus, diſt.* 41. dicatur: *Hoſpitium quoque non longè ab Eccleſia habeas.* Innocent. *cap. ex ore, de priuileg.* Archidiaconus, & Ioan. Andr. *in cap ſtatutum, §. cum verò, de reſcript. in 6.* Socinus *in cap. licèt, num. 22. de foro competent.* Rota eadem *num.* 52. *&* 53. Ita autem contigiſſe in hac Eccleſia, manifeſtè probant adducta toto fermè *cap.* 2. Quod verò etiam idem acciderit per aliquot ſaltem annos poſteriores; etiam comprobant quæ dixi *cap. 3. numero* 198. 199. 200. *& num.* 224. *&* 225.

282 Secundum adminiculum deſumit eadem Rota
num. 60. *& ſequentibus*, ex litteris Gelaſij II. directis exercitui Chriſtianorum Cæſarauguſtam obſidentium, de quibus dixi ſuprà *num.* 842. In eis enim Eccleſia Sanctæ Mariæ de Pilari vocatur per antonomaſiam *Eccleſia*, quod denotat Cathedralitatem ipſius, prout ibi notaui ex adductis à Sacra Rota & aliis. Similiter ex aliis litteris Petri Librанæ, in quibus Indulgentiæ conceduntur elargientibus eleemoſynam pro reparatione dictæ Eccleſiæ, eo quòd in eis dicatur eam *Beato, & antiquo nomine Sanctitatis, & dignitatis pollere.* Quod etiam denotat ipſius Cathedralitatem, prout etiam dixi *num.* 144. *&* 145. ex eadem Sacra Rota, & aliis. Nunc verò ſpeciatim notandum, has litteras ſubſcribi etiam ab aliis Epiſcopis, & Prælatis, videlicet Bernardo Archiepiſcopo Toletano, Suboſcitano Epiſcopo, Sanctio Calagoritano Epiſcopo, Guidone Laſcurrenſi Epiſcopo, & Boſone Cardinali Apoſtolicæ Sedis Legato. Ex hoc enim deducitur, ab omnibus his Prælatis approbari titulos illos *Sanctitatis, & Dignitatis,* conceſſos eidem Eccleſiæ, & ex quibus eius Cathe-
283 dralitas elicitur. Litteræ porrò iſtæ ſunt apud Baronium *tom.* 14. *ſub an.* 1118. ex Hieronymo Blanca. Sed maximè aduertendum, & proprius ad inſtitutum præſens, quod cùm huiuſmodi literæ ſcrip-
284 tæ ſint ab hoc Petro Librana poſtquam iam Cæſarauguſtana Ciuitas in manus deuenerat fidelium; & Eccleſia Sancti Saluatoris in Cathedralem erecta, valde ex eis indicatur Eccleſiam Sanctæ Mariæ non amiſiſſe ſuam Cathedralitatem ob præfatam erectionem, ſed ipſâ non obſtante eam retinuiſſe.

285 Tertium deſumit eadem Sacra Rota *num.* 66. 67.
& 68. ex antiquis Imaginibus *Agni*, eo quòd cùm ſint propria inſignia Eccleſiæ Cathedralis Cæſarauguſtanæ, proculdubio denotant Eccleſiæ S. Mariæ Cathedralitatem, iuxta dicta ſuprà *num.* 196. Accedente etiam illa inſcriptione, *Agnus docet iſto hanc Sedem fuiſſe.* Etenim eiuſmodi inſigniis, & inſcriptionibus valde probari antiquitatem etiam Cathedralitatis, rectè probat eadem Sacra Rota ex Iuribus, & Doctoribus, quos refert: *Non enim* (inquit) *eſt veriſimile, quod dicta inſcriptio tandiu per Archiepiſcopus, & Eccleſiam hodie collitigantem fuiſſet tolerata, ſi contra veritatem leuioribus innixa probationibus, ac fundamentis emanaſſet.* Vnde concludit: *Adeò vt ius antiqua huiuſmodi Cathedralitatis ex hoc videri poſſet præſcriptum contra Eccleſiam Sancti Saluatoris, propter illius ſcientiam, & patientiam, ad textum in l. quoties, la ſeconda, ff. de ſeruit. l. ſi*
286 *quis diuturno, ff. ſi ſeruitus vendicetur.* Addi etiam poteſt, quod cùm iuxta dicta eo loco ex Cæſarauguſtano illo, huiuſmodi ſtemmata, ſeu inſignia data ſint à Rege Alphonſo Cæſarauguſtæ liberatore, dictæ Eccleſiæ de Pilari, & Princeps alicui arma concedens illi nobilitatem conceſſiſſe debeat æſtimari, vt habent Ioannes Rayn. *in tract. de nobilit. in 1. quæſt. 3. quæſt. princip.* Tiraquellus *de nobilit. tom. 1. cap. 6. num.* 12. cùm hæc inſignia ſigna ſint nobilitatis Cathedralis Eccleſiæ, eam competere eidem Eccleſiæ, non obſtante erectione Eccleſiæ Sancti Saluatoris in Cathedralem, credidiſſe exiſtimandas eſt. Nec enim, vt iidem Authores inquiunt, refert, dictiſne, an factis quis animum ſuum declaret, per notata *in l. de quibus,*
ff. de legibus. Inſuper conſiderandum, quod vt notat 287
Rota de anno 1633. coram Montmanno *deciſione* 177. *num.* 4. hoc ſignum agni etiam repetitur ſine illa inſcriptione: quo denotatur, hanc Eccleſiam non ſolùm præteritis temporibus Cathedralem fuiſſe, ſed & in præſentibus id non amiſiſſe.

Quartum adminiculum ſumit eadem S. Rota ex 288
ſententia lata ſuper charitatiuo ſubſidio per Ioannem Ferrerium Vicarium Archiepiſcopi Cæſarauguſtani de anno 1502. & ab eodem Archiepiſcopo confirmata, de qua ſuprà *num.* 233. dixi. Quod meritò vocat *vrgens*, propter multa quæ in ipſa conſiderari poſſunt. Primò, quod Archiepiſcopus, qui hanc ſententiam confirmauit, is erat, de cuius intereſſe & præiudicio principaliter agebatur; Epiſcopus enim ſolus eſt, cui de iure competit hoc cha-
ritatiuum ſubſidium poſtulare, *cap. conquerente, in fin.* 289
de offic. Ordinar. cap. cùm Apoſtolus, §. prohibemus, de cenſib. Oldradus *conſil.* 204. *&* 234. Zerola *in praxi noua Epiſcop. part. 2. cap. 2. num.* 11. Azorius *tom. 2. Inſtit. Moral. lib. 9. cap. 14. quæſt.* 5. ſi autem dicatur etiam Prælatos Epiſcopo inferiores poſſe poſtulare huiuſmodi charitatiuum ſubſidium, ſi ex priuilegio, vel conſuetudine id obtinuerint, Bellencinus *de charitatiuo ſubſid. quæſt.* 4. Azor. *ſupr.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat.* 87. *num.* 17. ex hoc etiam firmatur intentum, cùm ſaltem ex eo inferatur, hanc facultatem competere Eccleſiæ S. Mariæ, ex priuilegio, vel conſuetudine, quæ non poſſunt aliud fundamentum habere quam inueteratam Cathedralitatem eius Eccleſiæ. Secundò, quia 290
hoc denotat hæc ſententia, cum de hac Eccleſia S. M. dicit ea, quæ loco relato recitaui, videlicet, quod in ea *primaria Sedes Cæſarauguſtana per multa annorum curricula collocata fuit, B. Braulio & aliis multis dignißimis Epiſcopis ſucceſſiuè præſidentibus.* Et 291
quod *licèt poſtea dicta Sedes Cathedralis tranſlata fuerit, nihilominus tamen multa inſignia & prærogatiua Cathedralis Eccleſiæ penes eam remanſerunt.* Tertiò, quod cùm factum proprium nemo impugnare poſſit, *leg. poſt mortem, ff. de adopt. leg. & per* 292
fundum, ff. de ſeruit. ruſtic. præd. l. ſicut, Cod. de action. & obligat. & aliis vulgaribus iuribus, rectè inde deducitur, non poſſe Eccleſiam S. Saluatoris hanc præeminentiam Eccleſiæ S. Mariæ declaratam ab Archiepiſcopo, & Vicario impugnare. Quartò, quia hanc ſententiam per præfatum Ioan- 293
nem Ferrerium Vicarium Archiepiſcopalem latam valdè commendat alia ſententia Curiæ Iuſtitiæ Aragonum de anno 1605. lata, de qua *num.* 257. dixi. Dicit enim, eam latam fuiſſe *cordatè,* 294
& maxima cum deliberatione, & partibus auditis. Demùm cum factum Iudicis reputetur factum partis, *l. ſi ob cauſam, C. de euictionibus*, vbi Bartol. Baldus, & alij; cùm hæc ſententia (idem dico de aliis in ſuperioribus relatis) lata ſit per Iudicem Ordinarium, ſcilicet Vicarium Archiepiſcopalem, & approbata ab ipſo Archiepiſcopo, quaſi factum partis reputari debet, & ita contra illam agere non poteſt, quia vt dixi, *factum proprium nemo impugnare poteſt*, iuxta vulgaria Iura & DD. communiter. Alia notaui ſuprà dum de hac ſententia eſſet ſermo.

Quintum præterea adminiculum Cathedralitatis 295
Eccleſiæ S. M. depromit eadem S. Rota à *num.* 72. ex veſtigiis, atque reliquiis eiuſdem Cathedralitatis actu in ipſa permanentibus, & quæ citra ius Cathedralitatis ei competere non poterant, ad textum *in*

l. pra

Digitized by Google

l. pro hærede, §. Papinianus, vbi DD. *ff. de adquirend.*
hæredit. Alexand. in ſimili de Collegiata *conſil. 74.*
296 *& 75. lib. 4.* videlicet primò, quia celebrat à multo
tempore die 12. Octobris feſtum Dedicationis eius
Eccleſiæ, tanquam *primitiuæ Cathedralis.* De quo
dixi *num. 261.* Secundò, quia exigit aliquas deci-
mas in territorio Cæſarauguſtano, de quo etiam
num. 216. aliqua ſcripſi. Tertiò, quia habet Ca-
297 pellanum Maiorem, quod munus importat digni-
tatem ſolius Eccleſiæ Cathedralis propriam, prout
de vſu Hiſpaniarum teſtatus eadem Rota *num. 74.*
Eſt autem huiuſmodi maior Capellanus inſtar Ar-
chipresbyteri, vt habet Murillus *lib. relato, pag. 159.*
298 Vnde de illo intelligendas credo declarationes quaſ-
dam S. Congregationis, quas referunt Sellius *in*
Select. Canonic. cap. 40. num. 51. & Barboſa *in Colle-*
ctaneis Deciſ. Apoſtolicar. Collect. 122. num. 6. Vbi
deciditur, Capellanos Eccleſiæ Cathedralis, qui ſunt
membra Eccleſiæ, debere incedere in proceſſioni-
bus, & ſedere in Choro immediatè poſt Canonicos,
nec inter eos debere interponi Rectores Eccleſiarum
aliarum, etiam prætextu Doctoratus. Quartò, habere
Campanam, quam vocant *de Interdicto*, & quam
habere non poteſt, niſi Eccleſia Cathedralis, vt
299 teſtatur eadem Rota *num. 75.* Quintò, mutua in
ſepeliendis Canonicis vtriuſque Eccleſiæ officia,
300 conformiter ſanè ad concordiam ſub Sanctio de
Ahones de anno 1221. cuius memini ſuprà *n. 222.*
301 Sextò, ius extrahendi Defunctorum cadauera ex
alienis Parochiis, illaque ſepeliendi, quod vt habet
eadem Rota *num 76.* ſolis Cathedralibus indulge-
tur, *cap. ex parte, il 1. cap. cùm liberum, cap. cùm ſuper,*
302 *cap. in noſtra*, vbi DD. *de ſepultur.* Quod tamen limi-
tatum fuit iuxta dicta *ſup. num. 221.* Septimò, ius
adminiſtrandi Sacramenta, quod etiam fuit limita-
303 tum, vt eo loco dixi. Omnia autem hæc ſigna, ſeu
veſtigia Cathedralitatis, eam probare, ſaltem ſi ſimul
iuncta accipiantur, conſtare videtur, non ſolùm
quia, vt inquit eadem Rota *num. 78.* ſunt primæui
ſtatus indicia, ex Dyno, Baldo, Natta, & Tiraquello.
304 Et quia, vt probat *num. 81.* probationes ſeſe ad in-
uicem coadiuuant: ſed quia ſignatum cognoſcitur
305 ex ſignis, *l. 1. §. ſi intelligatur, ff. de adil. edict. l. ſtig-*
mata, vbi Bartolus, *C. de fabricenſ. lib. 11.* Surdus
306 *conſil. 126. n. 15.* Et quia hic intrat illud vulgare,
ſingula quæ non proſunt, multa collecta iuuant, l. Spa-
donem, §. qui iura, ff. de excuſat. tutor. l. rationes, & l.
inſtrumenta, C. de probat. & aliis iuribus, & DD.
apud Barboſam *in axiomat. axiom. 209.* quod ſaltem
procedit vbi agitur de re difficilis probationis. Thuſ-
cus *littera S, concl. 276. n. 15.* poſt Alex. *conſ. 115.*
num. 9. & ſeqq. lib. 4. Barboſa *ſupr. n. 3.* Huiuſmodi
etiam adminiculum notatur à Rota ſuprà relata co-
ram Motmanno de anno 1633.

307 Secundum adminiculum huius Cathedralitatis acce-
pit eadem Rota *n. 80.* ex teſtimoniis DD. qui in ſpe-
cie aſſerunt præfatam Eccleſiam S. Mariæ de Pilari
fuiſſe antiquitus Cathedralem. Quia tamen plures
ipſorum in præcedentibus retuli, iterum referendi
non ſunt, ſed videndi ſuis locis. Notat etiam hoc ad-
miniculum Rota eadem relata de anno 1633. coram
Motmanno.

308 Præterea ſeptimum deſumit ex quamplurimis te-
ſtibus, qui hanc Cathedralitatem comprobant, ex
præeminentiis videlicet, Dedicatione Eccleſiæ, &
antiquiſſima fama ac traditione. Circa quæ, & pro
ipſorum maiori firmitate, occurrit prænotandum,
quod teſtes, etiamſi deponant de auditu, quando
verſamur in antiquis, prout in præſenti contingit,
309 benè probant. Hondedeus *conſil. 17. num. 52. lib. 1.*
Rota *deciſ. 694. num. 1. part. 1.* & alia coram Coc-
310 cino *5. p. recent. tom. 1. deciſ. 360. num. 7.* Simili-
ter teſtes de fama rectè etiam probant in antiquis.
Iaſon *in l. admonendi, in 2. lectur. num. 143. ff.*
de iureiurand. Seraphin. *deciſ. 1461. num. 2.* Rota
coram Virili *5. p. recent. tom. 1. deciſ. 79. nume-*
ro 5. & Rota iſta, de qua in præſenti, *numero 28*
ex multis. Notat quoque hoc adminiculum ſæ-
pè relata Rota de anno 1633. coram Mot-
manno.

His porrò à S. Rota adminiculis notatis, iungam 311
& ego aliud, quod hauriam ex eo quod ex Beatiſſ.
Virginis promiſſione Templum hoc ipſi nuncupa-
tum in perenne ſæculorum æuum duraturum ſit.
Sic enim ex eiuſdem Deiparæ Virginis, prout in
hiſtoria Taionis legitur, verbis accipio: *Eritque*
Pilare illud in loco iſto vſque in finem mundi. Idque
corroborat longæua ſuper 1600. annos experien- 312
tia, miraculoſa ſanè, ſi expendatur, quod cæcæ
gentilitatis tempore, quo ſæuiente Ethnicorum in
Chriſticolas rabie, à truculentiſſimi Diocletiano & Ma-
ximiano Cæſarauguſtam ſæuus Decianus miſſus, ni-
hil non diabolicam malignitatem ſapiens intentauit,
vt Chriſti nomen aboleret; & quod ſub Gothorum
poſtea iugo, qui fuere Arrianiſmo gens infecta,
Dei Filio, Matri, & verè fidelibus infenſa eſſet: ac
quod ſub Mahumetanorum captiuitate vix reſpira-
re Chriſtianis concedebatur: at nihilominus ab
Ethnicis, Arrianis, & Agarenis Sacrum hoc Fa-
num, vtpote *Columna immobilis*, & fidiſſimum Chri-
ſtianitatis fortalitium, ſemper intactum, & vene-
ratum perdurauerit. Hinc illud Iuliani Perez *ſupr.*
numero 149. relatum de hac Eccleſia: *Anno 1100.* 313
Cùm hoc ſcribebatur (erat autem tunc ſub Mauris)
in pretio, & veneratione habebatur, vt omni tempore
eſt habita. Hinc & Zurita *in Indicib. fol. 13. Cæ-* 314
ſarauguſta ſatis conſtat, reliquis ſacris Ædibus, ſiue
tectis ſaaltis depopulatis, ſanctum, & religioſum Tem-
plum D. Mariæ Virginis dicatum, quod vulgus de Pi-
lari nuncupat, miſeris illis temporibus (ſcilicet ſub
iugo Infidelium) *ſanctitatis, Religionis, & conſilij*
publici, tanquam ſacram aram, & perfugij portum
noſtris fuiſſe, &c. Hinc quoque inferes Cathedra- 315
litatem iugem Cæſarauguſtanæ Eccleſiæ, ſicut ex illo
Matth. *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam,*
& portæ inferi, &c. hauriunt D. Petri totius Eccle-
ſiæ Cathedralitatem, D. Auguſt. *in ſerm. de Ca-*
thedra Petri, dicens: *Petra dicitur, eo quòd primus*
nationibus fidei fundamenta poſuerit, & tanquam ſa-
xum immobile totius operis Chriſtiani compagem, mo-
lemque contineat: ac ſerm. 16. de Sanctis, *Petrus*
eſſet ad fundamentum, columna ad ſuſtentaculum;
& alij DD. paſſim. Applicent hoc Iberi ſuæ S. Ma-
riæ Ædi, quòd prima *nationibus fidei fundamenta*
poſuerit, & tanquam ſaxum immobile, &c. & il-
lud, *Columna ad ſuſtentaculum*: & deducent inten-
tum huius Diſſertationis, de perenni videlicet Ca-
thedralitate Eccleſiæ S. Mariæ *de Pilari.* Eo vel
etiam, quòd Columna illa, ſuper quam eadem ſan-
ctiſſima Parens Cæſarauguſtæ apparere dignata eſt,
non ſolùm fuit veluti thronus ipſius, vt Martinus
Garcia inſignis author *ſerm. 52. circa finem*, dixit; ſed
& veluti *Cathedra*, prout ſatis expreſſit idem Marti-
nus *ſerm. 102. poſt medium*, hæc dicens: *Magnum eſt*
videre Romæ Cathedram Petri, quæ à vermibus conſu-
mitur; ſed Cæſarauguſtæ maius eſt videre columnam, in
quo Virgo Maria ſedet, &c. Hæc igitur Columna Ca- 316
thedra Virginis fuit. Et quia, vt idem author infrà
ait, *Virgo Maria non deſcendit à Columna*, id eſt immo-
bilis ſemper in ea ſtetit, licet piè argumentari, ex
hoc adumbratam fuiſſe perennem Cathedralitatem
eius Eccleſiæ.

Nec prætermittendum aliud huius Cathedralita- 317
tis adminiculum, & vrgens ſanè apud prudentes,

& cordatos, ex eo deprumptum, quod vt habetur
ex dictis *cap. 5. num. 256.* extat mandatum Audito-
ris Cameræ de anno 1557. ex commiſſione Pauli
IV. de manutenenda Eccleſia Sanctæ Mariæ in
ſuis præeminentiis contra Eccleſiam Sancti Salua-
toris. Quod ampliatum etiam eſt, & declaratum
ab eodem Auditore Cameræ de anno 1562. In eo
enim dicitur, quod Prior, Canonici, & Capitulum
Sancti Saluatoris tenentur inuitare Priorem, Capi-
318 tulum, & Canonicos Sanctæ Mariæ de Pilari, *ad
quaſcumque Proceſſiones generales per Ciuitatem ex
quauis cauſa faciendas, in die præcedenti, horâ veſ-
perarum, per duos ex antiquioribus Portionariis.*
319 Cùm enim Ordinarius, ſeu Epiſcopus plenam,
& liberam authoritatem habeat ſuper Proceſſioni-
bus, ad illas indicendum, dirigendum, & ordi-
nandum, *priuatiuè* ad omnes alios, prout colligi-
tur ex declarationibus Sacræ Congregat. Rituum
in Turalenſi, 17. Decembr. 1602. Elborenſi 14.
Ianuar. 1617. & 28. Martij 1628. ac ex Campanili,
Belleto, Franciſco Leone, & Riccio, quos affert, &
ſequitur Barboſa *de Offic. & poteſtate Epiſcopi
allegat.* 78. *num.* 3. non obſtante quaſi poſſeſſione
contraria per longum tempus, aut etiam immemo-
rabili conſuetudine, ex declarationibus Sacræ Con-
gregat. Concilij 16. Februarij 1619. & Sacr. Con-
gregationis Rituum in Camerinenſi 24. Auguſti
1619. quas affert idem Barboſ. *de iur. Eccleſiaſt. lib. 1.*
320 *cap. 43. num.* 161. *&* 162. Et hoc propter generalem
rationem, quia ſcilicet in omnibus actionibus ſpi-
ritualibus concernentibus cultum diuinum omnes
ſubſunt iudicio Epiſcopi, Bartolus *in l. fin. ff. de col-
legiis illicitis*, Genuenſis *in prax. Neapolit. Archie-
piſcop. pag. mihi* 204. Nauarr. *conſil. 3. de foro compe-
tenti*: & quia nullus ſe ingerere debet in iis, quæ
ſunt alterius Eccleſiæ, *cap. Nullus alterius*, & *cap.
Nullus Primas*, 9. *q.* 2. Profectò mirabile & ſuper-
mirabile eſt, quod Eccleſia Metropolitana, qualis
eſt Eccleſia Sancti Saluatoris, & Archiepiſcopus,
qui eſt caput ipſius, adeò ligatam, & coarctatam
ſuam poteſtatem habeant, vt nequeant Proceſſio-
nem aliquam generalem inſtituere, niſi ad eam Ec-
cleſiam Sanctæ Mariæ conuocent, & modo illo
321 ſingulari, & extraordinario iam aſſignato. Cuius
rei nulla prudens alia ratio aſſignari poteſt, niſi quod
dicta Eccleſia Sanctæ Mariæ Cathedralitatis honore
gaudeat, ſicut Eccleſia Sancti Saluatoris: & quod
ius ſuper generales proceſſiones indiuiſum ſit à iure
Cathedralitatis.
322 Augetur etiam vrgenter admiratio, quia in tali
conuocatione præfatæ Eccleſiæ ad generalea Proceſ-
ſiones, ex vi mandati relati tenetur eadem Metro-
politana Eccleſia non ſolùm eam honorificè recipe-
re, & admittere, ſed etiam *in quibuſcumque actibus, in
quibus ſimul conuenire, aut intereſſe contigerit, ad dex-
teram partem, ſeu manum, tam in Choro, quàm extra,
323 etiam in Proceſſionibus prædictis collocare.* Cùm enim
manus, ſeu pars dextera dignior, & nobilior ſit ſini-
ſtrâ, luce meridianâ clariùs ex hoc demonſtratur,
Eccleſiam ſanctæ Mariæ digniorem, & nobiliorem
reputari, vel ſaltem æquè dignam, & nobilem cum
Eccleſia ſancti Saluatoris, ac proinde æquè magis
Cathedralem. Partem autem, ſeu manum dexteram,
generaliter loquendo, digniorem, ac nobiliorem
ſiniſtrâ eſſe (quidquid ſit de vſu Gentilium Græ-
corum, vel priſcorum Latinorum, ac pro caſibus
quibuſdam particularibus) adeo notum eſt, vt inu-
tile videatur de eo diſputare. Si enim manus dextra
nobilior non eſt, quorſum pro Chriſti Seruatoris
excellentia in Symbolis dicitur: *Sedet ad dexteram
324 Patris?* Quorſum etiam *Matth.* 25. de electis reſpe-
ctu reproborum ſcribitur, *Statuet oues quidem à
dextris ſuis, hædos autem à ſiniſtris?* Vnde ſuper
hunc locum ſancti Thom. inquit: *A dextris*, id eſt,
honoratiori, & nobiliori loco. Et Cornelius ibidem:
*Dextra enim ſymbolum eſt felicitatis, gloriæ, Regni,
victoriæ, & triumphi; ſiniſtra verò infelicitatis, op-
probrij, ſeruitutis, calamitatis, & miſeriæ.* Quor-
ſum etiam Diaconus ad manum dexteram Sub-
diaconi incedet? Quorſum Innocent. III. *in cap.
ſolitæ, de maioritat. & obedient.* Conſtantinopolita-
num Imperatorem reprehendiſſet, quia Patriarcham
ad ſiniſtram manum ſedere permiſiſſet? Quorſum
cùm ab Eccleſia depinguntur tres Perſonæ Sanctiſ-
ſimæ Trinitatis, Secunda ſemper ad latus dextrum,
Tertia verò ad ſiniſtrum depinguntur, niſi vt note-
tur Filium priorem eſſe origine Spiritu ſancto?
Quorſum denique (vt mille alia prætermittam) Do-
mini Cardinales, Patriarchæ, Epiſcopi, Auditores
Rotæ, & alij Prælati in Romana Curia (quæ Mater
eſt totius ciuitatis) ſtrictè ſeruant, vt dignior dex-
teram manum ſemper teneat? Hinc in concordiis fa- 325
ctis in terminis huius controuerſiæ de anno 1221.
& 1448. in ſuperioribus relatis, pro eodem accipi-
tur locus honorificus, & manus dextra. Quod etiam
patet in alia concordia de anno 1613. etiam in
præcedentibus adducta. Et in ampliatione, & ex-
tenſione præfati mandati de anno 1562. vnde Sacra
Rota coram Coccino de anno 1627. *verſ. vnde,
part. 5. recentior. tom. prim. deciſ.* 113. dum agit de 326
controuerſia iſta inter has duas Eccleſias, pro certo
ſupponit manum dexteram nobiliorem eſſe ſiniſtrâ.
Et in alia coram Buratto *deciſ.* 488. *num.* 7. dum
dicit, *quod antiquitus in pluribus locis* dignius erat
ſedere ad ſiniſtram, quàm ad dexteram, quo etiam
ſupponit quoque, quod his temporibus poſterioti-
bus, generaliter loquendo, vt dixi, dignius ſit ſedere
ad dexteram. Maximè verò eadem Sacra Rota de
anno 1631. coram relato Coccino *p. 6. recent. dec.* 15.
id clarè corroborat, præſertim §. *id autem*; & quod
magis eſt (quia agitur de intereſſe partis aduerſæ) ip-
ſamet in quodam ſtatuto de anno 1607. facto, de-
creuit Decanum Capituli Eccleſiæ Metropolitanæ 327
Cæſaraugustanæ ſedere debere ad manum dexteram,
& coram S. Rota enixè curauit id obtinere, etſi ea-
dem Rota de anno 1631. relata contra ipſam deci-
derit, vt poſteà dicam. Si autem factum partis pro
facto iudicis habetur, Aretinus *in l. ſi filius qui patri,* 328
in vlt. colum. verſ. illud autem, de vulgar. & pupil. Ber-
tachin. *in repertor. verb. factum*, & contra factum
proprium nemo venire poteſt, *l. poſt mortem, ff. de* 329
adopt. l. & per fundum, ff. de ſeruit. ruſtic. præd. &
aliis iuribus, & DD. non video, quomodo eadem
pars aduerſa hanc prærogatiuam Eccleſiæ Sanctæ
Mariæ impugnare poſſit, aut quomodo ex illa
non ſequatur ius Cathedralitatis, de quo in præ-
ſenti.
Adhuc firmiùs id roboratur ex eo, quod non ſo- 330
lùm manus dextra concedi debet, & de facto con-
ceditur eidem Eccleſiæ S. Mariæ à præfata S. Salua-
toris, & Metropolitana, quando ſimul concurrunt
in eandem S. Saluatoris Eccleſiam, ſed etiam quando
Capitulum, & Canonici S. Saluatoris accedunt ad
eandem S. Mariæ Eccleſiam. Ita enim relata Rota
de anno 1631. coram Coccino clariſſimè reſoluit,
recedendo à deciſis in aliis Rotæ deciſionibus de an-
no 1627. Idque probat primò ex verbis illis gene-
ralibus præfati mandati, *In quibuſcunque actibus,* 331
*in quibus inſimul conuenire, aut intereſſe contigerit,
ad dexteram partem, &c. collocare*: cùm enim ſint
vniuerſalia, omnem locum comprehendunt ac ſi
ſpecificè eadem Eccleſia S. Mariæ fuiſſet expreſſa,
prout deducit ex Tiraquello, Surdo, Crauetta, &
Oldrado, & Ruino. Secundò, ex obſeruantia, & quia
Metro

Metropolitani coacti ſunt per cenſuras ad executio-
nem talis mandati hoc modo intellecti, & quia ip-
332 ſimet confeſſi ſunt ita obſeruaſſe. Vnde §. 2. *in fin.*
ait, quod Prior de Pilari *videatur habere fundatam*
intentionem pro retentione ſuæ ſedis Prioralis, videli-
cet in manu dextera, etiam quando ad eam accedit
Eccleſia S. Saluatoris. Hoc autem tam clarè, &
euidenter demonſtrat Eccleſiæ S. Mariæ competere
Cathedralitatem *cumulatiuè* cum Eccleſia S. Salua-
toris, vt mirum ſit in dubium à viris doctis reuocari.
Cùm enim in propria domo etiam maior cedat mi-
nori, iure hoſpitij id efflagitante, teſte enim Homer.
in odyſſ. S. Iupiter honorator eſt hoſpitum, & Paulo
333 Veneto *lib. 5. cap. 46. Orient. Region. Cedit hoſpiti*
Paterfamilias: vt propterea (vt aliqui animaduer-
terunt) in Palatio Vaticano cernatur effigies S. Pau-
li ad dexteram S. Petri, non obſtante quod Petrus
334 maior ſit Paulo; profectò ſi Eccleſia S. Mariæ in
propria domo non cedit Eccleſiæ S. Saluatoris, ideo
eſt, quia eandem cum ipſa Cathedralitatis dignita-
tem participat: itavt, provt Rota relata *num. 19.*
inquit, *vtrumque Capitulum facit vnum corpus*; alio-
quin irrationabiliter prorſus manum dexteram obti-
neret: ſiquidem omni iure cautum eſt, quod dignior
debeat præferri, *l. 1. ff. de albo ſcribend.* Rota coram
335 Seraphin. *deciſione* 1223. *num.* 2. Nec dicat pars
aduerſa, ſitum, ſeu ſeſſionem ad manum dexteram
non ſemper arguere præeminentiam, provt ex Rota
in Calaguritana *præeminentiarum*, 2. Decembr. 1602.
coram Iuſto, & in Cephaludenſi *Archidiacona-*
tus, 18. Martij 1624. coram Dunozetto, elicit Bar-
boſa *in Collectan. DD. ad caput ſolitæ, de maioritate,*
336 *& obed.* Etenim, etſi pro caſu raro, actu, functione, &
perſona particulari id admitti poſſit, cæterùm *ge-*
neraliter pro omnibus caſibus, actibus, & functioni-
bus, provt in præſenti contingit, ex vi illorum ver-
borum Mandati, *in quibuſcunque actibus*, & pro
Eccleſia Diœceſana, & Metropolitana inſigni, qualis
eſt Eccleſia S. Saluatoris, de qua etiam in præſenti,
nullus pruden s, aut cordatus id admittet.

337 Corruit etiam ex hac doctrina aduerſæ partis
præſidium, quo ſibi perſuadere videtur, inſignem
iſtam præeminentiam de habenda dextra manu *in*
quibuſcunque actibus, quâ Eccleſia S. Mariæ feliciter
fruitur, eneruari ex eo, quod ex oppoſito, Eccleſia S.
Saluatoris, vel eius Decanus in Congregationibus
Aragonum, præcedat dictam Eccleſiam S. Mariæ,
provt clarè habetur ex decretis Curiæ Illuſtriſſimi
D. Iuſtitiæ Aragonum, quæ retuli *ſuprà cap. 3.*
num. 257. inferens etiam, quod in omnibus aliis
concurſibus idem fieri debeat. Primò etenim expen-
datur, quod in dictis Decretis conceditur præceden-
338 tia, & per conſequens dextera manus, præfatæ Ec-
cleſiæ S. Mariæ ſuper omnes Eccleſias Cathedrales
Regni Aragoniæ. Ex hoc enim rectiſſimè elicitur,
ipſam eſſe Cathedralem; nullo enim iure ſubſiſtere
poteſt, quod Eccleſia merè Collegialis, & non Ca-
thedralis præcedat Cathedrales; ſicut neque quod
Epiſcopalis dignitas, quæ Cathedralitati connexa,
& correlatiua eſt, præcedatur à non Epiſcopali, *cap.*
339 *Venerabili, in fin.* vbi Gloſſa *de verbor. ſignificat. cap.*
cum Canonicis, de cenſib. Rota in Cæſarauguſtana
Synodi, 13. Februarij 1606. coram Coccino. Nec
id decideret Illuſtriſſ. Iuſtitia Aragonum, cùm in
materia præcedentiæ plumbeo pede, quia eſt res
340 magni præiudicij, procedendum ſit. Nec ſuper illa
341 poteſt fieri concordia ſine Superioris licentia. Rota
coram Seraphino *deciſ. 21. num. 1.* Moronus *in Reſ-*
ponſ. reſponſ. 5. num. 7. Et hoc vt vitetur, ne minor
præferatur maiori, contra quod iura clamant. Diſ-
piciatur ſecundò, quod in eiſdem decretis aſſeritur,
quod præfata Eccleſia Sanctæ Mariæ *in aliquibus*
præcedere meruit dictam Metropolitanam Eccleſiam.
Ex quo à fortiori, vt dicitur, concluditur, *quanto*
maiori cum ratione poterit ipſa eaſdem præcedere. In
quibus notetur, per ipſa approbari præcedentiam 342
Eccleſiæ S. Mariæ ſupra Metropolitanam, *in aliqui-*
bus videlicet; ſiquidem ex hoc veluti principio,
tanquam ex maiori ad minus (quod eſt validum ar-
gumentum, *l. in ſuis, in fin. ff. de liber. & poſthum. l.*
nec in 22. ff. de adult. authentic. multò magis, Cod. de
ſacroſanct. Eccleſ. infert, præcedentiam ſuper alias
Eccleſias Cathedrales. Ex quo iterum ad intentum
deducitur Cathedralitas dictæ Eccleſiæ. Et quod
proximè ad intentum ſpectat, quod non præferri in
huiuſmodi Comitiis, non tollit prælationem illam 343
generalem, quam habet *in quibuſcunque actibus*: ex
ſingulari enim ad vniuerſale non valere argumen-
tum, etiam Tyrones Dialectici norunt. Tertiò, &
proximiùs ad intentum: quemadmodum in eiſdem
decretis dicitur, quod non obſtante, quod in Co-
mitiis Tiraſſonæ celebratis anno 1592. præfatæ
Eccleſiæ Cathedrales Regni Aragoniæ prælationem
habuerint ſupra Eccleſiam Sanctæ Mariæ del Pi- 344
lar, nihilominus hæc Eccleſia debeat ipſas præ-
cedere in dictis Comitiis, quia conſtat talem præ-
lationem fuiſſe *ex conſenſu partium, iureque dicti*
conſenſus, & familiaritatis, & non animo, nec titulo
adquirendi poſſeſſionem; ſic etiam in præſenti dico,
huiuſmodi prælationem conceſſam Eccleſiæ Metro- 345
politanæ ſuper Eccleſiam Sanctæ Mariæ, fuiſſe de
conſenſu partium in vim concordiæ factæ ſub Al-
phonſo Archiepiſcopo, de qua dixi *ſuprà cap. 3.*
num. 240. ac per conſequens nullatenus derogare iu-
ri præcedentiæ, quod habes in omnibus aliis actibus,
quales ſunt Proceſſiones, aſſiſtentia in Choris vtriuſ-
que Eccleſiæ, & aliorum Ciuitatis, imò in Sy-
nodis, ad quas concurrunt cum habitibus chora-
libus.

Quartò etiam, & valde expendendum, quod 346
cùm Prælatio Eccleſiæ Sanctæ Mariæ ſupra Eccle-
ſiam Sancti Saluatoris præcipuè ordinetur ad actus
merè, & purè Eccleſiaſticos, quales ſunt Proceſſio-
nes, Officia diuina in Choro, Synodi, &c. Comitia
verò Regni non importent actus purè Eccleſia-
ſticos, ſed ſæculares, & laicos, vel ſaltem mixtos,
ideò Illuſtriſſimus Iuſtitia Aragonum in huiuſmodi
Comitiis prælationem conceſſit Eccleſiæ Sancti
Saluatoris, quæ quia eſt Diœceſana, & Metropo-
litana, Caput eſt totius Ciuitatis, & *Populi*; non
autem Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, quæ id non habet.
Vera enim doctrina eſt, quam affert Moronus
ſuprà eo reſponſ. 5. numero 7. quod ſcilicet ius præ-
cedendi debeat intelligi in ordine ad illos actus, in 347
quibus tractatur de præcedentia. Quod benè pro-
bat ex Rota coram Seraphino de anno 1585. quæ
eſt 716. inter deciſiones ipſius, vbi id probatur
exemplo Eminentiſſim. DD. Cardinalium, inter
quos antiquior Cardinalis præcedit in Conſiſtorio:
in Cancellaria autem præcedit Cardinalis Vice-
Cancellarius, in Pœnitentiaria Cardinalis Pœni-
tentiarius, & in negotiis Cameræ Cardinalis Ca-
merarius. Et probari id poſſet ex eadem deciſione, 348
vbi affertur exemplum de Auditore Rotæ, qui eſt
Epiſcopus: hic enim non præcedit alios Audito-
res ratione Epiſcopatus, ſed eſt in loco ſecundùm
antiquitatem Auditoriatus. Cùm igitur Prælatio Ec-
cleſiæ Sanctæ Mariæ non ſit niſi in ordine ad actus
purè Eccleſiaſticos, non ad ſæculares, laicos, aut mix-
tos, ideo ſine præiudicio ſuæ præcedentiæ ſupra Ec-
cleſiam Sanctæ Mariæ, potuit poſtponi Decano
Eccleſiæ Metropolitanæ.

Nec

349 Nec prætermitti poteſt, quod inter adminicula ſtrictè probantia Cathedralitatem Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, iure numerari poſſit, quod ex eodem Mandato habetur, Eccleſiam Sancti Saluatoris teneri accedre ad Eccleſiam *de Pilari* pro benedictione Candelarum in die Purificationis Beatiſſimæ Virginis, & in die Defunctorum pro ſuffragiis ipſorum, ac in Dominica Palmarum pro ipſarum benedictione.

350 Etenim quemadmodum iſtæ functiones non ſunt faciendæ niſi à Parochis, & in propriis Parochiis, prout ex Sacra Congregatione Rituum 5. Martij 1633. apud Barboſam *in Collect. Bullary, verbo Palma*, elicitur, cui accinit Riccius *in prax. part. quarta, reſolutione* 306. *&* 309. ex Quaranta, Catat. & aliis: ita etiam non ſunt faciendæ ab Epiſcopo, aut Capitulo Eccleſiæ Cathedralis, quæ eſt totius Ciuitatis, & Diœceſis Parochia, niſi in Eccleſia Cathedrali.

Inferat ergo mecum Lector, Eccleſiam Sanctæ Mariæ, in qua fiunt, Cathedralem etiam nunc eſſe.

Capvt V.

Caſu dato, quod Eccleſia Sanctæ Mariæ actu Cathedralis non ſit, nihilominus frui debet priuilegiis Cathedralitatis.

351 HVius capitis doctrina ex numero illarum eſt, quæ traduntur ad maiorem cautelam, quæ non nocet, *l. teſtamentum, C. de teſtamentis*, vbi Baldus *in 3. notab. l. ſi pupilli, §. item procurator*, per Bartol. *in 1. col. verſic. & ſic not. ff. de negot. geſt.* Francus *in dicta l. teſtamentum*: præſertim in magnis quantitatibus, *l. final.* & ibi Bald. *in prima column. C. ſi certum pet.* Bartol. *in l. Modeſtinus, verbo item quæro, ff. de donation.* Bertachinus *in Repert. verbo Cautela.* Etſi enim ſatis oſtenſum ſit in ſuperioribus, Eccleſiam de Columna Cathedralem actu eſſe, nihilominus ſufficere quod fuiſſet, vt priuilegiis Cathedralitatis frueretur, nunc aſſeritur.

352 Veritatem autem continere conſtat primò, non ſolùm ex eo, quod Cathedralitas non amittitur, niſi ex Papæ authoritate, prout ex Loterio, Imola, & Gratiano dixi *num.* 164. quæ authoritas non adfuit in propoſito, prout ſcripſi *num.* 192. Sed etiam ex eo, quod euidens eſt, fuiſſe primitus Cathedralem, prout vel apices eorum, quæ adducta ſunt ex hiſtoricis ſcriptoribus, ſignis, veſtigiis, ſententiis, concordiis, & Sacræ Rotæ deciſionibus,
demonſtrant. Ex iis namque elicitur, priuilegiis,
353 exemptionibus, & honoribus dictæ Cathedralitatis nunc frui debere, vel in memoriam priſtinæ
354 Dignitatis. Tiraquell. *in tractat. ceſſante cauſa, limitat.* 15. & quia ex eo, quod habuit illam, *coruſcat radiis prioris dignitatis*, vt aiunt Decreta illa Curiæ Iuſtitiæ Aragonum, *num.* 8. & ampliat Villar Additionator, ſeu Gloſſator *ibidem*, ex Tiraquello, Hippolyt. de Marſil. Guidopapæ, Baldo, Chaſſanæn, & Natta, ac notat Rota coram Ludouiſio inter deciſiones ipſius *deciſ.* 493. *n.* 3. ex Guidone relato, & Ioanne de Platea, & Rota illa coram Veroſpio de anno 1614. relata ſuprà *n.* 266. dicens *n.* 5. ex prædictis Platea, & Guidone, *Ex quo Eccleſia del Pilar olim fuit Cathedralis, cenſetur prærogatiuam celebrandi ſuam Dedicationem tenuiſſe.*

Quod etiam Rota illa Magiſtralis de anno 1630. 355
n. 7. amplecti videtur. Idque pluribus exemplis declarant aliqui. Primò, de eo qui fuit Legatus, cui debetur reuerentia ob dignitatem quam habuit. Secundò, de Archiepiſcopo, qui poteſt deferre Crucem in locis exemptis in ſignum priſtinæ dignitatis. Tertiò addi poteſt exemplum de Eccleſia Collegiata, quæ talis vocari debet, etiamſi collegium actu non habeat, eo quòd antea habuerit illud. Prout ex Alexandro, Innocentio, & Felino comprobat Maſcardus *concluſione* 584. *num.* 5. Alia omitto, quæ ſunt vulgatia.

Nec eſt incongrua ad intentum ratio quædam 356
theologica, deſumpta ex illo Pauli ad Rom. 11. *ſine pœnitentia ſunt dona Dei.* Græcè *impœnitibilia*, id eſt, *immutabilia*: Syriacè, *non mutauit Deus donum ſuum.* & Eccleſiaſtici 3. *Didici quod omnia opera, quæ fecit Deus, perſeuerent in perpetuum, nec poſſumus eis quidquam addere, neque auferre.* Cùm enim Cathedralitas Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Columna à Deo data fuerit, medio Chriſti Apoſtolo Iacobo eiuſdem Chriſti Legato, vt dixi *num.* 13. certè videtur ad inſtar, vel quaſi de iure diuino inducta, ac per conſequens immutabilis, ſicut ipſum: ita vt, ſaltem quoad præeminentias, & priuilegia, nullatenus cenſeatur tranſlata. Eo quoque, quod vt dicitur *c. ſi ergo, q.* 1. gubernatio populi illi tradatur, quem Deus elegerit, & *cap. omnes, diſt.* 22. *Quiſquis cuilibet Eccleſiæ ius ſuum detrahit, iniuſtitiam facit.*

Deinde, non amiſiſſe huiuſmodi præeminentias, 357
& priuilegia, ſecundò, & neruoſe ſuadetur, quia non conſenſit in Cathedralitatem Eccleſiæ Sancti Saluatoris, niſi cum expreſſa reſeruatione ipſorum. Sic enim habetur expreſsè in Decretis Curiæ Iuſtitiæ Aragon. *numero* 21. quæ retuli *ſuprà num.* 260. pro anno 1605. Vbi etiam refertur ita pronuntiatum fuiſſe à Ioanne Ferrerio Vicario Archiepiſcopali, vtique in ſententia ab ipſo prolata de anno 1502. quam retuli *numero* 253. & ita tenet Villar Additionator illorum Decretorum, ex eo quod
cùm in illa Cathedralitatis translatione (qualiſ- 358
cumque ea fuerit) non interuenerit Summi Pontificis conſenſus, qui requirebatur, prout ex Petro Peruſino, & Rebuffo tradit idem Vil-
lar, & ego dixi in præcedentibus, neceſſe eſt di- 359
cere factam fuiſſe cum dicta reſeruatione; quia, vt ibi oſtendi, actus præſumitur fieri eo modo quo validè & licitè fieri poteſt: & diſpoſitio ſemper præſumitur facta in caſu iure permiſſo, non in prohibito.

Pro cuius luce conſiderandum, quod ex triplici 360
modo, quo vna Eccleſia poteſt alteri vniri, ſeu communicari, ſcilicet primò *per viam ſubiectionis*, ita vt vna alteri ſubjiciatur. Secundò, *æquè, & principaliter*, cum communicatione priuilegiorum. Tertiò, cum iuribus diſtinctis, & ſeparatis, ac non communicatis, de quibus Gloſſa *in cap. & temporis qualitas*, 16. *quæſt.* 1. & Gloſſ. *in cap.* 1. *ne ſede vacante*, & ex multis aliis Gonzalez *ſuper regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. 6. 7. *numero* 26. *& ſeqq.*
Vnio hæc, quæ per communicationem Cathedra- 361
litatis facta eſt inter Eccleſiam Sanctæ Mariæ, & Sancti Saluatoris, videtur tertio modo facta, quia fuit cum reſeruatione priorum iurium, priuilegiorum, exemptionum, &c. Tum quia obſeruantia, quæ eſt in huiuſmodi iuribus, priuilegiis & exemptionibus in vtraque Eccleſia, id ſuadet, *argument. leg. ſi de interpretatione, ff. de legibus, leg. ſed & Iulianus, §. perinde, ff. ad Macedonianum*, Pariſ.
conſil. 35. *numero* 20. *lib.* 1. Mandoſ. *in Regul.* 29. 362
quæſt. 2. *num.* 3. *&* 4. Gonzalez *ſuprà, numero* 135.

Tum

363 Tum etiam, quia in dubiis præſumendum eſt vnio-
nem factam eſſe æquè principaliter, & non acceſſo-
riè. Abbas *in cap. exſtirpanda, §. qui vero, in prima le-
ctura, n. 4. de præbend.* Gonzalez *ſuprà n. 134.* ex Re-
buffo & Hojed.

364 Tertiò, non amiſiſſe ſua priuilegia, & exemp-
tiones propter communicationem ſuæ Cathedrali-
tatis Eccleſiæ Sancti Saluatoris, colligitur ex pa-
ctis initis inter vtramque Eccleſiam de fruendis
huiuſmodi præeminentiis in ſuperioribus adductis;
& quæ, ſaltem ſecundùm limitationes in eis poſi-
365 tas, omninò obſeruari debent. Quia naturalis ratio
dictat, vt quæ contrahentibus placuerunt, ea ſeruare
teneantur, *l. 1. ff. de pactis, l. non minorem, C. de tranſ-
act. cap. 3. de pact.* Ius etiam diuinum hoc præci-
pit, Deuteron. 23. *Quod ſemel egreſſum eſt de labiis
366 tuis, obſeruabis.* Vnde Pſalm. 88. *Quæ procedunt
de labiis meis non faciam irrita.* Et quia viro bono
non conuenit, vt quod ſemel dixit, poſtea reuocet.
Ægid. *deciſ.* 3. Guidopap. *deciſ.* 254. Caputaquen-
ſis *deciſ. 190. num. 1. part. 1.* & graue eſt fidem falle-
re, *l. 1. ff. de conſtitut. pecunia,* Gonzalez *ſup. 8. Regul.
Cancellariæ, gloſſ. 28. n. 20.* Et caſu quo faciens pa-
ctum reſiliat, non debet commodum aliquod con-
ſequi, *l. Iulianus, § offerri, de act. empt.* Gozad. *conſ. 1.
n. 1.* & *conſ. 31. n. 4.* Rota *1. part. diuerſorum, dec. 134.
num. 3.*

367 Quæ adeo vera ſunt, vt nec Papa cenſeri debeat
lædere pacta, concordata, acceptata, & obſeruata,
qualia ſunt iſta, de quibus in præſenti. Eo quòd om-
nis diſpoſitio Principis cenſetur facta ſine præiudi-
cio, & læſione tertij, *l. 2. § ſi quis à Principe, ff. ne quis
in loco, c. cùm dilectus, de conſuetud.* cum aliis iuribus,
& DD. apud Gonzalez *ſuprà dicta gloſſa 28. num. 1.
368 & 2.* Ita vt potiùs præſumatur obliuio Papæ, quàm
quod cenſeatur tollere ius alteri quæſitum. Rota *de-
ciſione 23. n. 5. & n. fin. in fin. de præbend. in antiq. &
deciſione 3. n. 8. de præbend. in antiquior.* Gonzalez
ſup. num. 6.

369 Quartò, propter obſeruantiam huiuſmodi præ-
eminentiarum, quæ ſummè præualet ad declara-
tionem voluntatis contrahentium, ſeu talia pacta
facientium, *argum. leg. ſeruus plurium, §. fin. ff. de
regul. iur.* Aretinus *conſil.* 51. Aymon. *conſil. 101.
num. 4.* cum aliis relatis per eundem *conſil. 211.
num. 8.* Ruinus *conſil.* 104. Rota *1. part. diuerſor.
370 deciſ. 571. num. 3.* hæc omnia referens. Ac quia, vt
Ioannes Vvameſius *dicto conſil. 10. tom. 1. conſil.*
dixit: *Antiqua conſuetudo, & obſeruantia, in omni-
bus, & potiſſimum in dubio, retinenda, & ſeruanda
eſt, in conſtituendo, & ſeruando ordine, vel paritate
372 graduum inter homines.* Tum etiam, quia præemi-
nentiæ ſunt de iure poſitiuo, in quo maximè præ-
ualet obſeruantia, & conſuetudo. Ipſa enim eſt
quaſi alterum ius naturale. Baldus *conſil. 433. lib. 3.*
Surdus *de alimentis, tit. 1. num. ſexto.* Et æquipol-
let veritati, *l. 1. ff. de fornic. & aqua,* Baldus *con-
ſil. 289. lib. 4.* & dubia, quæ poſſent eſſe, remouet,
*argument. l. ſi de interpretatione, ff. de legibus, l. ſed &
Iulianus, §. perinde, ff. ad Macedonianum.* Pariſ. *con-
ſil. 35. n. 20. lib. 1.* Mandoſ. *in Regul. 29. q. 2. n. 3. & 4.*
Gonzal. *ſuper Regul. 8. Cancellariæ, gloſſa 5. §. 7. n. 135.*
Ac denique eſt optima cuiuſlibet diſpoſitionis inter-
pres, *dicta l. ſi de interpretatione, l. minimè, ff. de
legibus*: idem Gonzalez *ſuprà, gloſſa 5. n. 87.* ex Ro-
372 mano, Aymone, Surdo, Pariſio. Extare autem ob-
ſeruantiam dictarum præeminentiarum, ſtatus præ-
ſens eius Eccleſiæ manifeſtat, & conſtat ex ſenten-
tiis, concordiis, Rotæ deciſionibus, & aliis in ſupe-
rioribus adductis, & quia cùm Eccleſia Sancti Sal-
uatoris contra eas prætenderit, ſæpe ſuccubuerit, &
cauſa ceciderit.

Si autem Cathedralitatis priuilegiis frui debeat, 373
proculdubio dicendum videtur, in hoc anteponi
debere Eccleſiæ Sancti Saluatoris actuali Cathedra-
litate gaudenti. Hîc enim intrat Regula illa tam 374
certa, quàm vulgaris, quod *prior in tempore eſt po-
tior in iure, ex leg. qui Balneum, in princip. ff. qui
potiores in pignore, l. ſi fundum, C. eodem, cap. qui
prior 64. de Regul. iuris,* & concors DD. ſententia
ſuper hæc iura ſcribentium. Et firmat Rota in
Oriolenſi *præcedentiæ*, coram Litta de anno 1600.
part. 2. recentior. deciſ. 26. & alibi ſæpe. Quod
ampliant aliqui etiamſi prioritas ſit in hora aut pun-
cto. Decian. *conſil. 109. num. 22. lib. 2.* quem re-
fert Tuſchus *littera P, concluſ. 465. num. 4.* Quan- 375
tò magis id verum erit in præſenti, cum Cathedra-
litas Eccleſiæ Sanctæ Mariæ anterior ſit per pluſ-
quam mille annos. Antiquiora etenim nobiliora
ſunt, cæteris paribus. Geminian. *in cap. quamuis,* 376
§. quamquam, num. 3. de præbend. in 6. Nonius *con-
ſil. 71. num. 35.* Ioannes Vvameſius in ſuperioribus
relatus *conſil. tom. 1. conſil. 10. num. 6.* dicens, quod
*temporis prioritas, & antiquitas in diffiniendis quæ-
ſtionibus & controuerſiis, quæ de præcedentia ſuboriun-
tur, plurimùm valet ad hoc, quod pro illis decidatur,
qui ex origine, & fundamento antiquiores ſunt.* Sub-
dit hæc, quæ veluti adamuſſim caſui præſenti adap-
tantur, ſi prudens lector rem diſpiciat: *Deinde con-* 377
*currit hic dicta Eccleſiæ prima origo, eaque talis, quæ
hoc videtur exigere, vt Eccleſia Monaſterio, non Mo-
naſterium Eccleſiæ vbique cedat. Ex eo ſcilicet, quod
hæc Eccleſia velut colonia deriuata, & deducta ſit
ex dicto Monaſterio.* Etenim pro comperto eſt, Ec-
cleſiam Sancti Saluatoris potiùs ex Eccleſia Sanctæ
Mariæ, quàm è contra iſtam ex illa originem hau-
ſiſſe. Et inferiùs: *Quæ ſanè originis, & ſubiectio-* 378
*nis conſideratio hoc efficit, vt quemadmodum colonia
Metropoli non tantùm non præferri, ſed nec adæqua-* 379
*ri debet, propter originis, & maioritatis diſparitatem,
& tunc tantùm adæquari poteſt, cùm Metropolis dig-
nitas ei ex priuilegio Papæ, vel Principis adijcitur.*
Quia tamen hæc rei præſenti adaptata duriuſcula
cernentur, eo quòd Eccleſiam Sancti Saluatoris *co-
loniam* Eccleſiæ Sanctæ Mariæ appellare videatur, eo 380
duntaxat ſenſu à me ſciat lector relata, vt ſaluâ in-
clytæ Cæſarauguſtanæ S. Saluatoris Metropolis dig-
nitate, ſolùm nitar cathedralitatis præeminentiis cum
eadem Metropoli Eccleſiam Sanctæ Mariæ perfrui
debere, ſine præiudicio tamen eorum iurium, quæ
eidem Metropolitanæ Eccleſiæ, *Metropolitana,
Diæceſana,* & *Epiſcopalis* titulis, *priuatiuè* com-
petunt.

Non verò prætermittendum, quod cùm, 381
prout ex dictis in ſuperioribus liquet, Eccle-
ſia Sanctæ Mariæ in ratione Cathedralitatis vna
ſit cum Eccleſia Sancti Saluatoris, ita vt Ca-
thedralitas non *priuatiuè*, ſed *accumulatiuè* Ec-
cleſiæ Sancti Saluatoris competat, comparatiuè
ad eandem Sanctæ Mariæ Eccleſiam, idcirco
non incongruè exiſtimare quis poteſt, priuile-
gia cuncta, quæ Eccleſiæ Sancti Saluatoris com-
petunt, non præciſè, vt eſt talis Eccleſia Sancti Sal-
uatoris, ſed quatenus Cathedralis, & Cæſarangu-
ſtana eſt, competere etiam ſuo modo Eccleſiæ S.
Mariæ, quæ in ratione Cathedralitatis talem vnita-
tem, & coniunctionem cum ipſa habet. Regulariter
enim extenſio fit de vno æquiparato ad aliud, vt per
Bart. & alios *in leg. 1. ff. de legat. 1.* Curt. iun. *con-
ſil. 124. numero 17.* Gabr. *conſil. 21. numero 37. &
ſeq.* Cephal. *conſil. 257. num. 17. & ſeq.* Euerard.
*in loco à ratione legis larga, num. 52. & in loco à ſi-
mili, num. 7.* Et quia hîc intrat illud vulgare, *ea-
dem quæ ſunt, eodem iure cenſeri debent,* Specialiter

cùm vnitas harum duarum Eccleſiarum ſit in temporalibus, & ſpiritualibus, prout elicitur ex concordia de anno 1121. & in qua fundatur priuilegium de non ſoluendo charitatiuo ſubſidio, de quo in ſuperioribus actum. Præſertim, cùm hoc priuilegium conceſſum etiam fuerit Eccleſiæ Cæſaraugustanæ à Lupo de Luna Cæſaraugustano Antiſtite, 15. Iulij 1361. ea de cauſa, quod in ea reſidentiam habuerit Sanctus Valerius cum ipſius Archidiacono Vincentio: in quo quomodo Eccleſia Sanctæ Mariæ iure proprio intret, dictum eſt *ſuprà*, *num.65. & ſequentibus.* Si autem (pius lector attendat) priuilegia cuncta Eccleſiæ Sancti Saluatoris, quatenus Cathedralis eſt, & non merè Sancti Saluatoris, conceſſa, etiam Sanctæ Mariæ de Pilari Eccleſiæ conceſſa eſſe cenſeri debent, propter ſæpius inculcatam non tam *vnionem* quàm *vnitatem* in qualitate *Cathedralitatis*, profectò hinc prudens argumentator eliciet, etiam priuilegium Metropolitanatus eidem Eccleſiæ Sancti Saluatoris competens, ſuo etiam modo Eccleſiæ Sanctæ Mariæ adaptari. Fuit enim hoc priuilegium quoddam illi Eccleſiæ conceſſum à Ioanne XXII. Rom. Pont. Auenione anno 2. ipſius Pontificatus, qui anno 1318. correſpondere videtur. Eo vel magis, quod in hac Bulla Metropolitanatus, quam integrè legi, ſolùm conceditur hoc priuilegium Eccleſiæ *Cæſaraugustanæ* ſub hoc nomine, nullâ prorſus mentione factâ de Eccleſia Sancti Saluatoris. Quid etiam, ſi dicatur, per talem conceſſionem nihil omnino iuris Eccleſiæ Sanctæ Mariæ detractum eſſe, prout probant ea, quæ ex doctrina Ioannis Vvameſij attuli ſuprà *cap. 3. à num.* 168. & quod Pontifex iſte Ioannes XXII. ſine læſione priuilegiorum aliarum Eccleſiarum, priuilegium conceſſit? Quid vltrà, ſi cum egregio Authore Martino Garzia *ſerm.* 150. dicatur, quod Gentilitatis tempore, pro anno videlicet 289. aut circiter, Eccleſia ſanctæ Mariæ de Pilari Metropolitana eſſet? Verba integra habet lector ſuprà *n.64.* Hæc ſanè ſapientiſſ. Iuris prudentiæ Doctoribus relinquenda, ſed in præſenti, etſi non decidenda, quia ad intentum præſens non ſpectant, tangenda ſaltem erant, ob connexionem.

Capvt VI.

Nouis quibuſdam cuiuſdam Neotherici Authoris obiectis nervosè occurritur.

382 HÆc fermè ſcripſeram, cùm Neothericum authorem Ioannem de Arruego, Portionarium Sanctæ Eccleſiæ Cæſaraugustanæ, in libro vulgari idiomate Hiſpano ſcripto, cui titulus *Cathedra Epiſcopal de Zaragoza*, legi, in quo ob pietatem, & deuotionem, quam erga eandem Sanctam Eccleſiam habere oſtendit, plura ex iis quæ dicta ſunt, acriter impugnare, & proſternere nititur. Quamuis autem multa ex illis in præcedentibus, etiam à Sacra Rota in deciſionibus relatis reiecta ſint, alia verò ex ſe ipſis corruant, quia nullam, aut paruam difficultatem continent; nihilominus quia
383 veritas examinata magis eluceſcit, *cap. graue, 36. quæſt. 9. cap. inter dilectos, de fide inſtrumentorum:* & quia diſputando inuenitur, *l. munerum, §. final. ff. de muneribus, & honoribus*; ideo omnibus illis ſatisfacere curabo, eo ordine, quo pro hoc authore propoſita video; ſine præiudicio tamen vllo ſui honoris, aut reputationis.

Et primò proponit *pag. 3.* Bullam Vrbani II. in 384
qua Pontifex concedit Petro Hiſpaniæ Regi, eiuſque ſucceſſoribus facultatem diſtribuendi Eccleſias, quas ex Sarracenis accepiſſent, vel ipſi ædificaſſent, *Sedibus dumtaxat Epiſcopalibus exceptis.* Ex his enim infert, Eccleſiam Sancti Saluatoris ante Hiſpaniæ inuaſionem fuiſſe Cathedralem, & eius Cathedralitatem reſtitutam, quando Rex Alphonſus Cæſaraugustam recuperauit. Cæterùm hic author ex antecedenti vero conſequens infert de Cathedralitate eius Eccleſiæ ante Maurorum inuaſionem, quod neque ſubſiſtit, nec ab ipſo probatur. Aptiùs enim ex illis verbis, *Sedibus duntaxat Epiſcopalibus exceptis*, inferre poterat id quod ſuprà dixi *n.165.* conformiter etiam ad aliam Bullam Gregorij VII. Regem Alphonſum non potuiſſe transferre Cathedralitatem, quæ erat in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Pilari, nec eam tranſtuliſſe, ſed ſolùm ex conſenſu eiuſdem Eccleſiæ, ipſius Cathedralitatem communicatam fuiſſe Eccleſiæ Sancti Saluatoris, vt dixi etiam *n.189.*

Opponit ſecundò *pag. 5.* quod idem Rex Al- 385
fonſus de anno 1118. cùm Cæſaraugustam recuperauit, conceſſit Eccleſiæ Sancti Saluatoris, Petro eius Epiſcopo, & ſucceſſoribus ipſius, decimas, & primitias, ac quartum Epiſcopale omnium Eccleſiarum illius Epiſcopatus. Ex quo etiam elicit, quod ſi Eccleſia Sanctæ Mariæ eſſet Cathedralis,
iſta eſſent iura ipſius, ac propterea Rex non poſſet 386
ea alteri Eccleſiæ concedere. Reſpondeo tamen, quod quatenus hæc conceſſio extendi poterat ad ea, quæ erant iura Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, præſumi debet facta ex conſenſu ipſius, quia iuxta dicta *ſuprà n. 191.* omnis diſpoſitio & actus præſumitur fieri in caſu à iure permiſſo, & quatenus validè ſuſtineri poteſt, & omni iure certiſſimum eſt illud, *noſtrum quod eſt, non poteſt ſine facto noſtro auferri.* Menochius *conſil. 161. num. 19. & conſil. 196. num. 10. &*
conſil. 477. num. 7. Melchior Phœbus *deciſ.* 28. *nu-* 387
mero 12. *tom.* 1. Dici etiam poteſt, quod cùm Eccleſia Sanctæ Mariæ ſemper fuiſſet inclyta, celebris, inſignis, & cunctis fidelibus deuotiſſima, ac per conſequens ſpeciali notâ digna, non videtur comprehenſa in huiuſmodi generali diſpoſitione, iuxta vulgata iura. Cuius ſignum eſt, quod, vt audio, nunquam ſoluit primitias, & pro decimis conſeruandis, ſaltem ſecundùm limitationes factas in concordiis & ſententiis, ſemper litigauit, & ſuum intentum obtinuit. Placet etiam, quod affert Muril-
lus *lib. relato, pag.* 158. videlicet, in communicatio- 388
ne Cathedralitatis facta Eccleſiæ Sancti Saluatoris, vtramque Eccleſiam inter ſe diuiſiſſe decimas. Adde quoque, quod ſi expendatur clauſula illa, *iure proprio*, in hac donatione poſita, per eam excludi videtur Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæ cùm Cathedralis etiam permanſiſſet poſt dictam communicationem, erat quaſi *vna* cum Eccleſia Sancti Saluatoris, vt dictum eſt *ſuprà numero* 194. ac perinde non ſubdita, aut ſub iure illius, quantum ad Cathedralitatem iſtam, quæ vtrique Eccleſiæ erat communis *cumulatiuè.*

Idem dici poteſt ad id quod opponit *pag. 5.* de 389
donatione quadam à Petro Librana Epiſcopo facta Canonicis Sancti Saluatoris de medietate decimarum Cæſaraugustæ, pro anno 1123. Si enim
hæc donatio fuit de decimis ſpectantibus ad Eccle- 390
ſiam Sanctæ Mariæ, præſumi debet affuiſſe conſenſum ipſius, propter dicta. Si autem non fuit de illis, prout ex dictis elicitur, nihil facit ad intentum. Deſeruiunt etiam ad illud adducta ſuperiùs.

Vrget præterea *pag. 8.* confirmationem donatio- 391
num

num per Alfonſum, & Ramirum Reges factatum
Eccleſiæ Sancti Saluatoris, datum per Hiſpaniæ
Imperatorem Alfonſum circa annum 1134. In ea
enim vocatur dicta Eccleſia *Inter cæteras antiqui*
nominis famoſiſſimas, excellentiâ & priuilegio glorio-
ſiſſimas: & ipſi conceditur Eccleſia Sanctæ Mariæ de
Pilari. Sed adeo exactè, & luculenter Sacra Rota
392 de anno 1650. *num.* 88. *& ſeqq.* huic obiecto reſ-
pondet, vt ſuperuacaneum ſit aliquid addere, ſed
ſolùm remittere lectorem ad eam deciſionem. In ea
enim comperiet huiuſmodi Alfonſi priuilegium in
multis claudicare. Caret enim diuini numinis inuo-
catione, quâ Catholici Reges in ſuis reſcriptis vt
ſolent, loco conceſſionis, recognitione, & legalitate,
393 cum non ſit extractum ab originali, ſed ex quadam
copia, & ex Archiuio eiuſdem Eccleſiæ Sancti Sal-
uatoris non ſatis authentico, & quod eſt partis in-
tereſſatæ. Similiter cum emanaſſe dicatur ab extero
Rege, parum, aut nihil informato de Cæſarauguſtæ
aut Aragoniæ Eccleſiis, eius authoritas debileſcit.
Expendam & ego, quod cùm Iulianus Perez, de
quo *ſuprà, à num.* 146. qui hoc tempore viuebat, Al-
394 fonſi Regis familiaris & hiſtoricus eſſet, ac tam exi-
mia, & glorioſa de Eccleſia de Pilari dixerit, qualia
eo loco retuli, certè mirabile eſt, quod iſte Alfonſus
tam frigidè de ea Eccleſia loquutus fuerit in illo ſuo
reſcripto, non communicato Iuliano. His verò omiſ-
395 ſis, & ſi Deo placet, authoritate eius admiſſa, quod
ſpecialiter attinet ad titulos illos *Antiqui nominis,*
famoſiſſimæ, glorioſiſſimæ, &c. nihil nocent Eccleſiæ
Sancti Saluatoris intuitu Cathedralitatis illi com-
municatæ, & ratione talis communicationis. Cùm
enim hæc Cathedralitas perſeuerauerit in eadem
Eccleſia Sanctæ Mariæ, ipſi etiam competunt,
quia eſt eadem quæ antea fuit. Vt ait eadem Ro-
ta *num.* 97. Pro quo videnda quæ dixi *ſuprà nu-*
mero 194.

396 Quantum verò attinet ad donationem Eccleſiæ
Sanctæ Mariæ, ſapientiſſimè ait eadem Rota *ſuprà*
numero 98. 99. *&* 100. *Quidquid ſit de viribus*
illius, aduertendum eſt, quod Alfonſus non ſimplici-
ter donauit Eccleſiæ Sancti Saluatoris Eccleſiam de
Pilari, ſed donationem Alfonſi debellatoris, ac Rani-
miri prædeceſſorum confirmauit, propterea licèt in
confirmatione Eccleſiam de Pilari ſpecificauerit, ad
illam tamen velati in donationibus confirmatis nulla-
tenus contentam, priuilegium dictæ confirmationis
non extendebatur, ex eo quod in hac parte non in-
ueniebat ſubiectum confirmabile. Abbas in cap. inter
dilectos, num. 8. *de fide inſtrumentor. Dec. conſ.* 541.
num. 10. *Rota deciſ* 111. *num.* 5. *&* 580. *num.* 3. *ad*
fin. part. 2. *recentior. & cùm conſtet de donationibus*
in confirmatione relatis, ſtandum eſt illis, potiuſquam
confirmationi referenti. Rota deciſ. 439. *num* 5. *apud*
397 *Sanct. memor. Gregorium.* Hæc in relata Rota. Qui-
bus etiam addi poteſt, quod etſi abſolutè admitte-
retur Eccleſiam Sanctæ Mariæ donatam eſſe Ec-
cleſiæ Sancti Saluatoris, ac per conſequens ex hac
parte minorem ipſâ eſſe, conſiderando videlicet
Eccleſiam præfatam Sanctæ Mariæ, quatenus præ-
ciſè purè Collegialis, aut Parochialis eſt; quatenus
tamen Cathedralis eſt, non eſt ipſâ minor, aut in-
ferior, ſed æqualis, imò antiquior, iuxta dicta ſu-
prà *num.* 374. Et ita ſecundùm hanc rationem non
poteſt dici data, ſeu donata dictæ Eccleſiæ San-
cti Saluatoris. Neque nouum eſt, vnam & eandem
rem diuerſis reſpectibus conſideratam eſſe maiorem,
& minorem, ſubditam, & ſuperiorem, ſubordi-
natam, & non ſubordinatam. Vt Archidiaco-
nus, qui quantum ad iuriſdictionem eſt maior Ar-
chipresbytero, & quantum ad ordinem minor illo;
& Parochus, qui quantùm ad adminiſtrationem
Sacramentorum eſt maior Canonico, quantum verò
ad ea quæ ſpectant ad cultum diuinum, cantare in
Choro videlicet, incedere in proceſſionibus, &c.
Canonicus eſt maior Parocho. Alia exempla affert 398
Moronus in ſuis Reſponſis, *reſponſ.* 5. *num.* 9. *& ſe-*
quentibus, ex Sacræ Rotæ deciſionibus, & DD. Et
magis ad intentum de duabus Eccleſiis habentibus
ad inuicem certas maioritates, id dixit Rota in vna
Meſſanen. *præeminentiarum*, 14. Decembr. 1584.
coram Blancheto. Sic etiam fermè Gonzalez *in*
Reg. 8. *Cancellar.* §. 7. *proœm. num.* 110. ex Decio, Ti-
raquello, & Pinello. Hos autem titulos continere
Eccleſiam Sanctæ Mariæ formaliter, vel eminenter,
facilè confitebitur, qui eam *Angelicam, Apoſtolicam,*
& *primam Sedem* eſſe perſpexerit.

Vrget etiam *pag.* 13. *&* 14. verba illa Impera- 399
toris Alfonſi in dicto priuilegio dicentis, dictam
Eccleſiam Sancti Saluatoris *Barbara gentis longâ*
ſeruitute pauperrimam, penèque omnium recordatione
bonorum obliuione deletam. Ex eis inferens (quod &
alibi ſæpiùs inculcat) quod dicta Eccleſia Sancti
Saluatoris à tempore primitiuæ Eccleſiæ fuerit ere-
cta, & habuerit eum titulum *Sancti Saluatoris*, &
quod ſub poteſtate Maurorum conſtituta, ad maxi-
mam paupertatem redacta fuerit, ſuiſque bonis ſpo-
liata. Cæterùm id quod dicit de erectione eius Ec-
cleſiæ, & titulo Sancti Saluatoris à primitiuæ Eccle-
ſiæ tempore, etiamſi ſit totius diſputationis nucleus, 400
cardo controuerſiæ, & punctus difficultatis, imò &
contrarium veritati, cum Martinus Garsia author
probatiſſimus, & Eccleſiæ Sancti Saluatoris com-
menſalis, potius oppoſitum aſſerat *ſerm.* 144. dicens
de Rege, & Principibus, qui ceperant Ciuitatem:
Intrauerunt, & ceperunt Ciuitatem Cæſarauguſtæ, & 401
in Sancta Maria inuenerunt puerum cum Maria Ma-
tre eius, & prouidentes adorauerunt eum, & cum vi-
diſſent, quod Mater habebat Eccleſiam, & Filius non
habebat diuerſorium (audi lector) *conſecrata fuit Meſ-* 402
quita maior in Eccleſiam Filij, & nunc à die illa di-
citur Eccleſia Sancti Saluatoris; nullo tamen modo
ab hoc Authore probatur, nec probari poteſt. An-
tiqua enim non probantur, niſi per famam, libros,
vel hiſtorias antiquas, litteras ſcriptas, ſeu inſculp-
tas in lapidibus, coniecturas, indicia, ſeu præſump-
tiones, aut ſimilia, vt latè ex iuribus, & Doctoribus
affert Maſcardus *de probationibus, volum.* 1. *con-*
cluſ. 105. *&* 107. Nihil autem iſtorum in præſen-
ti affertur, aut afferri poteſt, ſed ſolùm quorumdam
modernorum teſtimonia, & non magnæ authoritatis,
quia quidam ipſorum ſunt partes intereſſatæ, & alij
nec grauiores, nec vetuſtiores Garzia relato. Ver-
ba etiam illa *pauperrimam*, & *deletam*, provt Ma-
giſtralis illa Rota *n.* 95. inquit, referuntur ad Eccle-
ſiam Cathedralem Cæſarauguſtanam, conſideratam
in abſtracto, ideſt provt abſtrahebat ab hoc, vel illo
loco, in quo ſita erat Cathedralitas, non verò in
quantum adhærebat Eccleſia S. Saluatoris. Etſi enim
in eo priuilegio nominetur hæc Eccleſia *Sancti*
Saluatoris, eſt quaſi per accidens, materialiter, & cau-
ſâ exempli, quia illo tempore ad illam erat translata
(per modum communicationis, & vnionis) dicta
Cathedralitas. Quod ipſe etiam Arroegus intelle- 403
xiſſe videtur, cùm verba illa huius Regij priui-
legij Cæſarauguſtanam Eccleſiam Sancti Saluato-
ris, ſic vertit Hiſpanicè: *La Igleſia de Zaragoza,*
llamada de San Saluador, ac ſi diceret *Eccleſiam Cæ-*
ſarauguſtanam, hoc tempore vocatam *Sancti Saluato-*
ris. Hæc porrò omnia veluti gratis dicta cenſeantur,
cùm præfatum reſcriptum authenticum non ſit, iux-
ta dicta.

404 Opponit præterea *pagina 16. & ſequentibus*, quod aliqui Summi Pontifices confirmauerunt donationes ſuprà relatas, dicentes etiam, Eccleſiam S. Saluatoris ritè, & canonicè poſſidere Eccleſiam Sanctæ Mariæ. Sed neque hoc eſt momenti, non
405 ſolùm quia iſtorum Pontificum Bullæ (omnes ſaltem) non oſtenduntur: & eſto quod omnes oſtendantur, nihilo plus valent quam ipſæ donationes. Quia confirmatio Papalis, ſi eſt in forma communi, cùm ſolùm ſit *iuris quæſiti corroboratio*, non dat
406 maius ius. Si autem eſt ex *motu proprio*, aut *certa ſcientia*, tametſi habeat vim nouæ conceſſionis, dum conſtat Papam habuiſſe plenam notitiam, ſine illa tamen caret hoc effectu. Barboſa *de clauſulis, clauſula 59. num. 19. & 20.* ex iuribus, Doctoribus & Sacræ Rotæ deciſionibus. Et quia confirmatio ſemper extenditur ad valida, & licita. Surd. *conſil. 47. num. 19.* Tuſchus *concluſ. 340. num. 42.* Rota *deciſ. 780. n. 6. part. prima diuerſorum.* Cunctis his criticis implicatur hoc obiectum. Ac tandem, illis omnibus ſuperatis, animaduertenda dicta in ſuperioribus de Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæ cùm
407 ſit *Angelica*, *Apoſtolica*, & *Primaria*, propter ſui eminentiam formaliter, vel eminenter continet plures rationes diuerſas, propter quarum aliquas ſubdi potuerit Eccleſiæ Sancti Saluatoris, eſto quoad alias ſit vna, & eadem cum ipſa, & antiquior, vt dixi.

408 Inſuper *pagina 27. & ſequentibus* obiectat, quod in quadam ſententia alterius Regis Alphonſi de anno 1569. præcipitur, vt omnes decimæ, & primitiæ totius Epiſcopatus ſoluantur Eccleſiæ Sancti Saluatoris: confirmantur etiam prædeceſ-
409 ſorum donationes eidem Eccleſiæ factæ. Hæc tamen etiam inefficacia ſunt ad intentum; nam quod attinet ad hoc vltimum, de confirmatione donationum, cùm confirmatio habeat rationem cauſæ acceſſoriæ, ac per conſequens ſequatur naturam principalis, cui adiungitur, iuxta commune illud *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis*, quod deſumitur *ex l. etiam, C. de iure dotium*, & ea regula *Acceſſorium, de regulis Iuris in 6.* tantùm valebit hæc confirmatio, quantùm valeant donationes confirmatæ, de quibus ſuprà. Quod verò ſpectat ad conceſſionem Decimarum, & primitiarum, ex contextu ipſius ſententiæ conſtat, illam litem non fuiſſe inter Eccleſiam de Pilari, & Sancti Saluatoris; ſed ſolùm inter Epiſcopum Cæſarauguſtanum, & Parochianos eiuſdem Epiſcopatus; illos ergo tantummodò tangit, non autem Eccleſiam de Pilari, quæ nec nominatur, nec propter ſui excellentiam comprehendi poteſt ſub hac vniuerſalitate, vt tactum eſt ſuperiùs: nec erat neceſſarium, quod expreſsè excluderetur, cùm contra illam lis mota non eſſet, nec ipſa audita in iudicio. Hæc autem omnia ea obſeruantia in contrarium, ſententiis, & deciſionibus poſterioribus ſatis ſuadentur.

410 Ponderat etiam *à pag. 33.* quod Alphonſus Rex Aragonum conceſſerit caput ſancti Valerij Epiſcopo Eccleſiæ ſancti Saluatoris, inquiens: *Vt illud ad honorem Dei, & Eccleſia Cæſarauguſtana, quæ caput totius noſtri Regni eſt, & cui paſtoraliter, & corporaliter olim præfuit, ſpiritualiter quoque præeſſet.* Inde inferens, Sanctum Valerium reſediſſe in Eccleſia
411 Sancti Saluatoris. Sed nihil minus ſequitur ex prædictis verbis. Quod enim Eccleſia Cæſarauguſtana ſit *Caput totius Regni* Aragoniæ, non controuertitur, nec quod Sanctus Valerius *paſtoraliter, & corporaliter olim* illi præfuerit: ſed non in Eccleſia Sancti Saluatoris, quæ tempore Sancti Valerij non erat in rerum natura; ſed in Eccleſia Sanctæ Mariæ, vt dictum eſt *ſuprà n. 65.* Quia tamen Cathedralitas illius tranſlata erat ad Eccleſiam Sancti Saluatoris (modo nempe in ſuperioribus dicto) ideo verba illa non referuntur, niſi ad Eccleſiam Cæſarauguſtanam in abſtracto ſumptam, vt dictum eſt *num. 402.* & dicit Rota ſæpius nominata, §. 114.

Pro quorum luce, & clariori intelligentia eorum 412
quæ dicta ſunt, ac vt ſatisfieri poſſit multis, quæ author relatus opponit, animaduertenda primò vulgaris illa regula vtriuſque iuris, *Qui ſuccedit in ius alterius, iure eius vti debet, l. ſi aquæductus, ff. de contrahenda emption. l. qui in ius 177. ff. de regulis iuris, cap. Eleuterius, 18. quæſt. 2. cap. cum electi, de foro competenti, regul. is qui in ius 47. de Regulis iuris in 6.* Gonxalex *ſuprà, regul. 8. Cancellar. gloſſ. 15. §. 1. num. 79. & gloſſ. 24. num. 214.* Secundò expenden- 413
dum celebre illud iuris axioma, *ſubrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur, l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caut. l. 1. §. hac actio, ff. ſi quis teſtament. liber, l. filia, §. Titia, ff. de condit. & demonſtrat. l. vnica, §. 1. C. de rei vxor. act.* Doctores ibidem, & alibi. Eſt namque huiuſmodi axioma quædam regula Magiſtralis, vt ait Ancharanus *conſil. 421.* & ex eo Barboſa in Axiomat. *axiom. 213.* Imò adeo latè, & vniuerſaliter explicanda, vt eâ denotetur, quod ſubrogatus ſapit naturam illius in cuius locum ſubrogatur, cum omnibus ſuis qualitatibus primordialibus, & accidentalibus, prout ea eiſdem iuribus ac ex Socino, Gomeſio, Tiraquello, & aliis ſubinfert Gonxalez *ſaper 8. Regul. Cancel. gloſſa 5. §. 9. num. 99.* Animaduertendum tertiò, quod nomen *Eccleſia*, quandoque ſumitur pro Eccleſia *materiali*, ſcilicet Templo, aut Domo Deo dicatis: quandoque verò 414
pro Eccleſia *formali*, ſcilicet collectione fidelium, prout habetur *ex cap. Eccleſia, de conſecrat. diſt. 1.* Archidiacono *in princip. de election. in 6.* Iaſone *in l. 1. C. de Sacroſanctis Eccleſiis.* Villar. *in Annotationibus ad ſententiam Curiæ Iuſtit. Aragon.* de anno 1605. Rota Magiſtralis crebriùs relata, *n. 110.* & aliis.

Ex his autem infertur, non ſolùm quod no- 415
men *Eccleſia* in conceſſione illa Regis Alphonſi poſſit, & debeat intelligi de Eccleſia *formaliter* accepta, prout importat Congregationem fidelium, quæ erat in Inclyta Cæſarauguſtana Vrbe; ſed etiam, quod eſto quod ſtrictè intelligatur de Eccleſia *materialiter*, ſcilicet de Eccleſia Sancti Saluatoris, optimè illi quadrent verba relata, ex eo, quod cùm Cathedralitas Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ, quæ à tempore primitiuæ Eccleſiæ erat in Eccleſia Sanctæ Mariæ, tranſlata poſtea fuiſſet (modo ſæpiùs expoſito) ad dictam Eccleſiam Sancti Saluatoris, hæc Eccleſia Sancti Saluatoris non ſolùm eſt veluti *vna* cum Eccleſia S. Mariæ, vt ſæpiùs inculcatum eſt in præcedentibus, ſed etiam, eſto quod diuerſa ſit, ſuccedit tamen in iure ipſius, & eſt veluti ſubrogatum quoddam eiuſdem, & ita iuribus illius vti poteſt, & naturam ipſius, quantùm ad Cathedralitatem ſapere. Quia ergo Sanctus Valerius in Eccleſia Sanctæ Mariæ, veluti in Cathedrali ſingulari, & vnica, quæ eo tempore erat, ſuam Sedem habuit, iuxta dicta in præcedentibus *num. 66.* & Rota illa Ma- 416
giſtralis *numero 50.* & ſequentibus latè conuincit: ideo propriè dici poteſt, Sanctum Valerium reſediſſe in Eccleſia Sancti Saluatoris, non quidem *materialiter* ſumpta, vt eſt Eccleſia Sancti Saluatoris, ſed *formaliter*, vt eſt Eccleſia Cathedralis vnà cum alia ſuccedens in iura ipſius, & ipſi ſubrogata.

Ex his ergo, & aliis in ſuperioribus adductis, rectè, 417
& reſpectiuè applicatis, eneruantur innumera fermè probi huius authoris obiecta. Illud videlicet, quod
affert

affert *pag.* 37. & 47. de Breuiario Cæſarauguſtano, & *pagina* 40. de concordia quadam inita inter Petrum Epiſcopum Cæſarauguſtanum, & Michaelem Tiraſonenſem: & *pagina* 42. de donatione Arnaldi Epiſcopi, & *pagina* 43. de vnione quarundam Eccleſiarum: & *pagina* 45. de priuilegio Regis Martini: & *pagina* 49. de verbis Hieronymi Zuritæ Hiſtorici: & *pagina* 161. & 362. de quibuſdam inſcriptionibus, in quibus dicitur, quod Sanctus Valerius fuerit Epiſcopus Eccleſiæ Cæſarangoſtanæ, & Sanctus Vincentius Archidiaconus: & *pagina* 175. *& ſequentibus*, de verbis in Breuiariis aliquibus repertis: & *pagina* 188. de verbis cuiuſdam Synodi. Ac ſimilia multa.

418 Plurima etiam accumulat de excellentiis, prærogatiuis, priuilegiis, facultatibus conceſſis Eccleſiæ Sancti Saluatoris circa decimas, proceſſiones, cadáuerum ſepulturas, præcedentias, & ſimilia, quæ pa-
419 rum vegent, ſi animaduertatur, plura ex iis emanaſſe à parte ipſa Capituli Eccleſiæ Sancti Saluatoris, vel membris ipſius, quæ propterea nullum præiudicium parti Eccleſiæ Sanctæ Mariæ afferre poſſunt, cùm certi, & aperti iuris ſit, quod teſtis in cauſa propria inutilis eſt, *l. nullus, ff. de teſt. bus, leg. omnibus, C. eodem, cap. inſuper, eodem titulo*, & ibi Docto-
420 res. Et cauſa propria eſt, in qua quis intereſſe, aut commodum aliquod habet, *l. 1. §. in propria cauſa, ff. quando appelland. ſit.* Adeo quod talis teſtis audiri non debeat. Baldus *dicta l. omnibus, C. de teſtibus.* Deinde, eſto non emanauerint ab ipſa parte Capituli Sancti Saluatoris, cùm tamen curſu temporis mutata ſint per decreta, concordias, & ſententias, ma-
421 ximè Rotales poſteriores, de anno videlicet 1630. & ſequentium annorum, nihil valent, iuxta textum *in l. certa, §. deficientium, ff. de excuſat. tut.* Bartol. *in leg. cura, §. 1. ff. de munerib. & oner.* & ex iis, ac aliis Maſcard. *de probationibus, volum.* 1.
422 *concluſ.* 33. *numero* 42. Præſertim, quia vltima derogant primis, Signorolus *conſil.* 87. *num.* 7. & 8. Tuſchus *concluſ.* 36. *numero* 112. Barboſa *in Axiomat. axiom.* 197. *num.* 26. Et poſteriora derogant prioribus, *l. ſed & poſteriores, ff. de legibus, leg. cùm in plures, §. locator horrei, ff. de legibus, l. 1. in fin. ff. de ſtipul. ſeruorum*, & aliis iuribus, & Doctoribus ibidem, ſpecialiter Alexand. *conſil.* 121. *lib.* 4. Anchatan. *conſil.* 208. *num.* 15. Rota *quarta pars, recentior. deciſ.* 593. *num.* 2. Caſu verò, quod hæc omnia ſubſiſterent, & apertè dictæ Eccleſiæ Sancti Saluatoris competere debere conuincerent, adhuc ex illis non concluditur intentum, cùm pars Eccleſiæ Sanctæ Mariæ non prætendat Cathedralitatem *priuatiuè* ad dictam Eccleſiam Sancti Saluatoris, ſed *cumulatiuè*, & coniunctim cum ipſa: quia ipſa
423 ſemper fuit Cathedralis, & nunquam Cathedralitatem, & iura ipſius amiſit. Nec iſta prætendit malo illo iure, quo meretrix illa 3. Reg. 3. dicebat: *Nec mihi, nec tibi ſit, ſed diuidatur.* Sed bono illo fraternæ charitatis, quo *Sapient.* 7. dicitur: *Sine fictione didici, & ſine inuidia communico.*

424 Reiicit etiam ſæpiùs vt apocryphos, & ſuſpectos, vel ſaltem vitiatos, & corruptos, libros Aymonis, ſeu Aymonij Monachi, Flauij Lucij Dextri, Helecæ, Taionis, Luitprandi, ſeu Eutrandi, ac Iuliani Perez. Verumtamen iſtorum Scriptorum authoritas (humana videlicet) ſufficienter ex dictis, quando de ipſis fuit ſermo, firmata manet. Eo etiam quod eorum vetuſtas veneranda ſit, iuxta illud Sapientis, *Senectus venerabilis eſt.* Et illud Macrobij *lib. 3. Saturn. Vetuſtas* (ſi ſemper ſapimus) *adoranda eſt.* Et quod antiquitas ſit Catholicorum nota,
425 colligitur ex D. Epiphanio *hæreſ.* 75. Catholici enim ibi appellabantur *Antiquarij* ab Aetio Anomæorum patente. De quo plura omnigenâ, vt ſolet, litteraturâ Theophilus Raynaudus *in tract. de bonis, & malis libris, part. 1. erothem.* 20. Repetam etiam quod alibi dixi. Si propter vnum, aut alterum ſcrupulum, næuum, ſeu mendum in his Authoribus repertum, ipſorum fides vacillat, & authoritas deſpicienda eſt, pari certè licentia, veteribus omnibus Patribus, Doctoribus, & Scriptoribus ſimilis nota inurenda erit, & fides deneganda. Eadem enim ratio ſubeſt in priſcis Authoribus omnibus, quorum ſcripta non niſi poſt longum tempus publici iuris facta fuerunt. Miror etiam prudentem Scriptorem Hiſpanicæ gloriæ inuidum apparere velle, dum præfatos Authores, Dextrum maximè, Maximum, Luitprandum, & Iulianum, qui Hiſpanicarum rerum, infidelium malignitate abditarum, diligentiſſimi ſcrutatores extiterunt, obſcurare nititur. Cùm tamen conſultius illi eſſet pro parte quam tueri conatur, antiquum aliquem Scriptorem afferre (quod non facit) quàm quæ contraria pro ſe ex antiquioribus profert, deiicere. *Firmius enim* (vt ait D. Auguſtin. 2. *de Ciuitat. cap. 4.*) *probant vetera quàm noua.*

Reiicit præterea hic Author nonnullos moder- 426
nos, qui pro Cathedralitate Eccleſiæ Sanctæ Mariæ piè ſcripſere. Quorum defenſionem non ſuſcipio, quia ipſi, vel alij pro ipſis abundè occurrere huius authoris obiectis poſſunt. Acriter etiam carpit, pagina præſertim 447. & ſequentibus, quendam Cæſarauguſtanum, qui plura etiam piè, & accuratè ſcripſit pro Eccleſia Sanctæ Mariæ de Pilari, eiuſque Cathedralitate, eo videlicet, quòd ignobili arti piſtoriæ ex officio vacauerit. Cæterum, omiſſo an 427
talis ars vilitatem inducat, & eo pro nunc admiſſo, quamuis ipſe animi ingenuitatem, & ſtudioſitatem in ſuis ſcriptis præſeferat, vt præterea eum aliquoties, etſi non proprio nomine, ſed *authoris moderni*, vel *recentioris Cæſarauguſtani* citauerim; certè cùm ex plurium DD. ſententia, quos ſequitur Farinacius *in praxi, quæſt.* 57. *num.* 61. & 71. vilitas à teſtificando neminem repellat, neſcio cur quis à ſcribendo, & ſuam ſententiam ex congruis, & probabilibus fundamentis, aliorumque ſcriptis confirmando, eum repellere poſſit. Præſertim cùm *Perſona honorata* ab hoc Authore vocetur, & generalis regula ſit, quod in omni caſu honeſtas perſonæ ſpectanda ſit, *leg. ſed etſi vnius, §. interdum, ff. de iniur. §. fin. Inſtit. de ſuſpect. tut. l. ſuſpectum tutorem, ff. eodem, leg. humilem, C. de inceſt. nupt.* Farinac *ſupra, num.* 76. Ergo in hiſtoria *Veritas obſeruetur* (Cicero *in 1. de legibus*) Authoris nobilitas commendetur, non deſideretur.

Sæpiùs etiam video, maximè toto *cap.* 21. quod 428
Sacræ Rotæ Romanæ deciſionem de anno 1630. ſuper quam veluti ſuper firmiſſimam baſim hanc meam lucubrationem erigendam decreui, deiicere, impugnare, & tacitè ſaltem contemnere videatur. Cùm tamen Rota Romana veluti ſplendor Vrbis, & Orbis, totam mundi machinam illuminet, vt
dixit Theſaurus *in proœm. deciſ. Pedemont. num.* 32. 429
& ipſius cenſuræ Imperatores, ac Reges ſe libenter ſupponant, vt Quintilianus Mandoſius *in prax. commiſſ. formul.* 14. ait: ipſi etiam Romani Pontifices eius iudicio vti non dedignentur, vt aſſerit Præpoſ. *in can. multis, poſt princip.* 17. *diſtinct.* Imò & olim ad ipſius relationem iudicabant, vt inquit Speculator *in titul. de Auditor. num.* 3. ac ex eius prudentiſſimis reſponſis Decretales Epiſtolæ, quibus conflatum eſt Ius canonum, prodierint, vt aſſerit Veſte. *in prax. lib. 1. cap. 17. n.* 2. Ex quo prouenit, quod eadem loquente, cuncti reuerenter ſileant, non ſecus ac Gentiles Oraculo Delphico audito

ſilebant, vt inquit Mandoſius *de Monitorialib.q.27. numero 6.* & ab ea recedere nefas quodammodo videatur, teſtante Marc. Anton. Marſil. *in tract. de redditib. Eccleſiaſt. cap.36. num.8.* Quæ omnia eo magis procedunt in hac Deciſione de anno 1630. cùm ea in aliis poſterioribus confirmata, & à Ponente doctiſſimo, grauiſſimo, & vitæ integritate in hac Alma Vrbe inſigni (talem eum agnoui) & eiuſdem Tribunalis Decano, ſtudioſiſſimè elaborata, & publicata ſit, non ad partis contrariæ ſubreptitiam ſuggeſtionem, vt author, cuius obiectis nunc occurritur, ſuſpicatur.

430 Sed propterea valde mirandum, quod author iſte, pius aliàs, & deuotus erga Sacra, & Eccleſiaſtica Tribunalia, nihilominus *eo cap.21. pagina 635.* potuerit Sacram Rotam in deciſione illa relata de anno 1630. notare, quòd *depranauerit, & truncauerit* teſtimonium quoddam Zuritæ *in Indicibus, fol.13.* quod eadem Rota affert *n.109.* & ego retuli ſuprà *n.124. & 314.* Etſi enim verum ſit, quod illi teſtimonio Zuritæ deficiant iſta verba *Atque inde ampliſſimos*, quæ interponi debebant poſt illa, *Domicilium prabuit*, & ante illa, *Ei maximos honores*; ſed hic defectus, neque eſt depranatio, aut truncatio dicti teſtimonij, cùm ipſius legitimum ſenſum nullatenus variet, aut immutet, ſed adhuc eo poſito, eundum ſenſum retineat; ita vt propterea, etiam à conſilio, omitti poſſent verba illa, ſicut generaliter etiam viri doctiſſimi in teſtimoniis, quæ aliorum referunt, prætermittere ſolent aliqua, quæ ad rem, de qua agitur, nihil faciunt. Caſu etiam, quo illa verba, quæ deſunt, ad rem facerent, cum ipſorum defectus tribui poſſit ſcriptori, ſeu typographo, prout non raro contingit, etiam in Summorum Pontificum Diplomatibus, malè refunditur in Sacram Rotam, quaſi ipſa à conſilio, & ex arte illum commiſerit, vt ſuam intentionem fundaret. Nec iuuat hunc Authorem, quod in margine (non in corpore libri) dicit, videlicet, non Sacram Rotam, ſed partem contrariam feciſſe hanc truncationem, cùm imprimebatur ea Deciſio. Nam præterquam quod hoc eſt imponere crimen falſi parti Eccleſiæ S. Mariæ colliti ganti, quæ eſt grauiſſima, & venerabilis; vlteriùs ſuſpicio corruit ex eo quod, vt ex ſtylo Curiæ conſtat, Rotæ deciſiones nunquam prima vice typis dantur niſi ſubſcriptæ ab Auditore Ponente: pars ergo colliti gans non potuit illum defectum committere.

Sed quia Author, cum quo modò diſſeritur, nimis acriter contendit dictionem illam *Inde*, teſtimonij Zuritæ, ſolùm ſignificare, quod Hiſpanè dicitur *deſde entonzes*, ideſt, *ex tunc*, ſeu *ex illo tempore*, quaſi illà denotetur, quod à tempore, quo Saraceni Cæſarauguſtam obtinebant, & non antea, nec poſt, Epiſcopi Cæſarauguſtani in Eccleſia Sanctæ Mariæ ſuam Sedem haberent, & Chriſtiani ibi aſſiſterent, &c. Ideo ipſi objiciendum, quod etſi verum ſit inter quamplures eius dictionis ſignificationes, de quibus Theſaurus linguæ Latinæ, Calepinus, & alij, hæc etiam numeretur; nihilominus familiariſſima, ac vulgatiſſima ipſius ſignificatio eſt, vt ſumatur *illatiuè*. & *cauſatiuè*, ſicut & dictio *proinde*, quæ etiam ſumitur pro *vel igitur*, vt *in l. pronunciatur, & l. vrbana prædia, ff. de verborum ſignificationibus*. Sic communiter Scholaſtici dicunt, *inde ſequitur*, & eo ſenſu accipitur in Iure, præſertim *l. notionem, ff. de verborum ſignificationib. l. ſi calumnietur, ff. eodem, l. 1. ff. de pact. l. & tertium, ff de indic. & in l. item obſtetrici, ff. ad legem Aquiliam.* Ac inter prophanos authores apud Terentium *Heautont.* 1. ibi: *Inde adeo quod agrum proximè mercatus es.* Et Plinium *epiſtola 125. lib.7.* ibi: *Quod non conſueuimus abeſſe, inde eſt, quod magnam partem noctium in imagine tua vigil exigo: inde quod, &c.* Hoc quoque ſenſu optimè currit Zuritæ teſtimonium, vt legenti patebit, & ita meritò à Sacra Rota intellectum, dum ex eo elicit contra id quod author iſte contendit, Cathedralitatem Eccleſiæ S. Mariæ, *etiam ante Maurorum inundationem*, eo quòd in ipſo dicatur, eam Eccleſiā *Heleca, & Senniori, ac ſuperioribus Epiſcopis Sedem præbuiſſe. Nam cùm apud hiſtoricos non controuertatur, quin Heleca, & Sennior primi fuerint Epiſcopi ſub Maurorum tyrannide, ſequitur verbum illud*, ſuperioribus, *eſſe referendum ad Heleca, & Senioris anteceſſores, qui ſub Gothorum, Conciliumque imperio in Eccleſia Beata Maria reſiderunt.* Hæc S. Rota egregiè ſatis.

Illud verò, quod veluti pro Achille fortiſſimo 431 huic authori apparet, quomodo videlicet poſſit Eccleſia S. Mariæ *Cathedralis* nuncupari, cùm careat Epiſcopo in ea reſidente, quod denotatur hac voce *Cathedralis*, iuxta dicta ſuperiùs *capit. 1. in principio*, leuidenſe, & parui momenti æſtimari poſſe, ex dictis, & dicendis conuincitur. Et primò, retorquendo argumentum contra partem aduerſam. Si enim Eccleſiam S. Ma- 432 riæ Cathedralem ſemper fuiſſe, & eſſe, omnia quæ adduximus, vel minima etiam, ex ſententiis, Concordiis, & S. Rotæ deciſionibus, maximè eis, quæ ab anno 1630. emanarunt, mandatis, obſeruantiis, &c. manifeſtè concludunt, concludere etiam non carere Epiſcopo, qui in ea, veluti Cathedralà ſedeat. Etenim à connexis valet argumentum, vt latè probant Andr. Gammar. *in dialect. legal. lib. 2. loco 2.* & Cantiuncul. *in topic. legalib. loco 15.* Item à corre- 433 latiuis, *leg. 1. C. ne liceat potent. leg. fin. C. de indicta*, & ibi DD. quorum plures affert Barboſ. *in tract. de loc. communib. arg. iur. loc. 29.* Cathedralitas autem, & Epiſcopus in Cathedra ſedens, ſunt *connexa, & correlatiua.* Adeo vt Eccleſia Cathedralis dicatur fulgere radiis Epiſcopi, ſicut Auguſta radiis Imperatoris, *l. ſi Auguſta, ff. de legat. 2. & leg. fæmina, ff. de Senator.* Paſqualig. *in quæſtion. moral. quæſt. 79. num. 6.* Deinde ſi iuxta dicta ſuprà *cap. 3. num. 183. & 188.* erectio Eccleſiæ Sancti Saluatoris in Cathedralem non fuit per modum tranſlationis propriæ, videlicet Cathedralitatis Eccleſiæ S. Mariæ ad Eccleſiam Sancti Saluatoris, cum extinctione ſcilicet, ſeu ceſſatione ipſius in Eccleſia S. Mariæ, ſed per modum vnionis, communicationis, & extenſionis eiuſdem Cathedralitatis, ita vt vtraque Eccleſia in ratione *Cathedralis* ſint vna, & prout dixit Rota ſuperiùs relata de anno 1631. coram Coccino, efficiant *vnum corpus*; vtique rectè ſequitur eſſe ſub eodem Epiſcopo, tanquam *capite*. Quia ex toto ad partem, maximè cùm pars eſt tam 434 eſſentialis ſicut caput, benè valet argumentum, *leg. quæ de tota, ff. de rei vendic.* Euerardus *in topic. legalibus, loco* 80. Cantiuncul. *in ſimili tract. loc. 5.* Præterea, ſi iuxta dicta etiam *ſuprà c. 5. n. 360.* ex triplici modo, quo vna Eccleſia poteſt alteri vniri, hæ duæ vnitæ ſunt tertio illo modo, ſcilicet cum reſeruatione propriorum iurium, priuilegiorum, & exemptionum, non ergo amiſit Eccleſia S. Mariæ ius quod habebat antea habendi Epiſcopum, ſcilicet Cæſarauguſtanum.

Vnde tandem dicendum, Eccleſiam S. Mariæ 435 Maioris Cæſarauguſtanæ frui eodem capite, & Epiſcopo, ac Eccleſiam Metropolitanam Sancti Saluatoris, ita vt Archiepiſcopi Cæſarauguſtani, vtriuſque Eccleſiæ Epiſcopi dici poſſint, & debeant, prout colligitur ex dictis in ſuperioribus de vnitate vtriuſ-

quæ

que Eccleſiæ in ratione Cathedralitatis, ex concordiis, quæ inter ipſas ſunt, ac ex mutuo concurſu ad functiones Epiſcopales, etiam in Eccleſia Sanctæ Mariæ. Nec mirum, aut ſingulare eſt, ſub vno Epiſcopo eſſe plures Cathedrales Eccleſias. Nam præterquam quod id eſſet in Eccleſiæ infantia, quando D. Petrus iuxta Flaminum, &
436 Archiflaminum Ethnicorum diſtinctionem varias Diœceſes diuiſit, *cap. in illis, 8. diſt. & can. 1. 99. diſtinct.* & ceptesſè ideo tempore contigiſſe ait Antonius Fuertes *in Hiſt. del Pilar, cap. 8.* vſque ad tempus vltimi Concilij Africani: id etiam contigit ſæpiùs in nouiſſimis temporibus, præcipuè inter alios apud Tuſchum *tom. 3. concluſ.* 298. in Eccleſia Cathedrali Regienſi, & alia Eccleſia Sancti Proſperi, quæ etiam eſt Cathedralis, & vtraque ſub vno Epiſcopo. Deinde apud Gunzalea *in* 8. *Regul. Cancellar. gloſſ. 5. §. 7. num.* 29. & 32. in Eccleſiis Viterbienſi, & Tuſculana, ac in Hiſpania in Eccleſiis Calaguritana, & Caleiatenſi. Item, vt audio, etiam in Hiſpania in Eccleſiis Iaenſi, & Biacenſi;
437 Gabriel etiam Pennotus *in ſua hiſtor. tripartit. lib. 2. cap. 30. fol. mihi* 337. dicens, Cathedram Cæſarauguſtanam extitiſſe in Eccleſia Sanctæ Mariæ del Pilar, non ſolùm ante recuperationem Cæſarauguſtæ, verùm etiam poſt illam, erectâ etiam Eccleſiâ Sancti Saluatoris in Cathedralem. Subiungit ad intentum: *Quod in aliis etiam Vrbibus factum legimus. Nam Mediolani duplex eodem prorſus tempore Cathedralis olim extitit, Sancti Ambroſij, & Sanctæ Theclæ; & Bergami duplex etiam Cathedralis, Sancti Alexandri, & Sancti Vincentij.* Præterea, Antonius Fuertes ſuprà relatus idem aſſerit de Eccleſiis Pampilonenſi, & Sanctæ Mariæ in Hiſpania, & Regno Nauarræ. Vbi etiam addit, idem contigiſſe in Eccleſiis Sanctæ Mariæ del Pilar, & Sancti Saluatoris Cæſarauguſtæ. En iam, quomodo largâ manu parti aduerſæ conceditur ratione, & exemplis, qua-
438 liter Eccleſia Sanctæ Mariæ del Pilar ius habeat Cathedralitatis, & ſub Epiſcopo Cæſarauguſtano, ſicut illud habet Eccleſia Sancti Saluatoris: ac proinde quod cùm Rota illa inſignis de anno 1630. coram Coccino, dum *n.* 19. dicit, quod *duæ Cathedrales in eadem Ciuitate non dentur*, intelligi debet, vt eadem Rota ſe explicat, *tanquam duo capita æquè principalia*, vel de duabus Cathedralibus Metropolitanis, aut Diœceſanis, aut de duabus Cathedralibus non vnitis, aut coniunctis, ſed cũ duobus Epiſcopis, quo ſenſu loquitur Rota alia ibi citata.
439 Nec incongruè docti quidam præſenti obiecto occurrunt; aſſerentes, quod ratione priuilegij exemptionis à Clem. VII. conceſſi Eccleſiæ Sanctæ Mariæ del Pilar, de anno 1529. prout *cap. 3. numero* 256. notaui, eam ſibi Papa immediatè ſubiecerit cum omnibus ſuis iuribus, & ipſe ſit Epiſcopus Epiſcoporum, cliei debeat habere Epiſcopum. Eo etiam, quod per eam exemptionem ipſius iura, Cathedralitatis præſertim, non extinxit, ſed veluti ſuccedens in partem illam ſollicitudinis, quæ ad Archiepiſcopum Cæſarauguſtanum pertinere
440 poſſet, corroborat, & præſeruat. Tantò maiori vi, & authoritate, quantò Papa maior eſt eo Archiepiſcopo. Cùm certum ſit quod tantò quis dignior, & honoratior eſt, quantò ſublimiori, & digniori ſubeſt. Decreta Curiæ Iuſtit. Aragon. *litera P.* Villar *in annotat. margin. ad dicta decret. ibidem*, Menebaea *in præfat. controu. Illuſtr.* dicens, *Quantò quis ſublimiori ſubeſt, tantò honoratior.* Sed pro hoc puncto conſulendus Cenedus vir doctus, & huius Sacræ Eccleſiæ Canonicus, *in ſuis allegationibus, fol. 8. & 9.*

Aliqua præterea ad limam trahenda, emungenda, vel ſaltem modificanda, affert idem Arruegua liber relato. Primò, id quod dicit de hac Bulla Clement. VII. *pagina* 349. videlicet, ex ea conſtare, etiam ex ore proprio patris Eccleſiæ S. Mariæ de Pilari, quod ab initio ſuæ fundationis ſoli iuriſdictioni Prioris ipſius Eccleſiæ ſubiacuerit. Sed non benè, etſi enim ibi dicatur, *Eccleſia ab initio ſua miraculoſa fundationis, vt prædicitur, & illic affirmatur, prima totius Hiſpaniæ fuerit, & ſoli iuriſdictioni ipſius Prioris ſubiacuerit.* Cæterùm illud, *ab initio ſuæ fundationis*, non eſt conſtruendum cum illo, *ſoli iuriſdictioni ipſius Prioris ſubiacuerit*, ſed cum illo, *prima totius Hiſpaniæ fuerit.* Sunt enim iſtæ propoſitiones diuerſæ, & ita ab vna ad aliam non eſt illatio, iuxta vulgare illud, *A diuerſis non eſt illatio.* 441

Secundò, id quoque, quod aſſerit *c. 2. pagina* 57. & *cap. 3. pagina* 195. Eccleſiam nempe S. Mariæ erectam fuiſſe *in Regularem* à Bernardo Epiſcopo anno 1141. idque colligit ex Bulla Innocentij II. quam affert *pagina* 792. Hoc, inquam, non ſubſiſtit, nec in ea Bulla habetur, ſed ſolum, quod idem Bernardus Regularitatem ſecundum Regulã Sancti Auguſtini in ea Eccleſia inſtituerit, eo videlicet, quod cùm ſub Maurorum tyrannide antea fuerit, per aliquod tempus eam amiſerit. Nec ex inſtitutione Regularitatis infertur conſtitutio Eccleſiæ Collegiatæ, cum etiam Eccleſia Sancti Saluatoris ab eodem Bernardo circa idem tempus Regularis effecta fuerit, & non propterea dicitur aut effecta Collegialis, aut amiſiſſe Cathedralitatem, quam antea habebat. Cur ergo idem non affirmabitur de Eccleſia S. Mariæ? Præſertim, cùm certiſſimum ſit, innumeras Eccleſias in Orbe fuiſſe, & aliquas modò eſſe Cathedrales Regulares. Etenim Hoſtienſis *in cap. cauſam quæ, in princip. de iudic.* plures in Anglia fuiſſe teſtatur, & duas in Sicilia, Panormitanam ſcilicet, & Montis Regalis, quas commemorat Abbas ibidem, & ſigna Regularitatis in iis Eccleſiis refert Barboſa *de Canonic. capit. 1. num.* 11. Potuit ergo in Eccleſia Sanctæ Mariæ conſtitui ab hoc Epiſcopo Bernardo Regularitas, & perſeuerare in ipſa Cathedralitas, quam antea habebat, prout ex dictis in ſuperioribus colligitur, & in ſpecie ex Zurita Authore probatiſſimo, qui in ſuo Indice, anno 1134. ſeptem videlicet annis ante inſtitutionem dictæ Regularitatis, inquit, *Garſias Cæſarauguſtanus Epiſcopus in Eccleſia Beatæ Mariæ Conuentui Canonicorum ſæcularium præſidet.* Erat igitur tunc Eccleſia Cathedralis, ſiquidem ipſi præerat Epiſcopus, quod eſt ratio Cathedralitatis conſtitutiua, vt in ſuperioribus probatum manet. 442 443 444

Præterea tertiò, circa id quod inculcat *cap. 1. pag. 20. & 21.* ex Bullis Adriani IV. & Alexandri III. præterquam ex dictis *ſuprà numero* 396. & 397. ſufficienter euacuatum manet, vlteriùs animaduertendum, in eis non dici, quod Eccleſia Sanctæ Mariæ donatur *Eccleſiæ Sancti Saluatoris*, ſed vel *Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ*, vel *Epiſcopo Cæſarauguſtano*: quod nullatenus derogat iuri Cathedralitatis Eccleſiæ S. Mariæ. Cùm enim ea eſſet eo tempore Cathedralis *accumulatiuè* cum Eccleſia S. Saluatoris, vt probatum manet, quemadmodum Eccleſia ipſa Sancti Saluatoris poterat dici donari, aut eſſe donata Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ, ſic etiam idem dici poſſet de Eccleſia Sanctæ Mariæ. Et quemadmodum de ipſa Eccleſia Sancti Saluatoris iura dici poſſet donari Epiſcopo Cæſarauguſtano; ſic ſimiliter idem affirmari poſſet de Eccleſia 445

S. Mariæ, eo quòd vtraque eſt Sedes eiuſdem Epiſcopi Cæſarauguſtani, & ſub illo, vt dictum eſt *n.* 455.

447 Concludam tandem cum eo, quod Eccleſia de quadam Virgine, quæ ab ipſa vocatur *Columna immobilis*, canit, id applicando ad Cathedralitatem Ædis Sanctiſſimæ Virginis Dei parentis: *Tanto pondere eam fixit Spiritus Sanctus, vt Virgo Chriſti immobilis permaneret.* Cathedralitas igitur huius Sacræ Eccleſiæ veluti *Columna immobilis* (quod fuit thema huius Diſſertationis) ſemper permaneat. Et quod de Templo illo ab Argonautis olim exſtructo plures Scriptores concelebrant, quos congerit inter eos inſignis D. Ioannes Solorzanus *de iure Indiar. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 40. concinnè dicatur:

Huius, cui Maria nomen, Sanctiſſima Mater,
Agnoſcet Templum proprium ſibi rectè dicatum.

Ad Laudem Dei Patris, Filij, & Spiritus Sancti, eiuſdem Dei Genitricis, & omnium Sanctorum.

TVRRIS DAVIDICA, *ſeu de Angelicæ, Apoſtolicæ, & miraculoſæ Eccleſiæ S. Mariæ Maioris de Columna Cæſarauguſtanæ iugi, perpetua, & refirmata Cathedralitate.*

SVMMARIVM.

1 *Scopus huius Diſſertationis.*
2 *Iuſtitia comprobata in aliis anterioribus deciſionibus.*
3 *Signa Cathedralitatis.*
4 *Alia ſigna.*
4 *Antiquus ſtatus Cathedralitatis.*
Vnus Epiſcopus in vna Ciuitate duas Eccleſias vnam Cathedralitatem conſtituentes habere poteſt. ibid.
6 *Primum Corollarium de non iure Eccleſiæ S. Saluatoris.*
Secundum quod ipſi non inferatur læſio. ibid.
7 *Conſtare de re iudicata, & non de cauſis reſtitutionis.*
8 *Nucleus totius deciſionis.*
9 *Veritas, & conformitas pro eodem vſurpari poſſunt.*
Concordia ſine iuſtitia non poteſt eſſe. ibid.
10 *Eccleſia S. Mariæ fuit antiquitus Cathedralis.*
Firmatum in quadam magiſtraliſſima Rota. ibid.
Ipſius ſunt lamenta. ibid.
11 *Deciſio hæc coram Illuſtriſſ. Bichio firmata in alia coram Coccino.*
12 *Et in alia coram Vbaldo.*
13 *Permaximè in alia coram eodem Vbaldo.*
14 *Adhuc in alia coram eodem Vbaldo.*
15 *In alia ſimiliter coram Motmanno.*
16 *Comprobatur intentum de Cathedralitate.*
17 *Accuratius ruminatur ea coram Motmanno.*
Supponitur id haberi per traditionem. ibid.
Alia ad Hiſtoriam de eadem Cathedralitate. ibid.
18 *Octo deciſiones Rotæ ad intentum.*
Tranſiiſſe videtur in rem notoriam.
19 *Intentionis ſuæ fundamentum quilibet tenetur probare.*
Vnitas in Cathedralitate cum Eccleſia S. Saluatoris. ibid.
20 *Hanc vnitatem ſupponit potius quàm probat S. Rota.*
21 *Exemplum de Rectore Vniuerſitatis Louanienſis.*
Per erectionem Eccleſiæ S. Saluatoris in Cathedralem nihil derogatur Eccleſiæ Sanctæ Mariæ. ibid.
22 *Vnus Epiſcopus habere poteſt duas Eccleſias vnitas in Cathedralitate.*
Exempla varia. ibid.
23 *Id probat Exemplum Eccleſiæ Vercellenſis.*
24 *Et Eccleſiæ Aretinæ.*
Habent eundem Epiſcopum & Capitulum. ibid. n. 23. *&* 24.
Fauent valde ad intentum. ibid.
25 *Aliæ S. Rot. deciſiones.*
26 *Præſertim vna Aretina* Vnionis.
27 *Vnio Eccleſiarum Cæſarauguſtæ facta eſt æquè principaliter, & non acceſſoriè, ſed cum iuribus diſtinctis.*
28 *Non potuit aliter fieri, quàm principaliter.*
29 *Exemplis res declaratur.*
30 *Eccleſiarum Vercellenſis, & Aretinæ.*
31 *Non obſtante diuerſitate materiali ſunt in ratione Cathedralitatis vna.*
Sic & Eccleſia Cæſarauguſtana. ibid.
32 *Id probat Rota ex pluribus actibus poſſeſſoriis.*
Ex facto Epiſcoporum. ibid.
33 *Et aptantur præſenti intento.*
Id etiam colligit Rota ex antiquitate Eccleſiæ. ibid.
34 *Concludit hoc etiam præſens intentum ob vetuſtiſſimam antiquitatem.*
35 *Non obſtant actus particulares iſtarum Eccleſiarum. & n.* 36.
37 *Fauet & alia deciſio Rot. coram Archiepiſcopo Seleucienſi.*
Eſt ſcopus huius diſſertationis. ibid.
Et quia Dignitates vtriuſque Eccleſiæ ſimul concurrunt. ibid.
38 *Caſus omnino ſimilis in præſenti.*
39 *Non ſapit honeſtatem quod minor præcedat maiorem*
40 *Prior S. Mariæ ſemper præcedit Decanum, & Canonicos S. Saluatoris.*
41 *Ex hoc formatur argumentum concludens dictam vnitatem.*
42 *Altera Rot. deciſio coram Illuſtriſſ. Dunozet Decano.*
Probat intentum. ibid.
43 *Alia coram Eminentiſſ. Ottobono.*
44 *Ex eis infertur Concathedralitas, & vnitas Capituli, & n.* 45.
46 *Id probat Rota coram Archiepiſcopo Seleucienſi.*
47 *Applicatur ad præſens intentum.*
48 *Quid ſentiendum de Metropolitanatu Eccleſiæ S. Saluatoris.*
49 *Ex Bulla Ioann. XXII. id elicitur.*
50 *Vbi eſt eadem ratio eſt eadem iuris diſpoſitio.*
51 *Diſpoſita in cauſato magis procedunt in cauſante.*
52 *Exemplum de Eccleſia Sipontina, & S. Angeli in Monte Gargano.*
53 *Fundamenta pro Eccleſia S. Michaëlis.*
54 *Quomodo faueant ad intentum, & n.* 55.
56 *An dicenda vna numero Eccleſia.*
57 *Vnitas etiam ex coniecturis colligitur.*
58 *Ea adſunt in præſenti, & n.* 59.
60 *Ex duplici capite comprobatur.*

61 *De validitate.*
Interpretatio eſt facienda pro illa.

62 *Et pro actus validitate præſumitur omne, quod eſt neceſſe.*

63 *Eccleſia S. Saluatoris erecta in Cathedralem.*

64 *Quam ob cauſam.*

65 *Sententia Martini Garziæ quoad hoc.*

66 *Iuſtitia talis vnionis.*

67 *Quid ex parte Epiſcopi.*

68 *Potuit in illam conſentire.*

69 *Facta bono iure vnio.*
Conſtat ex S. Rot. octo deciſionibus. ibid.
Cauſa iuſtitiam Rota confirmat. ibid.

70 *Epiſcopus Librana pro Eccleſia Sancta Maria.*

71 *Ex litteris Papæ Gelaſij, & n. 72.*

73 *Eccleſiæ nomen antonomaſticè ſumptum pro Cathedrali ſupponit.*

74 *Aderant tunc in ea Eccleſia Clerici, ſeu Canonici.*

75 *Encomia Eccleſiæ Sanctæ Mariæ.*

76 *Eam ſolum commemorat hic Epiſcopus.*
Notabilia ſi non exprimuntur, contemnuntur. ibid.

77 *Conſtitutiones Petri Librana.*

78 *Facta antiquitus in Eccleſia S. Maria.*

79 *Ex Bulla Innocentij II.*
Titulus Epiſcopi veſtri, *quid denotet. ibid.*
Hic Epiſcopus reſedit in Eccleſia Sancta Maria. ibid.

80 *Enunciatiua plura huius Antiſtitis.*
Epiſcopi, & Canonicorum coniunctio. ibid.

81 *Eccleſia ſponſa Epiſcopi.*

82 *Nominatio prior arguit maioritatem.*

83 *Prior deſcriptus dignior.*

84 *Prior nominatio arguit dilectionem.*

85 *Verba* Authoritate Canonicorum, *quid denotent.*

86 *Vnitas probatur ex Petro de Rojas.*

87 *Ex quodam teſtamento.*

88 *Ex ſententia arbitrali Epiſcopi Sancij.*
Præeminentia conceſſa Eccleſiæ Sanctæ Mariæ. ibid.

89 *Actus iſti probant Cathedralitatem.*

90 *Et vnitatem Capituli.*

91 *Rotæ deciſio.*

92 *Cœmeterium commune idem probat.*

93 *Communitas in indiuiduis quid operetur.*

94 *Diuiſio iurium quomodo non iniuſta.*

95 *Hieronymi Gonzalez doctrina.*

96 *Non contrariatur vnitati.*

97 *Supponit illam.*

98 *Eſt coniectura illius.*

99 *Eſt probatio primaua vnitatis, & numero 100.*

101 *Quid de vſu commodioris habitationis.*

102 *Æqualis vnitas.*

103 *Diuiſio bonorum, & iurium vtriuſque Eccleſiæ ſolùm arguit diſtinctionem phyſicam, & materialem.*

104 *Eccleſia B. Mariæ retinet decimas de hæreditatibus.*
Conformiter etiam ad Canonem Eccleſiæ, *16. q. 1. ibid.*
Verbum retineat, *denotat antiquam poſſeſſionem. ibid.*

105 *Clauſula illa Parochiam limitanimus, etiam arguit vnitatem.*

106 *Item, quod dicitur de Capellanis.*

107 *Et quod dicitur de Cœmeterio.*

108 *Arbitralis ſententia Garziæ Cæſarauguſtani Archiepiſcopi.*
Vnitas in funere, & ſepultura Canonicorum. ibid.

109 *Mors omnia ſolatt.*
Mortuo exhibetur idem honor, qui viuo. ibid.

110 *Hæc ſententia arbitralis lata eſt ex compromiſſo, & proteſtatione.*

111 *Verba illius.*

112 *Compromiſſum reſtringitur ad rem promiſſam.*

113 *Laudum eſt quaſi quidam contractus.*

114 *Proteſtatio declarat, quo animo aliquid fiat.*

115 *Alia ſententia coram Archiepiſcopo Dalmay.*

116 *Æqualitas in funeralibus, & locus dignior.*

117 *Honor virtutem ſequitur.*

118 *Maioribus honoribus functi ad minores non reuocandi.*

119 *Aſcendere, non deſcendere licitum eſt.*

120 *Indicata hæc vnitas in ſententia Domini Alphonſi de Aragon.*

121 *Indicat indiuidualitatem vnius corporis Eccleſiæ.*

122 *Verba illa* in capite Chori, *quid indicant.*

123 *De Sede Prioris Sancti Saluatoris.*

124 *De clauſulis aliis huius ſententiæ.*

125 *Diuiſio præcedentem vnitatem demonſtrat.*

126 *Verba alia fauorabilia huius ſententiæ.*

127 *De prioritate in pulſandis campanis.*

128 *De Decimis, & Primitiis.*

129 *Hæc ſententia, quoad alia inualida, & reuocanda.*

130 *Quia facta ex compromiſſo.*

131 *Iuxta caput* cum tempore, *de arbitris.*

132 *Ex Canone* mutationes, *7. quæſt. 1.*

133 *Eccleſia Cathedralis non poteſt deſinere eſſe talis ſine Papæ conſenſu.*

134 *Eccleſiaſtici non ſunt domini, ſed adminiſtratores ſuorum iurium.*

135 *Nec adfuit compromiſſum circa Cathedralitatem.*

136 *Compromiſſum non valet, niſi circa compromiſſa.*

137 *Nec ſine iuris ſolemnitate.*

138 *Non adfuit in præſenti.*

139 *Qualiter conſenſit in illud Eccleſia Sanctæ Mariæ.*

140 *Clauſula ibi appoſita.*

141 *Firmatur eadem vnitas ex Rota coram Ludouiſio.*

142 *Verba illius circa celebrationem, quæ eſt dedicationis Eccleſiæ.*

143 *Vtraque Eccleſia celebrat hoc feſtum.*

144 *Alia remiſſiuè.*

145 *Concluditur intentum ex mandato Auditoris S. Rot.*

146 *Refertur ipſum mandatum.*

147 *Quoad acceſſum ad Eccl. S. Mariæ.*

148 *Ad dies Litaniarum.*

149 *Inuitare ad proceſſiones.*

150 *Quomodo ibi incedendum.*

151 *Quis ordo in ordinatione dignitatum.*

152 *Circa Cruces.*

153 *Intimata hæc, & notificata.*

154 *Præſertim obedientia, & pœna excommunicationis.*

155 *Quæ illis etiam notificata.*

156 *Eadem inculcata.*

157 *Pro diebus feſtiuis.*

158 *Pro celebratione Officiorum.*

159 *Pro Proceſſionibus.*

160 *Pro loco Crucis.*

161 *Pro dextera manu tenenda.*

162 *Pro executione iſtorum.*

163 *Hæc omnia probant Concathedralitatem, & vnitatem.*

Dictio

164 *Dictio inſimul quid denotet.*
165 *Communio, & confuſio Canonicorum valde ſanet.*
166 *Mandatum iſtud ampliatum, & declaratum poſtea.*
167 *Obligata etiam bona Capituli S. Saluatoris ad executionem.*
168 *Confirmatum poſtea ex variis S. Rot. deciſionibus.*
169 *Infertur eadem vnitas ex concurſu, tanquam vnum corpus.*
170 *Dignitates, & Canonici inferunt corpus Eccleſia.*
171 *Totum non eſt aliud quàm ſua partes.*
172 *Non graduantur Capitula, vt Capitula, ſed perſona ipſorum.*
173 *Ex declaratione Mandati.*
174 *Colligitur graduatio non Eccleſiarum, ſed perſonarum.*
175 *Concludunt intentum dua Rotales ſententia.*
176 *Prior coram D. Coccino.*
177 *Refertur illa, & num ſeqq.*
182 *Poſterior coram Cardinali Vbaldo.*
183 *Refertur, & num. ſeqq.*
187 *Intentum probatur argumento efficaci.*
188 *Eccleſia S. Maria de Pilari fuit Cathedralis à tempore ſua conditionis.*
189 *Traditione Eccleſia id conſtat.*
190 *Authoritas talis traditionis, & n. 191. & 192.*
193 *Ex Rota coram Mottmanno.*
194 *Ex parte aduerſa.*
195 *Teſtimonium partis aduerſa probat contra illam.*
196 *Extenditur hac traditio etiam ad tempus captiuitatis ſub Mauris.*
197 *Teſtimonium Zurita.*
198 *Abbatis Carrillo.*
199 *Quid ſi pro aliquo tempore id non fuiſſet.*
200 *Eccleſia iura non ceſſant, maximè propter tyrannicam inuaſionem.*
Recuperaſſet poſtea antiquum ſtatum, ibid.
201 *Proponitur dilemma.*
Si perſeuerauit Cathedralitas, habetur intentum. ibid.
202 *Colligitur ex poſſeſſione.*
Effect u poſſeſſione. ibid.
203 *Tribuit ius.*
204 *Praſumitur titulus.*
205 *Poſſeſſio praterita arguit praſentem.*
206 *Qui ſeme poſſedit, hodie praſumitur poſſidere.*
207 *Textus in cap. preterea, de tranſactione.*
208 *Ex natura poſſeſſionis antiqua.*
209 *Maximè quia hac Cathedralitas inducta videtur quaſi de iure diuino.*
210 *Quia ab Apoſtolo Chriſti Legato.*
211 *Geſta enim à Papa Legato, Papa tribuuntur.*
212 *Et quia hiſtoria de fundatione huius Eccleſia id manifeſtat.*
213 *Videtur immutabilis, ſicut & ipſum ius diuinum.*
214 *Retorquetur argumentum contra partem contrariam.*
215 *A praſenti ad prateritum, quando valeat argumentum.*
216 *An per duodecim ſacula antecedentia fuerit Cathedralitas Caſarauguſta.*
217 *Id negare iniuria eſt inclyta illi Eccleſia, & toti Hiſpania.*
218 *Si fuit talis Cathedralitas, quaritur qua in Eccleſia.*
219 *Quia qualitas non poteſt ſtare ſine ſubiecto.*
220 *Quia non entis nulla ſunt qualitates.*
221 *Et quia non entis, & non apparentis idem eſt iudicium.*
222 *Et quia non eſſe, & non probari paria ſunt.*
223 *Nec aliquid legitur in contrarium.*
224 *Hoc argumentum conuincit.*
225 *An ſit ſuſpicio, & praſumptio in contrarium.*
226 *Praſumptio ceſſat in claris.*
227 *Praſumptio cedit veritati.*
228 *Expreſſum facit ſilere tacitum.*
229 *Hac omnia faciunt ad intentum.*
230 *Eo tempore non permittebantur plures Eccleſia.*
231 *Caſu, quo permitterentur, nullum adeſt veſtigium Eccleſia S. Saluatoris, & n. 232.*
233 *Et caſu quo eſſet, Cathedralitas affixa erat ſoli Eccleſia S. Maria.*
234 *Vbi contenditur de iure Eccleſiarum, pro antiquiori ſtandum eſt.*
235 *Dici non poteſt tunc non fuiſſe Templum S. Maria.*
236 *Ex teſtimonio Zurita.*
237 *Quod magno pretio habetur à Rota, qua illud confirmat.*
238 *Probatur contrarium, & ſuccumbet hac cauſa.*
239 *Cathedralitatis effectus, & veſtigia id oſtendunt.*
240 *Ab effectu ad Cauſam valet argumentum.*
Miracula ibidem patrata Dei Genitricis interceſſione. ibid.
241 *Vnum pracipuè ſtupendum, & mirabile, & numero 242.*
243 *Miracula vera ſolum à Deo fieri poſſunt.*
244 *Hoc poſtremum eſt patentiſſimum.*
Et miracula probant, quod hac domus ſit firmiter adificata. ibid.
245 *Et quod ſit velut officina miraculorum.*
246 *Euſdem ſcientia eſt oppoſita conſiderare.*
247 *Aptiſſimè accommodant Eccleſiam Sancta Maria, qua Chryſoſtomus dixit de Eccleſia.*
248 *Eccleſia proprietas qua ſit.*
249 *Prima obiectio contra dicta in ſuperioribus, & num. 250.*
251 *Eliditur.*
252 *Secunda obiectio à quodam grauiſſime propoſita.*
253 *Etiam eliditur ex dictis in ſuperioribus.*
254 *Eccleſia S. Maria conſeruat ſtemmata Cathedralitatis.*
255 *In illa reſederunt Epiſcopi.*
256 *Vocata fuit Sedes, & Eccleſia maior.*
257 *Praeminentias habuit Cathedralis Eccleſia.*
258 *Confirmatas à Sanctio de Ahones.*
259 *Et ex concordia ſub Dalmatio.*
260 *Alia remiſſiuè.*
261 *Ex dictis c. 3. & 4.*
262 *Quomodo ſit idem Epiſcopus.*
263 *Obiectum contra vnionem.*
264 *Cum aliqua vniuntur, omnia iura cedunt ei cui vniuntur. n. 265. & 266.*
267 *Exemplis declaratur.*
268 *Beneficia quando vniantur, & n. 268.*
270 *Hoc ſolùm probant de vnione facta acceſſoriè.*
271 *Iſta vnio facta aquè principaliter, & cum reſeruatione iurium particularium.*
272 *Ex Rota in* Aretina vnionis.
Aptatur congruentiſſimè ad hoc intentum ibid.
273 *Ex Doctoribus, & n. 274.*
275 *Ex antiquioribus.*
276 *Exemplo Regnorum.*
277 *Probatur ſpecialiter.*
278 *Quarta obiectio de tempore Sedis vacantis, & num. 279.*

Omnis

280 *Omnis actus iuriſdictionis exerceri poteſt ab Eccleſia S. Maria.*
281 *Quia hac vnitas eſt in Cathedralitate, & Capitulo formaliter.*
282 *Iuriſdictio eſt communicata cumulatiuè.*
283 *Hoc enim eſt de natura Iuriſdictionis.*
284 *Etiamſi conceſſio illius habeat dictionem taxatiuam.*
285 *Non poteſt praſcribi iuriſdictio per actus iſtos.*
286 *Quia non habent vim praſcribendi contra poſſeſſionem tertij, niſi fiant cum animo illum ſpoliandi.*
287 *Non adfuit talis animus in praſenti.*
Colligitur ex concurſu. ibid.
288 *Iure non praſumitur.*
289 *Quia ſumus in claris.*
290 *In claris ceſſat praſumptio.*
291 *Et quia delictum in dubio non praſumitur.*
292 *Spoliatio alicuius Eccleſia delictum eſt.*
293 *Nec iuuare poteſt conſuetudo, quia potius eſſet corruptela.*
294 *Actus iuriſdictionis competentes Canonicis S. Saluatoris, competunt etiam Canonicis S. Maria, veluti conſociis.*
295 *Ex Rota coram Ghiſlerio.*
296 *Et alia coram Illuſtriſſ. Zarate.*
297 *Potius iuuant ad conſeruationem iurium Eccleſia S. Maria.*
298 *Diuerſitas, qua eſt in iis Eccleſiis, ſolùm eſt materialis, & quoad exercitium actuum.*
299 *Exemplum de Patronis.*
300 *De Canonicis quoad prouiſionem beneficiorum.*
Etiam in Baſilica S. Petri. ibid.
301 *An ratione euitanda diſcordia, & maioris commoditatis.*
302 *Etiamſi admittantur plures actus in Eccleſia S. Saluatoris, non praiudicant.*
303 *Quia illos obruit congeries plurium aliorum.*
304 *Scilicet acceſſus Eccleſia S. Saluatoris ad Eccleſiam Sancta Maria in cateris ſolemnibus diebus.*
Et quod Cœmeterium vtrique Eccleſia commune ſit in Eccleſia S. Maria. ibid.
305 *Sufficeret vnicus actus.*
306 *Ex Rota coram Peña.*
307 *Et quia ad praſcriptionem requiritur, quod nihil vnquam actum ſit in contrarium.*
308 *Obiectum quintum ex carentia Epiſcopi.*
309 *Eliditur.*
310 *Exemplis Eccleſiarum Vercellenſis, & Aretina.*
311 *Eſt conforme Iuri communi.*
312 *Quomodo dicatur exempta Eccleſia S. Maria.*
313 *Quid de Cathedralibus Regularibus.*
314 *Quid poſita exemptione Papa, & n. 315.*
316 *Diſtinctio Eccleſia, quatenus eſt Cathedralis, & Collegialis Regularis.*
317 *Exempla plurium Eccleſiarum.*
318 *Idem dicatur de Eccleſia S. Maria.*
Non eſt inconueniens in Iure communi. ibid.
319 *Quam ſubiectionem habeat ad Epiſcopum.*
320 *Exemptio ab Epiſcopo qualis illi conueniat.*
321 *Non quoad locum, & populum, & n. 322.*
323 *Quid poſſit Epiſcopus in ea facere.*
324 *An poſſit pro Tribunali ſedere.*
325 *An celebrare Synodos, aut Concilia.*
326 *Facere actus ad Cathedralitatem ſpectantes.*
327 *Quomodo ſit ſub iuriſdictione Epiſcopi.*
328 *Epitheta, & Encomia Eccleſia S. Saluatoris.*
329 *Non afferunt praiudicium Eccleſia Sancta Maria.*
330 *Qua ſunt communia, non ſunt propria.*
331 *Quod eſt commune mei, & alterius, non eſt propriè meum.*
332 *Communicantur priuilegia, & exemptiones.*
Priuilegium vnius ſuffragatur alteri, ibid.
333 *Ex* l. ſi communem fundum.
334 *Illa epitheta non praiudicant Eccleſia S. Maria.*
335 *Plura ſunt conceſſa illi.*
336 *Ex decretis Iuſtitia Aragonum.*
337 *Non obſt, quod Eccleſia S. Saluatoris appelletur maior Metropolitana, &c.*
338 *Tribuuntur cum aliqua ſpecialitate Eccleſia S. Saluatoris.*
339 *An obſtet quod Eccleſia S. Maria aliquando vocetur Oratorium.*
340 *Quacunque Eccleſia Oratoria vocari poſſunt.*
341 *Ex iuribus, & Doctoribus, & n. 342.*
343 *Eccleſia S. Maria ſapius vocatur Baſilica, & Eccleſia, & n. 344.*
345 *Ex hiſtoria fundationis iſtius extracta ex tabula vetuſta Eccleſia de Monteſerrato de Vrbe, & n. 346. & 347.*
348 *Pq, & probi Aragonenſes titulos honorificos ei Eccleſia tribuere debent.*
349 *Quo iure poſſit vocari Oratorium.*
350 *An idem dici poſſet de aliis inſignibus Baſilicis.*
351 *Quid de epiſtola quadam aſſerta cuiuſdam Synodi.*
352 *Ex Clemente Octauo, & n. 353.*
354 *Epiſtola non videtur authentica.*
355 *Propter defectus quos habet.*
356 *Non probatur miſſa ad Papam.*
357 *Potuit non mitti.*
358 *Hoc Concilium prouinciale ſuſpectum erat Eccleſia S. Maria.*
359 *Et non leui ſuſpicione.*
360 *Quia qui illam ſcripſiſſe dicuntur, erant partes formales Aduerſaria.*
361 *Conſtat ex Rota deciſionibus.*
362 *Fundamentum ipſius non ſubſiſtit.*
363 *Ex declaratione Clementis VIII.*
364 *Ex S. Rota.*
365 *Et quia declaratio accipi debet, vt coniuncta cum declarato.*
366 *Qui epiſtolam ſcripſerunt, non auſi ſunt negare antiquam Cathedralitatem Eccleſia S. Maria.*
367 *Eccleſia antiquitus Cathedrales modernis temporibus etiam tales ſunt.*
368 *Obiectio ſumpta ex ſcandalo.*
369 *Non obſtat.*
370 *Scandalum paſſiuum non ſemper eſt curandum.*
371 *Scandalum actiuum quando contingat.*
372 *Non adeſt in hoc puncto.*
373 *Quid ſi adeſſet apud puſillos, vel ignaros.*
374 *Ex Diuo Hieronymo, & D. Gregorio.*
375 *Maior ſcrupulus poteſt eſſe in alio puncto.*
376 *Ex S. Rota deciſione, & n. 377.*
378 *Cultus Iuſtitia ſilentium.*
379 *Litibus finis imponendus.*
380 *Litium damna, & incommoda, & num. 381. & 382.*
383 *Litigatores malè audiunt, & n. 384.*
385 *Lites ipſa ſunt flagella hominum duriſſima.*
386 *Quid ſenſerit Seneca.*
387 *Interpellatio S. Rota.*
388 *Lis iſta finita cenſeri debet.*

389 *Quia*

389 *Quia habet ſententias pro ſe.*
390 *Præſertim deſinitiuas.*
391 *Executioni mandatas.*
392 *Pars Eccleſiæ S. Mariæ ſecundum aliquem reſpe-ctum agit perſonam rei.*
393 *Et ita ſententia pro ipſa data tranſierunt in rem iudicatam.*
394 *Cùm ſit abſolutoria, imponitur per illam ſilen-tium.*
395 *Quia totum negotium perimit.*
396 *Silentium impoſitum in duabus Rotalibus ſen-tentiis.*
397 *Qualiter in priori coram Coccino.*
398 *Qualiter in poſteriori.*
399 *Ex Rota coram Illuſtriſſimo Bichio.*
400 *Finis liti impoſitus.*
401 *Quaſi per ſententiam diffinitiuam.*
402 *Res iudicata facit ius plenius, & pleniſſi-mum.*
403 *Exemplum ex Statutis Vrbis, vbi ſtatuitur, quod duæ ſententiæ faciant rem iudicatam.*
404 *Quod deſeruit ad intentum.*
405 *An poſſit dici res tranſiſſe in iudicatam.*
406 *Aut parti impoſitum ſilentium.*
407 *Ius commune ſecundam appellationem admitit.*
408 *Statutum Vrbis de quibus loquatur.*
409 *Vbi eſt eadem ratio, debet eſſe eadem diſpoſitio.*
410 *Lites non debent eſſe æternæ.*
411 *Communis opinio in iudicando eſt tenenda.*
412 *Rota Romana habet vim communis opinionis.*
423 *Ab ea non eſt recedendum, niſi ob magnam ratio-nem.*
414 *Hiſtoria de antiquiſſima fundatione Eccleſiæ S. Mariæ.*
Habita ex Eccleſia S. Mariæ de Monteſerrato de Vrbe, ibid.
415 *Quæ ibi dicantur.*
416 *Caſhedralitatem eius indicat.*
417 *Erit* Columna immobilia, *&* Turria Daui-dica.
418 *Quæ dixerit Rota Magiſtralis de anno 1630. de ipſa.*
419 *Authores quamplurimi ſigillatim à Rota rel ati, qui de hac hiſtoria loquuntur.*
420 *Annotatio ex P. Suarez circa illam.*
421 *Extat in fine Exemplaris librorum Moralium S. Gregorij Papæ.*
422 *Hoc Exemplar vnde habitum.*
423 *Tayo Epiſcopus Cæſarauguſtanus eius author.*
424 *Quoties typis edita.*
425 *Titulus eius Hiſtoriæ.*
426 *Ipſa Hiſtoria.*

IESVS MARIA.

ARGVMENTVM.

1 TVRRIS illa DAVIDICA à ſapientiſſimo Sslomone *Cantic.* 4. prædicata, quod *ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium*: ſicut Eccleſiam Catholicam indigitat, teſte Magno Gregorio, quòd ipſa ſit fortis ſicut Dauid, & quia ædificata *cum propugnaculis*, Prædicatoribus videlicet Sacris, ex qua *mille clypei pendent*, virtutes nempe, quibus ſe defendunt contra ſpiritualia nequitiæ; & *omnis armatura fortium*, quia quiſquis hoſtium cuneis fortiter reſiſtere vult, in eis exempla videt, quibus armatus ſtrenuè valet hoſtes ſuperare. Sic quoque adumbrat Cathedram Petri, ſeu Sedem Apoſtolicam, quæ eſt quaſi *Pharus Eccleſiæ*, vt ex ea nauigantes in hoc vitæ pelago, veram Eccleſiam, quæ ſuos fideles ad Deum, & felicitatem ducit, agnoſcant. Propugnacula eius, item clypei, & omnium armorum panoplia, ſunt diuinæ Scripturæ, traditiones item Apoſtolorum, & ſucceſſorum, decreta Conciliorum, Patrum teſtimonia, & exempla, conſenſus omnium ſæculorum, doctrinæ puritas, & ſtabilitas, cæteraque argumenta, quæ pro auctoritate Pontificis, & Notis Eccleſiæ aſſerunt DD. paſſim. Adumbret etiam, etſi per quandam accommodationem, Eccleſiam Cathedralem S. Mariæ Maioris Cæſarauguſtanæ in Iberia Auguſtiſſimam: ſitque & ipſa *Turris Dauidica*, ſicut & Deipara eadem, quæ in ea honorificentiſſimè colitur; cùm in Lauretanis precibus *Turris Dauidica* cognominetur. Et propugnacula ſint ſolidiſſima ea fundamenta, quibus prior Diſſertatio euicit, Cathedralem verè, ac propriè eſſe, ac eadem quoque Cathedralitatis prærogatiuâ, quâ inclyta S. Saluatoris Metropolis congaudet, ipſam gaudere. Et *mille clypei* ex ea pendentes ſint inſignes omnigenæ Litteraturæ Scriptores, qui ipſam corroborant: ac tandem *armatura fortium*, ſit Sacra, & Apoſtolica Rota Romana, quæ ſæpiùs, & conſtanter ipſam ſuis decisionibus iterum, atque iterum replicatis tuetur. Vna nouiſſima præſertim, quæ hoc anno 1655. die Lunæ 21. Iunij edita eſt coram Illuſtriſſimo Domino Bichio, eiuſdem Sacr. Rotæ prudentiâ, doctrinâ, & dexteritate egregio Auditore, ſub hoc titulo, *Cæſarauguſtana Cathedralitatis*: quæ in hac diſſertatione non tam elucidanda, cùm ipſa luciſſima ſit, quàm præ oculis omnium ponenda, vt tenebræ procul abigantur. Eo inſuper, quod Domini Rotæ Auditores ſunt *Iuris lumina, & in ſcrinio pectoris veluti repoſita habeant iura omnia.* Decius *conſ.* 218 *in princ.* Erit igitur ex hoc, quod *Columna* illa *immobilis* in priori diſſertatione propoſita, iam ingentiori mole adaucta, *Turris Dauidica*, quæ Stephano Natheu. *in inſtit. vulner. pag.* 416. teſte, non eliditur, euaſerit, ſeu deuenerit.

CAPVT I.

Cathedralitas Eccleſiæ S. Mariæ Cæſarauguſtanæ à Sacra Rota Romana nouiſſimè propugnata.

2 HÆc igitur Rotalis Deciſio §. 1. veluti pro ſcopo totius controuerſiæ, ſi quæ iam eſſe poteſt, ſtatuit Sacerrimæ huiuſmodi Eccleſiæ antiquam & primæuam Cathedralitatem à Sac. Rota coram bonæ mem. Coccino, & Vbaldo bis pronunciatam fuiſſe ſententiis de anno 1631. & 1632. ac de earum validitate non controuerti, ſic: *Beatiſſimæ Virginis de Pilari Eccleſiam exiſtentem in Ciuitate Cæſarauguſtæ, fuiſſe antiquitus Cathedralem, in eaque primitus Sedem Epiſcopalem dictæ Ciuitatis extitiſſe, bis pronunciauit Rota in ſententiis de anno 1631. à claræ memor. Coccino, anno ſequenti à Cardinali Vbaldo latis, quarum validitas non controuertitur.*

Deinde harum ſententiarum iuſtitiam comprobatam eſſe in anterioribus deciſionibus Rotæ, ex traditione tam Hiſtoricorum, quàm Scriptorum, ſic §. 5. decidit: *Iuſtitia verò comprobatur ex adductis, latiſſimè reſpondendo omnibus contrariis, &c.*

Deinde §. 3. ex aliis etiam antiquioribus Deciſionibus afferuntur hæc, quæ ſunt ſigna, & effectus talis

Digitized by Google

talis Cathedralitatis: *Antiqua Imagines agni Paſchalis, qua ſunt propria inſignia Eccleſia Cathedralis Cæſarauguſtana, & reperiuntur depicta in partibus ſuperioribus Capella maioris Eccleſia S. Maria, inciſaque in antiquiſſimo lapide ad oſtium Sacriſtia Sancta Maria de Pilari: Enunciatiua in litteris Apoſtolicis, maximè Gelaſij II. ſimul cum litteris Petri Librani Epiſcopi, ac ſententiis antiquis contenta. Iamterata celebrandi diem feſtum Dedicationis huius Eccleſia Cathedralis Conſuetudo, canonizata in deciſ.472.& 493. coram ſanctæ memor. Gregor. XV. in deciſ.616.n.5.p.1.recent.& in d. deciſ.353.n.73.p.1.*

4 Prætetea §.4. me indigniſſimo citato, alia ſigna præfatæ Cathedralitatis ſic referuntur: *Facultas exigendi Decimas in Territorio Cæſarauguſtano, mutua in ſepeliendis vtriuſque Eccleſia Canonicis oficia, indiſtincta omnium Sacramentorum, prout in Cathedrali, adminiſtratio, dignitas Capellani maioris, retentio Campana nuncupata de interdicto, prarogatiua, & praeminentia, &c. à Patre Lezana, &c.*

5 Deinde §.5. non obſtare ait, quod iſta Eccleſia fuerit aliàs à Mauris occupata: *Quia* (inquit) *illis poſtea expulſis, recuperauit antiquum ſtatum libertatis iure quaſi poſtliminy.* Et §.6. quod etiam non obſtet Eccleſiæ S. Saluatoris aduerſariæ in Cathedralem erectio: *Quia non inde ſequitur abdicatio antiqua Cathedralitatis ab Eccleſia de Pilari, quia per erectionem non praiudicatur aliis Eccleſiis.* Addens illud aureis literis notandum, quod in prima diſſertatione latè proſequuti ſumus, & in iſta proſequemur ex variis etiam fundamentis, & Rotalibus Deciſionibus: *Nec eſt nouum, quod vnus, & idem Epiſcopus in ſua Ciuitate habeat duas Eccleſias vnam Cathedralitatem conſtituentes, ob ipſarum Eccleſiarum vnionem.*

6 Ad hæc §.6. & 7. duo corollaria infert, quæ rem totam conuincunt. Primum, *quod cùm ex actis conſtet de iure Eccleſia S. Saluatoris, quod ex deciſ. 353. part.5. recent. & 177. part.6. ipſi notum erat, eaque appellationem à dictis ſententiis Rotalibus bon. mem. Mernanne commiſſam, proſequuta non fuerit ab anno 1533. nec fatalia prorogari obtinuerit, eademque ſententia ob tam longam taciturnitatem tranſierit in iudicatum, & cauſa dicatur deſerta.* Secundum, *quod ex dictis ſententiis vti iuſtis, & validis, nulla Eccleſia S. Saluatoris inferatur laſio, ſine qua non datur reſtitutio in integrum.*

7 Ac demùm veluti pro coronide huius Cathedralitatis, ait eadem Sacra Rota, *Conſtare de re iudicata, non autem de cauſis reſtitutionis in integrum, hodie deciſum fuit, informante tantùm Eccleſia de Pilari, citatis tamen pluries, ac diu expectatis Procuratoribus Eccleſia Metropolitana S. Saluatoris.* Hæc ibi.

8 Hic nucleus, ſumma, & epilogus eſt totius huius deciſionis ab Apoſtolico hoc Tribunali editæ. Quia tamen conformitas ipſius cum aliis eiuſdem Rotæ ſententiis valdè, multumque corrobotat ipſarum veritatem, quæ eſt veluti anima, & ſpiritus omnium diſpoſitionum, ideo capite ſequenti oſtendetur præfata conformitas.

CAPVT II.

Conformitas huius Deciſionis cum aliis Rotalibus veritatem Cathedralitatis Eccleſia Sancta Maria Maioris egregiè corroborat

9 VEritatem, & conformitatem quaſi pro eodem vſurpari debere, ita vt *Conformitas* ſit idem, quod *Conformis veritas*, ex conformi quoque DD. calculo elici valet. Præſertim ex Theologorum Vertice Diuo Thoma *prima part.q.16.*& eius aſſeclis, & expoſitoribus, qui banc tradunt veritatis definitionem deſumptam ex Iſac. *in lib.deſin.* Veritas eſt *adequatio*, ideſt conformitas *rei, & intellectus*. Vnde Philoſophus *in pradicam.c.de ſubſtantia, circa finem*: Eo inquit, *quod res eſt, aut non eſt, eo etiam oratio vera, vel falſa eſſe dicitur.* Vt ergo veritatem huius Sacræ deciſionis dilucidè demonſtremus, opere pretium eſt conformitatem ipſius cum aliis Rotalibus oſtendere. Vnde etiam ipſius iuſtitia elucidabitur, quia concordiam *ſine iuſtitia nullo pacto eſſe poſſe*, diſertiſſimè dixit *lib.2. de Ciuitate, cap.21.* magnus P. Auguſtinus.

Primò igitur, quoad illud, quod in prima deciſionis fronte dicitur: *Beatiſſima Virginis de Pilari Eccleſiam exiſtentem in Ciuitate Cæſarauguſta fuiſſe antiquitus Cathedralem, in eaque primitus Sedem Epiſcopalem dicta Ciuitatis extitiſſe, &c.* firmatum fuit ab eadem Sacra Rota Romana in vna magiſtraliſſima coram illuſtriſſimo Coccino, die Veneris prima Martij, anno 1630. ſub hoc titulo, *Cæſarauguſtana Cathedralitatis, p.5. recent. deciſ.353.* in cuius etiam prima fronte hæc lego: *Dubitaui, an conſtet Eccleſiam B. M. Virginis de Columna, ſeu (vt vulgò dicitur) de Pilari, fuiſſe antiquitus Cathedralem? Et Domini poſt ſusceptam pluries ſuper hoc dubio diſputationem, nempe 10. Maij 1627. 30. Aprilis 1629. & 28. Ianuarij præteriti, hodie tandem negotio maturè diſcuſſo, affirmatiuè reſponderunt.* Huius portò deciſionis iuſtitia, prout notat illa coram D. Bichio, de qua *c. præcedenti*, comprobatur reſpondendo omnibus contrariis ex deductis latiſſimè in ipſa, *à n.20. vſque ad 114.* nempe ex hiſtoria mirabilis fundationis, ſeu conſtructionis huius Eccleſiæ, Scriptoribus, & Hiſtoricis, reſidentia Epiſcoporum in ipſa tanquam in propria Sede, Breuiariis, Imagine Agni Paſchalis, ſententiis in Curiis ſæcularibus emanatis, Indulgentiis conceſſis *Eccleſia*, nomine antonomaſticè accepto, &c. prærogatiua celebrandi feſtum Dedicationis, iure exigendi decimas, campana *de interdicto* vocata, iure extrahēdi cadauera ex aliis Eccleſiis, & Sacramentorum adminiſtratione. Quæ omnia latè etiam expendi in priori diſſertatione, ferè per totam. 10

Secundò hæc eadem deciſio coram D. Bichio firmata videtur in alia coram relato Coccino de anno 1631. die Veneris 14. Februarij, ſub titulo *Cæſarauguſtana præminentiarum*, vbi *n.18.* ſic legitur: *Non obſtat aſſiſtentia Iuris communis fundata in præſenti ſtatu Cathedralitatis, quo quingentis ab hinc, & amplius annis, gaudet Eccleſia Metropolitana Sancti Saluatoris. Quia cùm iam fuerit reſolutum, conſtare Eccleſiam B. Maria fuiſſe antiquitus Cathedralem, poteſt hodie dubitari, an Eccleſia Metropolitana poſſit in hoc vti aſſiſtentia Iuris communis contra præfatam Eccleſiam B. Maria, qua videtur retinuiſſe iura antiqua Cathedralitatis, vt latè deductum fuit in deciſione coram me facta ſub die prima Martij anni præteriti.* 11

Maximè verò fulcita manet in alia coram Vbaldo die Lunæ duodecima Ianuarij 1632. ſub eodem titulo, *Cæſarauguſtana Cathedralitatis.* Cùm enim pars Eccleſiæ S. Saluatoris opponeret contra præfatam deciſionem de anno 1630. quod fuerit nulla ex defectu iuriſdictionis, Rota decernit, debere ſuſtineri, & fuiſſe validam, & in caſu dubij pro illius validitate præſumi debere. Sic enim in principio ipſius dicitur: *Dum agebatur de expedienda cauſa coram me pendente in ſecunda inſtantia per appellationem interpoſitam à ſententia Reuerendiſſ. Domini mei Decani, lata ſuper Cathedralitate Ec-* 12

cleſia B. Mariæ de Pilari: altera pars oppoſuit de nullitate dictæ ſententiæ ex defectu Iuriſdictionis. Quæ nullitas cùm ſit ex tribus, & ſententia nulla confirmari non poſſit, ideo volui ſuper illa conſulere Dominos, qui hodie reſponderunt pro validitate dictæ ſententiæ.

13 .Permaximè etiam præfata deciſio confirmata etiam fuit ab eadem Rota in alia coram eodem Vbaldo, eodem anno 1632. die Mercurij 4. Februarij, quæ eſt 91. *part. 6. recentior.* vbi probatur ipſius validitas, & dicitur: *Iterum poſui dubium, an ſententia Rotalis ſit valida. Et Domini pro validitate reſponderunt, confirmando deciſionem in hac cauſa factam 12. Ianuarij præteriti, motis rationibus tunc adductis, & aliis infrà deducendis.* Obiectis etiam contrariis, & Cathedralitatem præfatam impugnantibus ſatisfacit. Etenim primò oppoſitioni factæ à parte aduerſa, quod articulus Cathedralitatis fuerit iam in iudicium deductus coram Domino de Clericis, vigore commiſſionis emanatæ vſque de anno 1536. & ideo non potuerit Dominus Coccinus ſuper eadem Cathedralitate pronunciare vigore alterius commiſſionis, *iactationis, moleſtationis, & moleſtationum*, ſtante clauſulâ in eadem commiſſione appoſitâ, *Non tamen iudicialiter illatarum*: quæ limitat, & reſtringit iuriſdictionem ad moleſtationes extraiudicialiter illatas. Reſpondet, quod *Commiſſio antiqua directa Clerico non loquitur de Cathedralitate, ſed de præeminentiis.* Deinde alteri obiectioni de clauſula illa in antiqua commiſſione appoſita, *rebuſque aliis in actis cauſa deductis, & deducendis*: reſpondet, quod ex reuolutione proceſſus, & *inſpectione* actorum conſtat negatiua non exiſtentiæ ſcripturarum. Alia etiam obiecta proponit, quibus non tam Iudicis, quàm Aduocati, & Patroni vices gerit ſacra Rota, in fine concludens, *ex cuius fundamentis, & aliis ſupradictis clarè conſtat de validitate dictæ ſententiæ, quæ etiam in dubio eſſet confirmanda.*

14 Nec his contentum idem Sacrum Tribunal Rotæ coram eodem Vbaldo die Veneris 13. Februarij 1632. in alia deciſione ſub hoc titulo, *Cæſarauguſtana Cathedralitatis*, in eadem *ſexta part. recentior. deciſ.* 102. omnia dicta in præcedentibus deciſionibus confirmat his verbis: *In relationibus cauſarum feci verbum in Rota ſuper expeditione iſtius cauſæ, quæ coram me pendet in ſecunda inſtantia. Et Domini ordinarunt, vt expediretur. Quia de iuſtitia ſententiæ D. mei Decani, de cuius confirmatione agitur, apparet ex deciſione coram eo facta ſub die 1. Martij 1630. Et de illius validitate apparet ex duabus deciſionibus factis coram me ſub die 12. Ianuarij, & 4. Februarij præſentis anni.*

15 Adhuc tamen præfata fundamentalis, & magiſtralis deciſio Rotæ coram Coccino de anno 1630. roboratur ex aliis coram Motmanno, vna quidem pro anno 1632. quæ eſt deciſio 142. *in ead. 6. part. recentior.* & alia de anno 1633. *in ead. 6. part. deciſ.* 177. quas refero in priori diſſertatione *n.* 275.

16 & 276. & tam concludenter comprobant huius capitis intentum de Cathedralitate præfatæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, vt vix aliqua cauſa in Sacræ Rotæ Tribunali magis, aut copioſiùs deciſa inueniri poſſit, & mirabile omninò ſit, quod contraria pars, reclamante Sacra Rota, iam audiri queat.

17 Sed accuratiùs ruminanda hæc coram Motmanno deciſio 177. de anno 1633. ſuppeditat namque quamplura pro intento Cathedralitatis, quæ inueſtigatur, eam mirificè iuuantia. Primum id quod ait eadem Rota *in principio*. Videlicet, *cùm pro parte Capituli Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ peteretur remiſſoria ſuper articulis continentibus actus, geſta, priuilegia, conceſſiones, enunciatiuas, ritus, & cæremonias, denotantia illius maioritatem, & prærogatiuam, die 21. Iunij ſuperioris anni propoſito dubio, an ſuper huiuſmodi articulis danda eſſet remiſſoria, rationibus tunc deductis, negatiuè reſponderunt.* Adeo enim *Turris* noſtra *Dauidica* Cathedralitatis Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, clypeis, propugnaculis, omnigenaque panopliâ munita, & roborata viſa Dominis fuit, vt ſuperfluum cenſerent aduerſam partem iterum circa hoc audire. Forſan quia pro re notoriè comperta tunc cenſebatur, cùm notorij appellatione veniat, quod *ex actis iudicij conſtat*, ſecundùm Tiraquellum *de retract. lignag.* §. 36. *gloſ.* 2. *n.* 44. Menochium *remed.* 1. *recuper. n.* 232. *& de arbitr. caſ.* 166. *num.* 6. *& conſ.* 100. *num.* 6. Subdit proinde noſtra coram Motmanno Rota *n.* 4. quod *fuit hodie reſolutum, vt circumſcriptis pro nunc probationibus Eccleſiæ B. Mariæ, quoad contenta in articulis datis, iterum ſuſcipiatur diſputatio ſuper negotio principali.* Quod fuit dicere, quod circumſcriptis tanquam non neceſſariis, ſed ſuperfluis, quæ in iure reprobantur, probationibus Eccleſiæ S. Mariæ, quibus eludebantur articuli dati pro Eccleſia S. Saluatoris, iterum ageretur de negotio principali. Subditur propterea de hoc negotio principali *num.* 7. 8. 9. & 10. *Ex his igitur videbitur, an ſufficienter firmari poſſit, quod de traditione dictæ antiquæ Cathedralitatis Eccleſiæ B. Mariæ, quaſi per manus accepta, referunt vltra* 50. *Authores, non modò Hiſpani, ſed etiam aliarum nationum Hiſtorici, cumulati in dicta Reuerendiſſ. Domini Decani, quod ſcilicet ab aduentu S. Iacobi Apoſtoli, & miraculoſa B. Mariæ, quam ipſe meruit, apparitione, ſumpſerit initium, & an huic traditioni deferendum eſſe ſuadeat conſtans de ea Eccleſia in Hiſpaniis profeſſio, ita vt in caſu propoſito applicari poſſint, quæ de obſeruatione traditionum Eccleſiaſticarum, Sacrorum Canonum, ac SS. Patrum ſententiis, & auctoritatibus, vt S. Auguſtini in epiſtola ad Ianuarium, relata in cap. Catholica, vbi Gloſ.* 11. *diſt. S. Hieronymi ad Lucinam, relata in cap. Vtinam, diſt.* 76. *Nicolai magni Pontif. in cap. ridiculum,* 12. *diſt. & aliorum, quos cumulat Greg. Tholoſ. in repub. lib.* 12. *cap.* 9. *ſub n.* 4. *ex Baſilio Magno, docent traditiones à maioribus confirmatas, eſſe irrefragabiles, quas etiam in Eccleſiis particularibus ſuam habere auctoritatem, vt in Iure obtinent conſuetudines moribus vtentium recepta, tradit Azor. Inſtit. moral. lib.* 8. *cap.* 4. *q.* 4. *& in terminis Pater Murillo lib. de hac Eccleſia latè proſequitur materiam, cap.* 1. 2. 3. *&* 5. Ex quibus autem ſanè elicitur intentum de præfata Cathedralitate, per traditionem quoque per manum quaſi acceptam, & per vltra 50. Authores non modò Hiſpanos, ſed & exteros quoque teſtatam, ac pro traditione Eccleſiaſtica approbata. Præſertim cùm in fine hæc quoque aptiſſima ſubiungat eadem Rota. *Quod ſi ex præmiſſis reſultaret fortè ſufficiens probatio Cathedralitatis dictæ Eccleſiæ à D. Apoſtolo inſtructa, quo tempore Chriſtianis in vno, eodemque loco, vel Ciuitate, neque amplas, neque plures Eccleſias habere permiſſum erat: inde faciliùs quoque capi poterit reſolutio, quod præſumptio primordialis, ac originaria Cathedralitatis Eccleſiæ S. Saluatoris, vſque ab initio referri debeat ad initium illorum temporum, quæ ſubſecuta fuerunt ſtatum Cathedralitatis alterius Eccleſiæ: quodque Eccleſiæ S. Saluatoris eorundem poſteriorum temporum reſpectu conueniat antiquitas, de qua in denominationibus antonomaſticis, & aliis in dicta deciſione Reuerendiſſimi Domini Decani latè deductis.* Hæc Rota, aurea quoque inferiùs enucleans.

Ex

18 Ex his iam vela colligendo, cùm veriſſimum ſit illud Chriſti, Matthæi 18. *in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum*, & Cathedralitas præfatæ Eccleſiæ S. Mariæ Maioris Cæſarauguſtanæ tot, ac tantis, octo videlicet S. Rotæ deciſionibus, aliis adiunctis, quibus adminiculata eſt, de quibus loco relato dixi *num.* 277. *&* 278. comprobata maneat, in rem iudicatam tranſiiſſe exiſtimari debet. Et ſi ſolùm in tribus roborata maneret, quia vt Hiſpanè dicitur, *à tres vala vencida*, quidni ergo de octo deciſionibus dici oportet, niſi eam tranſiiſſe in rem notoriam? Notorium enim dicitur, quod oritur ex ſententia, *l. emptorem, in princip.* & ibi Cardin. Alban. *in lucubrat. num.* 2. *ff. de act. empt. cap. veſtra, de cohabitat. Cler. & mul.* Bartol. *in l. ritum, ff. de his qui not. inf.* Pariſ. *conſ.* 23. *n.* 218. *lib.* 1. Maſcard. *concl.* 1102. *n.* 31. Farinacius *de delict. & pœn. q.* 21. *n.* 36. poſt alios etiam. Deciſio porrò Rotæ, etſi ſententia diffinitiua non ſit, præparatio tamen ad illam veluti proxima eſt. Subſiſtat ergo *Columna* hæc *immobilis*, iam adeo communita, vt *Turris Dauidica*, propugnaculis, clypeis, & armaturâ fortium roborata meritò cenſeatur.

Capvt III.

Vnitas Eccleſiæ S. Mariæ cum Eccleſia S. Saluatoris Cathedraliatem ipſius euincit.

19 INtentionis ſuæ fundamentum quilibet probare tenetur, *l. actor, C. de probationib. l. qui accuſare, C. de edendo*, Ioſeph Ludouiſius *tom.* 3. *commun. opinion. concl. vnic. ſub tit. de probat.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. Actor* 3. Mar. Anton. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 70. *n.* 15. *& reſol.* 106. *n.* 21. *& lib.* 3. *reſ.* 1. *n.* 12. *& reſol.* 9. *n.* 9. & alij, quos congerit Barboſa *in tract. de Axiomat. axiom.* 128. *n.* 1. Cùm ergo fundamentum, veluti intraneum, Cathedralitatis Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Maioris de Pilari Cæſarauguſtanæ, prætermiſſis illis, quaſi extrinſecis, quæ ſumuntur ex ſignis, veſtigiis, proprietatibus, & priuilegiis, &c. ſit vnitas, quam habet in genere Cathedralitatis cum Metropolitana Eccleſia ſancti Saluatoris eiuſdem inclytæ Vrbis, quemadmodum in terminis metaphyſicis, iuxta Ariſtotelem, S. Thom. & alios Philoſophos, omnis relatio ſimilitudis fundatur *in vnitate*, ideo hæc maximè hoc loco roboranda ex deductis in alia Diſſertatione, *pag.* 111. *& ſequentibus*, & deducendis infeiiùs. Conſilium ſanè non valdè diuerſum ab eo, quo D. Cyprianus *in lib. de vnitate Eccleſiæ*, eam comprobauit ex vna ipſius Cathedralitate.

20 Equidem primò hanc vnitatem ſupponit potiùs, quàm probat Rota præſens coram Domino Bichio, præſertim §. *maius obſtat*, illis verbis: *Minus obſtat Eccleſia ſancti Saluatoris aduerſaria in Cathedralem erectio, quam pleraque ab informantibus pro eadem Eccleſia deducta conuincunt, quia non inde ſequitur abdicatio antiqua Cathedralitatis ab Eccleſia de Pilari, quia per erectionem non præiudicatur aliis Eccleſiis.* Affert autem ad intentum Ioannis Vvameſij doctrinam quam latè extendi in præfata priori diſſertatione, *pag.* 102. *& ſeq.* quia per ipſam mirabiliter confirmatur. Affert quoque aliam S. Rotæ deciſionem coram Seraphino *deciſ.* 1444. *num.* 7. Quia verò illa non mediocriter à ſimili fauet parti Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Maioris, ideo diligenter examinanda.

21 Erat lis, & controuerſia, an Rector Vniuerſitatis Louanienſis, qui ex variis Summorum Pontificum priuilegiis ius habebat nominandi ad quoddam beneficium Eccleſiaſticum in quibuſdam Eccleſiis vnum Clericum dictæ Vniuerſitatis, amiſerit illud ius, ex eo quod aliquæ ex illis Eccleſiis erectæ fuerint in Cathedrales. Et reſpondet Rota negatiuè, his verbis: *Tamen per hanc mutationem Eccleſiarum in Catherales non eſt dicendum illatum fuiſſe præiudicium Rectori, cùm in vnaquaque diſpoſitione ſemper cenſeatur reſeruatum ius tertij, cap. cùm olim, de cenſibus, cap.* 2. *de religioſ. domib. Rota deciſ. vnic. de ſepultur. in antiq. cum aliis, & facit Extrauagant* 1. *&* 2. *Ioan. XXII. in de tit. conceſſ. præbend. facit Innocent. in capit.* 2. *numero* 2. *de oper. nou. nunc. & Rebuff. in Concord. tit. de regal. ad Prælat. nomin. §. fin. in verb. priuilegia, & conceſſa.* Quæ quidem valdè faciunt ad intentum præſens, cum ex eis legitimè inferatur, quod per erectionem Eccleſiæ Sancti Saluatoris in Cathedralem nullatenus derogatum fuerit Cathedralitati, & priuilegiis Cathedralitatis competentibus aliàs Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, prout probant iura, & DD. à Rota relati. Id quoque ſuadet exemplum ab eadem Rota adductum de penſione conceſſa ſuper Collegiata, *quæ ſi poſtea erigatur in Cathedralem, non tamen ideo extinguitur.* Non ergo per erectionem talis Eccleſiæ ſancti Saluatoris ad Cathedralitatem perditum fuit ius, quod ad illam habebat Eccleſia ſanctæ Mariæ. Idque corroborat eadem Rota ex Magiſtrali doctrina, quam in alia deciſione coram eodem Seraphino, quæ eſt 1410. *num.* 2. adduxerat, videlicet quod regula illa, *in vnaquaque diſpoſitione ſemper cenſetur præſeruatum ius tertij*, intelligitur in rebus compatibilibus, non in incompatibilibus: cùm namque Cathedralitas Eccleſiæ ſanctæ Mariæ ſit compatibilis cum Cathedralitate Eccleſiæ ſancti Saluatoris, quia non habet vllam incompatibilitatem, aut oppoſitionem cum ipſa, debet cenſeri præſeruata. Eo quoque quod gratia vni conceſſa non tollit alteram gratiam ſuper eadem re etiam conceſſam. Rota *deciſ.* 59. & *dec.* 63. *de reſcript. in antiq.* Gonzalez *ſuper* 8. *Reg. Cancell gloſ.* 53. *n.* 46. Nec priuilegium vnius tollit priuilegium alterius. Verall. Caputaquenſ. *deciſ.* 109. *n.* 2. *p.* 2. Gonzalez *num.* 52.

Propiùs ad intentum vnitatis vtriuſque Eccleſiæ proſequitur Rota illa noſtra coram D. Bichio, dicens: *Nec eſt nouum, quod vnus, & idem Epiſcopus in ſua Ciuitate habeat duas Eccleſias vnam Cathedralitatem conſtituentes, ob ipſarum Eccleſiarum vnionem.* Quod largâ manu oſtendi in priori diſſertatione, *pagina* 219. *&* 220. ex vſu antiquæ Eccleſiæ in ſui infantia, & in nouiſſimis temporibus in Eccleſiis Regienſi, & ſancti Proſperi, Viterbienſi, & Tuſculana, Calaguritana, & Calciatenſi, Iaenſi, & Biacenſi, ſancti Ambroſij, & ſanctæ Theclæ Mediolanenſium, S. Alexandri, & S. Vincentij Bergomenſium, & conſtabit ex aliis infrà afferendis. Idque probat clarè caput *Nouit, ne Sede vacante*, ex quo manifeſtè habetur, Cœleſtinum III. erexiſſe Monaſterium Glatonienſe in Eccleſiam Cathedralem, vniendo illud Eccleſiæ Bathonienſi, vt *idem eſſet Epiſcopus vtriuſque*, vt ait textus. Vbi ruminandum, Innocentium III. hanc vnionem confirmaſſe: imò, vt Gloſſa in figuratione caſus ait, mandaſſe quibuſdam, vt *Monaſterium ipſum ſub priori regimine* facerent gubernari, & Epiſcopus certis redditibus eſſet contentus, vnione manente, quod Epiſcopus res Monaſterij non expenderet; & quod maximè vrget, id præcepiſſe Pontificem, non obſtante, quod erat tam pauper ipſe Epiſcopus, quod vt Gloſ. ait verb. *Bathonienſis Epiſcopi*, dum diſtri- 22

bueientur debita huius Epiſcopi, quidam illi dixe-
ſit: *Domine, pone mecreditorem in legione ſecunda.*
Tot enim erant creditores, vt legiones conſtituere
poſſet. Quantò magis id prouidere poſſet Papa,
quando Epiſcopus diues,& locuples eſſet.

23 Quod autem duæ Eccleſiæ vnam Cathedralem,
conſtituentes,poſt ipſarum vnionem poſſint eſſe ſub
eodem Epiſcopo, affert Rota coram Domino Bi-
chio relata ex alia in Vercellenſi *vnitatis Capituli*
coram Peña, quæ eſt in eius impreſſis *deciſ.* 558.
*n.*8. confirmata 18. Aprilis 1614. coram Archie-
piſcopo Seleucienſi, & 24. Aprilis 1643. coram
D. Dunozetto Decano,ac 9 Maij 1644. coram Emi-
nentiſſ. D. Card. Othobono. Idque deciſum ait in
Aretina *vnionis*, 12. Iunij 1641. 2. Iunij 1645. 1.
Aprilis 1647. coram Reuerendiſſimo Epiſcopo Tar-
racinenſi,& 18. Martij 1651. coram Veroſpio. Ideo
ſigillatim huiuſmodi deciſiones expendendæ ad in-
tentum vnitatis noſtræ Cathedralitatis vtriuſque
Eccleſiæ Cæſaranguſtanæ.

24 Et primò in illa Aretina *vnionis*, 12. Iun. 1643.
quæ eſt coram Ghiſlerio, & in alia etiam eiuſdem
tituli coram eodem de anno 1645. pro die 2. Iu-
nij, ſupponitur Eccleſiam Collegiatam *S. Mariæ
Plebis* nuncupatam, vnitam eſſe Cathedrali Eccle-
ſiæ S. Petri Aretinæ Ciuitatis ab Epiſcopo Areti-
no, ita vt non ſolùm eſſent ſub vno, eodemque
Epiſcopo, ſed etiam haberent communes honores,
& priuilegia Cathedralitatis, imò idem Capitu-
lum; eamque vnionem confirmaſſe Innocentium
IV. Ex quo ad intentum noſtrum elicitur, iuxta
mentem etiam Rotæ coram D. Bichio, de qua in
præſenti, vtramque Eccleſiam Cæſaranguſtanam,
vnitam, imò vnam eſſe in ratione Cathedralitatis,
ſub eodem etiam Epiſcopo, & cum eiſdem priuile-
giis, & honoribus. Cùm etiam hæc eadem Areti-
na deciſio de anno 1645. vlteriùs afferat, Clem.
VIII. ex ſententia duorum DD. Cardinalium ap-
probaſſe, & confirmaſſe dictam vnionem, etiam
cum communibus illis priuilegiis, & honoribus,
quibuſdam dumtaxat exceptis, idque afferatur ad
intentum vnionis vtriuſque Eccleſiæ Cæſarangu-
ſtanæ, etiam deducitur idem dicendum de illis.
Maximè quia in ſententia dictorum DD. Cardina-
lium declaratur, quod *eidem Eccleſiæ Plebis*, eiuſ-
que Capitulo,& Canonicis, honores, & priuilegia
dictæ Cathedralis cenſeantur, & ſint communica-
ta, & competant, ac competere intelligantur: &
Canonici Collegiatæ ad inſtar Cathedralium ha-
beantur, nominentur, & reputentur. Quæ ada-
muſſim quadrant præſenti cauſæ. Præſertim cùm in
eadem deciſione dicatur, quod cùm dicta vnio per
longa temporum interualla, & plures, diuerſos
actus executioni demandata ſit,& ad effectum vnio-
nis ſatis ſit, quod illa in vna parte effectuata fue-
rit, prout ex Garzia *de beneſic. part.* 12. *c.* 2. *n.* 194.
& ſeqq. & variis Rotæ deciſionibus comprobat,
profectò mirificè roboratur intentum noſtrum de
Cathedralitate Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Maioris Cæ-
ſaranguſtanæ: ſiquidem eius vnio in Cathedralitate
cum Eccleſia S. Saluatoris, non in vna parte tan-
tùm, ſed in pluribus, imò ferè omnibus pro Ca-
thedralitate requiſitis effectuata ſit, vt ad oculum
patet intuenti ea, quæ in priori Diſſertatione dicta
manent ex ſignis, veſtigiis, & priuilegiis Cathe-
dralis Eccleſiæ. Legenda quæ dixi *cap.* 4. eiuſdem
diſſertationis.

25 Similiter alia deciſio Rotæ Aretina *vnionis* co-
ram eodem Ghiſlerio pro prima April. 1647. etiam
relata ab eodem Illuſtriſſimo Bichio corroborat præ-
ſens intentum, dum in ea ponuntur aliæ deciſio-
nes de eadem ac pro anno 1643. & 1645. relatæ,
& ſententia DD. Cardinalium à Clemente VIII.
confirmata.

Præ cæteris autem facit ad intentum illa deciſio 26
etiam Aretina vnionis, articula pro 8. Martij
1652. coram D. Veroſpio. In ea namque non ſo-
lùm ſupponuntur, & approbantur deducta in præ-
cedentibus de vnione, & vnitate in Cathedralita-
te, & Capitulo dictarum Eccleſiarum in vna Ciui-
tate, ſub vno, & eodem Epiſcopo (qui eſt caſus no-
ſtræ Diſſertationis,) ſed etiam veluti pro funda-
mento ipſorum iacitur, quod illa Eccleſia Collegialis
ſanctæ Mariæ de Plebe Aretinæ, vnita fuerit Eccle-
ſiæ Cathedrali eius Ciuitatis *æquè principaliter*. Cùm
enim, vt dixi in priori Diſſertatione, *n.* 361. *&* 362.
Vnio facta inter Eccleſias ſanctæ Mariæ de Pilari, 27
& ſancti Saluatoris fuerit *æquè principaliter*, & non
acceſſoriè ac cum iuribus diſtinctis, ſeparatis, ac
non communicatis, prout ex obſeruantia, quæ eſt
vtraque Eccleſia, vſque ad hodiernum diem, iuri-
bus,& DD. ibi comprobaui. Sed quod de nouo ad- 28
iungo, non potuiſſe, niſi hoc modo fieri, quia vt pro-
bat Garcia *de beneſic. p.* 12. *c.* 2. *ex c. & temporis,* 16.
quæſt. 1. & ex Rota in Maceratenſi *Iuriſdictionis*,
coram Gypſio 1596. quando duæ Cathedrales vni-
untur, vtraque principaliter cenſetur vnita. Liqui-
dum ergo videtur idem ius validitatis, & iuſtitiæ
cenſeri debere eſſe inter has Eccleſias Cæſarauguſ-
tanas, & illas Aretinas. Præſertim, quia ſicut in hac
vnione Aretinarum repetiuntur aliqui caſus excepti
expreſſi in dictis deciſionibus, quibus non reperitur
hæc communicatio, aut confuſio; ſic etiam in vnio-
ne Cæſarauguſtanarum cernitur, ex obſeruantia,
concordatis, & aliis ſententiis, prout ex dictis in
priori Diſſertatione conſtat. Æquo ergo paſſu,& pari
inoffenſo pede iſtæ duæ Eccleſiarum vniones incede-
re debent.

Quia autem arduum eſt abſque exemplo res ma- 29
gnas lucidè oſtendere, vt colligitur ex Platone *de
Regno*, & exemplis res clariores fiunt, prout rerum
magiſtra experientia docet, ideo hoc quod aſſeritur
de vnitate, & Cathedralitate Eccleſiæ ſanctæ Ma-
riæ Maioris Cæſarauguſtanæ cum Eccleſia ſancti
Saluatoris, ſicut exemplo Aretinorum oſtenſum eſt, 30
ſic etiam exemplo quoque Eccleſiarum Vercellen-
ſium, ſcilicet Eccleſiæ ſancti Euſebij, & ſanctæ
Mariæ Maioris eius Ciuitatis, oſtendi poteſt. Cùm
enim orta lis eſſet inter Canonicos vtriuſque Ec-
cleſiæ, an videlicet, dicta Eccleſia ſanctæ Mariæ Ca-
thedralis appellari poſſet, & Nuncius Apoſtolicus
Taurinenſis ad fauorem Canonicorum ſanctæ Ma-
riæ Maioris pronuntiaſſet, cauſâ per appellationem
in Rota introductâ coram Peña in Vercellenſi
vnitatis Capituli, 12. *Iuly* 1598. relatâ in illa coram
D. Bichio, de qua ſuprà, deciſum eſt, dandum eſſe
mandatum de manutenendo Canonicis Eccleſiæ
ſanctæ Mariæ, quoad omnes actus etiam iuriſdictio-
nales, competentes aliis Canonicis Eccleſiæ Sancti
Euſebij. Eo videlicet, quia vtraque Eccleſia Cathe-
dralis erat,& in ratione Cathedralitatis *vna*, ſeu *vni-
ta*. Ex hoc enim manifeſtè deducitur, quod ſicut 31
non obſtante veluti materiali diuerſitate harum Ec-
cleſiarum, nihilominus in ratione Cathedralitatis
ſunt vna eadem ſub eodem Epiſcopo, & in eadem
Ciuitate, ſic & noſtræ, de quibus ſermo eſt in præſen-
ti, Cæſarauguſtanæ erunt. Id autem ſic probat Rota: 32
*Ex pluribus enim Actibus poſſeſſoriis ſpectantibus Ca-
nonicos S. Mariæ, tanquã Canonicos Eccleſiæ Cathedra-
lis ſe geſſiſſe, & conſequenter pro talibus habendos, repu-
tãdos, & manutenẽdos fuiſſe.* Hæc enim ratio à fortio-
ri idẽ probat in caſu præſenti, cùm nedum plures, ſed
innumeri ferè actus poſſeſſorij Cathedralitatis cõpe-
tant Eccleſiæ & Canonicis ſanctæ Mariæ Maioris,
ſicut

ſicut ex deductis in prima Diſſertatione manifeſtè
conſtat. Præterea id etiam confirmat Rota ſequenti
argumento: *Supradictis etiam accedebat, quia Epiſ-
copi Vercellenſes in adeptione poſſeſſionis Epiſcopatus
proinde ſtallabantur in Sede Eccleſiæ ſanctæ Mariæ,
ac in Sede ſancti Euſebij, qui actus tanquam ſigni-
ficatiuus, quod Eccleſia ſancta Maria ſit etiam Epiſ-
copalis, arguebat iuſtam præuentionem Canonicorum
ſanctæ Mariæ, ſaltem reſpectu poſſeſſorij, de quo age-
batur, cùm poſſeſſio Epiſcopatus aquiratur per inſtal-
lationem in Sede, vel loco deputato dignitati Epiſ-
copali. Innoc. in cap. in litteris, num. 7. verſ. Cre-
dimus autem, de reſtitut. ſpoliat. Bald. in l. 2. num. 54.
verſ. reſpondeo ad primum capitulum, C. de ſeruit. &
aqua.*

33 Quæ etiam ratio congruentiſſimè aptatur caſui
præſenti, cùm conſtet ex dictis in tota fermè Diſ-
ſertatione priori, quod Epiſcopi Cæſarauguſtani in-
ſtallabantur tanquam in propria Sede, vel loco de-
putato dignitati Epiſcopali in Eccleſia ſanctæ Ma-
riæ, non ſolùm ante erectionem Eccleſiæ ſancti
Saluatoris in Cathedralem, ſed etiam aliquoties
poſt illam. Colligit quoque Rota præcedentem
doctrinam de vnitate Cathedralitatis inter dictas
Eccleſias, ex eo, quod Eccleſia intitulata ſanctæ
Mariæ, antiquior ſit Eccleſià ſancti Euſebij: ſiqui-
dem conſtat ex Iacobo de Voragine in vita eiuſ-
dem Euſebij, quod cùm primum fuit Epiſcopus
conſtitutus, ingrediens Vrbem, ante oſtium maio-
ris Eccleſiæ, *quæ eſt*, inquit, *B. Maria, genua fle-*
34 *xiſſet.* Quod argumentum multò fortiùs procedit
in caſu noſtræ Diſſertationis, cùm clariſſimè innu-
teſcat Eccleſiam ſanctæ Mariæ per plura ſæcula fun-
datam, & erectam fuiſſe in Cathedralem, ante-
35 quam Eccleſia ſancti Saluatoris in mundo eſſet. De-
nique concludit Rota, ſupradictis non obſtare, *quod
vtriuſque Eccleſiæ Capitulum faceret actus particula-
res, quia ſatis erat, quod vtraque Eccleſia conſtitue-
ret vnum corpus, & vnum Capitulum, quoad guber-
nium vniuerſale, ſub quo comprehenduntur omnia con-
cernentia Cathedralitatem.* Quæ etiam adamuſſim
veluti adaptantur ſcopo noſtro.

36 Sed ſingulariter ipſi fauet alia Sacræ Rotæ deci-
ſio eiuſdem tituli, ſcilicet Vercellenſis *vnitatis Ca-
pituli*, 18. Aprilis 1614. coram Archiepiſcopo Se-
leucienſi, quæ etiam refertur in illa coram Domi-
no Bichio ſæpiùs commemorata. In ea namque non
ſolùm ſupponitur totum id quod deciſum erat in
præcedenti de anno 1598. coram Peña, ſed etiam
deciditur Canonicos vtriuſque Eccleſiæ Vercellen-
ſis *conſtituere vnum corpus, vnicum Capitulum Cathe-
drale conſtituens*, quod eſt in ſimili ſcopus noſtræ
37 Diſſertationis. Adiunguntur quoque ad intentum
eiuſdem vnitatis: *Conſiderarunt etiam Domini Dig-
nitatem Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in omnibus actibus in-
cedere cum Dignitatibus Eccleſiæ S. Euſebij, præce-*
38 *dereque ipſos Canonicos ſancti Euſebij.* Quæ conſide-
ratio facit, quod caſus huius deciſionis, ſicut omni-
no, ſimilis ſit caſui noſtro, & probet non modò
dictam vnitatem, & Cathedralitatem, ſed etiam
aliquam ſuperioritatem ex parte Eccleſiæ ſanctæ
Mariæ: ſiquidem, vt ait alia Rota ſimilis tituli
39 coram Eminentiſſimo Othobono, de qua infrà,
*non videtur ſapere honeſtatem, quod minor præcedat
maiorem, cap. ad hoc*, & ibi *Gloſ. diſt. 89.* Hoſtienſ.
in cap. 1. num. 2. de maior. & obed. Abbas *conſ. 21.
num. 4. lib. 1.* Aretinus *conſ. 155. num. 13. & ſeq.
lib. 4.* Conſtat autem iuxta dicta, & probata in
priori Diſſertatione, præſertim à *num.* 322. *ad num.*
40 330. quod Eccleſia S. Mariæ præcedat Eccleſiam S.
Saluatoris, non ſolùm quando Canonici vtriuſ-
que Eccleſiæ concurrunt in Eccleſia S. Saluatoris,

ſed (quod mirabile prorſus eſt) etiam quando con-
currunt in eadem Eccleſia S. Mariæ. Vnde id quod
ſubiungit eadem Rota: *Nam ſi qualibet Eccleſia
conſtitueret corpus ſeparatum, prædicta Dignitas ince-
deret cum Canonicis S. Mariæ*, æquipollenter eſt idem,
ac ſi diceretur ad noſtrum caſum: *Si vtraque Eccle-
ſia Cæſarauguſtana conſtitueret corpus ſeparatum, Dig-
nitas S. Mariæ non incederet cum Dignitate & Cano-
nicis S. Saluatoris, illoſque præcederet, ſaltem quando
concurrunt in eadem Eccleſia S. Mariæ.* Formetur igi- 41
tur argumentum concludens dictam vnitatem ex
præfata præcedentia.

Altera etiam S. Rotæ deciſio eiuſdem tituli, co- 42
ram Illuſtriſſ. D. Dunozetto Decano pro 22. Iunij
1643. quæ etiam refertur in illa coram Domino
Bichio crebriùs commemorata, facit valde ad in-
tentum huius Diſſertationis. In ea etenim nedum
referuntur, & approbantur deciſa in præcedentibus
deciſionibus circa eandem materiam de vnitate
Cathedralitatis, & Capituli dictarum Eccleſiarum
Vrbis Vercellenſis, ſed etiam prouidetur de modo,
& ordine, quo deberent ſimul conuenire Canonici
vtriuſque Eccleſiæ conſtituentis *vnum corpus, &
vnum Capitulum.* Qui eſt caſus non tam ſimilis,
quam idem prorſus cum noſtro præſenti de Cæſar-
auguſtanis Eccleſiis.

Firmantur porrò hæc omnia adhuc luculentiùs, 43
etiam in alia eiuſdem tituli pro 9. Maij de anno
1644. coram Eminentiſſimo Othobono. In ipſa
namque primò DD. dixerunt, vtramque illam Ec-
cleſiam conſtituere *vnum, & idem Capitulum Cathe-
dralis Eccleſiæ Vercellenſis.* Secundò, quod talis *vni-
tas, & Cathedralitas harum Eccleſiarum ſatis videba-
tur concludenter probata ex deciſionibus in alia inſtan-
tia emanatis.* Tertiò, quod fuerit deciſa ab Innocen-
tio III. in quadam Bulla de anno 1209. in qua ha-
betur Canonicos vtriuſque Eccleſiæ eſſe tanquam
vnum corpus conſtituens Capitulum Vercellenſe. Quar-
tò, ex alia Bulla Gregorij IX. & Vrbani IV. in qui-
bus etiam dicitur, *Eccleſias ſanctæ Mariæ Maioris,
& Sancti Euſebij conſtituere Capitulum Vercellenſe.*
Quintò, hîc agi *de vnico Capitulo, gratiâ commodioris
habitationis, vſus, ac ſeruitij, materialiter diuiſo in
duas Eccleſias.* Ex eis enim, ſaltem ſimul ſumptis, 44
non ſolùm infertur id quod in præſenti capite in-
tenditur de vnitate, & Cathedralitate vtriuſque no-
ſtræ Cæſarauguſtanæ Eccleſiæ, ſed etiam (quod ma-
ius eſt) Capitula vtriuſque Eccleſiæ conſtituere
vnum integrum formaliter Capitulum Cathedrale 45
Dignitatum, & Canonicorum, etſi materialiter
diuiſum in duas Eccleſias, ſcilicet S. Saluatoris, &
ſanctæ Mariæ. Nec mirum id cuiquam videri po-
teſt, quia vt concludenter à ſimili arguit Rota co- 46
ram Archiepiſcopo Seleucienſi de anno 1614. ſuprà
relata, ſi hæc duo Capitula eſſent diuerſa (intellige
formaliter) non poſſet Dignitas Eccleſiæ ſanctæ Ma-
riæ incedere cum Dignitatibus Eccleſiæ ſancti Sal-
uatoris, nec illas præcedere, cuius oppoſitum con-
ſtat ex facto, vt dictum eſt. Vnde etiam conſequen-
ter, quemadmodum Innocentius III. in Bulla relata
dixit (& Rota iſta coram D. Othobono approbat)
quod Canonici Eccleſiæ ſancti Euſebij, & Eccleſiæ
ſanctæ Mariæ Maioris *ſint, & eſſe debeant Canonici
Ordinarij vtriuſque Eccleſiæ*: idem pariter de Cano-
nicis ſancti Saluatoris, & ſanctæ Mariæ Maioris
Cæſarauguſtanæ iſto modo dici poſſit, quod *ſint, &* 47
eſſe debeant Canonici Ordinarij vtriuſque Eccleſiæ.
Id enim requiritur ad veram vnitatem, quæ iuxta
Philoſophos importat *indiuiſionem*, ſeu indiuiſibili-
tatem. Quinimò, quod maioris ponderis eſt, Metro-
politanatus competens Eccleſiæ ſancti Saluatoris, 48
cum illi non competat præciſè, vt talis Eccleſia

R r 3 ſancti

ſancti Saluatoris eſt,ſed vt eſt Eccleſia Cathedralis,
etiam videtur ſuo modo competere Eccleſiæ ſanctæ
Mariæ; ſiquidem ipſa etiam eſt Cathedralis, & ea-
dem Cathedralitate, quâ Eccleſia alia ſancti Salua-
49 toris. Ad quod iuuat, quod in Bulla Ioan. XXII. in
qua Cathedralis conſtituitur, ſolùm vocatur Eccle-
ſia *Cæſarauguſtana*, quod nomen æquè etiam com-
petit Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, vt ſæpiſſimè viſum
50 eſt. Et quod vbi ratio eſt eadem, ibi debet eſſe ea-
dem iuris diſpoſitio, *l. illud. ff. ad legem Aquiliam, l.
ſi poſtulauerit, §. 2. ff. ad legem Iuliam de adult. & l.
quidam, ff de edendo*, ac aliis iuribus. Et quia diſpoſita
in cauſato magis procedunt in cauſante, Caſtr. *conſ.*
51 421. *lib.* 1. Tuſch. *concluſ.* 138. *num.* 11. Barboſ. *in
axiom.* 40. *num.* 28.

52 Extat & aliud, vel quadantenus ſimile exemplum
de aliis duabus Eccleſiis in Italia, & Apulia, no-
minis valde celebris, Sipontina ſcilicet, ſeu Manfre-
doniæ Metropolitana, ac Collegiata ſancti Angeli in
Monte Margano Etenim, non obſtante quod Sipon-
tina illa, quæ ſub inuocatione ſancti Laurentij
Manfredoniæ extat, Cathedralitatem repetit à tem-
pore Apoſtolorum Principis anno ſalutis 42. Sin-
pontum appulſi, antiqua traditione, hiſtoriis, literis,
& priuilegiis ſummorum plurium Pontificum, nihi-
lominus Garganica iſta ſanctæ Michaelis eandem
quoque prætendit Cathedralitatem ex fundamen-
53 tis aliquot, inter quæ Pontificia diplomata non
refero, quia pars aduerſa ficta eſſe contendit. Vnum
eſt deſumptum ex aliquanta mora, quam in eorum
oppido (veluti æſtiuo tempore frigidioris cœli, vel
rupe inacceſſa, & immuni ab exitialibus bellis, quæ
paſſim gerebantur in Apulia) quandoque Archie-
piſcopi faciebant. Alterum, ex quadam inſcriptione,
quæ in antiqua marmorea ſede, in qua ſedentes
Archiepiſcopi poſt veneratum SS. Sacramentum
in ea exiſtens, poſſeſſionem capiunt, reperitur, vi-
delicet:

Sedes hæc numero differt à Sede Siponti:
*Ius, & honor Sedis, quæ ſunt ibi, ſunt quoque
menti.*

Tertium, ex quodam epitaphio Alexandri III.
quod in atrio eiuſdem Eccleſiæ habere dicunt, in
quo Papa Capitulo Sipontino ſcribens ait: *Quo-
niam Eccleſia veſtra, & Eccleſia montis Gargani vna
54 Sedes eſſe conſueuit.* Quidquid enim ſit de iure ha-
rum Eccleſiarum, in quo nec Iudicem ago nec ſen-
tentiam ferre debeo, id ſolùm pro me aſtomo, quod
hæc fundamenta Eccleſiæ Garganicæ noſtrum in-
tentum corroborant. Primum quidem, quia nihil
clarius eſt in priori diſſertatione, quàm plures per
plura quoque ſæcula, Cæſarauguſtanos Epiſcopos
in ea Eccleſia inſtallatos fuiſſe, vt in propria Sede,
non ſolùm ante erectionem Eccleſiæ S. Saluatoris
55 in Cathedralem, ſed aliquoties poſt ipſam. Secun-
dum etiam propter antiquam imaginem Agni, &
illam inſcriptionem, *Agnis docet iſte hanc Sedem
fuiſſe.* Tertium verò propter Bullam Gelaſij II. Papæ,
de qua dix *in.* 142. 143. *&* 282. Omitto innumera
alia ex ſententiis, S. Rotæ deciſionibus, hiſtoriis, &c.
In quibus Eccleſia Sanctæ Mariæ hanc Garganicam
excedit, ſicut in multis aliis, ſic & in hoc iure Ca-
thedralitatis cum Eccleſia Sancti Saluatoris. Hic ſo-
56 lùm animaduertam, quod id quod aliqui dicunt, quod
non poſſit dici numero diuerſa à Sede Sipontina,
ſi eſt eadem Sedes, facilè corruit ex dicendis *cap.
ſequenti*, de his Eccleſiis Cæſarauguſtanis, quæ
etiamſi dici poſſint *phyſicè*, & *materialiter* duæ, etiam
numero diuerſæ; poſſunt tamen dici, & eſſe vna
moraliter, & *formaliter*.

Capvt IV.

Ex aliis etiam motiuis oſtenditur hæc vnitas, & Concathedralitas Eccleſiarum Cæſarauguſtanarum.

PRimum depromitur ex eo, quod vnitas etiam ex 57
coniecturis, & præſumptionibus probari poteſt.
Abbas *in cap. Paſtoralis, num.* 7. *in fin. de reſcrip.* Fe-
linus *ibidem, ſub num.* 9. *verſ. & cùm recurrendum,*
Galeor. *controuerſ.* 22. *n.* 17. *lib.* 1. Rota coram Emi-
nentiſſimo Ottobono cap. præcedenti diſcuſſa, §.
Adſtipulatur. Tales autem coniecturas, & præſump- 58
tiones in præſenti adeſſe, probatione non eget, cùm
omnia fermè, quæ in priori Diſſertatione deducta
ſunt, eam corroborent. Videlicet quæ de fundatione
admirabili Eccleſiæ Sanctæ Mariæ dixi *num.* 12. *&
ſeqq.* de Epiſcopatu Sancti Iacobi in ipſa *n.* 22. 26.
& ſeqq. de Epiſcopatu Athanaſij, & aliorum ſucceſ-
ſorum *à num.* 34. de Synodo Cæſarauguſtana habita
in hac Eccleſia *num.* 74. de ſtemmatibus *num.* 196. 59
de manu dextra, & præcedentia ſupra Eccleſiam
ſancti Saluatoris ad ipſam *num.* 215. de decimarum
perceptione *à num.* 216. de Parochia *num.* 219. de
cœmeterio *num.* 220. ac vt vno verbo plura com-
præhendam, de hiſtoriis, monumentis, ſententiis,
deciſionibus, & aliis ad intentum in dicta Diſſerta-
tione diſcuſſis.

Quia verò Rota illa Aretina *Vnionis* coram D. 60
Verospio de anno 1652. *cap. præcedenti* commemo-
rata, *vnionem*, ſeu ſententiam pro illa vnione ex du-
plici capite, ſcilicet *validitatis*, & *iuſtitiæ* confirmari
poſſe inquit; ideo vtrumque hoc in iſta vnione Ec-
cleſiæ S. Saluatoris, ex qua reſultat præfata *Vnitas*,
& *Concathedralitas*, interueniſſe, ac proinde omninò
ſubſiſtere debere oſtendendum eſt.

Et quidem primò de validitate oſtenditur non 61
ſolùm ex principiis generalibus, quod videlicet in-
terpretatio eſt facienda pro actus validitate, *l. quo-
ties, ff. de verbor. obligat.* Rota *deciſ.* 15. *num.* 1. *de
conceſſ. præbend. in nouis*, Gomeſius *in regul. de impe-
trand. benef. q. fin. per tot.* Mandoſ. *in reg.* 27. *q.* 2.
num. 8. Gonzales *ſup. reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 4. *num.* 133.
Et ad hoc quod actus valeat, ſemper præſumitur 62
præcedere omne illud, quod eſt neceſſe. Rota *deciſ.* 1.
de præſumpt. in antiquioribus, Felinus *in cap. paſto-
ralis, in princip. num.* 5. *poſt med de reſcript.* Caſſado-
rus *deciſ.* 21. *num.* 1. *de præbend.* Caputaquenſ. *deciſ.*
271. *num.* 7. *part.* 3. Gonzales *ſuprà numero* 134.
Sed etiam ſpecialiter, quia validitas huius vnio-
nis ſatis conſtat ex dictis in priori Diſſertatione,
cap. 3. *à num.* 157. vbi dictum manet, quod cum de 63
anno 1117. vel 1118. inclyta Cæſarauguſtana Ciuitas
ex barbarorum manibus ab Alphonſo Rege vindi-
cata eſſet, ex voluntate ipſius Regis, accedente maxi-
mè conſenſu tacito, vel expreſſo Papæ conſentiente
etiam Eccleſiâ S. Mariæ Meſquita maior Sarraceno-
rum ibi relicta in Eccleſiam Cathedralem fuit ere-
cta, & conſecrata ſub titulo S. *Saluatoris.* Vel quia 64
mos erat Regum Hiſpaniæ, cùm Vrbes recupera-
bant, Maurorum præcipuas Meſquitas ibi re-
pertas in Eccleſias Matrices conſecrare, prout
plures hiſtorici Hiſpani aſtruunt, vel quia, vt
alij volunt, votum emiſerat ſic faciendi; vel vt
alij inquiunt, quia Rex imminentium bellorum
cauſâ grauatus, non poterat præfatam Eccleſiam S.
Mariæ

Mariæ de Pilari, etſi non deſtructam, ruinoſam tamen, & labefactatam condignè reparare: vel denique quia, vt Martinus Garaia egregius Author, Epiſcopus, Inquiſitor, Regum Catholicorum Concionator, & quod pluris eſt ad intentum præſens,
65 Canonicus Eccleſiæ S. Saluatoris dixit *ſerm.* 144. verbis illis cedro dignis: *Quia Mater habebat Eccleſiam, & filius non haberet diuerſorium, conſecrata eſt Meſquita maior in Eccleſiam filij, & nunc à die illa dicitur Eccleſia S. Saluatoris.*

66 Deinde etiam quoad iuſtitiam, quia ea nulla parte de iniuſtitia argui poteſt. Non quidem ex parte Regis, cùm Papæ conſenſus ſupplere poſſet defectum poteſtatis, quam habebat ad inſtruendam Cathedralitatem, ita vt defectus talis conſenſus impugnari non valeat, vt notat Petr. de Vbald. *de vnion. cap.* 4. Rota coram Peña *deciſ.* 449. *num.* 8. *&* 9. & in Interamnenſi *Vnionis*, 7. Aprilis 1617. coram Veroſpio, & in Gerundenſi *Prioratus*, 4. Martij 1619. coram Vbaldo, prout hæc omnia refert, & ſequitur Rota relata in Aretina coram D.
67 Veroſpio. Nec etiam ea parte Epiſcopi Cæſaraguſtani, quia Epiſcopo etiam licet ea legitima cauſa id facere, *cap. ſicut vnire, de exceſſib. Prælat. cap. expoſuiſti, de præbend.* vbi Panormitanus, & alij, *cap. conſultationib. cap. paſtoralis, de donat.* Clem. *ſi vna, de reb. Eccleſ.* & *Clem.* 1. §. *ad hæc, de ſtat. Monach.* & plures DD. ac S. Rotæ deciſiones apud
68 Garciam *de Benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 62. Potuit ergo Cæſaraguſtanus Antiſtes hanc vnionem efficere, etiam ſine iniuria cuiuſdam, cùm Caput eſſet illius Diœceſis, & vtriuſque Eccleſiæ vnien-
69 dæ. Præterea, quod bono iure facta ſit talis vnio, ſufficienter probari poteſt ex eo, quod approbata eſt, & veluti canonizata per octo S. Rotæ deciſiones, quas *capp. præcedentibus adduxi*; vt enim ex multis aliis præcedentibus deciſionibus Rota Aretina relata coram D. Veroſpio aſſert, *cauſæ iuſtitiam Rota confirmauit.*

70 Tertium autem caput firmitatis præſentis vnitatis in Cathedralitate præbent multa, quæ contigere poſt erectionem Eccleſiæ S. Saluatoris in Cathedralem. Inter quæ primò occurrit, quod Petrus de Librana primus poſt Cæſarauguſtæ reparationem Epiſcopus, Eccleſiam S. Mariæ de Pilari prout eius Vrbis Eccleſia ſingulariter, & antonomaſticè habuiſſe videtur, nullâ habitâ conſideratione ad
71 Eccleſiam S. Saluatoris iam erectam. Id enim conſtat ex litteris Papæ Gelaſij II. ad quem pro conſecratione obtinenda miſſus eſt, quas referunt Zurita *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 44. & Ioannes Arruegus Portionarius Eccleſiæ S. Saluatoris, & partis aduerſæ propugnator, *in lib. de Cathedra Epiſcop. Cæſarauguſt. pag.* 778. Cùm enim litteræ iſtæ Papales ab iſto Epiſcopo impetratæ ſint, ac in eis nomen Eccleſiæ *ſingulariter*, & antonomaſticè ſoli Eccleſiæ
72 S. Mariæ tribuatur, profectò ſequitur tunc eam vel ſolam, vel ſaltem *cumulatiuè* cum S. Saluatoris Eccleſia titulo *Cathedralis* dignam tum à Papa, tum ab ipſo Epiſcopo habitam fuiſſe. Vt enim eo *n.* 143. abundè ſatis comprobatum manet ex DD. & S. Rotæ deciſionibus, *Eccleſiæ* nomen *ſingulariter*, *& antonomaſticè* ſumptum, ſolùm pro Cathedrali ſupponit.

73 Eo quoque id ſuadetur, quod in ea Eccleſia S. Mariæ *Clericos* tunc adfuiſſe, Deo diu noctuque famulantes, in ipſis litteris à Papa conceſſis, & ab
74 Epiſcopo obtentis, ſatis exprimitur illis verbis: *Quæ præfata Vrbis Eccleſia à Sarracenis, & Moabitis diruta, vnde reficiatur, & Clericis ibi famulantibus, vnde paſcantur, aliquid donant.* Quod etiam refert idem Epiſcopus Librana, dum in Litteris, quas *vniuerſi mundi Eccleſiæ fidelibus* ſcribit, apud eundem Arruegum *pag.* 779. de ipſis ait: *Tum quia clerici ibidem diuino famulatui die, noctuque vacantes, vnde viuant, non obtinent.* Etenim Canonici, illis maximè antiquis temporibus, non erant aliud, quàm Clerici Eccleſiæ ſeruitio quoad Dei cultum, & famulatum deputati.

Vrgent etiam valdè illa ex præfatis litteris Epiſ- 75
copi Libranæ extracta, ac antonomaſticè de Eccleſia S. Mariæ dicta, *quam beato, & antiquo nomine Sanctitatis, ac Dignitatis pollere nouiſtis.* Hi enim tituli, prout in præfata Diſſertatione *numero* 144. oſtendi ex Villar. Menochio, Chaſſaneo, & S. Rota, Eccleſiam Cathedralem indigitant. Quam etiam inferiùs *noſtram Eccleſiam* idem Epiſcopus appellare videtur, dum de præfatis Papalibus literis ait, *quas in noſtra Eccleſia ſignatas habemus.* Notetur etiam id quod dixi *n.* 182. de Epiſcopis Hiſpaniæ has litteras approbantibus.

Et ſanè ſolùm commemoraſſe hunc Epiſcopum 66
Eccleſiam S. Mariæ Maioris, nullâ factâ mentione Eccleſiæ S. Saluatoris, quam pars aduerſa contendit ſolam tunc Cathedralitatem obtinuiſſe, abſdubiè deſignat oppoſitum; cùm iuxta Iuriſtarum regulam, notabilia, ſi non exprimuntur, neglecta intelliguntur, *l. apud Labeonem*, §. *hoc edictum*, *ff. de iniuriis*, *cap. quamvis, de præbend. in* 6. *cap. quia periculoſum, in fin. de ſent. excommunic. in* 6. Vel ad minus concludenter elicitur, hunc Antiſtitem Cæſaraguſtanum parum attentè, ne dicam negligenter, ſe geſſiſſe, nullam de Eccleſia S. Saluatoris, ſi ea ſolùm ipſius Cathedra eſſet, mentionem agendo.

Ex Conſtitutionibus etiam ab eodem Petro Li- 77
brana editis anno 1118. apud eundem Arruegum *pag.* 716. Cathedralitatem Eccleſiæ S. Mariæ cum Eccleſia S. Saluatoris haurio, eo quòd in illis prohibentur fieri aliqua, niſi in *Sede*, videlicet candelas benedicere *in die Purificationis*, habere Baptiſterium, aut facere *ſignaculum*, aut *nuptias*, aut infirmis *pœnitentiam*, ſeu *Communionem* dare recipere Reges, Principes, aut Prælatos, aut *pulſare Campanam* ante alias
Eccleſias. Cùm enim iſta etiam ab antiquis tempo- 78
ribus in Eccleſia S. Mariæ fiant, vt conſtat ex dictis in priori diſſertatione *n.* 301. 302. *&* 349. & ex querelis ab Eccleſia S. Saluatoris contra ipſam datis, apud eundem Arruegum, *pag.* 718. ac maximè ex obſeruantia, cuius magnam vim, & energiam in rebus maximè dubiis expendi in ea diſſertatione *n.* 369. *& ſeq.* clarè innoteſcit Concathedralitas ſupradicta.

Colligitur etiam ea Bulla Innocentij II. anno 79
1141. data, & apud Arruegum *pag.* 792. regiſtrata, quatenus in illa erectio Eccleſiæ S. Mariæ de Pilari in Regularem approbatur, pluribuſque priuilegiis communitur, *venerabilis fratris noſtri Bernardi Epiſcopi veſtri* (inquit Pontifex) *precibus.* Titulus enim iſte *Epiſcopi veſtri*, ſatis denotat hunc Bernardum Epiſcopum fuiſſe Eccleſiæ de Pilari, non generaliter ſicut aliarum Eccleſiarum diœceſis Cæſaraguſtanæ, ſed ſpecialiori ratione, quia videlicet in ea tanquam in propria Sede reſidentiam habebat, & ſepulturam poſt mortem habuit, prout dixi in prima diſſertatione, *n.* 140. *&* 198. & adhærent Murillus *tract.* 2. *pag.* 135. & modernus Cæſaraguſtanus *pag.* 255. & cum ipſis Abbas Carillus *pag.* 245. ex memoria, quæ extat in eadem Eccleſia de Pilari.

Plura etiam enunciatiua ad intentum ſuppedlat 80
Bernardus iſte Epiſcopus, quæ conſtant ex authenticis ſcripturis in Proceſſu originali ſuper Cathedralitate, *folio* 115. *&* 119. & etiam extant in libro

dam M^c. partis aduerſæ, *à fol.* 501. *vſque ad* 514.
incluſiue. Primum Era 1185. vbi dicitur, *D. Ber-*
nardo Cæſarauguſtano Epiſcopo, atque Canonicis S.
Mariæ. Et ſub Era 1187. vbi dicitur, *D. Bernar-*
dus Epiſcopus, & Canonici S. Mariæ. Coniunctio
enim illa Epiſcopi, & Canonicorum ſatis indigitat
eam Eccleſiam *Sedem* eſſe illius Epiſcopi, & Cano-
nicos in ea inſtallatos. Sed clariùs eo loco, *Dominus*
Bernardus Epiſcopus, & Canonici S. Mariæ, & ſan-
cti Saluatoris. Rurſus: *Quod Epiſcopus, & Cano-*
nici S. Mariæ, & ſancti Saluatoris. Ibi enim Epiſ-
copus nominatur iſte Bernardus vtriuſque Eccle-
81 ſiæ, & cùm iuxta Apoſtolum 1. *ad Timotheum* 3.
oporteat *Epiſcopum eſſe vnius vxoris virum*, apertè
comprobatur, vtramque Eccleſiam vnam ſponſam
Epiſcopi Cæſarauguſtani eſſe, quo ſæpiùs inculcata
82 indiuiſio Cathedralitatis demonſtratur. Maximè
etiam in huiuſmodi enunciatiua notetur, quod Ca-
nonici S. Mariæ primo loco nominantur, Canonici
autem S. Saluatoris ſecundo loco: quod non ſolùm
arguit præfatam vnitatem, ſed & maioritatem. Ete-
nim prior nominatio maiorem dignitatem arguit.
Tiraq. *de iure primogen. quæſt.* 19. *num.* 2.
83 Et quia prior deſcriptus dicitur dignior, & præ-
cedere debet, *l.* 1. *ff. de albo ſcrib.* Pariſ. *conſ.* 38. *num.* 1.
vol. 4. Peregr. *conſ.* 3. *num.* 60. *lib.* 1. quod refert Mar.
Antonin. *var. reſolut. lib.* 1. *reſol.* 81. *num.* 1. & Barbo-
84 ſa *in Axiomatib. axiomate* 188. *num.* 6. Quod etiam
vrget ſi dicamus priorem nominationem arguere
dilectionem, *l. ſi communis ſeruus* 2. *ff. de ſtipulat. ſeru.*
cap. ſi quis, de electione in 6. & DD. apud eundem
85 Barboſam *num.* 5. Vtrumque autem elicitur ex alia
enunciatiua eiuſdem Bernardi Epiſcopi in eodem
libro manuſcripto, *fol.* 505. ibi: *Ego Bernardus*
Cæſarauguſtanus Epiſcopus, authoritate omnium Ca-
nonicorum S. Mariæ facimus, &c. Verba namque
illa, *authoritate Canonicorum, &c.* denotant coniun-
ctionem cum ipſis in ea Eccleſia. Inſpiciatur pro-
ceſſus.

86 Comprobatur etiam eadem vnitas Eccleſiæ, &
coniunctio cum eodem Epiſcopo ex monumento
alio in dicto libro manuſcripto, *fol.* 503. *&* 504.
vbi Petrus de Rojas, qui Epiſcopus erat poſt præ-
fatum Bernardum, coniunctim cum Guillelmo
Priore, & Canonicis Eccleſiæ S. Mariæ de Pilari
concurrebat ad quoddam inſtrumentum cuiuſdam
donationis factæ eidem Eccleſiæ, in qua dicebatur,
vobis Petro Epiſcopo, & Guillelmo Priori, & Canoni-
cis dictæ Eccleſiæ, quod ſedeant in iſto donatiuo iam
dicto. Eamque etiam acceptabant cum eo Priore, &
Canonicis, & dicebant: *Ego Petrus Epiſcopus, &*
Guillelmus Prior, & prædicti Canonici, damus tibi
Columba, &c. ſub Era 1215. *in proceſſu fol.* 115. Qui-
bus non ſolùm probatur vnitas vtriuſque Eccleſiæ
in ratione Cathedralis tempore, quo Epiſcopi re-
ſidebant in Eccleſia de Pilari, prout probatum eſt
in ſuperioribus, ſed etiam tempore quo reſidebant
in Eccleſia S. Saluatoris; cùm iſte Epiſcopus Petrus
de Rojas hoc tempore in Eccleſia S. Saluatoris reſi-
dentiam habuerit. Sic enim referunt communiter
Catalogiſtæ Epiſcoporum Cæſarauguſtæ.
87 Facit non ſolùm etiam teſtamentum Lupi Araez
Peregrini, quod retuli in alia Diſſertatione, *num* 199.
& habetur in præfato Manuſcripto, *fol.* 507. ſed
aliud teſtimonium ibi relatum pro anno 1190. *fol.*
504. ibi, *Sancta Maria Sedis.*
88 Sed præcipuè vnitas iſta Concathedralitatis
crebreſcit ex ſententia arbitrali per Epiſcopum
Sancium anno 1221. lata, nedum quia, vt ponderaui
in alia Diſſertatione *à num.* 208. cùm Canonici S.
Mariæ eam prætenderent *in ſpiritualibus, & tem-*
poralibus, eam non denegarunt Canonici S. Salua-
toris, ſed cum quibuſdam conditionibus pro bono
pacis adiunctis admiſerunt; cum tamen (& eſt per-
maximè adnotandum) nullum tempus aptius, nulla-
que occaſio opportunior eſſe poterat ad illam dene-
gandam, quàm iſta, quâ coram communi Epiſcopo
hæc cauſa agebatur. Imò (quod mirabile prorſus
eſt) in hac ſententia de Epiſcopi, & partium con-
ſenſu ſtatuitur, quod certis diebus, quibus Canoni-
ci Sanctæ Mariæ debebant venire ad Eccleſiam S.
Saluatoris, haberent *dexteram partem Chori totam,*
& Prior S. Mariæ ſedeat in capite Chori honorificè.
Item quod ad proceſſiones accedat Eccleſia de Pi-
lari ad Eccleſiam S. Saluatoris, & faciat illas cum
ipſa, *& inſimul ſtet, donec perficiatur Miſſa:* & quod
Prior de Pilari incedat cum Dignitatibus, illaſque
præcedat. Qui actus efficaces ſunt valde ad infe- 89
rendam vnitatem harum Eccleſiarum. Maximè au-
tem hic poſterior eſt tam efficax, vt non ſolùm
probet vnitatem ipſarum Eccleſiarum, ſed etiam
vnitatem vtriuſque Capituli: nam ſi eſſet diuer- 90
ſum, talis Prior non incederet cum Dignitatibus
alterius Capituli, aut eas præcederet, ſed cum Cano-
nicis propriæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ. Sic enim in
cauſa Vercellenſium Eccleſiarum arguit Rota illa
coram Archiepiſcopo Seleucienſi de anno 1614.
quam retuli *c. præcedenti*, ibi: *Conſiderarunt etiam* 91
Domini, Dignitatem Eccleſiæ S. Mariæ in omnibus
actibus incedere cum Dignitatibus Eccleſiæ Sancti
Euſebij præcedereque ipſos Canonicos S. Euſebij. Nam
ſi quælibet Eccleſia conſtitueret corpus ſeparatum,
prædicta Dignitas incederet cum Canonicis Sanctæ Ma-
riæ. Quod maximè confirmatur, quia Cœmeterium
vtrique Eccleſiæ relinquitur *commune*, ibi: *Cœmete-* 92
rium verò, quod eſt extra parietes Eccleſiæ, ſit commu-
ne: quod inuiolabiliter obſeruatur, & conſtat ex
mandatis Rotalibus, die præcipuè Animarum. Sic
in mandato Rubij *fol.* 5. *num.* 24. *Super Cœmeterio,*
& ſepulturis defunctorum, abſolutiones, & ſuffragia
pro defunctis inſimul reſpectiuè celebrare. Huiuſmo-
di autem communitas harum rerum magnum ſup- 93
peditat argumentum ad probandam vnitatem Ca-
thedralitatis, quæ prætenditur, quia communitas in
indiuiduis operatur, vt priuilegium vnius partis
ſuffragetur alteri, vt probat Gonzalez *ſuper Regu-*
la 8. *Cancellariæ, gloſſa* 24. *à num.* 52. Et ſi adeſt
poſſeſſio, intrat hic commune illud axioma, *Com-*
muni in re melior eſt conditio poſſidentis, l. Sabinus, ff.
communi diuid. l. per fundum, ff. de ſeruit. ruſt. præd.
cap. in re communi, de regulis iuris, lib. 6. Surd. *conſil.*
43. *num.* 3. Rendina *in prompt. ſent. tom.* 1, *tit.* 39.
num. 14.

Nec dici poteſt, hanc diuiſionem iurium, ſeu bo- 94
norum harum Eccleſiarum factam in prædicta
ſententia arbitrali iniuſtam eſſe. Vt enim dixi in
alia Diſſertatione, *num.* 322. cùm ſit facta ex con-
cordia partium, & pro conſeruanda pace inter Ec-
cleſias, nulli præiudicat, prout eo loco ex iuribus, &
DD. comprobaui. Ad quod accedit pulchra doctrina
optimi Doctoris Hieronymi Gonzales ſuprà, 95
gloſſ. 11. *num.* 3. videlicet, quod illa eſt congrua
partitio, & diuiſio, quando pro rata poteſtatis, &
ponderis diſtribuitur etiam vtilitas, & commodum,
l. 1. *in principio, ff. de inſtitoria actione, l. ſecundùm*
naturam 10. *de regul. iuris, cap. Charitatem* 12.
quæſt. 2. *cap. qui ſentit onus, de reg. iur. in* 6. Cùm
ergo hæc diuiſio talis ſit, congrua, & honeſta cen-
ſeri debet.

Minùs obſtat ſi dicatur, hanc partitionem, ſeu 96
diuiſionem contrariari naturæ vnitatis, quæ apud
Philoſophos, & Metaphyſicos importat *indiuiſio-*
nem, & impartibilitatem. Huic enim obiecto rectè,
& ſapienter ſe opponit Sacra illa Rota *cap. præce-*
denti

Digitized by Google

deiuri relata, coram Eminentiſſimo Othobono in
cauſa *Vercellenſi vnitatis Capituli*, de anno 1644.
In ſimili enim cauſa de vnitate Eccleſiæ, & Capi-
tuli ſanctæ Mariæ Maioris Vercellanſis, & Eccleſiæ
S. Euſebij eiuſdem Ciuitatis, ſæpiùs inculcat ali-
quam diuiſionem iurium, ſeu bonorum illarum
Eccleſiarum non derogare vnitati illarum propter
plures rationes, quas affert: quas etiam hîc afferre
oportet, quia pari paſſu, etiam in præſenti cauſa
97 procedunt. Prima eſt, quia *diuiſio præcedentem vni-*
tatem, & communionem demonſtrat, l. magis puto,
§. fin. cum l. ſeq. ff. de rebus eorum, Oldrad. *con-*
ſil. 296. num. 4. Decius *conſ. 647. num. 4.* Pariſius
conſil. 16. num. 46. lib. 2. Decius *conſ. 30. num. 15.*
98 *lib. 1.* Surdus *conſil. 260. num. 2.* Secunda, quia
maxima vnitatis coniectura reſultat non ſolùm ex eo,
quod bona communia diuiſerint, ſed etiam, quia
eadem corpora, quæ hodie poſſidentur à Canonicis
vtriuſque Eccleſiæ, antiquitus ab eiſdem pro indiuiſo
99 *poſſeſſa fuiſſe apparet.* Tertia: *Euidens reſultat pro-*
batio intrinſeca, & primæua vnitatis, cùm vnaquæ-
que Eccleſia habuerit eadem bona communia, & ante
100 *diuiſionem pro indiuiſo poſſeſſa.* Et infrà: *Non enim*
potuiſſent deuenire ad eandem diuiſionem, niſi priùs
bona prædicta fuiſſent communia, ad text. in l. 1. & 2.
ff. famil. erciſc. Gozzadin. *conſ. 58. n. 12.* Gregorius
101 *dec. 308, n. 1.* Quarta ibi: *Cùm hîc non agatur de*
vnione duarum Eccleſiarum, ſed de vnico Capitulo,
gratiâ commodioris habitationis, vſus, ac ſeruitij mate-
rialiter diuiſo in duas Eccleſias, nihil mirum eſt, ſi fa-
ctâ deciſione bonorum omnium diuerſos retineant offi-
102 *ciales.* Quinta, quæ eſt veluti concluſio eorum quæ
dicta ſunt, ibi: *In hoc caſu actus diuiſionis eſt talis,*
vt citra ius, & nomen Canonici, æquale cum aliis Cano-
nicis, & Cathedralitatis ex vtraque parte geri non poſ-
ſint, vt in ſimili de hæredibus bona communia diuiden-
tibus, quod ex ipſo actu diuiſionis colligatur omnes eſſe
hæredes, & ante diuiſionem habuiſſe omnia bona, &
iura communia, eſt textus in l. pro hærede, §. Pa-
pinianus, verſic. tunc itaque, ff. de adquirend. hæ-
redit. Pariſ. *conſil. 16. numero 46. in fin. verſic. &*
103 *actus iſte diuiſionis, lib. 2.* Eliſio autem præcedentis
obiecti hæc eſt, quod huiuſmodi diuiſio bonorum,
& iurium vtriuſque Eccleſiæ ſolùm arguat diſtin-
ctionem *phyſicam, & materialem*, non autem *mora-*
lem, & formalem, prout ea hac etiam Rota, §. *cùm*
igitur, elicitur.

104 Expendenda magis præfata arbitralis ſententia.
Etenim in ipſa habetur, quoad concordiam de
decimarum receptione, quod *Eccleſia B. Mariæ re-*
tineat ſibi omnes decimas de hæreditatibus, quæ perti-
nent ad Communitatem ipſius, &c. Non ſolùm prop-
ter dicta in priori Diſſertatione, *n. 217.* videlicet,
quod ius exigendi decimas ad ſolam Eccleſiam Ca-
thedralem ſpectat, prout ex iuribus, & Rotæ deci-
ſionibus eo loco dixi, & adamuſſim probat rotundus
textus *in can. Eccleſiæ 15. q. 1.* ibi: *Eccleſiæ anti-*
quitus conſtitutæ (ſeu vt habet titulus huius Cano-
nis, *antiquiores Eccleſiæ*) *nec decimis, nec vlla poſſeſ-*
ſione priuentur, ita vt nouis Oratoriis tribuantur. Sed
etiam, quia verbum *retineat*, denotat antiquam poſ-
ſeſſionem, & apud aliquos idem eſt, quod *conſeruet*.
Et ſaltem, quia retentio, iuxta *l. cùm ſoluta*, & ibi
Bald. *C. de condict. indeb.* fortiùs datur ei, cui actio
competit. Magnum ergo ius præbet Eccleſiæ S. Ma-
riæ illud *retineat*.

105 Similiter etiam dum in eadem ſententia dicitur
Parochiam limitamus, &c. etiam arguitur vnitas
primæua, & originaria in habendo Parochiam. Li-
mitare enim, Calepino, eſt *rem limitibus circumſcri-*
bere, & limitatio *de regula eſſe debet*, iuxta *l. in his, ff.*
de legib. l. pen. §. cùm quid liquide, ff. de pen. l. 2. ff. de
regul. iur. Bertachinus *in repertor.* ex aliis etiam. Ar-
guat ergo in præſenti ius, quod habebat ad dictam
Parochiam Eccleſia S. Mariæ ob Cathedralitatem
communem cum Eccleſia S. Saluatoris, & hoc ius li-
mitetur ob iſtam concordiam.

Auget intentum id quod dicitur in eadem ſenten- 106
tia de Capellanis vtriuſque Eccleſiæ Cæſarauguſta-
næ, videlicet: *Statuimus, quod Capellani Eccleſiarum*
Cæſarauguſtæ non impediant ſeſe ad inuicem in Cæme-
terio illo, nec perturbent proceſſiones Canonicorum S.
Mariæ, nec aliter accipiat iura alterius in aliquo.
Etenim per illud *Eccleſiarum Cæſarauguſtæ*, intelli- 107
guntur duæ iſtæ Eccleſiæ, de quibus eſt diſputatio,
eo quòd Cœmeterium illud, de quo ibi eſt ſermo,
eſt commune vtrique, vt dictum eſt ſuprà, nomen
autem *Eccleſiæ* antonomaſticè, & ſine aliqua limita-
tione acceptum, ſupponit pro Cathedrali, prout non
ſolum conſtat ex dictis ſuprà, & in alia Diſſertatio-
ne *num. 143.* ſed ex partis contrariæ teſtimonio,
quæ ſæpiùs vtitur hoc argumento ad probandum
Eccleſiam S. Saluatoris ſolùm eſſe Cathedralem,
quia ipſa ſola vocatur Eccleſia *Cæſarauguſtana*.
Arruegus *pag. 11. & 171.* & alibi.

Eadem prætetea vnitas in Cathedralitate etiam 108
fulcitur ex alia arbitrali ſententia Dom. Garziæ
Cæſarauguſtani Archiepiſcopi de anno 1391. apud
præfatum Arruegum *pag. 728.* quatenus in ipſa ſta-
tuitur æqualitas, & Communitas, imò etiam vnitas
omnimoda in funere, & ſepultura Canonicorum
vtriuſque Eccleſiæ, nominatâ etiam priùs *Eccleſia*
S. Mariæ, quàm Eccleſia S. Saluatoris quod etiam
eſt notandum. Sic enim ibi dicitur: *Item ſtatuimus,*
quod quando contigerit Canonicum Eccleſiæ ſanctæ
Mariæ mori, omnes Canonici S. Saluatoris eant ad
Eccleſiam S. Mariæ, & ſepeliant eum honorificè, & è
conuerſo: & Capitulum S. Mariæ celebret officium de-
functi funeris ſui in Eccleſia ſua, & ſepeliat eum, & è
conuerſo. Etſi enim mors omnia ſoluat, *l. in ſumma.* 109
ff. de re iudic. & l. Neratius, de regul. iur. in authentic.
de nupt. §. deinceps, nihilominus mortuo exhibe-
tur idem honor, qui viuo exhiberetur, *cap. glorioſus,*
de reliq. & venerat. SS. in 6. idque conſtat ex com-
muni conſenſu fidelium. Hæc igitur omnimoda,
æqualitas honoraria in funeribus Canonicorum
vtriuſque Eccleſiæ Cathedralitatem vtriuſque ar-
guat.

Quia verò eadem pars aduerſa enixè contendit 110
huiuſmodi ſententiam arbitralem ab Archiepiſco-
po Garzia latam valde aduerſari intentioni Eccle-
ſiæ ſanctæ Mariæ de Pilari, maximè notandum, eam
latam fuiſſe ex compromiſſo Eccleſiæ ſanctæ Ma-
riæ, & cum proteſtatione grauiſſima facta ab eadem
Eccleſia ſanctæ Mariæ, quæ in eadem ſententia ſic
legitur: *Placet dictis Priori, & Capitulo ſanctæ* 111
Mariæ, quod pro ſedandis diſcordiis ſuper hoc con-
firmetur compromiſſum cum pœna in poſſe dicti Reue-
rendiſſimi Domini Archiepiſcopi Cæſarauguſtæ, vt in
arbitrum, arbitratorem, & amicabilem compoſitorem;
& placet eiſdem Priori, & Capitulo S. Mariæ, quod ſu-
per reſtitutionem, quæ petitur dicti funeris, & omnium
emolumentorum ex eo prouenientiũ, quam reſtitutionem,
vt credunt dicti Prior, & Capitulum S. Mariæ, facere
non tenentur, firmetur etiam compromiſſum in dictum
Dominum Archiepiſcopum, vt in arbitrum, arbitrato-
rem, amicabilem compoſitorem, & cum pœna: Et
volunt dicti Prior, & Capitulum S. Mariæ, quod
compromiſſum ſuper dictis quæſtionibus firmetur, &
modo prædicto, cum proteſtatione tamen, quod idem
Dominus Archiepiſcopus in arbitrum, & arbitra-
torem eligendus, per ſententiam inferendam nequeat
aliquod pronuntiare contra tenorem, & mentes præ-
dictorum pactorum, conſtitutionum, compoſitionum,
&

& ſententiarum inter Priorem, & Capitulum S. Saluatoris, & Priorem, & Capitulum S. Mariæ, quæ nunc ſunt, & fuerunt pro tēpore, ac dictas Eccleſias iniurorum, & iniuriarum, factarum, prolatarum, ſeu alicuius ipſorum, & ipſarum, aut præter ipſorum, & ipſarum. Imò, ſi quid in contrarium fieret, quod ſit ipſo facto nullius efficaciæ, & valoris, ipſo iure, & facto, cùm ad id faciendum dicti Prior, & Capitulum S. Mariæ non dent, nec dare intendant dicto Domino Archiepiſcopo in arbitrum eligendo aliquam poteſtatem, & hoc expreſſè proteſtantur, & proteſtari intendunt. Cùm enim com-
112 promiſſum reſtringatur ad rem compromiſſam, *l. ſi cùm dies, §. plenum, ff. de arbitris*, vbi Doctores, & *cap. cùm dilectus, de arbitris*, ibi, *cùm arbitri iudicare non valeant, niſi de his tantum, ſuper quibus in eos extite-*
113 *rit compromiſſum.* Vbi etiam DD. & Barboſa *in Collectan. ad hoc caput, num. 3.* vbi etiam, quod laudum aliàs erit nullum, quia iuxta communem ſententiam eſt quaſi quidam contractus voluntatem contrahentium requirens, proteſtatio declarat quo ani-
114 mo quid fiat. Natta *conſil. 649. num. 10. volum. 4.* Maſcardus *de probat. volum. 3. concl. 1242. num. 21.* & conſeruat ius proteſtantis, *l. ſi debitor, §. ſi in venditione, ff. quibus mod. pign. vel hypothec.* vbi Barthol. poſt Dynum, & Gloſſam, Maſcardus *ſuprà num. 22.* poſt plures, non video quomodo ex hac ſententia arbitrali facta per compromiſſum, & cum proteſtatione tam expreſſa, derogetur aliquo modo iuribus Eccleſiæ S. Mariæ.

115 Ea alia etiam ſententia D. Archiepiſcopi Dalmay de anno 1448. apud Artuegum *pag.* 80. præter ea, quæ dixi in altera Diſſertatione anno 127. ea ipſius ſuſpenſione conſtat in ea confirmari fauorabilem illam Sancij de anno 1221. ſuprà commemoratam, vt clarè conſtat *ex pag.* 84. in illa enim etiam indicitur æqualitas in diſtributionibus
116 funeralibus, & feſtiuis. Inſuper dignior locus aſſignatur Priori, & Canonicis de Pilari, *pag.* 81. & 82. Quæ maiora vnitatis Cathedralitas ſigna deſiderari poſſunt? At dicitur, prædicta conceſſa Eccleſiæ S. Mariæ *cauſâ honoru.* Optimè ſanè, quia non *honoris* gratuiti, liberalis, aut ſpontanei, ſed honoris debiti, promeriti, & condigni. Honor enim *vir-*
117 *tutem ſequitur*, iuxta Platonem, Ariſtotelem, Ciceronem, S. Thomam, & bonos Philoſophos. Quidni ergo hæc concedantur Eccleſiæ *Cathedrali antiquiſſimæ, primariæ, originariæ, Angelicæ, &*
118 *Apoſtolicæ?* Nam maioribus honoribus functos ad minores deuocari non oportere, rationis eſt, *l. maioribus honoribus, C. quemadmod. ciuil. mun. indic. lib.* 10. Adeo vt ſecundùm quaſdam, non valet conſuetudo in contrarium: nam aſcendere, non deſcen-
119 dere licitum eſt. Gonzales *ſuper 8. Regul. Cancell. gloſ. 5. num.* 113. ex Rotæ deciſ. & Franciſco Marches, & faciunt quæ affert *gloſſ.* 34. de optionibus loquens: pulchrè ad intentum de hoc honore exhibito Priori, & Canonicis S. Mariæ, Chryſoſtomus relatus *in can. Multi Sacerdotes, diſt.* 40. dixiſſe videtur: *Qui bene ſederit ſuper Cathedram, honorem accipit ab illa.*

120 Indicata etiam fuit hæc vnitas in ſententia D. Alfonſi de Aragon de anno 1513. quam affert Artuegus *pag.* 743. dum in ea aſſeritur, quod Prior S. Mariæ *ſedeat, & habeat locum ad dexteram in capite chori honorificè, Priori S. Saluatoris in ſua pro-*
121 *pria Sede permanente.* Etenim ex hoc cognoſcitur indiuidualitas vnius Corporis Eccleſiæ Cathedralis, compoſiti ex Clericis vtriuſque, Lotterius *de re Beneficiaria lib. 3. quæſt. 4 numero 7.* qui etiam cenſentur pars Corporis Epiſcopi. Lotterius *numero 9.*
122 ex Rotæ deciſione. Inſpiciantur etiam verba illa *in capite Chori*, & pro certo habebitur, quod locus Prioris de Pilari ſit nobilior præcipuè cùm primò nominetur. Ex prioritate enim in nominatione cognoſcitur prioritas in dignitate, vt dixi ſuprà, & præcisè dixit Eugenius IV. in Bulla *Non mediocri*, quam nouiſſimè affert Pax Iordanus *in lucubrationibus, vol. 1. prælud. 11. §. 12.* eius Bullæ, ibi: *Ex ordine nominandi, quæ ſit maior luculenter apparet.* Nec his obſtant verba illa, *Priore S. Sal-*
uatoris in ſua propria Sede permanente. Iſte enim 123
Prior pro diuerſitate temporis duas diuerſas, & proprias habet Sedes: tempore concurſus vtriuſque Eccleſiæ, primam Sedem Chori ſiniſtri; tempore verò, in quo non concurrunt ambæ Eccleſiæ, primam Chori dexteri: ex quo fit, quod accedente Priori de Pilari, Prior S. Saluatoris neceſſariò debeat manere in ſua propria Sede Chori ſiniſtri, quæ illius dicitur propria reſpectiuè ad Priorem de Pilari, cuius propria eſt prima dextri. Minùs obſtat particu-
la illa, *In aliis verò, &c. Prior Sedis Metropolitanæ,* 124
&c. quia caſu dato, & non conceſſo, quod clauſulæ iſtæ, vel ſimiles aliqualem habeant valorem, ad ſummum probant diuiſionem præcedentiæ, vt patet
ex verbis aduerſatiuis, *in aliis verò*, ad quam præce- 125
dentiæ diuiſionem nullatenus deuenire poſſent abſque vnitate, & communione antecedente inter vtramque Eccleſiam. Quia, vt ait Rota relata coram Eminentiſſ. Otthobono, ex Iuribus, & DD. diuiſio præcedentem *Vnitatem, & communionem demonſtrat.*

Idem intentum roboratur, quia in iſta ſententia 126
dicitur: *Quia tamen dicta Eccleſia B. Mariæ per tempora longiſſima conſtat intrare alienas Parochias, & corpora defunctorum inde deduxiſſe, & per conſuetudinem legitimè præſcriptam huiuſmodi facultatem adquiſiſſe, eo, & aliis pronuntiamus, & declaramus, Eccleſiam prædictam potuiſſe, & poſſe intrare dictas Parochias, & corpora deducere, dum tamen ſit proceſſionaliter intrando, &c.* Nam hoc ſolùm competere poteſt Eccleſiæ Cathedrali, eo quòd ſit vniuerſalis Parochia totius Ciuitatis, vt omnes admittunt, & dixi in prima Diſſertatione, *num.* 121.

Pariter idem dicendum de prioritate in pulſandis 127
Campanis, *pag. 753. num. 9.* vbi obſeruari mandatur ſententia Sancij Epiſcopi, in qua deciditur prædicta præeminentia, quæ propria eſt Sedis, ex Conſtitutionibus Petri Libranæ. Et quatenus *in pag.* 755.
ius Parochiale in decimis, & primitiis diuiditur in 128
has Eccleſias, ex hac enim diuiſione idem firmatur, ſicut etiam *ex pag. 756. num.* 17. in qua concurſus vtriuſque Eccleſiæ ſtabiliuntur: & *pag.* 757. offertoria æqualiter diuidenda præcipitur. Quæ æqualitas vnà cum aliis præeminentiis in hac ſententia notis, prædictam vnitatem ſatis comprobat.

Quia tamen in præmemorata ſententia aliqua 129
ſunt, quibus derogari videtur Cathedralitati præfatæ Eccleſiæ S. Mariæ, & ſuis præeminentiis, ideo permaximè notandum, eam ſententiam quoad iſta
inualidam, & reuocandam eſſe. Primò, quia facta 130
eſt ex compromiſſo, patet ex lectura ipſius in manuſcripto authentico huius ſententiæ (eſto id non appareat clarè apud Artuegum relatum.) At verò compromiſſum circa iura, & immunitates Eccleſiæ Cathedralis, ſine licentia Papæ eſt inualidum, *cap. cùm tempore, de arbitr.* vbi clarè, & præcisè id habetur, & notant ibi DD. maximè ibi dicente
Innocentio III. Papa, *etſi ſponte volueris, de iu-* 131
re tamen nequiueris ſine licentia Romani Pontificis
renunciare priuilegiis de indulgentiis libertatis. Con- 132
cinit etiam canon *Mutationes 7. quæſt. 1.* vbi ſic: *Quoties vtilitas, aut neceſſitas cogens ſupradicto modo & mutare, & inthronizare, poteſtatem habent, non tamen ſine Sacroſancta Romanæ Sedis authoritate,*

&

133 *& licentia.* Pulchra ſanè verba, quibus clarè probatur, nullam ſententiam arbitralem, concordiam, tranſactionem, aut pactum obeſſe poſſe iuri Cathedralitatis Eccleſiæ de Pilari, quæ *ſine Sacroſanctæ Romanæ Sedis auctoritate, & licentia* facta fuerint. Cùm non debeat pendere à poteſtate alterius, quàm ipſius Papæ, facere vt Cathedralis deſinat eſſe talis, Lotterius *de re beneficiaria, lib.* 2. *q.* 14.
134 *num.* 128. Præſertim cùm Eccleſiaſtici non ſint domini ſuorum iurium, ſed adminiſtratores, cuſtodes, & Conſeruatores, etiam propter iuſiurandum, quod præſtant. Pax Iordanus *tom.* 3. *lib.* 13. *tit.* 2. *de iuriſ-*
135 *dict. n.* 32. Secundò, quia nullo modo adfuit compromiſſum circa hoc punctum, vtrum Eccleſia de Pilari fuerit Cathedralis, ſed vtrum Eccleſia S. Saluatoris vt talis habenda eſſet ab eadem Eccleſia de
136 Pilari. Conſtat autem ex dictis in ſuperioribus, compromiſſum non valere niſi circa compromiſſa.
137 Tertiò, quia in materia præeminentiarum, cùm res ſit magni præiudicij, multò magis materia Cathedralitatis, quæ eſt fundamentum præeminentiarum, non poteſt eſſe compromiſſio, non præcedente Iuris ſolemnitate. Prout in Rota coram Seraphino 30. Iunij 1568. quæ eſt Calagurritana *præeminentiarum*, & alia Syracuſana eiuſdem tituli
138 coram Bubalo, 28. Februar. 1578. affert Gonzalez *ſuper Regula* 8. *Cancellariæ, §.* 4. *proœmiali, num.* 30. *&* 31. Hanc autem ſolemnitatem non conſtat hîc adfuiſſe. Maximè quia, vt dictum eſt, non adfuit Papæ licentia, quæ eſt præcipuum ex requiſitis pro Iuris ſolemnitate, vt compertum eſt apud omnes
139 de alienationibus loquentes. Præſertim etiam quartò, quia vt dixi in priori Diſſertatione, *num.* 244. Eccleſia de Pilari non conſenſit in huiuſmodi compromiſſum, aut ſententiam, niſi *iuris ordine ſeruato, & per viam iuris, & iuſtitia tantùm*, &c. *Et*
140 *non aliàs, aliter, & vlerà.* Hæc enim verba habentur in dicto compromiſſo, eſto apud Arruegum ea non videam. Cùm autem clauſulæ iſtæ ſint valde prægnantes, omninò excludunt quidquid contra iura Eccleſiæ S. Mariæ fieri tentaretur. Alia diai circa hanc ſententiam in ea Diſſertatione *n.* 240. *& ſeqq.*

141 Rurſus, & maximè conformatur eadem vnitas in Cathedralitate ex S. Rota coram Ludouiſio de anno 1610. quam refero in eadem diſſertatione *à num.*
142 262. Et præter ibi dicta conſiderandum, quod cùm Eccleſia S. Saluatoris rētinuerit celebrare Dedicationem Eccleſiæ Cæſaraugustanæ 12. Octobris, & ſeptem diebus ſequentibus, priuatiuè ad Eccleſiam de Pilari, contrarium fuit reſolutum à Rota his verbis in principio eius deciſionis: *Dubitaui an Eccleſia S. Saluatoris Cæſaraugustana eſſet dandum mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione celebrandi ſub die* 12. *Octobris, & ſeptem ſequentibus Dedicationem Eccleſia, priuatiuè ad Eccleſiam Beata Maria de Pilari eiuſdem Ciuitatis? Et fuit reſolutum, non eſſe dandum, quia ex teſtibus, & aliis deductis apparet, Eccleſiam de Pilari antiquitus fuiſſe Cathedralem, & in ea ſexitiſſe Sedem Epiſcopalem Cæſaraugustanam, illiuſque dedicationem eſſe die* 12. *Octobris, & quolibet anno fuiſſe ſolemniter in dicta Eccleſia celebratam pro dedicatione propria, vt benè probant plures teſtes de viſu, & auditu, qui deponunt de pluribus annis vſque ad tempus mota litis. Et licèt Eccleſia S. Saluatoris, quæ priùs erat Meſquita Maurorum, & poſtea, illis eiectis, cultui diuino dicata, & conſecrata* 6. *Ianuarij, & in Metropolitanam* 17. *Iulij, vltra feſtum Dedicationis, quod in diebus ſolemniter celebrat, celebret etiam Dedicationem primæua Cathedralis Eccleſiæ illius Ciuitatis, & ſic Eccleſia de Pilari* 12. *Octobris, attamen eiuſdem feſtiuitatis celebrationem continuauit ſemper ipſa Eccleſia de Pilari.* Audis lector, quomodo vtraque Eccleſia *cumulatiuè* celebret Dedicationem Eccleſiæ Cathe- 143
dralis, & ex hoc collige, ſi conſequenter vis loqui, vnitatem Cathedralitatis vtriuſque. Alia etiam pro hoc puncto celebrationis feſti Dedicationis Eccleſiæ ex poſterioribus S. Rotæ deciſionibus vide in 144
alia Diſſertatione.

Efficaciter etiam concluditur intentum ex man- 145
dato Ioannis Baptiſtæ Rubei Auditoris Cametæ, ex commiſſione Pauli Papæ IV. de anno 1557. pro 22. Decembris, quod tetigi in Diſſertatione priori *n.* 256. Ibi enim pro manutenenda Eccleſia Sanctæ Mariæ in præeminentiis, præcedentiis, antelationibus, & priuilegiis, hæc præcipiuntur.

Quod Reuerendi Domini Prior, Canonici, & Ca- 146
pitulum Eccleſiæ S. Saluatoris, Eccleſiæ Metropolitana Cæſaraugustana teneantur cum effectu annuatim in diebus Purificationis B. Maria Virginis, ac Dominica Palmarum, & commemorationis Animarum, proceſſionaliter, manè, hora Diuinorum, cum Cruce, & pertica, ſeu haſta deaurata, ſeu honorabiliori, eorum arbitrio, accedere ad dictam Eccleſiam B. Maria Maioris de Pilari, recipiendi honorificè per prafatos Dominos Priorem, Canonicos, & Capitulum eiuſdem Eccleſia, & in Eccleſia cum ipſis benedictionem candelarum, & palmarum, ac ſuper Cœmeterio, & ſepulturis defunctorum abſolutiones, & ſuffragia pro defunctis inſimul reſpectiuè celebrare. Necnon etiam eo- 147
dem modo teneantur accedere in ſecundis feriis Natiuitatis, Reſurrectionis, & Pentecoſtes Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac in feſtiuitatibus B. Maria Aſſumptionis, ac S. Braulij, ac prima die Litaniarum: & ibi pariter 148
etiam recepti, vnà cum eiſdem Priore, Canonicis, & Capitulo B. Maria de Pilari, Miſſam Conuentualem ſolemniter celebrare. Pariterque teneantur eoſdem Dominos Priorem, Canonicos, & Capitulum dicta Eccle- 149
ſia Maioris B. Maria de Pilari ad quaſcunque generales proceſſiones per Ciuitatem ex quavis cauſa faciendas in die pracedenti, hora veſperarum, per duos ex antiquioribus portionariis dicta Eccleſia S. Sal- 150
uatoris inuitari facere, illoſque tam pro dictis proceſſionibus, quàm etiam in feſtiuitatibus Epiphania, Aſcenſionis Domini, Natiuitatis S. Ioannis Baptiſta, S. Valerij, ac Sanctarum Iuſta & Rufina proceſſionaliter, etiam cum Cruce in pertica, ſeu haſta argentea, non tamen aurea, ac ſceptro, & maſſa argenteis, etiam ſine vllo velo, ac Reliquiis, & Imaginibus Sanctorum, ad ipſam Eccleſiam S. Saluatoris accedentes, honorificè recipere, & admittere, ac illos tam in pradictis, quàm in aliis quibuſcunque actibus, in quibus inſimul conuenire, aut intereſſe contigerit, ad dexteram partem, ſiu manum, tam in Choro, quàm extra, etiam in proceſſionibus pradictis collocare, ſeruato ordine conſueto in colloca- 151
tione, ſeu diſpoſitione, vel ordinatione Dignitatum, Perſonatuum, Officiorum, necnon & Canonicorum Eccleſia Metropolitana, ſi ſint plures, vel pauciores praſentes, & cum eis diuinum officium celebrare, ac proceſſiones ipſas, Cruce ipſius Eccleſia S. Saluatoris cum Cruce B. 152
Maria aequaliter, ſed ad dexteram partem incedente, peragere, relaxandum, & quatenus opus ſit, de nouo decernendum duximus, & relaxamus, & decernimus, reſeruato iure ſuper aliis iuribus, ſi iuſtitia ſuadebit, relaxantes ſeu decernentes, ac etiã ſine praiudicio ambarum partiũ, quibus interim praiudicare non intendimus. Qua 153
omnia, & ſingula ſupraſcripta vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet, necnon dictis Dominis Priori, Canonicis, & Capitulo Eccleſia S. Saluatoris ex principalibus omnibus, omnibuſque aliis, & ſingulis, quorum intereſt, intrexit, aut intereſſe
petierit.

*poterit, quomodolibet in futurum intimamus, inſinua-
mus, & notificamus, ac ad veſtram, & cuiuſlibet ve-
ſtrum notitiam deducimus, & deduci volumus per
154 præſentes. Et nihilominus vos, & veſtrum quemlibet
tenore præſentium requirimus, & monemus primò, ſe-
cundò, tertiò, & peremptoriè, vobiſque nihilominus,
& veſtrum cuilibet in virtute Sanctæ Obedientiæ, &
ſub excommunicationis maioris pœna, quam in vos,
& veſtrum quemlibet canonicâ monitione præmiſſâ
ferimus in his ſcriptis, & ſub trium millium ducato-
rum pœna Cameræ Apoſtolicæ applicanda, niſi fece-
ritis quæ vobis in hac parte committimus, & man-
damus, diſtrictè præcipiendo mandantes quatenus ſta-
tim viſis, & receptis præſentibus, & poſtquam pro
155 parte dictorum Dominorum Prioris, Canonicorum, &
Capituli Eccleſiæ Maioris B. Mariæ de Pilari prin-
cipalium deſuper vigore præſentium fueritis requiſiti,
ſeu alter veſtrûm fuerit requiſitus (ita tamen, quod
in his exequendis vnus veſtrûm alterum non expe-
ctet, nec vnus pro alio, ſeu per alium ſe excuſet,)
præfatos Reuerendos Dominos Priorem, Canonicos,
& Capitulum Eccleſiæ B. Mariæ Maioris de Pilari
Cæſarauguſtanæ in eorum poſſeſſione, ſeu quaſi ſupra-
dicta manuteneatis, & conſequi faciatis, videlicet
156 præfati Domini Prior, Canonici, & Capitulum Ec-
cleſiæ S. Saluatoris Metropolitanæ Cæſarauguſtanæ
teneantur cum effectu annuatim in diebus Purifica-
tionis B. Mariæ Virginis, ac Dominica Palmarum,
ac Commemorationis Animarum proceſſionaliter ma-
ne hora diuinorum cum Cruce in pertica, ſeu haſta
deaurata, ſeu honorabiliori, eorum arbitrio, accede-
re ad dictam Eccleſiam B. Mariæ Maioris de Pila-
ri, recipiendi honorificè per præfatos Dominos Prio-
rem, Canonicos, & Capitulum eiuſdem Eccleſiæ,
& in Eccleſia cum ipſis benedictionem Candelarum
& Palmarum, ac ſuper Cœmeterio & ſepulturis de-
functorum abſolutionem, & ſuffragia pro defunctis
reſpectiuè inſimul celebrare. Nectnon eodem modo te-
neantur accedere in ſecundis ferijs Natiuitatis, Re-
157 ſurrectionis, & Pentecoſtes Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti, ac in feſtiuitatibus Aſſumptionis B. Mariæ, &
158 S. Brautij, ac prima die Litaniarum: & inibi pa-
riter recepti, vnà cum eiſdem Priore, Canonicis, &
159 Capitulo B. Mariæ de Pilari, Miſſam Conuen-
tualem ſolemniter celebrare: pariterque teneantur
eoſdem Dominos Priorem, Canonicos, & Capitulum
B. Mariæ de Pilari ad quaſcunque proceſſiones ge-
nerales per Ciuitatem ex quauis cauſa faciendas,
in die præcedenti, horâ veſperarum per duos ex
160 antiquioribus Portionarijs dictæ Eccleſiæ S. Salua-
toris inuitari facere: illoſque tam pro dictis pro-
ceſſionibus, quàm etiam in feſtiuitatibus Epipha-
niæ, Aſcenſionis Domini, Natiuitatis S. Ioannis
Baptiſt. S. Valerij, ac Sanctorum Iuſtæ, & Ru-
finæ proceſſionaliter etiam cum Cruce in pertica,
ſeu haſta argentea, non tamen aurea, aut ſcep-
tro, & maſſa argenteis, etiam ſine vllo velo,
161 & cum Reliquiis, & Imaginibus Sanctorum ad ip-
ſam Eccleſiam S. Saluatoris accedentes honorificè re-
cipere, & admittere, ac illos tam in prædictis, quàm
alijs quibuſcunque actibus, in quibus ſimul conueni-
re, aut intereſſe contigerit, ad dexteram partem,
ſeu manum, tam in Choro, quàm extra, etiam in
proceſſionibus prædictis collocare, ſeruato ordine con-
ſueto in collocatione, ſeu diſpoſitione, vel ordinatio-
ne Dignitatum, Perſonatuum, ac officiorum, nec-
non Canonicorum Eccleſiæ Metropolitanæ, ſi plures,
vel pauciores præſentes, & cum eis diuinum Offi-
162 cium celebrare, ac proceſſiones, ipſa Cruce ipſius Ec-
cleſiæ S. Saluatoris cum Cruce B. Mariæ æqualiter,
ſed ad dexteram partem incedente, peragere, manute-
neatis, ac ab alijs manutenere faciatis, etiam inuocato
ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis, &c.*
Hæc ibi.

Hæc autem omnia luce meridiana clariùs de- 163
notant, non ſolum Cathedralitatem Eccleſiæ S.
Mariæ Maioris, ac quod ex illa ſequitur, Conca-
thedralitatem cum Eccleſia S. Saluatoris, ſed etiam
ſuperioritatem, & antelationem dictæ Eccleſiæ
S. Mariæ ipſi debitam propter primæuam, & ori-
ginariam rationem Cathedralitatis ipſi competen-
tem à prima inſtitutione ſub D. Apoſtolo Iacobo,
& poſtea communicatam alteri Eccleſiæ S. Salua-
toris tempore reſtaurationis Cæſarauguſtanæ Ci-
uitatis.

Circa quæ, præter notata in priori Diſſertatio- 164
ne, & in ſuperioribus, ac notanda inferiùs, eſt
ſpecialiter expendenda dictio illa, *inſimul*, quæ
reperitur in hoc mandato. Hæc enim dictio ſigni-
ficat congregationem, & connexitatem, vt *in c. 2.*
ibi, *cùm reliqua inſimul, de conſuetud. lib. 6. & in
l. 3. circa princip. ff. ſi fam. furt. fec. dic. & in l.
Arethuſa, ff. de ſtatu hom. & in l. qui duos, ff. de
vulgari & pupill.* Tradit Paris. *conſil. 79. num. 20.
lib. 3.* & ex eo Barboſ. *in tract. de Dictionib. dictio.*
164. Si autem vlteriùs expendatur illa totalis, & 165
omnimoda commiſtio, communio, & confuſio dig-
nitatum, & Canonicorum vtriuſque Eccleſiæ, quæ
obſeruari præcipitur in hoc mandato in concurſi-
bus in ipſo relatis, optimè elicitur vnitas origina-
lis, & primæua Concathedralitatis, iuxta textum *in
l. prædijs 89. §. Titio Seia, in fine, ff. de legat. 3.*
Mantica *de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 3. num. 9. &
tit. 10. num. 2.* Galeot. *contr. 22. num. 6. & ſeqq. lib. 1.*
Rota Vercellenſis *vnitatis Capituli* coram Eminen-
tiſſ. Otthobono, de anno 1644. etiam quoad Capi-
tulum vtriuſque Eccleſiæ, prout tactum eſt in ſupe-
rioribus.

Præfatum autem mandatum poſtea quoque fuit 166
confirmatum, declaratum, ampliatum 18. Martij
anno 1562. per D. Auditorem Cameræ. Et quia
obedire recuſarunt Canonici aduerſarij, fuerunt
excommunicati, & abſoluti, præcedente tamen
obligatione Camerali de parendo mandato, ſub
pœna decem millium ducatorum auri de Camera,
& reincidentiæ ipſo facto, toties quoties contraue-
nirent: ad cuius ſolutionem obligata fuerunt bona 167
Capituli, & expreſsè conſenſerunt ipſos, & ſucceſ-
ſores poſſe cogi, incarcerari, & detineri, vſque ad
plenam, & integram ſolutionem, ſuper Sancta Euan-
gelia iurantes.

Totum hoc fuit confirmatum poſtea ex varijs 168
decretis, & S. Rotæ deciſionibus, partim in priori
Diſſertatione relatis, partim verò inter monumen-
ta partis Eccleſiæ S. Mariæ reſeruatis. Ex quibus, 169
& eorum obſeruantia patet, etiam ad oculum vni-
tas vtriuſque Eccleſiæ, ſiquidem conueniunt tan-
quam vnum, & idem corpus, & Capitulum Ca-
thedrale, eo quòd conueniunt ad actus Cathe- 47a
dralis Eccleſiæ, vt patet ex ipſis, & vt dignitates,
& Canonici, qui ſunt partes Eccleſiæ Cathedra-
lis. Illæ enim inferunt totum corpus eſſe Cathe-
drale. Quia ex partibus ad totum bene valet argu-
mentum. Menoch. *conſil. 855. num. 10.* Pichar-
dus *ad princip. inſtit. de hered. capit. de repræſent.
numero 42.* Rota *deciſ. 174. numero 5.* apud Fari-
nacium *part. 1. recent.* Et quia totum non eſt aliud,
quàm ſuæ partes. Menoch. *conſil. 2. numero 86.* 57t
Surd. *deciſ. 78. numero 18.* Maximè verò id conſtat
ex graduatione perſonarum vtriuſque Eccleſiæ in
concurſibus. In his enim non graduantur Capi- 172
tula vt Capitula, ſed perſonæ Capitulorum, vt ſin-
guli, & ſic in ordine ad vnum, & idem Capitulum,
quod ſortitur denominationem Eccleſiæ totalis, &
adæquatæ

adæquatæ Cæſaraugnſtanæ, vt conſtat ex amplia-
tione, & declaratione mandati de anno 1562. de
quo ſuprà, ibi: Quod in loco magis venerabiliori,
173 ſeu præminenti prope gremiale Prioris dictarum Ec-
cleſiarum collocentur, videlicet Prior Sanctæ Mariæ
de Pilari ad manum dexteram, & Prior S. Saluato-
ris del Aſſeo auacupatus, ad manum ſiniſtram, ac
ſtatim immediatè ante dictos Priores, Dignitates
eiuſdem Eccleſiæ S. Saluatoris, ſi exiſtunt, tranſeat
vna ad latus dexterum, & altera remaneat ad latus
ſiniſtrum, vt pares incedant vna cum aliis, & vbi
contigerit remanere aliquam Dignitatem in Choro S.
Saluatoris imparem, tunc tranſeat vnus ex antiquio-
ribus Canonicis dictæ Eccleſiæ S. Saluatoris ad Cho-
rum Sanctæ Mariæ de Pilari, vt par incedat cum ta-
li Dignitate. Collocatis Dignitatibus formâ ſupra-
dictâ, ſtatim ante illas ſequantur Canonici dictarum
Eccleſiarum, videlicet Canonici S. Mariæ de Pilari
ad manum dexteram, Canonici verò Eccleſiæ S. Sal-
174 uatoris ad manum ſiniſtram, &c. Ex his enim clarè
conſtat, in prædicta graduatione non agi de præ-
cedentia Eccleſiarum inter ſe, ſed perſonarum ſin-
gularum in ordine ad vnam ordinatam, & benè
compoſitam conſtituendam Eccleſiam. Si enim
ageretur de præcedentia Eccleſiarum inter ſe, vna
totaliter ab alia eſſet diſcreta.
175 Sed quod negotium totum concludenter, & ine-
luctabiliter ſigillat, duæ ſunt grauiſſimæ Rotales
ſententiæ ab Illuſtriſſ. D. Bichio in deciſione ip-
ſius in principio notatæ: vna quidem de anno
1631. pro ſeptima die Iulij ab Illuſtriſſ. D. Ioanne
Baptiſta Coccino pronuntiata; alia verò ab Eminē-
tiſſ. Vbaldo anno ſequenti pro die 14. Menſis Fe-
bruarij. In priori etenim ſententia idem Coccinus
176 S. Rotæ Decanus ſic pronunciauit. Nos Ioannes
Baptiſta Coccinus I V.D. Sanctiſſ. D.N. Papæ Capel-
lanus, ac ipſius cauſarum Sacri Palatij Apoſtolici
Auditor, cauſæque huiuſmodi Iudex Commiſſarius
ſubrogatus in locum bon. mem. R.P.D. Remboldi, dum
vixit S. Rotæ Auditoris, & huiuſmodi cauſæ Iudicis
Commiſſarij, ab eodem Sanctiſſimo D. N. Papa ſpe-
cialiter, atque expreſsè deputati, in cauſa Cæſarau-
guſtana Synodi, & Cathedralitatis coram nobis, vt
ſuprà vertente inter RR.DD. Priorem, & Canonicos
Eccleſiæ Collegiatæ B. Mariæ de Pilari ex vna, &
RR.DD. Decanum, Canonicos, & Capitulum Ec-
cleſiæ Metropolitanæ S. Saluatoris dictæ Ciuitatis. In
qua quidem cauſa, ſeruatis omnibus terminis de iure
ſeruandis, ac viſis omnibus actibus, &c. Citato de-
nique D. Doctore Ioanne Fuertes ex aduerſo ad au-
diendam ſententiam, adueniente die, & hora audien-
tiæ, illam in loco ſolito iudiciali, atque conſueto feri-
mus tenoris ſequentis, videlicet: Chriſti nomine inuo-
177 cato, pro Tribunali ſedentes & ſolum Deum pro oculis
habentes, per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam,
quam etiam de Coauditorum noſtrorum conſilio pari-
ter, & aſſenſu in his ſcriptis ferimus, in cauſa, & cau-
ſis coram nobis in prima inſtantia vertentibus inter
Priorem, Canonicos, & Capitulum Eccleſiæ B. Ma-
riæ Virginis de Columna, ſeu, vt vulgò dicitur, de Pi-
lari, Ciuitatis Cæſarauguſtæ, actores ex vna; & De-
canum, Canonicos, & Capitulum Eccleſiæ S. Salua-
toris eiuſdem Ciuitatis, reos conuentos, partibus ex
altera, de, & ſuper antiqua Cathedralitate dictæ Ec-
cleſiæ B. Mariæ de Pilari, antiquitus fuiſſe Cathe-
178 dralem, in eaque primam Epiſcopalem dictæ Ciuitatis
extitiſſe, & propterea mandata deſuper neceſſaria, &
opportuna decernenda fore, & eſſe, prout decernimus,
& declaramus, moleſtationeſque, vexationes, & per-
turbationes, & impedimenta per dictos Decanum, &
Canonicos, atque Capitulum Eccleſiæ S. Saluatoris
179 prædictis Priori, Canonicis, & Capitulo B. Mariæ de-
ſuper præſtitas & illatas fuiſſe, & eſſe iniuſtas, te-
merarias, & indebitas, iniuſta, iniqua, temeraria, &
indebita, illiſque de iure minimè facere licuiſſe, nec li-
cere, eiſdemque perpetuum ſilentium imponendum fo-
re, & eſſe, prout imponimus, & victos victoribus in ex- 180
penſis coram nobis in cauſa legitimè factis condemna-
mus, quarum taxationem nobis, vel cui de iure in po- 181
ſterum reſeruamus. Et ita dicimus, non ſolum præmiſſo,
ſed & omni alio de iure meliori modo, &c. Ita pronun-
tiaui Ego Ioannes Baptiſta Coccinus Rotæ Decanus.
In poſteriori verò idem qui vt ſuprà Cardinalis 182
Vbaldus hoc etiam modo pronuntiauit. Benedictus
Vbaldus I V.D. Sanctiſſimi D.N. Papæ Capellanus, &
ipſius Sacri Palatij Apoſtolici cauſarum Auditor,
cauſæque, & cauſis, ac partibus infrà ſcriptis Iudex
Commiſſarius ſubrogatus in locum Eminentiſſimi, &
Reuerendiſſimi Domini Lucæ Antonij Cardinalis Vi-
rilis, dum in humanis eſſet, noſtri Coauditoris, ab
eodem Sanctiſſimo Domino noſtro Papa ſpecialiter de-
putatus. Nouerint vniuerſi, & ſinguli hoc præſens 183
publicum ſententiæ inſtrumentum viſuri, lecturi pari-
ter, & audituri, quod vertente aliàs lite, & cauſa in
Sacro Rotæ Auditorio, & coram nobis, vt ſubrogato
prædicto in locum præfati Eminentiſſimi, & Reueren-
diſſimi Domini Cardinalis Virilis, vigore ſpecialis
commiſſionis Signaturæ Iuſtitiæ prædicti S. D. N.PP.
tenoris, prout in ea, inter DD. Priorem, Canonicos,
& Capitulum Eccleſiæ S. Mariæ Maioris, & de Co-
lumna, ſeu vt vulgò dicitur, de Pilari, Ciuitatis Cæ-
ſarauguſtanæ, actores ex vna; & DD. Decanum, Ca-
nonicos, & Capitulum Eccleſiæ S. Saluatoris eiuſdem
Ciuitatis, reos conuentos, de, & ſuper antiqua Cathe-
dralitate dictæ Eccleſiæ S. Mariæ Maioris, & de Pi-
lari, rebuſque aliis in actis, ac proceſſu cauſæ, & cau-
ſarum huiuſmodi latiùs deductis, partibus ex altera,
& in eodem Sacro Rotæ auditorio causâ huiuſmodi
per nos pluries propoſitâ, ac auditis partibus, cum
earum Procuratoribus, & Aduocatis in Facto & in
Iure, ſeruatiſque terminis ſubſtantialibus de ſtylo Cu-
riæ, & huius Sacri Tribunalis ſeruari ſolitis, tandem
viſis proceſſibus, ac Iuribus in huiuſmodi cauſa pro-
ductis, ac regiſtro cauſæ huiuſmodi, viſiſque viden-
dis, ac conſideratis conſiderandis, citato prius ad ſen-
tentiam pro parte, & ad inſtātiam prædictorum DD.
Prioris, Canonicorum, & Capituli Eccleſiæ S. Mariæ
Maioris, & de Columna, ſeu vt vulgò dicitur, de Pi-
lari, principalium, DD. Ioanne de Fuertes ex aduer-
ſo principali, ac Procuratore reſpectiuè prædictorum
DD. Decani, Canonicorum, & Capituli Eccleſiæ S.
Saluatoris, ac nomine, de quo in actis, per vnum ex
S.D.N.PP. Curſoribus, vt moris eſt, pro die, & hora
certis, quibus aduenientibus de RR.PP. DD. Coau-
ditorum noſtrorum conſilio & aſſenſu tulimus, & pro-
mulgauimus ſententiam diffinitiuam tenoris infra ſcri-
pti, videlicet: Chriſti nomine inuocato, pro Tribuna- 184
li ſedentes & ſolum Deum pro oculis habentes, per
hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, quam etiam de
Coauditorum noſtrorum conſilio, pariterque & aſſenſu
in his ſcriptis ferimus in cauſa, & cauſis, quæ in pri-
ma coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano, & nunc
corā nobis in ſecunda vertuntur inſtantia, inter Prio-
rem, Canonicos, & Capitulū Eccleſiæ S. Mariæ Ma-
ioris, & de Columna, ſeu vt vulgò dicitur, de Pilari,
Ciuitatis Cæſarauguſtanæ, actores ex vna, & Deca-
num, Canonicos, & Capitulū S. Saluatoris eiuſdem Ci-
uitatis reos conuentos, partibus ex altera, de & ſuper
antiqua Cathedralitate dictæ Eccleſiæ S. Mariæ Ma-
ioris, & de Pilari, rebuſque aliis, &c. Dicimus, ſenten- 185
tiamus, decernimus, declaramus, & diffinitiuè pronun-
tiamus, benè fuiſſe pronuntiatum, ſententiatum, & dif-
finitū per D.R.D. Decanū ad fauorē DD. Prioris, Ca-
nonicorū, & Capituli Eccleſiæ S. Mariæ Maioris de
Pilari, maléque, & perperam fuiſſe appellatū reclama-
tū, & prouocatū pro parte DD. Decani, Canonicorū,

& Capituli Eccleſia S. Saluatoris , & propterea di-
ctam ſententiam Reuerendiſſimi D. Decani confirman-
dam fore, & eſſe, prout illam confirmamus, & appro-
bamus , & mandatum , ſeu mandata quæcunque deſu-
186 *per neceſſaria , & opportuna decernenda fore, & eſſe,*
prout decernimus , & relaxamus , & victos victori-
bus in expenſis in cauſa legitimè factis condemnamus,
quarum taxationem nobis , vel cui de iure in poſterum
reſeruamus. Et ita dicimus, &c. Non ſolùm præmiſſo,
ſed omni alio meliori modo , &c. ita pronunciaui, Ego
Benedictus Vbaldus Rota Auditor. Hic finis , hic
ſcopus, vltra quem progredi vix datur.

187 Quia tandem de vnitate hæc Diſſertatio eſt, pla-
cuit *ad vnum* mihi fortiſſimum argumentum omnia
fermè , quæ ad propoſitum dicta ſunt , enucleatiùs
examinanda reducere : quod forſan demonſtratio
quædam, non tam Logica, aut Metaphyſica,quàm
moralis , politica , & iuridica erit. Sic ergo agam.
188 Comperta veritas eſt , quod Eccleſia S. Mariæ
Maioris Cæſaraguſtanæ Cathedralis fuerit à tem-
pore ſuæ primæ conditionis vſque ad annum 1117.
aut 1118. quo Eccleſia S. Saluatoris ſuam Cathe-
dralitatem accepit. Quid enim aliud apparitio Bea-
tiſſimæ Virginis S. Iacobo Apoſtolo dum Cæſarau-
guſtæ eſſet , facta ; iuſſio de ea Eccleſia conſtruen-
da, eiuſdem Apoſtoli reſidentia , & Epiſcopatus in
ipſa, munia Epiſcopalia ibi ab eo exercita , iugis
quoque reſidentia Epiſcoporum in ea , ſepultura
poſt obitum , Synodus Cæſaraguſtana in illa ce-
lebrata, Chriſtianus cultus ibi retentus , concurſus
Orbis ad ipſam , & innumeri , ipſique grauiſſimi
auctores pro hac veritate adducti, quæ omnia quæ
in priori Diſſertatione per totum caput primum, &
ſecundum retuli , demonſtrant ? Tanta enim hæc
fundamentorum congeries veritatem hanc , tradi-
189 tionem Eccleſiaſticam eſſe , apertè confirmant. Id-
que valdè corroborant quæ in ſuperioribus *cap.* 1.
retuli ex S.Rota coram Motmanno *in Cæſaraugu-*
ſtana Cathedralitatis,de anno 1633.in *6.part.recent.*
deciſ. 177. Si autem traditio eſt , prout reuera eſt,
quis audeat ipſi aduerſari ? Vt enim *can. ſcit ſancta,*
190 *diſt.* 12. dicitur : *Scit Sancta Romana Eccleſia, quod*
nihil obſunt ſaluti credentium diuerſa pro loco,& tem-
pore conſuetudines , ſi illis canonica non obſtat aucto-
ritas. Et canon.illud , eadem diſt. vbi etiam : *Illud*
191 *breuiter te admonendum puto , traditiones Eccleſia-*
ſticas , præſertim quæ fidei non officiunt , ita obſeruan-
das , vt à maioribus tradita ſunt , nec aliorum con-
ſuetudinem aliorum contrario more ſubuerti. Et *canon.*
ridiculum , ibi : *Ridiculum eſt , & ſatis abominabile*
dedecus, vt traditiones, quas antiquitus à Patribus
ſuſcepimus , infringi patiamur. Et etiam *can.vtinam,*
diſt. 76. vbi illud auteum D. Hieronymi : ac etiam
cap.certificari , de ſepult. ex eodem D. Hieronymo:
Vnaquaque Prouincia in ſuo ſenſu abundet, ſecundùm
rationabilem conſuetudinem regionis. Optimè quo-
192 que Stephanus PP.ad Epiſcopos Africæ : *Nihil in-*
nouetur præter id quod traditum eſt; id enim proprium
eſt Chriſtiana modeſtia , non ſua poſteris tradere , ſed
à maioribus accepta ſeruare. Et Martinus de Ayala
in lib.de traditionibus , aſſert. 8.inquiens : *Traditio-*
nes particulares conſuetudine fidelium obfirmatæ , ad
cultum Dei , & pietatem pertinentes, neceſſariò in Ec-
193 *cleſia, vbi vigent, retinendæ ſunt.* Maximè Rota illa
coram Motmanno relata , vbi quod etiam ad tra-
ditiones particularium Eccleſiarum extenditur ea
194 doctrina de auctoritate traditionum. Accedit quo-
que, quod pars aduerſa nec illam negare poſſit,
prout conſtat ex teſtimonio eiuſdem Eccleſiæ S.
Saluatoris , & ſtatuto ipſius , quod retuli in priori
Diſſertatione , *num.* 232. ac teſtimonio Martini
Garziæ eius Eccleſiæ Canonici, quod etiam retuli
eo loco , *pag.* 138. ac præſertim ex verbis Abbatis
Carrillo eiuſdem Eccleſiæ etiam Canonici , qui in
hiſtoria S.Valerij anno 1616. typis mandata inge-
nuè fatetur *pag.* 4. *& pag.* 31. hanc Eccleſiam S.
Mariæ de Pilari fuiſſe primam eius Ciuitatis ab
Apoſtolo Iacobo fundatam, & eum eſſe primum
Epiſcopum ipſius. Teſtimonium autem partis , ſeu 195
ſocij partis , probare contra illam, Doctores admit-
tunt , ſpecialiter Salic. *in l. quoniam liberi , num.*6.
in fin. verſ. ſin autem ſocius , C. de teſtib. Campegius
de teſtib. in 4. fall. Corrad.*in pract.* §. *de teſtibus,*
*rubr. perſona teſtium, num.*49. *verbo Socius, fol.*94.
Menoch. *de arbitr. quæſt. lib.*2. *caſu* 474. *num.* 11.
Maſcard. *de probat. lib.* 3. *concl.*1302. *num.* 4. &
Farinacius *in prax. quæſt.*60. *num.* 396.

Extenditur autem hæc traditio etiam ad tempus 196
captiuitatis , ſeu manſionis Sarracenorum in ea Ci-
uitate , prout conſtat ex adductis in prima Diſſer-
tatione , præſertim ex teſtimonio aliquoties repe-
tito Zuritæ Hiſtoricorum Iberiæ facilè Principis, 197
in Indicibus , *pag.* 13. ſic dicentis : *Cæſarauguſta*
ſatis conſtat , reliquis Sacris ædibus, ſiue ſartis tectis,
ſiue depopulatis (ſic enim legendum , non verò vt
per errorem dicitur in priori Diſſertatione *n.* 313.
ſiue ſanctis tectis depopulatis) *ſanctum & religioſum*
Templum Diua Maria Virgini dicatum, quod vulgus,
de Pilari nuncupat , miſeris illis temporibus ſanctita-
tis,religionis, & conſilij publici, tanquam ſacram aram,
& perfugij portum noſtris fuiſſe. Vnde & Eleca , &
Senniorſ , ac ſuperioribus , poſterioribuſque Epiſcopis,
Eccleſiaſticoque cœtui , Sacroſancta ea Ædes Sedem,
ac domicilium præbuit , atque inde ampliſſimos , &
maximos honores eius fani Antiſtitibus ſemper habi-
tos, & vetuſtis Tabulis , & memoriâ ſuperiorum tem-
porum pro certo firmare poſſumus. Cui concinnunt 198
Abbas Carrillus *ſuprà , pag.* 236. *&* 237. Prades
*lib.*2. *de venerat. Imagin. cap.*5.§.1. *pag.*77. *&* 78.
Murillus *in fundatione huius Eccleſia , pag.*253.
modernus Cæſarauguſtanus *in Comment. ſuper hanc*
hiſtoriam , à pag. 238. & Ioannes Arruegus fortis
propugnator contrariæ partis *in lib. de Cathedra*
Epiſcopali Cæſarauguſtana , pag. 636. teſtimonium
Zuritæ exponens. Imò dato , quod per aliquod 199
tempus huius miſeræ captiuitatis ceſſaſſet actualis
aſſiſtentia Epiſcopalis in ipſa Eccleſia , certum eſt
non propterea Cathedralitatem illius ceſſaſſe , pro-
pter dicta , ſcilicet in priori Diſſertatione *num.* 119.
quod ſcilicet Eccleſiæ iura non ceſſant , quod ma- 200
ximè procedit quando id contingit propter tyran-
nicam inuaſionem infidelium : & *num.* 120. quia
in ea ſemper Canonici , aut Presbyteri adfuerunt,
ac *num.* 121. & 125. quia tunc erat Parochia to-
tius Ciuitatis, & illi aſſiſtebat aliquis Epiſcopi vi-
ces gerens ; ac denique quia, vt nouiſſima Rota co-
ram Domino Bichio ait, §.*nec obſtat*, Mauris expul-
ſis , *recuperauit antiquum ſtatum libertatis iure quaſi*
poſtliminij , cap.prima actione , 16. quæſt. 3. Bellam.
*num.*9. & *cap.*2. *de non. op. nunc.* Innocent. *num.* 2.
verſ. hoc autem certum eſt.

Ex quo præſuppoſito argumentum à me promiſ- 201
ſum ſic procedit. Aut enim Cathedralitas huius
Eccleſiæ , quæ ipſi à 12. fermè ſæculis compete-
bat, perſeuerauit cum ipſa in poſterum , ſæculis po-
ſterioribus , vel fuit extincta, ſuppreſſa, & reuoca-
ta. Si primum , manus damus,& habetur intentum
huius capitis de vnitate Cathedralitatis Eccleſiæ
S.Mariæ cum Eccleſia S. Saluatoris. Siquidem cer-
tum eſt duas Cathedralitates formaliter non poſſe
dari in vna Ciuitate. Si verò ſecundum exiſtima-
tus , validiſſimè impugnari , quin & expugnari 202
poteſt. Ex capite quidem poſſeſſionis vſque ad id
tempus retentæ , non ſolùm propter adducta in
priori

Digitized by Google

primi Diſſertatione toto *cap. 3. & ſeqq.* ſed etiam,
& ſingulariter, ex natura ipſius poſſeſſionis, quæ
veluti fœcundiſſima parens eſt plurium effectuum,
qui *poſſidentem*, iuxta vulgare dicterium, *beatum*
203 faciunt. Vnus eſt, quod qui poſſidet, plus iuris
in retinendo conſequitur, quàm actor in agendo.
Speculator *in tit. de Emphyteuſi, quæſt. 66. n. 83.*
Mandoſius *in reg. 33. quæſt. 4. num. 2.* cum aliis. Id
igitur ad minus habeat pars noſtra contra aduer-
ſam, vt ſuppoſita Cathedralitatis poſſeſſione vſque
ad id tempus, plus iuris habeat in retinendo, quam
204 ipſa in agendo. Alius eſt, quod eo ipſo quod con-
ſtat de poſſeſſione in huiuſmodi iuribus Eccleſiæ,
præſumitur titulus & proprietas, quia ſine illis
poſſideri non poſſunt. Sic ſæpiùs firmauit S. Rota,
maximè *deciſ. 423. num. 2. deciſ. 593. num. 8. &*
deciſ. 802. num. 2. & 4. in part. 1. recent. Imola
Clement. 1. vt lit. pend. num. 10. Gonzalez *ſuper*
205 *Regul. 8. Cancell. §. 3. proœm. num. 55.* Omiſſis au-
tem pluribus aliis generalibus motiuis ad naturam
poſſeſſionis attinentibus, idem quoque ſuadetur ex
ſpecialibus. Et primò, quia poſſeſſio præterita
Cathedralitatis, quam non negat pars aduerſa,
efficaciter concludit præſentem, non ſolùm propter
deducta in prima Diſſertatione, *num. 42. & 43.*
206 ſed adhuc ſpecialiùs. Nam qui ſemel poſſedit, &
hodie præſumitur poſſidere. Hæc enim eſt com-
munis concluſio, vt habet Maſcardus *de prob. vo-*
lum. 3. concl. 1196. num. 1. ex pluribus iuribus, &
207 DD. Et quia poſſeſſio præſens præſumitur ex præ-
terita, ſi ex Aduerſarij confeſſione hæc conſtet.
Pro quo eſt pulcher textus *in cap. præterea, il 2.*
de tranſact. vbi ſi Monachi confiteantur ſe ſolùm
fuiſſe ſubditos, condemnantur tanquam de præſen-
ti ſubditi. Ad quod etiam deſeruit Gloſſa *in l. cer-*
tum, §. 1. ff. de confeſſ. dicens, præſumi fundum
hodie actoris eſſe, ſi reus confiteatur olim actoris
fuiſſe. Alia Maſcardus pro hoc ſuppeditat motiua
ſup. num. 17. Quod vtiliter etiam ad intentum li-
mitat *num. 45.* ad commodum poſſeſſoris, ex Bar-
208 tolo, & aliis. Secundò, ex natura poſſeſſionis
antiquæ, qualis eſt iſta; ex ea enim præſumitur,
non ſolùm contigiſſe ex auctoritate Superioris, ſed
etiam titulum. Idem Maſcardus *ſupr. concl. 1323.*
num. 3. & ſeq. Imò habere iuſtitiam permanen-
tem, Baldus *in cap. 1. §. cum autem, de controu.* Ro-
landus à Valle *conſ. 66.* Maſcardus *ſuprà concluſ.*
1371. à num. 20.
209 Quæ omnia magis firmantur ex eo, quod tetigi
in alia Diſſertatione, *n. 356.* quod ſcilicet hæc an-
tiqua Cathedralitas Eccleſiæ S. Mariæ ſit inducta
quodammodo ex Iure diuino. Primò quidem, quia
ab Apoſtolo Chriſti Legato. Nam, vt probat Ni-
210 colaus Papa II. & refertur *can. Omnes, diſt. 22.*
Chriſtus fundauit Romanam Eccleſiam, quia il-
lam fundauit Apoſtolus Petrus ipſius auctoritate;
propterea enim dicit: *Illius certè priuilegio fungi-*
tur, cuius authoritate fulcitur.
211 Vulgaria etiam Iura oſtendunt, quod geſta à Pa-
pæ Legato, ipſi Papæ tribuuntur. Vnde illud axio-
ma, *noſtra omnia facimus, quibus auctoritatem no-*
ſtram impartimur, *1. l. §. omnia, C. de veter. iur.*
212 Quibus ſpecialiter fauet id quod in Sacra Hiſto-
ria fundationis Eccleſiæ eiuſdem S. Mariæ Cæſar-
auguſtanæ afferenda capite ſeptimo, eadem San-
ctiſſima Virgo, quando Iacobo Apoſtolo apparuit,
dixit: *Ecce Iacobe fili, locus ſignatus, meoque hono-*
ri deputatus, in quo tu mei memoriam tuâ induſtriâ
mea Eccleſia conſtruatur. Conſpice quinimò Pilare
hoc, in quo ſedeo; nam filius meus magiſter tuus per
321 *manus Angelorum illud tranſmiſit ex alto.* Ex hoc
autem cōuincitur, fuiſſe immutabilē, ſicut & ipſum
ius diuinum immutabile eſt, niſi per ipſum Deum.
Et ſanè cū pars cōtradicens nitatur probare Ec- 214
cleſiam S. Saluatoris ab initio fuiſſe Cathedralem,
eo quòd nunc temporis Cathedralis ſit, certè effi-
caciùs multò diſcurritur pro Eccleſia S. Mariæ à
contrario, ſcilicet à præterito ad præſens: tum pro-
pter dicta: tum quia à primo ad vltimum validum
eſt argumentum in Iure ſecundum Euerardum *in*
Topic. legalib. loco 67. Andream Grammat. *in Dia-*
lectic. legal. lib. 2. loco 9. Ludouicum Rudolphin.
in tract. de brach. ſæcular. & Eccleſiaſt. num. 55. Tum 215
quia à præſenti ad præteritum non valet tale argu-
mentum, quando facies rerum eſt tempore muta-
bilis. Seraphin. *deciſ. 1075. num. 7.* Rota *deciſ. 524.*
apud Farinacium *in 1. Collect. nouiſſim. aliàs part. 4.*
diuerſorum. Quod in caſu præſenti contigiſſe ſe-
quens argumentum demonſtrabit.
Quæro enim, an toto tempore duodecim fermè 216
ſæculorū, quod præceſſit erectionē Eccleſiæ S. Sal-
uatoris Cæſarauguſtanæ in Cathedralē, fuit aliqua
Cathedralis Eccleſia in ea Ciuitate, vel non: ſi hoc
ſecundum placeat Dominis aduerſariis, primò val-
de derogant ſibi ipſis, quia neotericam, ac moder-
nam credunt eſſe Cæſarauguſtanam Eccleſiam, &
aliis multis Aragoniæ recentiorem, quæ maiorem
vetuſtatem in Cathedralitate prætendere, & proba-
re poſſunt. Deinde valde quoque iniurij ſunt toti 217
Hiſpaniæ, quæ maximè gloriatur hac antiquitate
Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ, & inde probat Hiſpani-
cæ Eccleſiæ vetuſtatē cōtra alias exteras Regiones,
& Regna. Authores qui id referunt nō affero, quia
mei inſtituti res non eſt, & quia plures ipſius pa-
tronos, incidenter tamen, in priori Diſſertatio-
ne retuli. Rem tamen palam eſſe omnibus Iberis
credo, nec vllum tam præfrictæ frontis futurum,
qui refragari audeat, aut queat. Igitur pro compe- 218
ta re habitâ, petam vlteriùs, quænam materialis Ec-
cleſia, quod Templum, quodve Sacellum, aut Ora-
torium Cæſarauguſtæ fuit à tempore primæ Chri-
ſtianitatis in ea vrbe à Beato Apoſtolo Iacobo inſti-
tutum vſque ad annū 1117. ſeu 1118. quo Eccleſia
S. Saluatoris ad Cathedralitatis dignitatem erecta
fuit, cui hæc prærogatiua adaptari poſſit. Quia qua- 219
litas non poteſt ſtare ſine ſubiecto, *l. eius qui in Pro-*
uincia, ff. ſi certum pet. cum aliis multis DD. à Rota
coram Ludouiſio inter impreſſas ipſius *deciſ. 381.*
n. 3. 4. & 5. congeſtis. Neceſſe autem eſſe hoc ab
illis probari, non ſolùm tota Metaphiſica clamat, ſed 220
etiam iura ipſa, dum dicunt, *non entis nulla ſunt qua-*
litates, prout elicitur ex relata *l. eius qui in Prouin-*
cia, & l. 4. §. Condemnatum, ff. de re iudicata, l. 2. ff.
de vſufructu, cum authoritate magna DD. & *non*
entis, & non apparentis idem eſt iudicium, l. duo ſunt
Titij, ff. de teſtam. tut. l. in lege 77. ff. de contrahend. 221
empt. l. cùm lex, §. itaque, ff. de legat. 1. cum DD. quos
congerit Barboſa *in Axiom. iur. axiom. 162. n. 1. &*
2. vbi etiam *n. 3.* quod digito tangit rem præſen- 222
tem, quod non eſſe, & non poſſe probari, paria
ſunt. Legant ergo Antagoniſtæ noſtri, perlegant,
ruminent, ſcrutentur libros, monumenta, ſcripta,
chronica, & hiſtorias Iberiæ, Hiſpaniæ totius, & 223
cuncti, ſi placet, Chriſtiani Orbis: & nullū reperient
(dēpto vno, vel alio nō ſatis clari nominis auctore)
ſcriptorem, qui aſſerere comperiatur, Eccleſiam ali-
quam, præter eam, quæ S. Mariæ Maioris de Pilari
nuncupatur, hoc honore decoratam fuiſſe. Quor- 224
ſum iam aliud argumentum petetur, cùm iſtud pe-
remptoriū ſit, vias omnes ſubterfugiēdi præcludens.
At dicunt noui quidam Scriptores, quod ſuſpi- 225
cio, & præſumptio eſt tacitè ab Scriptoribus anno
tata, Eccleſiam S. Saluatoris ab eo tempore Cæſarau-
guſtæ extitiſſe, ac perinde illi Cathedralitatem hanc

iute tribui poſſe. Sed hanc præſumptionem, ſuſpi-
cionemve, ſeu tacitam rei enunciationem, nihil
226 omnino aduerſæ patri ſuffragij præſtare, iura, & in-
ris Doctores teſtantur. Primò dum dicunt, quod
præſumptio, ſeu ſuſpiciones *ceſſant in claris*, An-
ton. Monachus Florent. *deciſ.* 51. *num.* 49. Barboſa
ſupr. axiom. 186. *num.* 5. Gonzales *ſup.* 8. *reg. Cancel-
lar. gloſ.* 18. *num.* 48. & 49. Secundò, dum aiunt,
227 quod *præſumptio cedit veritati*, aut quod *veritas præ-
ualet præſumptioni, l. nuptura filio, ff. de iure dotium,
leg. fin. in princ. ff. quod metus cauſâ, l. cùm de indebi-
to, ff. de probat.* & DD. quamplures ab eodem Bae-
bola *ſup. n.* 1. congeſti. Tertiò, cùm inquiunt, quod
228 *expreſſum facit ſilere tacitum, l. ſi fundum ſub condit.*
81. *§. Stichum, ff. de legat.* 1. *l. cùm ex filio, ff. de vul-
gari*, Caſtrenſis *d. l. fundum, num.* 1. Gonzalez *ſuprà,*
229 *gloſſ.* 15. §. 2. *num.* 62. Hæc porrò omnia ad intentum
faciunt, cùm eo tempore, de quo eſt ſermo, extitiſſe
Eccleſiam S. Mariæ, veritas ſit *clara*, & expreſſa
mille fundamentis in priori, & poſteriori hac Diſ-
230 ſertatione cumularis: extitiſſe verò Eccleſiam S. Sal-
uatoris, non eſt niſi imaginatio quædam nulli ve-
ritatis apparentiæ fulcro innixa, dicente maximè
Rota relata coram Motmanno, quod eo tempore,
quo à D. Iacobo extructa eſt Eccleſia S. Mariæ,
Chriſtianis in vno, eodemque loco, vel ciuitate,
*neque amplas, neque plures Eccleſias habere permiſſum
erat.*

231 Sed detur omninò gratis Dominis contrariis,
etiam ab eo tempore infantis Eccleſiæ, & primæ
Chriſtianitatis in Cæſaraugustanam vrbem inuectæ
primordiis, aliquod veſtigium Eccleſiæ S. Saluatoris,
vel rudera impolita imaginari poſſe. Certè tamen à
Beato Iacobo extructam fuiſſe, in ea ſediſſe, Epiſ-
copalia munia ibi geſſiſſe, non niſi ſomniando dici
232 poteſt. Tum propter dicta ex S. Rota coram Mot-
manno: tum etiam, quia ſuppoſito mandato Dei
Genitricis ad S. Iacobum de ædificanda Eccleſia ei-
dem Virgini, Cathedralitas illi ſoli iure debita &
233 affixa erat. Quorſum ergo alia effingenda? Præ-
ſertim, cùm ante Eccleſiam S. Mariæ erectam fuiſ-
ſe, nullus dicere auſus eſt. Vbi autem contenditur
de iure duarum Eccleſiarum, pro prima, & anti-
quiori ſtandum eſt. Gloſſa *in can. quicunque*, 16.
234 *quæſt.* 1. *de religioſ. domibus cap.* 1. & facit textus *in
can. Eccleſia antiquitus, ead.* 16. *quæſt.* 1. adiuncto ti-
tulo illius canonis, qui eſt *Antiquiores Eccleſiæ nec
decimis, nec vlla poſſeſſione priuentur*: ac Ambroſius
de Morales *lib.* 17. *cap.* 49. loquens de Eccleſia Tole-
tana, & ad hoc intentum Murlanus in ſua allega-
tione, *n.* 58.

235 Si verò quis imaginetur, eſto in primordiis
Chriſtianæ Eccleſiæ Templum S. Mariæ Cæſarau-
guſtæ fuiſſe, nihilominus Maurorum nequitiâ, quo
tempore illi vrbi dominabantur, euerſum eſſe: præ-
ter plura alibi dicta, huic imaginationi opponitur
vnus pro mille habitus Zurita celeberrimus chro-
nologus Aragonum, in inſigni illo ſuo aliàs repeti-
236 to teſtimonio, *in Indicibus fol.* 13. *ſub ann.* 889. dum
de eo tempore loquitur: *Cæſarauguſta ſatis conſtat
reliquis ſacris ædibus, ſiue ſartis tectis, ſiue depopula-
tis, Sanctum, & religioſiſſimum Templum D. Mariæ
Virgini dicatum, quod vulgò de Pilari nuncupatur,
miſeris illis temporibus, Sanctitatis, Religionis, & con-
ſilij publici, tanquam Sacram Aram, & perfugij por-
tum noſtris fuiſſe. Vnde & Heleca, & Senniori, ac
ſuperioribus, poſterioribuſque Epiſcopis, & Eccle-
ſiaſtico cœtui Sacroſancta ea Ædes Sedem, ac domici-
lium præbuit: atque inde ampliſſimos, & maximos ho-
nores eius Fani Antiſtitibus ſemper habitos, & vetuſtis
tabulis, & memoriâ ſuperiorum temporum, pro certa
affirmare poſſumus.* Quod Zuritæ teſtimonium mag-
no in pretio habetur à S. Rota in illa magiſtrali co-
ram Coccino de anno 1630. §. *quantum verò*, illud 237
vocante *luculentum æquè ac conſtans teſtimonium*, &
in ipſo, quantum attinet ad auctores, maximè fun-
dante Cathedralitatem præfatæ Eccleſiæ. Quinimò
§ *ſecundum adminiculum, in fine*, ad intentum præ-
ſens illud ſic diſertè corroborat: *Nec appareat eius
temporis aliam in Ciuitate Cæſarauguſtana Eccleſiam
adfuiſſe, imò conſtet hanc ſolam ſub diuturna Mauro-
rum dominatione, reliquis ſacris ædibus penitus exciſis,
atque depopulatis, veluti Sacram Aram, perfugij por-
tum, Antiſtitumque Sedem fuiſſe ſeruatam, vt teſtatur
Zurita in præcitato Indice rerum Aragonenſ. anno* 889.
pag. 13. Probet iam ſancta Saluatoris Eccleſia, etiam 238
hoc tempore Sarraceni dominij Cæſarauguſtæ ex-
titiſſe vel veſtigium aliquod ipſius, & teſtimonia
hæc S. Rotæ, & Zuritæ corruent: alioquin ipsâ non
probante, vnica, & ſingulariſſima Cathedralitas
Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, ſicut *Columna immobilis*, &
Turris Dauidica ſubſiſtere debet.

Si autem hæc non ſufficiant pro firmanda eo æuo 239
Cathedralitate Eccleſiæ S. Mariæ Maioris, ac infir-
manda ea Eccleſiæ S. Saluatoris, ſufficiat ſaltem,
quod Cathedralitatis effectus, ac veſtigia, ſeu admi-
nicula, in illa, non in iſta, veluti Solis radij relu-
cent. Sicut innumera, quæ in priori Diſſertatione,
& plura, quæ in hac poſteriori congeſſi, manife-
ſtant. Etenim ab effectu ad cauſam valet argumen-
tum, *l. non codicillum, C. de teſtam. cap. at ſi Clerici,* 240
in princ. de iudic. cap. cùm ceſſante, de appellationib.
Eneruid. *in Topicis legalibus, loco* 77. Et præ cæteris
ſufficere poterunt *quamplurima, & infinita miracula*
(ſic loquitur Papa Calixtus III. in quadam Bulla
25. Septembr. 1456.) quæ in hac Eccleſia ſanctæ
Mariæ, Dei gratiâ, & eiuſdem Virginis interceſ-
ſione patrata dicuntur. Vnum præcipuè ſtupendum 241
valde mirabile, quod 24. Martij 1640. conti-
git, & ab Eccleſia S. Saluatoris, quæ eſt pars ad-
uerſa in hac cauſa, approbatum fuit 27. Aprilis
1641. Ex quo patet Beatiſſimæ Virginis *de Pilari* 242
interceſſione Ioannis Pelicerij crus totum cum pe-
de ipſo ante duos annos ab eo abſciſſum, in ter-
ra ſepultum, ac iam prorſus, & omnino corrup-
tum, veluti è poſtliminio ipſi reſtitutum fuiſſe,
Orbe toto mirante de tam inſigni, patentiſſimo,
& euidentiſſimo miraculo. Cum enim vera mira-
cula ſolùm à Deo fieri poſſint, & veluti ſigilla, qui-
bus Deus veritatem aliquam confirmat, prout ex 243
Theologorum apice D. Thom. 3. *part. quæſt.* 43.
articul. 4. *in compend. & quodlib.* 2. *articul.* 6. *ad* 4.
Scoto *quæſt.* 2. *prolog.* §. *de octauo*, Bellarmino *tom.* 1.
lib. 4. *de notis Eccleſ. cap.* 14. & Toleto *annotat.* 2.
in caput 3. *Ioan.* elicitur: cùm hæc miracula, ma- 244
ximè illud poſtremum, patentiſſimum, & indubi-
tatum, attentis ſaltem circumſtantiis, quæ in ipſo,
vt audio, acciderunt, piè ſanè demonſtrent, quod
Domus illius ſit *firmiter ædificata*, Dei voluntate,
Dei Genitricis iuſſu, Angelicis manibus, & B. Iaco-
bi Apoſtoli in ea Epiſcopali iure ſedentis miniſte-
rio, ac perinde verè Cathedralem fuiſſe, vt prop- 245
terea *Officina miraculorum* ſit, ſicut & eadem Dei
Parens, quæ talis nuncupatur à Damaſceno *orat.* 2.
de Natiuit. B. Mariæ Virg. idcirco eius ſacræ Domus
hiſtoriam, prout ex Eccleſia ſanctæ Mariæ de Mon-
teſerrato in Vrbe antiquis in tabula deſcripta habe-
tur, capite ſeptimo dabimus.

CAPVT

Caput V.

Obiectis in contrarium occurritur.

246 EIuſdem ſcientiæ eſt (Inquit Philoſophus 4.
Metaph.) *oppoſita conſiderare.* Quia vt ipſe
Rhetor. 2. dixit, *oppoſita iuxta ſe poſita magis elu-
ceſcunt.* Cùm igitur *Dauidica Turris*, quibus ædifi-
cata eſt, *propugnacula*, & qui ex ea pendent pro ſui
tuitione *clypei mille*, ac præterea *armatura fortium*,
quâ ineluctabiliter defenditur, elucidata maneant;
tela quibus impugnari videtur, in medium adducere
etiam oportet, vt vel ſic conjici detur, id quod Os
247 aureum Chryſoſtomi de Eccleſia dixit: *Impugnari
poteſt, tela mittuntur, ſed eius murus non perforatur;
machina præparantur, ſed Turris Dauidica non elidi-
tur*; Eccleſiæ S. Mariæ Cæſarauguſtanæ Cathedra-
litati aptiſſimè accommodari. Eccleſiæ etenim pro-
prietas eſt, quod *tunc viuat cùm læditur, tunc intel-
248 ligat cùm arguitur, & tunc obtineat cùm ſuperari in-
tenditur.*

249 Primum, quod primâ facie, primoque intuitu
opponi poteſt contra deducta in præcedentibus, id
eſt, quod aſperum, & durum videtur aſſerere, duas
Eccleſias omninò, & realiter diuerſas, ac ſepa-
ratas, talem vnionem inter ſe habere poſſe, vt
250 vnam Cathedralem Eccleſiam conſtituant. Vnum
enim, & plura valde diſtinguuntur, & pluralitas
non contentatur vno, *l. vbi numerus, ff. de teſtibus,
l. libertas, §. vlt. ff. de manum. teſtam. leg. inter
illa, §. fin. ff. de verb. obligat. leg. vlt. ad Trebell. cap.
251 pluralis loquutio 40. de regul. Iuris lib. 6.* Hæc ta-
men prima obiectio leuiſſima eſt, cùm nihil fami-
liarius in ſcientiis, artibus, negotiis, & rebus
naturalibus, artificialibus, & politicis ſit, quàm
quod ea quæ ſunt in vno ordine, ſeu genere diuer-
ſa, in alio ſint vnita, ſeu vna. Sic omnia mundi
entia vnum Orbem conſtituunt: Deus ipſe, qui
eſt mundus maximus, eſt trinus in perſonis, ac vnus
quoad eſſentiam; Chriſtus duplex in natura, vnus
quoad ſuppoſitum. Omitto infinita alia omnibus
obuia in quocunque ordine, genere, claſſe, ſeu ſerie
rerum, quibus obruere poſſem oppoſitionem
iſtam.

252 Secundum obiectum à quodam grauiſſimo viro
propoſitum, & magni ponderis viſum, illud fuit,
quod poſt erectionem Eccleſiæ S. Saluatoris in Ca-
thedralem, non manſerunt in Eccleſia S. Mariæ
Maioris Cæſarauguſtanæ ea quæ ad veram Cathe-
dralem Eccleſiam neceſſaria ſunt, Capitulum vide-
licet, Canonici, &c. Sed illud eliditur ex inſpectio-
ne, & repetitione eorum, quæ in priori, & hac po-
ſteriori Diſſertatione deducta ſunt. Ex priori nam-
253 que conſtat *ex num.* 196. Eccleſiam ſanctæ Mariæ
poſt erectionem Eccleſiæ ſancti Saluatoris in Ca-
254 thedralem, conſeruaſſe ſtemmata, & inſcriptionem
255 Sedis Cathedralis. Et *num.* 198. in ea reſediſſe Pe-
trum de Librana, Garziam de Guerta, & Bernar-
dum ſecundum Epiſcopos. Ac ex *num.* 199. 201.
202. *&* 203. ab exteris quoque vocatam fuiſſe *Se-
256 dem*, & Eccleſiam *maiorem*, & fieri ibi mentionem
de Canonicis ipſius. Inſuper ex *num.* 204. 205. *&
ſeqq.* prætendiſſe, & obtinuiſſe præeminentias Ca-
thedralis Eccleſiæ. Inſuper *ex num.* 212. *& ſeqq.* il-
257 las fuiſſe confirmatas à Sanctio de Abones Cæſar-
258 auguſtano Antiſtite. Ac ea *num.* 227. *cum ſeqq.* ſub
259 Dalmatio Archiepiſcopo initam fuiſſe Concor-
diam, per quam plura Cathedralitatis antiquæ ad-
huc etiam perſeuerantis, non tam ſigna, aut veſti-
gia, quàm proprietates illi aſſignentur. Omitto
quæ à *num.* 233. ſcripſi de Concordiis, Sententiis,
Sacræ Rotæ deciſionibus ad propoſitum. Ex po- 260
ſteriori autem hac Diſſertatione, ſi caput tertium,
& quartum præcedentia legantur, adeo neruosè
euincitur id quod petitur, vt obiectio iſta omninò 261
euaneſcat. Quo modo autem dicatur manere in di- 262
cta Eccleſia idem Epiſcopus, qui antea erat, etiam
liquet ex dictis in priori, & hac poſteriori Diſſer-
tatione, ac magis patebit infrà ad quintum obie-
ctum.

Obiectum autem tertium ex tradita doctrina con- 263
ſurgit, ex eo formatum, quod ſi in Eccleſia S. Ma-
riæ Capitulum, Canonia, & Canonici diſtincta
manſerunt poſt erectionem Eccleſiæ ſancti Saluato-
ris in Cathedralem, profectò corruere videtur to-
tum fundamentum noſtræ Diſſertationis, ſcilicet
aſſerta vnio harum Eccleſiarum. Cùm enim aliqua 264
aliis vniuntur, omnia ſua iura cenſentur ceſſaſſe, ac
illis, quibus vniuntur, incorporata, & adquiſita, 265
cap. quia Monaſterium, de religioſis domibus, vbi
loquens Pontifex de Monaſterio alteri Monaſte-
rio vnito, ait: *Quia Monaſterium, quod in fun-
do Martiano poſitum eſt, hoſtilitate faciente, di-
citur deſolatum, illud tuo Monaſterio, cum omni-
bus rebus ſuis, vel quæ ei competunt actionibus, per-
ſpeximus vniendum.* Gregorius Lopez *leg.* 7. *verbo
De termino, tit.* 20. *part.* 3. Barboſa *in Collectan.
DD. ad dict. cap. num.* 2. Gonzalez *ſub Reg.* 8. *Can-
cell. gloſſ.* 5. *num.* 27. & *cap. recolentes, de ſtat. Mo-
nach.* vbi Pontifex loquens de Monaſteriis vnitis 266
aliis Monaſteriis, dicit: *Domus illa, quæ de aliis in-
ſtitutionibus ad veſtrum Ordinem ſe tranſtulerint, ve-
ſtris omninò ſe ſatagant vſibus conformare, & relictis
poſſeſſionibus, vel etiam commutatis, quas Inſti-
tutio veſtra non recipit, ſic ſe in omnibus Religioni
veſtræ coaptent, vt quemadmodum gaudent ſe in ſocie-
tatem Ordinis, & habitus identitatem aſſumptas, ſic
etiam in paupertate ſæcularium rerum eſſe lætentur
veſtris inſtitutionibus conformatas.* Id quoque con- 267
ſtat, quia ſi vniatur aliquod Caſtrum alicui Ciuita-
ti, vel ſi villa vniatur Caſtro, ex eo tempore Caſtrum,
& villa vnita regulantur ſecundùm regulas eius Ci-
uitatis, aut Caſtri, cui vniuntur; & eiſdem legi-
bus, & priuilegiis ſunt gubernanda, & amittunt
proprias regulas, & priuilegia, vt docuit Bart. *in l.
ſi conuenerit, §. ſi nuda, ſub num.* 2. *verſ. breuiter,
& num.* 3. *ff. de pignerat. actione*, & alij plures citati
per eius additionatorem, argumento textus *in leg.
peculium, in princ. ff. de leg.* 2. *& l. grege, ff. de leg.* 1.
Felinus *in cap. tranſlato, num.* 6. 7. *&* 8. *de Conſtitu- 268
tionibus*, Gonzales *ſupr. num.* 34. *&* 35. Hinc Bene-
ficium vnitum dicitur conuerti in naturam eius,
cui fuit vnitum, & accreſcere illi, *argum. l. ſi ex to-
to, in principio, ff. de legat.* 1. & *in l. inter ſocerum, §.
cùm inter, de pactis dotalib. l. ſi in rem, §. Item ſi qua-
cunque*, & ibi notat Bald. *ff. de rei, vind. cap. ſuper
eo, de præbend. in* 6. Palat. Rubeus *in rubr. cap. per
veſtras, §.* 62. *num.* 56. *de donat. inter vir. & vxorem.*
Ac quod magis eſt, Beneficium poſt vnionem dici- 269
tur prædium illius, cui fuit vnitum. Gambarus *in
tract. de offic. & poteſt. Legati, lib.* 5. *de poteſtate leg.
in vniendo, num.* 139. Caputaquenſ. *deciſ.* 369.
num. 2. *p.* 3.

Cæterùm hæc leuia ſunt, quia ſolùm probant 270
de vnione ſolùm acceſſoriè, & per modum ſobie-
ctionis, de qua eſt ſermo in illis capitibus *Quia Mo-
naſterium*, & *Recolentes*, & apud DD. relatos. At verò
noſtra, de qua in præſenti eſt ſermo, vnio facta
eſt æquè *principaliter, & non acceſſoriè*, & cum re-
ſeruatione propriorum iurium, priuilegiorum,
exemptionum, &c. prout dixi in priori Diſſertatione, 271

num. 361. *& ſeqq.* & de vnione Aretinarum Eccle-
ſiarum dixit Rota *in Aretina vnionis*, coram D. Ve-
ſoſpio, octaua Martij 1652. in ſuperioribus rela-
ta. Addens etiam ad intentum, quod per vnionem
272 factam æquè principaliter, *vtraque Eccleſia pro*
vnica Cathedrali conſtituitur, vnicoque Collegio,
quoad negotia tantummodè communia, quæ verò ad
particularia vniuſcuiuſque Capitulo, reſeruantur ſpecia-
liter; quæ aureis litteris annotanda ſunt, quia dire-
ctè tangunt totum negotium huius Diſſertationis, &
273 factum ipſius enunciant. Idque tenent communiter
DD. loquentes de vnione Beneficiorum, quæ eſt
æquè principaliter, ſpecialiter Petrus Rebuffus, &
Gambarus, quos affert, & ſequitur Gonzales *gloſ.* 5.
§. 7. *n.* 55. dicens, quod *quando beneficium eſt vnitum*
alteri beneficio æquè principaliter, iura vtriuſque Be-
neficij ſalua permanent, licèt ad inuicem communicen-
tur. Et generaliter loquendo de vnionibus Eccle-
274 ſiarum, Coruinus *in ſuo Iure Canonico, lib.* 1. *tit.* 23.
dicens: *Eccleſia principaliter vnita, non tantùm priſti-*
nam naturam, priuilegia, conſuetudines, & iura reti-
nent, ſed altera alterius priuilegia nanciſcitur. Et de
duabus Diœceſibus inuicem vnitis æquè principali-
ter, quod iura cuiuſlibet integra remaneant, ſcripſit
Mandoſius *conſ.* 27. *per totum.* Ex antiquioribus
etiam DD. Bart. *in l. ſi conuenerit, §. ſi nuda, num.* 3.
275 *ff. de pignoratitia actione*, dicit quod ſi duo caſtra,
vel Prouinciæ vniantur, non acceſſoriè, ſed ad in-
uicem, quod quælibet illarum conſeruabit iura, &
priuilegia ſua, & propriis legibus antiquis guberna-
bitur: & adducit exemplum de comitatu Toloſæ,
qui fuit datus Regi Franciæ, ita quod eſt Rex, &
Comes, quia debet regi dictus Comitatus ſecun-
dùm leges, & conſuetudines ſuas: & allegat ad hoc
Bart. Gloſſam *in cap.* 1. *ne Sede vacante, & l. ſi quan-*
do Duciano 36. *C. de appellationib.* Sic etiam con-
ſtat in Regnis potentiſſimi Monarchæ Hiſpaniarum
276 Philippi IV. qui quamuis habeant vnum Regem,
ac Principem, tamen iura vtriuſque Regnis ſalua
permanent, & ſecundùm ſuas leges, ſtatuta & con-
ſuetudines gubernantur, vt priùs Aacuedus *in ru-*
brit. tit. 12. *num.* 215. *lib.* 6. *recopilat. ſupr. num.* 112.
277 Vnionem porrò, quæ eſt inter Eccleſias Cæſarau-
guſtanas, æquè principaliter accipiendam eſſe, ac
per conſequens non tangere illas, quæ in hoc ob-
iecto adductæ ſunt, non ſolùm conuincitur ex ſu-
periùs adductis, ſed etiam quia Eccleſiæ ampliatio
intelligitur facta remanentibus iiſdem prærogati-
uis, vt dixit Rota coram Gpyſio 28. Iunij 1589.
& confirmatum fuit 29. Martij 1610. *deciſ.* 463.
278 *num.* 1. coram Ludouiſio. Hæc enim vnio facta
fuit per modum extenſionis, & communicationis,
vt dixi in alia Diſſertatione, *num.* 189. *& ſeqq.*

279 Quartum obiectum deſumi poteſt ex eo, quod Se-
de Cæſaraugustana vacante aliqui, actus iuriſdi-
ctionis exerceantur à ſolis Canonicis ſancti Salua-
toris. Ex quo videtur inferri, non eſſe inter has Ec-
cleſias vnitatē Cathedralitatis, eo quòd iuriſdictio-
nalia ad Capitulum tantùm Eccleſiæ Cathedralis,
Sede Epiſcopali vacante, tranſeant, *cap. cùm olim, de*
maior. & obed. cap. vnic. eodē tit. in 6. Gloſſ. *in Clem.*
1. *§. propter quod, verbo capere, de hæretic.* Zabarella
280 *ibidem*, 11. Vital. *n.* 46. Federicus Senenſ. *conſil.* 16.
n. 2. Reſpōdetur tamen, nullum actum iuriſdictionis
ſpectantē ad Cathedralitatē Eccleſiæ, exerceri poſſe
à Canonicis S. Saluatoris, qui de iure etiam exerceri
non poſſit à Canonicis S. Mariæ. Hoc enim efficaci-
ter cōuincitur ex accumulatis copioſè ſuperiùs pro
vnitate Cathedralitatis, quæ eſt inter has Eccle-
281 ſias. Præſertim quia, vt dictum eſt, non ſolùm eſt
ea vnitas in Cathedralitate, ſed in Capitulo *for-*
282 *maliter*, vt Capitulo Cathedralis Eccleſiæ. Idque
confirmat, quod cùm Cathedralitas Eccleſiæ S.
Saluatoris ſit illi ab Eccleſia S. Mariæ communica-
ta, prout ex adductis in præcedentibus apparet,
ſine dubio neceſſe eſt dicere, quod iuriſdictio dictæ
Cathedralitati competens intelligatur *cumulatiuè*,
non *priuatiuè*, ac per conſequens cum facultate
exercendi eoſdem actus iuriſdictionis. Maximè
quia de natura iuriſdictionis eſt, quod cenſeatur *cu-*
mulatiuè, non *priuatiuè* conceſſa. Aretin. *conſ.* 101. 283
num. 1. Baldus *in l. vnic. §. vbi autem, num.* 6. *de*
cadus. collend. Iaſ. *in l. quod in rerum* 24. *§. ſi quis*
poteſt, num. 8. *ff. de legat.* 1. cum multis aliis, quos
affert, & ſequitur Gonzalez *in Regul.* 8. *Cancell.*
§. 1. *proœmial. num.* 20. & nouiter Pax Iordanus
volum. 3. *elucubr. lib.* 13. *tit.* 2. *num.* 36. Quod 284
adeò verum eſt, vt etiamſi conceſſio iuriſdictionis
habeat dictionem taxatiuam, adhuc iuriſdictio, &
poteſtas concedentis non remanet reſtricta, nec
limitata, *l. Viros ſpectabiles, C. de diuerſ. offic.*
lib. 12. Gonzalez *ſupr. num.* 27. Plura etiam ad
intentum *num.* 21. *& ſeqq.*

Imò, quod non poſſit talis iuriſdictionis poteſtas 285
per præfatos actus præſcribi, etiam poſita poſſeſ-
ſione, habent Goffreddus, quem ſequitur Ioan-
nes Andreas *in apoſtilla ad gloſ. fin. in cap. quia*
iudicante, de præſcript. & Iordanus *ſuprà lib.* 54.
tit. 24. *num.* 188. Et ratio eſt, quia actus ali- 286
qui non habent hanc vim præſcribendi contra
poſſeſſionem Tertij, niſi fiant cum animo illum
ſpoliandi. Abbas 1. *part. concl. conſ.* 54. *num.* 3. *in*
fin. loquendo de Patronis reſpectu aliorum Patro-
norum in ordine ad præſentandum, & dicens non
fieri præiudicium illis, *nec circa proprietatem, nec*
circa poſſeſſionem. Rota coram Manzanedo 2. *part.*
recent. deciſ. 640. *num.* 4. & alia in ſuperioribus re-
lata coram Ghiſletio Aretina *vnionis*, 1. Aprilis
1647. Non adfuiſſe autem talem animum, colli- 287
gitur tum ex eo, quod non obſtante hac ſingula-
ritate actuum pro tempore Sedis vacantis, Eccle-
ſia, & Canonici ſancti Saluatoris concordarunt &
concurrerunt cum Eccleſia ſanctæ Mariæ, non ſo-
lùm ad plures actus Cathedralitatis, ſed etiam ſu-
perioritatis, vt patet ex Concordiis arbitrariis, de
quibus in ſuperioribus actum. Huiuſmodi autem
concurſum apertè arguere, non adeſſe animum im-
mutandi vnitatem Cathedralitatis, expreſsè habet 288
dicta Rota coram Ghiſlerio. Tum etiam, quia 289
iure non præſumitur talis animus. Rota coram
Peña, Senenſis *iuris Patronatus*, 9. Ianuarij 1598.
Et meritò ſanè, quia ſumus in claris, Cathedra- 290
litate videlicet Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, quæ eſt
clariſſima, in quibus, iuxta dicta etiam ſuprà, ceſ-
ſat præſumptio. Antonius Monach. Florentin. *de-*
ciſ. 51. *num.* 49. Barboſ. *in Axiomat. iur. axiom.* 186.
num. 5. Gonzales *ſuper reg.* 8. *Cancellar. gloſ.* 18. 291
num. 49. ex pluribus, quæ congerit. Et quia deli-
ctum in dubio non præſumitur in piis, probis, &
timoratis, *l. meritò, ff. pro ſocio, l. prætor, §. do-*
cere, ff. de vi bonorum rapt. cap. eſtote, de reg. iur.
Iniuſta autem ſpoliatio alicuius Eccleſiæ delictum, 292
& iniuſtitia abſque dubio eſt. Quia *quiſquis cuili-*
bet Eccleſiæ ſuum ius detrahit, iniuſtitiam facit, ex
cap. 1. *diſt.* 21. Iordanus *tom.* 3. *tit.* 1. *de iuriſdict.*
num. 35. referens ſe *ad lib.* 10. *tit.* 13. *à num.* 139.

Nec etiam poſſet ad hoc iuuare conſuetudo, quæ 293
potiùs eſſet corruptela, & abuſus; cùm iuriſdictio-
nis poteſtas ſit omninò impræſcriptibilis, prout
in ſimili caſu de Cathedralitate duarum Eccleſia-
rum Vercellenſium dixit Eminentiſſimus Ottho-
bonus in cauſa Vercellenſi *Vnitatis Capituli*, in
præcedentibus relata. Faciunt Hoſtienſis *in cap.*
2. *ſub num.* 2. *verſ. verùm ſi ſubtiliter attendas*, & ibi
Ioan.

Ioan. Andreas *n. 3. de maior. & obed.* Abbas *conſ.* 21. *num.* 4. *p.* 1. Ruin. *conſ.* 155. *n.* 11. *& ſeqq. lib.* 4. Tob Non. *conſ.* 72. *n.* 24. Menoch. *conſ.* 126. *n.* 31. *& ſeqq.* Ferro Manrique *de preced. q.* 18. *n.* 11. Gregor. *deciſ.* 116. *n.* 5. *& 6.* & Addent. ad eundem *deciſ.* 124. *ſub n.* 4.

294 Quare dicendum neceſſariò eſt, quod ſi aliqui
actus iuriſdictionis competunt tempore Sedis vacantis Canonicis Eccleſiæ S. Saluatoris, ij etiam fieri cenſendi ſunt à Canonicis ſanctæ Mariæ, tanquam per conſocius, ac proinde non potuiſſe immutare qualitatem vnionis effectuatæ per actus ſimultaneos factos à Capitulo vtriuſque Eccleſiæ, prout determinauit Rota coram Ghiſlero de anno 1647. quam retuli *ſuprà.* Verba Rotæ ad inten-
295 tum accommodatiſſima ſunt hæc: *Nec facit, quod dentur actus facti à ſolis Canonicis Cathedralis, importantibus Cathedralitatem, quia ſemper verum eſt dicere, ſupradictos actus non potuiſſe mutare qualitatem vnionis effectuata per actus ſimultaneos à Capitulo vtriuſque Eccleſia, & dum non probatur animus Canonicorum Cathedralis inducendi nouam obſeruantiam in præiudicium Collegiata, per tales actus, tanquam per conſocios factos, cenſetur præſeruatum ius*
295 *Collegiata.* Facit etiam appoſitè alia Rota coram Manzanedo 2. *part. recent. deciſ.* 640. *num.* 4. & alia coram Illuſtriſſ. Zarate in Palentina *Decimarum*, pro hoc anno 1655. §. *Poſſeſſio autem.* Vlteriùs adiungitur, quod cùm, vt ſæpe dixi, talis iuriſdictio Cathedralitatis conceſſa ſit ſolùm *cumula-*
297 *tiuè* Eccleſiæ ſancti Saluatoris ab Eccleſia ſanctæ Mariæ, tantùm abeſt, quod actus iuriſdictionales tempore Sedis vacantis ab Eccleſia ſancti Saluatoris effecti præiudicent Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, vt potiùs iuuent ad conſeruationem iurium ij ſius, eo quòd facti ſint à maiori parte Canonicorum, quæ reſidet in Eccleſia S. Saluatoris, in qua maiori parte, veluti in Capite, repræſentatur alia pars Canonicorum, quæ reſidet in Eccleſia S. Mariæ, quæ eſt minor. Rota coram D. Veroſpio in Gerundenſi *Adminiſtrationis, in 5. part. recent. tom.* 1. *dec.* 252. *n.* 7. & 9. Et illa iam relata coram Illuſtriſſ. Zarate in Palentina *Decimarum*. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 14. *n.* 86.

298 Vnde conſequenter diuerſitas iſta ſolùm eſt materialis, & quoad actuum exercitium, quia ſemper manet vnum, & idem ius Cathedralitatis in Eccleſia S. Mariæ, quia eſt indiuiduum. Gonzalez *ſupra, gloſſ.* 45. §. 1. *numero* 6. ex aliis multis. Et ex tacito conſenſu Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, à qua emanauit Cathedralitas Eccleſiæ S. Saluatoris. Quemadmodum *in Clement.* 2. *de iurepatr.* permit-
299 titur, quod Patroni poſſint inter ſe liberè conuenire de Rectore alternis vicibus præſentando, eſto quod id competeret de iure omnibus Patronis ſimul, vt notant ibi communiter DD. Et ex con-
300 ſuetudine, vel ſtatuto poſſunt Canonici ſingulares per alternas vices prouidere Beneficia vacantia, quæ aliàs à toto Capitulo prouideri debebant. Ita enim, vt audio, de facto contingit in Baſilica Principis Apoſtolorum de Vrbe. Et colligitur *ex cap. fin. de præbend. in* 6. Gloſſa ibi, *verbo Statuta*, Geminiano *num.* 7. Francho *num.* 3. Maximèque iuuant tradita per Boerium *deciſ.* 5. *num.* 2. *& per totam*, Lambertinum poſt alios *de iurepatronatus lib.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 2. *principali, art.* 36. *n.* 6. *& ſeq.* & per Couarr. *in pract. quæſtion. cap.* 4. *n.* 1.
301 Cæſarem de Graſſis *dec.* 3. *de ſent. & re iud.* Vbi concludunt, quod ratione euitandæ diſcordiæ, & maioris commoditatis, ſit diuidendus vſus communis iuriſdictionis per menſes, vel quadrimeſtres, ſeu annos. Hæc cum aliis Gonzalez *ſuprà, gloſſ.* 45. §. 1. *n.* 58. *& ſeqq.* quæ applicata oppoſitioni factæ, ipſam omninò eneruant.

Quibus addendum, vel ad maiorem cautelam, 302
quod etſi admitteretur plures actus iuriſdictionis anneaæ Cathedralitati, competere *priuatiuè* Eccleſiæ ſancti Saluatoris, adhuc nihil fieri contra Eccleſiam ſanctæ Mariæ, eo quòd illos obruit con-
geries quampluriam aliorum actuum Cathedrali- 303
tatis, quibus, prout eſt apertiſſimum ex deductis in ſuperioribus, maximè *cap. præcedenti*, vtitur ea
Eccleſia ſanctæ Mariæ. Inter quos iure recenſen- 304
tur acceſſus Eccleſiæ S. Saluatoris ad Eccleſiam ſanctæ Mariæ certis diebus ſolemnibus, ad proceſſiones, &c. & quod Cœmeterium vtrique Eccleſiæ commune eſt priuatiuè in eadem Eccleſia ſanctæ Mariæ: & alij, quos Rota magiſtralis de anno 1630. coram Coccino notat §. *quintum ſubmi-*
niſtrant. Ac maximè, quod hoc loco ait S. Rota: 305
Cùm tamen ad effectum retinendi, ac continuandi ius antiqua Cathedralitatis, vnicus etiam actus cenſeatur ſufficere. Addent. *ad deciſ.* 557. Gregorij, *numero* 10. Quia prout teſtatur Rota coram Peña, relata in præcedentibus, in ſimili cauſa *vnitatis Cathedralitatis, & Capituli* Eccleſiarum Vercellen-
ſium, *Quando cauſa vtentis eſt vniuerſalis, tunc per* 306
vnicum actum particularem adquiritur vniuerſalis poſſeſſio quoad alia: & ratio eſt, quia magis attenditur cauſa actus, quàm ipſius actus exercitium, Baldus *in repetit. l.* 1. *num.* 24. *C. de emancipat. lib.* Oldradus *conſ.* 312. *circ. fin. n.* 2. Felinus *in cap. audiris, n.* 19. *de præſcript.* & fuit etiam deciſum in vna Toletana *Annatarum*, 16. Februarij 1581. coram Cantuccio, & iterum in vna Tridentina *Prioratus*, 27. Nouembr. 1598. coram Orano: & quia ad præſcriptionem requiritur, quod nihil vnquam *actum, viſum, vel audi-*
tum ſit in contrarium. Rota relata coram Illuſtriſſ. Za- 307
rate ex Rota in Salisburgenſi *Iuriſdictionis*, 1. Iulij 1643. & 22. Maij 1645. coram D. Tarraconenſi, confirmata 6. Iunij 1653. coram Illuſtriſſ. Veroſpio, & in Beneuentana iuriſdictionis, 13. Maij 1652 coram eodem Illuſtriſſ. Zarate.

Obiectum quintum, quo pars contradicens vul- 308
gari Populo ſuadere nititur Eccleſiam S. Mariæ prorſus, & omninò Cathedralitate orbatam eſſe, deducit ea eo, quod Epiſcopo careat; quia videlicet ipſe eſt, qui Cathedralem Eccleſiam conſtituit, ſicut Parochialem Parochus; prout vulgata iura, & DD. volumina in propatulo oſtendunt. Sed hîc interpellandus lector, vt ea quæ in Diſſertatione
prima *numero* 431. latè dixi, æquo animo, & at- 309
tentiùs legat. Ex eis enim clarè patet contrarium, eo quòd Epiſcopus Cæſaraugustanus Epiſcopus ſit Eccleſiæ S. Mariæ Maioris Cæſaraugustanæ, ſicut
Eccleſiæ S. Saluatoris. Quemadmodum, iuxta ad- 310
ducta, & probata *toto cap.* 3. huius Diſſertionis, Epiſcopus Vercellenſis, Epiſcopus eſt Eccleſiæ S. Mariæ Maioris Vercellenſis, ſicut Eccleſiæ S. Euſebij eiuſdem Ciuitatis. Et Epiſcopus Aretinus, Epiſcopus eſt Eccleſiæ S. Mariæ *de Plebe*, ſicut & Eccleſiæ S. Petri eiuſdem Ciuitatis. Ac quemadmodum Eccleſia Montis Gargani prætendit eſſe ſub Epiſcopo Sipontino, ſicut Eccleſia eiuſdem Sipontinæ
Ciuitatis. Quod etiam eſt valdè conforme iuri com- 311
muni, ex quo habetur, quod Eccleſia, quæ ſemel habuit Epiſcopum, habeat ſemper ius ad illum habendum, *can. licet*, 16. *q.* 1. Gloſſ. fin. *in can. felix*, 16. *q.* 1. Bertachin. *de Epiſcop. p.* 3. *num.* 27. Iordanus *tom.* 1. *præl ud.* 9. *n.* 14.

Sed hîc occurrit alia obiectio, quam acriter, & 312
enixè pars aduerſa inculcat. Quod videlicet Eccleſia S. Mariæ ſit, & dicatur omnimodè exempta à iuriſdictione Epiſcopi, prout conſtat ex Bulla Clem.

VII. de anno 1589. confirmata à Sixto V. in
alia de anno 1590. Repugnantia enim inuolui
videtur in terminis, dicendo, quod aliqua Eccle-
ſia ſit exempta à iuriſdictione Epiſcopi, & ſimul
ſit Cathedralis, etenim Cathedralis Eccleſia eſt
propria Sedes Epiſcopi, illique ſubiecta, vt cun-
313 ctis pro comperto manet. Et loquendo de Cathe-
dralibus Regularibus id probat ex iuribus, & DD.
Barboſa *de Canonicis & Dignitatib. cap. 1. num. 18.*
Verumtamen arduum non eſt oppoſitionem iſtam
314 elidere. Primò namque, vnico, & ſimplici verbo
dici poteſt, quod licèt Eccleſia Cathedralis de iure
communi ſubdita ſit Epiſcopo, poſita tamen Papæ
exemptione, ab hoc iugo liberatur. Felin. *in c. cum
inter, de ſent. & re iud.* Puteus *dec.* 124. *lib. 3. in no-
uiſſ.* Rota in vna Meliuitana coram Proſpero, apud
eundem Puteum, Lotterius *de re benefic. lib. 1. q. 23.
num.* 13. referens etiam Pariſium *lib. 3. q. 11. n. 44.*
315 Quidni ergo Eccleſia S. Mariæ, etſi Cathedralis
ſit, caemptionem tamen ab Epiſcopo habeat ex
Papæ priuilegio? Dico ſecundò, quod licèt Ec-
316 cleſia Cathedralis, quatenus Cathedralis eſt, im-
portet præfatam ſnbiectionem ad Epiſcopum, qua-
tenus verò Collegialis, aut Regularis eſt, aliis po-
teſt ſubeſſe, Abbati ſcilicet, vel Priori; & ita
317 exemptionem ab Epiſcopo habere. Sic enim con-
ſtat plures Cathedrales in Anglia exiſtere, ait Ho-
ſtienſis *in cap. cauſam qua, in princip. de iudic.* &
in Sicilia duas, Panormitanam, & Montis Rega-
lis, ait Abbas *ibid. numero* 8. vtrumque referens
Barboſ. *de Canonicis, & Dignitatib. cap. 1. num. 11.*
Quæ quidem Eccleſiæ, vt Cathedrales, Epiſco-
pis ſubiacent, vt Collegiales verò, ſeu Regulares,
ſuis Prælatis, Abbatibus, Prioribus, &c. Prout
ſpecialiter de Eccleſia Montis Regalis in Sicilia,
habetur ex pluribus, replicatiſque S. Rotæ deci-
ſionibus coram Coccino in impreſſis ipſius, ſub
hoc titulo *Montis Regalis* iuriſdictionis, præſertim
318 vna de anno 1604. *deciſ.* 157. Ergo idem dicatur
de Eccleſia S. Mariæ Maioris, quæ omnes hos reſ-
pectus ob ſui magnam excellentiam includit. Non
eſſe autem inconueniens, quod Eccleſia Cathedra-
lis Regularis ſit etiam Collegiata, etiam ſtando in
Iure communi, habent Hoſtienſis *in cap. nobis,
numero 1. col. 2. de iurepatronat.* Abbas *numero* 8.
319 Biſignetus *deciſ.* 13. *numero 3. de prabend.* Tertiò
dico, quod Eccleſia de Pilari, etſi excludat ſubie-
ctionem ad Epiſcopum quoad legem *iuriſdictio-
nis*, non tamen à iure Ordinis, in illis ſcilicet,
quæ ad poteſtatem Ordinis ſpectant, ſcilicet re-
ceptionem Ordinum, benedictionem Chriſmatis,
& Olei Sancti, Conſecrationem Altarium, & ſi-
320 milia. Quartò addo, quod etiam in iis, quæ per-
tinent ad iuriſdictionem, non ſic debet dici Ec-
cleſia S. Mariæ exempta à iuriſdictione Epiſcopi,
vt talis iuriſdictio ſit omninò extiocta, ſeu aulla
per exemptionem, ſed ſolùm impedita quoad exer-
citium, itavt in habitu retineatur, vt rectè Lot-
terius *de re beneficiaria lib. 1. quaſt. 24. num.* 107.
321 Nec etiam exempta quoad locum, quia locus
exemptus conſiſtens in aliqua Diœceſi, dicitur de
Diœceſi, *cap. cùm Epiſcopus, de offic. Ordin. in 6.*
DD. ibidem, quorum plures congerit Gonzalez
ſup. Regul. 8. cancellar, gloſſ. 45. *à numero* 187.
Multò minùs quoad populum; quia circa illum
etiam manet in Epiſcopo actualis iuriſdictio. Lot-
322 terius *ſuprà, numero* 118. Rota coram Vbaldo in
Theatina *Iuriſdictionis*, 24. Martij 1625. Et pa-
tet in Bullis exemptionis Eccleſiæ S. Mariæ, vbi
conſeruatur huiuſmodi iuriſdictio pro Epiſcopo.
Vnde propterea ſemper reſpectu populi Epiſcopus
323 dicitur Ordinarius. Loterius *dicto numero* 107. Ad-
dendum eſt, adhuc poſitâ iſtâ exemptione Eccle-
ſiæ S. Mariæ, poſſe Epiſcopum Cæſaraugnſtanum
in ea reſidere, & ſuam Sedem figere. Cùm enim
ſit verè Cathedralis ipſius, eſt etiam propria ipſius
Sedes, & ita poteſt in illa ſedere, quando ſibi pla-
cuerit. An verò id expediat facere, ipſe, & alij
viderint. Poterit etiam in ea pro Tribunali ſede- 314
re, & cauſas iudicare. Quia eſtu id ſolùm conce-
datur Epiſcopo pro loco non exempto, *in d. cap.
cùm Epiſcopus*, intelligi tamen debet de loco non
exempto, qui etiam aliàs non ſit Cathedra ipſius.
Si enim eſt ipſius Cathedra, implicatorium eſt, quod
non poſſit in illo ſedere. Similiter poterit in eadem
Eccleſia S. Mariæ habere, ſeu celebrare Synodos,
aut Concilia, prout Diſſertatione priori, *num.* 74.
dixi contigiſſe quarto ſæculo in Synodo Catholi-
corum pro damnatione hæreſis Priſcillianiſtarum,
teſtibus Marco Maximo, & Luitprando, ac maxi-
mè Iuliano Perez, dicente, vt ibi retuli: *Nam* 315
*vbinam commodiùs debuiſſent Epiſcopi Hiſpani con-
uenire, quàm in Templo, quod totius pietatis, &
Religionis, non ſolùm in Hiſpania, ſed in omnibus
Occidentis partibus fons, & origo fuit.* Simplici 316
quoque verbo dicatur, poſſe Antiſtitem Cæſar-
auguſtanum in ea Eccleſia S. Mariæ facere, ſeu
celebrare actus omnes ad Cathedralitatem ſpe-
ctantes, qui non repugnent eiuſdem Eccleſiæ
priuilegiis. Maneat igitur ex dictis concluſum, 317
quod non obſtante exemptione, quâ gaudet Eccle-
ſia B. Mariæ, poſſit nihilominus in aliis quadante-
nus eſſe ſub iuriſdictione Epiſcopi, veluti ſub Ca-
pite, & Sponſo, & ita eſſe Cathedra ipſius, ſicut &
Eccleſia S. Saluatoris.

Vrget etiam valde pars aduerſa plures titulos, va- 318
riaque cognomina, epitheta, encomia, &c. à mul-
tis, etiam Principibus magnis, conceſſa Eccleſiæ
S. Saluatoris, quaſi illa præiudicium aliquod Ca-
thedralitati Eccleſiæ S. Mariæ afferre poſſint. Sed
nullam omninò afferunt. Nam præter dicta in prio- 319
ri Diſſertatione, *numero* 419. hoc dilemmate lis
ſoluitur. Vei enim huiuſmodi tituli, nomina, en-
comia, &c. afficiunt Eccleſiam S. Saluatoris, qua-
tenus Cathedralis eſt, vel quatenus eſt quædam
Eccleſia particularis, etſi aliàs illuſtriſſima, & gra-
uiſſima. Quæ ſunt prioris generis, etſi ſonent ad
Excellentiam & prærogatiuam illius, nihil tamen
conducunt ad denotandam aliquam præexcellen-
tiam ſuper Eccleſiam S. Mariæ, eo quòd illa com-
munia ſunt vtrique, ſicut communis eſt vnitas in
Cathedralitate: quæ enim communia ſunt, non 320
ſunt propria, iuxta vulgare illud iuris axioma,
commune quod eſt, meum non eſt, *ex l. nemo ex ſo-
ciis, ff. pro ſocio.* Rebuffus *ad l. liuius eſt 96. ff. de
verbor. ſignificat.* Valaſcus *conſil.* 64. *numero* 82.
Et quia illud quod eſt commune mei, & alterius, 331
non eſt propriè meum. Gonzales *ſup. regul.* 8.
Cancell. gloſ. 45. *numero* 30. poſt alios. Et quia, vt 332
dictum eſt ſæpe, vnio harum Eccleſiarum facta eſt
æquè principaliter, quo caſu communicant ſibi
adinuicem ſua priuilegia & exemptiones, iuxta dicta
ſuperiùs. Eo quoque, quia quando duo concurrunt
in re communi, priuilegium vnius ſuffragatur al-
teri, vt optimè Gonzales *ſuprà, gloſſ.* 24. *à n.* 52.
vſque ad 55. incluſiuè. Qui principaliter funda-
tur *in l. ſi communem fundum* 10. *ff. quemadmodum* 333
ſervit. amittantur, ibi: *Si communem fundum ego
& pupillus haberem, licèt vterque non vteretur, ta-
men propter pupillum, & ego viam retineo.* Hæc igi- 334
tur epitheta, & encomia Eccleſiæ S. Saluatoris tri-
buta, cùm ſint etiam communia Eccleſiæ S. Ma-
riæ, vtpotè in Cathedralitate, quæ eſt vna in vtra-
que Eccleſia fundata, nihil prorſus ipſi præiudi-
cant,

cànt, quin potiùs ipſi congratulatur de illis; & quod dicebatur Rebeccæ *Gen.* 24. à comitibus ſuis, *Soror noſtra es, creſcas in mille millia*, ipſi

335 imprecatur. Loquendo cæterùm de alijs epithetis, ſeu encomijs eidem S. Saluatoris Eccleſiæ à multis conceſſis, nihil etiam omninò eis inuidet Eccleſia S. Mariæ, cùm non minora cenſeantur conceſſa à Summis Pontificibus, Regibus, Prælatis, hiſtoricis, & ſcriptoribus, vt ad oculum patet ſequentibus ea, quæ in priori Diſſertatione ſcripta manent. Inter quæ non infimum locum tenent ea, quæ ex decretis Iuſtitiæ Aragonum, quibus multùm detulit Rota de anno 1630. retuli ibi *numero* 557. Videlicet, quod eius antiquitas, & dignitas ſit

336 *longiſſima, honorificentiſſima, venerandiſſimaque*: & quod ſit *gloria, & ornamentum totius Hiſpaniæ, & orbis*: & quod *obtinet inter omnes Eccleſias mundi, vetuſtatis, excellentiæ & originis primatum*. Alia ſciens omitto.

337 Nec obeſt, quod Eccleſia S. Saluatoris comparatiuè ad Eccleſiam S. Mariæ appelletur *Maior, Metropolitana, Cæſarauguſtana, &c.* Præter dicta enim in priori Diſſertatione, præſertim *numero* 64. quibus conſtat ſimilia encomia etiam conceſſa Eccleſiæ S. Mariæ, imò & redundare in ipſius excellentiam, propter vnitatem cum Eccleſia S. Saluatoris, ortam ex vnione, quæ fuit cum retentione priuilegiorum, & Immunitatum, iuxta dicta in

338 præcedentibus, & dicenda *cap. ſequenti*. Vlteriùs meditandum, iure hæc omnia, etiam cum aliqua ſpecialitate tribui poſſe eidem Eccleſiæ S. Saluatoris, eo quòd in ipſa iis temporibus Sedem fixerit Cæſarauguſtanus præclariſſimus Archiepiſcopus, & maior, & copioſior pars Canonicorum Cæſarauguſtanæ Cathedralis, in qua repræſentatur totum caput, iuxta Lotterij doctrinam *de re beneficiar. lib.* 1. *q.* 14. *n.* 64. *& lib.* 3. *q.* 17. *n.* 170. ipſaque ſancti Saluatoris Eccleſia amplior, auguſtior, & locupletior ſit Eccleſiâ S. Mariæ.

339 Præterea objicit nouiſſimus Author, quo Cathedram S. Mariæ Maioris acriùs impugnet, eam à primæua ſui fundatione *Oratorium* ſolummodò, non verò *Eccleſiam* appellatam fuiſſe: ex eo ſibi effigians, quod nullatenus Cathedralis eſſe potuerit, ac proinde, quod vnitas Cathedralitatis cum Eccleſia ſancti Saluatoris in hac Diſſertatione pro-

340 pugnata omninò corruat. Cæterùm Dauidica Turris cum propugnaculis ædificata, ſimilibus iaculis nihil læditur. Conſtat enim primò, quaſcunque Eccleſias, Templa, ampliſſimaſque Baſilicas, in lata ſignificatione Oratoria quoque nuncupari poſſe, iuxta illud Iſai. 56. & Matth. 21. *Domus mea*

341 *domus orationis vocabitur*. Idem namque eſt, rectam etymologiam ſectando, *Domus orationis*, ac *Oratorium*. Deinde, nedum *in lata*, ſed & vſitata quoque nomenclatura, Eccleſias omnes Oratoria nuncupata olim fuiſſe, teſtes ſunt Baronius *tom.* 1. *ann.* 57. *§. quod reliquum eſt*, dum ait, Eccleſias olim vocatas *Oratorias domos*, quod idem eſt, ac *Oratoria*: & *tom.* 2. *ann.* 211. in fine, *precatorias domos*, quod idem eſt. Clariùs Bellarmin. *tom.* 1. *controuerſ. de Rom. Pontif. lib.* 3. *cap.* 13. *§. quidam etiam*, inquiens, quod *veteres PP. Latini, & Græci per aliquot ſecula templa Chriſtianorum vocabant Oratoria, vel Domos orationis, Græcè Aſ-*

342 *ceteria*. Sed quid teſtibus egeamus, cùm *can. Eccleſia antiquitus*, 16. *quæſt.* 1. Eccleſiæ, & Oratoria pro eodem accipiantur. Et *cap. tua nos, de Eccleſiis ædificand.* Cœleſtinus III. Papa poſt multa ſecula à tempore infantiæ Eccleſiæ, pro eodem accipit hæc tria, *Eccleſiam, Oratorium, & Baſilicam*. Et ſanè meritò, quia cùm Oratorium *publicum* eſt, & non *priuatum*, aut in priuatis Domibus conſtitutum, habenſque dotem, Campanulam, & alia requiſita, cenſetur Eccleſia, & eius appellatione venit inter Doctores. Hieronymus Carrat. *in opuſc. de iurib. Parochialib. tit.* 51 *cap.* 14. Barboſa *in Collectan. ad d. cap. tua nos, numero* 5.

Hæc porrò omnia gratis, & vltroneè dicta ſunt, 343 quia vt conſtat ex hiſtoria eiuſdem Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, quam ex Tabula vetuſta Eccleſiæ de Monteſerrato de Vrbe extractam habet Lector in fine huius Diſſertationis, hæc ſacra Domus *Baſilica*, quæ eſt idem, quod regia Domus, & *Eccleſia* ſæpè cognominatur. Etenim paulò poſt princi- 344 pium, dum dicitur Apoſtolum Iacobum à Chriſto mandatum accepiſſe transmigrandi in Hiſpaniam, Euangelij prædicandi gratiâ, ac propterea ad Beatiſſimam Virginem Dei Parentem acceſſiſſe, benedictionem pro itinere humiliter poſtulando, ſcribitur etiam, eandem Deiparam hæc illi dixiſſe: *Vade fili, imple mandatum magiſtri tui, & per ip-* 345 *ſum te deprecor, quatenus in vna Ciuitatum Hiſpaniæ, vbi maiorem numerum hominum ad fidem conuerteris, ibi Eccleſiam in mei memoriam, prout te monſtrauero, facias.* Et infrà, dum de ipſius appa- 346 ritione eſt ſermo, ſic ei dixit: *Ecce Iacobe fili, locus ſignatus, meoque honori deputatus, in quo in mei memoriam tuâ induſtriâ mea Eccleſia conſtruatur.* Et poſt alia: *Beatus autem Iacobus de tanta viſione, & conſolatione exugaudens, continuò cœpit ibi ædificare Eccleſiam, iuuantibus iis, quos ad fidem conuerterat, ſupradictis. Capit autem præfata Baſilica octo quaſi paſſus latitudinis, & ſexdecim longitudinis, habens altare prædictum in capite verſus liberum tum altari.* Poſtea: *In cuius Eccleſia ſeruitium.* Deinde: *Conſecrans verò prædictam Eccleſiam.* Poſt alia: *Intitulauit ipſam Eccleſiam.* Demùm: *Hæc eſt enim prima mundi Eccleſia in honorem Virginis Apoſtolicis manibus dedicata.* Ecce non ſe- 347 mel, aut bis, ſed ſepties (qui numerus in diuinis & humanis literis multiplicitatem magnam deſignat) repetita, ſatis concludunt, quod Sacra hæc Mariana Domus *Eccleſia* ſit vocata, non *Oratorium*, aut quid ſimile. Mirum ergo valdè ſit, pios, & probos Aragonenſes authores, hoc Sa- 348 crum templum, quod gloria, & ornamentum eſt totius Iberiæ, & Hiſpaniæ, veluti (quod abſit) per contemptum, *Oratorium* appellare. Nec illis 349 ſuffragatur, quod aliqui minùs attenti eâ nomenclaturâ vtantur, quia de ipſa loquuntur pro ſui primordiis, quando primò inchoata eſt, à paucis, & egenis Chriſticolis, Iacobi diſcipulis, ob infidelium metum, in ſpeluncis, & cauernis terræ abſconditis; vel ſaltem eo tempore quo, vt ait Rota coram Mutmanno de ann. 1633. in ſuperioribus relata, *Chriſtianis in vno, eodemque loco, vel Ciuitate, neque amplas, neque plures Eccleſias habere permiſſum erat.* Et 350 poſſent idem dicere de inſignioribus totius Orbis Chriſtiani, & Almæ Vrbis templis, quæ in ſui primæua origine via Oratoria erant, ſed potiùs cryptæ, ſpeluncæ, cauernæ, &c.

Magnum præterea ſibi aduerſa pars ſuæ intentionis 351 fulcrum prætendit habere ex epiſtola quadam Synodi Prouincialis Cæſarauguſtanæ de anno 1614. & 1615. celebratæ, ad Paulum V. Summum Pontificem, vt dicitur, directa: in qua non ſolùm plura pro inferioritate, & ſubiectione Eccleſiæ S. Mariæ ad Eccleſiam S. Saluatoris dicuntur, ſed etiam ex eo, quod Clemens VIII. di- 352 ctam S. Saluatoris Eccleſiam ex Regulari, qualis antea erat, ad ſæcularem ſtatum reduxerit; prætendit enim ex hoc eadem S. Saluatoris Eccleſia, quod mores antiqui incedendi, & conſidendi ſi-

mul

Digitized by Google

mul vtriuſque Eccleſiæ iam exſpiraſſent , ita vt
nullatenus præeminentiæ dictæ Eccleſiæ S. Mariæ
ſupra Eccleſiæ S. Saluatoris ampliùs obſeruari de-
berent, plura etiam poſtulando contra dignitatem
353 dictæ ſanctæ Mariæ Eccleſiæ. Cæterùm nec huic
354 fulcro inniti poteſt pars contradicens. Primò ete-
nim epiſtola iſta bis à Ioanne Arruego adducta,
ſcilicet *pag.* 135. & *num.* 763. nullatenus authen-
tica videtur , cùm ſine data vlla loci , vbi ſcripta
ſit, anni, menſis, aut diei , quando ſcribi potuit , &
355 ſine alicuius ſcriptione notetur. Qui defectus in
huiuſmodi litteris tam ſubſtantiales ſunt , vt eas
356 omnino vitient, prout palam omnibus eſt. Secun-
dò, eſto quòd authentica eſſet , non video quomo-
do probetur ad Papam miſſam eſſe , aut ab eo re-
ceptam ; ſi enim aliquid horum deſit, penitus cor-
ruit ipſius auctoritas ; quia eſto quod potuiſſet à
357 Synodo ſcribi , potuit tamen re maturiùs perſpe-
cta, ad Papam non mitti , quia inter ſcriptionem,
& miſſionem datur locus pœnitentiæ. Felinus *in
cap. ex parte Decani, num.* 18. *de reſcript.* Alexand.
in l. ſi abſenti, ff. de acquir. poſſeſſ. Hippol. de Mar-
ſiliis *in l. is qui in bello, num.* 42. *verſ. item vltra præ-*
358 *dicta, ff. ad legem Cornel. de falſis*. Tertiò , quatenus
hæc omnia non obſtarent, obſtare deberet id quod
in ipſa etiam aſſeritur , videlicet Eccleſiam S. Ma-
riæ *totum ſibi Prouinciale Concilium ſuſpectum ha-
buiſſe*. Hæc enim ſuſpicio valde eneruat eius aucto-
ritatem. Præſertim , quia non fuiſſe ſuſpicionem
hanc leuem , prout in eadem epiſtola notatur ibi,
359 *Lembus quibuſdam excogitatis prætextibus* , ex eo
ſuadetur , quod Eccleſia ſancti Saluatoris , & aliæ
Cathedrales Regni Aragonum , ex quibus dicta
Synodus componebatur , erant *partes formales ad-*
360 *uerſariæ* contra Eccleſiam ſanctæ Mariæ, & earum
prætenſio erat præcedentiam habere ſuper Eccle-
ſiam ſanctæ Mariæ ; imò ipſa petitio ad Papam eſt
ipſiſſima prætenſio dictarum Eccleſiarum. Quid er-
go obeſſe poteſt talis petitio ? Aut quando partis
poſtulatio ad iudicem , ſeu Superiorem , ſi ab ipſo
acceptata non ſit , poteſt parti præiudicare ? Partes
porrò in hac cauſa fuiſſe dictas Eccleſias , ad ocu-
361 lum conſtat ex Rotæ deciſionibus , in vna ſcilicet
Cæſarauguſtana præeminentiarum , coram Ludoui-
ſio, quæ eſt 584. de anno 1606. octo annis ante-
quam hæc aſſerta Epiſtola ad Papam ſcripta fuerit:
& in alia coram Ghiſlerio de anno 1634. Sed his
362 prætermiſſis , omninò euertitur tota hæc epiſtola,
etiamſi legitima, & iuridicè ſcripta credatur, ex eo
quod fundamentum ipſius , ſcilicet quod reductio
Eccleſiæ S. Saluatoris ad ſæcularem aliquid abſtu-
lerit , ſeu immutauerit de iuribus Eccleſiæ S. Ma-
riæ , aut propterea aliquod ipſi præiudicium obti-
giſſet, corruit. Apertiſſimè namque conſtat de con-
trario ex Breui Clem. VIII. de anno 1604. ſub 12.
363 Octobr. vbi hæc leguntur : *Declaramus noſtræ men-
tis, & intentionis non fuiſſe, nec eſſe per reductionem
ad ſæcularitatem , prædicta Eccleſia Metropolitana
iuribus , prærogatiuis , & præeminentiis Eccleſiæ B.
Mariæ de Pilari, eiuſque Priori, Capitulo, & Cano-
nicis , tam vigore ſententiarum Rotalium huiuſmodi,
quàm aliàs quomodolibet competens, in aliquo præiu-
dicare, illiſque occaſione dictæ reductionis ad ſæcula-
ritatem Eccleſiæ Metropolitanæ Cæſarauguſtanæ nul-
latenus præiudicatum hactenus fuiſſe, aut in poſterum
fore, vel cenſeri ; ſed illa in ſuis iuribus, & robore in
omnibus, & per omnia remanſiſſe , ac perpetuò rema-
nere debere, perinde ac ſi prædicta Eccleſia Metropo-
litana ad ſæcularitatem redacta, aut redigi mandatum
non fuiſſet, ſicque, &c.* Et ita id latè ex pluribus S.
Rotæ deciſionibus , & Doctoribus probat Barboſa
394 *de Canonic. & Dignitatib. cap.* 1. *num.* 50. Idque con-
uincitur , quia cum pars aduerſa aliud Breue eiuſ-
dem Clem. VIII. de ann. 1601. obiecerit, quaſi il-
li obeſſet , S. Rota coram Coccino 10. Nouemb.
1623. & 26. Feb. 1624. ac 15. Nou. 1624. decla- 365
rauit contrarium , ea pulchra ratione, quia præfa-
ta declaratio non debet accipi vt noua , aut ſepara-
tim , ſed vt coniuncta cum declarato , quia decla-
rans nihil de nouo facit, *l. adeo, §. cùm quis , in fin.
ff. de acquir. rer. dominio, l. hæredes palam, §. ſed etſi
notum*, vbi Caſtrenſis, & alij *ff. de teſtam.* Surd. *de-
ciſ.* 70. *n.* 1. Rot. *deciſ.* 502. *n.* 15. *p.* 1. *recent.* & *deciſ.*
700. *n.* 16. *part.* 2. *recent.* ſeu , quod idem eſt, quia
declaratio videtur à principio ineſſe actui declara-
to. Oldradus *conſ.* 263. *n.* 2. *& ſeqq. verſ. & aduer-
tendum eſt*, Ancharan. *conſ.* 7. *n.* 3. *& ſeqq. verſ. non
obſtat quod declaratio* , Bellamer. *conſ.* 33. *num.* 40.
& 41. Adnotet tandem lector pro hac epiſtola, 366
quæ obiicitur , quod ex ipſa conſtat , qualiter qui
eam, vt dicitur, ſcripſerunt, non auſi fuerint nega-
re antiquam Cathedralitatem Eccleſiæ ſanctæ Ma-
riæ, ſed modernam , & præſentem. Dicunt enim:
*Capitulum Metropolitanum, quod priſtis illis tempori-
bus de Collegiata hac fuerit nihil ſolicitum, totamque
huius rei hiſtoriam piæ credulitati relinquens , præ-
ſenti rerum ſtatui innititur.* Animaduertere tamen 367
deberent , quod ſi antiquis temporibus Cathedra-
lis fuerit , etiam modernis debuerit eſſe ; cùm , vt
conſtat ex dictis tam in priori, quàm in poſteriori
hac Diſſertatione, fuerit Cathedralis aliquando, &
non fuerit hac dignitate ſpoliata, ſed ſolùm ex con-
ſenſu ipſius vnita Eccleſiæ ſancti Saluatoris , vnde
rectè infertur modò eſſe iam Cathedralem. Gloſ.
fin. *in cap. Felix* , 16. *q.* 1. *cap. licet* 5. *in eadem cauſa,
q.* 3. Iordanus *tom.* 1. *prælud.* 9. *pag.* 41. *num.* 14.

Obiectat tandem pars contradicens magnum 368
ſcandalum , quod in Cæſarauguſtana Ciuitate , &
Aragonum Regno dicit eſſe , quod Eccleſia ſanctæ
Mariæ Cathedralitatem Cæſarauguſtanæ Eccleſiæ
habere prætendat. Sed ab hoc ſcrupulo facilè me
expediam , ſi tale ſcandalum eſſe negem , quod
ſciam. Caſu tamen , quod ſit , viris doctiſſimis, 369
qui partem aduerſam propugnant , hoc vnum di-
lemma proponam diſſoluendum. Vel enim ſcanda-
lum hoc *paſſiuum eſt* , vel *actiuum*. Si *paſſiuum* vo-
cent, audiant Theologos dicentes , ſcandalum *paſ-* 370
ſiuum eſſe ſcandalum non *datum* , ſed *acceptum* , ac
proinde eſſe ſcandalum *Phariſæorum* : vnde non te-
nemur, ſaltem ſemper , obligatione illud euitandi,
prout manifeſtè oſtendit Chriſtus *Matth.* 15. Di-
centibus enim illi diſcipulis ſuis , *quia Phariſæi au-
dito verbo hoc, ſcandalizati ſunt* , ipſis reſpondit:
*Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum. Cæcus autem
ſi cæco ducatum præſtet , ambo in foueam cadunt.* Si 371
verò *actiuum* appellent, memorentur eoſdem Theo-
logos diffinire ſcandalum actiuum cum ſancto
Thom. 2. 2. *q.* 43. *art.* 1. ex D. Hieronymo , quod
ſit *dictum* , vel *factum minùs rectum , præbens occa-
ſionem ruinæ*. Oſtendant igitur , *minus rectum* eſſe,
quod Eccleſia S. Mariæ Maioris tueatur ius Cathe-
dralitatis , quod habet à ſeptemdecim fermè Chri-
ſti ſæculis, ab Apoſtolo Iacobo Hiſpanorum Patro-
no , Dei Parentis iuſſu , & Chriſti , vt par eſt
credere , beneplacito (vt propterea quaſi de Iu-
re diuino eſſe dici poſſit) illud inſtituente , Eccle- 372
ſiaſtica etiam traditione toto eo tempore rece-
ptum , ab Hiſtoricis propè ſine numero compro-
batum , à S. Rota , & Almæ Vrbis Tribunalibus
ſæpiſſimè roboratum , intimatum , & exequi
mandatum , ac Regis Catholici , Principum,
Magnatum , & populi deuotioni gratum , & ac- 373
ceptum. Quorſum ergo minùs rectum ? Caſu
verò , quo apud plebem , puſillos , vel ignaros
aliqua

aliqua ſcandali ſpecies eſſet, quod negatur, audiant
D. Gregorium *hom. 7. in Ezechielem*, dicentem: *Si de*
veritate ſcandalum ſumitur, vtilius permittitur naſci
374 *ſcandalum, quàm veritas relinquatur.* Legant D. Hie-
ronym. *in Matth.* 15. & refertur in gloſ. ordin. *Prop-*
ter ſcandalum dimittendum eſt omne quod poteſt prater-
mitti, ſaluà triplici veritate, vita, iuſtitia, & doctrina.
An veritas *iuſtitia*, & *doctrina* in hac cauſa adſit, ex
375 ſæpius repetitis innoteſcit. Quod ſcrupuli maioris de
ſcādalo cauſa eſſe poſſet, illud eſt, quod viri Eccleſia-
ſtici in his litibus, & controuerſiis redditus Eccleſia-
ſticos, qui ſunt *patrimonia pauperum*, impendant. Sed
376 cui id tribuendum. Iudicem non agam. Notarem
tamen, Illuſtriſſimum Rotæ Decanum Ioannem
Baptiſtam Coccinum, cùm ipſa in Rotali mandato
de anno 1633. de manutenendo Eccleſiam Sanctæ
Mariæ in ſuis præeminentiis, & priuilegiis ſupra, &
contra Eccleſiam S. Saluatoris, præciperet eas om-
ninò obſeruari, ne *in poſterum* (inquit) *partes hinc*
inde in apertas contrauentiones proſilientes, non ſine
bonorum omnium ſcandalo, & diuini cultus detrimento,
atque offenſione, ſub mendicatis prætextibus eximant
377 *ſe à paritione dicti mandati de manutenendo.* Quibus
ſatis indigitat potiùs ſcandalum eſſe, & cultui diui-
no perniciosum, ac offenſiuum, contrauenire man-
datis Rotalibus, quæ ſunt de manutenendo dictam
Eccleſiam S. Mariæ in præfatis præeminentiis, ſeu
priuilegiis. Sed hæc prætermitto.

CAPVT VI.

Perpetuum ſilentium parti contrariæ iure videri imponendum.

378 CONgruit huic intento illud Iſai. 32. *Cul-*
tus iuſtitia ſilentium, quia videlicet iuſtitia
debita Cathedralitati Eccleſiæ ſanctæ Mariæ
Maioris Cæſaraugoſtanæ, per ſilentium cele-
bratur, & colitur; & ſi imponatur, lites, & leges
ceſſabunt. Quod in præſenti fieri oportere, gra-
uiter comprobandum.
379 Primò, quia litibus finem imponi debere, iu-
ra & Doctores iuris prudentes clamant, *cap. fi-*
nem litibus, de dolo & contumacia, l. terminato, de
fruct. & lit. expenſ. l. non diſtinguemus, §. quaſitum,
ff. de arbit. DD. ibid. Imò propterea breuiandæ
lites, Clement. *ſæpè, in princ. de verb. ſignificat. l.*
quidam, ff. ſi cert. pet. l. properandum, C. de iudic.
380 *& cap. finem litibus*, relato. Et meritò, quia lites
inter ciues ſunt damnoſæ Reipublicæ, quæ ex
eis læditur, *l. ſi quis, §. in ciuilibus, ff. de pact.* Baldus *in*
addit. tit. de appell. verſ. Conſtitentia Epiſcopi, Berta-
381 chin. *in Repert. verbo lis.* Et ideo vtilitas publica eſt,
vt finiantur. Flaminius *de reſign. lib.* 3. *q.* 5. *n.* 12.
382 *&* 13. Barboſa *infrà.* Et quia ſunt criminum
occaſio, Barboſa *in Collectan. ad d. cap. finem liti-*
383 *bus*, ex aliis: hinc (quod ſaluâ reuerentiâ li-
tigantium in hac cauſa dictum ſit) litigatores
mali viri appellantur. Redoanus *de ſimon.* 2. *p.*
c. 31. *n.* 9. Gonzalez *ad Reg.* 8. *Cancellar.* §. 7. *n.* 18.
384 Et ſunt ſimiles dæmonibus. Redoanus, & Gonza-
lez *ibi*, Pax Iordanus *volum.* 1. *lib.* 1. *tit.* 9. *n.* 2.
385 Quin ipſæ lites ſunt flagella hominum duriſſima.
Rebuffus *in praxi, in regul. de ſubſcrip. collitig.*
gloſ. 1. Barboſa, & Iordanus *ſupr.* ac Gonzalez *n.* 17.
386 Quia teſte Seneca, *litigare cum æquali anceps eſt,*
cum potentiori furioſum, cum inferiori ſordidum. Sic
Baldus *conſ.* 218. Gonzales *ſupr. n.* 16. Iordanus
ſupr. Sacrum igitur Tribunal Rotæ interpellandum

illis quæ Eccleſia canit: *Extingue flammas litium.*
Et alibi, *Diſſolue litis vincula, aſtringe pacis fœdera.*
Quod non aliter fit niſi contradicenti parti ſilen- 387
tium imponendo.
Eo etiam ſecundò, quòd lis iſta iure meritoque 388
finita cenſeri debet per duplicem ſententiam Rota-
lem in ſuperioribus adductam, plura mandata
Apoſtolica etiam relata, & octo eiuſdem S. Rotæ
deciſiones, quas etiam retuli in præcedentibus. Per
ſententiam autem finiri litem apertum eſt, & pro
Regula traditum à Rota *deciſ.* 10. *vt lit. pendent. nil*
innou. & alibi paſſim. Lancellot. *de attent. p.* 2. *c.* 4. 389
in præfat. num. 250. *& ſeq.* Pax Iordanus *volum.* 3.
lib. 14. *tit.* 14. *num.* 20. Præſertim cùm fuerit diſ- 390
finitiua, de cuius natura eſt, quod controuerſiæ
finem imponat. Abbas *in Rubr. de re iudic. col. pe-*
nult. poſt Specul. *in tit. de ſent. prolat.* §. 1. Galga-
netus *in ſtatuta Vrbis, lib.* 1. *cap.* 173. *in gloſ. n.* 50.
Et quæ tranſiit in rem iudicatam, ac executioni
per dicta mandata eſt demandata. Achil. *deciſ.* 1. *&* 391
10. *vt lit. pendent, deciſ.* 33. *n.* 10. *lib.* 3. *part.* 3.
diuerſ. Iordanus *ſupr.* Flaminius *de reſignat. lib.* 2.
q. 3. *n.* 21. Stephanus Gratianus *diſceptat. forenſ.*
c. 114. *n.* 34. *& ſeq.* Barboſ. *in collectan. DD. ad*
Clement. 2. *vt lit. pendent. n.* 13. 14. *&* 15. ex
aliis.
Accedat tertiò, quia pars Eccleſiæ S. Mariæ Ma- 392
ioris in hac cauſa, eſto quòd vicem Actoris gerat,
prout eam ſententiæ illæ Rotales adductæ ſuprà c.
4. appellant; nihilominus ſecundùm aliquem reſ-
pectum gerere videtur perſonam rei, cùm ſit in poſ-
ſeſſione Cathedralitatis, & iurium, ac priuilegio-
rum illam concernentium; aduerſa autem pars con-
tendat eam ſpoliare, tum Cathedralitate, tum exem-
ptionibus, & priuilegiis, quibus de facto gaudet.
Si enim rei perſonam quadantenus agit, maximè
procedit, quod dixi, quod nempe ſententiæ pro ipſa
datæ tranſierint in rem iudicatam. Quotieſcunque 393
enim actor non probat ſuam intentionem, ſenten-
tia omninò abſolutoria conceditur reo, *l. enim qui*
dicit, ff. de probat. l. qui accuſare, C. de edend. Rota
deciſ. 17. *num.* 1. *de re iudic. in antiq.* & *deciſ.* 3.
de iudic. in nou. Caſſador. *deciſ.* 1. *num.* 1. *& deciſ.*
2. *de re iudic.* Durand. *deciſ.* 280. *n.* 2. *& deciſ.* 381.
num. 1. Petrus Rodolphinus *in prax. recentior. p.* 3.
cap. 2. *n.* 111. *&* 112.
Imò (proximiùs ad intentum) quia cùm iſta 394
ſententia abſolutoria datur, tunc imponi ſilentium
actori, habet Rota *in nou. de re iudic. deciſ.* 3. facit
deciſio 17. *in antiq. de re iudic.* & Rota coram
Attrebateoſi *deciſ.* 171. *in* 1. *p. recent. num.* 5.
ac Duran. *d. deciſ.* 280. *num.* 2. Rodolphinus *ſupr.*
num. 113. *&* 115. Et meritò quidem, quia ſen- 395
tentia abſolutoria ab impetitis totum negotium pe-
rimit, & ita adeo tranſire poteſt in rem iudicatam,
vt non poſſit ſuper illo ampliùs agi. Neuizanus
conſ. 19. *n.* 15. Rota coram Caualerio *deciſ.* 148.
n. 2. referens alias coram Cantucio, & Coccino.
Clariùs alia Rota coram eodem Caualerio *deciſ.*
158. *num.* 1. *&* 3. ex Couarruuia, & aliis. Nouiſ-
ſimè Rodolphinus *ſupr. n.* 116.
Sed fruſtra in hoc contendi poſſe videtur, cùm 396
in duabus illis Rotalibus ſententiis ſuprà relatis,
conceptis, & expreſſis verbis in hac cauſa, & ne-
gotio præſenti Cathedralitatis Eccleſiæ S. Mariæ
imponatur perpetuum ſilentium parti aduerſæ Ec-
cleſiæ S. Saluatoris. In priori illa coram Coccino,
grauiſſimis illis, & acerbiſſimis: *Per hanc noſtram* 397
diffinitiuam ſententiam, &c. de, & ſuper antiqua
Cathedralitate dicta Eccleſia B. Mariæ de Pilari,
antiquitus fuiſſe Cathedralem, in eaque primam Se-
dem Epiſcopalem dicta Ciuitatis extitiſſe, &c.

decer-

decernimus , & declaramus. Moleſtationeſque, vexationes perturbationes,& impedimenta , &c. præſtitas, & illatas, fuiſſe, & eſſe iniuſtas, temerarias,& indebitas, ac iniuſta, iniqua, temeraria, & indebita, illiſque de iure minimè facere licuiſſe , nec licere : eiſdemque perpetuum ſilentium imponendum fore , & eſſe,
398 *prout imponimus , &c.* In poſteriori verò coram
Vbaldo, illis : *Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam , &c. de , & ſuper antiqua Cathedralitate dicta Eccleſia Sancta Maria Maioris , &c. dicimus , ſententiamus , decernimus , declaramus , & diffinitiuè pronunciamus , benè fuiſſe pronunciatum , ſententiatum, & diffinitum, per D R. D. Decanum , ad fauorem , &c. Eccleſia S. Maria , &c. malèque , & perperam fuiſſe appellatum , reclamatum , & prouocatum, &c. & propterea dictam ſententiam Reuerendiſſimi Domini Decani confirmandam fore, & eſſe, prout illam confirmamus , & approbamus.*
399 Idem corroborat , quæ Illuſtriſſimus Dom. Bichius in ſua illa deciſione anni præſentis pro 21. Iunij diſertiſſimè dixit, §. *Quibus poſitis* , videlicet: Quod cùm Eccleſia S. Saluatoris *appellationem à dictis ſententiis Rotalibus bon. mem. Mottmanno commiſſam proſecuta non fuerit ab anno 1633. nec fatalia prorogari obtinuerit , eademque ſententia , ob tam longam taciturnitatem tranſierint in iudicatum , & cauſa dicatur deſerta.* Ad quod affert plura iura, Doctores , & plures etiam S. Rotæ deciſiones coram Terraenenſi, Peutingerio, & eodem Illuſtriſ-
400 ſimo Bichio. Cùm enim per hanc deciſionem dicatur , cauſam, & appellationem à ſententia Rotali dici deſertam , ex ea videtur haberi , finem liti eſſe impoſitum. Galganetus *in Statut. Vrbis, c. 176. in princ. gloſſ. 20.* & habere vim ſententiæ diffinitiuæ. Idem Galganetus *ibidem.* Similiter , cum dicatur, cauſam tranſiiſſe in iudicatum , etiam dici-
401 tur, imponi per hoc parti ſilentium. Quia contra rem iudicatã non auditur appellans, *l. 1. & fin. vt lit. pendent. l. 1. de re iudic.* Tholoſan. *lib. 2. cap. 23. fol. 254.* Sebaſtianus Medices *de diffinit. diffin. 21. n. 6.* & poſt ipſos, & alios Galganetus *ſupr. c. 167.*
402 *in gloſ. num. 30.* Nam res iudicata facit ius plenius, & pleniſſimum , ſecundùm Baldum *in l. ingenuum, ff. de ſtatu homin.* & omninò mutat rerum ſtatum. Vnde Iaſon *in rubr. ff. de re iudic.* poſt Bald. dixit facere de *Guelpho Gibellinum.*
403 Præbent exemplum quoad hoc Vrbis ſtatuta à Papa Gregorio XIII. approbata , prout Bulla in principio ipſorum ſcripta oſtendit , quæ expreſsè prohibent *lib. 1. cap. 10.* duas appellationes à ſententiis, ſed quod duæ ſententiæ conformes rem faciant iudicatam, ſtatuunt his verbis : *Declarantes, quod omninò in nulla cauſa , ſeu caſu , ſecundò liceat prouocare , ſed dua ſententia habeant vim trium , &*
404 *rem faciant iudicatam.* Quod omninò deſeruit ad caſum præſentis Diſſertationis , cùm pro parte Eccleſiæ S. Mariæ ſint *dua ſententia* Rotales *conformes* , & ſemel à parte Eccleſiæ S. Saluatoris appel-
405 tum ſit. Ex quo prorſus videtur dicendum , in rigore huius Statuti iam hanc cauſam tranſiiſſe in rem iudicatam, & omninò peremptam , & finitam eſſe,
406 & parti impoſitum potiùs quàm imponendum ſilentium. Eo præſertim , quod Statutum illud eſt deciſorium, & obſeruatur in omnibus Curiis, etiam coram Auditore Cameræ , & Rota. Fenzonius *ad Statut. Vrb. lib. 1. cap. 180. num. 4.* Scaccia *de appellat. quaſt. 18.* & Rota ſæpiùs. Et cùm ſit Statutum Papale, comprehendit etiam Clericos. Rota *deciſ. 452. num. 2. p. 1. diuerſor.* & in Romana *hæreditatis* , ſeu cenſus, 8. Iunij 1588. coram Plato. Rodolphinus *in prax. part. 1. cap. 13. num. 647. & ſeqq.*
407 Nec refert , quod ius commune ſecundam appellationem in eadem cauſa admittat , *l. 1. C. ne liceat in vna , c. tua nobis 65. de appell. cap. ſi autem, in princ. & §. vnde 2. q. 6.* Federicus Scheuch. *de appell. num. 13.* Galganet. *in ſtat. Vrb. 180. gloſ. in princ.* Quia cùm à Papa confirmatum fuerit hoc 408
ſtatutum, corruit omninò hæc difficultas. Magis vrget ſi dicatur hoc ſtatutum ſolùm loqui *inter Ciues incolas, & diſtrictuales Vrbis*, prout in eo dici- 409
tur. Propterea enim dixi ſuprà, *præbere exemplum*; quia vbi eſt eadem ratio , debet eſſe eadem diſpoſitio, *l. illud, ff. ad l. Aquiliam, l. ſi poſtulauerit, §. 2. ff. ad l. Iuliam*, & pluribus aliis iuribus. Ratio au- 410
tem huius diſpoſitionis eſt , ne lites ſint æternæ, ſed breui finiantur , quod in hac cauſa Cæſarauguſtana eſt valde neceſſarium , cùm adeo antiqua ſit, vt fermè ſæculis fuiſſe, dici poſſit.
Idem etiam roboratur, quia cùm communis opi- 411
nio in conſulendo, & iudicando ſit ſequenda, *l. 1. verſ. creditor , ff. de offic. quaſt.* Roman. *conſ. 349. num. 4.* Ant. Mar. Corat. *de commun. vtriuſque iur. DD. opinion. in præfatione num. 38. & tit. 9. num. 3.* Rodolphinus *in prax. part. 1. cap. 2. num. 53.* & Rota Romana habeat vim communis opinionis, Ceuall. *in tract. de commun. opinion.* Cranet. *ad* 412
V. ſtr. in Prax. lib. 6. cap. 1. num. 14. Gratian. *diſcept. 104. num. 56.* quos refert , & ſequitur Marcheſ. *de Rot. Roman. ante tract. de Commiſſ. part. 1. ſecund. noa. impreſſ. verſ. quare non mirum* : vel ad minus tantam habeat auctoritatem , vt ab ipſa non ſit recedendum , niſi ob vrgentiſſimam , & prægnantem rationem , prout ex Modicio , & Ca- 413
ſtro Palao affert Paſqualigus *in Deciſionibus Moral b. deciſ. 8. num. 4.* certè rectè ſequitur , quod ſtantibus duabus ſententiis Rotalibus adminiculatis per pleraſque replicatas deciſiones, mandata Apoſtolica, executionem, & vetuſtiſſimam Cathedralitatis Eccleſiæ S. Mariæ Maioris poſſeſſionem, nullus ſcrupulus relinquatur, quin contrariæ parti non tam imponendum perpetuum ſilentium ſit, quàm iam impoſitum aggrauandum.

CAPVT VII.

Hiſtoria de miraculoſa , & antiquiſſima fundatione Eccleſia S. Maria Cæſarauguſtana , ex variis monumentis extracta.

LOquatur tandem pro iugi , & perpeti Eccleſiæ 414
ſanctæ Mariæ Maioris Cæſarauguſtanæ Cathedralitate hiſtoria de ipſius fundatione , quam nouiſſimè in hac alma Vrbe, & Eccleſia ſanctæ Mariæ de Monteſerrato ſcriptam vidimus, in veteri, fumoſa , & denigrata charta , affixa ligneæ tabulæ, etiam antiquæ , & carioſæ. Cùm enim in ipſa notetur hanc Eccleſiam B. Iacobi Apoſtoli , & primi Cæſarauguſtani Epiſcopi induſtriâ , & Deiparæ Sanctiſſimæ ipſi inter duos Angelorum Choros ſuper Pilare apparentis iuſſu conſtructam eſſe , eamque Apoſtolum conſecraſſe, ac vnum Presbyterum pro ipſius ſeruitio ordinaſſe , Pilare quoque illud, ſuper quod virgo apparebat, ipſa teſtante, à Chriſto per manus Angelorum tranſmiſſum fuiſſe, tandemque Deiparam voluiſſe, & dixiſſe, quod locus ille eſſet *ſignatus*, & ſuo honori deputatus, & vſque in finem mundi perpetuò duraturus , vtpotè *prima*
mundi Eccleſia in honorem Virginis Apoſtolicis ma- 415
nibus dedicata, Angelica Camera primordiis Eccleſia fabricata,

Digitized by Google

*fabricata, Aula Sacratiſſima ſæpius per Virginem vi-
ſitata, in qua cum Angelicis Choris viſa eſt ſæpius
matutinos pſallere pſalmos*, provt in ea dicitur; vix
locus relinquitur dubitandi, quin hac dignitate Ca-
416 thedralitatis condecorata fuerit. Et cùm ex alia par-
te, ipſa ab illo tempore vſque modo à nullo ſpolia-
ta comprobetur, quin potiùs roborata, reſirmata, &
quaſi canonizata, prout dicta in vtraque Diſſerta-
tione ad ſatietatem etiam confirmant, cernatur; erit
417 hæc Cathedralitas *Columna immobilis*, & *Turris Da-
uidica* omninò inconcuſſa, etiam propter huius hi-
ſtoriæ auctoritatem.
418 Ne porrò de ipſa vel leuiter dubitet, præter di-
cta in priori Diſſertatione à *numer.* 12. *vſque ad* 18,
recolat quæ S. illa Rota celebris, & Magiſtralis co-
ram Coccino Decano de anno 1630. ſæpiùs repe-
tita, tam in priori illa, quàm in iſta poſteriori Diſ-
ſertatione dixit §. *Quam quidem hiſtoriam*. Sic enim
ibi legitur.
419 *Quam quidem hiſtoriam, & antiquiſſimam, indu-
bitatamque apud Hiſpanos traditionem latè proſe-
quuntur grauiſſimi ſcriptores, nempe quoad miraculoſam
Eccleſiæ conſtructionem, auctor Chronici omnimodæ
hiſtoriæ, quæ à pluribus Flauio Lucio Dextro adſcri-
bitur, anno Dom.* 37. *& ibidem Franciſcus Biuar. in
Commentar. latiſſimè numer.* 3. *dicens: Nihil aquè
ſtabilitum teſtimoniis grauiſſimorum authorum, nihil
totâ Hiſpaniâ ſacratius, ac venerabilius animis ho-
minum inſediſſe. Adiicitque M. Maximi Epiſcopi Cæ-
ſaraugustani epigramma, verſ. Verùm ne nobiliſſimum,
Martinus Garzia in ſerm.* 90. 91. *&* 150: *P. Anto-
nius Beuter part.* 1. *Chronic. Hiſpan. cap.* 25. *Da-
mian. à Goes in genealogia Regum Hiſpan. tom.* 2. *Hiſ-
pania illuſtrata, Vgo Epiſcopus Portugallenſis in epi-
ſtola ad Mauritium Epiſcopum Bracharenſem, quam
refert idem Biuar. in elogiis Dextri, fol.* 9. *Ioannes
Gaſpar Ortigas in* 3. *part. Patrocinij pro Gymnaſio
Cæſaraugustano, part.* 14. *ſub num.* 100. *Petrus Vil-
legas in lib. Flos Sanctorum, in vita S. Iacobi maioris
Apoſtoli, fol.* 186. *Franciſcus à Ieſu, & Xodar in
libro quinque diſcurſuum, pag.* 18. *& ſeq. affirmans,
neminem huc vſque id auſum negare, viſis vinculo, &
firmitate, quibus traditio iſta corroboratur, quaſi ſit
de fide, taliter quod non eſſet tentus pro Catholico,
qui de hoc dubitaret: provt etiam inquiunt Martinus
Delrius diſquiſit. Magic. lib.* 2. *quæſt.* 26. *ſect.* 4.
pag. 221. *& Iſella in lib. Reg. Militiæ S. Iacobi,
cap.* 3. *Gaubertus Monachus in Chron. Regni Ara-
gonum, in* 3. *prolog. Ioannes Baſſeus in Hiſtor. Hi-
ſpan. & Chronicis rerum mirabilium, anno* 37. *&*
44. *Gundiſaluus de Illeſcas in Hiſtor. Pontiſ. in vita
S. Iacobi Apoſtoli, part.* 1. *fol.* 13. *Stephanus de Ga-
ribay in compendio Hiſtor. Hiſpan. lib.* 7. *cap.* 3. *&* 4.
*Andreas de Betendorpio de apparitionibus ſpirituum,
cap.* 11. *theſ.* 107. *Petrus Caniſius de verbo Dei tom.* 1.
lib. 3. *cap.* 21. *fol.* 557. *& cap.* 23. *fol.* 560. *Alphon-
ſus de Mendoza in quæſtionibus quodlibeticis, q.* 5.
Suar. de relig. tom. 1. *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 16. *Martin.
de Viciana in Chronico inclytæ, & coronatæ Ciuitatis,
fol.* 14. *Ribadeneyra in lib. Flos Sanctorum, in vi-
ta S. Iacobi Maioris, part.* 1. *pag.* 69. *Anton. de
Cianza in hiſtoria inuentionis miraculorum, & tranſ-
lationis S. Secundi, cap.* 3. *fol.* 24. *Ioannes de Pine-
da in* 2. *part. Monarchia Eccleſiaſtica, cap.* 25. §. 4.
fol. 32. *Ludouic de Eſtrada, Abbas Hortenſis,* 2.
part. Roſarij, fol. 112. *Louyſa in notis ad decretum
Gundemari, Prades lib.* 2. *cap.* 5. §. 1. *Bonifac. in
Hiſtoria B. Mariæ, lib.* 2. *pag.* 19. *Thom. Bozzius de
ſignis Eccleſ. lib.* 9. *cap.* 6. *pag.* 686. *num.* 12. *Didacus
de Caſtillo in lib. defenſionis Aduentus, & Prædicatio-
nis Euangelicæ S. Iacobi, cap.* 7. *fol.* 37. *Franciſcus de
Padilla in hiſtoria Eccleſiaſt. Hiſp. centur.* 1. *fol.* 18.
*Franciſcus de Pereda in libro nuncupato Patrono Ara-
tris, lib.* 4. *cap.* 1. *fol.* 230. *& ſeq. Iacobus Valdes de
dignit. Regum, & Regnorum Hiſpaniæ, cap.* 6. *num.* 7.
fol. 54. *Lucius Marinæus Siculus in hiſtoria de rebus
Hiſpaniæ memorab. lib.* 5. *cap de ſacris Ædibus, pag.*
85. *Hieronymus Blancas in commentar. rerum Ara-
gon. fol.* 3. *Hieronymus Romanus in Republica Chri-
ſtiana, lib.* 5. *cap.* 4. *fol.* 86. *Ambroſ. de Morales in
Chronicis generalibus Hiſpaniæ, lib.* 9. *cap.* 7. *fol.* 228.
*Michaël Martinez de Villar in interpretatione di-
ctorum Epigrammatum, in epiſtola dedicatoria, Alua-
rus Caſtella in hiſtoria Apoſtoli S. Iacobi, pag.* 70.
Anton. Spinell. in Maria Deipara Throno, cap. 10.
pag. 400. *Gregor. Lopez Madera de excellentiis Hiſ-
paniæ, cap.* 6. *fol.* 30. *Petrus Cenedus in Collectan.
ad ius Canonicum, col.* 43. *lib.* 1. *decretor. num.* 2.
& ſeq. & num. 8. *Martinus Carillo in* 3. *aduertentia
ad hiſtoriam S. Valerij, fol.* 10. *Gaſpar Sanctius in*
2. *tract. de prædicatione Sancti Iacobi in Hiſpaniam,
cap.* 8. *Et ſpeciales de miraculoſa huiuſmodi fundatio-
ne tractatus ediderunt Ioannes Michaël de Bordalda,
Ludouiſius Anx, Petrus Cenedus, Didacus Murillo,
& alij, provt teſtatur idem Biuarius in Commentariis
ad Dextrum, loco citato, vbi plures ex allegatis Scri-
ptoribus recenſet. Cum quibus concordans Diploma
Callixti III. Pontificis ſub Dat. Romæ* 9. *Kalendas
Octobris anni* 1456. *priuilegia Ioannis Aragonum Re-
gis ſecundi ſub anno Domini* 1459. 26. *Octobris, &
Ferdinandi Catholici illius filij anno* 1504. 14. *Apri-
lis: eiuſdem Sedis Metropolitanæ ſtatutum anno* 1471.
die 9. *Maij promulgatum; ac denique motiua ſenten-
tia, tam in Vicariatu Archiepiſcopatus Cæſaraugu-
ſtani, ſuper abſolutione à Charitatiuo ſubſidio, quàm
in Curia Iuſtitiæ Aragonum ſuper præcedentiis ema-
nata, vt prædicta omnia per extenſum referunt idem
Biuarius loco citato, & Didacus Murillus cap.* 3.
Hæc Sacra Rota, etſi fuſiora, tamen ad inten-
tum valdè vtilia; & propterea omittenda non
erant;
Notet etiam lector, quæ P. Franciſcus Suarez ab 420
eadem Sacra Rota relatus inquit, ſcilicet quod de
hac hiſtoria *Cæſaraugustæ, & in vniuerſa Hiſpania
eſt receptiſſima traditio*. Ex hoc enim rectè conſe-
quitur, quod illi applicari poſſint ea, quæ de au-
thoritate traditionum Eccleſiaſticarum dicta manent
ſuperiùs. Inſuper, quod in Chronicis Aragonum 421
ſæpiſſimè repetitur, & reſeruari dicitur in antiquiſſi-
mo Archiuio Barchinonenſi. Ac (quod magni pon-
deris eſt) hiſtoria hæc etiam manuſcripta litteris
antiquis in fine exemplaris librorum S. Gregorij Pa-
pæ, provt ex Hieronymo Blancas firmat P. Muril-
lus *in ſua hiſtoria, cap.* 3. *pag.* 15. & habet Petrus
Cenedo *in collectan. ad Decret. & cap. Beatus*, 22.
quæſt. 2. *num.* 8. Eſt autem exemplar hoc Moralium 422
S. Gregorij cum dicta hac hiſtoria in Bibliotheca
Eccleſiæ S. Mariæ Cæſaraugustanæ, pro qua certa-
tur in præſenti, provt & refert idem Cenedus. Qui
etiam addit, eſſe miræ magnitudinis, in duo volu-
mina diſtinctum, & valde vetuſtum, & ex Naia,
Garzia, & Beuter illud ipſum, quod ab Epiſcopo
Tayo ſeptimo ſæculo, ſcilicet circa annum Dom.
647. ex decreto Concil. Tolet. VII. Romà in Hiſ- 423
paniam allatum fuit, ibique miraculosè reper-
tum. De qua nonnulla dicta manent in priori Diſ-
ſertatione *numer.* 117. Vbi etiam quod Tayo iſte
Epiſcopus fuerit Author huius hiſtoriæ: ſicut
quod ipſa typis edita ſit Matriti anno 1648. &
Compluti anno 1649. Firmat etiam Anton. Beu-
ter *libro* 1. *cap.* 22. *pag.* 133. vidiſſe hanc hiſto-
riam Romæ in Cœnobio Mineruæ, de ipſaque
ſcripſiſſe S. Calixtum Papam *in lib. de miraculis
D. Iacobi*. Eam quoque vulgari ſermone Hiſpano

refert Arruegus *pag.* 136. Ea porrò, prout ex Tabula illa Eccleſiæ S. Mariæ de Monte Seitato à me tranſcripta fuit, eſt huius tenoris.

425 Ad Laudem, & Gloriam Summæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, qui eſt verus Deus, Trinus, & vnus: & ad promulganda beneficia, & præconia Aduocatæ humani generis filij Altiſſimi Genitricis, annunciamus fidelibus vniuerſis, narratione veridica, & fideli, qualiter ab exordio Chriſtianæ Religionis Camera, ſeu Baſilica S. Mariæ Maioris, & de Pilari Ciuitatis Cæſaraugustæ, & Eccleſiæ eiuſdem, adorſa fuerit fundamentom: conſequenter notitiæ fidelium tradere diſponimus pauca quædam, quæ de mirabilibus multis ad noſtram notitiam peruenerunt, operante Virginis Filio precibus, & meritis Genetricis, ipſius Capellæ de prælibato Pilari deuotis.

INCIPIT HISTORIA

426 POſt paſſionem, & reſurrectionem Saluatoris Domini Noſtri Ieſu Chriſti, ac ipſius in Cœlum aureo volatu aſcenſum, remanſit Piiſſima Virgo Virgini commiſſa Ioanni. Creſcente verò diſcipulorum numero in Iudæa, ad Apoſtolorum prædicationem, & ſigna fremuerunt quorumdam corda Iudæorum perfida, magnam aduerſus Chriſti Eccleſiam perſequutionem ſæuiſſimam commouendo, lapidantes Stephanum, diuerſoſque nihilominus trucidando. Propterea dixerunt ad eos Apoſtoli: Vobis quidem primùm oportebat prædicare Verbum Dei, ſed quia repuliſtis iſtud, & indignos vos iudicaſtis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Sicque euntes per Mundum Vniuerſom, iuxta Chriſti mandatum, prædicauerunt Euangelium omni creaturæ, vnuſquiſque in ſorte ſua. Cum autem egrederentur de Iudæa, vnuſquiſque accipiebat congerium, & benedictionem ab ipſa benedicta Virgine glorioſa. Interea reuelante Spiritu Sancto, Beatus Iacobus Maior, frater Ioannis, filius Zebedei, mandatum accepit à Chriſto, quatenus ad partea Hiſpanas verbum Dei prædicaturus accederet. Ipſe verò ſtatim pergens ad Virginem, oſculatis manibus, licentiam, & benedictionem piis lachiymis poſtulabat. Ad quem Virgo: Vade, inquit, fili; imple mandatum Magiſtri tui, & per ipſom te deprecor, quatenus in vna Ciuitatum Hiſpaniæ, vbi maiorem numerum hominum ad fidem conuerteris, ibi Eccleſiam in mei memoriam, prout te monſtrauero, facias. Progrediens autem B. Iacobus ex Hieruſalem venit ad Hiſpanias prædicando: inde pertranſieos per Aſturias venit in Ciuitatem Oueti, vbi vnum ad fidem conuertit. Sicque Galeciam intrans, Partonum Ciuitatem aggreditur. Inde proſpetans in Caſtellam, quæ maior Hiſpania nuncupatur, tandem venit in minorem Hiſpaniam, quæ Aragonia dicitur, in regione illa, quæ Celtiberia nuncupatur, vbi ſita eſt Cæſarauguſtana Ciuitas, ad Iberi fluuij ripam. Ibi igitur Beatus Iacobus multis diebus prædicans, viros octo conuertit ad Chriſtum, cum quibus quotidie tractans de Regno Dei, exibat ex parte noctis ad ripam fluminis, quietis causâ, in loco vbi paleæ iactabantur. Ibi namque poſt ſoporem orationi vacantes, turbationes hominum, & moleſtias Gentilium declinabant. Et ecce poſt diea aliquot, mediâ nocte Inſtrante, ſtabat Beatus Iacobus cum fidelibus ſupradictis contemplatione, & orationibus fatigatis. Cæteris igitur ſopori deditis, in hora ipſa mediæ noctis audiuit B. Iacobus Apoſtolus voces Angelorum cantantium, *Aue Maria gratiâ plena*, quaſi ſuaui Inuitatorio matutinale Virginis Officium inchoando, qui ſtatim flectens genua ſua, vidit Virginem Matrem Chriſti inter duos Choros millium Angelorum ſuper Pilare quoddam marmoreum reſidentem. Conuocatus igitur militiæ cœleſtis Angelorum, Officium matutinale Virginis, cum verſu *Benedicamus Domino*, compleuerunt. Quo finito, piiſſimus vultus B. Virginis Mariæ Apoſtolum Sanctum ad ſe quàm dulciter euocauit: *Ecce* (inquit) *Iacobe fili, locus ſignatus, meoque honori deputatus, in quo in mei memoriam, tui induſtriâ, mea Eccleſia conſtruatur. Conſpice quinimò Pilare hoc, in quo ſedeo; nam Filius meus Magiſter tuus per manus Angelorum illud tranſmiſit ex alto: circa cuius ſitum Capellæ Altare locabis, in quo præſertim loco, precibus, ac reuerentiâ meâ, ſigna, & mirabilia Altiſſimi virtus operabitur admiranda: illis nimirum, qui in ſuis neceſſitatibus meum auxilium implorabunt. Eritque Pilare iſtud in loco iſto vſque in finem Mundi, & Chriſtum colentes nunquam ex hac Vrbe deficient.* Tunc Iacobus Apoſtolus hilaratus lætitiâ multâ, innumeras gratias Chriſto referens, eaſdem retulit Genitrici. Et ecce ſubitò cœleſtis illa Concio Angelorum Dominam Cœlorum ſuſcipiens, ad Hieroſolymam Vrbem reduxit, & in ſua cellula collocauit. Poſt hæc autem vixit Glorioſa Virgo Maria vndecim annis. Hic eſt exercitus ille millium Angelorum, quem Deus miſit ad Virginem in hora, quâ Chriſtum concepit, vt illam ſeruarent, & in viis omnibus ſociarent, & illæſum puerum cuſtodirent. Beatus autem Iacobus de tanta conſolatione, & viſione congaudens, continuò cœpit ibi ædificare Eccleſiam, iuuantibus quos ad fidem conuerterat ſupradictis. Capit autem præfata Baſilica octo quaſi paſſus latitudinis, & ſexdecim longitudinis, habens Pilare prædictũ in capite verſus Iberum, cum altari. In cuius Eccleſiæ ſeruitium vnum de prædictis in Presbyterum, quaſi magis idoneum, Beatus Iacobus ordinauit: Conſecrans verò prædictam Eccleſiam, & ipſos Chriſticolas in pace dimittens, reuerſus eſt in Iudæam, verbum Domini prædicando. Intitulauit autem ipſam Eccleſiam, *S. Mariam de Pilari*. Hæc eſt enim prima mundi Eccleſia in honorem Virginis Apoſtolicis manibus dedicata: hæc eſt enim Angelica Camera primordiis Eccleſiæ fabricata: hæc eſt Aula Sacratiſſima, ſæpiùs per Virginem viſitata, in qua cum Angelicis Choris viſa eſt ſæpiùs Dei Genitrix matutinos pſallere pſalmos. In hac ſiquidem obtentu Virginis plurimis præſtantur beneficia, & operantur inſignia multa, præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat per infinita ſæculorum ſæcula. Amen.

ORATIO.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui Sacratiſſimam Virginem Matrem tuam inter Choros Angelorum ſuper Columna marmorea emiſſa de alto, venire, dum adhuc viueret, vt Baſilica in eius honorem à Protomartyre Apoſtolorum Iacobo, eiuſque diſcipulis ædificaretur, dignatus: es præſta quæſumus eorundem meritis, & inteceſſione, vt fiat impetrabile, quod fidâ mente poſcimus, qui viuis, & regnas, &c.

Hæc eadem Oratio, paucis mutatis, habetur etiam in Miſſa antiqua Dedicationis huius Apoſtolicæ, & Angelicæ Eccleſiæ, in qua pariter relata Hiſtoria compendio refertur.

Laus Deo, & eius Virgini Matri Sanctiſſimæ.

Deciſio S. Rotæ Romanæ coram Reuerendiſſ. D. Coccino Decano, in cauſa Cæſarauguſtana Cathedralitatis, die Veneris 1. Martij 1630.

ARGVMENTVM.

In hac deciſione latè, & diffusè tractatur, & diſcutitur illa antiqua controuerſia orta inter Eccleſiam S. Mariæ de Pilari Cæſarauguſtæ, & Eccleſiam ſancti Saluatoris eiuſdem Ciuitatis, occaſione Cathedralitatis.

SVMMARIVM.

1 *Cathedratico ſtatu firmato, intrat præſumptio primordialis, atque ordinaria Cathedralitatis, donec contrarium non probatur.*

2 *Quæ præſumptio multò magis operatur quando concurrunt plura adminicula.*

3 *Eccleſia quando nominatur magiſtra, per hoc non ſolùm denotatur maioratus ratione dignitatis, ſed etiam antiquitatis,* & num. 4.

5 *Eccleſia S. Mariæ de Pilari Cæſarauguſtæ fuit donata Eccleſiæ S. Saluatoris eiuſdem vrbis.*

7 *Eccleſia maior regulariter cum Eccleſia minori non vnitur, ſed bene è contra.*

6 *Mauri poſt occupatas Hiſpanias conuertebant principales Eccleſias Ciuitatum Chriſtianorum in Meſquitas, & n.105.*

8 *Fidei Chriſtianæ fundamentum principaliter in maioribus Eccleſiis aſſeruatur.*

9 *Gentiles in locis, in quibus Crux, Præſepe, & alia ſalutis noſtræ myſteria ſeruabantur, ſtatuas Iouis, Veneris, &c. collocabant.*

10 *Ad fidei chriſtianæ incrementum diuina voluntate effectum eſt, vt B. Petrus Apoſtolus, & Paulus in Vrbe Martyrium paterentur.*

Roma, vbi caput ſuperſtitionis erat, illic caput ſanctitatis quieſcit. ibid.

Roma, vbi Gentilium Principes habitabant, illic Eccleſiarum Principes morabantur. ibid.

11 *Delubra Gentilium, Chriſtianæ Religionis cultui, olim per venerandæ crucis illationem mancipabantur.*

12 *Eccleſia S. Saluatoris Cæſarauguſtæ, licet ſit antiquiſſimi operis, retinet tamen ſpeciem eminentis, & ſumptuoſi ædificij, & n. 180.*

13 *Eccleſiam S. Saluatoris, & Cæſarauguſtæ, quod etiam ante Maurorum occupationem eſſet Cathedralis, qui hoc aſſerat,* & n. 14. & 15.

16 *Epiſcopi Cæſarauguſtani nonnulli ſanctitate inſignes ſpecialiter præfuerunt in Eccleſia S. Saluatoris.*

17 *Inſcriptionibus plurimùm defertur, maximè in antiquis.*

18 *Verbum Metropolis, quid deſignet.*

Verba, vbi non conueniunt, ceſſat dictorum verborum qualitas. ibid.

19 *Cathedrales duæ, tanquam duo capita æquè principaliter in eadem Ciuitate non dantur.*

20 *Eccleſia S. Mariæ de Pilari Cæſarauguſtæ, qualiter admirabiliter fuerit fundata, traditur.*

21 *Quæ hiſtoria ſtabilita eſt teſtimoniis grauiſſimorum Authorum, & nihil eſt in tota Hiſpania Sacratius, & venerabilius.*

22 *Et iſta traditio eſt adeo corroborata, vt ſit quaſi de fide, taliter quod non eſſet tentus pro Catholico, qui de hoc dubitaret.*

23 *Scriptoribus, atque hiſtoricis ſtandum eſt.*

24 *Eccleſiæ alicuius erectio benè probatur per Scriptores, & hiſtoricos.*

25 *Chatedralitatis antiquæ ſtatus probatur ex Hiſtoriis, & Chronicis.*

26 *Factum antiquiſſimum, & res vetuſtiſſima maiorum traditione probatur.*

27 *Scriptoribus, & Hiſtoricis paſſim fides adhibetur, & num. 80.*

28 *Teſtes qui in antiquioribus, & viuentium memoriam planè excedentibus deponunt de publica fama, voce, & traditionibus antiquis, pleniſſimè probant.*

29 *Cathedralitas oritur datis Eccleſia, & Epiſcopo, ratione coniugij ſpiritualis,* & num. 30.

31 *Apoſtolorum nullus, præter B. Petrum, vel eos, quos eius ſucceſſores conſtituerunt ſacerdotes, Eccleſias Cathedrales in Italia, Hiſpania, Gallia, &c. fundarunt.*

32 Cap. ſi quis neſciat, 11. diſtinct. declaratur.

33 *Eccleſias fundare tantum ad B. Petrum, tanquam caput Eccleſiæ pertinebat.*

34 *Apoſtolus nullas fundauit Eccleſias, niſi mandato, iuſſu, permiſſione, ac authoritate B. Petri,* & num. 40.

35 *Petrus Apoſtolus Dei monitu, mandatum, permiſſionem, ac authoritatem fundandi Eccleſias cæteris Apoſtolis dedit.*

36 *Iacobus Apoſtolus, ſuppoſita Petri authoritate, Sedem Cathedralem Cæſarauguſtanam in Eccleſia S. Mariæ inſtituit, & in illius Epiſcopum deſtinauit Athanaſium.*

37 *Iannes Apoſtolus ordinauit in Epiſcopum Smirnæ Polycarpum.*

38 *Paulus Apoſtolus Dionyſium in Athenienſem, Timotheum verò in Epheſinum Epiſcopum creauit.*

39 *Apoſtolorum conſuetudo erat præficiendi Epiſcopum vnicuique, Ciuitati, in qua verbum Dei prædicauerunt.*

41 *Iacobus Apoſtolus plures Epiſcopos, & Eccleſias Cathedrales in Hiſpania conſtituit.*

42 *Petrus Apoſtolus primò direxit ſeptem Epiſcopos in Hiſpaniam, ex numero Diſcipulorum à Iacobo Apoſtolo ad fidem conuerſorum: declara vt* num. 43. & 44.

Proximus ille dicitur, quem nemo antecedit, ibidem.

45 *Flauij Lucij Dextri hiſtoria, quod Iacobus Apoſtolus ordinauerit in Epiſcopum Cæſarauguſtanum Athanaſium, an ſit vera,* & num. 47. & 48.

46 *Hiſtoria ſcripta poſt motam litem, an ſit fides adhibenda,* & n. 49.

50 *Cæſarauguſtani Epiſcopi ab Athanaſio vſque ad annum 1118. reſederunt in Eccleſia de Pilari.*

51 *Ex denominatione alicuius loci reſultat argumentum perſonalis reſidentiæ.*

52 *Epiſcopi reſidentia præſumitur penes Eccleſiam Cathedralem.*

53 *Prælatus domum ſuæ habitationis tenetur habere penes Eccleſiam Cathedralem.*

54 *Habitationis præſumptio deducitur ex ſepulchro.*

55 *Matrimonium ſpirituale contrahitur inter Epiſcopum, & Eccleſiam.*

56 *Coniugij vinculum id exigit, vt coniuges nec poſt mortem ſeparentur.*

57 *Breuiariorum magna eſt authoritas.*
58 *Hiſtoria poſita in Breuiariis ſunt tanquam canonizata per Eccleſiam.*
59 *Leges ciailes in Canonum ſanctionibus relata, per Eccleſiam approbari dicuntur.*
60 *Epiſcopi per multum tempus extra ſuam Cathedralem eſſe probibentur.*
61 *Gelaſius Papa II. plenariam indulgentiam conceſſit omnibus Christi fidelibus, manus adiutrices porrigentibus reparationi Eccleſia ſancta Maria de Pilari Caſaraugaſta.*
62 *Verbum Eccleſia, abſque vlteriori expreſſione, tanquam antonomaſticè ſumpta intelligitur de Eccleſia Cathedrali.*
63 *Declarationi eius, qui aliquid dicit, ſtandum eſt.*
64 *Deolarationi teſtis loquentis in genere ſtaadum eſt, & n.65.*
66 *Imagines Agni paſchalis ſunt propria ſigna Cathedralis Eccleſia Caſaraugusta.*
67 *In ſignis, & inſcriptionibus, maximè in antiquis eſt plurimùm deferendum.*
68 *Praſcriptio intrat, ſtante ſclentia, & patientia.*
69 *Sententia antiquiſſima plenè probant, etiam ſine actis.*
70 *Et maximè, quando non agitur de eius canonizatione, aut exequutione, ſed tantùm adducantur ad probaadum.*
71 *Ex ſententiis, licèt in Curiis ſacularibus emanatis, Rota ſolet ſumere adminiculum.*
72 *Cathedralitatis adminiculum eſt, quando in Eccleſia adſant veſtigia, & reliquia, qua prater ius Cathedralitatis ei conueaire non poſſuat.*
73 *Eccleſia Cathedralis tantum habet prerogatiuam celebrandi feſtum dedicationis Eccleſia.*
74 *Decimas exigendi facultas in territorio Ciuitatis ſoli Cathedrali competit.*
75 *Eccleſia Cathedralis ſolùm habet campanam, qua de interdicto nuncupatur.*
76 *Defunctorum corpora ius extrahendi ex alienis Parochiis, illaque ſepeliendi, Eccleſiis omnibus eſt prohibitum, exceptis Cathedralibus.*
77 *Sacramentorum adminiſtratio omnibus indiſtinctè competit Cathedrali.*
78 *Adminicul[illegible]multa ſimul adiunguntur ad probandum.*
79 *Cathedralitatis antiqua ius, vt retineatur, & continuetur, vnicus etiam actus ſufficit, & num.80.*
81 *Probationes adinuicem ſe coadiuuant.*
82 *Probationes per indicia, coniecturas, & praſumptiones ſufficiunt ad probanda facta antiquiſſima.* Amplia num.84.
83 *Praſumptio elicitur per contrariam probationem.*
85 *Status praſens quando non poteſt concurrere cum ſtatu antecedenti, tunc de praſenti non praſumitur in futurum.*
86 *De initio vbi conſtat, tunc ceſſat praſumptio cuiuſcunque alterius anterioris initij.*
87 *Cathedra eſt magna dignitas magiſtrorum.*
88 *Cathedra propriè accipitur pro ſede Doctoris, & Pralati.*
89 *Copia copia nullam fidem meretur.*
90 *Scriptura ad hoc, vt probet, omninò requiritur recognitio.*
91 *Archiuium ad hoc, vt dicatur legitimum, qua requirantur.*
92 *Archiuium illorum, de quorum intereſſe agitur, eſt ſuſpectum.*
93 *Teſtes intereſſati non probant.*
94 *Archiuij authoritas non dat robur ſcriptura informi.*
95 *Enunciatiua Principis ad ſupplicationem partis emanata, & à Principe extraneo, ac de veritate rerum minus inſtructo, non probaat.*
96 *Cathedra penes quamcunqae Eccleſiam ſemper eſt eadem, non dependens à loco.*
97 *Subrogatio nihil immutat.*
98 *Enunciatiua erronea, & aquiuoca nihil, aut parum probant.*
99 *Confirmatio non extendit confirmatum.*
100 *Referens vbi aliter loquitur, quàm relatum, attendendum eſt relatum, & num.* 101.
102 *Eccleſia olim quando adificabantur, caput illarum reſpiciebat partem Orientalem,* & numero 103.
104 *Cœmeteria apud Eccleſias, maximà Chathedrales, perpetuò fuerunt.*
105 *Argumentum deductum ex eo, quod apud hiſtoricos nulla habetur mentio, eſt leuiſſimum, & num.*106.107.*&* 108.
109 *Zurita in indic. rerum Aragonenſium notatur de inſtantia.*
110 *Eccleſia ſpiritualiter ſumpta eſt fidelium collectio.*
111 *Martinez.cap.20.lib.2.declaratur.*
112 *Martinus Carill. de hiſtor. Sancti Valerij declaratur.*
113 *Fraaciſcus ab Aynſa lib.2. cap.11. declaratur.*
114 *Teſtium dicta, quando fuerunt coaquaſſata à dictis teſtium contrariorum, nihil releuant.*

IESVS MARIA.

DVBITAVI, An conſtet Eccleſiam Beatæ MARIÆ Virginis de Columna, ſeu (vt vulgò dicitur) de Pilari, fuiſſe antiquitus Cathedralem? Et Domini poſt ſuſceptam plures ſuper hoc dubio diſputationem, nempe 10. Maij 1627.30. Aprilis 1629.& 28. Ianuarij præteriti, hodie tandem, negotio maturè diſcuſſo, affirmatiuè reſponderunt.

Quamvis enim in contrarium diceretur, quod quemadmodum controuerti non poteſt, quin Metropolitana Eccleſia Sancti Saluatoris fuerit hanc vſque in diem in perpetuo ſtatu Cathedralitatis, ab eo tempore quo glorioſæ recordationis Rex Aragonum Alphonſus Hiſpaniarum, cognomento Imperator, ex Maurorum tyrannide Cæſarauguſtam vindicauit: ſic etiam ex hoc vltimo, & longiſſima quidem quingentorum, ac ampliùs annorum diuturnitate firmato ſtatu Cathedratico intrat præſumptio primordialis, atque originariæ Cathedralitatis vſque ab initio, donec plenè, ac concludenter probetur contrarium, *l. ex perſona*, vbi Salicet. *num.*2. 1
Cod. de probat. Alexand. *conſil.*74. *num.*15. *lib.*4. Alciat. *de præſumpt. præſ.*26. *num.*1. Euerard. *in loco à tempore ad tempus, verſ.*6. *iſtud argumentum,* Menoch. *præſumpt.*64. *lib.*6. Rot. *deciſ.*233. *num.*1. *p.*5. vbi agitur de præſumendo ſtatu Parochialitatis, *& deciſ.* 402. *num.*5. *part.*2. *recent.* Quæ quidem præſum- 2
ptio tantò magis operatur in caſu iſto, cùm pluribus adminiculis corroboretur. Rot. *d. deciſ.*233. *num.*2. *part.*1. *recentior.*

Primum adminiculum deducitur ex ſententia Petri Libranæ, primi huius nominis Epiſcopi Cæſarauguſtani, lata de anno 1128. & ſic in facto recenti, decem ſcilicet annis poſt Mauros debellatos emanata

Digitized by Google

emanata, provt in alia ſententia Alphonſi pariter
Archiepiſcopi enuntiatus de anno 1413 in qua præ-
cipitur Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, vt in omnibus, &
per omnia ſe conformet cum Eccleſia Sancti Salua-
toris, tanquam cum Magiſtra, ac Superiore ſua:
3 quod verbum, *Magiſtra*, vſurpatum etiam in aliis
poſterioribus ſententiis, nempe Sanctij de ann. 1221.
Petri Tarracomenſis de ãno 1241. & Alphonſi præ-
dicti de anno 1553. denotat maioritatem, non ſolùm
4 dignitatis, ſed etiam antiquitatis, ad textum *in cap.
audiuimus, il 1. de Eccleſ. ædific.* Quæ ſanè antiqui-
tatis maioritas deſignat ſtatum Cathedralitatis ab
antiquiori tempore, non habitu quidem reſpectu ad
ſolum decennium poſt recuperatam è Maurorum do-
minatione Cæſarauguſtam, in quo temporis, antiqui-
tas non poteſt verificari; ſed ad tempus longè ante-
cedens, nempe tam ante inundationem, quam in
ipſa Maurorum inundatione.

Secundum, neque abſimile adminiculum deſu-
mitur ex teſtimonio Alphonſi, ſeu Aldephonſi Re-
gis Caſtellæ, præfati Alphonſi Maurorum debella-
toris priuigni, ac Hiſpaniarum Imperatoris pariter
nuncupati: qui anno Domini 1134. & ſic ſexde-
cim annis poſt recuperatam è Maurorum manibus
Cæſarauguſtam, in confirmandis eiuſdem Debella-
toris Alphonſi, necnon Ranimiri fratris prædeceſ-
ſorum ſuorum conceſſionibus factis Eccleſiæ San-
cti Saluatoris, eandem Eccleſiam inter cæteras anti-
qui nominis famoſiſſimæ excellentiæ priuilegio glo-
rioſiſſimam non ſolùm appellat, provt etiam appel-
latus ab Alexandro III. Pontifice in confirmatione
donationis decimarum, necnon à Martino Rege
Aragonum in priuilegio mandante vt Reges Arago-
num in Eccleſia Sancti Saluatoris propter illius an-
tiquitatem coronentur: ſed ad ſubleuandam ipſius
paupertatem, inter alias Eccleſias in Epiſcopatu Cæ-
ſarauguſtano exiſtentes, donat ſpecifice Eccleſiam
5 Beatæ Mariæ de Pilari, vt latiùs in priuilegio. De
cuius conceſſione non videtur ambigendum, cùm de
illa teſtentur Hieronymus Zurita *lib. 1. Annal. cap.
54.* Hieronymus Blancas *in Commentar. rer. Arago-
nenſ. fol.* 141. Abbas S. Ioannis de la Penna *in ſua
Hiſtoria, lib. 2. cap. 30. pag.* 317. Pater Didacus Mu-
rillo *de miraculoſa fundatione Angelica Domus,
tractat. 1. cap. 27. pag.* 227. & ſuper tertio depo-
nat de viſu Magiſter Hieronymus Caſſanate, &
enuncietur etiam in Bullis Adriani IV. necnon Ale-
xandi III. in quibus prædictæ donationes, expreſſâ
etiam Eccleſiâ Beatæ Mariæ, confirmantur. Vnde
ex his duo reſultant antiquæ Cathedralitatis argu-
menta ad fauorem Eccleſiæ Sancti Saluatoris. Pri-
mum ex eo, quod expulſis vix Mauris, nuncupatus
famoſiſſimæ excellentiæ, & antiqui nominis priuile-
gio famoſiſſima. Secundum ex eo, quod donatur Ec-
cleſiæ Beatæ Mariæ, quaſi aliquo tempore fuiſſet
6 donata etiam per viam vnionis Eccleſiæ inferiori,
cùm regulariter Eccleſia maior inferiori non vnia-
tur, ſed è contra, Hojeda *de incompatibilit. benef. part.
2. cap. 3. n. 4. verſ. & ita dignum.*

Tertium adminiculum deriuatur ex notiſſima
Maurorum conſuetudine, qua poſt occupatas Hiſ-
panias paſſim vtebantur in conuertendis principali-
bus Eccleſiis Ciuitatum Chriſtianorum in Meſqui-
7 tas, vt præter Chronicas generales Hiſpaniarum id
de propriis Regnis teſtatur Petrus Aragonum Rex
I. in priuilegio conceſſo anno Domini 1096. inci-
piente *Neminem latere, &c.* quod de verbo ad ver-
bum tranſcripſit Franciſcus de Aynſa *rerum memora-
bilium Oſca libro 4. cap 5. pagina* 521. & con-
cordat Martinus Carillo *in Hiſtoria Sancti Va-
lerij, fol.* 240. vnà cum teſtibus qui dantur. Quod eo
deinùm conſilio faciebant Mauri, vt ita deletis, abo-
litiſque memoriis, ac Chriſtianæ Fidei fundamentis,
quæ principaliter in maioribus Eccleſiis aſſeruan-
tur, fides ipſa aboleretur, ac perfidia ſubinduce-
retur Mahumetica. Quam porrò conſuetudinem 8
à Gentilium acceperunt exemplo, qui vbi Crux
Præſep, aliaque Redemptionis, ac ſalutis noſtræ,
myſteria ſeruabantur, ſtatuas Iouis, Veneris, aca Ado-
nidis collocabant, quo ſacrorum eorumdem myſterio-
rum monumenta, ac veſtigia obſoleſcerent, vt
elegantiſſimè de Adriano refert Paulinus *epiſtola* 11. 9
Hieronymus *epiſtola* 13. Seuer. Binius *Hiſtor. lib. 2.*
Ambroſius *in Pſalm. 43.* quorum verba tranſcribit
Baron. *ad annum Chriſti* 539. *num.* 1. & 6. *fol.* 93. &
94. habetur in Lectionibus feſti Exaltationis Sanctæ
Crucis, 3. Maij. Sic etiam econuersò ad Chriſtianæ 10
Fidei incrementum diuinâ voluntate effectum eſt, vt
Beatiſſimi Apoſtoli Petrus & Paulus in Vrbe Roma
martyrium paterentur: *Vt vbi caput ſuperſtitionis
erat, illic caput quieſceret ſanctitatis, & vbi Gentium
Principes habitabant, illic Eccleſiarum Principes mora-
rentur,* vt inquit Ambroſius *in cap. Beati, 2. quæſt. 7.*
& iiſdem penè verbis loquitur Sanctus Maximus
Epiſcopus *in ſerm. de Apoſtolis,* quem recenſet Mi-
chael Aninyon *de vnitate Orbis, cap. 18. num. 4.* &
5. Et in ſpecie delubra Gentilium Chriſtianæ Reli- 11
gionis cultui fuiſſe olim per Venerandæ Crucis illa-
tionem mancipata, habemus ex præcepto Theodo-
ſij *in ſuo Codice, l. vlt. tit. 10. lib. 16.*

Hunc verò vſum poſt occupatam Cæſarauguſtam
ſeruaſſe Mauros in Eccleſia Sancti Saluatoris, ean-
démque tanquam maiorem Ciuitatis illius Eccleſiam
conuertiſſe in Meſquitam maiorem, tantò magis 12
videtur veriſimile, quo Templum iſtud Sancti Sal-
uatoris, licèt antiquiſſimi ſit operis, retinet tamen
ſpeciem eminentis, ac ſumptuoſi ædificij, ad formam
Crucis, latitudinis paſſuum 90. longitudinis verò
110. totaque illius moles quatuor magnarum co-
lumnarum ordinibus ſuſtinetur, vt conſtat ex de-
ſcriptione illius, quæ habetur apud eundem
Didacum Murillum *de miraculoſa fundatione An-
gelica Capella, dicto tract. 2. cap. 27.* Ac propte-
rea plurimum differt à communi ſtructura Meſquita-
rum, quas Mauri non ædificabant in formam Cru-
cis, nec admodum eminentes, aut eleuatas, ſed
ſobmiſſas, atque obſcuras, vt patet ex ædificio
Cordubenſis Eccleſiæ, quam pro Meſquita fuiſſe à
Mauris conſtructam, ac poſtea Sedi Cathedrali de-
ſtinatam, referunt Hiſtorici, & præcipuè Mariana
de rebus Hiſpan. lib. 7. cap. 7. Et prædicta tantò fa-
faciliùs videntur procedere, cùm de huiuſmodi
fabrica adeò inſigni, & à Mauris conſtructa, nulla
apud Authores mentio habeatur, provt extat me-
moria de præfata Eccleſia Cordubenſi apud Maria-
nam, & alios; & ſimiliter de minoribus ædificiis per
Reges Mauros Cæſarauguſtæ conſtructis, paſſim ha-
bentur memoriæ apud Hieronymum de Blancas *in
rerum Aragonenſ. Commentar.*

Et in ſpecie, quod Eccleſia Sancti Saluatoris 13
etiam ante Maurorum occupationem fuerit Sedes
Cathedralis, ac à Maurorum impuritatibus, quibus
prophanata fuerat, expiata, ad primæuum Cathe-
dralitatis ſtatum reſtituta fuerit, viſus eſt firmaſſe
Zurita *in Indice rerum Aragonenſium, lib. 1. pag.* 38.
ibi: *Eccleſia Cæſarauguſtana, primis propagatæ Chri-
ſtianæ Religionis ſæculis ſacra, & Sanctorum Valerij,
ac Braulij Infulis, ac Vincentij Martyris illuſtrata do-
ctrinis, ſacrorumque Conciliorum ſanctionibus, Orbiſque
Chriſtiani celebratione commemorata, à nefariis impij
cultus veſtigiis ſolemni cæremoniarum Religione expia-
ta, & Deo Optimo Maximo Seruatori ex voto, quòd*

Imperator pulcherrima, florentiſſima, potentiſſimaque Vrbis eſſet potitus, feſtis, & laudibus inſtauratur, & conſecratur. Et clariùs *libro* 1. *Annal.* ibi: *Conſecrata fuit Meſquita maior, & dedicata Eccleſia noſtro Redemptori ſub titulo Sancti Saluatoris eodem anno, &c. Itaque in ſuo primo loco reſtaurata Sedes Cathedralis, qua fuit valde nominata in primitiua*
14 *Eccleſia.* Et cum Zurita videntur conſentire Martinez Abbas Sancti Ioannis de Rupe, *in Hiſtoria fundationis illius Monaſterij, libro* 2. *cap.* 20. & *libro* 5. *cap.* 19. *in fine*, Martinus Carillo *in Hiſtoria Sancti Valerij, fol.* 240. quos omnes refert Franciſcus de Aynſa *in præfato libro memorabilium Ciuitatis Oſcæ, lib.* 1. *cap.* 8. vbi ſimilia in hanc rem adducit exempla. Cum quibus conuenit Breuiarium Cæſarauguſtanum in feſto tranſlationis
15 Sancti Valerij, in prima lectione, ibi: *Magna per vniuerſum Orbem Chriſtianis fuit lætitia, cùm Cæſarauguſtana Eccleſia, quæ per quadringentos annos captiuata ſpiritibus deſeruiebat immundis, fidei libertatem recepit, & ad Chriſtum reuerſa ipſum Deum, & Dominum voce liberâ auſa eſt profiteri, & in eius laudibus reſonare.* Et concordant ſuper tertio quatuor teſtes examinati in cauſa Dedicationis. Quorum primus, qui eſt Ioannes Biiz Martinez, deponit ex ſententia Didaci de Eſpes, viri eruditi, & inſignis antiquitatum Aragonenſium indagatoris, vt teſtatur Hieronymus Blancas *in præfatione ad comment. Aragonum, in epiſtola ad Garziam de Loayſa*, & Didacus Murillo *in dicto tract.* 2. *cap.* 51. *pagina* 441. *libro* 1. *cap.* 19.

Quartum denique, ac poſtremum primordialis, ſeu originariæ Cathedralitatis huiuſmodi adminiculum pro Eccleſia S. Saluatoris, ea præbent argumenta, ex quibus deducitur, nonnullos ex Epiſcopis Cæſarauguſtanis ſanctitate inſignes huic ſpecialiter Eccleſiæ Sancti Saluatoris præfuiſſe, Sanctos nempe Valerium, ac Vincentium Martyrem,
16 illius Archidiaconum, necnon Braulium.

Quod enim de anno 306. Sanctus Valerius fuerit Eccleſiæ iſtius Epiſcopus, Vincentius verò Archidiaconus, quoad Valerium colligi poteſt primò ex tenore concordiæ initæ de anno 1121. inter Epiſcopos Cæſarauguſtanum & Pampilonenſem, per hæc formalia verba: *Tranſlatio Sancti Valerij Epiſcopi de Rota in Cæſarauguſtanam propriã Sedem*: & ſic Eccleſia Sancti Saluatoris, ad quam facienda erat tranſlatio, appellatur propria Sedes Sancti Valerij. Secundò ex inſtrumento tranſlationis Capitis eiuſdem Sancti Valerij de anno 1170. Ex cuius ſerie in toto Epiſcopatu Cæſarauguſtano annuatim ſub die 20. Octobris in ſacris Lectionibus recitatur, quod Aldephonſus II. Rex Aragonum obtinuit Caput Sancti Valerij: *Vt ad honorem Dei, & Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ, quæ Caput totius Regni eſt, & cui paſtoraliter & corporaliter præfuit, ſpiritualiter quoque præeſſet, &c. Quod ipſe Rex propriis manibus, &c. ad Eccleſiam Cæſarauguſtanam per Petrum eiuſdem Ciuitatis Epiſcopum tranſmiſit, &c. Ac poſtquam idem Rex Aldephonſus II. miſit ad dictam Eccleſiam S. Saluatoris Caput Sancti Valerij, quidam Prior Rotenſis miſit etiam brachium S. Valerij Antiſtitis eiuſdem Eccleſiæ, ad quam miſerat Rex caput, &c. quò ſcilicet Reliquiæ tanti Paſtoris & Prælati, illiuſque Sanctiſſimi Viri venerarentur in eadem Ciuitate, & Templo, in quo præfuit tanta Sanctitate*: vt ad propoſitum huiuſmodi tranſlationis expreſsè loquitur Zurita *Annal. libro* 2. *cap.* 26. Tertiò, non tam reſpectu Sancti Valerij, quàm Sancti Vincentij illius Archidiaconi id etiam videtur deprehendi ex teſtimonio Don Lupi Archiepiſcopi Cæſarauguſtani, qui de anno 1361. in priuilegio exemptionis à charitatiuo ſubſidio Priori, Canonicis, ac Capitulo Sancti Saluatoris conceſſo, loquens de eadem Eccleſia, inquit: *Prædictam Cæſarauguſtanam Eccleſiam, ſponſam noſtram illo Beatiſſimus eius Antiſtes Valerius cum ipſius Eccleſiæ Archidiacono Vincentio Martyre pretioſa decorauit, pro Fide decertans Catholica, &c.* Quartò id ſuadent inſcriptiones appoſitæ Reliquiis eorundem Sanctorum Valerij ac Vincentij, quas Petrus de Luna, Benedictus XIII. in ſchiſmate nuncupatus, miſit ad Eccleſiam Sancti Saluatoris in hæc verba: *Hoc eſt Caput B. Valerij Confeſſoris, Epiſcopi huius Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ.* Et: *Hæ ſunt Reliquiæ B. Vincentij Martyris, Archidiaconi huius Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ.* Quibus quidem inſcriptionibus plurimùm defertur, maximè in antiquis, vt latè dicetur inferiùs. Quintò id inferunt Conſtitutiones Synodales ſub titulo *de Reliquiis & venerat. Sanct.* teſtantes Sanctum Vincentium officio, & ordine Diaconali fuiſſe in Eccleſia Sancti Saluatoris condecoratum; necnon affirmantes, Sanctum Valerium in eadem Eccleſia Sancti Saluatoris apparuiſſe cuidam ſucceſſori ſuo in eadem ſede: quæ apparitio, vt tradit Cardinal. Baron. *in notis ad Martyrolog. ſub die* 26. *Martij*; fuit de anno 1370.

Quod autem poſtremò Sanctus Braulius de anno 17
636. & ſic multò ante inuaſionem Maurorum fuerit Epiſcopus dictæ Eccleſiæ, elicitur ex Conſtitutione ſub eodem titulo *de Reliquiis & venerat. Sanctorum*, in qua formalibus hiſce verbis ſtatuitur: *Vt ſub Officio duplici celebretur feſtiuitas Inuentionis B. Braulionis, cùm fuerit Epiſcopus Metropolis.* Quod ſa- 18
nè poſtremum verbum, *Metropolis*, deſignat ad oculum Eccleſiam S. Saluatoris, & excludit Eccleſiam B. Mariæ Virginis, cui talis qualitas non conuenit, *ad textum in l.* 4. *§.* 10*ties, ff. de dam. infect. l. quod conſtitutum, ff. de milit. teſtam.*

Vnde ex his omnibus, cùm appareat Eccleſiam Sancti Saluatoris non deducere prima Cathedralitatis ſuæ principia ac fundamenta limitata ab anno Domini 1118. quo tempore Alphonſus maiorem Maurorum Meſquitam diuino cultui dicauit, ſequitur, quod ſublato principio iſto limitato, militet vſque ab initio ad ipſius fauorem præſumptio originariæ Cathedralitatis, & quidem adminiculata, ita vt niſi Eccleſia Beatæ Mariæ plenè ac concludenter, ſublatis contrariis, probet ſuam Cathedralitatem, neceſſaria reſultet conſequentia, quod eadem Eccleſia B. Mariæ nunquam fuerit Cathedralis; cùm duæ Ca- 19
thedrales, tanquam duo Capita æquè principalia in in eadem Ciuitate non dentur. Hoſtienſ. *in cap. cùm contingat, n.* 1. *de for. competent. & in c. quoniam, n.* 2. *de offic. Ordin.* quem ſequitur Rota *deciſ.* 324. *n.* 11. *part.* 1. *in recentior.*

His tamen non obſtantibus, viſum fuit Dominis antiquam huiuſmodi Cathedralitatem concludenter probari ad fauorem Eccleſiæ B. Mariæ Virginis de Pilari. Primò ex Hiſtoria admirabilis fun- 20
dationis, ſeu conſtructionis huiuſce Eccleſiæ: in qua traditur, Beatum Iacobum Apoſtolum iuſſu Deiparæ Virginis, ſuper Columna ſeu Pilare quodam marmoreo inter Angelorum cantus viſibiliter apparentis, præfatam Eccleſiam conſtruxiſſe, atque in eiuſdem ſeruitio vnum ex nouem Diſcipulis ab ipſo conuerſis in Presbyterum ordinaſſe, prout huius Hiſtoriæ ſeriem fuſiùs refert antiquiſſima quædam ſcriptura, de qua in fine vetuſtiſſimi Codicis Moralium Sancti Gregorij, qui in eiuſdem Eccleſiæ de Pilari Bibliotheca à Taio quondam Epiſcopo Cæſarauguſtano illic, vt creditur, repoſitus in hanc vſque diem aſſeruatur, teſtibus eodem

Martino-

Digitized by Google

Mattino Gazia *ſermon.* 91. & Michaële Martinez de Villar *in interpretatione trium Epigrammatum huius Eccleſiæ*, *pag.* 79. provt etiam innuit Hieron. Blancas à Murillo relatus *loco citato*, *cap.* 1. *fol.* 2. & latiùs *cap.* 3. *fol.* 16.

Quam quidem hiſtoriam, & antiquiſſimam, indubitatamque apud Hiſpanos traditionem latè proſequuntur grauiſſimi Scriptores, nempe quoad mirificam Eccleſiæ Conſtructionem Auctor Chronici omnimodæ hiſtoriæ, quæ à pluribus Flauio Lucio Dextro adſcribitur, *anno Dom.* 37. & ibid. Franciſcus Biuar. *in commentar. latiſſimè numer.* 3. dicens :
21 *Nihil aquè ſtabilitum teſtimoniis grauiſſimorum Authorum, nihil totâ Hiſpaniâ ſacratius, ac venerabilius animis hominum inſediſſe.* Adiicitque M. Maximi Epiſcopi Cæſaraguſtani epigramma, *verſ. Verùm no nobiliſſimum*, Martinus Garzia *in ſerm.* 90. 91. & 150. P. Antonius Beuter. *part.* 1. *Chronic. Hiſp. cap.* 25. Damian. à Goës *in Genealogia Regum Hiſpan. tom.* 2. *Hiſpania illuſtrata*, Vgo Epiſcopus Portugalenſ. *in epiſtola ad Mauritium Epiſcopum Bracharenſ.* quam refert idem Biuar. *in Elogiis Dextri*, *fol.* 9. Ioannes Gaſpar. Orrigas *in* 3. *part. Patrocinij pro Gymnaſio Cæſaraguſtano*, *pag.* 14. *ſub num.* 100. Petrus Villegas *in lib. Flos Sanctorum*, *in Vita Sancti Iacobi Maioris Apoſtoli*, *fol.* 196. Franciſc. à Ieſu, & Xodar *in libro quinque diſcurſuum*, *pag.* 18. & *ſeq.* affirmans neminem hucuſque id auſum negare, viſis vinculo, & firmitate, quibus traditio iſta corroboratur, quaſi ſit de fide : taliter quod non eſſet tenius pro Catholico, qui de hoc
22 dubitaret, provt etiam inquiunt Martinus Delrius *diſquiſit. Magic. lib.* 2. *quaſt.* 26. *ſect.* 4. *pag.* 223. & Iſella *in libro Reg. Militia Sancti Iacobi*, *cap.* 3. Gaubertus Monachus *in chronic. Regni Aragonum*, *in* 3. *prolog.* Ioannes Vaſeus *in Hiſtor. Hiſpan.* & *Chronicis rerum mirabilium*, *anno* 37. & 44. Gundiſaluus de Illeſcas *in Hiſtor. Pontific. in vita Sancti Iacobi Apoſtoli*, *part.* 1. *fol.* 13. Stephanus de Garibay *in compendio Hiſtor. Hiſpan. lib.* 7. *cap.* 3. & 4. Andreas de Betendorpio *de apparitionibus ſpirituum*, *cap.* 11. *theſ.* 207. Petrus Caniſius *de Verbo Dei*, *tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 21. *fol.* 557. & *cap.* 23. *fol.* 560. Alphonſus de Mendoza *in quaſtionibus quodlibeticis*, *quaſt.* 5. Suar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 16. Martin. de Viciana *in chronino inclyta*, & *coronata Ciuitatis*, *fol.* 14. Ribadeneyra *in lib. Flos Sanctorum*, *in Vita Sancti Iacobi Maioris*, *part.* 2. *pag.* 69. Anton. de Cianca *in Hiſtoria inuentionis miraculorum*, & *tranſlationis Sancti Secundi*, *cap.* 3. *fol.* 24. Ioannes de Pineda *in* 2. *part. Monarchia Eccleſiaſtica*, *cap.* 25. §. 4. *fol.* 32. Ludouic. de Eſtrada Abbas Hortenſis, 2. *part. Roſarij*, *fol.* 212. Loayſa *in notis ad decretum Gundemari*, Prades *lib.* 2. *cap.* 5. §. 1. Bonifac. *in Hiſtoria Beata Maria*, *lib.* 2. *pag.* 519. Thom. Bozzius *de ſignis Eccleſ. lib.* 9. *cap.* 6. *pag.* 686. *numer.* 12. Didacus de Caſtillo *in libro Defenſionis Aduentus*, & *Pradicationis Euangelica S. Iacobi*, *cap.* 7. *fol.* 37. Franciſcus de Padilla *in Hiſtoria Eccleſiaſtica Hiſpania*, *centur.* 1. *fol.* 18. Franciſcus de Pereda *in libro nuncupato*, *Patrona Matriti*, *lib.* 4. *cap.* 1. *fol.* 230. & *ſeq.* Iacobus Valdes *de Dignit. Regum*, & *Regnorum Hiſpania*, *cap.* 6. *num.* 7. *fol.* 54. Lucius Marineus Siculus *in Hiſtoria de rebus Hiſpania memorab. lib.* 5. *cap. de ſacris ædibus*, *pag.* 85. Hieronymus Romanus in *Republica Chriſtiana*, *lib.* 5. *cap.* 4. *fol.* 86. Ambroſ. de Morales *in Chronicis generalibus Hiſpania*, *lib.* 9. *cap.* 7. *fol.* 228. Michaël Martinez de Villar *in interpretatione dictorum Epigrammatum*, *in Epiſtola dedicatoria*, Maurus Caſtella *in Hiſtoria Apoſtoli Sancti Iacobi*, *pag.* 86. Anton. Spinellus *in Maria Deipara Throno*, *cap.* 30. *pag.* 400. Gregor. Lopez Madera *de Excellentiis Hiſpania*, *cap.* 6. *fol.* 30. Petrus Cenedus *in Collectan. ad Ius Canonicum*, *col.* 43. *lib.* 1 *Decretor. num.* 2. & *ſequens.* & *num.* 8. Martinus Carrillo 3. *aduertentia ad Hiſtoriam Sancti Valerij*, *fol.* 10. Gaſpar Sanctius *in* 2. *tractat. de prædicatione Sancti Iacobi in Hiſpaniam*, *cap.* 8. & ſpeciales de miraculoſa huiuſmodi fundatione tractatus ediderunt Ioannes Michaël de Bordalha, Ludouiſius Aux, Petrus Cenedus, Didacus Murillus, & alij, provt teſtatur idem Biuarius *in Commentariis ad Dextrum*, *loco citato*, vbi plures ex allegatis Scriptoribus recenſet. Cum quibus concordant diploma Calixti Pontificis, *ſub Datum Roma*, 9. *Kalendas Octobris anni* 1416. Priuilegia Ioannis Aragonum Regis Secondi, *ſub anno Domini* 1459. 26. *Octobris*, ac Ferdinandi Catholici illius filij *anno* 1504. 12. *Aprilis* : eiuſdem Sedis Metropolitanæ Statutum anno 1471. die 9. Maij promulgatum : ac denique motiua ſententiæ, tam in Vicariatu Archiepiſcopatus Cæſaraguſtani ſuper abſolutione à charitatiuo ſubſidio, quam in Curia Iuſtitiæ Aragonum ſuper præcedentiis emanatæ, vt prædicta omnia per extenſum referunt idem Biuarius *loco citato*, & Didacus Murillo *cap.* 3.

Quo verò ad ordinationem vnius ex Diſcipulis in Presbyterum, ſequuntur Authores infraſcripti. Qui tamen vlteriùs exprimunt, Beatum Iacobum in præfata Eccleſia Sanctæ Mariæ non ſolùm reliquiſſe Theodorum, quem ordinauit in Presbyterum, ſed etiam Athanaſium, quem Epiſcopatui Cæſaraguſtano deſtinauit ; ita enim teſtantur idem Flauius Lucius Dexter *loco citato*, *anno Domini* 37. *num.* 1. *fol.* 69. & ibidem Biuarius *fol.* 71. referens teſtimonium M. Maximi, olim Epiſcopi Cæſaraguſtani *in Hymno Sancti Athanaſij*, & *in Elogiis fol.* 9. vbi in conteſtem adducit Vgonem Epiſcopum Portugallenſem *in præcitata Epiſtola ad Mauritium Archiepiſcopum Bracharenſem*, Petrus Antonius Beuter *vbi ſuprà*, *cap.* 23. *part.* 1. *pag.* 134. & *part.* 2. *pag.* 129. Hieronymus Blancas *in præfatis comment. rer. Aragon. part.* 3. Ambroſ. de Morales *in Hiſtoria Hiſpania*, *cap.* 7. *lib.* 9. Maurus Caſtella *in Hiſtoria Sancti Iacobi*, *pag.* 85. Franciſcus de Pereda *loco allegato*, *lib.* 4. *cap.* 1. *fol.* 231. Franciſcus de Padilla *in dicta Hiſtoria Eccleſiaſtica Hiſpania*, *centur.* 1. *fol.* 18. Ribadeneyra *vbi ſuprà*, *part.* 1. *pag.* 69. Anton. de Cianca *in Hiſtoria vita Sancti Secundi*, *fol.* 2. Iacobus Valdes *dicto tract. de Dignit. Regum*, *Regnorumque Hiſpania*, *cap.* 6. *numer.* 22. *fol.* 59. & Comeſtabilis Caſtellæ *in primo diſcurſu pro aduentu Sancti Iacobi*, *fol.* 10. Martinus Carillus Canonicus Eccleſiæ Sancti Saluatoris, *in ſecunda impreſſ. Hiſtor. Sancti Valerij*, emendatus *in tertia aduertentia*, cum aliis deductis per Murillum *cap.* 17. *fol.* 142. & Gabriëlem Pennottum *in ſua tripartita Hiſtoria*, *lib.* 2. *cap.* 30. Quibus quidem Scri- 23
ptoribus, atque Hiſtoricis ſtandum eſſe innuit textus legis 1. ibi : *A quibuſdam Scriptoribus traditum eſt*, *ff. de offic. Profect. Prætor.* Bart. *in l.* 1. *num.* 22. Alex. *numer.* 34. Purpur. *numer.* 152. & 156. qui loquitur in erectione Eccleſiæ : ſequitur Ripa *numer.* 73. *ff. ſi cert. pet.* Abb. Felin. Dec. & alij *in cap. cùm cauſam*, *de probat.* Gutier. *pract. lib.* 3. *cap.* 13. *numer.* 13. Roderic. Suarez *allegat.* 8. *numer.* 11. Verall. qui pariter loquitur in erectione Eccleſiæ,
deciſ. 190. *part.* 1. & in ſimili dixit Rota *in cauſa* 24
Valentina decimarum, 28. *Nouembris* 1596. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, *in Vlyxbonen. ſi Iuris conferendi*, 7. *Februarij* 1607. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto, & *in deciſ.* 290. *numero* 7. *poſt* 2. *vol. conſ. Farinac.* Et in puncto,

25 quòd ſtatus antiquæ Cathedralitatis probetur ex
Hiſtoriis, ac Chronicis in hoc plenam facientibus
probationem, Modern. Roman. *diſcept. forenſ. lib. 5.
cap. 893. num. 6. & ſeqq.*

Quæ concluſio abſque vlla difficultate in caſu
iſto procedit, non ſolùm quia verſamur in facto an-
tiquiſſimo, ac in rebus vetuſtiſſima maiorum tradi-
tione communiter receptis, in quibus fideliſſimæ
26 antiquitatis mos eſt retinendus, *l. ſi teſtamenta, C.
de teſtam. l. 1. §. vlt. de ventr. inſpic. cap. cùm habeat,*
27 *de eo qui dux. in matrim. cap. omnes Principes*, cum
ibi notatis, *de maiorit. & obed.* Sed etiam, quia hu-
iuſmodi Scriptoribus, atque Hiſtoricis paſſim fides
adhibetur, ad tradita per Felin. *in cap. ex parte, nu-
mero 49. verſ. & dum ſuprà tractatum eſt, de re-
ſcript.* agiturque de Hiſtoriis Eccleſiaſticis, Rot. *de-
ciſ. 718. numer. 2. part. 4. diuerſ.* in quibus plures
28 Scriptores ſimul conueniunt. Et benè adminicu-
lantur etiam per teſtes, qui in huiuſmodi antiquio-
ribus, viuentiumque memoriam planè excedenti-
bus, tanquam de publica voce, & fama, necnon
traditionibus antiquis deponentes, probant pleniſ-
ſimè. Innoc. *in cap. veniens, numer. 6. verſ. & non
mireris, de verb. ſignif.* Abb. *in cap. inter dile-
ctos, numero 6. de fid. inſtrum.* latè Felin. *in cap.
veniens, il 1. numero 26. de teſtib. & in cap. cùm
cauſam, numero 9. verſ. ſed dicas, de probat.* Bel-
lam. *deciſ. 2. de probat.* Caputaquenſ. *deciſ. 344.
numer. 3. & 347. num. 4. part. 4.* Put. *deciſ. 74.
num. 2. lib. 1.*

His ergo firmatis, ex quibus conſtat Beatum Ia-
cobum primò conſtruxiſſe in honorem Mariæ Vir-
ginis Eccleſiam de Pilari, ſecundò deſtinaſſe Atha-
naſium Diſcipulum ſuum in Epiſcopum Cæſarau-
guſtanum; vtique ſequitur, eandem Eccleſiam de
Pilari fuiſſe Cathedralem. Quia, dato Epiſcopo
& Eccleſiâ, ratione coniugij ſpiritualis, oritur Ca-
29 thedralitas, ad textum *in cap. inter corporalia*, &
ibidem Imol. *numer. 10.* Anan. pariter *numer. 10.
de tranſlat. Prælat.* Hoſtienſ. *in ſumm. eodem tit.
numer. 5. verſ. eſt autem alius*, Chaſſan. *in catal.
glor. mund. part. 4. conſider. 32. verſ. nonò capitu-
lum.* Quæ ſanè Cathedralitas poteſt tantùm con-
30 ſiderari in Eccleſia Beatæ Mariæ. Quia cùm ſola
tunc temporis eſſet illic in rerum natura, rema-
nebat vnicum ſubiectum, cui poſſet adhærere Ca-
thedralitas. Cuius prærogatiuam tantò magis, inſ-
pectâ eiuſdem Eccleſiæ dignitate ac priuilegiis, ve-
riſimile eſt fuiſſe eidemmet collatam.

Nec obſtat epiſtola Innocentij I. ad Decentium
Epiſcopum Engubinum, regiſtrata *in cap. ſi quis
neſciat, 11. diſtinct.* & innouata per Gregor. VII.
31 *Epiſtolarum lib. 1. ad Sanctium Hiſpaniarum Re-
gem*, in qua pro certo, conſtantique firmatur, nul-
32 lum ex Apoſtolis, præter Beatiſſimum Petrum, vel
eos quos eius Succeſſores conſtituerunt Sacerdo-
tes, Cathedrales Eccleſias in Italia, Hiſpania, Gal-
lia, Africa, Sicilia, adiacentibuſque Prouinciis
fundaſſe. Quem textum ita in ſpecie videtur intel-
ligere nunquam ſatis laudatæ memoriæ Card. Baron.
*in notis ad Martyrologium Romanum, in feſto Sancti
Iacobi, ſub die 25. Iulij.* Vbi poſtquam firmauit,
Sanctum Iacobum prædicaſſe in Hiſpania, ſubdit,
non ſic accipiendum id eſſe, vt illic prædicauerit
Gentibus Euangelium, ſed Iudæis tantùm, ſuis
gentilibus Chriſtum annunciauerit: nec ſic qui-
dem, vt aliquam fundauerit Eccleſiam, vt pleniùs
aduertit Magnus Conneſtabilis Caſtellæ *in ſecundo
33 Diſcurſu contra eundem Cardinalem Baronium edi-
to, fol. 51.* dicens aliud eſſe conuertere Infideles,
aliud fundare Eccleſias; cùm primùm ad Apoſtolos
omnes, ſecundum verò ad Beatum Petrum tan-
quam Caput Eccleſiæ pertineret.

Nam huic obiecto reſponſum fuit per Domi-
nos, concluſionem prædictam, quod ſcilicet nul-
lus ex Apoſtolis præter Beatum Petrum Eccleſias
in præfatis Regionibus fundauerit, eſſe intelli-
gendam, vt nullus ſine mandato, iuſſu, permiſ-
ſione, ac Beati Petri authoritate Eccleſias inſtitue-
rit, iuxta ſolutionem Gloſſæ *in dicto cap. ſi quis
neſciat, in verbo Apoſtolos*, quam veluti magis re- 34
ceptam, atque veriorem referunt, & ſequuntur
ibidem Archidiac. *numero 2.* Turrecremat. *num. 1.*
Gemin. *numer. 7.* & plura hoc in argumentum ele-
ganter congerit Gaſpar. Sanctius *de prædicatione
Sancti Iacobi in Hiſpania, tract. 3. capit. 1. tot.* &
præſertim *num. 3.*

Ac proinde, quia habetur pro certo, Beatum
Petrum Dei monitu mandatum, permiſſionem, at- 35
que auctoritatem huiuſmodi cæteris Apoſtolis ad
Gentium prædicationem euntibus dediſſe, vt teſta-
tur Ioannes Antonius Delphinus *de Eccleſiaſtica
poteſtate, tit. de Cardinalibus, concluſ. 1. verſ. 3. fol.
mihi 19. & concluſ. 9. fol. 81. à tergo*: & de Paulo
teſtatur Archidiaconus *in d. cap. quis neſciat, num. 2.
& 3. 11. diſtinct.* & de Clemente, qui eandem po-
teſtatem conceſſit Philippo Philotheo in Hiſpanias
Legato, refert Methodius Author Græcus, ac ve-
tuſtiſſimus *in Vita Sancti Dionyſij*, in hæc verba:
*Porrò S. Clemens ſub id tempus Philippum quemdam
Hiſpaniis Epiſcopum præfecerat, eandemque poteſta-
tem, quam ipſe diuinus Clemens à Petro accepit, ipſi
dederat, dicens: Profiſcere in occidentales plagas,
Euangelium Regni Cælorum prædicato: ligandi etiam,
ſoluendique poteſtas tibi eſto, vt Chriſti Euangelium
per te quoque longè latéque diffundatur, quo à Do-
mino inſtar fidelis ſerui audire merearis: Euge ſerue
bone, &c.* quæ verba tranſcribit Biuarius *ad Dex-
trum, anno Domini 95. numero 6. verſ. tranſlatis*:
vbi Philippi iſtius memoriæ conteſtes Ambroſium
de Morales, ac Marianam enumerat. Imò poteſtas
iſta fuit aliquando conceſſa cum facultate ſubde-
legandi, prout communis eſt traditio, Paulum
Apoſtolum eandem Tito delegaſſe in Epiſtola pri-
ma ad eundem Titum, ibi: *Huius rei gratiâ reli-
qui te Cretæ, vt ea quæ deſunt, corrigas, & conſtituas
per Ciuitates Presbyteros.*

Hinc propterea manifeſtè apparet, in nihilo diſ- 36
poſitioni *textus in d. cap. quis neſciat*, aduerſari,
quod Beatus Iacobus, ſuppoſitâ Petri auctoritate,
atque mandato, Sedem Cathedralem Cæſaraugu-
ſtanam in Eccleſia Beatæ Mariæ inſtituerit, & Atha- 37
naſium illius Epiſcopum deſtinauerit. Quemadmo-
dum etiam Hieronymus de Scriptoribus teſtatur
Beatum Ioannem Apoſtolum ordinaſſe in Epiſco-
pum Smirnæ Polycarpum, vt ex Tertulliano re-
fert Georgius Ederus *in Malleo Hæreticorum, lib. 2.
capit. 5. concluſ. 4. verſ. hoc enim modo*, & firmat
Martyrologium Romanum *ſub die 26. Ianuarij*:
ſed omnes Aſiæ Eccleſias fundaſſe, vt idem Mar-
tyrologium firmauit *ſub die 27. Decembris* (in quo
tamen à Hieronymo diſſentit Baronius *anno 97.
numero 2. fol. 736.*) & Paulus Apoſtolus Diony- 38
ſium in Athenienſem, Timotheum verò Epheſi-
num Epiſcopum creauit, vt de Dionyſio teſtatur
Hilduin *in Areopag. apud Surium die 9. Nouembris*,
relatus per Baronium *anno 52. numero 12. in fin.
fol. 408.* Hincmarus Remenſis Epiſcopus, cuius
teſtimonium tranſcribit idem Baronius *ad Marty-
rologium, ſub die 9. Octobris, littera B*, & de Timo-
theo Auctor eſt Euſebius *lib. 3. Hiſt. c. 4.* & Ignatius
in epiſtola ad Epheſios, quam pariter recenſet idem Ba-
ronius *anno 59. n. 186. fol. 511. & anno 97. n. 3. fol.
736.* Et habetur non ſolùm in Martyrologio Romano

ſub

ſub die 24. Ianuarij, ſed etiam in Breuiario Romano *in eiuſdem Timothei lectionibus.*

Hancque fuiſſe Apoſtolorum conſuetudinem præficiendi Epiſcopum vnicuique Ciuitati, in qua Verbum Dei prædicauerunt, tradit Tertullianus *de præ-*
39 *ſcriptionibus aduerſus Hæreticos, c. 20.* quem tranſcribit Georgius Ederus *dicto lib. 2. c. 12. concl. 12. fol. mihi 385.* & clariùs *c. 5. concl. 2. & 4.* Irenæus *contra Hæreticos Valentia, c. 63.* prout in hanc rem exempla, & alia congerit Burſat. *conſ. 126. n. 27.* Cui quidem conſuetudini tantò magis veriſimile eſt Beatum Iacobum adhæſiſſe, ne in vaſtis Hiſpaniarum regionibus fœcundiſſimæ ſpem meſſis abiiceret, quam vtique adimpletam fœliciter Deiparæ Virginis promiſſio ſpoponderat, iuxta tenorem præfatæ Hiſtoriæ admirabilis conſtructionis huius Eccleſiæ de Pilari. Ideoque ne Cardinalis Baronius, & Comeſtabilis, viri alioquin eruditiſſimi, ille rerum iſtarum obliuione, hic verò non credibili ignoratione notentur, dicendum eſt, in hunc ſenſum accipienda eſſe illorum verba, quod ſcilicet nullus ex Apoſtolis, Petro excepto, fundauit Eccleſias abſque iuſſu, man-
40 dato, ac eiuſdem D. Petri auctoritate, prout idem Comeſtabilis poſt ſuos diſcurſus, intermedia corrigens, tandem affirmauit, Sanctum Iacobum plures Epiſ-
41 copos, & Eccleſias Cathedrales in Hiſpania conſtituiſſe.

Neque etiam obſtat Breuiarium ſanctæ mem. Clementis VIII. in quo ſub feſto ſancti Iacobi recitatur, ex numero Diſcipulorum eiuſdem ad Fidem conuerſorum, ſeptem poſtea Epiſcopos à Beato Pe-
42 tro ordinatos, in Hiſpaniam primò directos eſſe: hincque neceſſariò infertur, nullum ante hos à Petro ordinatos, fuiſſe in eadem Hiſpania Epiſcopum conſecratum, cùm iſti primi fuerint, ad Textum *in l. proximus ff. de verb. ſignificatione*, & conſequenter nec etiam Athanaſium à Beato Iacobo.

Quia reſpondetur, id eſſe intelligendum de illis Diſcipulis, quos ſecum Hieroſolymam ex Hiſpaniis deduxerat ſanctus Iacobus, & qui verè fuerunt primi
43 ex ordinatis à Petro, qui in Hiſpanias directi fuerunt: non autem de Athanaſio, qui vnà cum Theodoro Presbytero fuerat ab eodem Iacobo relictus apud Hiſpanos, vt prædicationi vacaret. Quemadmodum ex authoritate Leonis III. Calixti II. ac Innocentij II. Pontificum, aſſerunt Maurolicus *in Martyrologio, ſub die 13. Maij*, & ibidem Primus Epiſcopus Cabilonenſis, & Sophronius, & alij, quibus aſſentitur Vincentius Beluacenſis *in ſpecul. Hiſtorial. lib. 8. c. 6.* Galeſin. pariter *in Martyrologio, ſub eadem die*, Lucius Dexter *anno Domini 50.* & ibidem Biuarius *n. 6.* quibus poteſt addi Gaſpar Sanctius *in 2. tract. pro aduentu ſancti Iacobi in Hiſpaniam, c. 9. n. 7.* vbi in ſpecie ponderat rationem, cur ſeptem Epiſcopi ab Apo-
44 ſtolo Petro tranſmiſſi primi dicantur: quod etiam repetit *in 3. tract. cap. 2. num. 1. & 2. verſ. quomodò verò.*

Non obſtat tandem, nullum fieri poſſe fundamentum in Scriptoribus atque Hiſtoricis, affirmantibus D. Iacobum inſtituiſſe in Epiſcopum Cæſarauguſtanum Athanaſium, Theodorum verò in Presbyterum,
45 iis demùm rationibus. Et primò, quia dempta Flauij Lucij Dextri Hiſtoriâ, quam ementitam eſſe contendit Gabriel Pennot. *in Hiſtor. generali tripartita Canonicorum Regularium, lib. 1. cap. 52. & 53.* prout plures alij etiam dubitarunt; ſublatoque M. Maximi Epigrammate, quod ex ſola Biuarij relatione deducitur: remanet Petrus Antonius Beuter primus opinionis iſtius aſſertor, qui ſcripſit de anno 1546. & ſic decem annis poſt motam litem, cui adhærent
46 reliqui Neoterici: qui etiam videntur ſolùm teſtari de traditione illarum partium. Secundò, quia manifeſtè aduerſantur præcitatæ conſtructionis Hiſtoriæ, quæ meminit de vnico Presbytero.

Nam quoad primum, Flauij Lucij Dextri fidem acerrimè vendicant, ac Hiſtoriæ veritatem latè defendunt P. Murillus *in præcitato tractatu mirabi-* 47
lis fundationis Angelicæ Domus de Pilari, in Prologo Apologetico, pag. 4. Biuar. *in Apologia, §. 7.* vbi recen- 48
ſet quamplures non eruditione minùs, quàm auctoritate inſignes viros, qui Dextri fidem agnoſcunt, & latè Melchior Inchofer *in Apologetico pro Epiſtola Beatæ Mariæ Virginis ad Meſſanenſ. c. 47. & quatuor ſeqq.*

Sed quicquid ſit de Dextri Hiſtoria, necnon M. Maximi Epigrammate, quorum fidem ſuos apud Auctores cites quodcumque approbationis, vel reprobationis indicium Domini reliquerunt; in omnem euentum non deficiunt alij Scriptores. Petrus enim Antonius Beuter, quamvis ſcripſerit poſt motam litem ſuper præeminentiis inter iſtas Eccleſias, non inde tamen potuit opinionis ſuæ fundamenta detinuare, cùm tunc temporis Athanaſij Epiſcopatus non deduceretur. Dicere autem id ab ipſo voluntariè confi- 49
ctum, aut à cæteris illius aſſeclis Viris grauiſſimis inconſultò firmatum, merè voluntarium iiſdem Dominis videbatur.

Quantum verò attinet ad ſecundum, nulla inter Auctores iſtos ac Hiſtoriam fundationis poteſt conſiderari contrarietas; quia Hiſtoria præfata id expreſſit in ſpecie, quod ad ipſam Eccleſiam B. Mariæ pertinebat, mentionem ſolummodò faciens de Presbytero, qui particulari Eccleſiæ ſeruitio deſtinabatur. Ideoque non hinc rectè aſſequimur, excluſiſſe deſignationem alterius, ſcilicet Epiſcopi, qui ad totam Diœceſim, non verò ad Eccleſiam particularem ſpectabat.

Secundò in hanc ſententiam Domini tantò libentiùs inclinarunt, quia veritas præfatæ Hiſtoriæ, necnon traditio ad concludendam huiuſmodi Cathedralitatem, pluribus adminiculis, & quidem vrgentiſſimis corroboratur.

Primum autem adminiculum ea ſuggerunt argumenta, ex quibus videtur ſufficienter colligi, omnes Epiſcopos Cæſarauguſtanos ab Athanaſio vſque ad annum 1118. reſediſſe in Eccleſia de Pilari, vt plenè 50
eorumdem Epiſcoporum ſeriem referendo, deducit idem Didacus Murillus *in præfata tractatu fundationis iſtius Eccleſiæ, c. 21. fol. 77. vſque ad fol. 253.* prout in ſpecie, quod Valerius vnà cum Vincentio præfuerint in Eccleſia B. Mariæ, ille tanquam Epiſcopus, hic vti Archidiaconus, apertè teſtatur idem Martinus Garzia *in ſermone 190.* Aymon. *lib. 1. c. 6. de tranſlatione corporis Sancti Vincentij, de anno 855.* & ex Neotericis Martinus del Villar *in dicta interpretatione trium Epigrammatum, in epiſtola ad Philippum III. Regem Catholicum*, & Murill. *loco ſæpiùs citato, cap. 31. fol. 261.* qui id deducunt ex verbis *Prudentij in 4. hymno*, ibi:

DOMVS INFVLATA
VALERIORVM.

Et inferiùs ibi,

Triſtior TEMPLVM rabies IN ISTVD
Intulit vt ...

Et ex recentioribus per informantes pro Eccleſia Metropolitana deductis, Franciſcus Aynſa *d. lib. 2. cap. 11. fol. 170.* aſſerens Eccleſiam B. Mariæ fuiſſe PALÆSTRAM Vincentio, in qua Valerij Epiſcopi exemplo didicit Hoſtem domare: quod repetit, relatiuè tamen ad ſupradicta, *lib. 3. c. 22.* vbi etiam exornat ex Epigrammate M. Maximus, ibi:

Vincenti, egregiam referens ab agone coronam,
Atque Leuitarum dulce Leuita caput,

SACRA

Digitized by Google

SACRA DOMVS firma nomen adepta
COLVMNÆ
Hac tibi victuro palmis, & vmbra fuit.

Quibus conuenire videtur Prudentius in 4. *hymno ad* 18. *Martyres*, de eodem Sancto Vincentio loquens, ibi:

Noſter, & NOSTRA Puer in PALÆSTRA
Arte virtutis, fi.cique olim
Vactas, horrendum didicit domare
Viribus hoſtem.
Neuerat TEMPLO celebres IN ISTO
Octies partas, deciesque palmas,
Laureis doctus patriis, eadem
Laude cucurrit.

Et prædicta corroborantur ex eo, quod in Eccleſia de Pilari hodie etiam apparent antiqua quædam veſtigia memoriæ Sancti Valerij, & præ ceteris quædam Aula verſus flumen Iberum, quæ ab antiquo Aulæ Valerianæ cognomentum retinet, vt deducit idem Murillo *cap.* 18. *fol.* 151. & repetit *cap.* 56. *fol.* 222. *in fin. & ſeq.* Ex huiuſmodi enim denominatione reſultat argumentum perſonalis reſidentiæ,
51 vt in ſimili ponderat Ambroſius de Morales in *Hiſtoria Hiſpania, lib.* 7. *cap.* 6. *fol.* 274. Quæ quidem
52 reſidentia præſumitur penes Cathedralem, ſecundùm Innoc. *in cap. ex ore, de priuil.* Archid. & Ioan. Andr. *in cap. ſtatutum*, §. *cum verò, de reſcr. in* 6. Socin. *in cap. licèt, num.* 21 *de for. compet.* cùm Prælatus do-
53 mum ſuæ habitationis prope Eccleſiam Cathedralem habere teneatur, *cap. Epiſcopus*, 41. *diſtinct.* Oldr. *conſ.* 55.

Et ſimiliter, quod Sanctus Braulius Sedem Epiſcopalem habuerit in Eccleſia de Pilari, comprobat Hiſtoria à partibus communiter recepta ex Breuiario Sancti Hieronymi, quæ in illius feſtiuitate recitatur, in hæc verba: *Diſputatione autem longâ conſummatâ, & Synodo celebratâ, vnuſquiſque ad propriam Sedem eſt reuerſus. Beatus verò Braulius dum in Ciuitate Cæſaraugustana in Sancta Maria Maiori ſuam Sedem diuinitus ſituaſſet, &c.*

Nec dicatur, hinc potiùs contrarium deduci, ex eo, quod Beatus Braulius dicitur ſedem ſuam diuinitus collocaſſet in Eccleſia Beatæ Mariæ, quaſi id particulari deuotione, ſeu inſpiratione præſtiterit, ſignum euidens, quod eadem Eccleſia non erat conſueta Sedes Epiſcoporum. Quia aduertendum eſt, verbum illud, *diuinitùs*, ſolùm reſpicere miraculoſam illius erectionem, de qua teſtatur Ribadeneyra *in* 2. *parte Florum Sanctorum, fol.* 199. qui factum dilucidè explicat, omnemque tollit difficultatem, ibi: *Sanctus Braulius rediuit ad ſuam Eccleſiam Cæſaraugustanam, & in Eccleſia Sancta Maria de Pilari occupabat ſe diu noctuque in ſeruitio Omnipotentis Dei, & ipſius Beata Virginis, in cuius Sanctuario reſidebat.* Et concordant Ioannes de Marieta *in Hiſtoria Eccleſiaſtica, lib.* 5. *cap.* 39. *fol.* 226. vbi loquens de Sancto Braulio, inquit: *Omnes Epiſcopi, terminato Concilio, ſe contulerant ad ſuas Eccleſias: & S. Braulius rediuit ad ſuam Cæſaraugustanam; & reſidendo in Sancta Maria Maiori, qua modò vocatur de Pilari, diu noctuque laborabat in ſeruitio Dei, & Beata Virginis in illa Eccleſia.* Franciſcus de Padilla *in* 2. *parte Hiſtoria Eccleſiaſtica, centur.* 7. *fol.* 231. Michael Martinus de Villar *in interpretatione trium Epigrammatum, pag.* 79. cum aliis per præfatos addentes ad Dextrum *in epiſtola ad Lectorem*, & poſt alios Murillus *dicto cap.* 23. *fol.* 214. Prout firmarunt ſententiæ de anno 1502. & 1605. de quibus infrà in quarto adminiculo. Et conueniunt innumeri teſtes de antiquiſſima fama, ac traditione deponentes.

Et plurimùm confert eiuſdem Sancti Braulij ſepulchrum, quod ab immemorabili tempore conditum repetitur in eadem Eccleſia de Pilari, vt teſtatur Breuiarium Valentinum anni 1496. *in fine lectionum* 54
eiuſdem Sancti. Ex ſepulchro enim deducitur præſumptio habitationis, *cap.* 1. *& cap. in nona, de ſepult. cap. is qui, eodem in* 6. Vbald. *de Canonic. Parochial. cap.* 9. *n.* 1. Maximè in Epiſcopis, quia cùm inter ipſos atque Eccleſias ſpirituale matrimonium contrahatur, *cap. ſicut viri, c. Altaris* 7. *q.* 1. & ibi Turrecrem. cum aliis ſuperiùs deductis; coniugij vincu- 55
lum id exigit, vt neque poſt mortem ſeparentur, ad 56
tradita per Abb. *in cap. de vxor. num.* 6. *& verſ. nam propter vnionem, de ſepult.*

Quibus authoritatem præſtant Eccleſiæ, quæ eandem veritatem agnouerunt in ſuis Breuiariis, ſcilicet Ordinis Sancti Hieronymi, vt ſuprà, & Regiæ Domus Montis Aragonum in eadem Sancti Braulij feſtiuitate, *fol.* 311. Quorum Breuiariorum magna eſt authoritas, *cap. licèt cauſam, de probat. cap. in noſtra, de teſtibus*: & ad propoſitum conſiderant Ma- 57
riana *in tract. Aduentus Sancti Iacobi in Hiſpaniam*, & Ambroſius de Morales *in Chronicis prœcitatis, lib.* 9. *cap.* 14. *& lib.* 8. *fol.* 213. itavt huiuſmodi Hiſtoriæ, atque antiquiſſimæ traditiones, tanquam canonizatæ per Eccleſiam, tantò magis corroborentur, vt in 58
ſimili, quod Leges Ciuiles in Canonum Sanctionibus relatæ per Eccleſiam approbari dicantur, inquit Gloſ. *in cap. in primis, in verb. capitali* 2. *q.* 1. *latè* Iaſ. *in l.* 1. *num.* 43. *C. de Summ. Triait. & Fid. Cathol.* 59
Rip *in l.* 1. *num.* 67. *ff. ſi cert. pet.* Felin. *in cap. Eccleſia Sancta Maria, num.* 4. *verſ. & iſta limitatio, de conſtit.*

Ex quibus negari non poteſt, quin releuans Ca- 60
thedralitatis adminiculum deducatur; cùm Epiſcopi per multum temporis ſpatium extra ſuam Cathedralem eſſe prohibeantur, vt ex Mandoſ. Gonzal. Archid. & aliis reſolutum fuit in cauſa Sulmonenſi *Status Cathedratici*, 18. Maij 1626. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.

Secundum adminiculum deſumitur ex Breui Gelaſij II. Pontificis, directo Exercitui Fidelium Cæſaraugustam obſidentium, quod vnà cum infraſcriptis literis Petri Libranæ Epiſcopi Cæſaraugustani 61
tranſcripſit Baron. *Annal. tom.* 12. *ad annum* 1118. Hic enim Pontifex, vt colligitur ex iiſdem literis Petri Libranæ, plenariam concedendo Indulgentiam omnibus Christi fidelibus manus adiutrices porrigentibus reparationi Eccleſiæ iſtius de Pilari, quæ poſt ceſſatam Maurorum obſidionem, dirutis totaliter ferè parietibus, remanſerat ruinoſa, appellat eam, *Vrbis Cæſaraugustana Eccleſiam.* Quæ deno- 62
minatio indeterminata ſub verbo *Eccleſia*, abſque vlteriori expreſſione alicuius Sancti, apud Iuris Interpretes tanquam antonomaſticè ſumpta, intelligitur de Eccleſia Cathedrali, iuxta antiquum ſtylum Curiæ Romanæ, Monach. *in cap. quamuis, n.* 5. poſt Gloſ. *ibidem, in verb. Non extendi, de prabend. in* 6. vbi Gemin. 6. *fin. num.* 10. *poſt med. ſuper* 5. *in fin.* Gloſ Abb. *in cap. Cùm ſuper, num.* 6. *de ſepult.* Mandoſ. *ſuper reg.* 26. *quaſt.* 3. *num.* 5. *&* 6. *in fin. verſ. Roma autem*, Gamb. *de off. leg. lib.* 10. *numer.* 270. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 893. *num.* 32. Rota *deciſ.* 233. *num.* 4. *&* 13. *part.* 1. *diuerſ.* Hiſque expreſsè conformem fuiſſe mentem & intentionem Pontificis, prorſus declarauit idem Petrus Librana Epiſcopus Cæſaraugustanus, qui in litteris poſt expulſos Mauros à ſe publicatis, in executionem prædicti Breuis Apoſtolici, Eccleſiam Glorioſæ Virginis Mariæ, Beato & antiquo nomine Sanctitatis ac Dignitatis pollentem, necnon perfidorum Saracenorum ditioni diu ſubiectam, prioriſque captiuitatis mœrore confectam ſpecificauit. Cui declarationi ſtandum eſt, 63
argumento

Digitized by Google

63 argumento textus *ini. aut prætor, §. ſi Index, ff. de re iud.*
Socin. ſen. *conſ.* 156. *n.* 17. *lib.* 2. Quemadmodum etiam
teſtem loquentem in genere declarat Bald. *in l. te-*
ſtium, col. 2. *C. de teſtib.* Aret. *conſ.* 36. *n.* 4. Marſil. *ſin-*
64 *gul.* 439. Maximè cùm declaratio iſta emanauerit de
recenti, & ab eo qui pleniſſimam Eccleſiæ ſuæ no-
titiam habebat, ut tradita per Flamin. Pariſ. *de con-*
fident. quæſt. 28. *num.* 210. & Rota *in Lucana Ca-*
pellania, 15. *May* 1598. *coram ben. mem. Peña,*
& in Barchinonenſi Beneficij, 23. *Februarij* 1600.
65 *coram ben. mem. Cardinali Pamphilio.* Nec apparet
tunc temporis aliam in Ciuitate Cæſarauguſtana
Eccleſiam adfuiſſe: imò conſtat hanc ſolam ſub diu-
turna Maurorum dominatione, reliquis ſacris
ædibus penitus exciſis atque depopulatis, velu-
ti Sacram Aram, perfugij Portum, Antiſti-
tumque Sedem fuiſſe ſeruatam, vt teſtatur Zuri-
ta *in præcitato Indice rerum Aragonenſ. anno* 889.
pag. 13.
66 Tertium adminiculum præſtant antiquæ Imagi-
nes Agni Paſchalis, quæ cùm ſint propria inſignia
Eccleſiæ Cathedralis Cæſarauguſtæ, depictæ repe-
riuntur in partibus Superioribus Capellæ maioris
Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, & inciſæ in antiquiſſimo
lapide ad oſtium Sacriſtiæ Sanctæ Capellæ de Pilari,
cum hac inſcriptione antiqua: *Agnus docet iſte hanc*
67 *ſedem fuiſſe.* Quibus quidem inſignijs, atque inſcrip-
tionibus, maximè vt hìc, in antiquiſſimis pluri-
mùm defertur, *cap. cùm cauſam*, & ibi Gloſ. *in verb.*
libros, de probat. cap. ad audientiam, il 2. *de præſcript.*
cap. cùm olim, de cenſib. Aym. *de antiq. temp. part.* 1.
limit. 9. *num.* 14. Bald. *conſ.* 319. *&* 320. *vol.* 5. Dec.
conſ. 135. *num.* 1. Guidop. *deciſ.* 341. *num.* 3. Rot.
deciſ. 482. *numero* 4. *part.* 1. *recent.* & in puncto
antiquioris Cathedralitatis, Gratian. *diſcept. forenſ.*
dicto cap. 893. *numero* 31. *& cap.* 918. *numero* 8.
Non enim eſt veriſimile, quod dicta inſcriptio tan-
diu per Archiepiſcopos, & Eccleſiam hodie colliti-
gantem fuiſſet tolerata, ſi contra veritatem, leuio-
ribus innixa probationibus ac fundamentis ema-
68 naſſet. Adeò vt ius antiquæ huiuſmodi Cathedrali-
tatis ex hoc videri poſſet præſcriptum contra Ec-
cleſiam S. Sauatoris propter illius ſcientiam & pa-
tientiam, ad Textum *in lege quoties, la* 2. *ff. de*
ſeruit. lege ſi quis diuturno, ff. ſi ſeruitus ven-
dicetur.
Quartum, & quidem vrgens adminiculum præ-
bet ſententia de anno 1502. ſuper charitatiuo ſub-
ſidio lata per Vicarium Archiepiſcopi Cæſarau-
guſtani, necnon ab eodem Archiepiſcopo, de cuius
intereſſe & præiudicio principaliter agebatur, con-
firmata. In qua dicitur expreſsè, in Eccleſia de
Pilari primariam Sedem Cæſarauguſtanam per
multa annorum curricula collocatam fuiſſe, Beato
Braolio & alijs multis Epiſcopis ſucceſſiuè præſi-
dentibus, licèt poſtea dicta Sedes Cathedralis ab
ea tranſlata fuerit. Hæc enim ſententia, cùm
tempus litis ſuper Cathedralitate principaliter motæ
per centum & amplius annos antecedat, plenam
inducit probationem Status Eccleſiæ, etiam ſine
69 actis. Caſſador. *deciſ.* 3. *de procur.* Put. *deciſ.* 338.
libro 2. *aliàs* 328. *in correct.* ſanct. mem. Gregor.
deciſ. 535. *numero* 8. & in ſimili materia ſtatus
Patronalis, Ferrer. *conſ.* 135. *num.* 1. Rota *deciſ.* 331.
part. 2. *diuerſ. deciſ.* 518. *part.* 1. *& deciſ* 215. *num.* 4.
part. 2. *recentior.* Mant. *deciſ.* 350. Maximè cum
de canonizatione, aut exequutione illius hodie
non agatur, ſed tantùm adducatur ad probationem.
Accorumbon. *deciſ.* 143. *numero* 5. *&* 6. *part.* 1.
& deciſione 595. *numero* 5. *diuerſ.* Ad cuius
70 ſententiæ corrobationem accedit alia ſententia,
non ſine matura cauſæ cognitione lata de anno
1605. per Conſilium Regni Aragonum inter eam-
dem Eccleſiam de Pilari, ac omnes alias eiuſdem 71
Regni Cathedrales, excepta tamen Metropolitana
Sancti Saluatoris, ſuper præcedentia in Comi-
tiis generalibus. In qua fuit pariter declaratum,
Eccleſiam de Pilari fuiſſe antiquitus Cathedra-
lem. Ex his enim ſententiis, licet in Curiis ſæ-
cularibus emanatis, *Rota* ſolet deſumere admi-
niculum, vt apud Seraphinum *deciſione* 1047.
numero 3. *&* 4. & in Mediolanenſi Decimarum
de Vatiſio, 30. Martij 1615. coram R. P. D.
meo Pirouano.
Quintum ſubminiſtrant adminiculum ea ve- 72
ſtigia atque reliquiæ, quæ citra ius Cathedra-
litatis huic Eccleſiæ conuenire non poſſent, ad
textum *in lege pro herede, §. Papinianus*, vbi Do-
ctores, *ff. de acquir. hered.* Alex. in ſimili de Colle-
giat. *conſil.* 74. *&* 75. *libro* 4. & in puncto ſanct.
mem. Gregorius *deciſione* 492. *numero* 3. & coram
Illuſtriſſ. D. Veroſpio *in deciſione* 616. *part.* 1. *recent.*
nempe antiquiſſimus ritus celebrandi die 12.
Octobris feſtum Dedicationis huius Eccleſiæ de
Pilari, tanquam primitiuæ Cathedralis. Quem 73
ſanè ritum Eccleſia tamdiu tolerare, & Metro-
politana ipſa ſeruare non potuit, niſi admiſſa Ec-
cleſiæ iſtius Cathedralitate. Quam proptereà non
ſolum coram ſanctæ. mem. Gregorio, ſed deinde
etiam coram Illuſtriſſimo Veroſpio *in d. deciſio-*
ne 616. *numero* 4. *&* 5. Rota agnouit, fundans
ſuper illa poteſtatem celebrandi feſtum huiuſmodi
dedicationis, competentem Eccleſiæ de Pilari ra-
tione antiquæ Dignitatis. Facultas exigendi de-
cimas in Territorio Cæſarauguſtano ſoli Cathe-
drali competentes, iuxta terminos capitis *quo-* 74
niam, & capitis *cum contingat*, vbi Gloſ. &
Doct. *de decim.* & tradita per Rebuff. *tract. eo-*
dem, quæſt. 6. *numero* 12. & de Eccleſiis Hiſpa-
niarum reſoluit Rota *in Pampilonenſi Congrua*, 7.
Aprilis 1565. coram bon. mem. Cardinali Mil-
lino, quam ſequitur etiam *in deciſione* 429. *nu-*
mero 6. ſanct. mem. Gregorius. Dignitas Capel-
laniæ maioris, quæ ex illarum partium conſue-
tudine non niſi in Cathedralibus erigi conſueuit.
Campana nuncupata de Interdicto, quam habere
non poteſt niſi Eccleſia Cathedralis. Mutua in ſe- 75
peliendis vtriuſque Eccleſiæ Canonicis officia.
Ius extrahendi Defunctorum cadauera ex alienis
Parochiis, illaque ſepeliendi, quod Eccleſiis omni- 76
bus de iure prohibitum, ſolis Cathedralibus in-
dulgetur, *cap. ex parte, il* 1. *cap. cùm liberum,*
cap. cùm ſuper, cap. in noſtra, vbi Doctor. *de*
ſepultur. Indiſtincta ſaltem de conſuetudine (quid-
quid ſit quoad moderationem per Concordias, &
ſententias) Sacramentorum omnium more Ca-
thedralis adminiſtratio, iuxta terminos *capitis* 3. *&*
vltimi, vbi ſcribentes *de Parochialibus*, & capitis
Presbyteri, de conſecrat. diſt. 4. Quamplures de- 77
nique prærogatiuæ, tam æqualitatis, quàm præ-
eminentiarum in Proceſſionibus, & Choro, nec-
non alia huiuſmodi, de quibus in ſimili Put. *de-*
ciſione 343. *libro* 2. *in correct.* Vnde ex his omni- 78
bus, maximè ſimul iunctis, negari non poteſt,
quin releuans Cathedralitatis argumentum aſſe-
quamur, cùm veſtigia, & reliquiæ, quæ remanent,
ſint primæui ſtatus indicia. Dyn. *in cap. decet, ad*
med. de regul. iur. in 6. Bald. *in cap. Sedes, num.* 4.
de reſcript. & latiùs exemplificat Natt. *conſil.* 601.
num. 5. Tiraquell. *in tract. ceſſante cauſ. limit.* 15.
& 16. Quæ quidem veſtigia, & Cathedralitatis
antiquæ reliquias Eccleſia iſta de Pilari poſt tranſla-
tam

tam à ſe Cathedralitatem retinuit, & hanc vſque
in diem retinet, quemadmodum conſtat ex ſenten-
tiis, & concordiis deſuper emanatis, vt latè expen-
dit Murillos *tract. ſæpius citato*, *capit*.19. *fol*.159.
79 *& ſeqq*.& concordant teſtes in Summario *n*.19.Cùm
tamen ad effectum retinendi, ac continuandi ius an-
tiquæ Cathedralis, vnicus etiam actus cenſeatur
ſufficere. Addent. *deciſ*.557. ſanctæ mem. Gregorij,
num.10.

80 Sextum præbent adminiculum teſtimonia au-
thorum, qui in ſpecie aſſerunt, præfatam Eccleſiam
Beatæ Mariæ Virginis de Pilari fuiſſe antiquitus
Cathedralem, nempe Aymon Monachus *de rebus
geſtis Francorum, lib*. 5. *capit*.20. *pag*. 386. & tradi-
dit clariùs *in Hiſtoria tranſlationis corporis Sancti
Vincentij*, *lib*.1. *capit*.6. Qui *in Annalib. libro* 5.
capit.20. quamvis protrahatur vſque ad annum
1165. & ſic longè excedat terminos vitæ ipſius
Aymonij, qui teſte Baronio vixit ad annum 873.
non inde tamen fidei ipſius integritas imminuitur,
ſaltem circa ea, quæ continentur intra annos ac
tramites vitæ eiuſdem Aymonij, & conſequenter
circa prædictam hiſtoriam tranſlationis Sancti Vin-
centij, quæ incipit ab anno 855. & octo ſequen-
tibus concluditur. Martin. Garzia *in ſermone* 150.
Zurita *in præfata Indice rerum Aragonenſium*, *an-
no* 889. *pag*.13. Hieronymus Romanus *lib*.1. *Rei-
publicæ Chriſtianæ*, *capit*.4. *fol*.86. Maurus Caſtel-
la Ferratienſ. *in Hiſtoria Diui Iacobi*, *fol*.85. Ioan-
nes Baptiſta Valenzuela *conſil*. 43. *numero* 6. &
Franciſcus de Aynſa *rerum memorabilium Oſcæ*,
dicto libr.2. *capit*.11. *fol*. 170. Michael Marti-
nus de Villar *in dicta Interpretatione ad tria Epi-
grammata*.

Septimum denique, ac poſtremum Cathedralita-
tis iſtius antiquæ adminiculum pro eadem Eccleſia
de Pilari ſuperaddunt quamplures teſtes, hinc inde
inter eaſdem partes examinati. Primò in cauſa præ-
eminentiarum vſque de anno 1536. & 1537. dein-
de in cauſa dedicationis de anno 1609. ac poſtremò
in cauſa iſta Cathedralitatis de anno 1627. qui de
antiquiſſima fama ac traditione deponunt, Eccleſiam
de Pilari fuiſſe antiquitus Cathedralem: quibus qui-
dem teſtibus ſtandum eſt, vt ſuperiùs latè dedu-
ximus.

81 His omnibus ergo fundatis, quæ inſimul iun-
cta debent ponderari, ad Gloſſ. *in l*.2. *in verbo
Legitimè*, *ff. de excuſat. tutor*. Deci. *conſil*. 146.
numero 14. *verſic. ſextò & vltimò*, Socin. *conſil*.89.
numero 9. *verſic. quo ſuppoſito*, *lib*.1. Pariſ. *conſil*.
204. *numero* 16. *volum*.2. & fuit conſideratum in
cauſa Bononienſi. *fideicommiſſi de Deſideriis*, 26. Iu-
nij 1626. coram R. P. D. meo Merlino, & in
cauſa Viterbienſi *Caſtrorum*, 21. Iunij 1628. co-
ram me: cùm certi iuris ſit, probationes ſeſe ad in-
uicem coadiuuare, vt per Scribentes *in capit. cùm
cauſam*, iuncta Gloſſ. *in verb. Adminicula*, pro-
bat Butrius *in capit. vniones*, *il* 1. *de teſtibus*, Ar-
charan. *conſil*. 376. *numero* 4. Alexand. *conſil*.33.
numero 4. *lib*.1. cum aliis per Rotam *deciſione* 361.
82 *numero* 2. *poſt ſecundum volum. conſil. Farinac*. Ma-
ximè cùm verſemur non ſolùm in antiquiſſimis, in
quibus leuiores probationes per iudicia, coniectu-
ras, & præſumptiones ſufficiunt, Bald. *in l. indi-
cia*, *numero* 5. *C. de rei vendic*. *& in Auth. quas
actiones*, *numero* 18. *verſic. item ratione*, *Cod. de
ſacroſanct. Eccleſ*. Socin. *conſil*. 205. *numero* 13.
libr.2.Couarruuias *practic. capit*.21. *numero* 7. Caſ-
ſad. *deciſione* 3. *numero* 2. *de procurat*. Seraphinus
deciſione 462. *numero* 9. ſed etiam iis in Regioni-
bus, in quibus propter ſtatus mutationem, Regno-
rumque reuolutiones, antiquitatum veſtigia perie-
runt, prout in puncto de Regnis Hiſpaniarum acer- 83
bam huiuſmodi calamitatem deplorat Suarez *de
Relig. tom*.1.*lib*.2.*dicto c*.9.*n*.16. & Eccleſiaſticarum
Hiſtoriarum iacturam ſub Gentilium contra Chriſtia-
nos perſecutionibus proſequitur Gaſpar Sanctius *in
tract*.2. *de prædicatione Sancti Iacobi in Hiſpania*,
cap.5.

Non obſtant ea quæ pro originali & primordiali
Cathedralitate Eccleſiæ S. Saluatoris in contrarium
deducuntur.

Et primò non obſtat præſumptio reſultans ex po-
ſteriori, atque diuturno Statu Cathedralitatis.
Quia cùm ex deductis conſtet de anteriori Cathe-
dralitate Eccleſiæ de Pilari, talis præſumptio eliſa 84
remanet, *leg. fin. in princip. ff. quod met. cauſ*.
Aretinus *conſil*. 38. *colum*.2. Neuizan. *conſil*. 81.
numero 24. Quando enim ſtatus præſens non po- 85
teſt concurrere cum ſtatu antecedenti, de præ-
ſenti non præſumitur in præteritum, Baldus *in
leg. ex perſona*, *Cod. de probat*. Menochius *de præ-
ſumpt. libr*.1. *præſumpt*. 24. *numero* 30. Alexand.
conſil.81. *numero* 4. *libr*.7. quem Rota ſequitur in
cauſa Spoletana bonorum, 20. Decembris 1591.
coram bonæ memoriæ Peña. Quemadmodum etiam, 86
conſtito, vt hîc, de initio, ceſſat præſumptio cu-
iuſcumque alterius anterioris initij, ac tituli, Creſ-
cent. *deciſione* 21. *numero* 3. *de probat*. Caputaquenſ.
deciſione 304. *numero* 314. *part*. 3. Hondedeus *con-
ſil*. 80. *numero* 77. *libr*.2. Aym. *conſil*. 134. *nume-
ro* 24. cum aliis per Gonzal. *ad regul*.8. *gloſſ*.18.
num.48.& 49.

Non obſtant adminicula, quæ ad dictæ præſump-
tionis corroborationem deducuntur.

Non primum, deſumptum ex ſententiis Petri Li-
branæ, Sanctij, Petri Tarraconenſis, & Alphon-
ſi Archiepiſcopi, in quibus Eccleſia Sancti Salua-
toris appellatur Superior, & Magiſtra. Quia cùm
de tempore dictarum ſententiarum Cathedra iam
fuiſſet translata ad Eccleſiam Sancti Saluatoris, vel
eidem per viam vnionis collata, vt prætenditur, ex
præfata ſententia de anno 1502. lata per Vicarium
Archiepiſcopi Cæſarauguſtani; idcirco eadem Ec-
cleſia appellatur Superior & Magiſtra, cùm penes
ipſam eſſet Cahtedra. In qua Magiſtrorum mag-
na Dignitas deſignatur, vt ex Hieronymo notat 87
idem Toſtatus ſuper Matth. *cap*.1. *quæſt*.70. aſſe-
rens Cathedram propriè accipi pro Sede Doctoris, 88
ac Prælati, prout etiam in Cathedra Petri Eccleſia
Romana denotatur,ex traditis per Ioannem Spoleta-
num *contra Hæreticos interrog*. 5. *de primatu Petri,
& Eccleſiæ Romanæ*, *fol*. *mihi* 87. *verſic. ſubii-
ciam*.

Non officit ſecundum, quod deducitur ex priui-
legio Regis Alphonſi, qui Eccleſiam Sancti Sal-
uatoris antiqui nominis, ac famoſiſſimæ excel-
lentiæ priuilegio glorioſiſſimam non enuntiat ſo-
lùm, ſed eidem donat Eccleſiam S. Mariæ de Pi-
lari. Primò, quia quicquid ſit de exceptionibus,
quæ ex omiſſa diuini nominis inuocatione, ac
conceſſionis loco deficiente, necnon ex quibuſdam
inueriſimilitudinibus per informantes ponderatis
deducuntur; cùm idem priuilegium non fuerit ex-
tractum ab originali, de quo nullibi conſtat, ſed
ex quadam copia, quæ nec etiam ab originali pro-
batur extracta, tanquam copia copiæ, nullam fi-
dem meretur. Bald. *in lege bona fidei*, *numero* 23. 89
verſic dubitatur de exemplo,*C. de iureiur*.Dec.*in Auth.
ſi quis in aliquo*, *numero*. 30. *C. de edend*. Rot. *de-
ciſione*. 773. *part*.1. *numero* 1. *diuerſ*. maximè cùm
deficiat recognitio, quæ omninò requiritur. Oldrad.
conſ.

conſ. 1. *num.* 3. Verall. *decif.* 274. *part.* 1. & *deciſ.*
91 113. *part.* 3. Non enim ſuffragatur, quod fuerit ex-
tractum ex Archiuio Capituli Eccleſiæ Sancti Sal-
uatoris, cùm idem Archiuium non habeat requi-
ſita, de quibus doctè in cauſa Sorana beneficij, 8.
Martij 1657. coram R. P. D. meo Merlino: ſiquc
priuatum ipſius Capituli, de cuius intereſſe agitur,
ac propterea ſuſpectum, ad tradita per Rotam *in*
92 *deciſione* 183. *num.* 4. *parte* 2. *diuerſ.* & in Tiraſo-
nenſi iuriſdictionis, 19. *February* 1595. coram
93 bon. mem. Cardinali Millino. Nec legalitas huius
Archiuij poteſt deduci ex teſtibus, qui dantur;
cùm ipſimet teſtes fateantur ſe in cauſa intereſſa-
tos, prorſuſque ad Archiuij legalitatem requiſita
94 ignorare. Et in omnem euentum auctoritas Ar-
chiuij non dat robur ſcripturæ informi, præſertim
contra non ſubditos, vt in puncto Verall. *deciſ.* 41.
part. 1. Put. *dec.* 441. *n.* 2. *lib.* 2. *in correct.* Seraph. *dec.*
120. & 642 *n.* 1. & fuit latè deductum in præfata
Tiraſonenſi, coram bon. mem. Card. Millino. Se-
cundò admiſsâ etiam (citra veri præiudicium) lega-
litate huius priuilegij, provt eâ videntur agnoſcere
95 Scriptores, & alij relati in obiecto, nihilominus
dictum priuilegium non officit. Nam quantùm at-
tinet ad antiquitatis, atque excellentiæ illius Ec-
cleſiæ Sancti Saluatoris enuntiatiuam, conformi-
bus etiam Alexandri III. ac Martini Regis Arago-
num enuntiatiuis corroboratam: præter id quod
emanauit ad ſupplicationem partis, à Principe
prorſus extraneo, ac de veritate rerum noui Prin-
cipatus minùs instructo: vel dicimus prædicta
verba, *antiqui nominis, ac famoſiſſima ex eſſentia*
priuilegio, non referri ad Cathedralitatem, & ex
illis nulla poteſt reſultare conſequentia ad proban-
dam ab antiquo Cathedralitatem Eccleſiæ ſancti
Saluatoris: vel dicimus continere relationem ad
Cathedralitatem prædictam, & iſtâ Cathedralitas
videtur potiùs contemplata in abſtracto ac ſpiritua-
liter, non autem in quantum adhærebat Eccleſiæ
96 Sancti Saluatoris. Ideoque cùm Cathedra penes
quamlibet Eccleſiam ſemper ſit eadem, non de-
pendens à loco, ad textum *in cap. dudum* 3.
quæſt. 6. & *in cap. Eccleſia, de conſecrat. diſtinct.* 1.
Turrecrem. *in cap Sanctorum, ad med.* 10. *quæſt.* 1.
verſ. ad ſecundum, Greg. de Valentia *tom.* 3. *diſput.* 1.
quæſt. 4. latè Murillus *in* 2. *tract. cap.* 27. & *in c.* 18.
& 19. ſequitur, quod conſiderata fuerit tanquam
ab Eccleſia de Pilari tranſlata ad Eccleſiam San-
97 cti Saluatoris. Cuius ſubrogatio non immutauit
excellentiæ, atque antiquitatis ipſius priuilegia,
cùm ſit eadem, quæ antea fuerat, ad textum *in l.*
preponebatur, ff. de iudic. l. ſtipulantem, §. ſacram,
ff. de verbor. oblig. l. qui res, §. aream, ff. de ſo-
98 *lut. lege ſi grege, ff. de leg.* 1. Ac proinde enun-
tiatiua huiuſmodi, vel tanquam erronea, vel tan-
quam æquiuoca, penitus aut nihil operatur, maximè
in concurſu illarum, quæ in præcitatis literis
Epiſcopi Gelaſij II. Pontificis, ac Petri Libranæ
habentur.

Quantum verò attinet ad donationem, quic-
quid ſit de viribus illius, aduertendum eſt,
quod Alphonſus non ſimpliciter donauit Eccleſiæ
Sancti Saluatoris Eccleſiam de Pilari, ſed dona-
tionem Alphonſi Debellatoris, ac Ranimiri præ-
deceſſorum confirmauit, ac propterea licet in con-
firmatione Eccleſiam de Pilari ſpecificauerit, ad
illam tamen, velut in donationibus confirmatis
nullatenus contentam, priuilegium dictæ con-
firmationis non extendebatur, ex eo, quod in
hac parte non inueniebat ſubiectum confirma-
99 bile. Abbas *in cap. inter dilectos, num.* 8. *de fid.*
inſtrum. Dec. *conſ.* 541. *numero* 10. Rota *deciſio-*
ne 111. *numero* 2. & 580. *numero* 3. *ad fin. part.* 2.
recent. Et cùm conſtet de donationibus in confir- 100
matione relatis, ſtandum illis eſt potiùs, quàm
confirmationi referenti. Rot. *deciſione* 439. *nume-*
ro 2. *apud ſanct. mem. Gregor.*

Non obſtat tertium adminiculum, quod de-
riuatur ex ea Maurorum conſuetudine, quâ pri-
mores fidelium Eccleſias in prophanos Meſqui- 101
tarum vſus conuertebant: quam porrò conſuetu-
dinem in Eccleſia S. Saluatoris fuiſſe ſeruatam,
præter argumentum quod deſumitur ex ædi-
ficij ſtructura, & aliis, viſus eſt innuiſſe
Zurita, quem ſequuntur Martinea Carillus,
& Ayuſa, & concordant Breuiarium Cæſar-
auguſtanum, vnà cum teſtibus in obiecto al-
legatis.

Nam quicquid ſit de iſta conſuetudine, vi-
ſum fuit Dominis, non conſtare illam fuiſſe
ſeruatam in Eccleſia S. Saluatoris: veriſimilitu-
do enim, quæ deſumitur ex ædificio illius, tan-
quam a Christianis, non autem a Mauris extru-
cto, ſatis dicitur tolli ex forma eiuſdem Eccleſiæ
ſancti Saluatoris, quæ plurimùm differt à communi
Eccleſiarum ſtructura, ita vt ad Meſquitarum
formam potiùs accedat: maximè cùm illius caput
Septentrionem reſpiciat, non verò Orientem,
iuxta conſuetudinem cæterarum Eccleſiarum tunc
temporis. Quam porrò conſuetudinem etiam in 102
Eccleſia communiter ſeruari, deductis rationibus,
notat Toſtatus *ſuper Matth. cap.* 6. *quæſt.* 91. provt
etiam innuit Nazianzen. *epiſtola* 60. alias 66. *ad*
Filagrium, & ibidem latiùs adnotat Scholium, &
ab Apoſtolorum Conſtitutionibus traductum eſſe 103
aſſerit Franciſcus Turrianus *pro epiſtolis decretali-*
bus Sum. Pontif. lib. 2. *cap.* 19. *fol. mihi* 183. *verſ.*
neque hoc ſolùm. Ad cuius rei corroborationem ac-
cedit, quod penes eandem Eccleſiam nec mini-
mum apparet veſtigium antiqui cœmeterij; cùm
tamen certiſſimum ſit, apud Eccleſias, ac præſer- 104
tim Cathedrales, perpetuò fuiſſe cœmeteria,
iuxta terminos *cap. præcipiendum*, 14. *quæſtione*
2. provt penes Eccleſiam de Pilari antiquiſſima
reperiuntur. Argumentum autem deductum ex 105
eo, quod apud Hiſtoricos nulla habeatur mentio
de eadem Eccleſia Sancti Saluatoris, tanquam Meſ-
quita à Mauris extructa, præterquam quod eſt 106
leuiſſimum, præſertim cùm de iis regionibus aga-
tur, in quibus, vt ſuprà attigimus, propter ſtatus
mutationem, Regnorumque reuolutiones, anti-
quitatum veſtigia in grauioribus etiam perierunt: 107
appoſitè retorqueri poteſt ex eo quod ſi Tem-
plum Sancti Saluatoris etiam ante Maurorum in-
uaſionem fuiſſet in rerum natura adeò ſumptuo-
ſum, ac Sedi Cathedrali deſtinatum, vtique de 108
hoc apud Authores atque Hiſtoricos aliqua men-
tio inueniretur, provt inuenitur de Eccleſia Beatæ
Mariæ Virginis de Pilari.

Quantum verò attinet ad authores id in ſpe-
cie affirmantes, Zurita qui tanquam primus
huiuſce opinionis aſſertor allegatur *in Indicibus*
rerum Aragonenſ. pagina 16. *ſub anno Domini*
1118. & *in Annal. lib.* 1. *cap.* 44. contrarium
ex profeſſo ac conſtanter firmauit priùs in iiſdem
Indicibus, ſub anno 889. *fol.* 13. ibi: *Cæſarau-* 109
guſtæ ſatis conſtat, reliquis ſacris ædibus, ſine tectis
depopulatis, Sanctum & Religioſiſſimum Templum
D. Mariæ Virgini dicatum, quod vulgò de Pilare
nuncupatur, miſeris illis temporibus, ſanctitatis,
religionis, & conſilij publici, tanquam ſacram Aram,
& perfugij portum noſtris fuiſſe. Vnde & Elec à,

& Senniori, ac ſuperioribus, poſterioribuſque Epiſcopis, & Eccleſiaſtico cœtus Sacroſancta ea Ædes Sedem, ac domicilium prabuit; & maximos honores eius Fani Antiſtibus ſemper habitos, & vetuſtis tabulis, & memoriâ ſuperiorum temporum, pro certo affirmare poſſumus, &c. Hinc enim luculentum æquè, ac conſtans Cathedralitatis Eccleſiæ de Pilari, etiam ante Maurorum inundationem teſtimonium deprehendimus, dum Zurita ipſe aſſerit primò, eandem Eccleſiam Elecæ, Senniori, ac ſuperioribus Epiſcopis Sedem præbuiſſe. Nam cùm apud Hiſtoricos non controuertatur, quin Eleca, & Sennior primi fuerint Epiſcopi ſub Maurorum tyrannide; ſequitur, verbum illud, *Superioribus*, eſſe referendum ad Elecæ, ac Senniorіs anteceſſores, qui ſub Gothorum, Gentiliumque Imperio in Eccleſia Beatæ Mariæ reſederunt. Secundò dum Epiſcopos Cæſarauguſtanos eiuſdem Fani, nempe Eccleſiæ de Pilari, Antiſtites appellat. Tertiò dum teſtatur, id ſibi conſtare ex vetuſtis tabulis, ac memoriâ ſuperiorum temporum, vt pro certo affirmare poſſit.

Vnde vt euitetur contrarietas, in Hiſtorico, & quidem adeò inſigni deteſtabilis, ac maximè circa opinionem, in qua eidem refragarentur alij Scriptores auctoritate, antiquitate, ac numero ſuperiores, necnon cætera, de quibus latè ſuperiùs in primo adminiculo, & inferiùs in reſponſione ad poſtremum adminiculum; ex hoc loco, in quo principaliter, conſideratè, ac ex profeſſo Zurita loquitur, dicendum eſt, congruam recipere interpretationem alia duo loca, in quibus perfunctoriè, ac incidenter loquitur. Vt ſcilicet iis in locis tradere intendat, Regem Alphonſum Debellatorem ex voto expiari, conſecrarique feciſſe Meſquitam Maurorum, & in ea D. O. M. inſtauraſſe Eccleſiam Cæſarauguſtanam, Sedemque Cathedralem ad primum dignitatis locum reſtituiſſe. Ac propterea non agere illic de Eccleſia materiali, aut de Cathedrali Sede, in quantum pendet ab aliquo loco; ſed conſiderare tantùm Eccleſiam ſpiritualiter ſumptam, quate-
110 nus ſcilicet eſt fidelium collectio, ad textum *in dicto c. Eccleſia, de conſecr. diſtinct.* 1. Gregor. de Valentia *tom. 3. diſput. 1. dicta quaſt. 4.* Toſtatus *ſuper Matth. part. prima, prolog. quaſt. 13.* & Sedem Cathedralem in abſtracto, ac independenter ab aliquo loco, vt ſuperiùs ponderatum fuit reſponſione ad ſecundum adminiculum, prout etiam conſentit Carrillus *in obiecto allegatus, in 3. aduertentia, fol. 12.*

111 Martinez, præterquam quod *in dicto capit. 20. lib. 2.* erroneè adſcribit Alphonſo Debellatori teſtimonium antiquitatis, ac famæ Templi Sancti Saluatoris, quod pertinet ad Alphonſum exterum; hocque erroneo fundamento facilè in contrariam ſententiam potuit inclinare: affirmat ſolùm, rem apud Authores ſatis eſſe controuerſã, nec ſenſum ſuum explicitè declarat, prout euidenter colligitur *in dicto capit. 20. lib. 2.* ibi: *Et aduerto, quod Bellaſcutus non deſignauit innocationem, & titulum Eccleſia Cæſarauguſtana: ſi enim deſignaſſit, magnam dediſſet lucem ad deciſionem eius, de quo multi dubitant, ſuper Eccleſia Sancti Saluatoris:* & capit. 19. lib. 5. ibi: *Rex illicò reſtituit Cathedram antiquo Templo ſancti Saluatoris, vbi hodie eam videmus; vel eam fundauit de nouo in loco Meſquita, prout multi pratendunt; quia hac pratenſio contrariis opinionibus valdè inuenitur agitata.*

112 Martinus Carillus *in dicta tertia aduertentia ad hiſtoriam Sancti Valerij*, in qua ſuperiorum iuſſu meliùs veritatem agnouit, fatetur ingenuè, primum Epiſcopum Cæſarauguſtanum fuiſſe Athanaſium. Et ipſe quoque nititur falſo ſuppoſito, adſcribens Alphonſo Debellatori enunciatiuam antiquitatis, ac famæ Templi Sancti Saluatoris, quæ vt dictum eſt, ab altero Alphonſo emanauit.

Franciſcus ab Aynſa Zuritæ ac Carilli opinionem recenſet ſimpliciter, ſed Cathedralitatem Eccleſiæ de Pilari expreſsè tradidit *lib. 2. capit. 11. fol. 170.* conſtanter affirmans, tempore SS. Valerij ac Vincentij Cathedram Epiſcopalem extitiſſe in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Columna. Exempla autem, quæ ipſemet Aynſa ſubjicit, probant quidem, Reges Catholicos poſt recuperatas è Maurorũ tyrannide Ciuitates, conſueuiſſe Cathedras Epiſcopales conſtituere in Meſquitis; ſed non econtrà Mauros conſueuiſſe Meſquitas in Cathedralibus conſtituere. Imò clariſſimè tradit, Sedes Epiſcopales nunquam antiquis Eccleſiis fuiſſe reſtitutas, ſed potiùs in Meſquitis Maurorum locatas. Quod comprobat exemplo Cordubenſis Eccleſiæ, cui tanquam ſimilia exempla ſubdit factum Eccleſiæ Hiſpalenſis, necnon ipſius Cæſarauguſtanæ. 113

Quantùm attinet ad Breuiarium Cæſarauguſtanum, quicquid ſit circa illius intellectum, certum eſt, contra illius tenorem pugnare non ſolùm omnia ſuperiùs ponderata, ſed alia non tam moderna, quàm antiqua Breuiaria Diœceſis Cæſarauguſtanæ, Regiæ Domus Montis Aragonum, & Ordinis Sancti Hieronymi, affirmantia, Beatum Braulium Epiſcopum Cæſarauguſtanum Sedem ſuam habuiſſe in Eccleſia Sanctæ Mariæ Maioris, vt ſuprà ponderatum fuit in primo adminiculo.

Quantùm denique attinet ad teſtes, omiſſis exceptionibus, quæ contra illorum perſonas dantur, nullus ex ipſis probat publicam famam, nec alio innituntur fundamento, quàm priuilegio Regis Alphonſi, cui etiam innititur Doctor Eſpes, 114
vir alioquin commendatæ eruditionis, vt aduertit Murillus *cap. 18. & 19.* Et in omnem euentum, conquaſſantur à contrariis teſtibus, de quibus ſuprà, numero longè maioribus, ac de publica voce & fama legitimè deponentibus.

Non officit tandem poſtremum adminiculum, quod deducitur ex iis probationibus, quibus conſtare prætenditur, Sanctos Valerium, Vincentium, & Braulium reſediſſe in Eccleſia Sancti Saluatoris. Nam quantùm attinet ad Sanctos Valerium atque Vincentium, excepto Zurita *in Annal. dicto lib. 2. cap. 26.* cui ſuperiùs ſatisfactum fuit, ferè omnia quæ ad rei iſtius probationem deducuntur, nempe concordia inter Epiſcopos Cæſarauguſtanum & Pampilonenſem inita, tenor inſtrumenti tranſlationis capitis Sancti Valerij, priuilegium exemptionis Archiepiſcopi Don Lupi, inſcriptiones Reliquiarum, ac denique conſtitutiones Synodales, id ſolùm inferunt, SS. Valerium & Vincentium reſediſſe in Eccleſia Cæſarauguſtana (quod vtique veriſſimum eſt) non autem in Eccleſia Sancti Saluatoris. Quamuis enim huiuſmodi enunciatiuæ vel referantur ad Eccleſiam S. Saluatoris, vel cum ea emanauerint; attamen ita veniunt intelligendæ, vt habeant relationem ad Cathedram Cæſarauguſtanam in abſtracto, ac independenter à loco ſumptam: quæ in quocumque loco materiali reperiatur, vna, eademque cenſetur, vt ſuperiùs fuit pluries conſideratum,

Digitized by Google

ratum, quemadmodum in ſpecie, quod iidem SS. Valerius & Vincentius præfuerint in Eccleſia de Pilari, fuit ſuperiùs latè firmatum in primo adminiculo.

Quantùm denique attinet ad B. Braulium, quæ deducuntur ex Conſtitutione ſub titulo *de Reliquiis & Venerat. Sanctorum*, in qua dicitur eundem Braulium fuiſſe Epiſcopum ipſius Metropolis, eandem recipiunt interpretationem, quam admittunt aliæ enunciatiuæ ſuperiùs ponderatæ, prout Beatum Braulium reſediſſe in Eccleſia de Pilari, latè ſuperiùs deductum fuit in eodem primo adminiculo, &c.

Et ita concluſum, parte vtraque acerrimè informante, &c.

DECISIO S. ROTÆ ROMANÆ,

Coram Reuerendiſſ. D. Coccino Decano, in cauſa Cæſarauguſtana Præeminentiarum, Veneris 14. Februarij 1631.

VT aliàs dictum fuit, conſulti Domini ſuper interpretatione, & forma exequutionis mandati de manutenendo, aliàs de anno 1557. coram bonæ memoriæ D. de Rubeis relaxati, quamvis ſub die 26. Aprilis, & 29. Nouembris anni 1627. inter cætera reſpondiſſent, Decano, Dignitatibus, & Canonicis Metropolitanæ dandam eſſe manum dexteram à Priore, & Capitulo Eccleſiæ B. Mariæ de Pilari in eadem Eccleſia, quoties Metropolitani certis diebus ad illam accedunt: hodie tamen, ſuſcepta iterum ſuper eodem dubio diſputatione, reſolutum fuit, dictum mandatum de manutenendo ita eſſe intelligendum, vt idem Prior S. Mariæ in propria Eccleſia de Pilari ſedeat in ſua Sede Priorali, accedente Capitulo S. Saluatoris: & in hoc à deciſis recedendum.

Id autem deducebant Domini: Primò ex verbis generalibus eiuſdem mandati, dum in concurſu vtriuſque Eccleſiæ, in quibuſcunque actibus concedit præcedentiam Priori, & Capitulo Sancti Mariæ, ibi: *Canonici, & Capitulum Eccleſia ſancti Saluatoris Metropolitana, &c. teneantur, &c. illos (Priorem ſcilicet, & Canonicos Eccleſia ſanctæ Mariæ Maioris de Pilari) tam in prædictis, quàm aliis quibuſcunque actibus, in quibus inſimul conuenire, aut intereſſe contigerit, ad dexteram partem, ſeu manum, tam in Choro, quàm extra, etiam in proceſſionibus prædictis collocare, &c.* Quæ verba tanquam vniuerſalia omnem locum comprehendunt, & conſequenter Eccleſiam de Pilari, ad tradita latè per Tiraquellum *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 7. numero 20. & ſeq.* Surd. *conſil. 451. n. 8.* Crauett. *conſil. 926. numero 7.* ac ſi ſpecificè eadem Eccleſia fuiſſet expreſſa, Oldradus *conſ. 322. numero 2.* Surdus *conſil. 181. numero 42. & conſil. 358. numero 2.* Ruin. *conſil. 40. num. 12. lib 2.* Itavt Prior ipſe de Pilari in hoc ſatis videatur habere fundatam intentionem pro retentione ſuæ Sedis prioralis.

Nec dicatur, quod quemadmodum per Canonicos & Capitulum Beatæ Mariæ conceditur manus dextera Canonicis & Capitulo Metropolitanæ: ita etiam concedi debet per Priorem de Pilari Decano ſancti Saluatoris, vel ratione connexitatis, ad textum *in cap. tranſlato, cum ibi not. de conſtitut.* & ad latè tradita per Chaſſan. *in Cata-*

log. glor. mund. part. 4. conſid. 32. verſic. Sed ratione connexitatis; vel vt euitetur monſtruoſitas ex deformium membrorum confuſione reſultans, iuxta textum *in capit. 1. 12. diſt.* cum aliis per eundem Chaſſan. *loco præcitato, verſic. tamen ha reſponſiones*: vel denique ratione illius honorificentiæ, quâ Prior, Canonici, & Capitulum Metropolitanæ in Eccleſia Beatæ Mariæ recipi debent per Priorem, Canonicos, & Capitulum de Pilari, vt ponderatum fuit in præfatis deciſionibus ſub die 26. Aprilis, & 29. Nouembris anni 1627.

Nam quoad rationem connexitatis, illa non intrat quotieſcumque, vt in caſu illo, per conſuetudinem militat aliqua diſſimilitudo inter connexa, vt fusè explicat Euerard. *in argumento à ſimili, in ſecunda col. ante fin. verſ. quando autem duo ſunt ſimilia.* Ratio autem vitandæ monſtruoſitatis, quæ ex membrorum confuſione oritur, non poteſt in hac facti ſpecie conſiderari, cùm vtrumque Capitulum ſimul conueniat tanquam vnicum corpus, non autem tanquam duo corpora ſeparata, vt ad propoſitum conſiderant Felin. *in c. Paſtoralis, n. 9. verſ. vbi duo corpora*, Abb. §. 1. *n. 7.* Imol. *n. 12. de reſcript.* & faciunt notata *in c. ſcriptum*, vbi Abb. *n. 6.* Imol. *pariter n. 6. verſ. nota quod vbi, de elect.* Honorificam denique receptionem, viſum fuit neceſſariò non inferre in caſu iſto conceſſionem manus dexteræ, ſed eſſe intelligendam ſecundùm ſubiectam materiam; vt ſcilicet Decano, atque Capitulo Metropolitanæ ad Eccleſiam Beatæ Mariæ venienti Prior de Pilari aſſurgat, obuius procedat, ad oſtium vſque humaniter excipiat, mandet pulſari campanas, & chorum dexterum, exceptâ priorali Sede, vacuum iiſdem dimittat, ad tradita per Felin. *in rubr. de maior. & obed. ſub num. 8.* & conſeruat notata per Vitalin. *in Clement. ſi ſummus, num. 34. & ſeq. de ſentent. excomm.* Ratione enim ſubiectæ materiæ & qualitatis perſonarum dicitur etiam æqualitas ſeruari, licèt vnus honoretur magis quàm alter ex aliqua ratione, vel circumſtantia, ad textum *in l. 3. §. Præſes*, vbi Gloſ. *in § diſcrimine, ff. de muner. & honorib.*

Hiſque conformem fuiſſe mentem Iudicis, qui dictum mandatum de manutenendo conceſſit, ſatis etiam colligitur ex eo, dum idem mandatum loquens de Eccleſia Sanctæ Mariæ eunte ad Eccleſiam ſancti Saluatoris, poſtquam iubet, vt honorificè recipiatur, expreſſè addidit etiam, vt latus dexterum eidem aſſignaretur: ſignum euidens, quod ſub ſimplici honorifica receptione ex mente Iudicis non continebatur præcisè latus dexterum, cùm de vtroque diſcretiuè loquutus fuerit, *l. hac verba, ff. de verb. ſignif.* Seraph. *dec. 964. n. 3.* qui loquitur in his terminis.

Secundò id deducebant Domini ex verbis etiam ſpecialibus eiuſdem mandati, in quo poſtquam vtriuſque Capituli ad vtramque Eccleſiam mutuus acceſſus, necnon in ipſarum qualibet functiones recenſentur, tandem diſponitur, quod in prædictis Eccleſiis, tam in Choro ſcilicet, quàm extrà, Prior & Capitulum ſancti Saluatoris teneantur dare manum dexteram, ſeu Chorum dexterum Priori & Capitulo de Pilari. Ex his enim verbis clarè patet, idem mandatum expreſſum continere præcedentiam Prioris B. Mariæ in propria etiam Eccleſia; cùm de vtraque generaliter & indiſtinctè loquatur, ex iuribus ſuprà allegatis: & conſequenter tantò euidentiùs excludi interpretationem illã, quod honorifica receptio ſuperiùs ponderata importet conceſſionem manus dexteræ. Ne dicamus mandatum, quod

priùs in vtraque Eccleſia indiſtinctè concedit præcedentiam Priori Beatæ Mariæ, continere repugnantia, ſi reſpectu Metropolitanorum, iniungendo poſtea Priori & Capitulo de Pilari honorificam receptionem, eandem manum dexteram ipſimet Priori incontinenti auferret, contra regulam textus *in l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur. cap. inter dilectos, de fid. inſtrument.* Bart. *in l. fin. §. item quæſitum, ff. de cond. & demonſtr.* cum aliis per Aym. *conſ. 70. num. 5.*

Tertiò hanc ipſam interpretationem Domini etiam eliciebant ex obſeruantia, quæ ad eandem interpretationem plurimùm confert. Honded. *conſ. 13. num. 35. & conſ. 89. num. 46. lib. 2.* quando etiam verba eſſent dubia, Rot. *deciſ. 256. in fin part. 2.* Mantic. *deciſ. 296. n. 6.* Ac præcipuè in caſu iſto, in quo cùm ad executionem eiuſdem mandati Metropolitani compulſi fuerint per cenſuras, eadem obſeruantia tantò minus præſumitur exceſſiua, ſed reſtricta ad limites ipſius mandati, vt ad propoſitum conſiderat Rot. *deciſ. 45. ſub num. 11. de appell. in nou.* & apud Seraph. *deciſ. 1189. num. 1. & 3.* Maximè cùm non ſolùm in huiuſmodi ſummariis poſſeſſoriis retinendæ detur manutentio ad limites poſſeſſionis, *vulg. §. retinendæ, Inſtit. de interd.* & ad terminos ſtatus, Ruin. *conſ. 155. num. 5. lib. 4.* Rota *deciſ. 4. num. 2. & 3. de dilat. in nou. & deciſ. 522. num. 2. & 3. part. 1. diuerſ.* ſed verſemur etiam in materia præeminentiarum, in qua plurimùm defertur conſuetudini, Bald. *in cap. cum olim, in 1. not. de conſuet.* qui loquitur in puncto circa locum ſedendi, Ruin. *conſ. 19. num. 6. lib. 1.* Chaſſan. *in Catal. glor. mund. part. 4. conſid. 37. verſ. de his dignitatibus,* vbi in his terminis loquitur de præcedentia inter dignitates inferiores. Rota *deciſ. 4. num. 2. ad fin. de elect. in nou.* Seraph. *deciſ. 964. num. 1. & 2.* & ponderatum fuit in Colonienſi *præcedentiæ*, 9. Iunij 1627. coram R. P. D. meo Vbaldo.

Obſeruantiam verò ſatis concludere videbantur quamplurimi teſtes, qui dantur in Summario pro Eccleſia Beatæ Mariæ, *à num. 3. vſque ad 6.* ritè deponentes de iſta quaſi poſſeſſione Prioris ſedendi in prima Sede Chori dexteri, qui Capitulo, & Canonicis ſancti Saluatoris aſſignatur. Quos inter, primus deponit de annis ſeptuaginta, ita vt percutiat annum decreti manutentionis immediatè præcedentem, & ſic concludit obſeruantiam anteriorem, ad cuius limites præſumendum eſt conceſſam fuiſſe manutentionem, ex deductis. Quamuis enim ſit vnicus, ſufficit tamen in his, quæ manutentionem reſpiciunt. Rot. *deciſ. 196. part. 1. diuerſ. & deciſ. 624. numero 5. & 1326. num. 1.* apud Seraph. Præſertim verò cùm per alios teſtes abundè adminiculetur. Nam ex octo teſtibus de viſu, qui dantur in eodem ſummario B. Mariæ *ſub n. 3.* alius percutit annum 1561. duo verò annum 1566. & 1567. quo Capitulum S. Saluatoris compulſum fuit ad paritionem huius mandati Rotalis ſub cenſuris, ac pœna ducat. 10000. & poſt præſtitam obedientiam ab iiſdem cenſuris abſolutum. Reliqui autem quatuor deponunt de annis 1571. 1576. 1581. & 1583. Cum quibus concordant alij ſeptem, qui pariter dantur *ſub n. 4.* de auditu, voce, & fama publica deponentes. Necnon alij 11. *ſub n. 5.* ad perpetuam rei memoriam recepti, qui immemorabilem cum ſuis qualitatibus concludunt. Ac denique alij octo aduerſus depoſitiones trium teſtium S. Saluatoris examinati, qui de viſu, voceque, & fama publica teſtantur.

Ad cuius obſeruantiæ robur multùm etiam conferre arbitrabantur Domini confeſſionem ipſiuſmet Decani S. Saluatoris, pleno, & non contradicente Capitulo declarantis, Decanum ſemper ſediſſe in prima Sede Chori ſiniſtri in vtraque Eccleſia. Quæ quidem confeſſio, vt patet, adminiculata probat etiam in præiudicium Eccleſiæ. Mantic. *deciſ. 39. num. 1.* cum aliis per Addent. ad ſanct. memor. Greg. *deciſ. 375. num. 11.* Præſertim in caſu iſto, in quo confeſſio prædicta concernit actum geſtum à confitente. Gloſ. *in c. vlt. in fin.* vbi Abb. *numero 44. verſ. ego ſoluendo, de præſumpt.* Tiraq. *in tract. lignag. §. 1. gloſſ. 14. num. 48.* & notant Addent. *ad dict. deciſ. 375.* ſanctæ memor. Gregor. *loco citato.*

Non obſtant teſtes Metropolitanæ in contrarium ponderati in deciſionibus, quæ reuidentur. Quia ex declarationibus per eoſdem nouiter factis reducuntur ad concordiam, vel in omnem euentum, eliduntur à contrariis teſtibus numero maioribus, ad tradita per Gabr. *de teſtib. concluſ. 4. n. 50.*

Non obſtat aſſiſtentia iuris communis fundata in præſenti ſtatu Cathedralitatis, quo quingentis abhinc, & amplius annis gaudet Eccleſia Metropolitana ſancti Saluatoris. Quia cùm iam fuerit reſolutum, conſtare Eccleſiam Beatæ Mariæ fuiſſe antiquitus Cathedralem, poteſt hodie dubitari, an Eccleſia Metropolitana poſſit in hoc vti aſſiſtentiâ iuris contra præfatam Eccleſiam Beatæ Mariæ, quæ videtur retinuiſſe iura antiquæ Cathedralitatis, vt latè deductum fuit in deciſione coram me facta ſub die prima Martij anni præteriti: vel ſaltem cùm vtrumque Capitulum dicatur conuenire ad faciendum vnum corpus, aſſiſtentia iuris remanet valdè turbida, Chaſſanſus vbi ſuprà, *conſider. 32. per totum*, & aduertit Rota *in dicta Colon. præcedentiæ, 9. Iunij 1627.* coram R. P. D. meo Vbaldo. Aut in omnem euentum id reſpicit petitorium, provt etiam ſententia Sancij de anno 1221. laudum Alphonſi de anno 1513. & concordia Ferdinandi de anno 1539. Quæ vlteriùs loquuntur ſolùm de Canonicis, & Capitulo, non autem de Priore, &c.

Et ita concluſum, parte vtraque informante, &c.

R. P. D. BICHIO.

Cæſarauguſtana Cathedralitatis. Lunæ 21. Iunij 1655.

BEatiſſimæ Virginis de Pilari Eccleſiam exiſtentem in Ciuitate Cæſarauguſtæ, fuiſſe antiquitus Cathedralem, in eaque Primitus Sedem Epiſcopalem dictæ Ciuitatis extitiſſe; bis pronunciauit Rota in ſententiis de anno 1631. à clar. memor. Coccino, & anno ſequenti à Cardinali Vbaldo latis, quarum validitas non controuertitur.

Iuſtitia verò comprobatur ex deductis latiſſimè, reſpondendo omnibus contrariis, *in deciſ. 353. num. 20. & ſeqq. vſque ad 114. part. 5. recentior. & in deciſ. 177. ſub num 4. & ſeqq. part. 6.* in quibus ad probandam antiquam Cathedralitatem huius Eccleſiæ expenditur antiquiſſima traditio, tam Hiſtoricorum, quàm Scriptorum, quibus adduntur Iulianus Perez *in ſua Chronica, n. 405.* qui ait iſtam Eccleſiam à Diuo Iacobo Apoſtolo ædificatam fuiſſe, vt creditur, primam in Hiſpania, & ob id mereri dici Prototemplum: Hallus Gallus *in lib. de Aduentu Sancti Iacobi in Hiſpan.*

Luadus

Lualdus *in ſua Hiſtoria, ſub titulo della Chriſtiana Religione nell'Occidente, tom. 1. cap. 10. fol. 26.* Hypolitus Marantos *in ſua Opuſculo Apoſtolo Mariani de, ſancta Iacobo Maiori cap. 5. §. 3. de Templo B. M.*

Antiquæ Imagines Agni Paſchalis, quæ ſunt propria Inſignia Eccleſiæ Cathedralis Cæſaraugustanæ, & repertuntur depictæ in partibus ſuperioribus Capellæ maioris Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, inciſæque in antiquiſſimo lapide ad oſtium Sacriſtiæ ſanctæ Mariæ de Pilari. Ennunciatiœ in litteris Apoſtolicis, maximè Gelaſij II. ſimul cum litteris Petri Librani Epiſcopi, ac ſententiis antiquis contentæ. Inoſterata celebrandi diem feſtum Dedicationis huius Eccleſiæ ipſa die quâ celebratur Dedicatio Eccleſiæ Cathedralis. Conſuetudo canonizata *in decis. 472. & 493. coram ſanct. mem. Greg. XV. in decis. 626. num. 5. p. 1. recent.* & *in d. decis. 353. n. 73. part. 5.*

Facultas exigendi Decimas in Territorio Cæſaraugustano, mutua in ſepeliendis vtriuſque Eccleſiæ Canonicis Officia. Indiſtincta omnium Sacramentorum, prout in Cathedrali, adminiſtratio. Dignitas Capellani maioris. Retentio Campanæ nuncupatæ *de interdicto.* Prærogatiuæ, & præeminentiarum notæ plures in id afferuntur à Patre Lezana *in differtat. de antiquiſſima, & continua Cathedralitate Angelica, Apoſtolica, & miraculoſa Eccleſia ſancta Mariæ Maioris de Columna Cæſaraugustana, cap. 2. & 3. per tot.*

Nec obſtat, quod iſta Eccleſia fuerit olim à Mauris occupata, quia illis poſtea expulſis, recuperauit antiquum ſtatum libertatis iure quaſi poſtliminij, vt eſt textus *in cap. prima actione, 16. quæſt. 7.* Bellam. *num. 9. & in cap. 1. de non. oper. nunc.* Innoc. *num. 2. verſ. hoc autem certum eſt.*

Minus obſtat Eccleſiæ ſancti Saluatoris aduerſariæ in Cathedralem erectio, quam pleraque ab informantibus pro eadem Eccleſia deducta continentur; quia non inde ſequitur abdicatio notiquæ Cathedralitatis ab Eccleſia de Pilari, quia per erectionem non præiudicatur aliis Eccleſiis, Vvameſ. *conſilia 10. numero 4.* Seraphin. *decis. 1444. numero 7. & ſeqq.* nec eſt nouum, quod vnus, & idem Epiſcopus in ſua Ciuitate habeat duas Eccleſias vnam Cathedralitatem conſtituentes, ob ipſarum Eccleſiarum vnionem, vt eſt textus *in capite 1. ne Sede vacant.* vbi nutant omnes Canoniſtæ, & dixit Rota *in Vercellenſi vnicatis Capituli, coram Peña*, quæ eſt in impreſſ. *decis. 558. num. 8. confirmata 18. Aprilis 1614. coram Archiepiſcopo Seleucienſi, & 24. Aprilis 1643. coram Reuerendiſſ. D meo Dunozet Decano, ac 9. Maij 1544. coram Eminentiſſ. D. Card. Ottobono.* Idque deciſum fuit in Aretina Vnionis, 22. Iunij 1643. 2. Iunij 1645. 1. Aprilis 1647. coram Reuerendiſſ. Epiſcopo Terracinenſi, & 18. Martij 1652. coram R. P. D. meo Veroſpio.

Quibus poſitis duo ſequuntur pro reſolutione dubij hodie propoſiti. Primum, quod cùm ex actis conſtet de non iure Eccleſiæ ſancti Saluatoris, quod *ex d. decis. 353. part. 5. recens. & 177. part. 6.* ipſi nutum erat, eamque appellationem à dictis ſententiis Rotalibus bon. mem. Motmaono commiſſam, proſequutam non fuiſſe ab anno 1633. nec fatalia prorogari obtinuerit, eandemque ſententiæ ob tam longam taciturnitatem tranſierint in iudicatum, & cauſa dicatur deſerta, *Clem. ſicut, Clem. ſi appellationem, de appell. & cùm ſit Romana, eodem tit.* Achill. *decis. 12. numero 1. vt lit. pend. decis. 7. num. 4. & ſeqq. eod. tit.* Borat. *decis. 407. numero 10.* Rot. *inter recent. decis. 385. num. 3. part. 2. decis. 1. num. 8. & num. 11. & ſeqq. part. 7.* & in Fauent. capellaniæ, *22. Iunij 1646. §. nec dicatur, §. hocque indubitanter, coram Reuerendiſſ. Epiſc. Terracinenſi, in Romana fideicomm. de Campagnolis, 8. February 1649. §. calculando*, coram R. P. D. meo Peutingerio, *in Vercellenſi Prapoſitura, 5. Iulij eiuſdem anni, §. penult. coram me.*

Secundò, quod ex dictis ſententiis vel iuſtis, & validis, nulla Eccleſiæ ſancti Saluatoris infertur læſio, ſine qua non datur reſtitutio in integrum, *cap. 1.* & ibi Abbas *num. 1. & 2. de reſtit. in integr.* Mohed. *decis. 2. de appellat.* Seraph. *decis. 125. num. 1. cum aliis alleg. in Gerundenſi Portionum, 25. Iuny 1649. & in Interamn. fideicomm. 01. Martij 1654. coram R. P. D. meo Celſo.*

Ideo conſtare de re iudicata, non autem de cauſis reſtitutionis in Integrum, deciſum hodie fuit, informante tantùm Eccleſia de Pilari, citatis tamen pluries, ac diu expectatis Procuratoribus Eccleſiæ Metropolitanæ ſancti Saluatoris.

APPANAGIVM

A Sereniſſimo Carolo Emanuele Duce Sabaudiæ, &c. Principi Philiberto conſtitutum. Vbi plura ad hanc materiam ſpectantia elucidantur, quæ ex facti ſpecie infrà numero 2. propoſita, meliùs intelligentur.

SVMMARIVM.

1 *Species facti.*
Ex facto ſequitur ius. ibid.
Facta ſunt ex natura ſua incerta. ibid.
2 *Appanagium conſtitutum à Sereniſſimo Carolo Emanuele Duce Sabaudiæ pro Sereniſſ. Principe Philiberto eius filio.*
Appanagium, quid ſit. ibid.
Eſt portio quædam bonorum, quæ liberis natu minoribus poſt primogenitum concedi ſolet. ibid.
Principis Philiberti bonorum renunciatio. ibid.
3 *Teſtamentaria quædam ſchedula ab ipſo, vt aſſeritur, confecta.*
Inſtitutio hæredis per ipſum facta. ibid.
4 *Exhibitio talis ſchedulæ per teſtamentarios Illuſtriſſ. D. Ioanni de Caſtello.*
Principes teſtamentum ſuſtineri pronunciat. ibid.
Quid S. Conſilium Neapolitanum egerit. ibid.
Sereniſſima Infantis Mariæ ius. ibid.
5 *Dubia, quæ ex hoc facto reſultant.*
6 *Septenarius numerus, nodus, & plenitudo rerum.*
7 *Inualidum videtur prætenſum teſtamentum.*
8 *Deficit in forma.*
Quia non eſt ſubſcriptum, & ſubſignatum. ibid.
Et quia deficiente forma deficit actus. ibid.
Forma eſt de genere indiuiſibilium. ibid.
9 *Forma, & eſſentia rerum ſunt ſicut numeri.*
Maximè cum forma eſt debita ex voluntate agentis. ibid.
Quia actus agentium non operantur vltra intentionem eorum. ibid.
In datione rei ſuæ quilibet poteſt ponere conditionem quam vult. ibid.
Iulij Clari aptiſſima doctrina. ibid.

10 *Non iuuat priuilegium Principis, militis, aut peſtis.*
Subſcriptio, & ſubſignatio eſt finis, & complementum ſcripturæ. ibid.
11 *Quid ſi clauſula,* Lo firmo de mi mano, *eſt ſuppeſtitia.*
Præſumitur hæc clauſula. ibid.
12 *Teſtamentum eſt teſtatio mentis.*
13 *Eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia.*
Iuſta, *id eſt perfecta. ibid.*
14 *Teſtamentum aliud* in ſcriptis, *aliud* nuncupatiuum.
15 *Hæc ſchedula neutrum videtur.*
16 *Quid de illa Iulius Clarus ſentiat.*
17 *Quid Maſcardus.*
Quid Theologi. ibid.
18 *Quid ex* l. hac conſultiſſima.
19 *Sacr. Rota Romana deciſiones, & n.* 20.
21 *Alius defectus eſt teſtium.*
22 *Et quid ſi non fuerint rogati.*
23 *Solemnitas teſtamentaria non eſt tantum probatoria, ſed forma ſubſtantialis.*
24 *Quid de defectu teſtium, quia erant legatarij.*
Quomodo hoc non prætermittendum. ibid.
25 *Non eſt ſtipulata illa ſchedula.*
26 *Verba ipſius.*
27 *Quibus de cauſis D. Caſtillus ſententiam protulerit.*
28 *Propter titulum Principis non iuuatur.*
Niſi eſſet teſtator Princeps omnino ſupremus. ibid.
29 *Quid ſi coram Imperatore confecta fuiſſet.*
Quomodo valere poſſet, ſi in propriis terris Principis fuiſſet confecta. ibid.
30 *Non iuuat Principem Philibertum priuilegium militis.*
31 *Noſtri temporis milites an gaudeant hoc priuilegio, ſub dubio verſatur.*
Gaudent multis ex iure ciuili. ibid.
32 *Non fauent parti aduerſæ.*
Loquuntur de militibus in Caſtris, &c. conſtitutis, & n. 33.
34 *Et ſic non fauent Sereniſſ. Philiberto.*
35 *Fauent aliis, ſed occupatis in expeditionibus.*
Qualitas à lege petita quando ceſſat, ceſſat etiam legis diſpoſitio. ibid.
36 *Si priuilegia hæc large modo intelligerentur, leges ſibi contradicerent.*
37 *Motiuum conceſſionis horum priuilegiorum ceſſat militibus extra Caſtra conſtitutis.*
Quæ ſit talis cauſa. ibid.
Ceſſante cauſa ceſſat effectus. ibid.
38 *Si dicto modo intelligerentur, eſſent cauſa plurium litium.*
Suppoſita militum conditione. ibid.
39 *Miles eſt, qui eſt in actu militia.*
40 *Doctorum ſententia.*
41 *Item Sacra Rota Romana.*
42 *Non meminit Princeps Philibertus huius priuilegij.*
Vnde videtur ipſi renunciaſſe. ibid.
Et quia res facilè reuertitur ad ſuam naturam. ibid.
43 *Ac maximè, quia ita videtur ipſe declaraſſe clauſulâ illâ,* lo firmo de mi mano.
44 *Et quia ſchedula, quæ oſtenditur, non eſt ſubſcripta, aut ſubſignata.*
45 *Nec ſuffragatur parti aduerſæ, quod tempore peſtis confecta dicatur.*
46 *Solùm enim id poſſet tempore peſtis vehementis.*
Elicitur ex Sacra Rota deciſionibus. ibid.
47 *Tunc non erat magna peſtis.*
48 *Nec Princeps Philibertus peſte laborabat.*
49 *Corruit ſententia Illuſtr. D. D. Caſtilli.*
50 *Explanatio capitis Cum eſſes, de teſtament. & num.* 51.
52 *An in foro ſaltem conſcientiæ ſuſtineri poſſit teſtamentum hoc.*
Sententia D. Caſtilli ſcatere videtur nullitatibus. ibid.
53 *Inualida etiam fuit diſpoſitio prætenſi teſtamenti ex defectu poteſtatis.*
54 *Quia Princeps Philibertus erat filiusfamilias.*
55 *Non emancipatus.*
56 *An tacita emancipatione.*
57 *An per bona illi à patre conceſſa.*
58 *Non per dignitates à Rege Catholico ipſi tributas, & n.* 59.
Quia nec potuit, nec voluit. ibid.
Quid de legitimatione. ibid.
60 *Ad emancipationem longum tempus deſideratur.*
61 *Multo magis ad teſtamenti confectionem.*
62 *An emancipatus dici poſſit propter Religionem ſancti Ioannis Hieroſolymitani, in qua erat, & num.* 63.
S. Rota deciſiones. ibid.
64 *An milites dictæ Religionis teſtari poſſint.*
65 *Quid ex ſtabilimentis huius Religionis.*
66 *Princeps Philibertus declarat ſe non eſſe profeſſum.*
Quomodo hæc ſcrutanda. ibid.
67 *Inualida nihilominus hæc diſpoſitio teſtamentaria ex parte rei diſpoſita.*
68 *De lege Salica, & appanagio.*
69 *Nemo poteſt teſtari de re non ſua.*
70 *Et ita nec Princeps Philibertus de redditibus Neapolitanis.*
71 *Quia Appanagium eſt inalienabile.*
72 *Et idem quod alimenta.*
73 *Non ſuccedit loco legitimæ.*
74 *Et idem quod* feudum.
75 *Et ferè idem quod* vſusfructus.
76 *Cum aliqua differentia.*
77 *An idem quod* Albanagium.
78 *An idem quod* vita, & militia.
79 *Eſt cum onere reuerſionis apud Allobroges.*
80 *Appanagium Principi Philiberto conſtitutum ad Sereniſſ. Ducem Patrem deuolnebatur.*
81 *Ex rebus, & cauſis iam deciſis reſoluitur.*
82 *Neceſſum erat vt hæres Pater à filio inſtitueretur.*
83 *Alioquin teſtamentum erat inualidum.*
84 *Verba inſtrumenti Appanagij.*
85 *Bona iſta erant de Corona.*
Propter ceſſionem eorum, ad quos ſpectabant. ibid.
Et ipſorum delationem. ibid.
Diſmembrata fuerunt à Corona. ibid
86 *Verba alia eiuſdem inſtrumenti.*
87 *Erant iſta bona data in feudum.*
88 *Redire debebant ad coronam.*
Nec de illis poterat Princeps Philibertus diſponere. ibid.
89 *Verba illa Appanagij,* feudi, è ragioni, *de quibus verificari debent.*
Etiam de redditibus Neapolitanis. ibid.
90 *Maximè cum inter bona immobilia computentur.*
Violenta expoſitio eſt contraria. ibid.
Pactum reuerſiuum ad dictos redditus extenditur. ibid.
Clauſula finalis ad præcedentia omnia refertur. ib.

Etiam

Digitized by Google

Etiamſi poſita eſſet in principio.ibid.
91 *Ratiſicatiò Appanagij fa*[illegible]*a à Principibus*, ad hauer, tener, gozar, &c. *nihil nocet.*
92 *N*[illegible] *fuit facta de omnibus.*
Redditus illi Neapolitani erant de demanio, & dominio Ducis patris.ibid.
Abſurda ex oppoſito ſequuntur.ibid.
93 *Primum, nouitatis, qua debet reprehendi.*
Secundum, quòd appanagium videretur monſtruoſum.ibid.
Tertium, quod Dux Pater non ſeruaſſet æqualitatem cum liberis.ibid.
Quartum, quoad inæqualitatem cum ſecundogenito.ibid.
Quintum, quia iniuſtè erga filium diſpoſuiſſet, ibid.
94 *Reuerſio illorum redditnum approbata eſt ab aliis Principibus.*
Ratificatio, ſeu ratihabitio comparatur mandato. ibid.
95 *Onus reuerſionis intrinſecum eſt Appanagio.*
Conditio reuerſionis in Appanagio eſt de numero illarum, quæ inſunt. ibid.
Maior cautela non nocet. ibid.
Acceſſorium ſequitur naturam principalis. ibid.
Additamentum non mutat naturam rei cui adiicitur.ibid.
96 *Inſtrumentum de anno 1622. ratificatorium fuit alterius de anno 1610.*
Pro cautela Regia Cameræ Neapolitanæ. ibid.
97 *Inſtrumentum illud erat* ratificatorium, *non donatorium.*
Colligitur ex principio ipſius. ibid.
Clauſula in principio refertur ad ſequentia.ibid.
Verba ipſius inſtrumenti.ibid.
Verba donationis, ſeu ceſſionis iuxta naturam Appanagij *intelligenda. ibid.*
Quia illud principaliter intendebatur. ibid.
Clauſula acceſſoria regulantur ſecundum principalem diſpoſitionem. ibid.
98 *Clauſula* ad hauer, tener, *&c. non ſuffragatur parti aduerſæ.*
Eius natura enucleatur. ibid.
99 *Maximè in feudalibus.*
200 *Notarij teſtificatio quantum valeat, & numero 101.*
102 *Quando poſſit declarare ſuum inſtrumentum.*
103 *Atteſtatio Notarij in caſu præſenti nullum præiudicium affert.*
104 *Colligitur ex facto.*
105 *Sententia prolata à D. Caſtillo non eſt ſuſtinenda.*
106 *Iuris pondus pro Sereniſſimo Duce Mutinæ.*
107 *Euacuatur, cum bona ipſius reuerentia.*
108 *Ex dictis in præcedentibus.*
De redditibus Neapolitanis non poterat diſponere Princeps Philibertus. ibid.
109 *Nec voluiſſe diſponere ſuadetur.*
110 *Colligitur ex ipſa ſcriptura teſtamentaria.*
111 *Verba ipſius.*
Petit conualidationem ſuæ diſpoſitionis. ibid.
Fruſtra petitur à Principe, quod de iure competit. ibid.
112 *Nec in hoc caſu intrant ceremoniæ, aut vrbanitatis leges.*
113 *Augetur præſumptio.*
114 *In diſpoſitione aſſerta Principis Philiberti non comprehendebantur Neapolitani prouentus.*
Colligitur ex ipſa ſchedula. ibid.
115 *De verbis illis*, Per la legitima, che me tocca.
116 *Nihil mouere poſſunt; propter multa.*
117 *Etiam ex verbis Appanagij.*
118 *An caſu quo data eſſent pro legitima, poſſent grauari?*
119 *De iure Sereniſſimi Ducis Mutinenſis concluſio.*
120 *Ipſi Sereniſſimo quæ præmeditanda.*
121 *Ab optimo Principe Mutinenſi abſit colluſio.*
112 *D. Auguſtini verba.*
De iure Sereniſſimi Principis Mauritii. ibid.
123 *Videtur non ſubſiſtere.*
Propter renunciationem ab ipſo factam. ibid.
124 *Et propter inſtrumentum confectum de anno 1622.*
Verba talis inſtrumenti. ibid.
125 *Et quia contra factum proprium nullus venire poteſt.*
126 *Donec de potiori iure Sereniſſ. oſtendat.*
127 *De iure Sereniſſ. Duc. Sabaudiæ Patris, & filij.*
228 *Expenditur clauſula illa*, ritornino alla Corona.
129 Coronæ *nomine Principes moderatores Sabaudiæ intelliguntur.*
130 *Quid per* ritornino.
131 *De Gloſſa aduerſariorum.*
Verba Appanagij. ibid.
Expenditur dictio illa, di più.*ibid.*
132 *Iuxta varias ipſius ſignificationes.*
133 *De dictione*, vt ſuprà.
134 *Concluſio de reuerſione Neapolitanorum prouentuum ad Sereniſſ. Duces Sabaudiæ.*
135 *De iure Sereniſſimæ Infantis Mariæ.*
136 *Appanagium ipſius.*
137 *Verba inſtrumenti expenduntur.*
Clauſula illa, reunito al patrimonio di Sua Altezza, *quid denotent.ibid.*
Vulgare illud, Commune quod eſt, meum non eſt.*ibid.*
Prouentus Neapolitani de domanio Sabaudiæ erant.
138 *Appanagium Sereniſſimæ Mariæ eſt pro cauſa pia.*
Gaudet priuilegiis cauſa pia. ibid.
Quæ talia priuilegia. ibid.
139 *Introducenda in Poſſeſſionem.*
140 *Sequeſtratio in genere loquendo eſt prohibita.*
141 *In multis caſibus permiſſa.*
142 *Annuente ſæpius S. Rota Romana.*
243 *Caſus varij, in quibus permittitur.*
144 *Quando poſſeſſor conuertit bona in proprios vſus.*
145 *Quando ea diſſipat, vel dilapidat.*
246 *Quando eſt exterus nulla habens bona.*
247 *Cum metus eſt, quod ſententia erit eluſoria.*
148 *Pro quocunque termino litis.*
149 *An hæc concurrant in caſu.*
250 *Sequeſtratio non affert præiudicium magni momenti Sereniſſimo Mutinenſi Duci.*
151 *An ſufficiat cautio.*
152 *Auctoris proteſtatio.*

IESVS MARIA.

Operis Argumentum.

EX facto ſequi ius, commune prolo-quium in Romana Curia eſt, *ex l. ſi ex plagiis, §. in cliuo Capitolino, ff. ad l. Aquil.* extractum, cui ſubſcribit Ancharanus *conſilio* 254. *num.* 2. vbi ait, quod ſicut ex facto ius oritur, ita ex facto ius moritur: vnde naſcitur, quod propter minimam facti mutationem mutetur totum ius, *l. ſi is, ff. de excuſat. tutor. l. natura cauillationis, ff. de verb. obſeru. l. ea eſt, ff. regul. iur.* vt propterea Federicus de Senis *conſ.* 152. dicat, congruum reſponſum dari non poſſe à Iureconſulto (idem dico à Theologo) niſi factum percipiat. Præſertim cùm facta ſint ex ſua natura incerta, *l. in omnibus, ff. de iur. & fact. ignor.* Facti ergo huius veritas, & natura diligentiſſimè perſcrutanda, cùm facta prudentiſſimos etiam fallere poſſint, *l. 2. ff. de iur. & fact. ignor. cap. 1. de conſtit. in 6.* Tale ergo eſt factum.

2 Sereniſſimus Carolus Emanuel Dux Sabaudiæ, &c. de anno 1620. pro die 17. menſis Decembris Taurini exiſtens *Appanagium* quoddam (id eſt portionem quandam bonorum, quæ liberis natu minoribus, poſtquam natu maximus Principatum à Patre mortuo adeptus eſt, concedi ſolet, vt ea portione acceptâ, à ſucceſſione arceantur) pro Sereniſſimo Principe Philiberto, ipſius, & Sereniſſimæ Infantis Catharinæ Auſtriacæ Catholici Regis Philippi II. prudentiſſimi filiæ, fecit ex Principatu Oneliæ, ac ad valorem quadragintanouem millium ducatorum in circa exigendorum ſuper Dohana pecudum Apuliæ in Regno Neapolitano, quæ erant de iuribus dotalibus eiuſdem Sereniſſimæ Catharinæ Auſtriacæ coniugis. Princeps autem Philibertus, grati animi erga Patrem causâ, quicquid ad ſe quouis iure pertineret, ſiue pro legitima, ſiue pro illius ſupplemento in bonis eiuſdem Patris, vel Matris defunctæ, ſeu fratrum, vel ſororum, ceſſit, & renunciauit. Cùm autem de anno 1624. Regno Siciliæ præeſſet, & Panormi moraretur, peſte Ciuitatem inuadente, febris morbo correptus hæredem ſuorum bonorum reliquiſſe dicitur Sereniſſimam Iſabellam ipſius ſororem, & Mutinæ Principem, per quandam quaſi

3 teſtamentariam ſcripturam, his verbis: *Nombro por mi heredera vniuerſal de todos los bienes, muebles, rayces, rentas que en qualquier manera quedan, y me pertenezcan, la Señora Infanta Doña Iſabel Princeſſa de Modena, mi hermana, para que lo goze por todos los dias de ſu vida, como hazienda ſuya, y como tal pueda diſponer della, como mejor fuere Su Alteza ſeruida. Item demas de lo ſuſodicho, por el amor, y obligaciones tan antiguas, que tengo à mis criados, y en eſpecial al hauerſe me pueſto los mas dellos por mano del Rey mi Señor, y por la qualidad de ſus perſonas, y la de los continuos, leales, y agreadables ſeruicios que me han hecho, ſiguiendome tantos años por mar, y tierra, en paz, y en guerra, y en todas ocaſiones, quiero que ſe les paguen à cada uno dellos por todos los dias de ſu vida los gajes, que hoy tienen eſcritos en libros de mi caſa, conuiene à ſaber à las perſonas à laſquales les eſtan hechos buenos, y actualmente m- ſiruen, como conſtara por relacion firmada de Don Franciſco Manuel mi Mayor domo, para que los hajan, y tengan mientras, biuieren, y les cobren de los quarenta mil ducados moneda de Caſtilla, que tengo conſignados por Su Mageſtad en el Reyno de Napoles, que procedieren de la dote de la Sereniſſima Señora Infanta de Caſtilla Doña Catarina de Auſtria defuncta, mi Señora, y Madre y iunctamente me pertenecen por donacion de los Sereniſſimos mis hermanos, y hermanas; y ſuplico à Sus Altezas tengan por bien eſta mi diſpoſicion en eſta parte, pues por hallarme con tantas obligaciones, como ſon notorias, y no tener con que poder acudir a ellas de otra parte, me ha ſido forçoſo cumplirlas, y ſeñalarlas en eſta renta.*

Mortuo deinde Principe Philiberto, executores teſtamentarij adeunt, & ſchedam non ſubſcriptam, neque obſignatam exhibent D. Ioanni Franciſco Caſtillo Regiæ Claſſis Auditori, qui pro teſtibus eoſdem familiares, quibus legata Principis conueniſſe dicebant, admittit, & teſtamentū Principis ſuſtineri debere iure militari pronūciat. Legatarij etiam alij medio ſuo procuratore Sacrum Cōſilium Neapolitanum adeunt, Sereniſſimæ Mutinæ Principe in iudicium prouocatâ, immitti in poſſeſſionē redituum Regiæ Dohanæ poſtulantes. Sacrum porrò Conſilium terminum pacti ad probandum incumbentia ſtatuit. Sed interim Sereniſſima Mutinenſi Principe eb humanis ſublatâ, hæreditate nundum aditâ, legatariis petentibus, idem Sacrum Conſilium curatorem cauſæ Principis Philiberti decernit. Comparet poſtea Sereniſſimus Princeps Mauritius à Sabaudia, Philiberti Principis germanus frater, petens audiri ex integro in iudicio. Sacrum Conſilium annuit, & tandem ius dicendo legatariis, eos immittendos eſſe in poſſeſſionem dictorum redditum, definitiua ſententia pronunciauit, cui Sereniſſimus Dux Mutinæ conſenſit. Cæterùm ex aduerſo Sereniſſimus Dux Carolus Emanuel in Sacro Conſilio egit, & lege Appanagij, & contractus, redditus omnes Regiæ Dohanæ iure reuerſionis ad ſe pertinere propoſuit. Cui poſt obitum ſuccedens Sereniſſimus Victorius Amadeus Sabaudiæ Dux, eoſdem redditus ex eadem lege Sabaudiæ Coronæ conſolidatos, pro honeſta ſuſtentione Sereniſſimis Infantibus ſororibus Catharinæ, & Mariæ conceſſit, ſub hac lege, vt quælibet earum ſuperſtes altera alteri ſuccederet. Cùm tandem Infans Catharina obiiſſet, propterea Sereniſſima Infans Maria ſoror eos redditus ſibi deberi proponit. Hæc eſt ſpecies facti, aliquibus tamen reſecatis, quæ tamen ſi neceſſaria fuerint, inferiùs proponentur. 4

Ex facto ergo iſto nonnulla ſuboriuntur dubia. 5
Primum, circa valorem teſtamenti prætenſi Sereniſſimi Principis Philiberti. Secundum, circa ſententiam D. Ioannis Franciſci Caſtillo Regiæ Claſſis Auditoris. Tertium, quatenus validum eſſet teſtamentum, an diſpoſitio illa de redditibus illorum 49. millium ducatorum facta à Principe, valida eſſe potuerit. Quartum, circa prætenſionem Sereniſſ. Ducis Mutinæ. Quintum, de iure propoſito ex parte Sereniſſ. Principis Mauritij. Sextum, de iure Sereniſſimi Ducis Caroli Emanuēlis, & eius filij primogeniti Sereniſſimi Victoris Amadei. Ac denique ſeptimum, de iure Sereniſſimæ Infantis Mariæ ad prædictam ſummam ducatorum.
Quia autem iuxta Ciceronem *de ſomniis Scipionis*, ſeptenarius numerus eſt nodus, & plenitudo 6
rerum omnium, ſeu vt Andreas Maſius *in Ioſue 6.* explicat, *denotat Deum, per quem, & in quem omnia ſunt dirigenda*, ideo ex ſeptem horum dubiorum enodatione, Dei gloria, iuſtitia, & veritas pro conſcientia eſt inueſtiganda.

DVBIVM

DVBIVM I.

An Teſtamentum aſſertum Sereniſſimi Principis Philiberti, validum cenſeri debeat.

RESPONSIO.

7 Dicendum videtur, inualidum omninò fuiſſe tale prætenſum teſtamentum. Quod quia nollo firmiori alio fundamento dici poteſt, quam aſſignandu nullitates, & defectus illius, ideo ad hoc calamus reſtringendus, & huiuſmodi nullitates, & defectus aſſignandi.

8 Primus defectus, & ſubſtantialiſſimus eſt defectus formæ, cui ipſemet Princeps adſtringere ſe voluit in illo, videlicet, quod eſſet à ſe ſupſcriptum, & ſubſignatum, vt patet ex verbis illis: *Yen teſtimonio de ſer todo lo ſobredicho mi poſtrera voluntad, lo firmo de mi mano, y mando ſea ſellado con mi ſello, &c.* Quæ duo non ſubſiſtunt, ac per conſequens deficit forma ſubſtantialis, quam Princeps voluit eſſe veluti teſſeram, ſymbolum, & ſignum ſuæ vltimæ voluntatis. Vnde hîc procedunt vulgata iura, ex quibus habetur, quod deficiente formâ, deficit actus, ſeu actus eſt nullus, *leg. Mauius, leg. Qui heredi, ff. de condit. & demonſtr. leg 1. & 2. Cod. quando prouoc. non eſt neceſſ.* & nubes Theologorum, & Iuriſtarum ſtat circa hæc, & alia iura. Quod ampliatur, vt procedat, itavt nulla qualitas, etiam militiæ, ad id excuſet, prout præter dicenda inferius ex Rolando *conſil. 30. numero* 8. *lib. 3.* Tuſcho *litter. F, concl. 415. numero* 29. hautit Barboſa *in Axiomat. iur. axiom.* 100. *numero* 7. Cuius rei ratio conueniens ea eſt, quia forma eſt de genere indiuiſibilium, vt notatur *in leg. ſi veritas, Cod. de fideicommiſſ.* Ac proinde ſi tota non adimpletur, totus actus corruit, *leg. cùm hi, §. ſi Prætor, ff. de tranſact. leg. Qui Romæ, §. Flauius, ff. de verbor. obligat.* Pro-
9 pter quod Theologi, & Metaphyſici inquiunt, quod formæ & eſſentiæ rerum ſunt ſicut numeri, qui per quamcunque diminutionem omninò variantur. Quod permaximè procedit in forma actui debita ex voluntate agentis, & cui agens ſubjici voluit. Eo quòd actus omnis conſiſtit in voluntate, & potentia agentis. Couarruias *capite Cùm eſſet, numero 7. de teſtament.* Menochius *conſil. 1. numero* 250. *& de præſumpt. lib. 1. præſumpt.* 80. *numero* 11. Et quia quidquid diſponit teſtator, pro lege habetur. *Authent. de nupt. §. diſponat.* Ac ex communi illo, *Actus agentium non operantur vltra intentionem eorum, leg. non omnis, ff. ſi cert. pet. leg. in agris, ff. de acquirend. rer. domin.* & ibi Doctor. ſine numero. Et quoniam in datione rei ſuæ, ſicut liberè quis dat, ſic etiam eam poteſt ponere legem, aut conditionem, quam voluerit, ita vt eâ non ſubſiſtente, nec datio ſubſiſtat, *leg. in traditionibus, ff. de pact.* Oddus *de fideicommiſſ. quæſt. 3 numero* 41. Ac denique quia, vt rectè Iulius Clarus *lib. 3. §. Teſtamentum, q.* 14. vbi lex pro forma requirit, quod aliquis manu propriâ ſcribat, ſemper mihi placuit opinio Bartoli, quod ſcilicet requiratur ſpecialis ſubſcriptio, quia aliàs ſupponendo vnam ſcripturam pro alia, poſſet falſitas fieri, quam præcipuè in hac teſtamentorum materia lex habet valde ſuſpectam. Quæ valde ruminanda, quia aptiſſima ad propoſitum.

Scio recurrere partem aduerſam ad priuilegium 10
Principis, tanquam Principis, & tanquam militis, aut quia in tempore peſtis teſtabatur. Sed confugia iſta ex dicendis dubio ſequenti, præcluſa manebunt, vt ex verbis relatis colligitur, & eſto quod poſſet forſan hoc beneficio vti (de quo dicto dubio ſequenti) eo tamen vti noluiſſe; ſed potiùs ipſi ceſſiſſe, cùm dixit: *Lo firmo de mi mano, y mando ſea ſellado.* Dum ergo non oſtenditur aliqua ſcriptura à Principe ſubſcripta, eiuſque ſigillo communita, non exhibetur verum, aut legitimum teſtamentum, tum propter dicta, tum quia generaliter, & abſtractè loquendo, ſubſcriptio, & ſubſignatio eſt concluſio Inſtrumenti, & perfectio actus in concluſione conſiſtit, *leg. contractus, Cod. de fid. Inſtrument. leg. ſi voluntati,* vbi Baldus, *Cod. de reſcinden. in venditione,* Surd. *conſ.* 28 a. *num.* 17. & vt dixit Rota coram Buratto *dec.* 465. *n.* 14. ſubſcriptio eſt finis, & complementum teſtamenti.

Scio quoque, aliquos in dicaſſe clauſulam il- 11
lam, *Lo firmo de mi mano, y mando ſea ſellado, &c.* non fuiſſe appoſitam à Principe, ſed ab ſcribente ſchedulam. Cæterùm, præterquam quod gloſſema iſtud iniurioſum eſt, tum Principi ipſi, tum ipſius Secretario, vlteriùs reijcitur, quia eo admiſſo, tota ipſa ſcriptura corruit, propter modò dicta ex Iulio Claro. Et quia clauſulæ, quæ ſunt de natura actus, præſumuntur poſitæ in ipſo à Notario rogato, eo videlicet, quia ſemper ineſſe videntur. Menoch. *conſ. 37. num. 20. & ſeq.* Maſcard. *de probat. concl.* 1097. *num.* 23. *ex l. quod ſi nolit, §. qui aſſidua, ff. de ædilit. edict. & leg. vlt. Cod. de fideiuſſ.* Ac propterea, quia cùm nullus præſumatur actum fruſtratorium facere velle, *l. 1. in fin. ff. ad municip. l. vnica, Cod. de theſaur.* quo iure exiſtimare debemus Principem prudentiſſimum voluiſſe condere teſtamentum non ſubſcriptum, aut ſubſignatum?

Ex hoc etiam ſubſtantialiſſimo huius prætenſi 12
teſtamenti defectu, theologicè firmatur ipſius nullitas, & inanitas ſequenti diſcurſu. Nam cùm *teſtamentum* iuxta nominis etymologiam, & Iuſtinianum *in Inſtitut. de teſtam.* ſit idem, quod *teſtatio mentis*; quia ſicut ornamentum dicitur ab ornando, & veſtimentum à veſtiendo, ita & teſtamentum à teſtando. Id ergo, quod *teſtatio mentis* non ſit, teſtamenti nomine non gaudebit: atqui hæc ſcriptura teſtamentaria non eſt *teſtatio mentis* teſtatoria, quia mens illius fuit, vt talis ipſius *teſtatio* eſſet ſubſcripta, ſubſignata, &c. quod non contigit. Teſtamenti ergo nomine non potietur.

Aliter etiam, & ad idem, etiam Theologicè, ex 13
definitione teſtamenti, quam tradit Vlpianus in *l. 1. ff. de teſtam.* videlicet: *Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia, de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri velit:* vbi dictio *iuſta*, eſt idem, quod *perfecta*, Bartol. *in dict. l. 1. ff. eod.* Angel. Aretin. *§. 1. Inſtitut. eodem,* Hieronymus Giachar. *in addit. ad Clar. quæſt. 1. §. Teſtamentum, verb. Iuſta.* Cùm autem perfectum, ex Ariſtotel. *5. Metaph. text.* 21. ſit id, *cui nihil aliud deeſt ſecundùm modum ſuæ perfectionis*; & inſtrumentum perfectum ſubſcriptionem, vel ſubſignationem requirat, vt dictum eſt, profectò ſcriptura hæc nonniſi abuſiuè appellari poteſt *Teſtamentum*, ſiquidem deficit illi aliquid ſecundùm modum ſuæ perfectionis; & iuxta

naturam

Digitized by Google

naturam inſtrumenti, nempe ſubſcriptio, vel ſubſignatio.

14 Ad hæc, Theologico quoque diſcurſu: Nam cùm teſtamentum duplex ſit, vnum *in ſcriptis*, ſiue *clauſum*, quod teſtator ſuâ, vel alterius cuiuſcunque manu conſcriptum ſeptem teſtibus maſculis, puberibus, ſimul præſentibus, ipſumque teſtatorem videntibus offert, profitendo eſſe ſuum teſtamentum; inſuper ipſemet ſi ſciat, ac poſſit ſuâ manu coram teſtibus teſtamento ſubſcribere, vel alius pro eo octauus teſtis, ſiue ſubſcriptor adhibitus, & poſtea teſtes alij illi ſubſcribentes, illudque conſignantes, *l. hac conſultiſſima*, *C. de teſtam. tuncto §. ſed cùm paulatim, & ſeqq. Inſtit. eod.* Aliud *nuncupatiuum*, ſeu *apertum* dictum, quod minorem ſolemnitatem requirit, & ad illud ſufficit, quod ſeptem prædicti teſtes ſimul vocati ſint, qui audiant, & intelligant teſtatoris voluntatem, ſcripto, vel voce articulata prolatam, *dicta l. hac conſultiſſima*, *§. per nuncupationem*, *l. iubemus*, *l. quoniam indignum*, *C. eodem*, Layman. *lib. 3. Theolog. moral. tract. 5. cap. 1. num. 3.* Dom. de Lugo *de iuſt. & iur. tom. 2. diſputat. 24. ſect. 1. numero 4.* eſtque expreſſum *in d. §. per nuncupationem quoque*, hoc eſt, *ſine ſcriptura teſtamenta non aliàs valere ſancimus, quàm ſi ſeptem teſtes (vt ſuprà dictum eſt) ſimul vno, eodemque tempore collecti teſtatoris voluntatem, vt teſtamentum ſine ſcriptura facientis audierint.*

15 Cùm igitur ſchedula hæc teſtamentaria nec ſit teſtamentum *in ſcriptis*, ſeu *clauſum*, vt aduerſa pars vltrò fatetur, idque ſit clariſſimum, ac euidentiſſimum apud cunctos: nec etiam *nuncupatiuum*, quia deficiunt illi teſtes à dicta lege *hac conſultiſſima* requiſiti (prout in ſequentibus vrgebo) nec eſto non deficerent, quia deficit illi forma à teſtatore præſcripta de ſubſcriptione, & ſigillatione ipſius, iuxta dicta (vt alia etiam prætermittam, de quo poſtea) liquidum manet nullum potiùs, quàm annullandum; ruptum magis quàm rumpendum in caſu præſenti afferri teſtamentum.

16 Meliùs igitur de ſimili teſtamentaria ſchedula, ſeu ſcriptura non completa, aut perfecta, ſed ſolùm incoata, & imperfecta, dicit Iulius Clarus (imò clariſſimus Doctor) *lib. 3. ſent. §. Teſtamentum, quæſt. 7. §. Aliquando, & tertiò*, loquens in terminis fortioribus, ſcilicet quando eſt in fauorem piæ cauſæ, quod in præſenti non accidit: *Talis ſchedula non valet fauore piæ cauſa in vim teſtamenti: & hanc opinionem dicit eſſe communem Iaſon conſ. 55. verſ. Sed per Aduocates, lib. 4. quem refert Epiſcopus Loazez in ſuis allegat. pro Marchione de Velez, fol. 431. poſt num. 15. verſ. nec præfata*: ſubiungit autem rationem, quæ adamuſſim quadrat caſui noſtro: *Non enim videtur teſtator de bonis ſuis diſpoſuiſſe, ſed tantummodò præparaſſe id, quod diſponere volebat; cum ergo deficiat non ſolemnitas, ſed diſpoſitio, non poteſt ſuſtineri in vim vltimæ voluntatis.* Et §. *Aliquando, & quartò*, de alio etiam ſimili caſu loquens, in fortioribus etiam terminis, quia in eo agitur de teſtamento ad cauſas pias, ſic loquitur, relictis Bartolo, & Decio: *Quandocunque teſtator decedit priuſquam integrè voluntatem ſuam explicauerit, tale teſtamentum non dicitur deficere ratione ſolemnitatis, ſed ratione voluntatis, & ideo non valet, nec etiam ratione piæ cauſa.* Pro quo tanquam pro communi ſententia refert Aretinum, & Boetium, & addit ſequentia, quæ etiam caſui præſenti genuinè aptari poſſunt: *Omnes concludunt hanc eſſe communem opinionem, quod tale teſtamentum, etiam quoad diſpoſita, non valeat, etiam inter liberos, & ad pias cauſas; nam vt quotidie experientia docet, videmus, quod teſtatores in ipſo actu conficiendi teſtamenti mutant, addunt, reuocant multa per eos iam diſpoſita.* Vnde concludit: *Meritò non poteſt dici perfecta voluntas, donec teſtator integrè omnia explicauerit.* Præterea *quæſt. 9.* generaliter dicit, quod *Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis non ſuſtinetur.* Quod probat ex Gloſſa *in l. ſi is qui, ff. de teſt.* Riminaldo, Ruino, Paulo de Caſtro, & pluribus aliis.

Subſcribit & Maſcardus *de probat. vol. 3. concluſ. 1352. num. 7.* dicens, quod ſcriptura inchoata, & imperfecta non probat etiam inter liberos, quia eſt teſtamentum imperfectum *ratione voluntatis, non ratione ſolemnitatis*: quod affert ex Boerio, Gothofredo, Curtio, Natta, Socino iuniore, & ipſo Claro. Dixerat etiam *num. 6.* quod ſcriptura ſine Notario, ſine teſtibus, & ſine vlla ſolemnitate, *tanquam informis non probat teſtamentum, & nullam omnino fidem facit, præterquam inter liberos.*

Subſcribit quoque inter Theologos Layman *ſuprà, cap. 2. num. 18. §. Alia verò*, vbi de teſtamento imperfecto imperfectione intrinſeca, quando ſcilicet teſtator *cœpit teſtamentum ſcribere, ſed ad finem non perduxit*, ſicut in caſu præſenti non contigit, ait, *tale teſtamentum non ſubſiſtere*, in fortioribus terminis loquens, ſcilicet in teſtamento *inter liberos*, quod eſt valdè priuilegiatum: ſubiungitque rationem apprimè aptam caſui noſtro; quia *non tam factum, quàm cœptum cenſeri debet*: quod dicit eſſe communem ſententiam, & pro ea affert Clarum, Molinam, & Fachineum. 17

Nec mirum ſanè, hoc dixiſſe iſtos Doctores, quia *in l. hac conſultiſſima, C. de teſtam.* ſic inuenerunt ſcriptum: *Non ſubſcriptum à teſtibus, ac non ſignatum teſtamentum, pro infecto haberi conuenit.* Et ſubditur: *Ex imperfecto teſtamento voluntatem tenere defuncti (niſi inter ſolos liberos habeatur) non volumus.* Et §. *ex eo, Inſtit. quibus modis teſtamenta infirmentur*, hæc: *Imperfectum teſtamentum nullum eſt.* 18

Hanc porrò doctrinam mirabiliter corroborat Sacra Rota Romana in vna Romana *demorum*, de anno 1614. coram Patriarcha Manzanedo, inter collectas à Farinac. *part. 1. deciſ. 576.* vbi cùm eſſet controuerſia de quodam teſtamento imperfecto, hæc habet aptiſſimè ad noſtrum intentum: *Iſta ſcriptura teſtamenti Leonardi non videtur quod ſit teſtamentum, ſed tantummodo quadam præparatio ad illud, ita vt ſit imperfectum, non ratione ſolemnitatis deficientis, ſed ratione voluntatis non perfectæ, & nondum redactæ ad actum, ſed potiùs permanentis in præparatoriis tantùm, quod ſatis deſumitur ex eo, quod nec teſtes interfuerunt, nec Notarius fuit rogatus, nec adſuit iſti ſcripturæ, nec continet menſem, nec annum, nec de manu teſtatoris reperitur facta, ex relatis per Decianum reſponſo 26. num. 15. lib. 1.* Et poſt alia quædam ſubiunguntur: *Quæ omnia indicant iſtam ſcripturam non fuiſſe teſtamentum ex imperfectione voluntatis, ſed quandam præparationem ad teſtandum, argum. text. in l. 2. in princip. C. de ſent. ex breuic. recit. in illo enim non fuit perfectum, & abſolutum quicquam, cùm in aliud tempus eſſet remiſſus rogitus dicti teſtamenti per Notarium faciendi; ſicque fuerit ſolummodo quædam præparatio ad futurum teſtamentum. Oldradus conſilio 119. Decius conſil. 159. columna prima, verſiculo Quibus tamen non obſtantibus, Ruinus conſilio 7. numero 6. & ſequent. lib. 3. Couarruuias in cap. relatum, num. 9. de teſtament. Clarus in §. teſtamentum, quæſt. 7. num. 20. Et in tantum* 19

hoc

Digitized by Google

hoc procedit, quod nec talis ſcriptura poteſt ſuſtineri quaſi teſtamentum ad pias cauſas, iuxta magis communem, de qua per Socinum iun. conſil. 189. n. 73. lib. 2. plures referentem. Couarruuias vbi ſuprà plures congerens, Decian. vbi ſup. & dicit magis communem Clarus d. quæſt. 7. num. 2. & 3. & Ruinus vbi ſuprà, num. 7. vbi quod nec etiam tale teſtamentum ſuſtinetur inter liberos, Gloſſa in l. Is qui, ff. de teſtam. quam omnes ſequuntur, etſi Rimnaldus in l. Hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtam. & Ruina conſ. 15. num. 2. lib. 2. atteſtante de communi poſt Paulum de Caſtro in dicto §. ex imperfecto, num. 3. & plures pro hac ſententia, & de communi teſtantes refert, & illas ſequitur Clarus vbi ſuprà, quæſt. 9. num. 1. idem Ruinus dicta conſ. 7. n. 3.

Quæ ſi expendat Lector, facilè eliciet, Sacram Rotam omninò approbaſſe Iulij Clari doctrinam relatam, ac perinde, quod ſcriptura teſtamentaria imperfecta (qualis eſt ea, de qua in præſenti, nec eſt, nec meretur *Teſtamentum* appellari, ſed tantùm præparatio quædam ad teſtandum.

20 Idem habetur ex alia eiuſdem Sacræ Rotæ deciſione Cornetana, ſeu Romana dotis, coram Comitolo, inter deciſiones ipſius 2. vbi *num.* 3. & 4. de quodam teſtamento, quod carebat *inſcriptione teſtatricis neceſſaria ex eius voluntate* (qui eſt in terminis terminantibus caſus in quo verſamur) dicitur aptiſſimè ad intentum, *vel eſſe nullum, ad textum cum ibi not. in l. contractus, C. de fide Inſtrument. vel certè teſtamentum in actu productum diuerſum eſt ab eo, quod enunciatur ſcriptum à teſtatrice, argum. l. teſtamento quidam, ff. de condition. & demonſtr.* Subſcribit alia Rota in Nucerina *bonorum* de anno 1602. coram Damaſceno, inter collectas etiam à Farinacio *part.* 2. *deciſ.* 51. *num.* 2. vbi de quodam teſtamento imperfecto dicitur, dictum teſtamentum eſſe *ſcripturam informem*, cùm careat ſubſcriptione, die, loco, clauſulis, & nomine Notarij; vnde nihil probat. Gloſſa *in l. generali, in verb. ſeruitutis, C. de Tabul. lib.* 10. Couarruuias *pract. qq. cap.* 20. *à num.* 1. *vſque ad* 6. Et alia coram Lancellotto in Romana, ſeu Comenſi *Legati* 1609. *part.* 3. *recent. deciſ.* 233. *num.* 6. vbi dicitur, quod voluntas Teſtatoris nihil operatur, niſi tranſierit in diſpoſitionem: vbi etiam Rota ſe remittit ad alias, ſcilicet ad vnam de anno 1594. coram Litta, & in alia de anno 1600. coram Seraphino. Clariùs in vna antiquiori Vicecomitis de anno 1580. inter deciſiones nouiſſimas diuerſorum *vol.* 1. *deciſ.* 610. *num.* 4. vbi dicitur de quodam teſtamento: *Cùm non fuerit perfectum, & abſolutum, quicquid actum eſt, tanquam teſtamentum conſiderari non poteſt, ſed ſolùm tanquam præparatio ad futurum teſtamentum.* Quæ omnia ſi attentiùs expendantur, liquidò monſtrare poſſunt, Sacræ Rotæ Romanæ deciſiones pro parte noſtra eſſe.

21 Eſt quoque alius in dicta teſtamentaria ſchedula defectus, propter quem etiam nullatenus vt verum teſtamentum haberi poteſt. Is porrò eſt defectus ſeptem teſtium, qui etiam pro teſtamento nuncupatiuo, quod minùs ſolemne eſt alio vocato *ſcripto*, ſeu *clauſo*, omninò neceſſarij ſunt, prout habetur expreſsè *dicta l. hac conſultiſſima*, §. *Per nuncupationem*, & Auth. *de teſtament. imperfect.* §. *& ſi quidem, collat.* 8. & aliis iuribus. Rota in Romana *Caſalis*, coram Manzanedo, apud Farinacium *part.* 2. *deciſ.* 718. *num.* 6. Bonacina *de contractibus diſput.* 3. *quæſt. vltima, punct.* 2. ex multis aliis.

22 Maximè, quia debent eſſe rogati etiam pro teſtamento nuncupatiuo, *l. heredes palam*, §. *in teſtamento ff. de teſtam.* Gloſ. *in* §. *fin. verbo Adhibitis, Inſt. de teſtament.* Clarus ſupra *quæſt.* 58. *n.* 1. Molin. *tom.* 1. *de iuſt. & iure, diſp.* 129. Bonacina ſuprà, & eſt communis opinio, vt dicit Boerius *deciſ.* 34. *n.* 8. Quod etiam ad teſtamentum ad pias cauſas plures extendunt apud Tiraquellum *de priuileg. piæ cauſæ, priuil.* 3. conformiter etiam *ad cap. relatum, de teſtament.* Et quidquid de hoc ſit, ſaltem in hac teſtamentaria ſchedula, & non pro pia cauſa ſcripta, id fuiſſe neceſſarium, ex eo pro comperto eſt, quia licèt regulariter in aliis actibus humanis non requiratur hæc rogatio teſtium, *l. ad fidem, ff. de teſtibus*; in teſtamentis tamen, in quibus maximus ſubeſt timor fraudis, vel falſitatis, id neceſſariò exigitur, quia voluit lex adhiberi teſtes, non fortuitos, aut caſuales, ſed ſpecialiter rogatos, vt diligentiùs ad omnia attenderent. Et ita quod oporteat teſtes eſſe rogatos, vel tabellionem eius nomine, habent *ex tit.* 1. *l.* 1. *p.* 6. Hiſpani DD. ſpecialiter Lopez *ibidem, verb. Rogados*, Paz *l.* 3. *Tauri*, *n.* 550. Menchaca §. 12. *n.* 64. & 65. Thomas Sanch. *tom.* 2. *conſ. moral. lib.* 4. *c.* 1. *dub.* 2. *n.* 9. Ac generaliter de iure communi pro teſtamento militis, Tiraq. *ſupra*, ex aliis Doctoribus. Cùm igitur in hac ſcriptura pro teſtamento effigiata hæc deſiderentur, omninò corruit eius authoritas.

Eo magis, quod ſolemnitas teſtamentaria non 23
eſt tantùm probatoria, ſicut in aliis contractibus, in quibus teſtes, & ſcriptura ſolùm requiruntur ad probationem, vt docet Menchaca *lib.* 3. *de ſucceſſ.* §. 30. *num.* 3. ſed eſt forma ſubſtantialis, quâ deficiente eſt inualidum teſtamentum. Vt probat S. Rota coram Veroſpio de anno 1693. inter deciſiones diuerſorum *deciſ.* 356. *num.* 3. referens Doctores, & aliam Rotam *deciſ.* 734. *num.* 8. *part.* 1. *diuerſ.* quæ atteſtatur de communi. An non ſolùm de iure Regio Hiſpano, ſed etiam de iure communi, probat Sanchez *ſuprà, dub.* 1. *num.* 4. ex Mathienzo, Tello, Burgos de Paz, Couarruuia, & aliis, ac ex efficaci ratione ex Mathienzo deſumpta, quod ſcilicet cùm ad cuiuſcunque rei probationem duo tantùm teſtes requirantur, Matth. 18. *In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum*, & *l. vbi numerus, ff. de teſt.* quoties plures deſiderantur teſtes (addo ego, & cum qualitate ſpeciali, ſcilicet quod ſint rogati) hoc non tantùm ad probationem, ſed ad formam ſubſtantialem rei eſt referendum.

Sciens omitto defectum alium huic teſta- 24
mentariæ ſcripturæ à multis obiectum, quod videlicet teſtes illi, qui pro ipſa afferuntur, ſunt ex Legatariis, quibus in ea aliqua legantur, ac perinde non idonei, aut habiles ad teſtificandum. Etſi enim hæc pars plauſibilis valde ſit pluribus DD. quia tamen quampluribus aliis oppoſita arridet, & inter eos ex Theologis Eminentiſſ. de Lugo *d. ſect.* 2. *n.* 6. Laymano etiam *ſupr. n.* 36. §. *Addendum.* Sanch. *ſup n.* 8. Molinæ *tom.* 1. *de iuſt. & iur. tr.* 2. *diſp.* 176. §. *Inſtantia*, & Bonacinæ *ſupr. punct.* 5. ideo in hoc non inſiſtendum; cùm pleraque alia firmiſſima ſubſiſtant, quibus intentum Sereniſſimi Infantis effectiuè ſtabilitur. Sed non prætermittendum, quod quamuis Legatarij eſſe poſſint teſtes in quibuſdam teſtamentis, prout relati Doctores admittunt, in teſtamento tamen dubio, informi, non ſubſcripto, nec ſubſignato, & in multis aliis defectuoſo, cuius fides ſolùm pendet ex ipſis Legatariis, quale eſt id, de quo in præſenti, nec Authores relati id dicent, nec iure dici poteſt, prout ex pluribus afferunt Maſcard. *de probat. tom* 2. *concl.* 970. *n.* 3. Farinac. *de teſtibus, q.* 60. *num.* 306. Anton. Fab. *de erorib. pragmatic. part.* 3.

de. ad.

decad.66. error.5. & doctiſſimi Iuris Conſulti huius cauſæ defenſores haud difficile euincere poterunt.

25 Sciens quoque prætermitto, quod in eadem teſtamentaria ſchedula etiam habentur aliæ conditiones à Principe appoſitæ pro ſua vltima voluntate. Videlicet, quod non ſolum ea ſcripta ipſius manu eſſet, ac ſigillo ſubſignata, prout ex verbis ſuperiùs relatis habetur; ſed etiam, quod eſſet ſtipulata per Matthæum de Carranza ſuum Secretarium de Camera, & quod ipſam ſubſcriptam, & ſigillatam cum duobus mediocribus ſigillis apud ipſum ſeruaret, donec aliud ipſi ordinatum non fuiſſet, vel Princeps obiiſſet. Integra enim verba

26 illius ſchedulæ ſunt hæc: *Y toda la ſobredicha mi vltima, y poſtrera volantad la firmo de mi mano, mando ſellar con mi ſello, y refrendar por Matteo de Carranza, como dicha es, mi Secretario de Camara; y que ſerrada, y ſellado la cubierta con dos ſellos medianas, la guarde haſta que le mande otra coſa, à diſpaſiere Dios de mi. Fecho en Palermo à 3. de Agoſto 1624. Par mandado de Su Alteza, Matteo de Carranza.* Hæc autem prætermitto, quia ea quæ adduxi etiam probant de huiuſmodi clauſulis, cum etiam appoſitæ ſint à Principe pro forma ſuæ voluntatis, ita vt ſine ipſis non ſubſiſtat, ſicut nec ſubſiſteret ſi dixiſſet ſe velle, quod adiungeretur vnum *Aue Maria*, vel vnum *Pater noſter*, & non apponerentur, vt eſt certa doctrina *in l. ſi quis in principio, ff. de legat. 3.* ex Menochio *conſ. 1093. lib. 11. & præſumpt. 365. num. 11. & 59. lib. 4.* Simon. de Piet. *de interpr. vlt. vol. lib. 4. interpr. 3. dub. 2. num. 57.*

DVBIVM II.

De Sententia prolata per D. Ioannem Franciſcum Caſtillum.

27 CVm autem ea, quæ dixi, non leuiter, ſed grauiter fulcita, & roborata maneant ex Iuribus, Doctoribus, & Sacræ Rotæ deciſionibus relatis, mirum videri poteſt, quod D. Ioan. Franciſcus Caſtillus Regiæ Claſſis Auditor, quorumdam in hac parte intereſſe habentium precibus inductus, dictam teſtamentariam ſchedulam, tam informem, & inſolemnem, pro vero teſtamento ſuſtineri debere pronunciauerit: quia tamen his ſolùm ex cauſis vir doctus, & prudens ſententiam hanc proferre potuit, videlicet quia exiſtimauerit Sereniſſimum Principem Philibertum titulo Principis hoc modo teſtari potuiſſe, vel etiam titulo militis, ac denique quia tempore peſtis nihil aliud requirebatur; ideo ſigillatim in hoc dubio oſtendendum, nullam ex his cauſis ſuffragari poſſe valori dictæ ſchedulæ, pro certo teſtamento, aut ſententiæ à præfato D. Caſtillo pronunciatæ.

28 Et primò, quod attinet ad Principis titulum, etſi præfatus Philibertus inter magnos Principes cenſeri iure debeat, ob clariſſimam nobilitatem Auſtriacam, & Sabaudicam, qua cum plurimis aliis animi dotibus pollebat; tamen ad intentum Principis encomio non gaudebat. Non enim erat Princeps ſupremus, nulli ſubiectus, ſed potiùs ſubditus Regi Catholico, cuius Prorex erat in Siciliæ Regno, & Generalis Capitaneus, vt propterea iuramentum fidelitatis Meſſanæ fecerit ante gubernij captam poſſeſſionem coram Siciliæ Proceribus, vt habetur in vita ipſius *lib. 3.* ac Duci Sabaudiæ proprio parenti ea natura appanagij, fiduciæ ſacramento adſtrictus erat, prout firmatur ex Terra Rubea *tract. contra rebelles, art. 1. tract. 2. concl. 12.* Chopin. *de doman. Franc. lib. 3. tit. 12. num. 12.* Ac propterea abſolutè *Princeps* in hac cauſa non erat. Princeps enim eſt veluti primum Caput, quod ei non competebat, cum ſupra ſe plura capita haberet. Quod verò de Ducibus, Marchionibus, & Comitibus aſſertur, quod poſſint teſtamentum ſine ſolemnitatibus condere, extra rem adducitur, quia ſolùm id poteſt competere iſtis, ſi iura Imperij, vel Regalem dignitatem obtineant; non aliis inferioribus ſubditis Imperatori, Regibus, vel aliis Dynaſtis ſuperioribus, prout noſter Princeps erat ratione Principatus Onelliæ. Galiaula *in l. Centuria, num. 61.* & ibi Alexander, Iaſon, Socinus, Ripa, & alij. Vel oſtendant aduerſarij textum aliquem ex quo eliciatur, quod Princeps non ſupremus, ſed ſubditus alteri maioribus, in terris in quibus leges Cæſareæ quoad teſtamenta ſunt in vſu, poſſint teſtamentum condere ſine ſolemnitatibus in eis requiſitis. Nec illis vel minimum ſuffragatur, quod in teſtamento facto coram Imperatore non requiratur ſolemnitas illa teſtium, *l. omnium, C. de teſtament.* Boërius *deciſ. 218. num. 3.* Clarus *ſuprà quæſt. 56. verſic. eſt etiam alius caſus*, Maſcard. *d. concl. 1352. num. 47.* Laynan. *d. cap. 2. n. 15.* Hoc enim nihil ad intentum, cùm nec Sereniſſimus Philibertus eſſet Imperator, nec ab Imperatore haberet facultatem ſic teſtandi, nec ipſe Imperator authoritatem aliquam tali teſtamento præbuit, quæ eſt cauſa, quare teſtamentum coram Imperatore confectum non requirat præfatam ſolemnitatem, prout ex Alexandro, Iaſone, Baldo, Decio, & aliis *in d. l. Omnium*, elici poteſt.

29 Duo tamen maximè expendenda. Primum, quòd etſi ſchedula hæc qualiſcunque teſtamentaria coram Imperatore, aut Principe alio, quantumvis ſupremo confecta fuiſſet, nihilominus non propterea fidem publicam teſtamenti meretur, niſi ſolùm quantùm ad ſolemnitatem iure ciuili requiſitam de ſeptem teſtibus rogatis, &c. non quantum ad ea, quæ de iure naturæ ad contractus requiruntur, voluntatem ſcilicet contrahentis, ſine qua nullus contractus, teſtamentarius maximè, ſubſiſtere poteſt. Ac perinde ſemper in ſuo vigore manet, quod talis teſtamentaria ſchedula nihil probet, niſi ſubſcripta ſit, & ſubſignata; ſiquidem hac fori clara voluntas Principis teſtatoris, vt ex dictis liquidum manet. Secundum, etſi admitteretur, Principem Philibertum ob Principis dignitatem potuiſſe teſtari ſine ſolemnitate à iure requiſita, id ſolum procederet, ſi in propriis terris, propriáve ditione teſtamentum conderet, non ſi Panormi, aut in Regno Siciliæ, prout de facto contigit. Pro comperto enim eſt, quod in teſtamentis eæ ſolemnitates ſeruari debent, quæ in loco teſtamenti conficiendi vigent. Sic enim communiter aſtruunt Doctores, ex Iuriſtis Bartolus *in l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & ibi Iaſ. Gabriel *tit. de conſuet. concl. 2. num. 5. lib. 3.* Anton. Gomez *ad l. 3. Tauri, n. 20.* & ex Theologis Molin. *ſup. diſp. 127. §. Teſtamentum*, Dom. de Lugo *d. diſp. 24. ſect. 1. num. 8.* Cùm igitur Panormi, vbi etiam ſchedulam ſcribi fecit, obſeruentur leges iuris communis quoad teſtamentorum confectionem, illis ſtare debuit.

30 Nec maioris ponderis eſt effugium aliud, ad quod aduerſa pars recurrit, prætendens videlicet potuiſſe Sereniſſimum Principem, tanquam militem,

Digitized by Google

tem, ſeu iure, aut priuilegio militari teſtari ſine ſolemnitatibus iure communi pro teſtamenti confectione requiſitis. In quo, quia eſt præcipuum fulcrum (forſan baculus arundineus) aduerſariorum, diutiùs immorandum, & diligentiùs diſquirendum quantùm virium habeat in re grauiſſima.

31 Et quidem primò, abſtrahendo ab ea quæſtione, an noſtri temporis milites priuilegiis militum priſcorum fruantur, in qua plura dici poſſent, quibus para aduerſa valdè fluctuaret, maximè cum Rota apud Mobedan. *de donationibus deciſ.* 1. aliàs 188. *num.* 3. dixerit, quod *materia militis non habet locum in militibus noſtri temporis*, fatendum eſt, etſi res ſit ſub lite, & controuerſia, noſtri etiam temporis milites pluribus gaudere priuilegiis in teſtamentorum confectione, quæ ex *titulis ff. C. & Inſtit. de milit. teſtam.* colliguntur, quæ & collegere Petrus Bellus *tract. de re milit. à fol.* 7. Georgius Aracius Enenkelius *in lib. de priuileg. milit.* & Henricus Bocerus *in tract. de bello, & duell. lib.* 1. *à cap.* 18. & alij, quos hanc partem ſequens refert Diana 7. *part. tract.* 6. *reſolut.* 42. Inter quæ illud eſt celebre ex *l. Milites, C. de milit. teſtament. Quomodo poſſint, ac velint, teſtentur.* Et inferiùs: *Si quid in vagina, aut clypeo litteris ſanguine ſuo rutilantibus adnotauerint, aut in puluere inſcripſerint gladio ſub ipſo tempore, quo in prælio vita ſortem derelinquunt, huiuſmodi voluntatem ſtabilem eſſe oportet.* Et *l. Frater, C. eodem: Voluntas militis pro iure ſeruatur.* Et *l. Quanquam, eodem: Militum teſtamenta Iuris vinculis non ſubiiciantur.* Et deinde: *Quomodo velint, & quomodo poſſint, ea facere iis conceditur.* Plura etiam *in l. In fraudem, l. Miles, l. Diuus, l. Si filiusfamilias, ff. de milit. teſtament.* Præſertim *l. Miles*, vbi ſic lego: *Miles ſi teſtamentum imperfectum relinquat, ſcriptura quæ profertur, perfecti teſtamenti poteſtatem obtinet; nam militis teſtamentum ſolâ perficitur voluntate, quique plura per dies varios ſcripſit, ſæpe teſtamentum facere videtur.* Et *in Inſtitut. de milit. teſtament. §. ſupradicta: Quoquo enim modo voluntas eius ſuprema inueniatur, ſiue ſcripta, ſiue ſine ſcriptura, valet teſtamentum ex voluntate eius.*

32 Nihilominus, ſi rectis oculis res inſpiciatur, & iura quæ de hoc militari priuilegio loquuntur, diligenter cernantur, nihil ex illis colligi poteſt, quo pars aduerſa fulcimentum accipiat, quin potiùs liquido ex ipſis innoteſcet contrarium, ac perinde leui fundamento ductos eos, qui propter ipſa in re tanti momenti, veluti hallucinantes viſi ſunt. Iura enim illa manifeſtè loquuntur de militibus, ſiue in caſtris, ſiue in expeditione, ſiue tempore, aut loco belli conſtitutis. Id conſtat in lege illa *Milites*, relata; expreſsè enim ait textus: *Milites in expeditione degentes, & ſub ipſo tempore, quo in prælio vitæ ſortem derelinquunt.* Illud etiam *ex l. Frater*, deſumptum ſeipſum declarat, dicit enim textus: *Voluntas Militis in expeditione occupati pro iure ſeruatur.* Pariter quoque illud *ex l. quanquam*, adductum eundem ſenſum habet. Ait enim Compilator illius legis eam compendians: *Miles in expeditione conſtitutus, abſque omni ciuilis iuris ſubtilitate, prout vult, poteſt teſtari.* Inſuper & illud *ex Inſtitut. de Milit. teſtament.* etiam citatum, eodem modo exponendum eſſe, verba *dicti* §. ſupradicta, ſatis oſtendunt. Sunt enim talia: *Supradicta diligens obſeruatio in ordinandis teſtamentis militibus propter nimiam imperitiam eorum, conſtitutionibus principalibus remiſſa eſt. Nam quamuis ij neque legitimum numerum teſtium adhibuerint, neque aliam teſtamentorum ſolemnitatem obſeruauerint, rectè nihilominus teſtantur, videlicet cùm in expeditionibus occupati ſunt; quod meritò noſtra Conſtitutio introduxit.* Quod clariùs in §. *Illis autem*, ſequenti exprimitur, vbi ſic: *Illis autem temporibus, per quæ citra expeditionum neceſſitatem, in aliis locis, vel ſuis ædibus degunt, minimè ad vindicandum tale priuilegium adiuuantur.* Nec minùs clarè in §. *Sed hactenus*, vbi etiam ſic: *Sed hactenus hoc illis à principalibus conceditur, quatenus militant, & in caſtris degunt. Poſt miſſionem verò veterani, vel extra Caſtra alij, ſi faciant adhuc militantes teſtamentum, communi omnium Ciuium Romanorum iure id facere debent.*

Alia etiam iura id ſuadent. Etenim *l. Sancimus, de reſtitut. milit. & de quibus non obiicitur longi temporis præſcriptio*, ex Imperatore Iuſtiniano legitur: *Ne quidam putarent in omni tempore licere militibus teſtamenta quoquo modo voluerint componere, ſancimus, his ſolis, qui in expeditionibus occupati ſunt, memoratum indulgeri circa vltimas voluntates conficiendas beneficium.* 33

Ex his autem manifeſtè concluditur, Sereniſſimum Principem Philibertum nullo modo potuiſſe priuilegio militum potiri in ſuo teſtamento condendo, cùm certiſſimum ſit, ipſum non in caſtris, non in expeditione, non in claſſe, non ſub papilione, aut tentorio, nec tempore, aut loco belli, ſed in Regno pacato, pacifico, in Regio palatio, in Ciuitate celeberrima ſito, & in proprio lecto mortis ſuæ tempore commoratum fuiſſe, & teſtamentariam illam ſchedolam aſſertam (ſi verum id eſt) confeciſſe. Quo ergo iure militia priuilegia illi tunc ſuffragari potuere, quæ ſolùm militibus in expeditionibus occupatis, degentibus, & conſtitutis, prout ex relatis iuribus habetur, conceſſa fuere? Præſertim, cùm iura ſic de loco vbi teſtamentum conficitur, pro militari priuilegio ſinendo curent, vt ex eo ſolùm, quod milites non in *hoſtico*, id eſt *hoſtili loco*, deprehendantur, & illic decedant, eo frui non poſſe ſtatuerint, *l. reſcripta, ff. de bonorum poſſeſſ.* Gloſſa & Bartolus *in l. Seruiturios, C. de teſtament. milit.* Clarus *quæſt.* 15. *num.* 5. Molina *diſp.* 139. Layman. *ſuprà cap.* 2. *num.* 14. 34

Fruſtra ergo pro aduerſa parte aſſeritur, quod Sereniſſimus Princeps, Prorex, & Capitaneus, ac Dux generalis exercitus, & claſſis Regis Catholici fuerit: & quod hoc priuilegium teſtandi ſine ſolemnitatibus iure communi requiſitis, competat ex quibuſdam Doctoribus, non ſolùm talibus, qui ſunt Capita militum, ſiue Tribuni, ſiue Ductores, ſiue Capitanei, ſiue ſimili alio titulo cognominentur; ſed etiam extendatur ad ſtipendiarios, præſidiarios, belli Officiales, & ſimiles. Hæc enim omnia ſunt cum grano ſalis accipienda, & iuribus relatis inhærendo, ſolùm pro habentibus qualitatem illam ab ipſis requiſitam, ſcilicet quando in expeditionibus ſunt occupati, & conſtituti; non ſi extrà, in propriis domibus, negotiis, aut rebus. Etenim pro legitimo iuris axiomate habetur, quod qualitas diſpoſitionis vbi deficit, deficit etiam ipſa diſpoſitio. Gloſſa *verb. Aucundum, in l. mancipiu, ff. de ſeru. fug.* Menochius *de præſumptionibus, lib.* 6. *præſumpt.* 15. *num.* 47. Fuluius Pacianus *de probat. lib.* 2. *cap.* 14. *numero* 8. Camill. Gallin. *lib.* 4. *de verb. ſignific. cap.* 9. *n.* 9. Mar. Anton. *variar. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 82. *n.* 1. Surdus *conſil.* 400. *n.* 16. *& conſil.* 524. *num.* 4. Et quod qualitas à lege petita, vbi ceſſat, etiam in caſu particulari, ceſſat quoque legis diſpoſitio, *l.* 4. §. *Toties, ff. de damn. infect. l.* 1. §. *loquitur, ff. de aqua quot. & æſt. cap. Indemnitatibus, §. penult. de elect. lib.* 6. Cald. Pereira *conſil.* 30. *n.* 29. 35

verſ. Quamobrem illâ qualitas, Barboſa *de Axiom. iur. axiom. 96. num. 7.*

36 Et ſanè ſi priuilegia hæc militaria ita largo modo intelligi deberent, ſibi leges contradicerent. Etenim *in l. Scriniarios, C. de teſtament. milit.* expreſsè notatur, *Scriniarios*, id eſt *Notarios*, & *Apparitores* militum, non gaudere priuilegio militari in conficiendis teſtamentis, etiamſi in matricula militum deſcripti ſint, ac per conſequens milites nuncupentur. Imperatoris Anaſtaſij hæc ſunt verba *in dicta l. Scriniarios, vel Apparitores, qui virorum magnificorum Magiſtrorum militum iuſſionibus, vel actibus obtemperant, etſi nomina eorum matriculis militaribus referri videantur, nullatenus tamen in vltimis à ſe conficiendis voluntatibus iuris militaris habere facultatem decernimus.* Non igitur omnes, qui *milites* quoquo modo vocantur, militaribus priuilegiis potiri poſſunt, niſi in expeditionibus verſentur.

37 Priuilegia porrò hæc militaria in teſtamentis condendis non niſi modo aſſignato, pro tempore videlicet quo in caſtris, expeditionibus, vel militari exercitio ſunt, accipi debere, maximè elicitur ex cauſa, ſeu motiuo finali conceſſionis ipſorum, quod potiſſimè, & ſuper alia in priuilegij conceſſionibus attenditur. Vnde in illis inoffenſo pede currit vulgatiſſimum illud iuris axioma: *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.* Ancharanus *conſ.* 394. *num.* 3. Roman. *conſ.* 180. *num.* 7. & *conſil.* 404. *n.* 5. & 6. Cardinalis Tuſchus *litt. C, concluſ.* 137. *num.* 8. & 9. Barboſa *axiom.* 40. *num.* 9. Cæterùm cauſam conceſſionis horum militarium priuilegiorum ceſſare, quando milites in expeditionibus, ſeu caſtris, &c. non verſantur, clariſſimum videtur, quia talis cauſa, vel eſt *militum imperitia*, prout innuitur §. *ſupradicta, Inſt. de milit. teſt.* & notat Additionator Clari §. *Teſtamentum, quæſt.* 15. §. *Quando ſunt in expeditione:* quæ cauſa omnino corruit, quando milites teſtantur in Vrbibus, vel Oppidis, quia tunc habent à quibus inſtruantur in conficiendis teſtamentis: vel eſt preſſura temporis, aut inſtantia mortis tempore belli imminentis, quæ etiam penitus deficit, cùm in propriis ædibus extra mortis periculum verſantur: vel eſt inopia teſtium, quæ ſæpiùs in bello adeſt; quæ tamen non adeſt tempore, & occaſione pacis: vel quæ alia prudenter imaginabilis, quæ etiāſi prudenter animaduertatur, extra occaſionem belli non adeſt. Cùm ergo nulla ex his cauſis in præſenti fuerit, vt omnibus patet, omninò extra rem ſumus.

38 Profectò etiamſi hæc militaria Indulta tam largè, & craſsè accipi poſſunt, vt militibus ſemper, & vbique, ſiue in bello, ſiue in domo, ſiue in caſtris, ſiue in prædiis, ſiue in tentoriis, ſiue in officinis fuerint, ſuffragentur, latiſſimus campus litibus, & iudicialibus controuerſiis teſtamentariis quotidie, & ſemper offeretur; cùm ſuppoſitâ hominum malitiâ, & mundi corruptione, facilè poſt cuiuſcumque militis obitum prodibunt teſtes, qui falsò dicant, eum bona ſua iſti, vel illi reliquiſſe; quod abſdubiè in magnum cedet detrimentum legitimorum hæredum, prout timetur, *l. vltima, C. de teſtament. milit.* & notant aliqui ex Fanotino *in l. Diuus, ff. de teſtament. milit.* Annotantes id etiam in caſu præſenti contigiſſe. Quod tamen quia in grauiſſimum teſtium huius teſtamentariæ ſchedulæ, de qua agitur, dedecus cedit, ego modeſtiæ, & charitatis religioſæ causâ non dicam, ſed vt Theologorum, & Doctorum munus eſt, quid iuris in caſu ſentiendum, proferam, ab huiuſmodi contumeliis abſtinendo. Maximè etiam id facient alij milites, tum vt dilatent ſuorum priuilegiorum phylacteria, tum quia ſunt ij de quibus (ſalnâ honeſtate bonorum) dicitur à Lucano *lib.* 10.

Nulla fides, pietaſve viris, qui caſtra ſequuntur.

Venaleſque manus: ibi fas, vbi maxima merces.

Tum quia verboſi, & iactabundi plures valde ſunt, & ſæpiùs loqui ſolent ioco, & perfunctoriè, vt notat Tiraquellus *de priuileg. pia cauſa, priuil.* 3. Ac præterea, quia nonnulli ipſorum, vt Petrus Bleſenſis in epiſt. 94. dixit: *Clypeos deferunt deauratos, prædam potiùs cupientes, quàm certamen ab hoſtibus; bella tamen, & conflictus equeſtres depingi faciunt in ſellis, & clypeis, vt ſe quadam imaginaria viſione delectent in pugnis, quas actualiter ingredi, aut videre non audent.*

Porrò generalis ratio eſt, quia vt rectè ſatis 39
Gloſſa *in l. filiusfamilias, ff. de procurat. verb. veterani*, dixit: *Miles eſt ille, qui eſt in actu militiæ.* Et qui actu non eſt in militia, miſſus dicitur, *dict.* §. *ſed hactenus, Inſtit. de milit. teſtament.* Perdit ergo priuilegium, ſicut & ſcholaris perdit ſcholaris priuilegium, dum ab ſtudio abſens eſt, iuxta DD. & clerici etiam dum Clericatum deſerunt, qui etiam vocantur milites, *cap. Degradatio*, §. *actualis*, *de pœnis in* 6. & *l. miles* 6. *ff. de re iudic.* vbi Bartolus, Alexander, Iaſon, Ripa, & reliqui.

Proferendi etiam Authores, qui militibus extra 40
Caſtra, ſeu expeditionis tempus conſtitutis, negant militum priuilegia, ſiue in hac teſtamentaria materia ſpeciatim, ſiue generaliter in alia quacunque. Hi ſunt inter innumeros alios, generaliter Doctores ſcribentes *in* §. *illis*, & §. *ſed hactenus, Inſtit. de milit. teſtament.* ac ſpecialiter Gloſſa *in l. Scriniarios*, relata, Gloſſa *in dicto* §. *ſed hactenus*, quæ communiter approbatur, vt dicit Clarus §. *Teſtamentum, quæſt.* 15. §. *ſed quære.* Additionator Clari *ibidem*. §. *Quando ſunt in expeditione*, & §. *Sed & illud*, vbi quod milites otioſi, qui in pagis, ac vicis vagantur, ruſticorumque anſeres, & gallinas furantur, ab iiſdem priuilegiis remouentur. Bocerus *tract. de bello, lib.* 1. *cap.* 26. *n.* 8. Reuſnerus *tract. de teſtament. part.* 5. *cap.* 4. *n.* 14. Gaillus *lib.* 2. *obſer.* 118. *num.* 6. Vveſembec. *conſ.* 17. *n.* 35. *vol.* 1. Georgius Euenchelius *lib.* 2. *de priuil. milit. priuil.* 16. *à n.* 11. legendus Afflictus *in Conſtit. Regni, lib.* 1. *rubr.* 9. Valla *lib.* 6. *elegant. c.* 23. Contius *lib.* 9. *c.* 15. *n.* 10. Pichardus *in* §. 1. *Inſtit. de milit. teſtament. n.* 3. Eſtque deciſum in legibus Hiſpan. *l.* 4. *tit. primo, part.* 6. ibi: *Que no ſea en hueſte*: &, *mas ſi lo hubiera de facer en hueſte.* Gregorius Toloſan. *in ſyntagm. lib.* 42. *cap.* 6. *n.* 11. & 17. Ricciulus *in tract. de perſon. qui in ſtat. reprob. verſant. lib.* 3. *cap.* 20. *n.* 21. & ex Theologis vnus, & Eminentiſſimus Cardinalis de Lugo, id ſupponens loco relato in ſuperioribus *n.* 12. & ante ipſum Ludouicus Molina *tom.* 1. *de iuſtit. & iur. diſp.* 129. §. *Militibus*, vbi digna eſt illa vox ad intentum de illis: *Extra bellicam autem expeditionem eadem ſolemnitas requiritur in teſtamento militis, quæ in teſtamentis aliorum.* Idem ſupponit Laymanus relatus in præcedentibus, *cap.* 5. *num.* 14. & poſt illos Diana *part.* 7. *tract.* 6. *reſ.* 43.

Sed & quod primo loco proponendum erat, Sā- 41
ctæ Rotæ Romanæ iudicium eſt, ex qua nonnulla pro iſtius cauſæ tuitione afferri debent. Occurrit primò Deciſio coram Mohedano *in titulo de denar. deciſ. prima*, aliàs 188. vbi *num.* 3. ſic concludenter dicitur: *Milites non reſidentes in militia, non gaudent priuilegiis militum.* Deinde alia coram Merlino in Romana *Scutorum*, de anno 1635. inter deciſiones nouiſſimas *deciſ.* 69. *numer.* 97. ibi: *Milites autem noſtri temporis gaudere omnibus priuilegiis militaribus, quæ conceſſa ſunt in recompen-* *ſationem*

ſationem laborum, ſi arti militari incumbant in expeditione. Poſtrema verba rem continent.

42 Nec prætermittendum, aliquibus videri, nec inuerisſimiliter, quod eſto Sereniſſ. Philibertus militis priuilegiis gaudere poſſet in ſuo conficiendo qualicunque teſtamento; cùm tamen huius militaris Indulti nullam in ea teſtamentaria ſchedula aſſerta mentionem fecerit, prorſus videatur omnino ipſi renunciaſſe, ac perinde ſecundùm Iuris communis regulas teſtari voluiſſe. Sic enim colligi poteſt *ex l. Quanquam, C. de teſtament. milit.* ibi: *Etiam iure communi accepit authoritatem*, & *l. in teſtamento 6. C. de teſtament. milit. l. Tribunus, §. Cùm aliquis, verſ. Quod ſi nihil horum, l. Eius 35. §. Militiâ miſſus, verb. alioquin, l. Quod dicitur 39. §. Miles, verb. Et ſiquidem iure communi, ff. de milit. teſtament.* Et quia cum res de facili reuertatur ad ſuam naturam, *l. Igitur nuda, §. Pactum ne peteret, ff. de pact.* ſemper præſumendum, in dubio ſaltem, quod quilibet ſecundum ius commune operetur. Sic quoque elicitur ex Doctoribus, ſpecialiter Vvelembecio *conſ. 57. num. 34. volum. primo*, Graſſo *tractat. de ſucceſſ. §. Teſtamentum, quæſt. 9.* Hunnio *in Encyclopædia iur. part. 4. tit. quinto, cap. primo, n. 12.* Quod maximè procedit quando miles, qui teſtatur, eſt peritus, qualis erat Princeps Philibertus; tunc enim, ſicut præſumitur habere notitiam iuris communis, ſic quoque quod ſecundum illud teſtari velit.

43 Sed maximè pro calce huius controuerſiæ de militari priuilegio ad conficienda teſtamenta, præ oculis habendum, quod etſi omninò gratis, & liberaliter concederetur, præfatum Sereniſſimum potiri eo potuiſſe, adhuc nihilominus pars aduerſa nihil pro ſe haberet ex teſtamentaria illa, & mutila ſcriptura. Iura etenim, quæ militibus hoc priuilegium concedunt, vt patet ex iis, quæ in præcedentibus ſunt adducta, *ex l. Milites, l. Frater, l. Quamquam, Cod. de re milit. & Inſtit. de milit. teſtament. §. Supradicta*, totum negotium militaris teſtamenti ad militum reuocant nudam voluntatem, tanquam ad originariam, & adæquatam cauſam illius. Ex quo facilè euincitur, militum voluntatem omninò exactè explorandam in confecto ab ipſis teſtamento. Inſpiciatur igitur Sereniſſimi Philiberti voluntas, & Sole clariùs conſtabit, eam fuiſſe, prout in præcedentibus circa primum dubium demonſtratum manet, vt ſua qualiſcumque vltima diſpoſitio, & teſtamentaria ſcriptura, eſſet illa, quæ ab ipſo ſubſcripta, & ſubſignata eſſet; hoc enim ſonat Hiſpanica illa clauſula: *Y en teſtimonio de ſer todo lo ſobredicho mi poſtrera voluntad, lo firmo de mi mano, y mando ſea ſellado con mi ſello.* Inaniter ergo pro vltima voluntate Principis, & quæ illi pro teſtamento deſeruire poſſet ſecundum priuilegia militaria, oſtenditur ſchedula ab ipſo nec ſubſcripta, nec ſubſignata. Cùm propria, & veluti characteriſtica ſuæ vltimæ voluntatis teſſera, & nota eſſe deberet, quæ ab eodem ſubſcripta, & ſignata eſſet; non imperfecta, mutila, & informis ſcriptura, qualis eſt ea, quæ oſtenditur, vt in ſuperioribus demonſtratum.

44 Quibus & modò addendum, quod cùm teſtamentaria Principis ſcriptura ſolùm poſſit eſſe, prout ex verbis relatis habetur, ab ipſo ſubſcripta, & ſubſignata, & hæc quæ oſtenditur, ſic ſubſcripta, & ſubgnata non ſit, pro diuerſa haberi debet, ac perinde non ipſius Principis, ſed alterius voluntate confecta. Sic enim ratiocinata eſt Sacra Rota Romana in protſus ſimili cauſa in vna Cornetana, ſeu Romana dotis, coram Comitolo, quam ſuperiùs retuli. Et in fermè ſimili caſu de quadam teſtamentaria ſchedula, in qua dicebatur, *Tutto il preſente teſtamento ho fatto, ſcritto di mio proprio pugno, e ſigillato con ſette ſigillo dell' arma della mia caſata, con cera di Spagna, ligato con filo di rame*, latè, & eruditè probat Illuminatus Motonus *in ſuis reſponſ. reſponſ. ſecunda*, nullius valoris fuiſſe, & diuerſam ab ea, quam teſtator fecerat, eo quòd illi deerant demonſtratiua illa ſigna à teſtatore ipſo indicata, videlicet quia non erat ſigillata cerâ Hiſpanâ, aut colligatâ filo ramineo. Quod non tantùm probat a ſimili idem eſſe dicendum in caſu, in quo verſamur, ſed quia ſumus in fortioribus terminis, ſcilicet in defectu ſubſcriptionis, & ſubſignationis teſtatoris, quæ multò maioris ponderis ſunt, quàm cera Hiſpana, vel filus ramineus.

45 Reſtat parti aduerſæ vltimum refugium, quod videlicet teſtamentum hoc aſſertum tempore peſtis confectum ſit; ac perinde, quod ſine lui præiudicio carere potuerit ſolemnitatibus iure ciuili requiſitis. Cæterùm nihil ex hoc refugio commodi reportari poſſe, ex eo euincitur, quod licèt variæ valdè ſententiæ Doctorum ſint circa hoc punctum, de quo ſolitâ eruditione Pater Diana *part. 7. tract. 6. reſolut. 34. & ſequentibus*, quibuſdam aſſerentibus peſtis tempore ceſſare ſolemnitates iure ciuili requiſitas, aliis id negantibus, aliis ſub variis diſtinctionibus, & pro variis caſibus diſtinguentibus. Id tamen æquitati & rationi, quin & Doctorum authoritati, ac pro contrariarum ſententiarum, de quibus idem Diana *ſuprà*, concordia, valde congruum, & conueniens eſt, adeo vt iuxta illud ſemper iudicari debeat, quod ingenti peſte graſſante, iuris communis ſolemnitates diminuantur, ſeruatis ſolùm illis, quas ius Gentium requirit. 46 Cæterùm, quando peſtis vehemens non eſt, vt ſine periculo contagionis teſtes & notarius congregari poſſint, tunc nulla ex iuris ſolemnitatibus pro teſtamẽtorum confectione requiſitis remitti poſſit, aut debeat, quin omnes ad amuſſim ſint obſeruandæ. Sic fermè Gabriel *de teſtament. concluſ. 8. num. 2.* Boërius *deciſ. 228. n. 11.* Gaillus *obſer. 118. n. 18. lib. 2.* cum multis aliis, quibus ex Theologis fauent Molina *ſup. diſp. 127.* Layman *ſup. cap. ſecundo, n. 17.* Quorum fundamentum eſſe poteſt, generaliter loquendo, quia teſtamenti fauor magnus eſt, *argum. l. Si pars, ff. de inoffícioſ. teſtament.* Tunc ergo eius ſolemnitates obſeruari debent, quando humano modo id fieri poteſt, ſecus autem, quando non niſi cum mortis periculo, quia hoc inhumanum eſſet. Vnde ob hanc cauſam in Camera Imperiali receptum eſſe, vt teſtamentum coram duobus, vel tribus, (inter quos Confeſſarius vnus eſſe poteſt) peſte valde graſſante conditum valeat, teſtis eſt Ioach. Mynſinger. *centuria prima, obſeruat. 96.* Sic etiam deciſum fuiſſe in facti contingentia in celeberrimo Senatu Neapolitano, plures aſtruunt. Sed maximè fauet Sacra Rota in vna Romana *hæreditatis de Palonibus*, vbi id eſt deciſum, & in alia Putei, quæ eſt deciſio 362. *lib. 1.* vbi ſic, dictam deciſionem referens: *Tamen Rota in vna Romana hæreditatis de Palonibus coram D. Thoma de Tanis, die 17. Nouembris 1542. fuit ſequuta opinionem, quam ponit Iaſon in l. final. quod quando peſtis eſt ita ingens, quod veriſimiliter teſtes inueniri non potuerunt, quod tunc cum minori numero ſeptem valeat. Et iſtam diſtinctionem ponit Ripa in dicto loco, Doc. in l. Scriniarios, Cod. de teſtament. milit. Angel. de Aret. in tractatu de Teſtamentis, in verbo ſuum condidit teſtamentum, in fine. Ponit etiam Doc. conſ. 284. & Ioannes Antonius Alexander conſil. 165.*

Bertrandus conſilio 179. in princip. & conſilio 223. in ſecundo vol. Et iſta diſtinctio ſummam habet æquitatem. Et in alia coram Mohedano, quæ eſt ſecunda *de teſtament. aliàs* 232. vbi de teſtamento, cui deerat ſtipulatio per quendam Notarium neceſſaria, iuxta Bullam Iulij II. ait Rota: *Inſuper dictum eſt per omnes, quod dicta Bulla non comprehendat caſum, quando teſtamentum eſt ſtipulatum in loco, in quo eo tempore eſſet magna peſtis, per not. per Angel. in l. Si vacantia, Cod. de bon. vac. lib. 10. & per Iaſon. latè in l. finali, Cod. de teſtament. vbi loquitur de teſtamento facto tempore peſtis.* Vbi notanda illa: *Eſſet magna peſtis.* Clariſſimè etiam in alia coram Veroſpin de anno 1653. *in Pratenſi,* ſeu *nullius Parochialis,* inter deciſiones diuerſorum *deciſ.* 356. vbi inter ea, quæ requiri dicuntur, vt ceſſare poſſit diſpoſitio Iuris Ciuilis circa teſtamenti confectionem tempore peſtis, ponit primo loco numero quinto, vt *Lues magna ſit:* pro quo refert Ripam *titulo de priuilegiis vltimæ voluntatis, num.* 10. *in fine,* & Boerium ſuprà relatum.

47 Cùm autem tempore confectæ ſcripturæ, *teſtamentaria* appellatæ, non fuerit iſta *magna peſtis,* aut *ingens lues* Panormi, vbi erat Princeps Sereniſſimus (cuius ſignum eſt, quod ciues ſimul conueniebant, teſtamenta cum debitis ſolemnitatibus conficiebant, & Principis Palatium plenum erat hominibus ibi commorantibus, & illuc confluentibus) nimis gratis, & ſine cauſa recurritur ad peſtis prætextum pro tuendo teſtamento inſolemni, & informi.

Ad quod vrgeo, quod ipſe Princeps nullatenus peſtis morbo grauatus erat, prout teſtantur fide digni teſtes, nec in vita ipſius Principis per Franciſcum Caſtagninum deſcripta hoc habetur, ſed ſolùm quod febre grauiſſima correptus occubuerit, ex eo, vt videtur, exorta, quod nondum perfectè ſanus, & vix conualeſcens per totam Ciuitatem ambulauerit ſedandi popularis tumultus, qui tunc erat, cauſâ. Igitur legibus communibus teſtamentariis tenebatur. Clarus *quæſt.* 56. ex Baldo, Gaillus *ſuprà,* cum aliis. Vnde quamuis gratis, & contra veritatem facti admittatur Panormum eo tempore graui, aut vehementi lue correptam fuiſſe, cùm Principis perſona peſtis contagio non laboraret, palatium ipſius plenum Proceribus, militibus, aulicis, medicis & familiaribus eſſet, & tali cuſtodiâ vallatum, vt Ciuitatis contagium (ſi quod eſſet) omninò vitare poſſet, prout paſſim cernitur, quando Vrbes, vel Oppida hoc contagio infecta conſpiciuntur: neſcio quo iure Principem non potuiſſe cum legitimis ſolemnitatibus ſuum teſtamentum condere, ab aduerſa parte aſſeratur.

48 Corruat ergo ſententia illa ab Illuſtriſſimo Caſtillo prolata in fauorem huius teſtamentariæ ſchedulæ, vtpote debilibus fundamentis ſubnixa, nullo iure ſuffulta, & contra ea, quæ ex legibus, Sacræ Rotæ deciſionibus, & Doctoribus magni nominis attuli, pronunciata. Sitque de illarum numero, quæ propter nullitatem non tranſeunt in rem iudicatam, *l. vltima, C. de ſentent. ex breuic. recit. Clem. Paſtoralis, §. Vt igitur, de re iudicata,* Tiraquellus *in l. Boues, §. Hoc ſermone, limit.* 1. *n.* 9. *ff. de verborum ſignificatione.* Barboſa *axiom.* 200. *num.* 6. poſt alios. Cùm præſertim certi iuris ſit, quod ſublato fundamento ſententiæ, ſeu deciſionis, corruat ſententia, ſeu deciſio ſuperædificata, *l. Fluminum, §. Vitium, verſic. Idem Seruius, ff. de damn. infect. l. Nam erigo, ff. quod vi, aut clam. l. Egi tecum, ff. de except. rei iud. cap. Cùm Paulus* 1. *quæſt.* 1. Flaminius Pariſius *de reſignat. beneſic. lib.* 9. *quæſt.* 25. *numero* 36. Antonius Monach. Lucenſ. *deciſ.* 13. *num.* 24. Florent. *deciſ.* 46. *num.* 3. & Bononienſ. *deciſione* 18. *num.* 45.

Supereſt tamen duplex ſcrupulus tollendus, quo 49
ea, quæ dicta ſunt, infirmari videntur. Primus eſt, quia *in cap. Cùm eſſes, de teſtament.* Alexander III. Hoſtienſi Epiſcopo reſcribens, conſuetudinem requirendi plures, quàm duos, vel tres teſtes ad valorem teſtamenti, alienam eſſe ait à diuina lege, & Sanctorum Patrum inſtitutis, ideoque improbandam; ſed ſufficere ſi teſtator coram ſuo Parocho, & tribus, vel duabus perſonis idoneis teſtamentum faciat. Ex hoc enim capite colligi manifeſtè videtur, Ius Ciuile correctum eſſe à Pontificio, & Canonico, prout Panormitanus, & alij Doctores putant, ac proinde inutiliter partem noſtram impugnare Principis Philiberti teſtamentum, quia in eo obſeruatæ non fuerint Iuris Ciuilis ſolemnitates. Secundus eſt, quia eſto defectu ſolemnitatis Iure Ciuili requiſitæ, tale teſtamentum in foro externo validum non ſit, nec ciuilem obligationem inducat; in conſcientiæ tamen foro validum erit, & naturalem obligationem inducens, itaut qui hæreditatem in tali teſtamento præſcriptam poſſidet, tutâ conſcientiâ poſſidere poſſit, nec illam reſtituere teneatur.

Cæterùm ſcrupuli iſti nihil faciunt contra ea, 50
quæ dicta ſunt. Non primus, quia communis Doctorum, Theologorum, & Iuriſtarum ſententia eſt, Pontificiam illam Alexandri III. deciſionem ſolùm habere locum in terris Summo Pontifici temporaliter ſubiectis, qualis eſt Hoſtienſis ditio, pro qua Papa ſcribebat, non in aliis. Sic plures apud Couarruuiam *in dicto cap. Cùm eſſes, num.* 12. Clarum *quæſt.* 57. Molinam *diſp.* 133. Barboſam *in Collect. DD. ad illud caput;* quibus etiam adhærent Dominus de Lugo *dicta ſect. prima, num.* 20. Layman *eo cap.* 2. *num.* 18. Sanchez *ſup. dub.* 14. *n.* 17. & Tannerus *tom.* 3. *diſp.* 4. *quæſt.* 8. *dub.* 12. *num.* 306. Subſiſtant ergo ea, quæ pro infirmanda iſta teſtamentaria ſcriptura, propter defectum ſolemnitatis iure communi Ciuilis requiſitæ, dicta ſunt.

Neque ſecundus. Quia quamuis in hoc pun- 51
cto, vtpote grauiſſimo, videlicet an defectus ſolemnitatis iure humano requiſitæ, irritet contractus non ſolum in foro externo, ſed etiam in conſcientia, ſint plures, variæque ſententiæ, de quibus Sanchez *dicto dub.* 14. & Tannerus *ſuprà, quæſt.* 6. *dub.* 13. vbi quinque ſententias refert; nihilominus ea, quæ aſſerit in vtroque foro eſſe inualidos, ſaltem quoad hæreditatem, eſt communis opinio, vt dicit Iaſon *in l. Nemo poteſt, in* 1. *lectur. num.* 75. *& in l. Si poſt diuiſionem, num.* 5. *& ſeq.* quem ſequitur Clarus *quæſt.* 90. §. *Cæterùm,* referens Bertrandum, & Ripam; ac ſequuntur ex Theologis Beja, Salon, Aragon, Azor, & Valentia, quos refert Tannerus *dicto dub.* 13. Et tandem, quidquid de hac ſententia, & probabilitate aliarum ſit, de quibus multa alibi, id eſt certum, quod ex nulla ipſarum poteſt pars contraria ſubſidium aliquod ſibi aſſumere. Etſi enim ſententia negans teſtamentum (idem dic de quolibet contractu) minus ſolemne eſſe inualidum in foro conſcientiæ, ſit plurium Doctorum, illi tamen loquuntur, quando aliàs conſtat de volontate Teſtatoris: at verò in caſu, in quo verſamur, non adeſt talis voluntas, ſed potiùs contraria. Quia, vt probatum manet dubio primo, Principis teſtatoris voluntas alligata, & adſtricta fuit teſtamentariæ ſchedulæ *à ſe ſubſcriptæ, & ſignatæ:* quæ cùm non oſtendatur, ſemper ſubſiſtit, quod non adeſt teſtatoris voluntas

pro

pro ſchedula, quæ oſtenditur. Vnde ex triplici nævo, ſeu defectu, quo humanus contractus irritus eſſe poteſt, ſcilicet *ſolemnitatis*, *voluntatis*, & *poteſtatis*, hoc aſſertum teſtamentum, quod eſt veluti contractus, *l. Verba contraxerunt, ff. de verborum ſignification.* adiunctâ Gloſſâ, laborat incurabiliter. Primo quidem, & ſecundo, vt oſtenſum eſt; tertio autem, prout in ſequenti dubio, ac etiam in ſequentibus oſtendetur. Ex quibus etiam liquidum erit, ſententiam à D. Caſtillo pronunciatam pluribus nullitatis defectibus ſcatere.

DVBIVM III.

An diſpoſitio illa dictarum quadragintanonem mille ſcutorum facta in aſſerto teſtamento valida eſſe poſſit.

53 VAlidam non fuiſſe huiuſmodi diſpoſitionem ex defectu poteſtatis, tum ex parte perſonæ diſponentis, tum rei per ipſam diſpoſitæ, haud difficilè, tum Theologicè, tum maximè Iuridicè, ad oculum fermè comprobari poteſt.

54 Primò enim, ſi perſona Sereniſſimi Principis Philiberti inſpiciatur, occurrit primò, eum fuiſſe, quando hanc teſtamentariam ſchedolam confeciſſe dicitur, filiumfamilias, à patris Ducis Sabaudiæ poteſtate non exemptum, ſed ipſi vinculatum, ac perinde iure incapacem ad teſtamenti confectionem. Iura enim ita proclamant, ſpecialiter *lex Qui in poteſtate, ff. de teſtament.* & *lex Nemo* 57. *Cod. eodem*, & ibi Doctores vniuerſi. Eſtque ratio, quia per teſtamentum omnia iura etiam familiæ mancipantur, ac per conſequens id ſolùm ſpectare poteſt ad eum, qui eſt pater, non qui eſt filiusfamilias. Quod adeò eſt verum, vt etiam cum patris conſenſu non poſſit filiusfamilias condere teſtamentum, ſicut pro communi regula afferunt Aretin. *in dicta leg. Qui in poteſtate*, Clarus *q.* 18. §. *Vera igitur*. Neque etiam de peculio aduentitio pleno iure ad filium ſpectante. Gloſſa *in dicta leg. Qui in poteſtate, verb. Nihilo magis*, & ex communi probat ex pluribus Clarus *ſupra*. Eandem etiam doctrinam tenent ex Theologis Molina *ſup. diſp.* 138. Leſſius *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 19. *dub.* 4. *num.* 39. Dominus de Lugo *ſup. ſect.* 4. *n.* 67. & firmat Rota coram Buratto *deciſ.* 639. *numero* 2. & 3.

55 Quamvis autem huius generalis regulæ de incapacitate filiifamilias ad teſtandum, aliquæ exceptiones admitti poſſent, videlicet pro pia cauſa, de bonis Caſtrenſibus, &c. Quia tamen pars aduerſa rectè nouit, non poſſe iſta teſtamentariæ huic ſchedulæ Principis applicari, ideò aliâ viâ difficultatem propoſitam ſubterfugere conatur. Contendit nempe, ipſum emancipatum fuiſſe, & à patria poteſtate exemptum, ac proinde liberum, vt teſtamentum condere poſſet. Sed quàm facilè hoc dicitur, ſic & rejicitur ſolidè quoque. Primò etenim, ſi quis emancipatum ſe aſſerit, ei probandi munus incumbit, prout apertè reſpondit Paulus *in l. Si filius, ff. de probation.* & voluerunt Imperatores Diocletianus, & Maximianus *in l. Si emancipati, Cod. de collat.* & ex pluribus probauit Alexander *in l. Sed ſi, num.* 7. *ff. de probation.* Idque efficaciter concluditur, quia emancipatio eſt quid facti, ac proinde non tam præſumptioni, quàm probationi ſubeſt, *l. In bello, §. Facta, ff. de capt. & poſtlimin.* & ex pluribus Doctoribus largâ manu probat Maſcardus *de probationibus concluſ.* 596. *num.* 2. & 3. Cùm igitur nec ab ipſo Principe, nec ab alio probata hæc emancipatio fuerit, pro improbabili cenſeri debet. Præſertim, quia emancipatio præſumitur fraudulenta, ſi longo tempore occulta fuit. Iaſon *in l. Non dubium, num.* 49. *Cod. de legibus*, Baldus *in l. Fraus, de leg.* Maſcardus *ſupra, concluſ.* 599. *num.* 2. etiam poſt alios.

56 Si porrò recurratur ad tacitam emancipationem, ex eo, quod Princeps pro patrefamilias ſe geſſerit, vel quod ipſi Sereniſſimus eius pater plura donauerit, vel quod plures dignitates habuerit ipſi conceſſas à Dom. Rege Catholico Hiſpaniarum Philippo III. omnes iſtæ viæ emancipationis haud difficilè præcludi poſſunt. Prima quidem, quia ſicut manumiſſio ſerui non eſt actio, ſed paſſio ipſius ſerui; nec adoptio eſt actio adoptati, ſed adoptantis; nec legitimatio, niſi niſi legitimantis: ſic nec emancipatio filij eſt actio ipſius filij, ſed patris, *l. Si pater* 45. *ff. de iure dotium*, *Inſtit. quib. mod. ius pat. pot ſolu. §. Et quidem.* Non ergo potuit Princeps Philibertus ſeipſum emancipare à patria poteſtate per quemcunque actum, quem geſſiſſet. Et caſu quo id poſſet, nihil valeret ſua emancipatio, ſi patris ſcientia, & conſenſus non adeſſet. Baldus *in l. ſecunda, num.* 5. *ff. ſi ſeru. vendic.* Moretus *conſil.* 51. *num.* 25. Etiamſi pro emancipato communiter fuerit habitus. Chaſſaneus *in conſuet. Burgund, rubr.* 6. §. 3. *verſ. & iſte modus*, Guillelm. Benedictus *in repetit. cap. Raynutius, in verbo Matrem.* Eo quòd aliud eſt eſſe talem, aliud haberi pro tali, vt dixit Bartolus *in l. Si maritus, la* 2. §. *Legis Iuliæ, num.* 1. *ff. de adult.* Iaſon *in l. Prætor ait, §. Sine autem, num.* 2. *ff. de nou. oper. nunc.* Maſcardus *volum.* 2. *concluſ.* 596. *num.* 16.

57 Secunda verò, quia ex nullo iure habetur, quod dignitates, aut quæcunque alia à patre donata filiis inducant emancipationem. Socin. ſen. *conſil.* 33. *num.* 1. *lib.* 4. Menochius *præſumpt.* 55. *num.* 9. *lib.* 6. quod clariùs conſtat in donatione redditunm facta ipſi Principi à Sereniſſimo ipſius Patre. Quia cùm illi fuerint pro appanagio, ſeu alimentis conceſſi, non erant materia (vt Theologicè loquar) teſtamenti, quod ſolùm verſatur circa res tranſmiſſibiles, & alienabiles, quales non fuiſſe dictos redditus, inferiùs oſtendetur, eo quòd illorum hæres neceſſarius erat Pater: nec diuiſio bonorum illam induxit. Socin. *ſupra*, Coſta *de port. rat. quæſt.* 164. *n.* 5. Moronus *reſponſ.* 65. *num.* 26.

58 Tertia autem, quia eſto veriſſimum ſit, plures, & magnas à Catholica Maieſtate dignitates habuiſſe, Proregis videlicet Regni Siciliæ, Ducis generalis ibidem, & Præfecti claſſis, nulla tamen illarum, nec omnes ſimul eum extrahere à patria poteſtate potuerunt ſine expreſſo conſenſu ipſius Patris. Quia generaliter loquendo, quæ noſtra ſunt, non poſſunt à nobis ſine nobis auferri, *l. fin. ff. de pact. l. Id quod noſtrum, ff. de regul. iur.* Menochius *conſ.* 161. *num.* 19. & *conſil.* 296. *num.* 10. & *conſil.* 477. *num.* 7. Eſt autem proprium Patris emancipare filium, vt ſuprà oſtenſum. Et quis filius eſt in poteſtate Patris iure Ciuium Romanorum, vt habet *l. Item in poteſtate, & l. Nam Ciuium, ff. de iis qui ſui, &c.* Et quia quemadmodum nullus pro alio adoptare poteſt filium, niſi is, qui eum pro filio aſſumit, quia adoptio ex Diuo Thoma *in* 4. *diſt.* 41. *quæſt.* 1. *articulo primo*, & Theologis, eſt *extraneæ perſonæ legitima*, id eſt voluntaria, *aſſumptio*: ita etiam emancipatio, quæ eſt liberatio à patria poteſtate, debet eſſe ab ipſo Patre. Cùm contrariorum ſit eadem diſciplina, iuxta vulgata iura. Ma-

ximè quia erat in magnum Patris præiudicium, quod filius dilectiſſimus, ſubditus, & vaſſallus, ab eius poteſtate extraheretur, ſicut quod vxor à marito, ſeruus à domino. Nec in hoc præſumi poterat Patris conſenſus, quia in ſui præiudicium quis non præſumitur conſentire ſine expreſſione, *l. penult. ff. de furt.* notat Gloſſa *in l. ſecunda, Cod. de adquirend. poſſeſſ.* Abbas *in cap. In cauſis, de elect.* Maſcardus *de probationibus, concluſ.* 1210. *num.* 1. Nec id potuit, aut voluit facere Catholica Maieſtas erga Principem ſupremum iura Imperij in ſuo Statu habentem, & ſibi non ſubditum, *cap. Quæ in Eccleſiarum, de conſtitut.* & ibi Doctores, Thuſcus *verbo Princeps, concluſ.* 280. Rota *deciſ.* 21. *num.* 5. *de præbend. in nouis*, Gonzalez *ſuper Regulis Cancellariæ, in proœm.* §. 4. *num.* 21. Eo magis, quod patria poteſtas nullam recipit æſtimationem, vt probat Barboſa *in collect. DD. ad cap. de appellationibus, titulo de appellat.* ex Barboſa ſeniori, quia importat iuriſdictionem in filium, quæ cùm ſit honor, nullo pretio comparari valet, *l. Iulianus* 26. §. *Non enim, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtament.* Cardin. *in Clement. ſecunda, ſub num.* 4. *de pœnis*, Paris de Puteo *in tractat. de re militar.* §. *An Rex, num.* 50. Et quia importat præeminentiam, quæ eſt grauis præiudicij, Puteus *deciſ.* 449. *num.* 4. *lib.* 2. & *deciſ.* 6. *lib.* 3. Gonzalez *num.* 30. & 31. referens aliquas Rotæ deciſiones ad intentum. Ad quod accedit quod, vt pars noſtra contra aduerſam probat ex Caſtaldo *in tract. de Imper.* qui id deſumit ex Baldo, & Marſilio, dignitas in non ſubditum collata non inducit emancipationem à patria poteſtate. Quod corroborat exemplum de legitimatione facta à Principe, quæ non extenditur ad bona ſita extra ipſius territorium, vt notant Abbas, Præpoſ. Decius, & alij communiter, quibus adhærent Couarruuias *de ſponſal. parte ſecunda, cap.* 8. *quæſt.* 8. *num.* 54. & Barboſa *in Collect.*
59 *DD. ad cap. Cùm & plantare, de priuileg. num.* 20.

Ex quibus facilè euaneſcunt, quæ pars aduerſa affert pro Sereniſſimi Philiberti emancipatione à patria poteſtate ob dignitates plures, quas à Rege Catholico meritiſſimè obtinuit. Quod probat ex Authentica *Conſtitutio quæ de dignitatibus, &c.* vbi multæ recenſentur. Et probare poſſet *ex l. Si filiusfamilias, ff. de iis qui ſui, &c.* & *ex l. vltima, Cod. de decur.* Cæterum parum ad intentum; non enim negari poteſt, quin per dignitates poſſit filiusfamilias à patria poteſtate liberari, ſed non per quaſlibet, ſed per eas duntaxat, quæ illi collatæ ſunt à Principe, cui tum Pater, tum filius ipſe ſubditi ſint, qualis erat Iuſtinianus author illius Authenticæ, & alij Imperatores, qui ſupremi Domini erant, tum filiorumfamilias, quibus dignitates conferebantur, tum parentum ipſorum. Propterea enim ait Imperator: *Non enim decens, putauimus, vt hos, quos nos in officium patrum prouehimus noſtrorum, hi ſub aliena ſint poteſtate.* Quod non accidit in caſu præſenti, eo quòd Dux Sabaudiæ ſubditus non erat Regi Catholico. Vel dicant aduerſarij. Si Rex Chriſtianiſſimus alicui filiofamilias Regis Catholici ſubdito dignitatem aliquam conferret, nunquid illum extraheret à patria poteſtate? Nullus, vt credo, affirmabit, quia videlicet ea collata eſſet non ſubdito, & à non habente vllam authoritatem ſupra Patrem ipſius, aut illi potente præiudicare. Sic ergo in præſenti
60 diſcurrant.

Nec prætermittendum id, quod Iura, & Doctores vulgariter inculcant, videlicet, quod ad hoc, quod filiusfamilias, ac proinde Princeps noſter, emancipatus cenſeri potuerit, requiritur longi temporis ſpatium, quod aliqui forſan exiſtimare poterunt debere eſſe viginti annorum. Quod ſaltem Regulariter loquendo ad præſcribendum talem liberationem eſt verum, prout aſſerunt Accurſius *in l. prima, verb. Cùm deu, C. de patria poteſtate*, Salicetus *in l. ſecunda, Cod. de præſcript. long. temp.* & Maſcardus *de probationibus, volum. ſecundo, concl.* 598. *n.* 2. vel ad minus ſecundum alios, decem annorum, prout communiùs video teneri. His tamen qualitatibus, & conditionibus, vt eo tempore ſeorſim à patre habitauerit, per ſe negotia geſſerit, & aſſeruerit ſe emancipatum eſſe. Ita enim docuit Baldus *in l. poſt mortem, ff. de adept.* Iaſon *in l. Si certis annis, n.* 12. *C. de pact.* Maranta *in repet. l. Is poteſt, n.* 210 *ff. de adquir. poſſeſſ.* Afflictus *dec.* 183. *n.* 2. Tiraquellus *in tract. de præſumpt. verb. Per decem annos*, cum aliis iuribus, & Doctoribus, quibus adhæret Maſcardus *dicta concl.* 598. *n.* 2. & 596. *n.* 8. Et meritò quidem, quia cùm emancipatio, iuxta nominis etymologiam, ſit idem, quod *extra manum patris poſitio*, ſeu vt definiri ſolet, *relaxatio patriæ poteſtatis*, illa omnia requirere videtur. Vt ergo Princeps Philibertus oſtendatur à patria poteſtate liber, oportet quod probetur per decennium ſeorſum à Patre vixiſſe, per ſe negotia geſſiſſe, & aliquando ſe aſſeruiſſe emancipatum eſſe. Quæ difficile ſanè probari poſſunt. 61

Quin addendum ad maiorem abundantiam, quod eſto in ipſo admitti poſſet aliqualis emancipatio ad actus veluti minores inter viuos celebrandos, non verò ad teſtamentum, quod difficiliùs validatur. Ita enim ex Baldo *in l. vltima, C. de ſentent. paſſ.* Alexandro *in l.* 1. *n.* 5. *Cod. de teſtam.* Cagnolo *in repet. l. Si emancipati, n.* 45. *C. de collat.* intulit Maſcardus *concluſ.* 596. *n. vlt.* & acceperunt aliqui cauſæ noſtræ patroni alios referentes. 62

Video quod, præmiſſis nihil obſtantibus, poſſit pars aduerſa recurrere ad Religioſum ſtatum, in quo Princeps Sereniſſimus erat, ob militarem Religionem Sancti Ioannis Melitenſis, cuius Alumnus, & magnus Prior fuit, prout euidens eſt apud omnes, qui eum nouerunt, ex quibus vnus ego fui, & conſtat ex dicta teſtamentaria ſchedula, vbi in principio pro primo titulo, & dignitate vocatur *Gran Prior de S. Ioan.* Ex eo quod Sacer iſte militaris Ordo, vera, & propria Religio ſit, prout de communi tradunt Rota 2. *part. rec. deciſione* 454. *num.* 3. & vna coram Cardinali Bononienſi de anno 1603. *pars. ſecunda recentior. deciſ.* 76. *n.* 1. & alia coram eodem, eadem *ſecunda part. deciſ.* 87. *n.* 1. & alia coram Mohedano inter deciſiones ipſius *dec.* 10. inter eas, quæ ſunt de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis. Ac alia coram Pirouano *in* 4. *pars. recentior. tom.* 3. *deciſ.* 623. *num.* 3. item alia coram Buratto *deciſ.* 2. *num.* 11. vbi eius Scoliaſtes Ferentillus *in annotation. n.* 20. inquit: *Milites Hieroſolymitani, quod ſint verè, & propriè Religioſi, in Rota fuit ſæpius tentum, & ſignanter in Romana Palatij dell' Aquila, 26. Maij 1600. coram Cardinali Lancellotto, & in Tiraſſenenſi Decimarum, 24. Maij 1618. coram Pirouano, & in Vibenetana Hæreditatis, 14. Aprilis 1634. coram Manzanedo, & inter impreſſas deciſ.* 991. *numero* 5. *parte prima diuerſ. deciſ.* 333. *ſub numero primo, parte ſecunda.* Gregoriana X V. *deciſ.* 87. *numero ſecundo*, vbi Addent. *num.* 13. & *deciſ.* 109. *numero* 1. Quæ quidem ſententia communi Doctorum calculo recipitur, vt per Nauarr. *conſ.* 21. *num.* 1. *de regul.* Gratian. *diſceptat. forenſ. c.* 457. *n.* 24. & *ſequenti*, Bobadil. *in ſua Polit. libro ſecundo, cap.* 19. *n.* 11. Sanchez *de Matrimonio libro ſecundo, diſp.* 18. *num.* 8. Et eſſe rem notoriam ait Paulus Rubeus

in

Digitized by Google

in annotat. ad deciſ. 16. tertia part. recent. num. 4. & innumeros in ea Authores, & Rotæ deciſiones refert Paſqualigus *in quæſt. moral. Centuria ſecunda, quæſt. 156. numero tertio.* Et eo ſanè, quod milites iſti dicantur Clerici Regulares ſub Religione Sancti Auguſtini, tribuſque votis ſint adſtricti, nempe Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientiæ. Ex hoc enim ſequi videtur, verè emancipatum Principem dici poſſe; ſiquidem inter profeſſionis Religioſæ prærogatiuas vna, nec ex minoribus, eſt vt per eam filiusfamilias à patria poteſtate liberetur, prout docent Gloſſa, Bartolus, Cardinalis, Angelus, Syluester, Tabiena, Armilla, Nauarrus, Couarruuias, Antonius Gomez Arias, Pinellus, & Molina, quos ſequitur Sanchez *lib. 5. in Decalog. cap. 5. numero 29.* Pellizarius *in Manual. Regular. tomo primo, tractat. 3. cap. 4. num. 42.*

63 Sed prætermiſſo, quod huiuſmodi priuilegium profeſſionis nullo iure cauetur, vt Sanchez, & Pellizarius dicunt; & quod Authores relati qui illud aſtruunt, ſolùm loqui videntur de Religionibus Clauſtralibus, in quibus Religioſi in Monaſteriis ſub obedientia Abbatis, vel ſimilium Superiorum degunt, prout ſpeciatim ex Bartolo, & Antonio Gomez elicitur, quod non verificatur in Religione Equitum Melitenſium, quia etſi clariſſima, & Illuſtriſſima ſit, nihilominus Equites, ſeu Milites, nec in Clauſtris viuunt, nec ſub obedientia Abbatis, ſed ſub ſuo Magno Magiſtro Generali Melitenſi, qui de huiuſmodi Monachali clauſura nihil curat, vt pote quia ad finem ſui Inſtituti neceſſaria non eſt. Quidquid, inquam, de hoc ſit, ex hac fuga maiori labyrintho intricatur pars aduerſa. Si enim Princeps Philibertus verus Religioſus fuit ob militarem Sancti Ioannis Melitenſem Religionem profeſſam, manifeſtè inde elicitur, teſtamentum condere non potuiſſe. Pro quo primùm loquatur deciſio illa Rotæ 27. *ex ſecunda parte recentior.* coram Cardinali Bononienſi relata, quæ ſic habet, rem concludens: *Milites Hieroſolymitani non poſſunt diſponere non ſolùm de bonis, quæ ad ipſos peruenerunt intuitu ſuæ Religionis, ſed nec de patrimonialibus, aut aliunde quæſitis. Paleot. deciſ. 82. Caputaquenſ. deciſ. 68. libro primo, in manuſcripto. Et hoc non ſolùm ex diſpoſitione Statutorum dictæ Religionis, ſed etiam iuxta Iuris communis diſpoſitionem, quia ſunt verè, & propriè Religioſi, Abbas in cap. 2. num. 4. in fine, de ſtatu Monach. & dicitur in dictis deciſionibus, vt propterea teſtari non poſſint, cap. Cùm ad Monaſterium, in fine de ſtatu Monach. cap. In præſentia, de probation. & not. in Auth. Ingreſſi, C. de Sacroſanct. Eccleſ. Non enim habent nolle, & velle, quia in totum dependent à voluntate Magni Magiſtri. Mohedanus deciſ. 10. in fine, de cauſ. poſſeſſ. & propr. quæ eſt potiſſima ratio, quare Religioſi teſtari non poſſunt, vt ait Baldus in dicta Authent. Ingreſſi, in ſecunda nota.* Hæc iſta Rota. Cui etiam adhæret alia coram eodem Bononienſi *in ſecunda parte recentior. deciſ. 87.* quæ eſt inter deciſiones Ludouiſij 109. vbi non ſolum firmatur id, quod in præcedenti, ſed vlteriùs additur, quod habitatio extra Clauſtrum non facit Monachum teſtabilem, vt patet in Monacho facto Epiſcopo. In hac autem deciſione numero primo ſic dicitur: *Indubitatum eſt, Milites Hieroſolymitanos eſſe inteſtabiles, non ſolùm quia ſtabilimenta id expreſſè diſponunt, ſed etiam quia, vt ſæpius Rota reſoluit, ſunt verè Religioſi.* Vbi plura etiam ad intentum. Ac alia coram Pirouano *quarta parte recentior. tom. 3. deciſ. 623. num. 3.* qui Rota ſe refert ad alias deciſiones ipſius, Ac habet illa coram Buratto, quæ iam eſt relata.

Eſto etiam admitti poſſet, quod ſtando in terminis communis Iuris poſſent Equites Sancti Ioannis, & Princeps Philibertus teſtamentum facere (quod tamen Sacra Rota, vt viſum eſt, non admittit) quia id eſſe probabile dicit *tom. 2. Summ. quæſt. regular. cap. 5. num. 33.* ex Sanchez *lib. ſeptimo in Decalog. cap. 8. num. 36.* & ſequitur Pellizarius *tomo primo Man. tract. 4. cap. 2. numero 175. & 179.* Et quia, etſi veram, & propriam paupertatem profeſſi ſint, non tamen rigoroſam illam, quæ eſt propria Clauſtralium Religioſorum, quia bona ſua retinent in propriis domibus, & de illis liberè ſolent diſponere. Nihilominus ex vi ſtabilimentorum, ſeu ſtatutorum huius Sanctæ Religionis, illis hoc eſt interdictum abſque Superioris licentia, prout ex multis allegat, & probat Iacobus de Bertets *conſ. 96. num. 2. & 3. vol. 1.* ac ſequuntur Sanchez, & Pellizarius relati, & tenent Molina *tom. 1. de Iuſtitia, tractat. 2. diſputat. 141. §. Ad motum proprium*, & Rodriguez *tom. 3. quæſtionum Regularium, quæſt. 29. art. 7.* dicentes motũ proprium Pij V. quo Commendatariis omnibus abſtulit facultatem teſtandi, in Commendatariis Sancti Ioannis eſſe intelligendum. 64

Verba autem ſtabilimentorum huius Religionis, *titul. 16. de Contractibus, num. 14.* hæc ſunt:

Adiicientes, quod nullus Fratrum noſtrorum in infirmitate conſtitutus facere poſſit, aut valeat donationem inter viuos, ſeu aliam diſpoſitionem, aut promiſſionem, ſeu conſignationem pecuniarum, & bonorum, quæ poſſidet, cùm non ſua, ſed Ordinis ſint; quod ſi fecerit eas, & niſi quadraginta dies poſtea ſuperuixerit, nullas, irritas, inanes eſſe, & nullam firmitudinem habere decernimus, & pronunciamus. 65 Hæc ibi, quæ etiam in ſimili fermè caſu recipit, & approbat Rota ſuperiùs relata coram Buratto *num. 12.* Et eſſe conformia motui proprio Pij V. relato, ſupponunt Rota illa 76. & Rota 87. coram Cardinali Bononienſi, ſeu Ludouiſio relatæ.

66 Veruntamen hæc omnia inutiliter allata eſſe, exiſtimabit aliquis ex eo, quod Princeps noſter in ſua illa teſtamentaria ſchedula declarat, ſe non emiſiſſe profeſſionem in ea Religione Sancti Ioannis; & obtinuiſſe Prioratum cum Papæ diſpenſatione, ac propterea nihil ex bonis ipſius ad eam ſpectaſſe, etſi ipſe pro ſua deuotione tum ipſi, tum Magno Priori aliqua legauerit. Cæterùm inutilia hæc non ſunt. Primò etenim videndum eſt, an ſaltem profeſſus tacitus fuerit, prout denotare videtur dignitas Prioratus, quâ fungebatur; & an Papa ſolùm in profeſſione expreſſa diſpenſauerit, non in tacita, quod cùm Bullam, ſeu Breue diſpenſationis non viderim, conſtare mihi non poteſt: & an propterea verba illa Stabilimentorum, *Nullus Fratrum noſtrorum, &c.* adeum etiam extendantur, ſicut & motus proprius relatus Pij V. ac perinde, quod teſtamentum condere non potuerit. Deinde admiſſo, quod verus profeſſus eius Religionis non fuerit, ex hoc iam ineuitabiliter reſurgunt ea, quæ in ſuperioribus allata ſunt, quod videlicet filius emancipatus non fuerit, ac idcirco teſtamentum facere nequiuerit; & ſubſiſtat id, quod ſuperiùs prætiactum eſt, de omnimoda inualiditate huius vocati teſtamenti ex parte Teſtatoris. Dilemmate igitur iſto res dirimitur. Vel enim Princeps Religioſus profeſſus non fuit, & ſic redeunt ſuprà concluſa, quod cùm non eſſet filius emancipatus, teſtamentum condere non poſſet. Vel ſi fuit verus profeſſus, tacitus ſaltem, quod proinde etiam inhabilis ad teſtandum eſſet, vt quæ adducta ſunt, à fortiori euincunt.

67 Nunc tameo oſtendeudum, teſtamentariam dictam diſpoſitiooem, qualiſcumque ea fuerit, non ſolùm inualidam fuiſſe defectu *poteſtatis*, ex parte perſonæ diſponentis, provt oſtenſum manet, ſed etiam ex parte rei diſpoſitæ per illam. Quod quia præcipuus huius Controuerſiæ cardo eſt, diligentiùs diſcutiendum.

68 Præmonendo primò, quod in Regnu Franciæ celebris valde eſt Lex quædam *Salica* vocata, quæ à nonoullis propterea *Gallica*, & per errotem *Salica* dicta creditur, à Pharamundo I. Francorum Rege, vel vt alij volunt, à Pepino edita; alij verò non ab aliquo particulari Principe lata, ſed communi conſenſu à Gallorum gente, in vim legis ſcriptæ exiſtimatur. Sed his prætermiſſis pro hiſtoria, ad rem præſentem ſolùm ſpectat, quod lex iſta, à quocunque, vel quomodolibet primò cœpta ſit, in Galliis receptiſſima eſt, & ita prouidet circa filios Regis, vt Rege mortuo, filius primogenitus ſolus in Regno ſuccedat, & aliis fratribus nolla debeatur legitima. Quia tamen iniquum videtur, vt ſine alimentis remaneant, & vt dicitur, fame pareant, cautum eſt lege, vel conſuetudine à temporibus Iani, & Caroli filij Regum inſtituta, vt Chopinus modò referendus inquit, vt aliqua bona ipſis aſſignentur ad congruam ipſorum ſuſtentationem. Huiuſmodi autem bonorum portio *Appanagium* appellatur, ab aliis *Panagium*, quaſi à *Pane*, quia pro pane, alimentis nempe nomine panis notatis, quia ipſe panis præcipuum hominis alimentum eſt, & aliorum veluti fundamentum, conceditur. De quo Andreas Capanus *in tractatu de vita, & militia, quæſt.* 1. *num.* 13. vbi etiam, quod huiuſmodi appanagij conſuedo extat apud Brittones, Cœnomanos, Andegauenſes, Bituriges, & alios Francos. Et latè Renatus Chopinus inter alios Francus Scriptores *de Doman. Franciæ lib.* 2 *titul.* 3. *num.* 7. vbi ſatis appoſitè explicans naturam appanagij, quod ipſe *Panagium* vocat, iuxta receptiſſimum horum temporum vſum, ait: *Poſtremas iam tenet receptiſſima Panagij ratio, ac conſtitutio, quæ horum temporum vſui, moribuſque congruit, à Iano, & Carolo filio Regibus inſtituta. Ianus enim pater, Caletij ad Itium portum dedit Panagij nomine iunioribus filiis, Lodoico Andium, & Ioanni Biturigium, Aruernorum Ducales titulos, iiſdem creatis codicillis. Saluo eo, vt ad maiores tantùm poſteros Regium munus tranſmitteretur, Panagij etiam alienatione interdictû, permultiſque exceptis ſummæ poteſtatis notis, quas Reges minimè à ſe abdicatas voluerunt.* Quia ergo vſus iſte inter Galliæ Principes inoleuit, & Sereniſſimus Carolus Emmanuel Sabaudiæ Dux, & Pedemontis Princeps, Franciæ Regno finitimus erat, voluit etiam iuxta illam conſuetudinem ſecundogenitis de alimentis prouidere, ac proinde Principi Philiberto conceſſit in appanagium tum Principatum Onellæ, tum quadragintanouem mille ducatorum redditus annuos in Regno Neapolitano, quæ erant ex bonis dotalibus Sereniſſimæ ſuæ Vxoris, iuxta dicta in ſuperioribus.

69 Præmonendo etiam ſecundò id, quod omni iure cautum eſt, neminem teſtari poſſe de re non ſua, aut quæ non ſit ſui iuris, cùm nullus poſſit donare quod non habet, *l. Traditio, ff. de adquirend. rer. domin. l. Nemo plus, de regulis iuris*, vbi Doctores. Imò quod nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quàm in ſe habeat, *l. ſecunda, Codice de pœnis*, Rota *deciſ.* 686. *num. primo, part. ſecunda recentior.* ſtante præſertim iuramento de non contraueniendo. Rota *ibidem*.

70 Ex his autem irrefragabiliter fermè ſequitur de huiuſmodi redditibus (de Onellæ Principatu eſt alia ratio mihi non propoſita pro diſcuſſione) nullatenus potuiſſe Principem præfatum diſponere in ſuo qualicumque elogio, ſeu teſtamento.

Etenim appanagij natura hæc eſt, vt ſit omninò 71
inalienabile, ſeu intranſmiſſibile, nec poſſit tranſire ad exteros, niſi ſolùm ad filios maſculos, & ex beneplacito illius, qui appanagium inſtituit; & quod finiatur, & reſoluatur per mortem appanagiarij, ac deuoluatur ad illius inſtitutorem. Ex hoc enim per euidentem conſequentiam elicitur, quod mortuo Principe Philiberto ſine filiis maſculis, appanagium illi à patre conceſſum, finitum, & reſolutum fuerit, & ad Patrem inſtitutorem deuolutum; ac perinde minimè de illo teſtari potuiſſe ſine Patris licentia, quæ non adfuit. Hanc verò eſſe appanagij naturam, firmant Doctores, & ſpeciatim Guillelmus de Montfort, Doctor Catalanus, *de ſucceſſor. Reg. Gall. dubio* 2. *num.* 6. *& dub.* 4. *num.* 5. *& dub.* 5. *n.* 1. *tom.* 6. *Tractatuum*, Ioannes Lecirier *de primogenit. libro* 1. *quæſtione* 16. *numero* 3. *&* 10. Ripa *reſponſ.* 80. *numero* 12. *& in l. In quartam, num.* 123. *ff. ad l. Falcidiam*, Renatus Chopinus *de Doman. Franc.* ſæpe, & maximè *lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 2. *& lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 2. 7. *&* 8. *& tit.* 4. *num.* 2. Papon *lib.* 5. *tit.* 10. *arreſt.* 1. Vocabularium vtriuſque iuris, verbo *Appanagium*, Andreas Capanus *in tractat. de vit. & milit. quæſt.* 41. *numero* 11. ex Guillelmo, & Lecirier relatis. Vide aliâ *num.* 95. *&* 131.

Deinde, quia *appanagium* idem, quod *alimenta*, 72
provt ea etymologia nominis, vt dixi, ſonat apud Francigenas, à quibus Sereniſſimus Dux Sabaudiæ id mutuauit, ac ex Authoribus, quibus etiam adhærere videntur Afflictus *in cap. primo, col. prima, numero* 8. *titulo de fil. natural. ex matrimon. ad morg. contract.* & Tiraquellus *de iur. primogenit. quæſt.* 5. *numero* 4. maximè Andreas Capanus *in tractatu de vit. & milit. quæſt.* 6. *num.* 24. *& quæſt.* 1. *numero* 13. propterea adiiciens eſſe id, quod Italicè vocatus: *Il companaggio*, id eſt, alimentum *cum pane adiunctum*. Clarè etiam ante illum Guillelmus de Montfort relatus *dubio* 4. *numero* 2. dicens: *Appanagium ſuccedit loco alimentorum*: & Ioannes Lecirier *d. lib.* 2. *q.* 16. *num.* 3. aiens: *Filiis ætate minoribus dantur aliæ terræ pro honeſta eorum ſuſtentatione* (ecce alimenta) *in appanagium*. Cùm igitur alimenta cum vita finiantur, Rota *deciſ.* 493. *numero ſecundo, parte quarta recentior. tomo tertio, leg. Cùm hi, §. Modus, ff. de tranſact.* manifeſtè deducitur, non potuiſſe per quodcunque teſtamentum factum à Principe tranſmitti ad hæredes. Petrus de Gregor. *in tractatu de vit. & milit. quæſtione* 2. *num.* 9. ex Matthæo de Afflicto. Vnde concludit *numero* 10. quod in alimentis ſuccedit proprietarius, *leg. Dominus, ff. de vſufruct.* Hic autem erat Pater Principis Philiberti Sereniſſimus Dux Sabaudiæ, tempore mortis Principis ſuperſtes.

Accedit, quod appanagium non ſuccedit loco 73
legitimæ, provt ex Guillielmo, & Ripa relatis haberi poteſt, & eſt res certa in Regnis, & magnis Principatibus, provt ex *cap. licèt, de voto*, hauriunt plures Doctores: & quia aliàs exponerentur periculo totalis euerſionis, vt in ſpecie voluit Merlinus *in tract. de legitim. libro* 2. *titulo* 1. *quæſtione* 3. *à numero* 5. Renatus Chopinus *libro* 2. *titulo* 3. *numero* 2. dicens, quod *Legitima* locus non eſt in Regio Dominatu inter liberos, ex Baldo, & aliis. Cùm igitur Status Ducalis Sabaudiæ inter Dominatus Regios numeretur, nec aduerſarij id negabunt, appanagium hoc non potuit inſtar legitimæ ad hæredes tranſmitti, ſed inſtar alimentorum,

vt

Digitized by Google

vt dictum eſt, vel feudi, ſeu vſusfructus, ad principalem Dominum reuerti. Alia *num.* 117. *&* 118.

74 Ampliùs, quia appanagium idem eſt, quod *feudum*; ſeu, ne de vocabulis, propter aliquam differentiam, quæ inter illa eſt, contendatur, quaſi *feudum*, prout Hottoman *de antiq. iure Regni Gall. lib.* 2. *titul.* 6. & Renat. Chopin. *de Doman. Franc. lib.* 2. *titulo* 13. *num.* 2. tuentur. Feuda autem alienari non poſſe citra Domini directi conſenſum, tritum eſt inter Feudiſtas ſcriptores, ſpeciatim inter alios, Lotharium *in cap.* 1. *de ſucceſſ. feudorum*, Manticam *de coniecturis vlt. volunt. lib.* 3. *titulo* 2. *num.* 15. *& lib.* 7. *tit.* 9. *num.* 3. Schrader. *de feud. p.* 7. *cap.* 2. Roſenthal. *de feud. cap.* 7. *concluſ.* 2. *num.* 2. Maximè per teſtamentum, cum præiudicio Domini directi, cui aperitur. Iulius Clarus §. *Feudum*, *quæſtione* 66. *num.* 1. & apud Longobardos, cum quibus ſentire debebat huius appanagij primus Author, Princeps videlicet Pedemontanus; cùm in feudis conſuetudo patriæ, vbi ſita ſunt, inſpicienda ſit. Idem Renatus *lib.* 2. *titul.* 4. *num.* 10. poſt Bellameram, & alios. Et generaliter apud omnes, quia feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus maſculis, nec tranſit ad fœminas, nec ad extraneos. Rota 1. *part. recent. deciſ.* 415. *num.* 4. Nec poteſt alienari, nec pignorari. Bartolus *in l. Qui habebat*, *num.* 3. *ff. de legat.* 3. Feudatarius enim non ciuiliter, ſed tantummodò naturaliter poſſidet feudum, vt voluit Cumanus *conſilio* 173. *ad fin.* iunctis iis quæ poſuit Afflictus *in prælud. Conſtitut. Regni*, *quæſtione* 24. & ſequitur Petrus de Gregorio *in tractatu de iudic. cauſ. feudal. quæſt.* 19. *in fine.* Et ita finitâ lineâ vocatorum, feudum Domino contingit, *cap.* 1. §. *Etſi clientulus*, *de alienatione feud. cap. primo*, *de eo qui f*... *fecit*, *cap.* 1. §. *Sic duo fratres*, *de feud. March.* Rota *deciſ.* 194. *num.* 77. *in quinta part. recentior. tomo primo.*

75 Vlteriùs, quia appanagium idem ſonat, quod *vſusfructus*, apud plures ex relatis Authoribus, quibus adhærent Papo *titulo* 10. *de Doman. Reg. lib.* 5. *Arreſt.* 1. Gloſſ. Pariſienſ. *titulo* 1. *de materia feudali*, §. 30. *num.* 185. Ex hoc autem clariùs patet, quod non potuit tranſmitti, ſed redire ad proprietarium; qui ciuiliter poſſidet. Gloſſa, & Bartolus *in l. prima*, *quæſt.* 8. *in principio*, *ff. de acquirenda poſſeſſione.* Vſufructuarius enim ſolùm naturaliter eum poſſidet, *l. Naturaliter*, *in principio*, *ff. de acquirenda poſſeſſione*, §. *Fructuarius*, *Inſtit. de vſufruct.* Et per eius mortem finitur vſusfructus, *l. Corruptionem*, *C. de vſufruct. &* §. *Finitur*, *Inſtitut. eodem titulo*: Sacra Rota *part.* 1. *recentior. deciſion.* 366. *num.* 3. *& deciſion.* 664. *num.* 1. *part.* 4. *recentior.* Et optimè *deciſ.* 191. *numero* 8. *&* 9. *in* 4. *part. recentior. tom.* 2. Et ideo nihil tranſmittit in eius hæredem, quia poſt eius mortem nihil remanet tranſmiſſibile penes eum, *l. Stipulatio iſta*, §. *Si quis ita*, *ff. de verborum obligationibus.* Et hoc determinat Imola *conſilio* 16. *per totum*, & Barbat. *in conſil.* 58. *in ſecundo volum.* & ſequitur Petrus de Gregorio vt ſuprà, & firmat Rota *deciſ.* 653. *num.* 1. *part.* 2. *recentior. & deciſion.* 679. *num.* 3. *part. tertia recentior.* Scio

76 quidem inter appanagium, & vſumfructum nonnullas extare differentias, ac propterea ſolùm ea, quæ dixi, ad hoc intentum deſeruiunt, quod huiuſmodi appanagium aliqua ex parte conſimile eſt vſufructui; ac perinde ſicut illa quantum ad reuerſionem regulari debet.

77 Adhuc id conſtat ex ſimilitudine alterius Iuris in Galliis ferè ſimilis appanagio, quod vocatur *Albanagium*, de quo Andreas Capanus *in tractatu de vita*, *& militia*, *quæſtione* 1. *numero* 24. Guillelmus Benedictus *in cap. Raynutius*, *in verbo Et vxorem*, *deciſ.* 5. *numero* 480. quod videlicet etiam extraneis conceditur. Etenim qui hoc ius conſequitur, non poteſt de illo diſponere quomodolibet, ſed eo mortuo venit ad Regem. Guillelmus ſuprà, *num.* 481. Chaſſaneus *de conſuetud. Burgundiæ*, *titulo des Confiſcations*, *rubr. ſecunda*, *numero* 38; & Capanus *ſuprà.* Dicatur ergo de *Appanagio*, quod de *Albanagio*; & ſit inalienabile, & reuerſiuum, ſicut illud.

78 Præterea ex alio iure apud Neapolitanos vſitato, quod vocatur *vita*, *& militia*, de cuius natura Capanus *in dicto tractat.* Petrus de Gregorio in ſimili alio tractatu eiuſdem tituli. Vbi ea alus etiam multis comprobant hoc ius, quod eſt ſimile alimentis, finiri cum vita, ac proinde de illo diſponi non poſſe poſt mortem. Capanus *quæſtion.* 2. §. *Primò quod vita*, *&* §. *Sed hæc opinio*, & Petrus de Gregorio *quæſt.* 1. *numero* 9. & 10. *& quæſt.* 10. *numero* 3. A quo non multùm abeſt eius Additionator, & pronepos Maſtrill. *ad d. quæſt.* 10. Sit ergo, ſi placet, appanagium hoc ſimile huic portioni bonorum, *Vita*, *& Militia* nuncupatæ.

79 Demùm, quia iſte mos inſtituendi appanagium, quod ſcilicet ſit pro alimentis, & ſolùm ad maſculos deriuandum, ac ſub conditione non hæreditaria, ſed temporaria, & reuerſione ad Principem, ſic apud Allobrogos inoleuit, vt omninò gratis, & ad libitum dici poſſit, Sereniſſimum Sabaudiæ Ducem alio modo ſuum appanagium pro Principe Philiberto filio inſtituere voluiſſe. Hunc porrò morem Sabaudicorum Principum fuiſſe, ſic relatus Renatus Chopinus *de Doman. Gallic. lib.* 2. *titulo* 3. *numero* 8. his verbis deſcripſit, quibus quaſi manus Indice denotatur hoc, de quo in præſenti eſt ſermo, ſimillimo modo inſtitutum fuiſſe: *Neque ab iis multùm abludit nouata iam in Secundonatos Allobrogum Ducis formula Panagij, maſculinaque Ditionum quarundam fiducia. Nam primitus quidem Philippus Allobrogum Princeps* (ſic corrige, quod Chopinus dixit *Regulus*) *ſupremi Iudicij diuiſione adſcripſit (inter tres ex iuniori fratre Thoma nepotes* (*Amedeo Sebuſianum Comitatum*, *Thomæ Principatum Subalpinum*, *Ludouico Baronatum de Vaux*, *le Pays de Bugeay*, *& Verromoie*; *circa annum* 1280. *atque ita fermè dehinc Amedeus Octauus Sabaudiæ Dux grandiori filio addixit Ludouico Alpinæ Regionis principatum*, *& minori natu Philippo Gebennenſem Comitatum*, *velut arbiter familiæ erciſcundæ inter ipſos anno* 1434. *Huius exinde Ludouici mares liberi paterna hæreditate ſortiti ſunt*, *Amedeus ſenior Ducatum Sabaudiæ*, *Ianus Gebennenſem*, *Philippus Seguſianorum*, *& Iacobus Romontium Comitatus*, *ſub anno* 1466. *ſicut Allobrogicâ Paradini hiſtoriâ liquet. Aſt poſteriori ætate, mutato diuidendæ familiæ ritu*, *attributa eſt Ducis Secundogenito bonorum portio*, *haud hæreditaria certè*, *ſeu perpetua*, *ſed temporariâ modò*, *& fiduciariâ*, *poſſeſſoris ſtante virili prole*, *menſurâ. Hac enim condicta lege Carolus Dux Philippo fratri*, *maribuſque ex eo liberis adſignauit Comitatum Gebennenſem*, *ac Fenciguiacum Baronatum poſtridie idus ſextiles*, *anno* 1514. *Cuiuſmodi Panagium Caroli filius Philibertus Emmanuel in patruelem ſuum Iacobum auxit opimâ vtique penſitatione annua ex publicis vectigalibus Prouinciæ. Sed eodem tum iterato maſculinæ fiduciæ ſtatu*, *ac temperamento*, *authenticis chartulis pridie idus Septembris*, *anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimoquarto*, *& decimoſeptimo*, *calendas Decembris anno* 1578.

80 Ex dictis autem, & veluti vela colligendo, ne directiſſimè

Digitized by Google

directiſſimè ad intentum, deduco appanagium hoc Principi Philiberto à Sereniſſimo Patre Sabaudiæ Duce conceſſum, eidem Duci Sereniſſimo deuolutum eſſe ob Principis mortem, & ad ipſum reuerſum, ac proinde nullatenus de eo teſtari potuiſſe. Quod conſtat primò ex eo, quod erat pro alimentis, vt dictum manet: in alimentis enim ſuccedere proprietarium, nec poſſe tranſmitti ad hæredes eius, cui data fuerunt, præter dicta, elicitur etiam *ex l. Dominus, ff. de vſufructu*, Bartolo *lege 1. Cod. Quando non pet. part. peteat. accr.* Mar. Laudenſ. *in tractatu de primogenit. in quinta columna*, Guillelm. de Pern. *conſilio 11. cum ſequentibus, inter conſil. feudal.* Petro de Gregorio *in tractatu de vit. & milit. quæſt. 2. num. 10.* Secundò, quia erat non per modum legitimæ, ſed ad modum feudi, de quo idem eſt oſtenſum. Tertiò ex ſimilitudine *Albanagij*, & alterius portionis bonorum *Vita & Militia* nuncupatæ, de quibus ſimiliter id demonſtratum. Quartò, ex vſu etiam Allobrogum, vt pariter iudicatum, ac pariter ea aliorum Europæ Regionum exemplo. Nam, vt ait Chopinus relatus *libro 1. de Doman. Franc. titulo 5. num. 19. Landgrauij, Margrauij, Burgrauij, id eſt Comites Prouinciæ, Limitis, Palatij, Arcis, ac Præſidij. Cuiuſmodi prorogata dignitatis feuda, quidem ſeaſim effecta ſunt, ac patrimonialia, ſuperiorum inſtar; ſed cum ea* (notentur verba) *communi reuerſionis ad Cæſarem lege, quamprimum è virili clientum ſobole poſtremus diem obiiſſet.*

81 Ex rebus etiam, ſeu cauſis iam iudicatis idem elicitur. Etenim, teſte eodem Renato Chopino ſæpiùs relato (quia in hoc negotio de Appanagij natura, princeps veluti eſt inter Scriptores) *libro de Doman. Franc. titul. 11. num. 4.* dum de appanagio Andegauenſi agit à Ioanne Rege Ludouico Secundogenito conceſſo pro ſe, & liberis maſculis ex matrimonio procreatis, ait, mortuo ſine liberis Ludouico, agitatum eſſe, an Renatus eius frater ſibi licitè illud aſſereret, & deciſum, Ludouicum III. patris, & aui hæredem ſolum extitiſſe. Quæ ſi præſenti caſui applicentur, vnicum hæredem huius appanagij fuiſſe Sereniſſimos Sabaudiæ Duces, rectè comprobabitur. Item *num. 5.* de ſimili alio appanagio Bellouacenſi à Rege Theodoto dato Philippo filio, qui abſque prole deceſſerat, deuolutum ad menſam Regiam idem Chopinus aſtruit, & pro Rege contra defuncti fratres deciſum anno 1258. à Conſilio Regio, præſentibus Epiſcopis, Abbatibus, & Conſiliariis permultis. Qui caſus intentum præſens ad vnguem euincit, quia eſt ei omnino ſimilis. Item alius, quem affert idem Author *lib. 3. titul. 1. num. 11. & titulo 12. num. 7.* in caſu de Claromontano appanagio reuocato per Arreſtum Curiæ ad Regem, velut ad ſuam originem.

82 Cùm autem, quo de præfato Appanagio Princeps noſter teſtari voluiſſet, neceſſum prorſus ei erat, vt Patrem Ducem Sabaudiæ tunc ſuperſtitem hæredem inſtitueret. Erat enim illius legitimus hæres ab inteſtato illi ſucceſſurus, iuxta modum ſanè, quo in ſucceſſione Regnorum, Ducatuum, Comitatuum, &c. contingit, vt de illis teſtari non liceat, niſi is hæres ſcribatur, ad quem ij Principatus redituri ſunt. Id confirmant Baldus, Aluarotus, & Capycius, quos affert & ſequitur Renatus ſæpiùs commemoratus, *lib. 2. titulo 12. num. 2.* vbi plura.

83 Imò ex præteritione Patris in prætenſo teſtamento, inualiditas ipſius inſanabilis conſurgit. Cùm certi iuris, tum Theologis, tum Iuriſtis, ſi quod teſtamentum, in quo pater præteritus eſt à filio, ſiue emancipato, ſiue in poteſtate conſtituto, ſaltem ſi præteritionis cauſa non eſt adiecta, ſit ipſo iure nullum. Guillelmus de Benedictis *in prima parte repetitionis cap. Rainutius, fol. 207. numero 251.* Iulius Clarus *lib. 3. §. Teſtamentum, quæſt. 48.* Antonius Gomez *tomo primo variarum Reſolution. iuris Ciuilis, cap. 36.* Vaſquez *de ſucceſſoribus, §. 20. num. 24.* Michaël Groſſus *lib. 1. recept. ſentent. §. Teſtamentum, quæſtione 45. n. 1.* & Thaddæus Piſo *lib. 2. variarum reſolutionum, capite 10. num. 18.* & ex Theologis Molina *diſp. 175. & 176.* Layman *lib. 3. ſect. 5. tractatu 5. cap. 5. num. 10. & 11.* Dominus de Lugo *de teſtament. diſputatione 24. ſect. 8. §. 2. & 3.*

Omnia porrò, quæ in ſuperioribus dicta ſunt de huius appanagij natura, & quomodo ex vi illius ligatas veluti manus Princeps Philibertus habuerit, ne de ipſo vllatenus diſponere poſſet, ex ipſiuſmet appanagij, ſeu inſtrumenti pro illo confecti die 17. Decembris, anno 1620. verbis luculentiùs deducuntur, per ea videlicet diſcurrendo. 84
Etenim primò, quod hoc inſtrumentum per Sereniſſimum Sabaudiæ Ducem confectum, ſit verè, & propriè *appanagium*, non ſolùm conſtat ex titulo illi præfixo, videlicet: *Appanagium Sereniſſimi Principis Emmanuelis Philiberti*, ſed ex verbis illis: *Volendo, &c. procedere di conueniente appanagio alli Sereniſſimi Principi ſuoi figlioli.* Et infrà: *Traſferiſce per l'appanagio predetto, &c.* Et inferiùs: *In modo, che detto Sereniſſimo Prencipe Emmanuele Filiberto habbia per l'appanagio predetto.* Quod etiam confirmat eiuſdem Sereniſſimi Principis Philiberti ratihabitio, vbi dictum inſtrumentum etiam *Appanagium* ſæpiùs appellatur. Toties enim repetita vox denotat non *impropriè*, ſed *propriè* accipiendam eſſe, *l. Baliſta, ff. ad Trebell.* late Barbatius, ponens multa exempla *conſil. 37. in princip. lib. 3.* Bertazol. *de clauſulis inſtrument. clauſula quarta, gloſſa 2.* Præſertim, quia verba ſunt intelligenda, & interpretanda ſecundùm eorum propriam ſignificationem, *leg. Cùm lege, ff. de teſtament. lege prima, §. Quod autem, ff. de aleat. cap. ad audientiam, de decimis.* Rota *deciſ. 351. numero primo, parte prima recentior.* Et quia caſu, quo verbum hoc dubium eſſet, verba dubia debent intelligi in potiori ſuo ſignificatu, *leg. prima, §. Qui in perpetuum, ff. Si ager vectigalis*, Menochius *de præſumptionibus lib. 3. præſumpt. 39. num. 8. cum ſequentibus.*

Nec officit ſi dicatur, bona iſta non fuiſſe de bonis Coronæ, ac proinde non poſſe Sereniſſimum Sabaudiæ Ducem de illis Panagium inſtituere, iuxta doctrinam Ripæ *reſponſ. 80.* Etenim, quicquid ſit de mente Ripæ, & an in diuerſo caſu loquatur, negatur aſſumptum. Cùm enim iſta bona (loquor ſemper de illis redditibus in Neapolitana Dohana Principi Philiberto deſignatis) non ſolùm fuerint de bonis dotalibus Sereniſſimæ Catharinæ Auſtriacæ coniugis defunctæ, quæ propterea Duci marito in vſumfructum cedebant, vt iura clamant; ſed etiam, quia ea parte illi contingebant ex hæreditate filij Principis Philippi Emmanuelis in Aula Regis Catholici emortui, & ex toto, propter ceſſionem eorum illi factam ab omnibus aliis Principibus filiis, & filiabus matris hæredibus in appanagiis filiorum, & dotibus filiarum ante conſtitutum dictum appanagium; & poſt illud propter ratificationem, de qua in Actis, certè omninò gratis dicitur præfata bona non fuiſſe de bonis Coronæ. Vnde in dictis Actis fatentur Principes, ea bona ſpectaſſe, & fuiſſe *de pleno dominio* Ducis Patris. Si autem illa ad Sereniſſimum 85

Ducem

Ducem Patrem peruenerant, potuit illa vnire Coronæ, & ita voluit vnire, & reuera vniuit facto ipſo, quod fortius eſt ad animum demonſtrandum, quàm verba, *l. Certam, ff. Si certam pet. l. final. ff. de diuort. cap. Exiſtimant, 12. quæſt. 2. cap. Dilecti, de appellat.* Potuiſſe autem id facere, ex eo euincitur, quod nullo iure id ipſi erat prohibitum: & de facto feciſſe, ex eo, quod præfatos redditus cum Terris aliis Domanialibus ad Coronam ſpectantibus coniunxit in appanagij inſtrumento à ſe confecto, nullâ factâ inter ea diſtinctione. Maximè cum id fecerit conſentientibus, & ratam habentibus hanc vnionem filiis, & filiabus eiuſdem Sereniſſimi Ducis. Eo enim ipſo, quod effecta eſt, ipſis ſcientibus, tacentibus, & permittentibus, ipſis etiam cõſentientibus effecta exiſtimari debet. Quoties enim quis potuit aliquid impedire, ſi vel . & non fecit, conſentire videtur, *l. Si fideiuſſor, C. Mandati,* Bartolus *in l. Quæ dotis, num. 22.* & vulgaria alia iura cum Doctoribus. Quod maximè procedit quando ille patitur, & non contradicit; quia paria ſunt conſentire, & obedire. Caputaquenſis *deciſ. 216. num. 6. part. 1.* Puteus *deciſione 181. num. ſecundo, & deciſ. 190. num. 4. lib. 3.* Rota *deciſ. 16. num. 4. de renunc. in antiquis*, Gonzalez *in regula 8. Cancellariæ gloſ. 47. num. 27.* poſt alios. Imò etiam donaſſe ione cenſetur, iuxta doctrinam plurium, quos affert, & ſequitur Mantica *de tacit. lib. 13. tit. 6. num. 27. & tit. 10. à n. 21.* Vnde per tale appanagium Sereniſſimum Ducem ſeparaſſe, diſmembraſſe, & diſiunxiſſe præfata bona à Dominio in ipſo inſtrumento, ſic clarè dicitur: *Detta Sua Altezza per ſe, e come ſopra, hà ſeparato, ſmembrato, e diſunito, e per virtù del preſente inſtrumento ſepara, ſmembra, e diſuniſce li predetti luoghi, beni, e ragioni ſopracedute, donate, e remiſſe dal Domanio, & immediato ſuo dominio, ſalue però, &c.* Erant ergo priùs cum illo vnita. Alia dico de hoc *num. 92. & 108.*

86 Redeo ad appanagij inſtrumentum, expendendo illa: *Hà donato, ceduto, e remiſſo, e trasferito, e per virtù del preſente publico Inſtrumento dona, cede, rimette, e trasferiſce per l'Appanagio predetto ad Sereniſſimo Principe Emmanuelo Filiberto, &c.* Item, & hæc: *Per eſſo Sereniſſimo Principe, ſuoi heredi, e ſucceſſori, maſchi primogeniti in infinito, ſeruato l'ordine ſucceſſiuo di Primogenitura, e non altrimento, in feudo nobile, gentile, antico, auito, e paterno, e ligio.* Et infrà: *Riſeruandoſi ſolamente Sua Altezza le ragioni de feudi, diretto dominio, ſuperiorità, homaggio, fedeltà, vltime appellationi, ricorſi con lo ſolito cauualcate, &c.* Infrà quoque: *Con prohibitione ad altri, e che non ſi poſſano alienar detti feudi, e ragioni cedute, ò parte loro, meno concedere in feudo ſenza ſaputa, ò licenza di eſſo Sua Altezza, ò ſuoi predetti.* Inferiùs etiam: *Reſtaranno detti feudi, e ragioni libere, & immuni da ogni, e qualunque carico penſato, & impenſato, militare, cauualcate, & altri ſopra riſeruati.*

87 Ex quibus elicitur prædicta bona, nedum in alimenta, & appanagium, ſed etiam in feudum conceſſa fuiſſe, prout expreſſis verbis ſæpiùs nominantur, & denotantur ex eo, quod dentur cum onere *militari, & cauualcata*, quod eſt proprium feudi, prout omnibus eſt compertum: ac proinde iuxta naturam feudi ſuprà enucleatam, nec ad fœminas tranſire poſſe (ſicut in ipſo Sabaudiæ Ducatu, cùm ſit feudum Imperiale, ſæpiùs practicatum eſt, præſertim tempore Petri Sexti, & Amedei Quarti Comitum, & Caroli Tertij Ducis, vt ex hiſtoriis conſtat) nec alienari, aut de eo in teſtamento diſponi, ſed proprio Domino, & Domanio reuerti, vt etiam inferius dicitur.

Quod etiam clarè, & ſine vllius ratiocinationis 88
neceſſitate ex eiuſdem appanagii illis verbis colligi datur: *Et occorrendo che detto Sereniſſimo Principe, ò ſuoi ſudetti, mancaſſero in qualſiuoglia tempo ſenza diſcendenti maſchi, ſi è conuenuto, & accordato, che li feudi, e ragioni ſopra cedute ritornino alla Corona; & occorrendo femine diſcendenti, ſiano alimentate ſino al ſuo matrimonio, e condecentemente dotate conforme al grado loro; e l'iſteſſo volendo ſi monacare, e morendo ſenſa deſcendenza maſculina, ò feminina, potrà diſponere delli redditi ſudetti ſino alla ſomma di ſcudi due mila d'oro annui, ò di tanti del Capitale, che poſſi fare detto reddito annuo, e non diſponendo ne ritornino, come ſupra, alla Corona.* Quæ verba tam perſpicua videntur, vt ex eis duntaxat clarè habeatur intentum. Cùm enim Sereniſſimus Princeps Philibertus ſine filiis maſculis, aut fœminis è vita deceſſerit, bona illa ipſi in appanagium conceſſa, vocata *feudi è ragioni*, ad Coronam proculdubio redire debebant, nec de illis teſtari poterat, prout manifeſtè comprobant verbum *diſponere*, & verbum *moriendo*, quæ ad vltimam voluntatem referuntur, prout ex Boerillero *tract. de ſucceſſ. ab inteſtat. cap. 1. theor. 6.* ſequente Bartolum, Iaſonem, & alios, ac *ex l. Peto, §. Fratrem, ff. de legat. 2. l. Si quis prioris, C. de ſecund. nupt. l. Si ita quis promiſerit, §. Ea lege, ff de verbor. oblig.* rectè aliqui huius cauſæ patroni deduxerunt.

Dicere autem verba illa *feudi, ò ragioni*, de qui- 89
bus aſſeritur *ad Coronam* reuerti debere, tantùm principatum Onelliæ cum ſuis pertinentiis, non verò redditus Neapolitanos comprehendere, omninò voluntariè, & ſine rationabili fundamento profertur. Primò etenim, quia illud *ragioni*, latinè *iura*, apud Calepinum, alios Grammaticos, & vſum communem, vniuerſaliſſimum eſt, & conueniens omnibus rebus, ſuper quibus aliquis habet facultatem aliquid agendi, ſeu diſponendi, *l. Qui in poteſtate, iuncta l. Filiusfamilias, ff. de teſtament. l. Apud Iulianum §. Si quis alieni, ff. de legat. 1.* Decius *in l. Si emancipata, in ſecunda lect. num. 11. Cod. Qui admitti*, Ludouicus Gomez *ad §. 1. num. 29. Inſtitut. de actionibus*, Barboſa *de appellationibus verb. iur. ſignific. appellat. 124. num. 9.* ex his, & aliis. Et ſequitur Sacra Rota *deciſ. 17. num. 37. parte 5. recentior. tom. 1.* Vnde Iurium nomine veniunt prædia & poſſeſſiones. Simon de Prætis *de interpretat. vlt. voluntat. lib. 2. folio 4. num. 36. & folio 84.* Barboſa *ſuprà, num. 10.* Item cenſus, prout ex Cencio *de cenſibus, part. prima, cap. primo, quæſt. 4. articulo 2.* & Roderico *de ann. reddit. lib. 5. quæſt. 7. num. 7. & 9.* hauriunt aliqui ex noſtris. Item ſumma pecuniarum, teſte Rota ſuprà allegata, *num. 38.* ex aliis. Cur ergo non venient redditus, cum veluti cenſus ſint, & ſummam pecuniarum importent?

Maximè quia cùm iura, vel actiones competen- 90
tes pro annuis redditibus computentur inter bona immobilia, *leg. Iubemus, in princip.* & ibi Baldus, *Codice de Sacroſanct. Eccleſ.* ac colligitur *ex Clement. Exiuis de Paradiſo, §. Cumque annui redditus, de verbor. ſignific.* ſicut nullus cordatus negabit bona immobilia inter iura computari, ſic nec de iſtis redditibus negare poterit. Quorſum ergo tam violenta expoſitio in re tam graui, & tanti intereſſe partium in medium profertur? Secundò in ſpecie, quia prout ex lectura non ſolùm dicti Appanagij, ſed & alterius eadem die, & anno coram eiſdem teſtibus, & Notario, ac ab eodem Patre Duce, & duobus aliis Sereniſſimis Principibus Mauritio, & Thomæ conſtituti ad oculum conſtat,

hæc

hæc tria, *beni, redditi, ragiani*, pro ſynonymis, idemque ſignificantibus vſurpantur, non ſemel, ſed ſæpiùs. Pactum ergo reuerſiuum ad omnia in appanagio contenta, & iuxta tenorem ipſius extendi debet. Præſertim tertiò, quia cùm clauſula de dictorum iurium reuerſione fuerit vltimo loco poſt talium iurium ceſſionem, ſeu donationem poſita, vt patet ex lectura appanagij, veluti clauſula in fine poſita pariformiter referri debet ad omnia præcedentia, *lege 1. Cod. de liber. præter. l. Si talis ſcriptura, §. final. ff. de legat. 1.* & ibi latè Iaſon *num. 36.* & Sanchez *lib. 3. de Matrimonio, diſp. 7. num. 17.* Nec audiatur qui dixerit, non eſſe eandem rationem in omnibus præcedentibus, ac proinde non poſſe dictam clauſulam continentem præfatum pactum reuerſiuum ad omnia illa extendi. Potiùs enim telum hoc contrà retunditur. Eſt enim eadem ratio in omnibus præcedentibus, tam ex parte cauſæ efficientis, ſcilicet Patris Ducis; & materialis, ſcilicet Donatarij; & formalis, quia omnia illa iura, ſeu bona ſunt per modum feudi, alimentorum, & vſusfructus conceſſa; ac finalis, quæ eſt complementum vnius appanagij. Ex hoc enim elicitur, non ſolùm idem iudicium de omnibus habendum, quia vna, eademque res non eſt diuerſo iure cenſenda, *leg. Eum qui ædes, ff. de vſufruct.* cum aliis: ſed etiam dictam clauſulam, non ſolùm quia poſita eſt in fine, ſed etiam ſi in principio, aut medio poſita eſſet, ad omnia contenta in tali diſpoſitione referri debere, vt docent Decius, quem refert, & ſequitur Nauarrus *libro 5. conſil. titul. de ſimon. in prima edit. conſil. 35. n. 4. in ſecund. conſil. 91. num. 4.* Bartolus, Iaſon, Romanus, Alexander, Socinus, Capicius, Alciatus, Bolognetus, quos refert, & ſequitur Menochius *de præſumption. libro quarta, præſumpt. 181. num. 2.* & Sanchez *lib. 6. de Matrimonio, diſp. 22. num. 19. & lib. 8. diſp. 16. num. 11.* & eſt textus expreſſus *in cap. Secundò requiris, de appellation.* vbi DD.

91 Pactum autem illud reuerſiuum, & oneroſum nullatenus cadere ſupra dictos Neapolitanos redditus, vlteriùs pars aduerſa colligi contendit ex ratificatione facta à Principibus Mauritio, & tribus ipſius ſororibus per inſtrumentum 4. Ianuarij 1622. eidem Sereniſſimo Philiberto. Quia in ipſo legitur, ipſi concedit dictos redditus, *ad hauere, tenere, godere, e poſſedere, e farne per detta Sereniſſima Prencipa Emmanuela Filiberto quello che à luy parará, e piacera, como di coſa ſua propria.* Et infrà: *Con poteſtà di eſiggere, quetare, far ceſſiane ad altri, e di quelli diſponere à ſuo libero arbitrio, e voluntà.* Ex his enim infert donatos fuiſſe huiuſmodi redditus eidem Sereniſſimo ſine vllo vinculo, aut grauamine reuerſionis, aut alio quocunque, ſed om-
92 ninò abſolutè, & ſub pleno dominio ipſius. Veruntamen hæc leuia eſſe, nec euacuare poſſe vim eorum, quæ allata ſunt, facilè oſtendi poteſt, præter dicenda *num. 98. & 99.* Et primò, qui hoc dicunt, cum inſtrumentum, de quo loquuntur, & quod ſolùm donationis vocant, duntaxat à Principe Mauritio, & tribus eius ſororibus celebratum ſit, non verò à Principibus Victorio, & Thoma, nec etiam à Patre Duce; cùm tamen omnes iſti in præfatis Neapolitanis redditibus partes habuerint, & quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet, *Regul. Iur. 29. ex leg. prima, & vltima, Cod. de author. præſt. & ſimilibus*, interrogandi ſunt, quomodo velint ex mutila hac, & imperfecta partium donatione Principem Philibertum habere potuiſſe dominium omninò abſolutum ipſorum? Sed hoc prætermiſſo, in multis aliis ipſorum ratiocinatio deficit. Et primò quidem in radice, quia exiſtimant Ducem Patrem non habuiſſe ſupradictos redditus, niſi ſolùm vſumfructum, non dominium, & ex hoc proinde, non potuiſſe præfatum vinculum reuerſionis ſuper illos imponere. Etenim, vt ex dictis ſuprà *num. 85.* conſtat, redditus iſti erant iam de domanio, & dominio Ducis, & Coronæ, vt teſtantur ipſi Principes in inſtrumento, de quo modò eſt ſermo; & ipſi vniti, ſcientibus, & conſentientibus ipſiſmet Principibus, qui ad illos ius habere poterant: & diſmembrati, ſeu ſeparati ab eadem Corona, & Duce, prout etiam ibidem dixi ex inſtrumento appanagij, de quo in præſenti. Peccat etiam in radice præfata ratiocinatio, dum ex eo quod, vt ſupponit, præfati redditus non erant ſub dominio Ducis Patris eos donantis, infert ſolum ipſum vſumfructum, non verò dominium ad Principipem Philibertum transferri potuiſſe, ac proinde non eſſe locum reuerſioni. Si enim ſolum ipſorum vſumfructum Pater filio ceſſit, non proprietatem, tot, tantaque abſurda ex eo ſequuntur, vt ſeipſis ſolis reiiciendam eſſe contrariam opinationem manifeſtè demonſtrent. Etenim abſurdum in omnibus diſpoſitionibus ſemper eſt vitandum, *l. Si ita 39. in fine, ff. de oper. libert. l. Nam abſurdum, ff. de bon. libert. cap. In Geneſi, de elect.* & ibi Doctores, & ſemper eſt capienda interpretatio, per quam euitetur, vt dixit Rota *3. part. recentior. deciſ. 248. num. 2.* etiamſi verba improprientur, prout ex pluribus DD. affert Barboſa *in Axiom. iur. axiom. 2. num. 4. & ſequentibus.* Abſurda porrò hæc ſunt. Primum, nouitas, & ſingularitas appanagij, in quo contra mores Galliarum, Sabaudiæ, & aliarum Nationum, vt tactum eſt in præcedentibus, vnum appanagium dicitur inſtitutum, in quo bona per ipſum conceſſa, non in proprietatem, ſed ſolùm ad vſumfructum, non cum pacto reuerſiuo, ſed ſine illo donabantur. Nouitatis autem author reprehendi debet, *cap. Cum qui neſciat, in fin. 12. diſtinct.* & nouitates diſcordias pariunt, *cap. Cùm conſuetudinis, in princip. de conſuet.* Gonzal. *ſuper regul. 8. Cancell. gloſ. 8. num. 93. & 94.* Secundum, quod appanagium hoc eſſet veluti monſtrum quoddam ex rebus diuerſæ naturæ compactum, ſcilicet ex iuribus conceſſis quoad proprietatem, & aliis ſolùm quoad vſumfructum, ex bonis vinculatis ad reuerſionem, & aliis ab illa exemptis. Cùm tamen iura huiuſmodi confuſionem rerum diuerſæ naturæ exhorreant, *Clement. 1. de elect. cap. In noua, 16. quæſt. 7. cap. Cum cauſam, 27. de elect.* vbi dicitur, quod ſecundùm legem non eſt arandum in boue, & aſino, nec quiſquam debet induere veſtem lino, lanaque contextam, & quod malè conueniant cytharæ cum Pſalterio, *cap. Diuerſis fallaciis, de Cleric. coniugat.* Tertium, quod Sereniſſimus Dux Pater appanagij author non ſeruaſſet æqualitatem cum liberis, contra Authenticam *de nupt.* Siquidem Principibus Mauritio, & Thomæ quadraginta millium aureorum appanagium aſſignauit, Principi autem Philiberto vix tria millia ſolùm; quandoquidem dicitur Neapolitanos prouentus ſolùm pro vſufructu, qui vnico inſtanti cum vita Patris deſinere poterat, aſſignatos fuiſſe. Quartum, quia nedum æqualitatem non ſeruaſſet, ſed potiùs omninò inæqualiter ſe geſſiſſet cum ſecundogenito: ſiquidem cum tertio, & quartogenito, ſcilicet Mauritio, & Thoma, liberaliùs, & munificentiùs egit. Ordo autem genituræ inter fratres de iure eſt obſeruandus. Menochius *conſ. 328. num. 4. verſ. Secundò confirmatur*, Fuſarius *de ſubſtitut. quæſt. 327. num. 17.* Denique quintum,

&

& intolerabilius, quia iniaſtè nimis probus, & iuſtus Pater contra innoxium filium diſpoſuiſſet, qui vt patet ex lectura appanagij, renunciauerat omnibus bonis paternis, maternis, fraternis, ſororinis, legitimæ portioni, &c. cùm tamen Pater tam modicam compenſationem ipſi retribuiſſet, quod non credit lex *Nec in eo, ff. ad l. Fal.* vbi dicitur: *Plerumque pietas paterni nominis conſilium pro liberis capit.*

94 Talem etiam reuerſionem cadere debere ſuper dictos Neapolitanos prouentus, maximè ex eo conuincitur, quod geſta in dicto inſtrumento appanagij, vbi habetur illa donatio horum redituum Principi Philiberto conceſſa cum illo onere reuerſionis, expreſsè approbata, & ratificata fuere ab aliis Principibus fratribus, & ſororibus in eo inſtrumento 4. Ianuarij 1622. quod pars aduerſa pro ſe affert, & de quo etiam infra: ratificationem autem, ſeu ratihabitionem comparari mandato, commune, & vulgare omnium Iuriſtarum axioma eſt, *l. final. Cod. mandat. cap. Ratihabitio, de regulis iuris in 6.* Itavt retrotrahatur ad diem geſti contractus, qui ratificatur, *dict. leg. final. C. mandat. & l. fin. Cod. ad Maced. l. Si fundus, §. 1. ff. de pignor. leg. Antepenultim. Cod. de donat. inter vir. & vxor. leg. Licet, ff. de re iudic.* vt propterea dicatur habere effectum retroactiuum. Etiamſi ageretur de re, quæ mandatum ſpeciale requireret, *l. Quod ſi de ſpeciali, ff. de minor. capit. 1. de homicid. in 6. cap. final. de iureiurand. eod. tit.* Tiraquellus *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 10. num. 61.* Surdus *conſilio 60. num. 14. & deciſ. 231. num. 11.*

95 Inſuper, quia onus reuerſionis adiunctum huiuſmodi redditibus, veluti intrinſecum, & naturale ipſis erat, ex viſceribus naturæ ipſorum exortum, eo quòd dati ſunt in appanagium, & appanagij ſupplementum, prout eſt euidens ex ipſius lectura. Appanagij enim natura hanc reuerſionem poſtulat; ſicut ea, quæ adducta ſunt *num. 71. & ſequentibus*, abundè ſatis oſtendunt. Vnde conditio iſta de illarum numero eſt, quæ tacitè inſunt, & ſic ſolùm ad maiorem cautelam, quæ nunquam nocet, *leg. teſtamentum, Cod. de teſtament. l. penult. Cod. de emct.* & Doctorea, à Patre Duce appoſita. Si autem quis putet horum redituum donationem acceſſorium quid fuiſſe aliis iuribus, & bonis Principi in eo contractu conceſſis; ſubintrat tritiſſima illa apud Iuriſperitos theoria, quod acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, *leg. Etiam, Cod. de iure dot. regul. Acceſſorium, de regul. iur. in 6.* quam exornant Socinus, Puteus, Menochius, & plurimi alij apud Barboſam *in Axiomat. iur. axiomat. 4. numero 1.* Omnia igitur oneri reuerſionis ſubdita erant. Et ſi alius dicat fuiſſe veluti additamentum eiuſdem appanagij, habebit contra ſe iuris illud axioma, *Additamentum non mutat naturam illius, cui adjicitur.* Imò ſequitur, & imitatur ipſius naturam, vt per Oldrad. *conſilio 131. numero 13.* Tuſchum *pract. concluſ. tom. 1. litt. A, concluſ. 152, n. 1.* Roman. *conſil. 45.* habet Barboſa *in Axiom. iur. axiom. 13. num. 1.* Et quod ſupplementum eandem ſubingreditur naturam rei, quam ſupplet, *argumento leg. vetus fuit 68. §. ſecundò planè ſi gregis, & l. 70. §. 1. ff. de vſufruct.*

96 Nec quod vrget in contrarium pars aduerſa ex verbis illius inſtrumenti de anno 1622. *ad hauere, tenere, godere, o poſſedere, e farne per detto Sereniſſimo, &c. quello che à lui parerà, e piacerà, come di coſa ſua propria.* Et infrà: *Con poteſtà di eſiggere, quietare, far ceſſione ad altri, e di quelli diſponere à ſuo libero arbitrio, e volontà*, magni ponderis eſſe facilè deducitur. Etenim pro comperto videtur, hoc inſtrumentum principaliter & primariò ſolùm fuiſſe ratificationem, & corroborationem quandam inſtrumenti alterius de appanagio conſtituto ſub anno 1620. die 17. Decembris, pro maiori cautela Regiæ Cameræ Neapolitanæ factum. Dicitur enim in eo: *Volendo à maggior corroboratione di detta Ceſſione, è Donatione gl'infraſcritti Sereniſſimi Principi, & Infanti, farne la ratificanza per quanto ad ogni vno di eſſi, & eſſe ſpetta, & appartiene.* Ecce expreſsè totius Inſtrumenti ſummam, ſcilicet ratificationem denotatam verbo illo, *ratificanza.* Et cùm in prin- 97
cipio inſtrumenti poſita ſit, ab ea denominabatur totum inſtrumentum *ratificatorium*, non *donatorium*, *l. Fideiuſſores magiſtratuum, §. primo, ff. de fideiuſſor. l. Qui ſaxum, ff. de donat.* Et meritò quidem, quia principium cuiuſlibet actus potiſſima pars eſt, *l. 1. ff. de orig. iur.* Rota *deciſ. 11. n. 2. de inrepatr. in antiq.* A dignioribus autem, & potentioribus denominatio fieri debet, *l. Quæritur, ff. de ſtat. hom. l. Cùm ex aliqua, ff. de acquir. rerum dom.* Et quia clauſula in principio refertur ad ſequentia, prout ex pluribus aliis affert Barboſa *in tract. de Clauſ. clauſ. 68.* Et habet maiorem vim ad determinationem ſequentium, quàm ad determinationem præcedentium, ſi in fine poſita eſſet. *l. Quiſquis*, vbi Gloſſa, *de legat. 3. l. Filium, ff. quando dies*, Bartol. Cacheran. Menoch. & alij, quos affert, & ſequitur Martha *de Clauſulis, part. 4. clauſula 24. n. 1.* Infrà: *Quali tutti informati della continenza del ſudetto inſtrumento di ceſſione per la lettura di quella à piena intelligenza intenza, ogni vno di eſſi per quanto gli ſpetta, & appartiene, hanno ratificato, accettato, approuato, & emologato, e per il preſente publico Inſtrumento ratificano, accettano, approuano, & emologano, o per quanto à ciaſcuno di loro ſpetta, de nuouo cedono, donano, e rimettono per ragione propria, & in perpetuo al medemo Principe Emmanuele Filiberto loro fratello, &c. li ſopra mentionati annui ſcudi quarantanoue mila ottocento ſeſſantaſei.* En ſæpiùs replicatum nomen *ratificationis*, & aliorum æquipollentium. Vnde etiamſi in ipſo vtantur Principes verbo *Donationis*, ſeu *Ceſſionis*, ad id non attendendum: tum quia eiſdem terminis, & vocibus vtitur appanagium ipſi à Patre conſtitutum, & tamen certum eſt ex dictis, intelligendum id eſſe iuxta ſubiectam materiam, ſcilicet iuxta naturam appanagij, leges, & conditiones ipſius. Tum etiam, quia pro comperto eſt, quod ſemper attendi debeat ad id, quod principaliter agitur, & non ad id, quod cauſaliter, & incidenter contingit, *l. Si quis nec cauſam, ff. ſi cert. pet.* vbi latè Iaſon *ex numero 3. vſque ad 23.* vbi ſexdecim pulchras illationes cumulat. Et quod nunquam attenditur, quod in conſequentiam venit, ſed quod principaliter agitur, *l. prima, l. Quod dicimus, ff. de auct. tut. l. Is qui, ff. de liberal. cauſa, l. Si quis nec cauſam, l. Rogaſti, ff. ſi cert. pet. l. Verum, ff. de furt.* Alexander *conſil. 114. in fine, volum. 2.* Probus *in cap. Cùm in illis, num. final. de præbend. in 6.* Ruinus *conſil. 21, n. 16. lib. 1.* latè Ferretus *conſ. 64. n. 3. & conſ. 243. n. 3.* Puteus *deciſ. 519. n. 3. lib. 2. & deciſ. 31. n. 3. lib. 3.* Caputaquenſis *deciſ. 15. n. 6. part. 2.* Mohedanus *deciſ. 2. num. 2. de præbend.* Cæſar de Graſſis *dec. prima, n. 23. de confeſſis.* Vnde clauſulæ acceſſoriæ regulantur ſecundum principalem diſpoſitionem, cui adjiciuntur. Gloſſa *in l. Si patronum, verbo Fabiana, in fine, ff. ſi quid in fraud. patroni*, Gabriel de

Digitized by Google

clauſulis,concl. 10. Puteus *dec.prima,n.*2.*lib*.1.Mar-
tha *de clauſulis* 4. *part. clauſ.* 21. *n.*1. *&* *clauſ.*32.
*n.*5.Rota 5.*part.recent.tom.*1.*dec.*23.*n.*3. vbi *n.*16.
optimè habet *ex l.Si quis ita, ff.de teſtam.tut.* quod
verba ſunt reſtringenda ad rem ſuper qua expri-
muntur.

98 Quia tamen pars aduerſa magni ponderis cre-
dit eſſe illud *ad hauere , tenere , &c.* quia videtur
eſſe quaſi clauſula *ad habendum* , quæ etiam mul-
tùm valere creditur, Iudices ſapientiſſimi animad-
uertant præter dicta *numero* 93. primò , iuxta ali-
quos,eam ſolùm de ſtylo Notariorum , non à par-
tibus appoſitam cenſeri , provt ex Decio , & Ri-
minaldo iun. aliqui hauriunt. Admiſſo tamen cum
pluribus aliis contrario , nihil prorſus fauere in-
tentioni aduerſariorum , colligitur non ſolùm ,
quia ea etiam poſita erat in appanagio , & tamen
de ipſa nihil curarunt , quia eſt veluti acceſſoria.
Sed etiàm, quia huiuſmodi clauſula eſt æquiuoca,
& intelligenda ſecundùm ſubiectam materiam.
Signorol. *conſil.*10. *num.*3. Alexand. *conſil.* 510.
*num.*5. Craueta *conſ.*16. *n.*15. Creſcentius *dec.*6.
*num.*10. *& ſeq. de teſtament.* Rota *deciſ.*703. *n.*2.
*part.prima,in nouis.*Et fuit dictum in cauſa Roma-
na retractus,24. Ianuarij 1584. coram Blanchet-
to,Mattha *de clauſulis, prima part.clauſ.*5.*n.*23.Et
ita intelligi debet ſecundùm quod iura diſponunt
in illa materia. Bart. *conſ.*72. *n.*6. *lib.*1. Tuſchus
*pract. concl. tom.*1. *lit. C,concl.*197.*num.*19. Vnde
eius natura eſt non ampliare,nec alterare principalē
diſpoſitionem, Ioſeph. Seſſe Aragon. *dec.*24. *n.*4.
Rota *dec.*183.*n.*8. apud Farin. *in prima collect. no-
uiſſim.* vt apud Barboſam *de clauſul. clauſ. quinta,*
*n.*30. Vbi quod reſtringitur ad ea, quæ ſunt ſolita
contineri in contractu, cui apponitur,& ſecundùm
naturam ipſius. Rota coram Seraphino *deciſ.*794.
*n.*8. & ſecundùm illam limitatur, Marcheſanus *de
commiſſionibus, part.*1. *pag.*978. *n.*5.*in vlt.impreſſ.*
Barboſa *ſupra.*

99 In ſpecie etiam , & magis in particulari ad in-
tentum , hæc clauſula appoſita in feudalibus ,
provt contingit in præſenti , quod ſolùm intel-
ligatur ſecundùm naturam contractus ; & cùm
per eam datur facultas alienandi , ſimiliter debeat
intelligi ſecundùm naturam contractus , rectè ha-
bet Matta *ſuprà part.*2. *clauſula* 1. *n.*2. & meliùs
Baldus *conſ.*475.*col. prima,verſ. Non obſtat,vol.*5.
dicens hanc clauſulam debere intelligi ſalvis pa-
ctis , & naturâ contractus. Omninò ergo inani-
ter afferuntur dicta illa verba , *ad hauere , tenere,
&c.*, vt credatur per illa donatos fuiſſe Principi
redditus illos Neapolitanos alio modo , quàm ſub
onere , & vinculo reuerſionis ad Domanium , ſeu
Authorem appanagij. Etenim ſunt merè confirma-
toria appanagij Principi conſtituti , & ita nihil
plus continere debent , quàm ipſum Appanagium
cum omnibus qualitatibus ipſius. *l Caius,ff.de ma-
numiſſ.*Bartolus *in l. Si mihi,& Titio,n.*7. & ibi Ia-
ſon,& Alciatus.

100 Vnum duntaxat refugium parti aduerſæ ſuper-
eſſe videtur , non tam à Iure , quàm , vt ita di-
cam , ab homine deſumptum , eo quòd illuſtris
quidam Notarius , & Secretarius Sereniſſimi
Philiberti fidem authenticam factam fuiſſe dicat
Officialibus Neapolitanis, quod in præfato Inſtru-
mento appanagij nullum adſit vinculum , hoc eſt
onus reſtituendi, reſpectu horum redditum Nea-
politanorum, his verbis : *Dichiario, e faccio fede,
come in detto Inſtrumento di Ceſſione di ducati qua-
rantanoue mila ottocento ſeſſanta ſei, e due terzi, nè
coſa che repugni in tutto , nè in parte à detta Ceſſio-
ne , la quale è ſtata fatta libera , e ſenza eccettione
alcuna à fauore, e beneficio di detto Sereniſſimo Pren-
cipe Emmanuele Piliberto, &c.* Verumtamen plura 101
ſunt , quæ fundamentum hoc partis aduerſæ in-
firmum eſſe confirmant. Et vt omittam quæ de
imperitia Notariorum ſcribunt Neuizanus *con-
ſil.*28. *numero* 11. *&* 12. & Cagnolus *in l. Si li-
brarius,num.*2. *ff.de regul. iur.* & quod, vt dicebat
Baldus *in l.Iam hoc iure,ff.de vulg.* nempe, non in-
telligere quid dicant, vt cantores qui rationem ſui
cantus ignorant ; & quod , vt Farinacius probat
ex Baldo, Iaſone, & aliis *quæſt.*156. *numero* 84.
Notariorum imperitia mundum deſtruit , & ſæpe
ponit conſcientias bonorum virorum in magno
diſcrimine. His , inquam , omiſſis propter huius
valde illuſtris Notarij , & tanti Principis Secreta-
rij magnam authoritatem , cui ſimilia rectè appli-
cari non poſſunt : nihilominus (ad intentum) No-
tarium non poſſe declarare ſuum inſtrumentum
adhuc dubium, dixit Bartolus *in l. Imperator, ff. de
ſtat.homin.* Sed concedendo poſſe, quid inde ? Hic 102
ſumus in claris, non in dubiis, aut obſcuris,cùm ex
ipſa lectura inſtrumenti appanagij conſtet, non ſe-
mel, aut bis, ſed ſæpiùs illud conſtitutum eſſe ſub
onere reuerſionis. Declaratio igitur contraria No-
tarij ſuperflua eſt , & nihil officit. Notarij enim
munus merum quoddam miniſterium eſt , conſi-
ſtens ſolùm in confectione inſtrumenti, & in illo,
& per illud ipſi fides adhibenda pluſquam aliis
priuatis (quod ſolùm probant ea, quæ pars aduer-
ſa inutiliter pro ſe adducit.) Cæterùm extra inſtru-
mentum , aut contra inſtrumentum , poſt illud
confectum,cùm iam functus ſit munere ſuo,ſolùm
credi ei poteſt , veluti vni de plebe , aut priuatæ
perſonæ , aut ſolùm quoad minima aliqua , ſcili-
cet verbi obſcuri ſignificationem , characteris in-
terpretationem , rogitum, vel ſimilia , non quoad
ſenſum, mentem, intentionem, aut intelligentiam
inſtrumentorum. Quis hoc dicat ? Aliàs , ſi fides
publica ipſi adhibenda eſſet,ad ipſum potiùs recur-
rere oporteret in dubiis omnibus , & litibus dona-
tionum,teſtamentorum, contractuum,& ſimilium,
quàm ad Theologos , Iuriſperitos , Doctores, &c.
quod ipſa praxis totius Orbis clamat eſſe abſur-
dum ; imò veluti ad Iudicem, quod etiam theorica
communis abhorret. Hinc Sacra Rota Romana
concludit,quod Notarius teſtari non poteſt de actu
præterito , provt habet Rota *in* 2. *part. diuerſor.
dec.*285.ex Ægidio, Aymone,& Felino, & in alia
coram Merlino , quæ eſt 137. appellata *Valentina
Canonicatus,n.*3. quod circa atteſtationem de præ-
terito non creditur Notario : quod probat ex mul-
tis DD. & aliis Rotæ deciſionibus. Vnde Franciſ-
cus Ferentillus *in Annot. ad Burattum , deciſ.*688.
*n.*16.ait : *Fides Notarij atteſtantis de actu de præteri-
to non probat.* Nihil ergo facit atteſtatio Notarij à
parte contraria propoſita.

Sed largâ manu ipſi concedatur , potuiſſe de 103
præfati inſtrumenti intelligentia aliquid atteſta-
ri , & ipſi teſtanti fidem aliquam adhiberi , ea-
que adhibeatur. Certè nihil eſt in eius atteſtatio-
ne , quod parti noſtræ præiudicium afferat. Solùm 104
enim ait , non eſſe *in dicto inſtrumento aliquod
vinculum , quod repugnet ceſſioni , quæ in illo conti-
netur , dictorum redditum Neapolitanorum* , quod
eſt veriſſimum : loquendo videlicet de vinculo
aliquo extrinſeco, extraneo, accidentali, & ſuper-
addito naturæ appanagij , quod conſtituebatur in
illo inſtrumento , quale eſſet v. g. ſi Pater conſti-
tuens adieciſſet, quod de illis receptis aliquam ra-
tionem ipſi reddere teneretur,aut aliquid huiuſmo-
di

di præter naturam appanagij: non verò loquendo de vinculo intrinſeco, connaturali & conformi legibus ipſius, quale eſt illud de reuerſione, iuxta
105 dicta in præcedentibus, vbi id oſtenſum. Quo etiam ſenſo intelligitur, quod illa ceſſio facta fuerit *libera, & ſine exceptione aliqua*, intellige de exceptione aliqua extrinſeca, extranea, & accidentali, non de intenta, & intrinſeca. Vnde infertur, ſententiam illam prolatam à D. Caſtillo, ſuſtineri non poſſe, vtpote inualidam, propter nullitates non ſolùm elogij prætenſi Sereniſſimi Principis Philiberti, ſed & rei in ipſo diſpoſitæ. Quod etiam ad maiorem abundantiam in ſequentibus magis elucidabitur.

DVBIVM IV.

Circa prætenſionem Sereniſſimi Ducis Mutinæ.

106 MAgnum ſanè Iuris pondus pro parte Sereniſſimi Ducis Mutinenſis ſtare videtur, eo quòd Princeps Philibertus in ſuo illo qualicunque elogio ſcribi fecerit illa, quæ in Operis argumento in principio retuli, videlicet: *Nombro por mi heredera vniuerſal de todos los bienes, muebles, raizes, y rentas, que en qualquier manera quedan, y me pertenezcan, à la Señora Infanta Dona Iſabella Princeſſa de Modena mi hermana, paraque lo goze por todos los dias de ſu vida, como hazienda ſuya, y como tal pueda diſponer della, como mejor fuere Su Alteza ſeruida.* Cùm enim diſpoſitio illa generalis ſit, vt patet ex verbis illis, *De todos los bienes*, Latinè, *de omnibus bonis*, generaliter eſt intelligenda, per Cranetam *conſ.* 103. *n.* 5. *&* 6. *& conſ.* 176. *n.* 4. *&* 5. Tiraquellum *in l. Si vnquam, C. de reuoc. donat. in præfat. num.* 119. Roman. *conſil.* 379. *in princip.* Et cùm Sereniſſimus Mutinenſis Dux nunc ſuperſtes, hæres legitimus ſit præfatæ Sereniſſimæ Eliſabethæ ſuæ parentis, nullum ſupereſſe dubium videtur, quin ad ipſum pleno iure hæreditas hæc perueniat.

107 Verumtamen, quia non ſolùm ex dictis, ſed ex dicendis etiam oppoſitum euinci videtur; idcirco ea præponenda, quæ talem diſpoſitionem omninò euacuare poſſunt. Quod non ſolùm meæ intentioni, quæ eſt pro veritate, & conſcientia loqui, ſed etiam eiuſdem Sereniſſimi Ducis conſcientiæ ſatisfactum erit: nec ingratum, vt iure credi poteſt de Principe probitate, & integritate prædito, ac inter Europæos Dynaſtas ſanguinis claritudine famoſiſſimo.

108 Et quidem, præter dicta in ſuperioribus, dubio primo, de inualiditate dictæ ſchedulæ *teſtamentaria* appellatæ ex parte ipſius, & dubio tertio ex defectu poteſtatis, tum ex parte perſonæ diſponentis, tum ex parte rei per ipſum diſpoſitæ; vlteriùs huic generali bonorum diſpoſitioni regula alia generalis opponitur, ſcilicet quod omnis diſpoſitio, quantumvis generalis, vel vniuerſalis, nunquam comprehendit illud, de quo diſponens non poſſet in ſpecie diſponere. Ancharanus *conſil.* 155. *numero* 10. quem refert Cardinalis Tuſchus *practic. concluſ. tom.* 2. *littera D, concluſ.* 490. *numero* 16. Sicut enim pro comperto eſt, quod diſponere de re ſua quilibet poteſt, *l. Dudum, Cod. de contrahend. emption. l. In re mandata, C. mand.* Ancharanus *ſuprà, num.* 7. Multò magis in vltima voluntate, in qua poteſt teſtator legem quam velit imponere rebus ſuis. Alexander *conſ.* 12. *lib.* 5. Barboſa *axiom.* 73. *num.* 1. ſic è contra apud omnes pro comperto eſt, quod in generali, aut vniuerſali bonorum diſpoſitione non includuntur ea, quæ *iuris noſtri non ſunt.* Si igitur redditus illi, ſeu prouentus Neapolitani (ad quos ſolummodò mea dirigitur intentio) non erant quoad facultatem diſponendi de illis ſub iure Sereniſſimi Principis Philiberti, prout oſtenſum manet ex dictis dubio tertio, *num.* 85. vtique rectè elicitur, inualidè de ipſis diſpoſuiſſe, & inualidam eſſe quoad illos redditus hanc Sereniſſimæ Sororis in hæredem inſtitutionem. Accedit & generalis alia regula, nempe quod diſpoſitio generalis reſtringitur ex ratione particulari, *l. Cùm prætor, §. Dulciſſimis, ff. de legat.* 2. *l. Si certa re, C. de tranſact.* Gironda *de priuilegiis, num.* 277. Ozaſchus *Pedemontan. dec.* 98. *num.* 10. Surdus *conſ.* 389. *num.* 9. Eſſe autem particulariſſimam rationem in prouentibus illis Neapolitanis, omnia fermè, quæ dubio tertio dicta ſunt, ſatis explanant. Inſuper & alia, quod omnis diſpoſitio, quæ latiſſimè interpretari ſoleat, quatenus alterum lædit, reſtringi debet, & ſtrictè interpretari, *cap. ſuper eo, de offic. delegat.* vbi Abbas, & alij. Decius *conſil.* 443. *num.* 6. Caſſadorus *dec.* 3. *de priuileg. num.* 3. Gonzalez *ſuper Regul.* 8. *Cancellariæ, §.* 6. *proœm. n.* 9. Reſtringatur ergo hæc Principis diſpoſitio, ne lædat ius ſui Patris, aut Coronæ, ad quam deuolui debebant redditus illi, de quibus agitur.

Conſequenter etiam, nec ipſum Sereniſſimum 109
Philibertum de his prouentibus aliquid in generali illa hæredis inſtitutione diſponere voluiſſe, palam demonſtrari poteſt. Tum quia talis præſumitur voluntas teſtatoris, qualis de iure eſſe debet. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 6. *titul.* 6. *numero* 5. De iure autem non potuiſſe eſſe de illis, oſtenſum iam eſt. Tum quia ratione appanagij, Patris Ducis Sabaudiæ fiduciarius erat, per Terram Rubeam *tractat. contra rebell. artic.* 1. *concluſ.* 22. Chopinum *de Doman. Franc. lib.* 3. *titul.* 12. *numero* 18. Fidelitatis ergo vinculo conſtrictus, non niſi grauiſſimè peccando illud diſtrahere poterat. Quod commiſiſſe piiſſimum Principem, nunquam credam. Tum ratione pacti, quod in inſtrumento appanagij interuenit, illis verbis: *Promettono quelle attendere, & oſſeruare, e non contrauenire in modo alcuno, &c.* quæ etiam in ratificatione firmantur. Pacta enim inuiolabiliter obſeruari debent, *l. prima, §. Si conueniat, ff. Depoſiti, l.* 1. *ff. de pact. l. Iuris gentium, §. Prætor ait, ff. eodem titulo, & de regulis Iuris, c.* 1. *eodem.* Menoch. *conſ.* 1. *num.* 226. *cum ſequentib.* Imò etiam æquitati nil magis conuenit, quàm pacta ſeruare, *l. prima, ff. de ædil. edict. l. prima, ff. de conſtitut. pecun.* Surdus *conſilio* 183. *numero* 11. Et rumpere pacta graue eſt apud Deum, nedum apud homines, *l. prima, ff. de pactis.* Tum quoque, quia per pactum, & contractum celebratum cum Principe ſupremo, ſcilicet Sereniſſimo Duce Sabaudiæ, iura ſupremi Principis in ſuo ſtatu habente (Oddo *de fideicommiſſ. quæſtione* 2. *articulo* 4. *numero* 56. *& quæſtione* 3. *numero* 89.) tum maximè ratione religionis iuramenti in ipſo appanagio, & ratificatione ipſius contenti: *Toccato il petto, à modo de Caualieri.* Quod tanti ponderis eſt, vt aures abhorreat dicere, pium, & religioſum Principem contra ipſum agere voluiſſe, maximè morti proximum, quia talis ſemper præſumitur memor ſalutis æternæ, prout pars aduerſa etiam admittit ex

Ruino *conſil.* 78. *n.* 12. *lib.* 3. Riminaldo *conſ.* 58. *n.* 31. & aliis.

110 Maximè non potuiſſe, nec voluiſſe Principem Philibertum in diſpoſitione illa hæredis ſuorum bonorum comprehendere dictos prouentus Neapolitanos, potentiſſimâ coniecturâ deducitur ex ipſa ſcriptura, quæ titulo Teſtamenti à Legatarus canonizatur. Cùm enim in ipſa Princeps aliqua legaſſet famulis, familiaribus Aulæ ſuæ, necnon aliis dignioribus, animaduertens ſe ex pacto conuento in appanagio, ac ratificatione ipſius non potuiſſe id facere de præfatis redditibus, ſic legitur:

111 *Item, de mas de lo ſuſo dicho, por el amor, y obligaciones tan antiguas, que tengo a mis criados y en eſpecial al hauerſeme pueſto los mas dellos por mano del Rey mi Senor, y por la calidad de ſus perſonas, y las de los continuos, leales, y agradables ſeruicios, que me han hecho, ſiguiendome tantos años por mar, y tierra, en paz, y en todas ocaſiones, quiero, que ſe les pagnen a cadavno dellos, por todos los dias de ſu vida, les graxes, que hoy tienen eſcritos en los libros de mi Casa, conuiene à ſaber alas perſonas, alas quales los eſtan hechos buenos, y actualmente me ſiruen, como conſtarà por relacion firmada de D. Franciſco Manuel mi Mayordomo, paraque los hayan, y tengan mientres biuieren, y los cobren delos quaranta mil ducados moneda de Caſtilla, que tengo conſiñados por Su Mageſtad en el Reyno de Napeles, que procedieron de la dote de la Sereniſſima Señora Infanta de Caſtilla Doña Catalina de nuſtria defuncta mi Señora, y Madre, y juſtamente me pertenezcen por donacion del Duque mi Señor, y Padre, y renunciacion delos Sereniſſimos mis hermanos, y hermanas: y ſuplico à Sus Altezzas tengã por bien eſta mi diſpoſicion en eſta parte, pues por allarme con tantas obligaciones como ſon notorias, y no tener con que poder acudir à ellas de otra parte, me hà ſido forzoſo cumplirlas, y ſeñalarlas en eſta renta.* In quibus attentè perlectis id animaduertendum, quod cùm in hac occaſione de præfatis Neapolitanis prouentibus mentionem faceret, & ſibi conſcius, vt dixi, eſſet, quod de illis diſponere non valeret, prohibitione nimirum, naturâ appanagij, pacto, & iuramento reuerſionis obſiſtentibus, ſupplicat enixè Sereniſſimos Ducem Patrem, Fratres, & Sorores, vt illam ſuam diſpoſitionem benignè conualidare digneutur. Non enim poſtularet id, quod ei aliàs permiſſum, & licitum erat. Vnde Rota *dec.* 317. *numero* 1. *part.* 6. *recent.* de quodam qui poſtulauerat à Principe id, quod facere poterat, inquit: *Fruſtrà petitur à Principe, quod de iure competit, l. prima, C. Theodoſiani, lib.* 10. Ruinus *conſil.* 136. *n.* 5. *vol.* 1. Surdus *conſ.* 215. *num.* 15. Ne igitur dicatur, clauſulam iſtam ſuperfluam, & inutilem eſſe, quod Rota *part.* 5. *recentior. tom.* 2. *deciſ.* 23. *num.* 3. ex Menochio *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 115. *à numero* 63. non admittit, aut verba aliqua eſſe in illa, quæ nihil operentur, quod etiam iura deteſtantur, *l.* 3. *in principio, ff. de Iureiurand. l. Si quando* 109. *de legat.* 1. *l. fin. ff. ne quid in loco publ.* & aliis Iuribus, & Doctoribus vulgatè, coguntur aduerſarij dicere, ideo Principem hanc veniam diſponendi de illis redditibus à Duce, & Principibus poſtulaſſe, quia ſine ipſorum placito id facere non poterat.

112 Nec dicant, ceremoniæ, vrbanitatis, non autem neceſſitatis ea verba eſſe. Quia in rebus tanti momenti, & intereſſe, non ſolent, nec debent Principes verbis vrbanitatis, aut ceremoniæ vti, maximè in teſtamentis condendis, in quibus quodcunque verbum, etiam minimum, & minima ſyllaba, debet aliquid operari. Romanus *conſ.* 180. *n.* 5. Caſtrenſis *conſ.* 222. *n.* 19. ſicut in aliis diſpoſitionibus, etiam minorem ſolemnitatem ad ſui valorem poſtulantibus id exigitur, prout ex Rolando à Valle, Cravetta, Tuſcho, & aliis confirmat Barboſa *dicto axiom.* 222. *n.* 10.

113 Præſumptionem quoque prædictam auget, quod cùm ipſe Princeps aliquibus ſuis familiaribus quantitatem aliquam pecuniæ ex prædictis redditibus, ipſorum vitâ durante, in præfata teſtamentaria ſchedula legaſſe dicatur, declaraſſe nihilominus in ipſa dicitur, quod poſt ipſorum mortem illæ pecuniarum portiones reciderent ad ſuam hæreditatem, & vniri deberent cum illa. In quo præter alia, quæ nonnulli noſtræ partis fautores expendunt, expendam & ego ſcrupulum, ſeu remorſum conſcientiæ habuiſſe virum timoratum, quod contra legem appanagij, pacta, & iuramentum ageret, diſponendo de illis redditibus; & ita non ſolùm ad id faciendum veniam poſtulaſſe ab iis, ad quos ſpectare poterat, vt dictum eſt, ſed etiam, ad maiorem cautelam, hoc facto expreſſiſſe, illos eſſe de proprietate Coronæ, vnde exiuerant.

114 Ex dictis porrò, vt ad intentum thema reuertar, clare videtur deduci, in diſpoſitione illa hæredis facta à Principe in perſonam ſuæ Sereniſſimè ſororis Elizabethæ, nullo pacto comprehendere voluiſſe (ſicut nec potuiſſe) redditus illos, ſeu prouentus Neapolitanos. Non ſolùm ex vulgato illo, *Si voluiſſet dixiſſet*, quod maximè procedit quando agitur de rebus ſpeciali notâ dignis, quæ niſi ſpecialiter notentur, neglectæ cenſentur, *l. Item apud Labeonem, §. hoc edictum, ff. de iniur. cap. Quamuis, de præbend. in* 6. & aliis vulgatis iuribus, & Doctoribus, vt propterea dicatur, *non expreſſa non nocent, ex l. Nonnunquam, ff. de condit. l. expreſſa* 155. *ff. de regulis iuris:* ſed maximè eo quòd, cùm de diſpoſitione rerum multò minoris momenti, quales erant largitiones illæ pecuniarum, vel ſalariorum, in gratiam ſuorum familiarium factæ, & per quam parum, aut nihil præiudicij Coronæ Sabaudiæ inferebatur, quaſi ſcrupulis agitatus, quod id facere non poſſet, implorauerit conſenſum, & beneplacitum totius ſuæ Sereniſſimæ Domus, Patris ſcilicet, Fratrum, & Sororum, ad id faciendum; & ea eſſe bona ſuæ legitimæ, vt poſtea dicetur (etſi non rectè) aſſeruerit, & cum declaratione, quod talia bona recidere deberent poſt mortem Legatariorum ad ſuam hæreditatem, & cum illa vniri, vt dictum manet: nihilominus in inſtitutione vniuerſali hæredis ſuorum bonorum, tam mobilium, quàm immobilium, in quorum diſtractione magnum præiudicium Coronæ verſabatur, & propter cuius emolumentum prohibitio erat de ipſis non diſtrahendis, iuxta legem *Filiusfamilias, §. Diui, ff. de legat.* 1. non vſus fuerit dictis cautelis, aut cautionibus: certè, ni fallor, prudentiſſimè iudicari debet, ſub tali generali diſpoſitione non fuiſſe comprehenſos dictus illos Neapolitanos prouentus, ſiquidem vnico verbo id poſſet facere, & quod facilè fieri poteſt, ſi non fiat ſcienter, & cum myſterio, omiſſum credi debet, prout pars aduerſa ex Anania, Hondedeo, & aliis, etſi ad aliud intentum, diſcurrit: aut ſi comprehenſi erant valde diminutè proceſſerit non ea nominatim, & expreſsè referendo; quam diminutionem admittendam non eſſe eadem pars aduerſa ad ſuum intentum fatetur ex aliquibus Doctoribus.

Ar opponitur, quod ipſe Princeps poſt verba illa relata, in quibus Patris, Fratrum, & Sororum conſenſum expetiuit pro diſtributione partis

illorum

illorum prouentuum in ſuos familiares, de eorum redditunm aſſignatione inquit, eſſe ſibi factam, *por la Legitima que me toco de la Señora Infanta mi Señora, y Madre, como por la Ceſſion, y Donacion de Su Alteza*; ſcilicet Ducis Patris. Ex quo inferre quidam volunt, de illis potuiſſe diſponere, ac diſpoſuiſſe, etiam in hæredis inſtitutione. Sed hæc nihil prorſus prudentiſſimorum mentem Iudicum mouere poterunt, nedum propter dicta toto dubio primo, & ſecundo de informitate, inſolemnitate, & inualiditate dictæ ſchedulæ, per abuſum *teſtamentum* vocatæ; & quia eſto quod valida eſſet, clauſulam nihilominus iſtam ſuppoſititiam eſſe, & callidè intruſam, aliqui dicunt, falſitatemque in legatarios refundunt (de quibus quia criminalia ſunt, mihi iudicare non incumbit,) ſed etiam, quia tales redditus non fuiſſe pro legitima Principi Philiberto donatos, ex multis palam deducitur. Primò, ſanè ex adductis *dub.3. numero* 73. quod videlicet ipſa primæua inſtitutio, ſeu origo appanagij in Gallijs, vnde ad Sabaudiam, aliaſque Nationes deriuatum videtur, eſt quod illud non pro legitima, ſed potiùs veluti in odium legitimæ filiis natu minoribus aſſignetur. Cùm autem ad rei originem attendendum ſit, quia ab ipſa reliqua vim capiunt,
116 *leg. Quidquid, in princip. ff. de noxal.* Mandoſius *in regul.* 27. *q.* 20. *n.* 4. & *reg.* 30. *queſt.* 2. *num.* 1. & Gonzales *in regul.* 8. *Cancell. gloſ.* 31. *n.* 46. rectè infertur, non niſi incongruè appanagium deduſſe pro legitima. Ad hæc ſecundò, quia hæc eſt natura appanagij, vt eodem *dub.* 3. *num.* 71. oſtenſum manet: rei autem naturam præcipuè reſpiciendam, quidquid ſit de ipſius nominatione, *argument. leg. Si vno, ff. Locati, cap. Ea quæ, de ſimon.* Abbas *conſ.* 47. *num.* 2. Felinus *cap. In noſtra, num.* 9. *de reſcript.* & fuit dictum à Rota in deciſ. Vlisbonenſi & Hiſpalenſi, apud Gonzalez *ſuprà gloſſ.* 5. *numero* 18. Item tertiò, quia in inſtrumento conceſſionis huius Appanagij, & aliis eiuſdem Sereniſſimi Philiberti, & Fratrum, ac Sororum, quibus ratificatur, & approbatur, etſi variis nominibus appelletur, ſcilicet bonorum, emolumentorum, iurium &c. nunquam appellatur Legitima. Quorſum ergo tali nomine appellandum? Præſertim quartò, quia in ipſomet Inſtrumento Princeps ipſe per ſuum
117 Procuratorem mandat: *Si reade, e confeſſa eſſere, e douere eſſere tacito, e contento di quanto poteſſe pretendere per qualſiuoglia cauſa penſata, ò impenſata, eciandio di Legitima, ò ſupplemento di eſſa reſpettiuamente.* Quibus verbis ſatis, ſuperque declarat conceſſa illi in appanagium, nullatenus pro legitima æſtimari debere. Accedit quintò, vt etiam inſinuatum eſt in præcedentibus, quòd ſi prouiſio, quam faciunt Reges, & Principes magni pro ſuis liberis natu minoribus congruè ſuſtentandis, eſſet per modum legitimæ, cùm legitima ſit perpetua, & tranſeat ſeparata, & diuiſa à dominio, ſeu domanio, ad omnes ſucceſſores, ſiue maſculos, ſiue fœminas; vtique actum eſſet de Regnis, Principatibus, Ducatibus, & Dominiis; ſiquidem omnia iam eſſent exhauſta, diſiuncta, & diuiſa, ac diſmembrata in fratres, filios, nepotes, ſorores, filias, &c. Cùm tamen certum ſit ex oppoſito, diuitiis Regna conſeruari. Molina *de primogenit. libro* 1. *cap.* 11. *numero* 4. Mantica *de coniectur. vlt. volunt. libro* 7. *tit.* 1. *numero* 46. & conſtans omnium ſententia. Hinc præter Authores relatos ſuppoſitur *numero* 71. & 73. ex Theologis, etiam Layman, *libro* 3. *ſect.* 5. *tract.* 5. *cap.* 5. *numero* 10. inquit, quod legitima portio non ſit debita *in Regnis, Ducatibus, & Comitatibus Magnatum.* Imò oppoſitum omninò ſingulare, & contra communem DD. nientò cenſeri debet.

Pro maiori etiam firmitate eorum quæ dicta ſunt, vlteriùs addendum, quod etſi omninò liberaliter concederetur, præfatos Neapolitanos prouentus conceſſos fuiſſe à Duce Patre Principi filio pro legitima, eſto ſine cauſa grauari non poſſent, *leg. Quoniam, C. de inoffícioſ. teſtament.* benè tamen ex cauſa, & onere ipſi donatario proficuo, quale eſt de non alienandis. Sic enim ex Merlino *de legit. libro* 3. *tit.* 2. *queſt.* 7. & aliis Iuribus, ac Do- 118
ctoribus, benè firmant aliqui noſtræ cauſæ Patroni. Maximè quia Princeps deſcendentes non habuit, quo eam ſicut legitimæ renunciare potuit, teſte Laymano *ſuprà*, ex Claro *queſt.* 43. *numero* 3. Antonio Gomez *tom.* 1. *reſolut. cap.* 11. *numero* 31. & Couarruu. *capite Raynaldus*, §. 2. *numero* 2. ſic & multò magis grauaminis, ſeu oneri reuerſionis, &c.

Maneat igitur ex deductis, quod huius du- 119
bij thema fuit, prætentionem Sereniſſimi Ducis Mutinæ ad hæreditatem Sereniſſimi Philiberti, non ſolùm incertam eſſe, ſed etiam labili fulcro nixam, donec ipſe Sereniſſimus maiora dedocat ſui iuris fundamenta.

Pro quo ipſi Sereniſſimo Mutinenſi præmedi- 120
tandum, quod cùm hæreditas dictorum prouentuum ſolùm illi contingere poſſit ratione ſuæ Sereniſſimæ parentis è viuis tranſlatæ, appanagium autem ſit feudum, vel ad modum feudi inſtitutum, prout ea quæ ſuprà *dub.* 3. *numero* 74. dixi, ſufficienter oſtendunt; cùm fœminæ à feudi ſucceſſione ex ipſius natura arceantur, *cap.* 1. §. *Et quia vidimus*, & ibi Doctores, *de his qui feud. dare poſſ.* & *cap. primo*, §. *Filia verò, de ſucceſſ. feudi, cum ſimil.* etiam ex conſuetudine in Sabaudiæ Ducatu ſæpè in iudicio contradictorio, vt hiſtoriæ narrant, obſeruata, videtur repellenda ipſa Sereniſſima Mater, & per conſequens ipſe Sereniſſimus Filius. Deinde, quod cùm in appanagij huius ſucceſſione ordo primogenituræ attendatur, prout manifeſtè conſpicitur ex illis verbis ipſius: *Dona al Sereniſſ. Principe Filiberto, &c. per ſe, ſuoi heredi, e ſucceſſori maſchi in infinito, ſeruato l'ordine ſucceſſiuo di Primogenitura, e non altrimente, &c.* Et primogenitura fœminis non competat, ſed maſculis, habebit contra ſe Dux Sereniſſimus colluuiem Iuriſtarum, qui ex hoc capite negant ad ipſum peruenire potuiſſe ius dictorum prouentuum. Præterea tertiò, conueniet ipſi Sereniſſimo oſtendere eius genitricem, aut ſpecificè inter viuos, aut verò per vltimam voluntatem diſpoſuiſſe de prædictis prouentibus, prout ex Menoch. Fuſario, & Cyriaco illi opponunt aliqui docti Defenſores huius partis; alioquin ius quod prætendit habere, valde fluctuabit. Præſertim quartò, quia ſententia pro Legatariis in poſſeſſionem præfatorum redditunm immittendis à S. Conſilio Neapolitano prolata, in vim cuius ipſe Sereniſſimus poſſeſſionem nactus eſt, ſubdola, obreptitia, perluſoria, & colluſoriè obtenta à nonnullis in iure peritiſſimis appellatur: de quo iudicium non fero, quia acta non vidi. Id tamen præmoneo, quod ſi ſententia illa perluſoria, ſeu colluſoria fuit, nullum omninò tertio intereſſe habenti præiudicium afferre poteſt, vt communis DD. conſenſus admittit, *ad l. Si ſeruus plurium* 50. §. 1. ibi: *Vel colluſoriè, ff. de legat.* 1. & obſeruat Sacra Rota coram Seraphino *deciſione* 1206. *numero* 4. Et eſt omninò ipſo iure nulla, *dicta l. Si ſeruus plurium, l.* 17. *ff. de inoffícioſ. teſtament.*

Rota coram eodem Seraphino *deciſione 763. numero 9.* Ac proinde non ſolùm non tranſit in rem iudicatam, provt ex eiſdem iuribus habetur, & ex pluribus Doctoribus cumulat Barboſa *in Axiomat. iur. axiom. 000. numero 6.* Ac perinde non faciet *ex albo nigrum, nec ex nigro album.* Caſtrenſ. *conſil. 6. circa finem*, Romanus *conſil.* 504. Toſchus *concluſ. 267. numero 54. & 55.* Sed nec meretur ſententiæ nomen, *leg. vltima, Cod. de ſentent. ex breuicul. recit. Clem. Paſtoralis, §. Vt igitur, de re iudic.* Et qui perluſoriâ ſententiâ nactus eſt poſſeſſionem, nunquam præſcribit, veluti malæ fidei poſſeſſor, ad textum expreſſum *in l. Qui fundum, §. Procurator*, & ibi Bartolus, & DD. communiter. Et ſi in iudicio rei vendicationis de proprietate ſit victus, tenetur ad fructuum reſtitutionem, *l. tertia, C. de condict. ex lege*, cum concordantibus.

121 Abſit ergo ab optimo Principe, quod huiuſmodi colluſionem in hac ſententia à ſuis Miniſtris fieri permiſerit. Cùm enim colluſio ſit quædam inter actorem, & reum latens, & fraudulenta conuentio, Gloſſa *in capit. Audiuimus, de colluſione deteg.* Menochius *conſil. 175. n. 17.* Barboſa *in collect. DD. ad d. cap. Audiuimus, num. 4.* inter crimina, & delicta connumeratur, Menochius *de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 26. num. 1.* Barboſa *ſup. num. 2.* Nec debet manere impunita, *cap. Si quem pœnitentiæ, 2. quæſt. 3.* Gloſſa *in dicto cap. Audiuimus, verb. Colluſione.* Et licèt ſit difficilis probationis, Maſcardus *de probat. concl. 322. num. 1.* Auna *conſ. 104. lib. 2. num. 99.* & alis; nihilominus ex coniecturis probatur, *l. Qui autem, §. Non ſimpliciter, ff. Si quis omiſſ. cauſ. teſt.* Maſcardus *ſupra*, Viuius *deciſione* 296. poſt alios; adeo vt vnica ſuſpicio ſufficiat ad eam probandam, ſecundùm Crauetam *conſil. 997. num. 17.* Et ſaltem ex multis capitibus conjici poteſt, de quibus Menochius *de præſumpt. præſ. 26.* Antonius Monachus *deciſ. 17. à num. 11.* Maſcardus *dicta concluſ. 322.* Barboſa *ſuprà à numero 4.* & Rota *deciſ. 763.* coram Seraphino, vbi ad alios coram Coria, & Aldobrandino ſe refert. Longiſſimè ergo à tanti Principis probitate abeſſe debet.

DVBIVM V.

De jure Sereniſſimi Principis Mauritij.

Quod Diuus Auguſtinus contra Fauſtum *cap. 31.* diait, videlicet, *Authoritas belli eſt penes Principem, miniſterium exequendi eſt penes Milites*, huic propoſito, in quo agitur de iudiciali bello inter partes, applicari poteſt. Etenim *authoritas belli*, id eſt *litis*, ad Principes iſtos intereſſe habentes in hac cauſa ſpectare debebat; *exequutio* verò, ſeu *miniſterium exequendi*, pertinuit ad ipſorum *Milites*, videlicet Miniſtros, vel Procuratores.
122 Qui forſan in cauſa fuerunt, vt Sereniſſimus Princeps Mauritius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ quondam Eminentiſſimus Cardinalis, prudentiâ, probitate, & alijs animi dotibus præclarus, auditâ germani fratris Principis Philiberti morte, & actis inter Sereniſſimum Ducem Mutinæ, & legatarios colluſoriè, vt dicitur (de quo non iudico) expletis, in iudicio comparuit, audiri poſtulans, quod ad ipſum Principis inteſtati portio de Neapolitanis redditibus ſpectare contenderet, vt hæredi videlicet Infantis Sereniſſimæ Catharinæ eius parentis, cuius erant. Dixi porrò eiuſdem Sereniſſimi Mauritij Miniſtros in cauſa forſan fuiſſe, quod ipſe in iudicio compareret, præfatorum redditunm partem ſibi debitam contendens; quia cùm nullo iure ſuffultus id fecerit, nec vlla ipſi actio ad illos competeret, potiùs Miniſtrorum inaduertentiæ, quàm principis prudentiſſimi ſolicitudini id tribuendum.

Nullum autem ius, nullumque actionis fundamentum ipſi Sereniſſimo competere potuiſſe, clarè deducitur. Primò ex eo, quod Ipſe Patri renunciauerat partem, ſeu portionem, quæ ex illis redditibus ipſi aduenire poterat; provt ex dictis in præcedentibus, & ex inſtrumentis, & documentis in actis apparet. Renonciatio enim eſt quædam donatio, vt latiſſimè Tiraquellus *in l. Si vnquam, in verbo Donatione, quæſt. 8. Cod. de renunc. donat.* Maſcardus *de probationibus, volum. 3. concluſ. 1263. num. 1.* Vnde quando eſt de rebus allodialibus, id eſt, quæ pertinent ad plenum, & directum dominium alicuius (Paulus *conſil. 161. in princip.*) omninò valet, quia quilibet poteſt donare rem allodialem, provt *ex l. Si rem aliquam*, notant Bartolus, & Doctores alij. Imò renuncians, ad effectum repetendi rem cui renunciauit, habetur pro mortuo. Rota *deciſ. 28. de proc. in non.* Gonzalez *ſuper reg. 8. Cancellariæ, §. 5. proœm. num. 24.* ex alijs, adeo vt Papa Papatui renuncians, etiam pro mortuo habeatur, pariaque ſint Papam obiiſſe, vel Papatui renunciaſſe, vt in ſpecie probatur *in Clem. Ne Romani, §. Sanè*, iuncta Gloſſ. *verbo Moriente, de elect.* Felinus *in cap. licèt vndique 3. ſub num. 2. ad med. verſic. & ex dicto Bartoli, de offic. delegat.* Gonzalez *ſuprà, num. 28.* Cùm igitur Sereniſſimus Mauritius dictis prouentibus Neapolitanis nontium miſiſſet ad illos repetendos, veluti ciuiliter mortuus reputatur. Nec dici poteſt, quod renunciatio non comprehendit caſum nimis inſolitum, Siluanus *conſ. 60. n. 10. & conſil. 64. n. 1.* Ceuallos *comm. contra comm. q. 57. n. 10. & q. 702. n. 1. & 2.* Mantica *de tac. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 8. n. 3. & 8.* Non enim eſt caſus inſolitus is, qui contingit in præſenti, vt ſcilicet Princeps Philibertus moreretur, aut ſine filiis maſculis decederet, ac proinde tales prouentus redirent ad fontem vnde exierant. Præſertim cùm ſub Religione Militari Sancti Ioannis Ieroſolymitani viueret, quæ matrimonia prohibet inire.

Secundò, quia eo ipſo, quod Princeps Mauritius ſimul cum tribus Sororibus, & Infantibus, Margarita, Maria, & Catharina inſtrumento ſtipulato 4. Ianvar. 1622. ampliſſimis clauſolis approbauerit, confirmauerit, & pro rato habuerit inſtrumentum appanagij conſtituti Principi Philiberto à Sereniſſimo Duce communi parte, vt patet ex illis prægnantibus verbis: *Quali tutti informati della continenza del ſudetto Inſtrumento di Ceſſione per la lettura di quella à piena intelligenza inteſa, ogni vno di eſſi, per quanto gli ſpetta, & appartiene, hanno ratificato, accettato, approuato, & omologato, è per il preſente publico Inſtrumento ratificano, accettano, approuano, & omologano, è per quanto à ciaſcun di loro ſpetta, di nuouo cedono, donano, e rimettono per ragione propria, & in perpetuo al Sereniſſimo Principe Emanuele Filiberto fratello.* Et inferiùs: *Li ſopramentionati annui ſcudi quarantanoue mila ottocento ſeſſantaſei, e due terzi, come ſopra douuti, dell' entrate, à ragione della detta Doana delle pecore di Puglia nel Regno di Napoli, con tutte le ragioni, & attenſioni, ſi, è come ſpettauano, & apartenevano all' Altezza predetta comune Padre, & ad eſſa Sereniſſima Infanta* 123 124

di

di glorioſa memoria loro comune Madre ; è ciò dal primo di Genaaro 1620. ſeruata la forma del predeſignato Iaſtramento di Ceſſioae , come in quello ſi coatiene , e conforme all' ordine di Sua Alteza Sereaiſſima. Cùm in appanagio ipſi Principi Philiberto de Patre illud conſtituente dicatur : *Hà donato , ceduto , e rimeſſo , e traſferito , e per virtù del preſente publico Inſtrumento , dona , cede , rimette , e traſferiſce per l' Appanagio predetto al Sereniſſimo Principe Emmanuele Filiberto.* Et infrà : *Per eſſo Sereniſſimo Principe , ſuoi heredi , e ſucceſſori maſchi Primogeniti , in infinito , ſeruato l'ordine ſucceſſiuo di Primogenitura , e non altrimente , in feudo nobile , gentile , antico , e auito , e paterno , e ligio.* Ac interius : *Di più il reddito delli quarantanoue mila attocento ſeſſentaſei , e due terzi , ducati di Napoli delli prouenti delle doti della glorioſa memoria della Sereaiſſima Infaata predetta , quali tutti redditi detta S. A. &c.* Rectè ſequitur ipſum etiam Sereniſſimum Mauritium ceſſiſſe , & donaſſe ſuo fratri Sereniſſimo Philiberto præfatos redditus , eodem pacto , & onere , quo illi à Patre erant conceſſi , & donati , & iuxta naturam , modum , & qualitates talis donationis , & ceſſionis , in appanagium videlicet , & cum onere reuerſionis ad Coronam , prout expreſsè in appanagio legitur , & dictum eſt *ſuprà dub. 3. & 4.* & dicetur *dub. 6. ſequenti.*

125 Ex quo etiam liquidum eſt , non potuiſſe Sereniſſimum Mauritium ipſos , aut portionem aliquam ipſorum vllo pacto in iudicio repetere. Conſtans enim veritas eſt , quod contra factum proprium nullus venire poteſt , aut ipſum impugnare , *l. poſt mortem , ff. de adopt. l. & per fundum , ff. de ſeruit. ruſt. præd.* & pluribus alijs iuribus , & DD. per Barboſam cumulatis *in tract. de Axiom. iur. axiom. 93. num. 23.* Et quia , vt habetur ex regula iuris *in 6. num. 21.* & ſumitur *ex l. Sicut , C. de action. & obligat.* quod ſemel placuit , ampliùs diſplicere non poteſt. Quod ampliant Maynus *in l. Nemo poteſt mutare , ff. hoc titulo ,* Gloſſa *verbo Partibus , ad fin. in Clem. ſæpè , de verb. ſignif.* Tuſchus *pract. concluſ. tom. 6. littera Q. concluſ. 48.* Vnde etiam hauriunt DD. axioma illud , *Mutare conſilium quis non poteſt in alterius detrimentum.* Non ergo potuit Sereniſſimus Mauritius contra ea quæ ſciens , & prudens fecerat , aliquam actionem habere. Nec etiam videtur id debuiſſe facere , cùm teſte D. Bernardo epiſtola 159. perſeuerantia ſit *amica pacis , amicitiarum nodus , vnanimitatis vinculum , propugnaculum ſanctitatis.*

126 Quæ tamen ſint ſolùm dicta donec de maiori iure eiuſdem Principis Sereniſſimi notitia habeatur.

DVBIVM VI.

De iure Sereniſſimorum Ducum Sabaudiæ Caroli Patris , & Victoris filij.

127 VEl apices eorum , quæ in toto hoc Conſulto referuntur , oſtendunt planè ad Sereniſſimum Carolum Emanuelem Sabaudiæ Ducem , dum Sereniſſimus eius filius Philibertus vitâ functus eſt , adhuc viuentem , & poſt ipſius obitum ad Sereniſſimum Victorem Amedeum eius Primogenitum , & in toto Sabaudienſi Domanio ſucceſſorem , prædictos Neapolitanæ Dohanæ prouentus omni iure ſpectaſſe. Cùm enim de illis inualidè diſpoſuiſſe Principem Philibertum oſtenſum ſit *dub. 1.* nec potuiſſe diſponere , toto *dub. 3.* nec ſpectare ad Sereniſſimam Iſabellam Mutinenſem Duciſſam , vt *dub. 4.* demonſtratum , nec minus ad Sereniſſimum Mauritium , vt *dub. præcedenti* dictum ; eademque ratio ſit de Sereniſſimo Principe Thoma , aut Sereniſſimis Sororibus tunc temporis viuentibus ; neceſſe omninò eſt dicere , deuolutos eſſe ad Sabaudicam Coronam , vtpote fontalem originem vnde exierunt , quemadmodum oſtendi *num. 79.* & alijs ; & ad illius Moderatores , quales fuerunt dum viuerent , Sereniſſimus Carolus Emmanuel , & Sereniſſimus Victor eius legitimus hæres.

Quamuis autem hæc dictis locis abundè ſatis comprobata maneant , hìc tamen veluti in proprio loco vrgeri ampliùs debet clauſula illa appanagij conſtituti , videlicet *Ritornino alla Corona ,* intellige , prout ibi dicitur , caſu quo Princeps Philibertus moreretur ſine filiis maſculis , prout de facto contigit. Duo igitur perpendenda. Primum , illud *ritornino* , latinè *reuertantur* ; ſecundum illud , *alla Corona* , latinè *ad Coronam.* 128

Et ab hoc vltimo incipiendo , nullus , vel mediocriter cordatus erit , qui per *Coronam* hoc loco *Coronam Sabaudicam* intelligi refragetur. Quod enim quidam dixit , intelligi perſonam ipſius Sereniſſimi Ducis appanagium conſtituentis , nulli arridebit , cùm inueriſimile ſit , prudentem Patrem cogitaſſe poſt filium , & ſucceſſores ipſius , quos in appanagio vocabat ad fideicommiſſum , è vita deceſſurum , vt poſt Socinum iuniorem & Alciatum tradit Menoch. *conſil. 6. num. 6. & conſil. 199. numero 13.* Quare dubio procul *Corona* nomine non ſemel in appanagio repetito , Appanagiator intellexit Duces , & Principes moderatores Sabaudici Domanij , ſeu dominij , *Corona* enim ſymbolum Regni eſt , vt apud omnes eſt pro comperto : vnde *Corona* Papæ *Regnum mundi* appellatur : & illud Iſai. 28. *Væ coronæ ſuperbiæ* , ſuperbum Hebræorum Regnum denotat , vt Cornelius exponit. Hinc & illud Ouidij *lib. 5. Faſtorum.* 129

Illa datos faſces commendat , eburque curule ,
Illa coronatis alta triumphat equis.

Rectè ergo ex iis elici datur , nomine *Coronæ* in præſenti Moderatores , & Duces Sabaudiæ intelligi debere , ac periode ad illos , quicunque ij pro tempore fuiſſent , reuerſuros dictos Neapolitanos redditus.

Sed quid per illud *ritornino* , ſeu *reuertantur* ? 130
Sanè niſi in figmenta labi velimus , dicere oportet per illud denotari illos Neapolitanos prouentus redire debere vnde exierunt : & magis ad rem , ad patrimonium illud , à quo fuerunt ſeparati , vel diſmembrati ; ſeu ad eos , qui ipſum poſſident , & Coronam repræſentant , ſcilicet Duces ipſos , *l. 1. in principio , ff. de donat. & C. de reuocand. donat. l. ſi vnquam , & de inofficioſ. donat. l. Si totas , & l. Quiſquis , C. de om. agr. deſert. lib. 11.* Quintil. *lib. 2. cap. 4.* Non enim eſt idem , quod *competant , pertineant , attineant* , aut ſimile quid , ſed ſignificat retroacquiſitionem donatorum ab illis , à quibus donata ſunt. Et tam ſtrictè , vt quamvis inter Doctores controuerſum ſit , an ſignificet reuerſionem ipſo iure , an verò poſt latam ſententiam , de quo latè Tiraquellus *in l. Si vnquam , in verbo Reuertatur , C. de reuoc. donat.* Nihilominus Sacra Rota coram Cardinali Lancellotto *part. 2. recentior. deciſ. 1. num. 3.* ait , eſſe verbum reſolutiuum , nec requirere extrinſecum factum , hoc eſt ipſo iure intelligi debere. Et Ratio Rotæ eſt ,

Digitized by Google

cui etiam adhæret Barboſa *in tract. de Dictionib. dict.* 351. alios etiam referens , quia licèt hoc verbum *reuertatur* ; ſit ambiguum ad vtrumque ſenſum ; nihilominus ratione adiuncti determinatur ad directum: Quod mirè cohæret caſui noſtro, cùm hic agatur de feudo , & appanagio , quæ ex propria ipſorum natura petunt huiuſmodi reuerſionem , iuxta dicta *num.* 74. 95. *& aliis.* Imò ipſo iure , ſicut de omnibus aliis ſimilibus caſibus, & ſecundùm veriorem , & magis receptam opinionem , reſoluit Rota relata *num.* 4. Et in ſpecie de feudo , provt ex Roſemal *de feud. cap.* 10. *concluſ.* 52. *num.* 35. Tiraquello *loc. cit.* & aliis elicitur. Et meritò ſanè , quia nihil magis ipſo iure competit alicui rei , quàm ipſius natura , *l. prima*, vbi Gloſſa , *l. Filius* , *ff. de condit. inſtit.* Eſto autem ad hanc horum redditoum reuerſionem requireretur ſententia , ea certò ſperari debet ab æquiſſimis , & ſapientiſſimis Iudicibus huius cauſæ.

131 Solùm obuiare dictis poſſet Gloſſa illa parum iuridica à parte aduerſa adinuenta , quâ verbum illud appanagij *ritornino* , ſeu *reuertantur* , ſolùm cadere putat ſupra Principatum Onellæ cum ſuis pertinentiis , &c. non autem ſupra præfatos Neapolitanos prouentus. Nam præter dicta ſuperiùs *dub.* 3. *à num.* 71. vlteriùs conſtat omninò voluntatè adhiberi hanc explicationem , vel ex ſola ipſius appanagij lectura. Poſtquam enim Sereniſſimus Appanagiator ſuo Filio dictum Principatum Onellæ cum præfatis pertinentiis, ampliationibus , explicationibus , ſeu limitationibus conceſſerat in feodum , & appanagium , poſtea conſecutioè , & quaſi eodem contextu , eodemque paragrapho ſubiongit : *Di più il reddito delli quarantanoue mila ottocento ſeſſanta ſei , e due terzi ducati di Napoli delli prouenti delle doti della glorioſa memoria della Sereniſſima Infanta predetta.* Subiungens poſtea maiorem explicationem eorum, quæ dixerat , tandem concludit , quod caſu , quo ſine filiis maſculis deceſſiſſet, *che li feudi, e ragioni ritornino alla Corona.* In quo toto diſcurſu Appanagiatoris mentem eſſe æquare , & aſſimilare dictos prouentus cum præfatis aliis bonis , quantùm ad reuerſionem ad Coronam , colligitur ex dictione illa *Di più* , in quacunque ſignificatione ſumatur. Si enim ſumatur pro *Amplius* , cùm eius ſignificatum proprium ſit præcedentes qualitates repetere , provt ex Peregrino *de fideicommiſſ. art.* 16. *num.* 15. poſt Iaſon. *in l. Legata inutiliter* , *numero* 2. *de legat.* 1. ac ex Bartolo *leg. in repetendis* , *ff. de legat* 3. rectè deducunt aliqui Patroni huius cauſæ , optimè ſequitur , quod quemadmodum donatio illa Principatus Onellæ hanc qualitatem reuerſionis habebat , ſic & iſti redditus habent illam : Præſertim cùm huius dictionis natura ſit includere , non excludere. Menochius *de præſumptionibus* , *lib.* 4. *præſumpt.* 145. *num.* 3. ex Alberic. & Cuiacio. Si autem denotet idem, quod *Item* , clariſſimè etiam id demonſtrat ; nam hæc dictio eſt continuatiua , & repetitiua qualitatum præcedentis orationis , *l. Item* , *ff. de procur. & l. Item eorum* , *ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine*, quod ex innumeris Iuriſtis probat Barboſa *in tract. de Dictionib. dict.* 185. *num.* 1. Cur ergo in præſenti hoc non habebit ? Præſertim, quia vt ipſe Barboſa *num.* 7. probat ex Curtio iun. & Aneharano, hæc dictio etiamſi ponatur poſt orationem perfectam , eſt repetitiua qualitatis præcedentis , quando eſt identitas perſonarum, provt contingit in caſu præſenti.

132 Idem quoque conuincitur etiamſi iſta dictio ſignificet idem , quod *ſimiliter* , quæ etiam ſimilitudinem importat reſpectu facti , modi , & qualitatum abſque vlla difformitate, vt tradunt Innoc. *in cap. ex reſcripto , de iureiurand.* Socin. *conſil.* 281. *numero* 3. *lib. ſecundo* , Gabriel *conſil.* 8. *numero* 8. *& conſil.* 148. *num.* 13. *lib.* 2. Rota *decis.* 327. *numero* 7. apud Farinac. *part.* 1. *recentior.* Idem relinquo dicendum doctiſſimis Iuriſperitis , ſi hæc dictio accipiatur pro eo , quod eſt *vltra* , *vlterius* , *inſuper* , *præterea* , *etiam* , & ſimiles , quas omnes ſignificationes habere poteſt , vt notat Barboſa *dicta dict.* 32. Id tamen non prætermittam , quod cùm additio huiuſmodi prouentuum fuerit connexa cum conceſſione Principatus Onellæ , debebat includere eandem qualitatem reuerſionis ad fontem vnde manarant. Vt enim teſtatur Rota magiſtralis coram Coccino *quinta part. recent. tom. primo* , *deciſ.* 194. *num.* 76. qualitas vni ex connexis adiecta cenſetur etiam in altero repetita. Quod probat Rota *ex l. nihil* , *ff. de coniung. cum emancipat. lib.* Bartolo *in l. Seia* , §. *Caio* , *num. primo* , *ff. de fund. inſtruct.* Bald. *in l. Titius* , *in fine* , *C. de oper. libert. & in conſ.* 153. *ante numerum tertium, volumine quinto* : Socino iuniore , Aretino , Deciano , Aymone , & aliis. Videnda hæc deciſio , quia in ſimilibus ferè terminis procedit.

Nec prætermittendum , quod vt patet ex eo- 133
dem Appanagij inſtrumento , dum agitur de huiuſmodi reuerſione , vtitur Author ipſius dictione , *ſuprà* , vel *vt ſuprà* , coniungendo videlicet redditus iſtos cum aliis bonis , de quibus eſt ſermo in eodem inſtrumento. Quod magni ponderis eſt ad intentum. Etenim dictio *ſuprà* , eſt etiam relatiua ad præcedentia, *cum omnibus ſuis qualitatibus* , vt per Bartolum , Ruinum , Pariſium, Crauettam , Menochium , & alios habet Barboſa *dict.* 395. *num.* 2. Quod etiam de dictione *vt ſuprà* , ex pluribus aliis iuribus , & DD. cumulat *dict.* 441. *numero* 1. Sed ſufficiant Sacræ Rotæ deciſiones , in quibus idem dicitur. In vna Florentina *Fideicommiſſi* , in caſu fermè ſimili noſtro *part.* 5. *recentior. tom.* 1. *deciſ.* 40. *num.* 1. ac maximè *numero* 10. vbi quod hæc dictio operatur, vt omnes conditiones factæ in prima diſpoſitione , de nouo ſint de verbo ad verbum expreſſæ in ſecunda. Et in alia coram Dunozo inter deciſiones ipſius *deciſ.* 300. *num.* 21.

Ex quibus omnibus , adiunctis iis , quæ *dub.* 3. 134
& 4. ac 5. dicta ſunt , peremptoriè veluti oſtenditur , redditus iſtos Neapolitanos , de quibus in præſentiarum , deuolui debere ad Sereniſſimos Duces Sabaudiæ , Carolum videlicet Emmanuelem, dum viueret , & Victorem Amedeum eius primogenitum , & ſucceſſorem , vtpote Status Sabaudici moderatores, ipſius poſſeſſores, & qui Coronam repræſentant, imò ſunt ipſa *viua Corona.* Ex quo iam aditus patet ad dubium ſequens.

DVBIVM VII.

De Iure Sereniſſimæ Infantis Mariæ ad præfatos prouentus Neapolitanos.

POſitis iis , quæ in præcedentibus dubiis de- 135
ciſa manent , illis præſertim , quæ dubio proximè præcedenti dicta ſunt , in conſequentiam veluti , & neceſſariò venit , ad Sereniſſimam Infantem Mariam de Sabaudia , filiam Sereniſſimi Caroli

roli Emmanuelis Sabaudiæ Ducis, & Sereniſſimæ Dominæ Catharinæ Infantis Caſtellæ eius vxoris, ac filiæ Sereniſſimi, & prudentiſſimi Philippi II. Hiſpaniarum Regis Catholici, pleno iure, & omninò ſpectare Neapolitanos redditus, & prouentus, quos idem Sereniſſimus Carolus in appanagium aſſignauerat Sereniſſimo eius Filio Principi Philiberto, & de quibus in ſpecie conſultus ſum in hoc opuſculo reſpondi. Cùm enim, vt oſtenſum manet, illi non ſpectauerint ad Sereniſſimam Eliſabetham Mutinæ Duciſſam; nec ſpectent ad Sereniſſimum eius Filium Ducem Mutinæ; nec ad Sereniſſimum, & quondam Eminentiſſimum Cardinalem Principem Mauritium; ſed iure reuerſionis, & deuolutionis pertinuerint, ac ſpectauerint ad Sereniſſimum Ducem Victorem Amedeum, qui præfatos redditus eidem Sereniſſimæ Mariæ, & Sereniſſimæ Catharinæ eius ſororibus pro appanagio etiam aſſignauit, eo pacto, vt vnâ ex illis deficientibus, tota ſumma ad alteram ſuperſtitem deueniret; è viuis ſublatâ Sereniſſimâ Catharinâ, totum negotium ad eandem Sereniſſimam Mariam deuolutum eſſe neceſſe eſt affirmare. Sic autem res contigit. De anno 1631. pro vltima die Ianuarij Cheraſchi agens idem Sereniſſimus Amedeus coram teſtibus rogatis per inſtrumentum legitimum coram Notario, & Secretario ſtipulatum, prout ibi dicitur, ſic ſtatuit: *Hà dato, transferito, ceduto, e rimeſſo, & in virtù del preſente Inſtrumento, dona, cede, transferiſce, e rimette in Appanagio alle ſopradette Sereniſſime Infanti Donne Maria, e Catarina ſue amatiſſime Sorelle, & à ciaſcheduna di eſſe per il tutto, benche aſſenti, preſente nondimento l'Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore Paolo Antonio Duchi de Conti di Cocconato, Conſigliere di Stato di eſſe Sereniſſime Infanti, Preſidente del Contado d'Aſti, e Marcheſato di Cena per Sua Altezza Sereniſſima, figliolo del già Molto Illuſtre Signore Filiberto Duchi loro ſpeciale procuratore à queſto deputato, conſtandone Inſtrumento rogato al Notaro Gio: Gregorio Teardo di Coſtignole li 21. del corrente, che ſarà al piè del preſente tenorizato, e me Notaro, e Secretario, à nome di eſte Sereniſſime, ſtipulante, & accettante, ducati quaranta mila di Napoli annui, da pigliarſi ſopra il reddito, ò ſia prouento annuo di ducati quarantanoue mila ottocento ſeſſanta ſei, e due terzi di ducati di Napoli, procedute dalli dote della ſuadetta Sereniſſima Infanta Donna Catarina commune Madre di dette Altezze, altre volte aſſegnati nell' Appanagio del Sereniſſimo Principe Filiberto loro fratello, Gran Priore di Caſtiglia, e Leon, Generale del Mare di ſua Maeſtà Catolica, al preſente, per la morte di eſſo Sereniſſimo Principe, reunito al Patrimonio di Sua Altezza. Et in oltre, dona, cede, e rimette alle medeme Sereniſſime Infanti li ducati noue mila ottocento ſeſſanta ſei, e due terzi di ducati di Napoli, che ſopranauanzano, & ogni ſopra più che all' Altezza Sua ſpetti, & appartenghi del reddito, e prouento annuo ſopra detto, più, o meno, quanto ſarà, ſenza obligo di euittione, caſo che il detto ſopra più donato non riuelaſſe all' intiera partita delli ducati noue mila ottocento ſeſſanta ſei, e due terzi ſopra ſpecificati, qual ſopra più di ducati quaranta mila la Sereniſſima Altezza ha dichiarato, e dichiara hauer donato, & aſſegnato, come così li dona, & aſſegna alle dette Sereniſſime Infanti, in conſideratione della fabrica del Monaſtero, che intendono fare, ò per impiegare in altre parti, & opere pie ad elettione, e guſto loro, per godere eſſe Sereniſſime Infanti di tutto eſſo reddito, e prouento dal primo giorno del corrente anno, e continuare all' auenire, la vita loro naturale durante ſolamente. Con dichiaratione, che morendo vna di eſſe, la portione vacante, tanto dell' Appanagio, quanto del ſopra più donato, accreſcerà alla ſopravivente, à godere, ſua vita naturale durante, come ſopra. Dandole in oltre facultà, di diſporre tra viui, ò d'vltima volontà, del fondo di eſſo reddito, e prouento à beneficio del ſudetto Monaſtero, che intendono fondare, ò in altro modo à loro guſto, per ducati due mila annui per cada vna, in modo, che coloro, che haueranno ragione, ò cauſa da eſſe, à quali proueranno li ſudetti redditi fino alla predetta ſomma di ducati quatro mila annui, poſſino, e vagliano godere perpetuamente, ſenza contradittione, ne oppoſitione alcuna, e farne quello li piacerà. Ad hauere, tenere, e poſſedere il ſudetto reddito, e prouento annuo di ducati quarantanoue mila ottocento ſeſſante ſei, e due terzi ſopraceduti, & aſſegnati, farne eſſe Sereniſſime Infanti, ciaſcheduna di eſſe, come ſopra, ò chi haurà legitima ragione, o cauſa di eſſe, come meglio li parerà, e piacerà, durante la vitta loro naturale, e con la ſopraniuenza ſudetta, ſpogliandoſi di eſſi redditi, e prouenti, & inueſtendone eſſe Sereniſſime Infanti, conſtituendole in grado, e luogo ſuo proprio, &c.*

Circa quod inſtrumentum aliqua meditanda 137
pro maiori firmitate eorum, quæ dicta ſunt in præcedentibus. Primò quidem, verba illa: *Riunito al Patrimonio di Sua Altezza*; eis enim denotantur ea, quæ dicta ſunt *numero* 80. 85. 88. 92. 95. 128. 129. 130. quod videlicet appanagium illud à Duce Patre Filio Philiberto conſtitutum, fuerit de bonis Coronæ ab ipſa ſeparatum, & illi iterum adquiſitum, ſicut filius matri, *cap. cùm dilectus, de his quæ vi, met.* Gregor. Lopez *in l. quarta, verb. So poderio del otro, titulo 12. part. prima.* Gonzalez *ſuper regula* 8. *Cancellaria, gloſſa quinta, §. 7. numero* 15. Deinde id, quod etiam in eodem Inſtrumento ante præfata dicitur: *In conformità anche dell' appuntamento ſeguito, fino in vita di detto Sereniſſimo Duca Carlo Emmanuele loro Padre.* Ex hoc namque pariter elicitur, non ſolùm appanagium hoc factum ex conſenſu Sereniſſimi Ducis Patris, ſed etiam ipſum cum Filio conueniſſe, vt fieret. Ex quo infertur, prouentus iſtos de bonis Coronæ fuiſſe, & non ſolum de vſufructu Patris, aut bona ſolum dotalis: nam ſi iſto ſolo titulo ad Patrem ſpectarent (vt quidam dixit) ceſſarent per ipſius mortem, & pleno iure ad omnes Filios, & Filias pertinerent, & ita non poſſet ſolus Princeps Victor de illis diſponere. Poſſet enim dicere vulgare illud, *Commune quod eſt, meum non eſt, l. Nemo ſocius, ff. pro ſocio*, ſaltem loquendo in propria, & ſtricta ſignificatione, non in lata, & impropria, *l. Serui electione, §. primo, ff. de legat.* 1. *l. In re communi, ff. de ſeruit. vrban. prad.* Tertiò, ea quæ in ſequentibus leguntur: *Promettendo in oltre l'Altezza Sua, oue ſia biſogno di fare approbare, e ratificare la preſente ceſſione, & aſſignatione dall' altri Sereniſſimi Fratelli, e Sorelle*; indigitant enim iſta, propter dictionem illam *Quatenus*, denotatam per illud *Oue ſia biſogno*, cùm ſit conditionata, *l. Stichus qui meus erit, ff. de verb. obligat.* vbi Doctores, Bartolus *in l. prima, n. 20. ff. de condit. & demonſtr.* Et eſt modificatiua, & intelligitur quatenus de iure tenetur, *l. Si vnus, §. Si pactus,*

ff. de

ff. de pact. Mattha *de clauſulis, part. tertia, clauſula* 68. ex aliis; & talia non fuiſſe dicta ex neceſſitate, ſed pro maiori abundantia, & cautela Regiæ Cameræ Neapolitanæ, quæ ſoluere debet dictos prouentus, iuxta dicta *num.* 96. de ratificatione appanagij Principi Philiberto conſtituto, facta per Sereniſſimum eius fratrem Mauritium, & Sereniſſimas ipſius Sorores. Quartò præterea illa, quæ in ſequentibus leguntur de renunciatione, quam faciunt dictæ Sereniſſimæ Infantes omnium iurium ſuorum, *nella Corona*, quo etiam indigitatur id, quod ſæpius inculcatum manet, quod videlicet prouentus hi Neapolitani de Domanio, & Patrimonio eſſent, & fuiſſent, ac proinde ſubiacere potuiſſe oneri reuerſionis.

138 Amplius quintò, & ſpecialiùs meditandum, quod cum in hoc Appanagio dicatur illud concedi huiuſmodi Sereniſſimis Infantibus intuitu vitæ Religioſæ, vt patet ex illis verbis: *Nella vita Religioſa, che ſotto la Regola, & habito del Terzo Ordine del glorioſo Padre San Franceſco ſi ſono eletta*; & intuitu fabricæ cuiuſdam Monaſterij, vel alterius operis pij, vt etiam liquet ex illis: *In conſideracione della fabrica del Monaſterio, che intendone fare, ò per impiegare in altre opere pie ad elettione, e guſto loro.* Cùm hæc omnia ſint cauſæ piæ, & ad cauſam piam ſpectent, vt per ſe patet, & conſtabit legenti inter alios Maſcardum *de probationibus, volumin.* 3. *concluſione* 1172. *numero primo, & ſequentibus*; vtique gaudere debet Sereniſſimæ Mariæ cauſa priuilegiis piæ cauſæ. Qualia, prout ad præſens attinet, ſunt priuilegia Fiſci, Militum, alimentorum, dotis, minorum, Reipublicæ, Imperij, de quibus Tiraquellus *de priuileg. pia cauſa*, Maſcardus *ſuprà concluſione* 1171. & 1172. & 1173. & Barboſa *de iur. Eccleſ. libro* 2. *capite* 13. Ac maximè inter illa, quod pia cauſa ſemper habet pro ſe præſumptionem, *leg. Lege Iulia, Digeſtis de manumiſſ.* & Doctores plurimi apud Maſcardum *ſuprà concluſione* 171. *num.* 1. Itaut pro ea ſit in dubio præſumendum, & quod in teſtamento facto ad pias cauſas ceſſat omnis fraudis ſuſpicio, & falſitatis præſomptio. Pro quibus, & ſimilibus plura accumulat idem Maſcardus *ea concluſione* 1171. Deinde (audiant Iudices æquiſſimi) in diuerſis opinionibus illa præualet, quæ fauet piæ cauſæ. Romanus *in authentic. ſimiliter, Codic. ad leg. Falcidiam*, Alexander *conſil.* 204. *numero* 12. *libro* 6. Boërius *conſil.* 40. *numero* 89. & alij apud Barboſum *ſuprà, numero* 35. Præterea (quod etiam notandum) quod in dubio pro pia cauſa eſt iudicandum, *leg. ſunt perſona, in fin. Digeſt. de relig. & ſumpt. fun.* Alexander, Galganet. & Anchatan. apud eundem Barboſam *numero* 46. & Menoch. *de præſumptionibus, lib.* 6. *præſumpt.* 84. *num.* 18.

139 Reſultat iam ex dictis operis concluſio, quæ eſt, quod cùm Sereniſſimæ Infantis Mariæ ius clarum videatur, introduci debeat in poſſeſſionem dictorum Neapolitanorum prouentuum, minimè obſtante Sereniſſimi Ducis Mutinæ qualicunque poſſeſſione. Tum propter dicta ſuprà *dub. quarto*, tum maximè, ſi conſtabit ſententiam pro hoc Sereniſſimo latam, fuiſſe abſque legitimo contradictore, & partibus intereſſe habentibus non auditis; in quo ad factum ſincerum me remitto. Sed illud non prætermittam, quod interim, dum partes ſua iura non producunt, vel protrahi induſtrioſè curant, ſequeſtri præfatorum redditnum remedio vtendum omni iure fauente videtur.

Etſi enim ſequeſtratio in genere loquendo, tam iure Ciuili, quàm Canonico prohibita ſit, vt in rubro, & nigro *Cod. de prohibita ſequeſtrat. pecun. cap.* 1. *de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct. cap.* 1. *vt lite pendente*, Curtius *in tract. de ſequeſtr. numero* 6. Gonzalez *ſup. regul.* 8. *Cancell.* §. 7. *proœm. numero* 19. Barboſa *in cap. ſecundo, de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. numero* 2. maximè in principio litis, *l.* 1. *Cod. de prohibit. ſequeſtr.* Et quia ſequeſtratio eſt odioſa. Rota coram Puteo *lib.* 3. *deciſ.* 248. *numero* 1. & aliqui DD. Nihilominus etiam eſt certiſſimum, dari plures caſus, in quibus licita eſt ſequeſtratio. Etenim Gloſſa *in l.* 1. *Cod. de ſequeſtr. pecun.* ponit quatuor, decem autem Corraſius *lib.* 3. *miſcellan. iur. cap.* 2. vndecim verò ponunt Gloſſa *final. capit.* 2. *de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* & Angelus de Peruſio *in tract. de ſequeſtr. numera* 4. *& ſeqq.* Sexdecim tamen ſtatuit Abbas *in d. capit.* 2. *à num.* 7. vſque ad 10. Cæterùm Borrellus *in ſum. deciſion. tom.* 2. *tital.* 47. *de ſequeſtr. poſſeſſ.* viginti duos aſſignat. Alij cum Iacobo Sahagun inſigni apud Salmanticenſes Doctore vigintiocto caſus recenſebant, teſte Gonzalez eius diſcipulo *ſuprà numero* 20. ipſe autem Gonzalez vſque ad 33. caſus enumerat *à num.* 21. *vſque ad* 26. Et generaliter ex Bartolo, Beroio, Caualcan. & Lancellotto tenet *numero* 27. quod Iudex ob iuſtam cauſam poteſt ex officio apponere ſequeſtrum in omnibus caſibus, in quibus ad inſtantiam partis fieri poſſet. 140 141

Similiter S. Rotæ Romanæ familiariſſimum eſt, vt ex cauſa ſibi benè viſa deueniat ad appoſitionem ſequeſtri, prout ex Lancellotto affert Gonzalez *ſup. num.* 27. Et conſtat in vna coram Puteo *lib.* 2. *dec.* 146. quæ illud admittit, innitens authoritati Ioan. Andr. *in reg. locupletari, de reg. iur. col.* 6. *& dec.* 162. *n.* 2. coram eodem inquit, etiam in prima inſtantia ex æquitate poſſe dari ſequeſtrum, ne iudicium reddatur eluſorium, iuxta dictam Io. Andr. ſententiam. Item *dec.* 414. *lib.* 3. *n.* 4. illud etiam conceſſit, ac *deciſ.* 346. *lib.* 3. reſoluit ſequeſtrum eſſe validè propoſitum. Item illud admiſit in caſu deciſionis Caputaquenſis 152. *part.* 3. & in vna Calaguritana *beneficij*, coram Coccino, 10. Decembris 1601. Et in alia etiam Calaguritana *beneficij* 17. Iunij 1602. coram Litta, & aliàs ſæpe, vt conſtabit ex dicendis. 142

Sed quamvis, vt præmiſſum eſt, plures caſus à Doctoribus aſſignentur, in quibus validè, & licitè apponi poſſit à Iudice ſequeſtrum, vnus tamen eſt, ad quem plures alij reducuntur à relato Gonzalez *num.* 34. ſpecialiter aſſignatus. Quando videlicet adeſt ſuſpicio, vel timor, quod exequutio ſententiæ, quæ dari poteſt contra poſſeſſorem fructuum, ſeu bonorum, non poſſit commodè fieri, aut recuperari talia bona, ſeu fructus. Sic fermè in terminis caſus præſentis Rota coram Cantuccio *part.* 2. *diuerſ. dec.* 13. *in fine*, & alia coram Lugdun. *dec.* 136. *n.* 4. *p.* 6. *recent.* referens ſe ad alias duas coram Puteo, conformiter ſanè *ad l. Senatus* 16. *verſ. ſi quid tamen, ff. de offic. Præſid. & l. fideiuſſ. §. vlt. ff. qui ſatisdare cogantur*: & rationi etiam naturali congruit, quæ præſcribit, quod malitiis non eſt indulgendum, *leg. in fundo, Digeſtis de rei vindicat. cap. ſedes, de reſcript.* ſed potiùs occurrendum, *leg. magis, §. ſi pupillus, Digeſt. de rebus eorum.* Eſto in præſenti cauſa propter authoritatem litigantium malitiam non facilè admittam interueniſſe. 143

Hinc

144 Hinc rectè dicitur, apponi poſſe ſequeſtrum, quando poſſeſſor fructuum, vel bonorum ea conuertit in proprios vſus, & commoda: tunc enim manifeſtum eſt, quod ſi cauſâ cadat, & ſententia contra ipſum proferatur, executio, & recuperatio erit valde difficilis ob fructuum, vel bonorum conſumptionem. Rota coram Cantuccio relata, vbi cauſâ vtrinque agitatâ ſic reſoluit ex Innocentio, Ioanne Andrea, Hoſtienſi, Baldo, & pluribus aliis DD. maximè ex Aretino, approbans, quod dum poſſeſſor conuertit in vſus proprios, *dicitur eſſe in dolo, cùm lite pendente conſumat fructus, quos debet reſeruare vſque in euentum litis.* Quæ memoriæ valdè commendanda. Fauet & alia coram Puteo *deciſ.* 162. relata, Curtius *tract. de ſequeſtr. n.* 9. Larrea *tom.* 2. *deciſ.* 58. & multi recentiores cum ipſis.

145 Hinc etiam, & conſequenter, aptè dicitur, quod ſi poſſeſſor bonorum, vel fructuum ea diſſipet, vel dilapidet, tunc ſit locus ſequeſtrationi; quia tunc etiam eſt certum, quod in caſu ſuccumbentiæ exequutio contra illum erit valde difficilis, ac perinde talium fructuum recuperatio. Ita Rota relata coram Cantuccio *part.* 2. *diuerſor.* vbi cauſâ vtrinque agitatâ ſic reſoluit ex pluribus DD. Et alia coram Veroſpio 4. *part. recent. tom* 2. *deciſ.* 213. *numero* 1. & coram Puteo *deciſ.* 162. iam relata. Et ex DD. Ioannes Andreas *ad Specul. in rubr. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* Abbas *cap.* 2. *eodem tit. num.* 24. Tuſchus *tom.* 2. *concluſ.* 203. *num.* 21. & 22. & *concluſ.* 202. *num.* 2. & *l. Imperatores*, §. *final. ff. de appellat.* Larrea *ſuprà*, cum pluribus, conformiter *ad l. Si cùm dotem* 22. §. *Si autem in ſatiſſimo, verſ. ſi verò dotem, ff. ſoluto matrim.* & *cap. ſecundo, & tertio, de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.*

146 Hinc quoque, & ad idem, bene dicitur, quod cum poſſeſſor contra quem agitur in lite, eſt exterus, vel nulla habeat bona in illa parte, in qua contra ipſum litigatur, ita vt Iudex cauſæ non poſſit contra eum agere, tunc vtique ſit locus ſequeſtrationi; ſiquidem etiam eſt certum, quod in caſu iſto exequutio ſententiæ, quæ contra illum ferri poteſt, ſi in cauſa ſuccumbat, non poterit exequutioni demandari, & recuperatio erit impoſſibilis. Ita etiam Rota relata coram Cantuccio ferè in terminis noſtris, Hieronymus de Leo *lib. primo, deciſ.* 5. Milan. *deciſ.* 11. *num.* 33. cum aliis.

147 Pariter optimè etiam dicitur, locum eſſe ſequeſtro, cùm metus eſt, vel ſuſpicio, quod ſententia, quæ in caſu ſuccumbentiæ ferri poteſt, eſſet eluſoria, ſeu non haberet ſuum effectum, ob impoſſibilitatem videlicet executionis, & recuperationis bonorum, quæ poſſeſſor actu poſſidet; tunc enim tam exequutio ſententiæ, quàm bonorum recuperatio cenſeretur impoſſibilis. Rota coram Veroſpio 4. *part. recent. tom.* 2. *deciſ.* 215. *num.* 2. alia ſuperiùs relata coram Puteo.

148 Porrò hæc omnia capi debent pro quocunque termino litis, ſeu prima inſtantia, aut litis exordio. Ita enim Putei deciſio 172. relata expreſsè loquitur, & Authores etiam relati id vel expreſsè, vel tacitè ſupponunt; quia rationes aſſignatæ pro ſequeſtro concedendo, videlicet difficultas exequutionis ſententiæ, & recuperationis fructuum, & quod illos poſſeſſor diſſipet, aut in ſuos vſus conuertat, & quod ſententia, quæ in caſu ſuccumbentiæ daretur, eludi poſſet, etiam habent locum in quocunque termino litis, etiam in principio. Quia vbi eadem ratio, idem ius procedit, §. *Pari ratione Inſtit. quibus modis ius patr. poteſt.* Gloſſ. ibi, *verbo pari, l. à Titio* 108. *in fine, ff. de verb. oblig.* Idem quoque in aliis caſibus admittit Gonzal. *ſuprà numero* 91. & fauet Paleottus *part.* 3. *diuerſ. lib.* 3. *deciſ.* 469. *numero* 5. vbi loquitur de ſtylo Rotæ, & *num.* 7. vbi dicit, ſequeſtri appoſitionem non fieri tantùm ob contemptum Iudicis, *ſed etiam ob periculum animæ, & vtilitatem Eccleſiæ publicam.* Quæ mente retinenda, & ruminanda.

Cùm autem hæc omnia caſui præſenti ad amuſſim applicentur, & quia ſi Sereniſſimus Dux Mutinæ in cauſa cadat, difficillimè contra ipſum exequutio de reſtitutione præfatorum Neapolitanorum prouentuum fieret, ac perinde ipſorum recuperatio eſſet impoſſibilis; & quia ſententia eſſet eluſoria, ſi ipſe Sereniſſimus pro ſua generoſitate præfatos redditus in ſuos vſus, ſuæque Sereniſſimæ domus expendat, quod eſt ad intentum idem ac illos dilapidare, & diſſipare, prout Rota relata coram Cantuccio ex Innocentio, & aliis DD. adductis affert, & confirmant innumeri alij recentiores ab aliquibus huius cauſæ Patronis relati; vtique dicendum videtur, dari locum ſequeſtrationi poſtulatæ ex parte Sereniſſimæ Infantis Mariæ. Præſertim, cùm ad illam concedendam minor cauſa ſufficiat. Rota coram Buratto infrà, Abbas *in cap.* 2. *numerò* 28. *de ſequeſtr. poſſeſſ.* Alexand. *numero* 8. Iaſon *num.* 12. & 13. poſt plateam, Imolam, & alios *in l. ſi fideiuſſor*, §. *ſi ſatiſdat, ff. qui ſatiſdare cogantur.* Eo quoque, quod ſequeſtrum apponi ſolet, quando poſſeſſio eſt attentata, prout perpetuò obſeruat Rota, vt ſæpe notaui, & dixit vna coram Buratto *deciſ.* 13. *numero* 4. ex nonnullis aliis Doctoribus, & alia coram eodem *deciſ.* 525. *numero* 5. In qua deciſione 13. *numero* 5. dicitur, quod ad appoſitionem ſequeſtri ſufficiat ſummaria cognitio, & ſemiplena probatio. Vnde *deciſ.* 527. apud eundem dicitur, quod ſequeſtrum poni poteſt, quando poſſeſſio eſt turbida. Idem in alia coram Dunano *deciſ.* 243. *numero* 1. vbi quod ita paſſim Rota obſeruat. Quæ an in præſenti contingant, lis eſt. 149

Nec appoſitio huius ſequeſtri præiudicium alicuius momenti Sereniſſimo Duci poſſeſſori afferre poteſt, non ſolùm eùm per illud nec perdat ius, quod ad præfatos redditus habere poteſt, vt per ſe patet; nec etiam poſſeſſionem, prout ſæpiùs S. Rota decreuit, præſertim *prima part. recentior. deciſ.* 516. *numero* 1. & 604. *numero* 2. & *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 273. *numero* 1. multò minùs commodum poſſeſſoris, quoad onus euitandæ probationis, prout Gonzalez *ſuprà num.* 43. poſt Vitalinum dixit: ſed etiam quia præiudicium dilationum non eſt in conſideratione, cùm non ſit niſi in mora modici temporis, *l. debitoribus, ff. de re iud.* Caputaq. *deciſ.* 61. *numero* 3. *part.* 2. Puteus *deciſ.* 245. *lib.* 1. & quia generaliter loquendo, *quod differtur, non aufertur, l. quoties, C. de precibus Imper. offer. cap. Ancillam* 32. *quæſt.* 2. *cap. Nemo deſperandus, de pœnit. diſt.* 7. 150

Nec videtur iuuare eundem Sereniſſimum, quod cautionem, ſeu fideiuſſionem exhibiturum promittat, quæ cautio *medicina ſequeſtri* communiter appellatur, & in iure ſæpiùs admittitur, etiam pro ſequeſtro euitando, *l. ſi fideiuſſor*, §. *fin. ff. qui ſatiſdare cogantur, l. Senatus, in fin. ff. de offic. Præſid. l. litibus, C. de agric. & cenſit. l.* 1. § *ſi frater, ff. de collat. bonor.* & conceditur à Rota in illa coram Cantuccio relata, & alibi. Hoc, in- 151

quam,

cotam Cantuccio relata, & alibi. Hoc, inquam, nullatenus Sereniſſimo ſuffragari poterit, cùm valde certum ſit, cautionem iſtam, etſi in aliquibus caſibus admitti poſſit, in aliis eſſe omninò rejiciendam. Ex quibus Gonzalez *ſup. numero 95. & 98.* & maximè 97. hanc regulam generalem conſtituit, quod *ſequeſtrum quando ſolùm permittitur, non verò quando lege præcipitur, cautione euitetur*: ſequeſtrum autem, quod in præſenti petitur, attentis meritis cauſæ, & his, quæ dicta ſunt in præcedentibus, maximè dubio de attentata, ſeu nulla ſententia poſſeſſionis, & magna potentia Principis poſſidentis, aduerſus quem nullatenus, vel ſaltem difficillimè executio fieri poterit, eo quòd nulla habet bona in Regno Neapolitano, vbi cauſa agitur, in quibus fieri poſſit, non tam videtur permitti, quàm præcipi; nec tam eſt ſpontaneum, & arbitrarium, quàm neceſſarium. Præterquam quod ſemper ſuſpicio erit, quod per talem cautionem Sereniſſimus, quantumvis pius, & iuſtus, ſolùm in animo habeat litis expeditionem protrahere. Quæ, & ſimilia, quæ purè forenſia ſunt, DD. Iuriſperitis relinquo, ſicut quod in ſimilibus caſibus Sacrum Concilium Neapolitanum in Orbe Chriſtiano celeberrimum ſæpius ſequeſtro annuerit, vt propterea etiam in hoc caſu illud admittere debeat.

Sic pro conſcientia, & veritate iuſſus meum vo- 152
tum proferre, ſcripſi ſub cenſura, &c. Romæ apud Tranſpontinam, circa feſtum Purificationis B. V. Mariæ, de menſe Februario, anno 1654.

Fr. Ioannes Baptiſta de Lezana.

INDEX

INDEX
RERVM, ET VERBORVM
MAGIS NOTABILIVM.
Quæ in præcedentibus Conſultis, tam in prima, quàm ſecunda Parte continentur.

Prior numerus Paginam, literâ p: *poſterior verò marginales numeros literâ* n, *deſignat.*

A

ABBATIA an requirat expreſſam profeſſionem. pag. 84. n. 56. Collata per electionem requirit profeſſionem expreſſam, ſecus de collata per poſtulationem, ibid. n. 17. Diſpoſitio capitis *Quia propter, de elect.* procedit etiam in Abbatiis, pag. 85. n. 4

Abbatis electio, qui non eſt profeſſus, eſt nulla. p. 86. n. 1. Abbas debet ſaltem per annum ſtare in probatione antequam ad profeſſionem admittatur. ibid. Non debet admitti in Abbatem ille, qui monaſticam regulam priùs non didicit. ibid. Abbatis electio, qui non eſt in ſacris Ordinibus conſtitutus, non tenet. ibid. Non poteſt quis eodem tempore habitum ſuſcipere, profeſſionem emittere, & in Abbatem eligi. p. 86. n. 50. Abbatis titulus in quibus Religionibus conceditur. p. 148. n. 2. Abbas ſolo nomine ventoſam dignitatem repræſentat. ibid. n. 4. Eius facultas in conferendo primam Tonſuram, & minores Ordines. p. 549. n. 26. Datur manutentio in quaſi poſſeſſione deputandi Capellanos ad nutum amouibiles in aliqua Eccleſia Abbatiæ ſubiecta. p. 154. num. 1. An præcedere debeat Generales Regularium. pag. 171. n. 41. Dilapidans pecunias Monaſterij de propriis bonis refundere tenetur. p. 192. n. 8. Eorum diſtinctio. p. 259. n. 13. Eorum diuerſa nomina. ibid. n. 14. Qui ſint, & quam poteſtatem habeant. ibid. n. 15. A quibus compelli poſſunt ad lectionem S. Scripturæ. p. 263. n. 74. Habentes iuriſdictionem Epiſcopalem cum territorio, quam facultatem habeant. p. 264. n. 85. & 91. Aliqui facultatem habent conferendi primam Tonſuram. ibid. n. 94. Qui, & quando poſſunt degradationi Clerici loco Epiſcoporum aſſiſtere. pag. 266. n. 116. Vide *Prælati.* Quomodo illi detur mandatum de manutenendo. p. 573. n. 1. & in quibus caſibus. ibid. n. 2. Qui intelligatur habere Epiſcopalem iuriſdictionem. p. 274. n. 2. Abbates Regulares habentes iuriſdictionem in Clericos, etiam ſeculares, dicuntur in primo poſt Pontificalem dignitatem gradu conſtitui, non autem de inferioribus ſubordinatis Epiſcopo. p. 275. num. 3. & 4. Quoad Clericos Eccleſiæ ſibi ſubiectæ, pleno iure comparantur Abbati habenti territorium quoad perſonas ſui territorij. ibid. n. 5. Habentes territorium ſeparatum de quibus cauſis cognoſcere poſſunt. ibid. n. 6. Habentes iuriſdictionem Epiſcopalem poſſunt imponere pœnam degradationis, licèt ipſius actus ſit poſtea ab Epiſcopo faciendus. ibid. n. 9

Abbates Ordinis S. Benedicti à quo tempore habeantur. p. 416. n. 24. & ſeqq. Abbas generalis Cœleſtinorum non pollet magnâ authoritate. p. 415. n. 9. An repræſentet Ordinem S. Benedicti. p. 417. n. 48. & 49. Abbates Ciſtercienſium & Camaldulenſium non videntur in Capella Papæ. p. 418. n. 67. Abbatum Generalium appellatione qui intelligantur. ibid. n. 87. Abbatis nomen quid ſignificet. p. 419. n. 90. & 91. Abbates aliquando præcedunt Generales Ordinum in Conciliis. ibid. n. 95. In catalogo eorum qui interfuerunt Concilio Tridentino ponuntur ante Generales. ibid. In Concilio Lateranenſi confuſim. ibid. n. 96. In Conciliis aſſiſtunt cum indumentis pontificalibus. ibid. n. 95. An ſedeant in Capella Papæ in bancho ſeu ſcamno Epiſcoporum. p. 450. n. 123. Qui habent locum in Capella Papæ, an debeant eſſe benedicti, perpetui, & habentes vſum mitræ. ibid. n. 132. Abbatibus competit ius ſuos ſubditos judicandi privativè. p. 422. n. 9. Vide *Commentary.*

Abrogatio in quo differat à diſpenſatione. pag. 75. num. 18

Abſolutio in foro conſcientiæ data Religioſis percutienti, an ſuffragetur. p. 195. n. 10. Sacramentalis non ſuffragatur pro foro externo. ibid. n. 25. Quid ſit quæ datur in foro conſcientiæ. ibid. n. 22. An ſit in poteſtate Iudicis ipſam acceptare, etiam pro foro externo. ibid. num. 23. An præcedere debeat ſatisfactio partis. ibid. n. 27. An fieri debeat ante illam. ibid. num. 28. A cenſuris vt cauſa apertiùs cognoſcatur, conceditur cum reincidentia. p. 214. num. 6. Ad cautelam ex inveterato ſtylo Rotæ ſine cauſæ cognitione concedi ſolet. p. 215. num. 1. A cenſuris non remittitur ad Ordinarium, quando conſtat de gravamine ab ipſo, vel ejus officiali illato. p. 516. n. 3. Opinio Suarez circa abſolutionem ſacramentaliter factam abſenti. pag. 313. n. 78. Ipſius exemplum, etiam de ſacramentali abſolutione illius, qui ſolùm ſigna contritionis dedit. ibid. n. 81

Abſurditas eſt fugienda. p. 120. n. 24

Acceptatio ad Religionem an ſit actus juriſdictionis. p. 85. n. 38. An competat Abbatiſſis, & fratribus Laicis,

Laicis. ibid. n.39. Non requirit dignitatem.ibid. num. 40. Poteſt admitti à ſuſpenſo. p.86. n.41. Ad quem ſpectat. ibid. n.42. & ſeq. Non infert legitimo Prælato magnum præjudicium. ibid. n.44. An ſufficiat tacita licentia. ibid. num. 46

Actus in dubio debet interpretari validus. pag. 66. n.3. p.67.n.7. & p.119. n.3. Omnis interpretatio admittitur, vt ſuſtineatur. p.66.n.4. & p.67. n.8. Interpretatio, quæ fit pro validitate illius, eſt regina interpretationum. p. 67. n. 5. Maximè cùm agatur de validitate profeſſionis. ibid. n. 7. Quando ſolùm denotatur prohibitio actus. ibid. n.13. Quando non valet modo quo fit, valet prout valere poteſt. p.69. n.38.& ſeq. Acceptatio ad Religionem an ſit actus juriſdictionis.p.85.n.38. Contra legis formam factus an validus. p. 120. n.24. Factus contra formam accidentalem tenet. ibid. Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem. p.123. n. 27. & p.157. num.8. Ad incurrendas pœnas ſufficit vnus. p.144.num. 14. Ex ſe validus, & omninò ab aliis ſeparabilis, non poteſt per alium inutilem vitiari. p.256. num. 7. Et habet hæc regula locum etiam in rebus ſpiritualibus. ibid. n.8

Adulationes quibus ſint ſimiles.p.331. n.57

Advocati, Conſiliarij, & Procuratores an teneantur denunciare hæreticum. p.101.n.51. An iidem, qui ſub ſigillo ſecreti ſciunt furem detinere bona alterius furto ſublata, teneantur etiam revelare. ibid.n.55

Æquipollentium eadem eſt diſciplina.pag.176. numero 26

Æquitas præfertur omni juri humano. p.126. n.27. Præfertur etiam rigori. p.199.n.37

Ætas quæ requiratur ad profeſſionem religioſam. p.405.n.4. Modus probandæ ætatis. p.406. n.9. Baptiſmi liber an probet ætatem. ibid. num. 7. & 10

Alienatio omnis bonorum Eccleſiæ eſt prohibita. p.156. n.2. Ejus nomine quæ veniant. p. 157. n.3. Quid de emphyteuſi. ibid. n.4. Quando non cenſeatur alienatio, ſed ejus continuatio. ibid.n.5. Requiritur conſenſus Sedis Apoſtolicæ. ibid.n.9. Olim quomodo fiebat. ibid. n.11. Nequit Epiſcopus etiam licitas alienationes facere. ibid. n.14. Vtilitas debet eſſe certa, & evidens. p.158.n.20. & 21. Et cum conſenſu Sedis Apoſtolicæ. ibid. num.22. Quid quando adeſt neceſſitas.ibid.n.26. Et eſt vrgens. ibid. n. 28. Et quando eſt periculum in mora, ſi Papa adeatur. p. 159. num. 29. Vtilitas Eccleſiæ debet plenè probari, maximè in ejus tempore. p.190.n.8. & 9. Ob quam cauſam fieri debeat. p.191. n.1. Defectus ejus cauſæ interpoſitionem decreti Iudicis nullam reddit. ibid. n.4. & 5. Non eſt facienda, quando ex pecuniis Eccleſiæ ſatisfieri, & præcaveri deterioratio poteſt. p.192. n. 10. Inquiſitio quid potiùs expediat alienare neceſſaria eſt. ibid. num.13. & 14

Alimentorum cauſa non ſuſpendenda. p.179. n.16

Ambitioſi indigni, etiamſi dicantur Sancti. p. 89. num.34

S. Andreæ Corſini ſanctitas.p.26.n.235.Ejus miracula in vita, & poſt mortem. pag.27.num.241. Eius ſanctitatis argumenta. ibid. n.242. Qualitas eius mortis. p.28. n.244. Miraculoſus odor, & incorruptio eius corporis. ibid. n. 245. Eius virtutes particulares. ibid. n. 246. & ſeq. Probatio eius ſanctitatis. p.29. n.251. Excellentia eius fidei. ibid. n.252. Epitaphium. ibid. n. 256. Acta cauſæ ſuæ Canonizationis. pag. 34. num.274. & ſeqq.

Animæ nobilitas. p.279. n.146. Eius dignitas. ibid. n.149. Ipſius potentiarum nobilitas. ibid.n.150. Aliæ nobilitates. ibid. n.151. Anima ſancta à Deo illuſtratur, & dirigitur. p.330. n.41

Animus dignoſcitur ab operibus operantis. p. 304. n.40. Maximè ſi verba iungantur. ibid. num.41. Et hæc antecedentia, & conſequentia ſint. ibid. n.42. Et hoc maximè procedit in actu de ſui natura delectabili. ibid. n. 43. Quæcumque illius delectatio videtur ſufficiens ad ipſius demonſtrationem. ibid.n.44

Anonymi cuiuſdam placitum circa D. Pauli Apoſtoli Papatum. p.327.n.1. & ſeqq. Reiectum, & improbatum. ibid. Vide *Propoſitio*, & *Petrus*, & *Paulus*.

Antiquiora nobiliora. p.457. n.376. Antiqua quomodo probanda. p.459. n.401. Antiqua conſuetudo eſt retinenda. p.443.n.175

Apoſtoli Pauli teſtimonium de non permittendo fœminas in Congregationibus virorum præſides. p.182. n.2. Quomodo intelligendum.p.183. n.5. Aliud eiuſdem. ibid. n.6.Eius cauſa,& ratio.ibid. num.7

Apoſtoli an & quomodo fuerint Epiſcopi totius Orbis. p.431. n. 29. Erant Epiſcopi Eccleſiarum, quas fundabant. p. 432. n. 23. & ſeqq. In illis munia Epiſcopalia exercebant. p. 433. num. 33. Alij præter D.Petrum fundarunt Eccleſias.p.434. n.48. & ſeqq. Sed de mandato & authoritate D. Petri. p.500.& ſeqq. n.34. & 40.Eorum conſuetudo erat præficere Epiſcopum vnicuique civitati, in qua verbum Dei prædicaverunt. pag.502. num.39

Appanagium quid ſit.p.512.n.2.Conſtitutum à Sereniſſ. Carolo Emanuele Duce Sabaudiæ pro Sereniſſ. Principe Philiberto eius filio. ibid. Appanagium,ſive Panagium in Gallia, eſt de lege Salica. pag. 524. num. 68. Eſt inalienabile. ibid. n.72. Eſt idem quod alimenta. ibid. An ſuccedat loco legitimæ. ibid.n.73. Eſt idem quod feudum. p.525.n.74. Et ferè idem,quod vſusfructus.ibid. n.75. An idem quod Albanagium. ibid. num.77. An idem quod vita & militia. ibid. num. 78. Fit cum onere reverſionis apud Allobrogos. ibid. n.79. Factum Principi Philiberto ad Patrem devolvebatur. ibid.& ſeq. n.80. Verba inſtrumenti appanagij. p.526. n. 84. Verba quædam eiuſdem explicantur. p.527. n. 89. Ratificatio facta per verba *ad haver, tener, goder*, quid operetur. p.528. n. 91. Appanagium monſtruoſum. ibid. n.92. & ſeq. Onus reverſionis eſt intrinſecum Appanagio. p.529. n.95. Verba donationis, ſeu ceſſionis iuxta naturam Appanagij intelligenda. ibid.n.96. Appanagium Sereniſſ. Infantis Mariæ. p.536. n.135. & ſeqq. Eſt pro cauſa pia. ibid. & ſeq.

Appellatio debet fieri in tempore. p.106. num. 19. Seruata forma iuris. ibid. n. 20. De iure ſemper datur ad vtrumque effectum. pag. 215. num. 13. Regularibus prohibetur. p.227.n.47. Quid ſenſerint authores de eorum appellatione.ibid.& ſeq. num.50

Appellatio an admitti debeat in eo quod fit à majori parte Capituli. p.389.n.45

Appellationis remedium quare inventum. pag.422. num.8

Ara Miſericordiæ. p.394.n.43

Arbitrium regulatur à iure.p.181.n.6. Ex ſenſu, & praxi Religionis. ibid. n.7

Archivium vt dicatur legitimum, quæ requirantur. p.505. n.91. Illorum de quorum intereſſe agitur, eſt ſuſpectum. ibid.n.62.Archiuij authoritas non dat robur ſcripturæ informi. ibid. n.94

Archidia

Magis notabilium.

Archidiaconus, & Decanus habentes territorium ſeparatum, & immemorialem, poſſunt cognoſcere de cauſis matrimonialibus, & criminalibus. p. 273. n. 10. Non poſſunt degradare. ibid. n. 11

Archibresbyteri quomodo in materia præcedentiæ ſe gerere debent. p. 169. n. 16

Argumentum à veriſimili valet in jure. p. 202. n. 19. Non ſumitur à tacito, vel præſumpto ad expreſſi deſtructionem, ſed è contra. p. 269. n. 139

Attentatum an puniendum vt conſummatum. p. 147. n. 69. Quæ intelligantur attentata. p. 214. n. 2

Axiomata, ſeu regulæ juris. Argumentum à veriſimili valet in jure. p. 202. n. 19. Animus cognoſcitur ab operibus operantis. p. 304. n. 40. Arbitrium regulatur à jure. p. 181. n. 6. Æquipollentium eadem eſt diſciplina. p. 176. n. 26. Æquitas præfertur omni juri humano. p. 136. n. 37. Actus in dubio debet interpretari validus. p. 60. n. 3. & alibi. Quando non valet modo quo fit, valet prout valere poteſt. p. 69. n. 37. Agentium actus non operatur vltra eorum intentionem. p. 123. n. 17. Actus ex ſe validus, & omninò ab aliis ſeparabilis, non poteſt per alium inutilem vitiari. p. 256. n. 7. Beneficia Principum ſunt permanentia. p. 79. n. 8. Bonum commune præponendum bono particulari. p. 99. n. 16. Bonus quilibet præſumitur, ſi non probetur malus. p. 125. n. 6. Cauſa naturalis attenditur in concurſu, non accidentalis. p. 168. n. 7. Delictum non præſumendum. p. 70. n. 52. In dubio non præſumitur. ib. Diſpoſitio generalis reſtringitur ex ratione particulari. p. 37. n. 25. Diverſorum diverſum debet eſſe judicium. p. 260. n. 30. Dolus nemini patrocinatur. p. 70. n. 57. In dubio quilibet præſumitur elegiſſe viam, per quam diſpoſitio ſua ſit vtilis. p. 197. n. 3. Dubia in meliorem partem ſunt interpretanda. p. 118. n. 90. Error, cui non contradicitur, approbatur. p. 99. n. 15. Eſſe hoc non probatur, quod ab hoc contingit abeſſe. p. 281. n. 10. Exitus acta probat. p. 310. n. 136. Factum proprium nemo impugnat. p. 71. n. 65. Non præſumitur factum niſi probetur. p. 169. n. 22. Legitimè factum non debet retractari. p. 226. n. 35. Fines antiqui probantur levioribus probationibus. p. 280. n. 4. Forma actua obſervari debet etiam quoad minima. p. 88. n. 16. Eſt de genere indiviſibilium. ibid. n. 17. Geminatio actus enixam voluntatem, & majorem deliberationem inducit. p. 195. n. 19. Generi derogatur per ſpeciem. p. 256. n. 31. Inferior non poteſt diſpenſare in legibus ſuorum ſuperiorum. p. 74. n. 19. Injuria non fit ſcienti, & volenti. p. 185. n. 13. Iura juribus debent concordare. p. 68. n. 31. Iura pro Iudice præſumunt. p. 87. n. 6. Iuramentum de re mala non obligat. p. 100. n. 25. Non debet eſſe vinculum iniquitatis. ibid. n. 27. Iuriſdictio per conſenſum prorogatur. p. 214. n. 4. Ratio legis eſt anima legis. p. 134. n. 11. Vbi eſt eadem ratio, eſt eadem lex. p. 144. n. 16. Lex poſterior derogat priori. p. 203. n. 43. Item, & corrigit. p. 144. n. 29. Major abundantia, & cautela non nocet, ſed juvat. p. 305. num. 62. Medium præſumitur probatis extremis. p. 304. n. 37. Minus malum de duobus eligendum. p. 290. n. 40. Notorium non eget probatione. p. 79. n. 24. Numeri pluralis appellatione venit etiam ſingularis. p. 144. n. 25. Papa habet omnia jura in ſcrinio ſui pectoris. p. 187. n. 12. Poſſeſſoris conditio melior eſt in pari cauſa. p. 118. n. 90. Poſſeſſor etiam injuſtus debet citari quando eſt expellendus. ibid. Præſentia æquivalet mandato. p. 197. num. 9. Quæ ſunt per ſe, anteponi debent iis, quæ ſunt per accidens. p. 168. n. 5. Quæ de novo emergunt, novo indigent auxilio. ibid. Ratihabitio comparatur mandato. p. 86. n. 48. Reditus ad jus commune facilis. p. 163. n. 10. Reus in dubio eſt abſolvendus. p. 118. n. 90. Reus eſt abſolvendus cùm actor minùs probavit. ib. Res de facili revertitur ad ſuam primævam naturam. p. 163. n. 9. Specialis gratia non trahitur in aliorum exemplum. p. 203. n. 51. Specialia non debent in argumentum, ſeu in conſequentiam afferri. ibid. n. 52. Singula quæ non proſunt, multa collecta juvant. p. 303. n. 35. Subreptio ſanatur conſenſu partis. p. 71. n. 64. Subrogatum ſapit naturam ſubrogantis. p. 169. n. 14. Suſpicio metus habetur pro metu. p. 87. n. 5. Tacens quando conſentire videatur. p. 199. n. 26. Vniverſitas non debet condemnari pro peccato vnius certi, vel incerti. p. 208. n. 19. Voluntas magis facto, quàm verbis declaratur. p. 196. n. 38. Vinco vincentem te, &c. intrat in materia præcedentiæ. p. 169. n. 21. Vide *Regula*. Nemo præſumitur jactare ſuum. p. 444. n. 179. Nemo eligit viam per quam judicium ſuum ſubvertatur. ibid. n. 181. Quod noſtrum eſt, abſque facto noſtro à nobis transferri non poteſt. ibid. n. 180. Animus facto declaratur. p. 441. n. 141. Actus præſumitur fieri eo modo, quo valeat. p. 444. n. 191. Tacens conſentire videtur, & quando. p. 446. n. 210. Diſpoſitio præſumitur in caſu a jure permiſſo. p. 444. n. 192. Prior tempore eſt potior jure p. 457. n. 374. Vbi eſt eadem ratio, ibi eſt eadem legis diſpoſitio. p. 474. n. 50. diſpoſita in cauſato magis procedunt in cauſante. ibid. n. 51. Pro actus validitate præſumitur omne quod neceſſe eſt. ibid. n. 62. Qualitas non ſtat ſine ſubjecto. p. 483. n. 219. Non entis nullæ ſunt qualitates. ib. n. 220. Non eſſe, & non probari, paria ſunt. ibid. n. 212. Non entis, & non apparentia idem eſt judicium. ibid. n. 221

B

Bacchanalium origo. p. 290. n. 35. Baptiſmus ex generali Eccleſiæ conſuetudine ſtatim a nativitate ſuſcipitur. p. 405. n. 5. Baptiſmi liber an probet ætatem baptizati. ibid. num. 7. Baptiſmi liber quomodo de falſitate ſuſpectus reddi poteſt. p. 406. n. 8

Beatificationis negotium ſpectat ad Papam. p. 2. n. 2. Non ſpectat ad Epiſcopos ibid. n. 3. Neque ad Legatos, etiam de Latere. ibid n. 4. Etiam ex commiſſione Papæ. p. 4. n. 5. Neque hoc facere poteſt Concilium. ibid. n. 7. Antiquitus id ſpectabat ad Epiſcopos. ibid. n. 8. Ad beatificationem requiruntur vitæ ſanctitas, & miracula. ibid. n. 10. Poteſt procedi ad beatificationem ſine miraculis de potentia abſoluta Papæ. ibid. n. 13. In hoc negotio proceditur cum magna maturitate. p. 6. n. 38. Requiruntur certæ, & evidentes probationes. p. 7. n. 39. Fama non ſufficit. ibid. n. 40. Maximè dum agitur de miraculis. ibid. n. 41. Secus quando eſt notoria. ibid. n. 42. Decretum ſuper modo capiendi informationes in cauſis hujuſmodi. ibid. n. 48. Beatificatio in quo differat à Canonizatione. p. 8. n. 49. & 50. In Beatificatione Sanctorum Papa non poteſt errare. ibid. n. 52. Reſpicit futuram Canonizationem. ibid. n. 51. Pro illa requiruntur virtutes heroïcæ. ib. n. 54. Maximè pro Religioſis. ibid. n. 55. Diverſo modo proceditur in Canonizatione, & Beatificatione. ibid. n. 60. Stylus Bullarum Beatificationis. ibid. n. 62. Eccleſia in his cauſis procedit ordine judiciario. p. 10. n. 75. In his cauſis poſtulatur cultus, & veneratio. p. 11. n. 86. Vide *Canonizatio*.

Beatificato diverſo modo præſcribitur cultus, quàm Canonizato. pag. 9. n. 64. Officium de Beatificato omitti poteſt. p. 8. n. 63. De his qui facere poſſint officium. p. 7. n. 40

Beati nomen pro *felici* vſurpatur. pag. 48. num. 75.

Crebriùs pro eo qui Deum videt. ibid. num. 76

Beneficia Principum ſunt permanentia. p.179. n.8. Niſi concedantur cum limitatione. ibid. n.9. Vel ceſſet cauſa motiva. ibid. n.10. & 11. Vt poſſit dici regulare, quid requiratur, quotque modis conſtituatur. p.218. n.3. & 4. Secularia poſſunt conferri Regularibus. ibid. n.2. Quid de beneficiis Curatis ſecularibus. ibid. n.5. Vide *Regulares*. Differentia inter regularia, & ſecularia. pag. 225. n.19. & ſeqq. Regularia cujus ſint naturæ. ibid. Item aliæ differentiæ. p.226. n.33. & ſeqq.

Benedictini per antonomaſiam dicti Monachi nigri. p.387. n.26. vide *Habitus*, *Color*, & *Ordo*.

Beneficiarij conſenſus requiritur in impoſitione penſionis. p.371. n.95. Beneficiarius beneficium illicita penſione gravatum recipiens, an excuſetur. p.372. n.107. An poſſit pecunias pro redemptione penſionis ſolutas repetere. p.374. n.150

Beneficiati ſunt veluti ſervitores Eccleſiæ. pag. 376. n.189. Renuentes obſervare conſtitutiones juratas, an ſint perjuri. p.377. n.190. Non habent jus capitulandi niſi, &c. ibid. n.192. Corrigendi, & cogendi vti pluvialibus diverſis ab illis Canonicorum. ibid. n.199

Beneficij qualitas in impetratione exprimenda. pag. 366. n.8. An ſit dignitas. ibid. n.9. An in Eccleſia Cathedrali. ibid. n.14. Valor exprimendus. p.368. n.33. An penſione gravatum, vbi agitur de alia imponenda. p.371. n.96. Vltra vires gravari non debet. ibid. num. 97. Beneficium commendatum. p.423. n.12. & ſeqq. Vide *Commenda*.

Beneplacitum Apoſtolicum præſumitur ex temporis diuturnitate vnà cum obſervantia. p.279. n.23

Bonum commune præponendum bono particulari. p.99. n.17. Bona in communi habere eſt licitum. p.112. n.6. An id liceat privatis Religioſis. ibid. n.9. Majus eſt illud quod concernit communitatem. p.138. n.7. Anteponi etiam debet cuique bono privato. p.224. n.12. Et hoc eſt jus naturale. p.226. n.27

Bonus quilibet præſumitur, ſi non probetur malus. p.125. n.6

Breve ſubreptitium etiamſi ex ignorantia impetratum fuerit, eſt nullum. p.129. n.4. Quid quando Princeps movetur ex cauſa impulſiva. ibid. n.5

Breviarium Carmelitarum. p.43. n.8. A quibus confirmatum. ibid. n.9. & ſeqq. Breviarium Angrienſe. p.44. n.19

Bulla Gregorij IX. pro S. Antonio Patavino. p.4. n.11

C

CAdaver potitur immunitate Eccleſiæ. pag. 392. n.5. Puniti non ſepeliuntur ſine licentia Magiſtratus. p.395. n.52. Si per viam facti deferatur ad Eccleſiam, an gaudeat immunitate. p.391. n.2. & ſeqq. An extrahi poſſit de licentia Epiſcopi. p.395. n.53. Verba conſtitutionis Gregorij XIV. ibid. n.54. Auctores qui hac de re loquuntur. ibid. n.55. An extrahentes cadaver è loco ſacro excuſentur à ſacrilegio. ibid. n.56. Authores referuntur. ibid. n.57. An excuſentur à tranſgreſſione jurium quæ de hac re agunt. ibid. n.58. Quid de conſuetudine. ibid. n.59. & ſeqq.

Cæremonia creandi Equites cum enſe, & calcaribus, non eſt præſcripta in Cæremonialibus. p.68. n.28

Calumniatori an dici debeat, *Mentiris*. p.173. n.28. An liceat id in foro conſcientiæ. ib n.29. Non licet Religioſis, niſi rarò. ibid. n.30. Chriſti exemplum, & aliorum. ibid.

Canonicatus Collegiatæ in Romana Curia eſt dignior canonicatu Cathedralis Civitatis. p.376. n.188

Canonici Collegiatæ, cui eſt annexa cura animarum, an omnes poſſint dici Parochi. pag. 221. numero 49

Canonici ſunt membra nobiliora, & Clerici primi gradus. p.376. n.187. Soli habent jus capitulandi, excluſis beneficiatis regulariter. p.377. n.193. Rationis eſt vt vtantur pluvialibus diverſis ad diſtinctionem beneficiatorum. ibid. n.198. Non cantantes in Choro & confabulantes, interdum graviter peccant. p.379. n.238. & ſeqq. Quod ex ſacris Canonibus, & Conciliis probatur. ibid. n.240. & ſeqq. Peccant contra Religionem. ibid. n.246. Et peccato ſcandali. p.380. n.247. Propter irreverentiam. ibid. n.149. Tales an poſſint accipere diſtributiones. ibid. n.251. An excuſet conſuetudo, ſi adſit, vt præſentia materialis ſufficiat ad lucrandas diſtributiones. ibid. n.256. & ſeqq. Piæ monitiones S. Caroli Borromæi hac de re traduntur. p.381. num. 264. Quæ ſtipendia Miſſarum recipere poſſint. pag. 378. numero 225. & multis ſeqq.

Canonizandus ſpecialiori modo proponitur toti Eccleſiæ. p.9. n.69. Quando nunquam laboravit infamiâ, excluditur neceſſitas tam exacti examinis proceſſuum pro ipſius canonizatione p.15. n.131. Sanctum fuiſſe, probandum eſt. p.17. n.153. Debet eſſe præditus omnibus virtutibus, & in gradu excellenti. ibid. n.162. Qui pro Sanctis canonizandi. p.18. n.173. Non omnes Sanctos vult Deus canonizandos. p.19. n.182. Non eſt neceſſarium probare, quod canonizandus excelluerit in ſingulis ſpeciebus virtutum. p.23. n.221. Fama Sanctitatis canonizandi debet eſſe continuata poſt ipſius mortem. p.24. n.223

Canonizationis negotium ſpectat ad Papam. p.3. n.4. Non ad Epiſcopos. ibid. n.3. Nec ad Legatos etiam de Latere. p.4. n.4. Etiam ex commiſſione Papæ. ibid. n.5. Nec id facere poteſt Concilium per ſe ſolum. ibid. n.7. Antiquitus ſpectabat ad Epiſcopos. ibid. n.8. Spectat ſolùm ad Sedem Apoſtolicã. ibid. n.9. Quæ ad eam requirantur. ibid. n.10. Requiruntur miracula. ibid. n.12. Poteſt fieri ſine miraculis de potentia abſoluta Papæ. ibid. n.13. Pro canonizatione martyrum miracula non ſunt neceſſaria. ibid. n.16. Requiruntur multiplicatæ Magnatum preces. p.50. n.20. Decreta varia S. Congregationis circa proceſſus in cauſis canonizationis. ib. n.21. Item decretum S. Inquiſitionis. ibid. n.22. In hoc negotio proceditur cum magna maturitate. p.6. n.38. Requiruntur certæ, & evidentes probationes. p.7. n.39. Non ſufficit fama. ibid. n.40. Secus quando eſt notoria. ibid. n.42. Neque ſufficiunt ſcripturæ privatæ, vel tabellæ in publico expoſitæ. ibid. n.43. Etiamſi reperiantur in Archivio. ibid. n.44. Neque ſufficiunt lapides in publico expoſiti, in quibus miracula ſunt inciſa, niſi authenticè, & authoritativè factum comprobetur. ibid. n.46. Sunt pro hac cauſa faciendæ Congregationes. ibid. n.47. Quomodo capiendæ informationes. ibid. n.48. Non poſſunt ſumi à ſuperioribus Religionum. ibid. In quo differat Canonizatio à Beatificatione. ibid. n.49. Quæ virtutes requirantur pro canonizatione. p.8. n.54. Maximè pro Religioſis. ibid. n.55. Requiritur virtutum Heroïtas. ibid. n.57. In canonizatione Eccleſia errare non poteſt. ibid. n.59. Proceditur diverſo modo, quàm in Beatificatione. ibid. n.60. Stylus Bullarum canonizationis. ibid. n.61. Ejus etymologia. pag. 9. n.65. Eſt quædam fidei proteſtatio. ibid. num. 66. Pro ea fiunt tria conſiſtoria. ibid. num. 71. Forma decreti canonizationis. ibid. num. 72. Enodantur quædam dubia ad ipſam concernentia. p.10. n.74.

Eccleſia procedit in hac cauſa ordine judiciario. ibid. n.75. Ejus Iudex debet eſſe legitimus. ibid. n.76. Pro hujuſmodi Iudice tria requiruntur. ibid. num. 79. Præſentantur commiſſiones canonizationis ad quos diriguntur. ibid. num. 81. Requiritur legitimus Actor. ibid. n. 85. Poſtulatur in hac cauſa cultus, & veneratio. p. 11. n. 86. Debet citari Promotor fidei. ibid. n. 88. Examinari teſtes omnes. ibid. n. 92. Servari forma. p. 12. num. 96. Relevantia, & validitas in hujuſmodi proceſſibus probanda. ibid. num. 100. Relevantia ſumitur ex certa probatione contentorum in proceſſibus canonizationis. p. 13. n. 111. Requiruntur miracula, non ſolùm in vita, ſed poſt mortem. ibid. n. 25. In cauſa canonizationis pro teſtium examine conceduntur remiſſoriæ. p. 16. n. 142. Non agitur in illa de præjudicio alicujus. ibid. num. 143. Comparatur cauſis civilibus. ibid. n. 141. Relatio S. Rotæ ad Paulum V. pro canonizatione S. Andreæ Corſini. pag. 16. n. 151. Papa in his cauſis errare non poteſt. p. 22. n. 212. In hac materia quis ſit Ordinarius. ibid. n. 213. In cauſa canonizationis Delegati per ſummos Pontifices poſſunt ſubdelegare. ibid. num. 214. In formando hujuſmodi proceſſu eſt citandus Procurator Fiſcalis. pag. 23. n. 215. Notarij Imperiali authoritate poſſunt rogari de proceſſibus canonizationis. ibid. n. 216. Et poteſt in hac materia committi Notario examen, & receptio juramenti teſtium. ibid. n. 217. Teſtes deponentes in genere in negotio canonizationis non faciunt perfectam probationem ſuper Sanctitate. ibid. n. 219. Hæc probatio generica in hujuſmodi cauſa non eſt rejicienda. ibid. n. 220. In materia canonizationis excellentia virtutum Theologicarum ſaltem eſt in ſpecie probanda. pag. 24. n. 222. Non requiritur in hac materia qualitas, quod teſtes probent omni exceptione carentes. p. 26. n. 234. Pro ipſa defertur epitaphiis, & aliis. p. 29. n. 257. Stylus Summorum Pontificum pro canonizatione. p. 8. n. 58

Canonizati proponuntur imitandi vt norma. pag. 8. n. 56. Collectæ dicuntur pro canonizatis. pag. 9. n. 70. Multi ob vnum actum perfectiſſimæ charitatis in hora mortis canonizati ſunt. pag. 18. n. 178. De his non fit officium ſine novo decreto. p. 36. n. 5. Etiamſi in Bulla canonizationis id videatur conceſſum. ibid. n. 6

Capacitas juris communis. p. 125. n. 10. & ſeqq.

Capella, vide *Generales*, *Præcedentia*.

Capitulum celebratum in diſcordia cum violentiis, & metu, non debet confirmari. p. 87. n. 2. In Capitulis agendum de cuſtodia Ordinis. p. 89. n. 31. Præſes Capituli non admittit inhabiles. p. 91. n. 60. Capituli impugnatio ad quem ſpectat. p. 103. & ſeq. n. 1. & 4. Quibus conditionibus. p. 104. n. 5. Repræſentans Capitulum poteſt eligere Procuratorem. p. 107. n. 30. Ratio celebrandi Provinciale. p. 284. n. 11

Capellanus Oratorij quando Euchariſtiam poteſt adminiſtrare. p. 152. n. 2

Carmelitæ dicuntur Capellani Papæ. p. 418. n. 66

Carthuſiani non promittunt ſtabilitatem in loco certo, & individuo, ſed clauſuram. p. 253. n. 8

Caſtitatis in voto ſolemni diſpenſationis praxis p. 93. n. 10. In voti ſolemnis caſtitatis diſpenſatione an requiratur publica cauſa. p. 95. n. 12. An ſufficiat privata. p. 96. n. 24. An pro conſervandis divitiis vnius familiæ. ibid. n. 28

Cathedra eſt magna dignitas Magiſtrorum. p. 504. n. 87. Propriè accipitur pro ſede Doctoris, & Prælati. ibid. n. 88

Cathedralitas quid importet. p. 430. n. 4. Eccleſiæ S. Mariæ *del Pilar* probatur. p. 431. n. 19. & ſeqq. Nec everti poteſt, niſi per evidentes probationes in contrarium. p. 433. n. 41. Præſumptio de Cathedralitate poſteriori non tollit priorem. ibid. n. 44. Cathedralitas præfatæ Eccleſiæ pro primo Chriſti ſæculo demonſtrata. p. 434. n. 55. Pro ſecundo ſæculo quomodo probetur. ibid. n. 56. & ſeqq. Pro tertio ſæculo colligitur ex Prudentio. p. 435. n. 70. Pro quarto ſæculo. ibid. n. 71. Pro quinto ſæculo. p. 436. n. 77. Pro ſexto ſæculo. p. 438. n. 103. Pro ſeptimo ſæculo. ibid. n. 109. Pro octavo ſæculo. p. 439. n. 118. Noni ſæculi Authores. pag. 440. n. 123. Pro decimo ſæculo ibid. n. 127. Pro ſæculo vndecimo. p. 441. n. 138. Pro duodecimo. ibid. n. 139. Cathedralitas Eccleſiæ S. Salvatoris. p. 442. n. 157. An præjudicet Cathedralitati Eccleſiæ S. Mariæ del Pilar. ibid. n. 159. & ſeqq. Iſta non conſenſit cathedralitati S. Salvatoris cum ſuo præjudicio. p. 444. n. 178. Hæc ſecunda erectio non fuit per modum tranſlationis. ibid. n. 183. Cathedralitatis eſſentia quid ſit. ibid. num. 187. Ratione cathedralitatis Eccleſiæ S. Mariæ, & S. Salvatoris, una cenſentur. ibid. n. 194. & p. 448. n. 247. Cathedralitas Eccleſiæ S. Mariæ vindicatur. p. 448. & ſeq. à n. 253. & 258. Cathedralitas antiqua an remanſerit poſt vnionem cum Metropolitana. p. 450. n. 263. & 266. Subſiſtit veluti Columna immobilis. p. 451. n. 279. & multis ſeqq. Cathedralem quæ denotant. p. 452. & ſeq. n. 295. & multis ſeqq. Cathedralitas ex multis probari poteſt. p. 453. n. 307. & multis ſeqq. Cathedralitatis S. Petri firmitas. ibid n. 316. Cathedralitas Eccleſiæ S. Mariæ eſt cumulativè cum Eccleſia S. Salvatoris. p. 461. n. 423. Cathedralitatis ſigna. p. 468. & ſeq. n. 3. & ſeqq. Vna Cathedralitas in duabus Eccleſiis. p. 469. n. 5. De Cathedralitate S. Mariæ del Pilar p. 470. & ſeq. n. 16. & multis ſeqq. Vnitas in Cathedralitate cum Eccleſia S. Salvatoris. p. 471. n. 523. Cathedralitas Eccleſiæ S. Mariæ quaſi de jure divino. p. 483. n. 209. Cathedralitatis effectus, & veſtigia. p. 484. num. 239. Amitti non poteſt ſine Papæ conſenſu. p. 479. n. 133. Eccleſiæ S. Mariæ ab adverſariis negari non potuit. p. 490. n. 366. Ipſius hiſtoriâ demonſtratur. p. 493. n. 416. Eſt *Columna immobilis*, & *Turris Davidica*. ibid. n. 417. Deciſione Rotæ Rom. firmatur. p. 495. & ſeqq. Cathedralitatis antiquæ ſtatus probatur ex hiſtoriis, & chronicis. p. 500. n. 25. Oritur dato Epiſcopo & Eccleſia ratione cõjugij ſpiritualis. ibid. n. 29. Cathedralitatis adminiculum. p. 503. n. 72. Cathedralitatis antiquæ jus ut retineatur & contineatur, vnicus actus ſufficit. p. 504. n. 79

Cauſa naturalis attenditur in concurſu, non accidentalis. p. 168. n. 7. Quando dicatur devoluta. p. 198. & ſeq. n. 24. Ejus cognitio in quo conſiſtat. p. 203. n. 48. Cauſæ, & cauſati idẽ eſt judiciũ. p. 308 n. 101

Citatio debet fieri parti. p. 106. n. 23. Specialiter in materia electionis. p. 107. n. 24. Quid quando caſus eſt notorius. ibid. n. 25

Chocholata an frangat jejunium. p. 334. n. 88

Choriſtæ poſſunt transferri ad ſtatum laicorum. p. 185. n. 2. Quam ob cauſam. ib. n. 3. An etiam qui ſunt in ſacris conſtituti. ibid. n. 9. Poſſunt degradari. ibid. n. 10. Eorum gradûs perfectio. ibid. n. 15

Clauſula *Iuribus compulſatis*, quid denotat. pag. 16. n. 50. Quid Clauſula *aliis neceſſariis*. p. 38. n. 42. Clauſulæ generales reſtringuntur ad expreſſa, non ad non veriſimilia. ib. n. 43. Clauſula irritans non ponitur in ſtatuto. p. 67. n. 12. Clauſulæ derogatoriæ quid reſpiciant. p. 75. n. 26. Clauſula *irritum & inane*, quam vim habet. p. 76. n. 53. & 54. Et ad

Digitized by Google

quæ tefetatut. ibid. num. 55. Clauſula *Secundum vniuſcuiuſque gradus prarogatiuam*, quando procedit. p. 135. n. 21. & 22. Clanſula *Præterquam in caſibus à iure permiſſis*, quomodo applicanda. p. 158. n. 14. *Quatenus opus eſt*, quid importat. ibid. n. 24. Eius explicatio. ibid. n. 26. *Ad futuram memoriam*, exponitur. p. 213. n. 111. *Salua*. ibid. n. 212. Item *Contradictieres*. p. 217. num. 4. *Conſtitutionibus quibuſcunque, & ſpeciali ſtabilitate*, derogat ſtabilitati in loco. p. 251. num. 4. *Quorum tenores*, quid contineat. pag. 255. numero 41

Clanſula finalis ad præcedentia omnia refertur. pag. 527. n. 90. Clauſula in principio, refertur ad ſequentia. p. 529. n. 97. Clauſulæ acceſſoriæ regulantur ſecundùm principalem diſpoſitionem. ibid.

Coadiutores Canonicorum quomodo ſe gerere debent in materia præcedentiæ. p. 169. n. 14

Cœleſtini, vide *Ordo*, *Generales*, *Abbas*.

Cognati qui dicantur. p. 135. n. 14

Collegium ad conſtituendum quot requiruntur de iure canonico. p. 198. n. 22. Quot de iure ciuili. ibid. n. 23

Coloris nigri vſus, & hieroglyphicum. pag. 387. n. 35. Coloris nigri & albi variæ ſignificationes. p. 388. n. 38. & ſeqq. Color niger & albus cur cæteris præferantur in habitu religioſo. ibid. Color Virginum proprius. ibid. n. 39. Coloris albi Symbolum. ibid. n. 40. Color albus in inferiori habitu Benedictinorum, & cur. p. 390. num. 50

Commendæ definitio. p. 423. num. 12. Commendarum conceſſio qualis. ibid. n. 14. Damna quæ illis in monaſteria inferuntur. ibid. n. 15. Incommoda quæ ex illis contingunt. ibid. n. 16. Commenda perpetua an ſit titulus canonicus. p. 424. n. 21. Extenditur præiudicium quod ex talibus commendis Regularibus oritur. ibid. n. 25

Commendatarij ſæculares nihil authoritatis habent in Regulares circa diſciplinam religioſam. p. 421. num. 3. Commendatarius æquiparatur depoſitario. p. 423. num. 13. Commendatariorum authoritas eſt odioſa. ibid. num. 17. Et incongrua. ibid. & ſeq. num. 18. Non ſunt Superiores monaſteriorum in his quæ ſpectant ad regularia inſtituta. p. 424. num. 19. Praxis Eccleſiæ pro commendatariis monaſteriorum. ibid. num. 20. Eorum iuriſdictio. ibid. num. 22. Eorum litteræ Apoſtolicæ quomodo limitandæ. ibid. n. 23. & 24. Commendatarij Abbates an profeſſionem monachi admittere poſſint. p. 425. n. 27. Reputantur Titulares. ibid. n. 28. Non gaudent tamen privilegiis Abbatibus Regularibus conceſſis. ibid. num. 36. Nullam iuriſdictionem exercere poſſunt in monachos, corrigendo, aut deponendo, in his quæ pertinent ad diſciplinam regularem. p. 426. num. 39. Non obſtante clauſula, *Committimus regimen in temporalibus & ſpiritualibus*. pag. 424. n. 23. & 24. & p. 425. n. 34. & 35

Comminatio facta an concludat pro invaliditate matrimonij. p. 303. n. 30

Commiſſarius regularis quando poteſt legitimè ceſſare facere à ſuis officiis Provinciales. p. 197. n. 10. Generalis an ſit Iudex ordinarius. p. 198. n. 20

Compromiſſum reſtringitur ad rem promiſſam. pag. 478. n. 112. & p. 479. n. 136. Nec valet ſine iuris ſolemnitate. p. 479. n. 137

Compulſatio quid ſit. p. 16. n. 148. Quando concedatur nova compulſatio. ibid. n. 147

Conatus in delictum quomodo puniendus. pag. 147. num. 70

Conceſſio per poſtulationem quando redditur involuntaria. p. 181. n. 11. Qualificata limitatione non ſolùm reponit illam in diverſam naturam, ſed etiam vbi deficit, deficit ipſa diſpoſitio. p. 204. n. 61. Etiamſi ſolùm in caſu particulari deficiat. ibid. n. 62

Concilium an deroget privilegiis. p. 122. num. 15. Provinciale in materia de præcedentia quomodo ſe gerere debet. p. 169. n. 14. Conciliorum decreta de non permittendo fœminas in Præſides Congregationibus virorum. p. 183. n. 8

Concionatores omnes vnius domus, vel Collegij, an poſſint ſuſpendi ſimul ab Epiſcopo. pag. 201. n. 13. Vel ſuſpendere aliquos. ibid. n. 10. Quæ cauſa ad id faciendum requiratur. ibid. n. 16

Concurſus ad proviſionem Parochialem cui Competat. p. 265. n. 107

Conditiones requiſitæ ad impugnationem alicuius Capituli. p. 104. n. 6. & ſeqq. Appoſitæ adimpleri debent in forma ſpecifica. pag. 164. numero 20

Conditio, ſi Papa diſpenſaverit, cenſetur de iure impoſſibilis. p. 373. & ſeq. n. 129. & 135. Ea non impleta nihil videtur actum. p. 371. n. 88. Eâ impletâ contractus ſtatim eſt abſolutus. ibid. n. 89. Conditionis defectus habet oculos retrò ad tempus diſpoſitionis. p. 373. n. 116

Confeſſiones audiens non conſtitutus in Sacerdotio, contrahit irregularitatem. p. 143. n. 2

Confeſſores omnes vnius domus, vel Collegij, an poſſint ſuſpendi ab Epiſcopo. p. 201. num. 1. Vide Verba *Religioſi*, *Regulares*, & *Epiſcopus*. Bulla Pij V. in favorem Confeſſorum Mendicantium an ſit revocata. p. 201. n. 31. & 32. Quæ cauſa requiratur, vt ſuſpendantur. p. 203. n. 38. & 39. Quid de illis ab ipſo Epiſcopo non approbatis, ſed à ſuis prædeceſſoribus. ibid. n. 53. Poſſunt à ſucceſſore iterum examinari. ibid. num. 59. Quid quando cum ſcandalo, aut inhoneſtè viverent, vel aliquod delictum committerent. p. 204. n. 63. Vnius Diœceſis quando eſt extra illam, an poſſint audire confeſſiones fidelium illius diœceſis, in qua ſunt approbati. ibid. & ſeq. n. 71

Confines ſcribendi modus qualis dicatur indubitatus. p. 283. n. 2. Ad eos probandos teſtes debent reddere ſufficientem rationem. ibid. n. 4. Eorum diſtinctio quomodo ſit habenda. ibid. num. 5. Ad illos probandos non ſufficit ſola teſtium ſcientia, niſi rationem ſcientiæ concludant. ibid. numero 6

Confirmatio Conſtitutionum Caſſinenſium eſt in forma communi. p. 76. n. 44. Habet rationem cauſæ acceſſoriæ. ibid. n. 45. Eſt gratia, & Privilegium. ibid. n. 47. Non eſt eſſentialis, nec facit leges Papales. ibid. n. 49

Congregatio ſeparata à Religione ſub certa conditione, an ceſſaverit ſeparatio. p. 161. & ſeq. n. 1. & 3. Religioſarum perſonarum virorum, & fœminarum, cui præſunt fœminæ, permitti non debet. p. 182. n. 1. Non approbatæ ſunt reprobandæ. p. 183. n. 17

Connexorum idem eſt iudicium. p. 398. num. 48. A connexis valet argumentum. ibid. n. 49

Conſuetudo faciendi officia de Sanctis Religionum. p. 35. n. 1. Æquipollet veritati, p. 36. n. 11. Parem habet vim cum lege, ibid. num. 12. Poteſt introducere, quod Princeps concedere poteſt. ibid. numero 13. Et id quod privilegium. ibid. numero 14. Aliæ ipſius proprietates. ibid. num. 15. Maximè reſpectu vtentium Breviario Romano. ibid. num. 16. Quid de Religionibus vtentibus alio Breviario. ibid. num. 18. An conſuetudo faciendi officia de Sanctis non canonizatis ſit rationabilis. p. 37. n. 27. Conſuetudinis legitimæ conditiones.

ditiones. p. 38. n. 42. Vrbani V I I I. decretum. p. 37. num. 32. Conſuetudo antiqua Ordinis Carmelitarum. p. 38. num. 42. Quando cenſeatur diſpenſatum in ſtatuto per conſuetudinem, & præſcriptionem. p. 123. n. 33

Conſuetudini, an & quando deroget decretum Trid. *ſeſſ.* 244. *cap.* 12. pag. 369. num. 54. & ſeqq. Immemoriali regulariter non derogat. ibid. Fallit in materia reſidentiæ. ibid. num. 57. Et vbi conſuetudo irrationabilis eſt. ibid. num. 61. An poſſit excuſare Dignitates à reſidentia. ibid. num. 64. & ſeqq. Mala an excuſet. p. 380. num. 256. & 257. Facti non præſumitur. ibid. num. 258. Quas requirat conditiones. ibid. num. 259. Iuria vim legis habet. pag. 379. num. 233. Eſt interpretativa contractuum. ibid. n. 235. In habitu Religioſorum attendenda. pag. 387. n. 31. Plura de vi conſuetudinis. ibid. & p. 389. n. 47

Conſuetudo vt cadaver puniti delatum in Eccleſiam non gaudeat immunitate, an valeat. p. 395. num. 59. Conſuetudo inducit immunitatem. pag. 404. n. 34. Conſuetudo pro baptizandis. p. 405. n. 5. Conſuetudine an præſcribatur jus præcedentiæ. p. 410. n. 117. & 118. Per quos actus probari debeat. ibid. n. 119. Antiqua eſt reſtituenda. p. 443. num. 175. Vis conſuetudinis. pag. 457. num. 371

Conſenſus impetrantis reddit validum breve ſubreptitium. p. 71. n. 63. Conſenſus Principis quando relevat. p. 164. num. 12. Elicitur facto non minus quàm verbo. p. 224. n. 9. Capituli præſumitur ex temporis antiquitate, vna cum obſervantia. p. 279. n. 310

Conſervatorum juriſdictio eſt delegata. p. 62. n. 34. An ſint Iudices Apoſtolici. ibid. n. 35. An ſit revocata per Gregorium X V. ibid. n. 36. Eorum proprium munus. p. 266. n. 77. Poſſunt procedere per cenſuras contra Epiſcopos. p. 107. num. 83. Eorum authoritas. ibid. n. 84. An infirmetur hæc authoritas, eo quòd ſint religioſi. ibid. n. 85. & ſeqq. An impugnetur eorum electio propter inobſervantiam Conſtitutionis Gregorij X V. pag. 208. num. 88. Non militat hoc in partibus Indiarum. ibid. num. 90. Non obſtat eis, quod non aſſumunt Aſſeſſorem. ibid. n. 91. Quomodo eorum electio firmatur. ibid. n. 92. Iuriſdictionem non habent niſi pro manifeſtis injuriis, & moleſtiis iis illatis, quibus dati ſunt. p. 216. n. 1. In quibus fallit hæc diſpoſitio. ibid. n. 2. Per quæ verba illis cenſeatur conceſſa juriſdictio judicialis. ibid. num. 3

Conſervatoriæ Regularium non ſunt ſublatæ per Concilium Tridentinum. p. 217. n. 4

Conſtitutiones à Sede Apoſtolica confirmatæ, à quibus diſpenſari poſſunt. p. 74. n. 18. Ordinantur ad obſervantiam regulæ. ibid. n. 21. Confirmatio Conſtitutionum Caſſinenſium eſt in forma communi. p. 76. num. 44. Generalis interpretatur Conſtitutiones. p. 89. n. 23. Quomodo differant à Decretis. p. 187. n. 3. Earum definitio. ibid. n. 5. Minor notitia habetur de decretis, quàm de illis. Ibid. n. 8. Earum nomine an veniant decreta. ibid. n. 9. Conſtitutiones Pontificias in Curia Romana promulgatas an ſit communis Sententia, omnes vbique locorum tenere. p. 332. n. 64. Circa has obſervandas animadverſio. ibid. n. 69

Conſtitutiones Religionum quos effectus habeant, & an poſſint excludere tacitam profeſſionem. p. 409. n. 34. Novæ poſſunt introduci. pag. 410. n. 35. Quomodo intelligendæ ſunt quæ tacitam profeſſionem excludunt. ibid. n. 36. Non impreſſæ an habeant vim obligandi. ibid. n. 37. In earum promulgatione conſuetudini ſtandum eſt. ibid. num. 38

Conſulens celebrantem Miſſam non conſtitutum in Sacerdotio, quid agere debet. pagina 245. numero 36

Contractus deficiente conditione reſolvitur. p. 163. n. 6. Ad contractum alienationis bonorum Eccleſiæ requiritur conſenſus Apoſtolicus. p. 190. n. 3. Factus à quibuſdam Religioſis, an ſit validus. ibid. n. 5. Quando ſuſtineri poteſt in vim locationis. p. 191. n. 18

Contractus conditionatus non eſt propriè contractus. p. 371. n. 90. Conditionalis pendet à conditione. p. 372. n. 123. Matrimonij ſi Papa diſpenſaverit, nihil eſt ante obtentam diſpenſationem. p. 373. n. 127. In contractibus præſens rei ſtatus conſideratur. ibid. n. 128. Contractus claudicare non debet. p. 374. n. 140. De re impoſſibili, ipſo jure nullus eſt. ibid. n. 141. Meticuloſus & coactus, eſt irritus. ibid. n. 149. & 150. Nullus nullam parit obligationem. p. 374. n. 153

Conventus, vacante Prælato poteſt nomine Prælati futuri admittere ad profeſſionem. pag. 86. numero 49

Coronæ nomine Principes intelliguntur. pag. 535. n. 129. Bona Apanagij Principum ſunt de Corona, & ab ea diſmembrata. pag. 526. n. 85. Redire debent ad Coronam. p. 527. n. 88. Clauſula *Ritorno alla corona*, expenditur. p. 535. n. 128

Crimina quomodo examinanda, & quid in eis eſt attendendum. p. 196. n. 42

Cultus Sanctis non tribuitur ſine Papæ authoritate. pag. 35. num. 2. Eſt ex majoribus Eccleſiæ cauſis. ibid. n. 3

Curiæ ſtylus, & conſuetudo attendenda, ac ſervanda. p. 368. n. 35. Facit jus. ibid. & p. 371. n. 85. & 86

Cymbam piſcatoriam an poſſit habere Epiſcopus. p. 401. n. 1. & ſeqq. Affirmativè reſolvitur. pag. 402. n. 6. & ſeqq. Apoſtoli cymbam habebant. ibid. n. 7. Piſcabantur etiam præcipiente Chriſto. ibid. n. 8. Cymbam ad piſcationem habere licitum eſt. ibid. n. 12. Vide *Epiſcopus*. Votum R. P. Dianæ circa hoc. p. 404. n. 35. Votum R. P. Averſæ ad idem. ibid. num. 36

D

DÆmon an facere poſſit miracula. p. 19. n. 184. Damnati ad mortem ſunt veluti ſervi Reipublicæ. p. 395. n. 50. Sunt ſervi pœnæ. ibid. n. 51

Decanus, & Archidiaconos habentes territorium ſeparatum, & immemorabilem, poſſunt cognoſcere de cauſis matrimonialibus, & criminalibus. p. 275. n. 10. Non poſſunt degradare. pag. 276. num. 11

Decreta varia S. Congregationis pro Canonizatione Sanctorum. p. 5. n. 21. Item Decretum S. Inquiſitionis. ibid. n. 22. Alia Vrbani V I I I. ſuper hac materia, & illorum explicatio. ibid. n. 26. Alia decreta. ibid. & ſeq. n. 29. & 31. Verba decreti Canonizationis. p. 9. n. 68. Forma ipſius Decreti. ibid. n. 71. Decretum Vrbani VIII. ſuper Canonizatione Sanctorum. p. 37. num. 42. Decretum Capituli generalis Carmelitarum pro eorum Sanctis. p. 38. n. 43. Decretum S. Inquiſitionis pro manifeſtatione hæreticorum obligat etiam pro caſibus occultis. p. 99. n. 14. Decretum S. Congregationis Concilij circa facultatem conceſſam Abbatibus ad conferendam tonſuram, & minores Ordines. p. 149. num. 26. Decretum S. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium

de Religioſo nato ex parentibus Mahumetanis. p.178. n.35. Innocentij III. p. 184. num. 20. Quomodo differant à conſtitutionibus. p. 187. n.3. Definitio. ibid. n. 4. Minor notitia habetur de decretis, quàm de conſtitutionibus Ordinis. ibid. n.8. An ſint perpetua, vel ad tempus. ibid. An veniant nomine Cōſtitutionum Ordinis. ibid. n.9. Pro decreto in dubio præſumitur. pag. 191. n.6. Ejus probatio in dubio admittitur. ibid. n.7. Decreta S. Congregationis pro Confeſſariis Regularibus. p.201.n.3

Defuncti gaudent immunitate Eccleſiaſtica. p. 391. n.2. & ſeqq. Plura ſtatuta extenduntur ad defunctos. p.392. n.11. Excommunicati defuncti privantur communione Fidelium. ibid. num. 12. Pœna impoſita relegatis extenditur ad defunctos. ibid. n. 14. Eccleſia favet defunctis fidelibus. p.395. n.49

Deipara vocatur *Columna*. p.430. num.2. Et *Cathedra*. ibid. num. 8. Deiparæ Virginis apparitio ſuper vnam Columnam. p.431. num. 13. Revelatio ejuſdem. ibid. num. 15. Quam tuentur graviſſimi Authores. ibid. num. 14. Ejus adventus in Hiſpaniam. p.439.n.117. Ejus interceſſione Miracula. Vide *Miraculum*.

Delegatus Sedis Apoſtolicæ eſt major Ordinario. p.260.n.34

Delictum non eſt præſumendum. p.70.n.52. Excluditur interpretatione. ibid. n. 53. Maximè cùm agatur de perſona illuſtri. ibid. n.54. In dubio non præſumitur. p.337.n.4. Et hoc maximè procedit in mortuis. ibid. n.5

Denunciatio hæreticorum eſt neceſſaria ob bonum commune. p.99. n.15. Eſt etiam neceſſaria pro bono ipſorum. ibid. n.18. Quiſquis eſt obligatus eam facere ex decreto S. Inquiſitionis. ibid. n.13. Etiam pro caſibus occultis. ibid. n. 14. Quid ſi quis alteri diceret: *Manifeſto tibi hoc ſub confeſſione*. p. 100. n. 30. Pater naturalis tenetur etiam denunciare ſuum filium hæreticum. ibid. numero 31

Derogatio non ampliat gratiam, neque ſupplet defectum intentionis, ſed declarat voluntatem Principis. p.253.n.2

Deus non propter locum gentes, ſed propter gentes locum eligit. p.223.n.7

Dictio *alius*, eſt repetitiva ſimilium. p.63. num. 71. Dictio *neceſſe eſt*, quid denotat. p. 67. num. 10. Dictio *concedit*, quantum valeat. p.122. n. 13. *Idcirco*, quid denotat. p.129. n.8. *Etiam*, eſt ampliativa. pag. 151. num. 9. Eſt quoque explicativa. ibid. n. 10. *Quicumque* omnia includit. ibid. num. 15. Et omne genus perſonarum. pag. 164. num. 18. Et extenditur ad caſus, & perſonas. ibid. num. 19. *Quoquo modo*, quam energiam habeat. ibid. num. 25. *Niſi*, quid importat. pag. 188. num. 18. Quid *Fortè*. ibid. num. 19. Quid *Nullo pacto*. pag. 201. num. 9. *Quaſi*, per modum cauſæ poſita, quid ſignificat. pag. 260. num. 27. Quid quando per modum ſimilitudinis. ibid. n.28. *Scilicet*, quomodo reguletur. p.278. num.15

Dictio *Sedere*, dignitatem Epiſcopalem importat. pag.432. n.27. *Inſtitue*, quid ſignificet. p.434. num.50. *Inſtituiſſe*, quid importet. ibid. n. 52. *Succeſſivè*, ordinem ſucceſſivum denotat. ibid. num. 59. *Secretarius*, eſt locus proprius Eccleſiæ Cathedralis. pag.440. num.135. *Majoris*, arguit primogenituram. pag.445. num. 202. *Deberet*, an importet neceſſitatem. pag. 446. num. 211. *Aliis*, quid importet. pag.447. num. 236. *Eccleſia*, quotuplicìter ſumitur. pag. 460. num. 521. *Inde*, quid ſignificet. pag.461. num.430. *Auctoritate Canonicorum*, quid denotet. p. 476. n. 85. *Epiſcopi veſtri*, quid. pag.475. num. 79. *Retineat*, denotat antiquam poſſeſſionem. p. 477. num.104. *In capite chori*, quid indicat. p. 478. num.122. *Inſimul*, quid denotet. p.480.n.164. *Beatiſſima ſedes*, quid ſignificet. p. 440. n.131. Vide *Titulus*, Dictio, *Praeſſet*, quid denotet. pag.442. n.155. *Di più*, expenditur. pag. 536. num.131. *Vt ſuprà*. ibid. n. 133. *Ritornino alla Corona*. p.535.n.128. & ſeqq.

Diœceſis, & territorium an ſint idem. pag. 261. num.40

Dignior debet præcedere minùs dignum. pag. 415. num. 3. Vide *Pracedentia*. Dignior eſt qui pluribus præeſt. ibid. num. 7. Dignior eſt qui lumine propriæ authoritatis coruſcat, quàm qui alieno. p. 417. n. 44. Dignior eſt qui à Papa ad aliquod munus eligitur, quàm ab Epiſcopis. ibid. num. 59. Vide *Munus*.

Dignitas quæ competit ex perſona propria, eſt major quàm quæ ex aliena. pag. 417. num.43. Dignitas eximia Ordinum Mendicantium. ibid. num. 50. & multis ſeqq. Tanto quis dignior, quanto digniori ſubeſt. p.463. n.440. Stemmata plurimùm valent ad oſtenſionem dignitatis. pag. 445. numero 197

Dignitas major præcedit minorem. pag. 168. num 6. Differentia inter Epiſcopalem, & Provincialem. p.227.n.39

Diminutio in delictis eſt probanda. pag.146. numero 51

Dimiſſus ſine cauſa à Religione, non eſt ſecurus in conſcientia. pag.181. num. 2. Talis dimiſſio eſt nulla. ibid. num. 3. Quid ſi aſſignatur cauſa non vera, ſed ficta. ibid. num.8. & ſi pravis motibus extorquet dimiſſionem. ibid. num. 9. Et ſi ſolùm poſtulavit dimiſſionem ſine cauſa. ibid. num. 10. Debet fieri cum cauſa. pag. 182. num.13. Nullus dimittitur ſine illa. ibid. n. 14. Quid ſi magna importunitate dimiſſio procurata eſt. ibid. n.57

Diſpenſatio in præceptis Eccleſiaſticis eſt neceſſaria pro bono regimine Religionis. pag. 74. num. 9. Quæ cauſæ ſunt neceſſariæ ad hanc diſpenſationem. ibid. num. 10. & ſeqq. Differentia inter abrogationem, & diſpenſationem. pag.75.n.28. Diſpenſatio non eſt ceſſatio legis. ibid. num. 29. Non eſt prohibita. ibid. num. 39. Sententia DD. in caſu neceſſitatis diſpenſationis. ibid. num.40. An concedatur extra caſus neceſſitatis. pag.76, n.43. In inhabilitate quantum juvat. p.91. num.57. & ſeqq. In diſpenſatione voti ſolemnis caſtitatis an deſideretur publica cauſa. pag.95. num.22. Non ſemper videtur adfuiſſe. p.96.n.23. Videtur ſufficere privata. ibid. n.24

Diſpenſatio Clementis VII. & Pauli III. pag.95. num.20. & 21. Quando Superiores poſſunt, & cenſentur diſpenſare in ſtatuto. pag. 120. num. 26. & 27. Quibus in cauſis diſpenſatio fieri poteſt pro ingreſſu Conjugum ad Religionem. p. 175. num.20

Diſpenſatio vitiatur per ſubreptionem & obreptionem. p.367. num. 15. & 16. Ceſſat cauſa ceſſante. p.368. n. 36

Diſpoſitio generalis reſtringitur ex ratione particulari. p.37. num.25. Non habet locum vbi verba non conveniunt. pag.38. num. 35. Conditionalis, omiſſa conditione, non habet effectum. p.163. n. 5. Non intelligitur circa illa, de quibus contrarium in ipſa diſponitur. p.251.n.5

Diſpoſitiva quid declarat. p.254.n.2. Vocatur à practicis diſpoſitio. ibid. n.3

Diverſitas

Diverſitas Monachatus manſionum. pag. 235. n.5. Inter habentes juriſdictionem Epiſcopalem in propria diœceſi ſeparata, & habentes illam intra limites alterius diœceſis. p. 260. n. 28

Diverſorum diverſum eſſe judicium oſtenditur. ibid. num. 30

Doctrina Antonij de Corduba de purificatione criminis per actus poſitivos contrarios. p. 128. n. 49. & 50

Dolus nemini patrocinatur. p. 70. n. 57. Maximè in damnum alterius. ibid. n. 58

Donatio liberalis non præſumitur, donec probetur. p. 376. n. 173. & ſeqq. Error potiùs aut ſtultitia præſumitur, quàm donatio liberalis. ibid. n. 174. & ſeqq.

Dubium de novitiatu. pag. 185. num. 16. In dubio quilibet præſumitur elegiſſe viam, per quam diſpoſitio ſua ſit vtilis. p. 197. n. 3. In dubiis cui ſtandum ſit. p. 598. n. 14

Duellum verum in quo conſiſtat. p. 339. n. 31. Quomodo quis effugere poteſt ejus cenſuras. ibid. n. 32

E

ECcleſia alteri vnita aſſumit naturã illius. p. 123. num. 24. Quilibet ſe conformat Eccleſiæ, in qua converſatur. ibid. num. 25. Ejus authoritate quid fieri poſſet. pag. 184. num. 26. Eſt talis, quale eſt Monaſterium. pag. 224. num. 3. Regularis an poſſit exercere curam animarum. ibid. n. 4. & 5. Ejus finium diſtinctio, ſi eſſet poſita in ſola ſcientia teſtium, fruſtra ageretur de diviſione facta per Dionyſium Papam. p. 283. n. 7

Eccleſia multiplex. pag. 377. n. 207. Baptiſmalis quæ. ibid. num. 208. Cathedralis in qua præſidet Epiſcopus. ibid. num. 209. Primatialis, Patriarchalis, & aliæ. ibid. p. 378. n. 210. Collegiata quæ ſit. pag. 377. n. 206. Quomodo probetur. p. 378. num. 214. & ſeqq. Quot in ea Clerici requirantur. ibid. num. 218. & 219. A quo erigatur. ibid. num. 220. & ſeqq. Collegiata inſignis quæ. ibid. num. 223. & 224. Præcedit alias. ibid. Eccleſiæ vnitæ quæ onera ſuſtineant. pag. 382. num. 276. & ſeqq. Cathedralis eſt quæ habet Epiſcopum. pag. 430. num. 5. Romana eſt Cathedra Petri. ibid. n. 6. S. Mariæ del Pilar fuit, & eſt Cathedralis. pag. 431. num. 19. & ſeqq. Vide *Cathedralitas*. Dictæ Eccleſiæ fundationis hiſtoria. ibid. num. 12. Eccleſiæ nomine venit Cathedralis. pag. 441. num. 143. Eccleſiæ Cathedralis Tituli. ibid. num. 145. Cathedralem inſtituere ſolius Papæ eſt. pag. 442. num. 161. Erectio Eccleſiæ S. Salvatoris in Cathedralem. ibid. num. 157. & ſeqq. Eccleſiarum erectiones quomodo accipiendæ. p. 443. num. 169. S. Salvatoris in Cathedralem erectio non fuit cum extinctione jurium S. Mariæ. ibid. num. 171. & ſeqq. Vtraque vna eſt in ratione Cathedralitatis. pag. 444. & ſeq. n. 194. & multis ſeqq.

Eccleſiæ erectio benè probatur per Scriptores, & hiſtoricos. pag. 499. num. 24. Eccleſias fundare tantùm ad B. Petrum; tanquam Caput Eccleſiæ pertinebat. pag. 500. num. 33. Qua ratione cæteri Apoſtoli Eccleſias conſtruxerunt. ibid. num. 34. & ſeqq. Eccleſiæ olim quando ædificabantur, caput earum reſpiciebat partem orientalem. p. 505. n. 102. & 103. Eccleſia ſpiritualiter ſumpta eſt fidelium collectio. p. 506. n. 110. Quando nominatur Magiſtra, deſignatur & dignior, & antiquior. p. 497. n. 3. Major regulariter non vnitur minori, ſed è contra. ibid. n. 6

Eccleſiæ Cathedralis proprium eſt exigere decimas. pag. 446. num. 217. S. Mariæ del Pilar vocatur S. Mariæ Majoris. ibid. n. 223. Declaratur exempta à ſolutione ſubſidij charitativi. pag. 447. n. 234. Encomia varia ejuſdem. ibid. n. 235. Eccleſiæ S. Salvatoris epitheta honorifica. p. 448. n. 242. Eccleſia S. Mariæ del Pilar præcedit omnes Cathedrales, exceptâ Metropolitanâ. p. 449. num. 259. & p. 455. n. 338. Eccleſiæ nomen quotupliciter ſumitur. pag. 460. n. 414. S. Salvatoris privilegia. p. 461. n. 518. S. Mariæ ſemper habuit Epiſcopum. p. 462. n. 432. Vtraque ſub eodem capite. ibid. n. 433. Duæ vnam Cathedralitatem conſtituere poſſunt. pag. 469. n. 20. Eccleſiæ nomen antonomaſticè ſumptum pro Cathedrali ſupponit. p. 475. n. 73. Encomia Eccleſiæ S. Mariæ ibid. num. 75. Eccleſia ſponſa Epiſcopi. p. 476. n. 81. Eccleſia S. Mariæ retinet decimas de hæreditatibus. pag. 477. n. 104. Cathedralis non deſinit eſſe talis abſque conſenſu Papæ. p. 479. n. 133. Eccleſiæ jura non ceſſant per tyrannicam invaſionem. p. 482. n. 200. Vbi contenditur de jure Eccleſiarum, pro antiquiori ſtandum eſt. p. 484. n. 234. De Eccleſia verba D. Chryſoſtomi. p. 485. n. 247. Eccleſiæ proprietas. ibid. n. 248. Eccleſiæ ab Apoſtolis fundatæ. p. 434. n. 48. Earumdem etiam Epiſcopi ſubordinati S. Petro. p. 431. n. 21. & p. 432. num. 23. Eccleſiarum jura nunquam ceſſant. p. 439. n. 119. Eccleſiæ ſpoliatio delictum eſt. pag. 480. n. 192. Eccleſiæ diſtinctio, quatenus eſt Cathedralis, & Collegialis regularis. pag. 488. num. 317. Quæcumque vocari poſſunt Oratoria. p. 489. n. 340. 349. & 350

Eccleſiæ Cathedrales duæ non dantur in eadem civitate. pag: 498. num. 19. Poſſunt vniri ſub vno capite. pag. 469. num. 5. & ſeqq. Eccleſia Cathedralis habet prærogativam celebrandi feſtum Dedicationis. pag. 503. num. 73. Et decimas exigendi. ibid. num. 74. Et habendi campanam, quæ de Interdicto vocatur. ibid. num. 75. Sacramenta omnibus diœceſanis miniſtrandi. ibid. numero 77

Eccleſiaſtica ſepultura carent peccatores mortaliter notorij. p. 339. n. 35

Eccleſiaſtici an pro defenſione honoris poſſint aliquem occidere. pag. 172. num. 9. Eorum honor conſiſtit in exercitio virtutum. ibid. num. 10. Sunt ſpecialiores imitatores Chriſti. ibid. num. 11. An illis liceat occidere minantem mortem. ibid. n. 18. An eum qui paratus eſt falſum teſtimonium dicere. ibid. n. 19

Ejectio à Religione quando licita, & valida. pagina 165. num. 7. & 8. Quid quando cauſa eſt dubia. pag. 166. num. 15. Non ſubſiſtit, etiamſi ſententia fuerit juſta. ibid. num. 17. Non tranſit in rem judicatam. ibid. num. 18. Datur exceptio contra illam. ibid. n. 19. Eſt ſpoliativa. ibid. numero 20

Electio an parificetur cum proviſione. pag. 84. numero 59. Ad eam admiſſi inhabiles non poſſunt revalidari. pag. 88. num. 7. & ſeqq. Extraneus quomodo poſſit admitti. ibid. num. 9. Ad illam quid importat admitti, *Si & in quantum*. ibid. num. 10. Eſt trina vice repetenda. ibid. num. 13. & 14. Trina repetitio ipſius ad quid petita. p. 89. num. 21. Ad eam omnes de collegio admitti debent. ibid. num. 30. Electio etiam digni an caſſari poſſit. pag. 91. num. 51. & 52. An in caſu metus. ibid. num. 53. An in caſu reclamationis ibid. num. 54. Ante confirmationem indeciſa. pag. 92. num. 63. Invalida an ratificetur per conſenſum. pag. 105.

pag. 105. num. 17. In ejus materia quando adeſt oppoſitio, citanda eſt pars. pag. 106. num. 23. Quid quaodo caſus eſt notorius. pag. 107. n. 25. Admittuntur omnes Clerici. pag. 108. num. 35. Iure Provinciæ Caſtellæ non omnes. ibid. n. 36. Modus eligendi ſocios in dicta Provincia. ibid. num. 38. An hic modus ſit contra Breve Vrbani VIII. & contra jus commune, & Regulam Ordinis. pag. 109. num. 40. & ſeqq. In electione an fieri poſſit votorum additio. pag. 110. numero 47. Quid ſit fiat authoritate totius gremij. ibid. num. 48. Forma capitis *Quia propter*, ſervanda. pag. 111. num. 49. Quot Scrutatores requirantur pro ea. ibid. num. 50. Pro quibus requirnntur tres Scrutstores. ibid. num. 54. An alio modo fieri poſſint electiones. ibid. num. 55. Quomodo cautiùs procedendum. pag. 113. numero 62. Quid ſi fieret cum vno Scrutatore tantùm. ibid. num. 64. An plures quàm tres Scrutatores poſſint eſſe. pag. 114. num. 66. Forma dicti capitis *Quia propter*, an obſervanda in electionibus Priorum. ibid. num. 67. Priores an ſolùm à conventibus eligi poſſunt. ibid. num. 68. Quæ probatio ſufficit ad eam impediendam, & quæ ad rejiciendum electum. pag. 199. num. 34. Quomodo probanda. pag. 224. num. 3. Conditionatæ an admittantur in jure. pag. 226. numero 36

Electio ex ſobornatione vitiatur. pag. 396. num. 2. & ſeqq. Tractatus de electione an liciti. pag. 397. num. 16. Electio vitiatur ex defectu libertatis. ibid. num. 12. Qualis libertas requiratur ad electionem. ibid. num. 23. Libertas in electione deficit ex multis. ibid. num. 24. & ſeqq. Electio vitiatur ex teſtrictione ad vnum eligeodum. p. 398. num. 32. & ſeqq. Item ex publicatione votorum ante ſcrutinium ibid. num. 35. & ſeqq. An ſuſtineatur ex eo, quod ab illa non fuerit appellatum. ibid. num. 52. Digniores ſunt eligendi. p. 397. num. 17. Vbi electio nulla eſt, nulla quoque erit confirmatio inde ſequuta. pag. 398. num. 41. Si tamen dubitetur de validitate electionis, ſuſtinebitur nemine reclamante. pag. 399. num. 68. & 72. Præſertim ex confirmatione ſequuta. ibid. n. 71. Et ex præcepto Superioris de electione canonicè facienda. ibid. num. 69. & 70. Et ex informatione facta per Generalem ad inſtantiam vnius poſtea reclamantis, quam ſequuta eſt nova confirmatio. pag. 400. num. 74. Et ex aliis principiis traditis. ibid. Contra electionem confirmatam an quis ſit audiendus. ibid. num. 79. & ſeqq. Qui electioni conſentiunt, excluduntur ab oppoſitione. ibid. num. 86. & ſeqq. Obviandum eſt oppoſitioni contra hanc electionem. p. 401. n. 92

Elias quaſi in jus vocatus. pag. 42. num. 3. Quæ notare deberent qui eum vocant. ibid. num. 4. Facultas faciendi ejus officium antiqua. pag. 43. mero 6. Approbatum à Gregorio XIII. ibid. num. 7. Ejus Sanctitatis argumentum. pag. 44. num. 25. De eodem doctrina Emanuëlis Rodriquez. ibid. num. 27. Secundùm aliquos eſt verè beatus viſione Dei. ibid. numero 30. Non eſt mortuus. pag. 43. num. 32. Elias VII. humanæ vitæ continuator. ibid. num. 35. Hebræorum placita. ibid. num. 36. Non eſt corpore glorificatus. ibid. num. 37. Vbi ſit. ibid. numero 39. Regis Angliæ, & aliorum verba, & intentio. pag. 46. num. 41. & ſeqq. An videat Deum. ibid. num. 44. Qui dicunt in cœlum eſſe receptum. pag. 47. n. 57. Qui Eliam *Beati* nomine decorant. pag. 48. num. 70. Eliæ feſtivitas. pag. 49. num. 85. Sedis Apoſtolicæ approbationes. ibid. num. 86. Templa ſub ejus titulo. pag. 50. num. 87. & ſeqq. Pro pluvia ipſius precibus impetranda. ibid. numero 90. Convenientia Eliæ cum aliis Divis. ibid. num. 93. An fruatur viſione beatifica. pag. 51. num. 94. Plurium opiniones circa hoc. ibid. & ſeqq. num. 96. Poteſt intercedere pro invocantibus ipſum. pag. 52. num. 102. Curam de ſuis devotis habet. pag. 53. num. 106. An ſit mortuus. pag. 55. num. 117. Eliæ prophetia de duratione mundi. pag. 56. num. 121. Relatio ipſius apparitionum. pag. 57. num. 125. An Elias cenſeri debeat à Deo canonizatus. pag. 56. num. 128. Poteſt canonizari. ibid. num. 129. Non obſtat, quod ſit ſuperſtes. ibid. num. 130. Tituli quibus id fieri poteſt. ibid. num. 131. Hymnus Eliæ Sclavonicus. pag. 59. num. 133. Hebræorum precationes. p. 55. num. 113

Emphyteuſis bonorum Eccleſiæ an ſit prohibita. pag. 157. num. 4. Quando non cenſetur Emphyteuſis, ſed ejus continuatio. ibid. num. 6. Cum ea an coincidat hypothecatio, ſeu oppignoratio. ibid. num. 7. Eius ratio. pag. 190. num. 6. Quando eſt licita ſine conſenſu Sedis Apoſtolicæ. ibid. n. 7. Vtilitas Eccleſiæ debet plenè probari, maximè tempore alienationis. ibid. num. 8. & 9. Vt ſit valida quid requiratur. ibid. num. 11. Quando dicitur confirmatoria, & quando nova. ibid. num. 14. An fieri poſſit in perpetuum. ibid. num. 213. Ex illa ad locationem valet argumentum. pag. 191. num. 19. Locatio longi temporis æquiparatur. ibid. num. 10. Præſcriptio an illi obſtet. ibid. num. 20. Præſcriptio en illi obſtet. ibid. num. 21. Quando illi adeſt pactum affrancationis, quomodo dicatur eſſe affrancata. p. 193. n. 1. & 2

Emancipatio tacita an inducatur ex conceſſione bonorum à patre facta. pag. 321. num. 56. & 57. An per Dignitates ab alieno Principe datas. ibid. & ſeqq. n. 58. & 59. An ex legitimatione. ibid. An ex ingreſſu in Religionem S. Ioannis Melitenſis. p. 322. n. 61. Ad eam longum tempus requiritur. ibid. n. 60

Enunciativa verba in dubio accipienda ſunt demonſtrativè, non autem taxativè, nec limitativè. pag. 277. num. 9. Non probant quando principaliter agitur de veritate enunciati. ibid. num. 10. Vt probent locum eſſe in diœceſi, quid concurrere debeat. ibid. num. 11. Plures, antiquiſſimæ, & à diverſis perſonis enunciativæ emanatæ, plenè probant etiam contra tertium. p. 278. n. 13. Papæ, quæ emanavit ad ſupplicationem partis, non probat in præjudicium tertij. p. 281. n. 313. Non probat quando principaliter diſputatur de enunciato. ibid. n. 8. Dum contingit dubitari ſuper enunciato, nec plenam, nec ſemiplenam probationem faciunt. p. 283. num. 9

Epiſcopo olim competebat negotium Canonizationis & Beatificationis Sanctorum. p. 4. n. 8. Competebat etiam tribuere illorum cultus. p. 33. n. 4. Non ſubjiciuntur monaſteria ſub Generalis poteſtate inſtituta. p. 60. n. 4. Quid ſi eſſet Legatus Sedis Apoſtolicæ. ibid. n. 10. Eſt conſervator. p. 62. n. 33. Etiamſi eſſet ſimplex Legatus, non poſſunt Moniales ſub poteſtate Generalis ſe ſubjicere. p. 63. n. 39. Eſt illi mandata juriſdictio ſolùm ſub conditione. ib. n. 41. An tranſgreſſus fuerit Bullas pro electione Prioriſſæ, & ingreſſu in Monaſterium exemptum. ibid. num. 47. & ſeqq. Ejus authoritas eſt ſubſidiaria. pagina 59. numero 67. Non poteſt ſe immiſcere in cauſa civili Religioſorum. pag. 77. n. 5. Quid quando eſt in poſſeſſione. pagina 80. n. 40.

Non

Non excuſatur ignorantia juris, neque facti. pag. 78. num. 12. An incurrat aliquas pœnas immiſcens ſe in cauſa Religioſorum. pag. 80. n. 44. Aſſumptus ex Religione an tolerandus in officiis. pag. 185. num. 57. Ejus inſtitutio ſpectat ad Papam. pag. 141. num. 9. De electo, & non confirmato. pag. 142. num. 11. An poſſit ſuſpendere omnes Confeſſarios vnius domus, vel Collegij. pag. 201. num. 2. Et an Religioſi teneantur in hoc illi obedire. ibid. num. 7. Quid ſi cauſa rationabilis ſubſiſtat. ibid. num. 8. An poſſit etiam ſuſpendere aliquos concionatores. pag. 202. num. 20. Ad hoc vt Regulares prædicent in propriis Eccleſiis, an ſolùm requiratur ejus benedictio petita, etſi non obtenta. ibid. num. 21. De Confeſſariis qui ab ipſo ſunt approbati, quid dicendum. ibid. num. 30. Et ab ejus prædeceſſoribus. ibid. n. 31. Quando illicitè, & invalide procedat. pag. 203. num. 41. Ejus rationes. ibid. num. 49. Quid de Confeſſariis ab ipſo non approbatis, ſed à ſuis prædeceſſoribus. ibid. num. 53. Nequit contra Mendicantes per cenſuras procedere. p. 207. n. 72. An poſſit id facere in vim conſtitutionis Gregorij X V. ibid. num. 73. Habet nudum miniſterium in approbatione Religioſorum. p. 204. n. 67. Non poteſt excommunicare exemptum à ſua juriſdictione. pag. 214. num. 1. Contra illos quomodo procedendum in materia exemptionis. pag. 215. num. 1. Vide *Ordinarij*. Ad electionem Regularis ad Eccleſiam Parochialem ſecularem non eſt neceſſaria ejus diſpenſatio. pag. 219. num. 15. An ſaltem vt Delegatus poſſit viſitare Eccleſias Parochiales Regularium, quibus imminet cura ſecularium. pag. 367. num. 115. Quid quando tales Eccleſiæ non ſubſunt Prælatis vtramque juriſdictionem exercentibus in Parochos, & Parochianos. ibid. num. 128. Oratorium intra fines Parochiæ Regularium per laïcos erectum non erigi poſſit ſine ejus authoritate. pag. 269. num. 141. Poteſt ab alio viſitari. ibid. num. 143. Quomodo hoc jus illi competat. ibid. & ſeq. num. 147. Differentia inter eſſe Epiſcopum, & habere poteſtatem quaſi Epiſcopalem. pag. 260. num. 26. Quando ea, quæ iis conceduntur, Prælatis conceſſa non cenſentur. ibid. num. 33. Quomodo gubernent Monaſteria Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjecta. pag. 274. num. 5. & ſeqq. Actus ipſorum juriſdictionis in moniales non attenduntur, ſi præceſſerunt Concilium Tridentinum. ibid. num. 9. & 10. Eorum ordinis adminiſtratio eſt Sacramenti Confirmationis, & collatio Ordinis. ibid. num. 12. Quæ in exemptos exercent ex Concilio, referuntur. ibid. num. 13. & ſeqq. Eorum juriſdictio. Vide *Iuriſdictio*. In quibus caſibus procedunt vt Delegati Sedis Apoſtolicæ. p. 279. num. 25. Habet intentionem fundatam de jure communi, exercendi juriſdictionem ſpiritualem in omnibus Eccleſiis ſuæ diœceſis, & in omnes perſonas intra limites ſui Epiſcopatus. p. 280. num. 1

Epiſcopus habens cymbam piſcatoriam, an teneatur ad gabellam. pag. 401. num. 1. & ſeqq. Et an licitè eam retineat. pag. 402. num. 3. & ſeq. Poteſt capere piſces ad ſuſtentationem familiæ. ibid. num. 14. Et curare vendi ſuperfluos. ibid. num. 16. Licèt inde locupletior fiat. ibid. num. 17. Quia vtique pinguiores eleemoſynæ inde fiunt. ibid. & ſeq num. 19. Hoſpitalitas propria eſt Epiſcoporum ibid. p. 403. n. 16. Epiſcopus eſt immunis à gabella. ibid num. 27. Epiſcopi ſunt patres Principum ſecularium. ibid. num. 30. Eorum famuli an gaudeant immunitate, & privilegio fori. ibid. num. 31. & ſeqq. Epiſcopi habent de jure omnimodam juriſdictionem in tota diœceſi. pag. 421. num. 4. Qualem habent in Regulares. ibid. n. 34. Epiſcopus an poſſit admittere profeſſionem Religioſi exempti. pag. 425. num. 32. Epiſcopi reſidentia præſumitur penes Eccleſiam Cathedralem. p. 502. n. 52

Epiſcopatus renunciatio dupliciter fieri poteſt. p. 142. num. 15. Quid ſit Epiſcopatus. pag. 260. numero 32

Equites Religionis Hieroſolymitanæ ſunt exempti à multis obſervantiis Regularium. pag. 93. num. 6. An excludantur à Majoratibus. ibid. num. 8. Paupertas quam profitentur eſt ampliſſima. ibid. numero 9

Error, cui non contradicitur, approbatur. pag. 99. num. 17

Eſſe hoc non probatur, quod ab hoc contingit abeſſe. p. 281. n. 10

Eventus prodigioſi de celebrante miſſam non conſtituto in Sacerdotio. p. 145. n. 34. & ſeqq.

Excommunicatio non poteſt ab Epiſcopo inferri contra exemptum à ſua juriſdictione. pag. 214. num. 1

Excommunicatus toleratus non privatur Eccleſiaſtica Sepultura. pag. 338. num. 25. Generaliter loquendo, quoties dubitatur, vtrum quis pœnitens diſceſſerit, an poſſit in loco Sacro ſepeliri. ibid. num. 39

Excuſationem à delicto an inducat iracundia p. 195. n. 15. & 16

Exempla varia in materia præcedentiæ de Oratoribus Principum, & aliorum. pag. 169. num. 10. & ſeqq. Eorum qui famam contempſerunt laudabiliter. p. 173. n. 26

Exemplum Chriſti. ibid. num. 31. Diſpenſationis in voto caſtitatis. pag. 180. num. 35. Diſpenſationis illegitimi. ibid. num. 36. Diſpenſationis ad contrahendum. ibid. num. 38. Patrum Sanctorum de hæreticis. pag. 231. num. 21. Coſmæ Eunuchi. ibid. num. 24. Matrimonij cum hæretica. p. 232. num. 33. Variorum hæreticorum pacem conturbantium. ibid. num. 41. Diſpenſationis cum hæretica exemplum ad contrahendum. p. 233. n. 50. S. Frontonij. p. 237. num. 17. Monachi hypocritæ. p. 244. n. 52. Exemplum exempli nullum facit gradum probationis. pag. 281. num. 6. Ethnicorum Principum, qui lupanaria interdixerunt. pag. 289. num. 23. Principumque Catholicorum. ibid. num. 24. Item Pij V. ibid. n. 25. Item aliud ejuſdem Pij. p. 291. n. 56. Caſtitatis. p. 298. n. 158. Ex Vitis Patrum. p. 299. n. 164

Exemptio perſonalis, localis, & realis. pag. 77. n. 4. Exemptionis renunciatio eſt præjudicialis Papæ. pag. 79. num. 32. Per illam Papa ſe facit Ordinarium. ibid. num. 33. An teneat exemptionem ſuam non allegare. ibid. n. 20. Exemptio an competat jure communi, vel divino. ibid. num. 28. Ejus privilegium à quo concedendum. pag. 148. num. 10. Eſt contra bonum regimen Religionis. ibid. num. 11. Aliquando videtur quædam diſpenſatio in voto. ibid. num. 13. Concedi poteſt pro aliquibus caſibus. ibid. num. 15. Et cum quadam limitatione. ibid. num. 16. Aliquando eſt contraria intentioni Pontificum. pag. 149. n. 19. An contradicat voto obedientiæ. ibid. num. 20. Derogat valde ipſi. ibid. num. 21. Ejus privilegio an poſſit renunciari. pag. 206. num. 82. In ejus materia quomodo procedendum contra Ordinarios. pag. 215. num. 1. Exemptio Regularium à

quo

Digitized by Google

quo tempore cœpit. pagina 259. numero 5

Exemptus non prorogat juriſdictionem Ordinatij. pag.79. num. 31. Neque poſſunt exempti ſine conſenſu Romani Pontificis, cui immediatè ſunt ſubjecti. pag. 214. num. 4. Inconſulto Summo Pontifice nulliter excommunicantur ab Ordinario, ſub prætextu quod ejus præcepto non paruerint. pag.216. num. 2. A juriſdictione Epiſcoporum poſſunt habere ſuos immediatos Prælatos. pag. 274. num.6. Quid eis etiam expediat. ibid. & ſeq.

Exitus acta probat. p.310. n.136

Expreſſio falſa in reſcripto Papæ, *ſi in evidentem*, non attenditur. p.192. n.11. & 12

Extravagans *Ambitioſa*, an ſit recepta. pag. 559. num.33. Præſumitur recepta. ibid. num. 34. Eſt inſerta in corpore juris. ibid. num.35. Cui incumbit probare non eſſe receptam. ibid. n. 36. Obligat vbique gentium. ibid. num. 38. Præſumitur obligare. ibid. num. 40

F

FActum proprium nemo impugnat. pag.71.n.65. Non præſumitur, niſi probetur. pag.169.n.22 Non attenditur, ſed quod fieri debet. ibid. n. 23. Conſenſus facto non minùs quàm verbo elicitur. pag.224. num.9. Plus eſt aliquid facto declarare, quàm verbo. ibid. num. 10. Legitimè factum non debet retractari. p.226.n.35

Facto animus declaratur. pag.441. num.141. Factum proprium nemo negare poteſt. pag. 452. n. 292. & 294. Factum judicis reputatur factum partis. pag.452. num. 294. & p.454. n. 328. Contra factum proprium nemo venire poteſt. pag. 454. num.329. Ex facto ſequitur jus. pag.512. n. 1. Facta ex natura ſua ſunt incerta. ibid. Factum antiquiſſimum traditione probatur. pag. 500. numero 26

Falſitas quomodo probetur. pag.408. n.26. In dubio an præſumatur. ibid.n.20. Falſitas quomodo probanda. p.143.n.5

Facultas judicandi de cauſis pertinentibus ad S.Officium, cui ſolùm conceſſa. pag.98. n.5

Fama eſt maximum, & pretioſum bonum. p. 171. num.5. Illi non renunciant Religioſi. ibid. n. 6. Exempla eorum qui illam contempſerunt laudabiliter. p.173. n.26

Feſta quæ dicantur *ſolemniter* celebrari. pag.37.numero 34

Fidei res definite non eſt delegabile. pag. 4. num.6. Fides non eſt ſervanda in malis promiſſis. p. 100. num. 27. Fidei, ſecreti, promiſſionis, aut juramenti ſervandi obligatio non poteſt eſſe in præjudicium alterius. pag.101. num.56. Hujus rei limitatio. ibid. num.57. Non præſtatur detractoribus. p.173.n.22

Filiæ in caſu cauſæ tenentur parentibus obedire. p.303.n.32

Filij præſumuntur imitari mores parentum. pag.127. n.41. Veluti idem ſunt cum patre. p.134. num.3. Sunt pars patris. ibid.n.4

Filiorum appellatione an veniant filiæ. pag.134.n.6. Et in quacumque materia. ibid.num.7. Non ſunt deterioris conditionis, quàm Patres. p.136.n.24. Quando ſunt irregulares ob conditionem parentum. p.177.n.22

Filiusfamilias an poſſit teſtari. pag. 523. num. 54. & ſeqq. Quid ſi fuerit emancipatus, vide *Emancipatio.*

Fines antiqui probantur levioribus probationibus. pag.280. num.4. Debent eſſe ita conjuncti, vt ab omnibus lateribus capiant, & quodammodo includant omnia loca connotata. pagina 281.numero 9

Fœminæ non poſſunt, neque debent Congregationibus virorum præeſſe. p.182. num.1. Ex D.Pauli teſtimonio. ibid. num. 2. Ex aliis rationibus. ibid. num. 3. Ex Conciliis. pag. 183. num. 8. Prohibetur illis munus etiam prædicationis. ibid. n. 9. Per illas hæreſes fermè omnes propagatæ. ibid. num.13. Sunt ſuppellex præcipua Hæreſiarcharum. ibid. num. 14. Illarum ſexus facilis. ibid. num.15. Citiùs imaginantur. ibid.num.16. Sunt incapaces juriſdictionis. pag.184. num.18. Nequeunt confeſſiones audire. ibid. num. 19. Olim Diaconiſſæ, Presbyteriſſæ, &c. ibid. num. 22. Quæ iſtæ erant. ibid. num. 24. Non exercebant juriſdictionem ſpiritualem. ibid.num.25. An poſſint initiari primâ Tonſurâ. ibid.num.27. An cenſuras ferre. ibid. num. 28. Earum mores. p. 231. num. 28. Multos viros hæreticos fecerunt. ibid. num. 29. Mala eſt malorum cauſa. pag. 232. num.47. Sunt fortiores viris. pag.233. num.54. Quandoque ad pietatem viris ſunt proniores. ibid. num. 56. Sunt ſeductrices. pag. 234. num. 59. An poſſint cogi ad meretricandum. p.295. n.121. Quæ luxurioſe vni ſe ſubjecit, an poſſit dici turpis perſona. p.311.n.153

Feuda quando ad primum patronum devolvuntur. p.163.n.11

Forma actus obſervari debet. pag. 88. numero 15. Etiam quoad minima. ibid. num. 16. Eſt de genere indiviſibilium. ibid. num. 17. Quid de forma accidentali. ibid. num. 18. & 19. Quando talis cenſeatur. ibid. num. 20. Id quod petitur vt forma, non poteſt amitti, etiamſi id fiat ad faciliorem actus expeditionem. pag.89. num. 25. Litterarum Apoſtolicarum ſervanda eſt. pag. 216. num.2

Forma à jure civili præſcripta in teſtamentis omninò ſervanda eſt, quia ſubſtantialis. pag. 513. num. 7. & p.515. n. 23. & aliis ſeqq. Forma deficiente deficit actus. p. 513. n.8. Eſt de genere indiviſibilium. ibid.

Formæ & eſſentiæ rerum ſunt ſicut numeri. ibid. num.9

Fornicatio vnde dicta. pag.291. num.54

G

GEminatio actus enixam voluntatem, & majorem deliberationem inducit. p.195.n.19

Gemitus quid apud Virgilium. pag. 303.n.29. Vide *Lachryma.*

Generalis interpretatur conſtitutiones. pag.89.n.23. Procedit ex officio in confirmatione Capitulorum. pag. 90. num.45. Quomodo id facere poſſit. ibid. num.46. & 47. Quid ſi electores conſenſerint in electiones. ibid. num. 49. Quid quando cum proteſtatione. pag.91. num. 50. Præcedit Vicarium Generalem. pag.168. num. 9. Honor illi debitus an tribuendus Vicario. pag.170. num.26. An quantum ad juriſdictionem. ibid. num. 27. Carmelitarum an dici poſſit Apoſtolicos. ibid. num.39. Quid refertur de Generali Servitarum. pag.171. num. 40. Poteſt facere ſolus quidquid totum Capitulum facere poteſt. pag.188. n. 25. An poſſit diſpenſare in Conſtitutionibus Ordinis. pag.189. num.26. Poteſt facere cuncta illa quæ Commiſſarius gerit. pag.197. num. 7. Poteſt ex cauſa differre capitula, & quomodo. p.198.n.15.

Sunt

Sunt ei omnia commiſſa, quæ probibita non ſunt. ibid. num. 17. Eſt ſupremus Religionis Princeps. ibid. num. 16. Quid de jure communi poteſt, & debet facere. pag. 224. num. 16. Ordinis S. Hieronymi an poſſit in loco dicto *Hoſpitaletto* conſtituere Parochum, & alia facere. pagina 270. num. 148. Quæ facere non poteſt. pagina 272. numero 173. Non poteſt præjudicare ſuæ Eccleſiæ, & ordini, ſive ignoranter, ſive ſcienter. p. 283. num. 10

Generales Mendicantium debent præcedere Abbatem generalem PP. Cœleſtinorum. pag. 415. numero 2. Habent ampliſſimam juriſdictionem. ibid. num. 6. Et majorem quam habeat Abbas generalis Cœleſtinorum. pag. 416. num. 34. Generalis Cœleſtinorum an ſit propriè generalis. ibid. n. 35. & 36. Quomodo habeat jus præcedentiæ. p. 417. num. 46. Generales Mendicantium habent locum in proceſſionibus, in quibus Papa perſonaliter adeſt. ibid. num. 62. Generales, & Procuratores generales ſeparatim incedunt. ibid. Habent Cathedras, ſeu lectiones in Archigymnaſio Romano. ibid. Et ſermones in Capella Papæ. ibid. num. 63. Et in actuali ſervitio ejuſdem, ac membra viva ipſius Capellæ. ibid. num. 64. Generales Mendicantium numerantur inter Officiales & miniſtros Capellæ Papæ. pagina 418. numero 66. Quaſi per ſe aſſiſtunt dictæ Capellæ, alij verò quaſi per accidens. pag. 419. num. 92. Non tamen ſemper præcedunt Abbates in Conciliis. ibid. num. 95. Generalium præcedentia ſpecificè in Capella Papæ defenditur. ibid. numero 98. Generales Prædicatorum quos præcedant. pag. 410. num. 114. Quid ſi Generalis aliquis ceſſerit juri ſuo. ibid. numero 115. Non juri ſuo renontiare. ibid. num. 116. Poteſt illud defendere per reſiſtentiam. ibid. num. 117. Quid ſi adeſſet conſuetudo in contrarium. ibid. & ſeq. n. 118. Ipſorum antiquitas. p. 416. n. 27

Generi dero gatur per ſpeciem, juris axioma. p. 226. num. 31

Graduum computatio quænam ſit ſecundum jus civile. p. 135. num. 16

Gratia quomodo ceſſat. pag. 179. numero 6. Quando ex parte concedentis. ibid. numero 7. Eſt permanens. ibid. num. 8. Niſi concedatur cum limitatione. ibid. num. 9. Vel ceſſet cauſa motiva. ibid. num. 10. & 11. Quando ex parte perſonæ. ibid. num. 11. Quando per tranſitum ad matrimonium. ibid. Quando ad ſtatum Epiſcopalem. ibid. numero 22. Quando per mutationem. ibid. num. 24. Quomodo per profeſſionem Religionis. pag. 180. num. 25. Specialis non trahitur ad aliorum exemplum. pag. 203. num. 51. Vt non ſit ſubreptitia, quid requiratur. p. 254. n. 1

Gremiales Definitorij dedent convenire in electione Procuratoris pro agitanda cauſa. pag. 107. n. 31. Et per modum Definitorij. ibid. num. 32

H

HAbitus deſignatio non denotat formam ſubſtantialem profeſſionis. pag. 68. num. 25. Quid de Religionibus, in quibus eſt diſtinctio habitus Clericorum, & Converſorum. ibid. num. 27. Habitus non facit monachum. pag. 82. num. 16. Geſtans habitum tenetur ad obſervantias. p. 84. num. 22

Habitus religioſus, ad quem vſum aſſumitur. p. 384. num 4. Affectatum ſtudium in habitu religioſo carpitur. ibid. num. 5. & 7. Monialium Benedictinarum qualis. ibid. num. 6. Habituum diverſa genera referuntur. ibid. num. 8. & 9. Exceſſus taxatur ex revelatione S. Brigittæ. p. 385. num. 10. Singularitas interdicenda. ibid. num. 11. Eſt argumentum vitæ. ibid. & ſeq. num. 12. & 21. Proprij habitus deſertores qualiter à Deo puniantur. ibid. num. 15. Clerici incedentes in habitu laïcali an cadant privilegio Canonis. ibid. num. 13. Quid de laïco geſtante habitum clericalem. ibid. num. 14. Habitum religioſum in prophanum vſum convertens puniendus. ibid. numero 16. Deflctur luxus in habitu Religioſorum. ibid. num. 17. Habitus non facit monachum, Proverbium eſt cui reſpondetur. pag. 386. numero 18. Fiducia monachorum in habitu quot mala generet. ibid. num. 19. Habitus eſt ſignum monachiſmi. ibid. num. 20. In habitu Religioſorum conſuetudo attenditur. pag. 387. & ſeq. numero 31. & ſeqq. Honeſtas conſulitur, & ſuadetur. pag. 388. num. 37. Color niger, & albus cur præponitur aliis in habitu religioſo. ibid. numero 38. & ſeqq. Habitus varietas non eſt abſurda in Eccleſia. p. 389. n. 43. Proprius Benedictinorum qualis. p. 386. n. 23

Habitus S. Ioannis Baptiſtæ, & aliorum. pag. 386. num. 22. Apparitio S. Benedicti in habitu nigri coloris. pag. 387. num. 24. Quo habitu Chriſtus Dominus, ejuſque Mater Beatiſſima vtebantur. ibid. num. 28. & 30. Viſio Sanctiſſimæ Deiparæ in habitu Ciſterciènſium. pag 388. numero 34. Apparitio alia S. Benedicti in cucullà candidiſſima. ibid. num. 35. Eliani monachi quo habitu vtebantur. pag. 387. num. 27. Quo Moniales. ibid. num. 28. Quo inſtitutores Ordinis Benedictini. pag. 388. num. 33. Coloris albi & nigri variæ ſignificationes. ibid. num. 42. Tunicæ albæ myſtica expreſſio. pag. 390. num. 52. Habitus profeſſorum geſtatio an inducat veram profeſſionem. pag. 412. num. 58. Habitus prælaturæ eſt qualitas omninò extranea præcedentiæ. pag. 420. num. 112. & ſeqq. Habitus prælatitius competit Abbatibus in Conciliis. pag 419. numero 95

Hæreditas ab inteſtato cui debetur. pagina 137. numero 40

Hebræorum imprecatio; *Sanguis ejus ſuper nos, & ſuper filios noſtros*. pag. 128. num. 46. Eorum ſempiterna opprobria. ibid. Quomodo Deus miſericors eum illis. ibid. n. 47

Hæreſis æquiparatur idololatriæ. pag. 98. numero 9. Eſt peſtiferum venenum. pag. 99. num. 17. Quilibet tenetur revelare hæreſim alterius, quamvis ſub ſecreto ſtrictiſſimo, excepto Sacramentali. ibid. num. 22. Servare ſecretum, quamvis ſit de jure naturæ, tamen non obſtat in crimine hæreſis. pag. 101. num. 34. Eſt morbus contagioſus. p. 158. n. 16. Omnes ferme per fœminas ſunt propagatæ. p. 183. n. 13

Hæreticum manifeſtare quomodocumque ſibi notum quiſque eſt obligatus. pag. 99. num. 10. Etiam ſub excommunicationis ſententia. ibid. num. 11. Ex decreto S. Inquiſitionis. ibid. num. 13. Renunciare hæreticos etiam occultos, eſt neceſſarium ob bonum commune. ibid. n. 15. Et pro bono ipſorum. ibid. num. 18. Filium hæreticum denunciare etiam tenetur pater naturalis. pagina 100. numero 21. Hæreticus rariſſimè per correctionem reſipiſcit. ibid. num. 35. Subdoli ſunt. ibid. numero 38. Quando aliquis excuſari poteſt à denuncia-

tione illorum. pag. 101. n. 46. & ſeqq. Et quomodo hoc ſit accipiendum, & quid obſervandum. ibid. num. 113. Quid dicendum de Conſiliariis, Advocatis, & Procuratoribus. ibid. num. 51. Hæreticorum liberi irregulares, & infames. pagina 127. num. 28. Cum ipſis contrahere non eſt facilè permittendum. pag. 158. num. 15. Quia eſt ſcandaloſum. ibid. num. 17. Eorum improbitas. ibid. num. 18. Sunt evitandi. pag. 230. numero 20. Eorum domicilia etiam fugienda. pagina 231. num. 23. Plurium origo. ibid. num. 31. Exemplum variorum, qui pacem conturbarunt. pag. 232. num. 41. Eorum paci non credendum. ibid. num. 42. Eorum ſuperbia. ibid. num. 43. An major requiratur cauſa, vt vxor Catholica detur viro hæretico, quàm è contra. pag. 233. n. 51. Non denunciati poſſunt tradi Eccleſiaſticæ ſepulturæ. p. 338. n. 21

Hiſtoriæ quæ hæreticos evitandos docent. pag. 230. num. 20. De fœminis ad pietatem pronioribus viris. pag. 233. num. 57. & 58. Fœminarum ſeductricum hiſtoriæ. ibid.

Holda Propheriſſa in veteri Eccleſia. p. 184. num. 23. Ex Dei diſpenſatione tamen. ibid.

Honori non renunciant Religioſi. pag. 171. num. 6. Eſt connaturalis virtuti. ibid. num. 7. Eccleſiaſtici an pro ejus defenſione poſſint aliquem occidere. pag. 172. n. 9. Conſiſtit in exercitio virtutum. ibid. num. 10

Honor virtutem ſequitur. pag. 478. num. 117. Idem mortuo ac vivo tribuitur. p. 477. n. 109. Majoribus honoribus functus ad minores non revocandus. p. 478. n. 118. Honor digniori tribuendus. Vide *Dignior*, *Manus*, *Præcedentia*.

Hypocriſis labes evertitur per reformationem. p. 244. num. 49

Hypocrita quis dicatur. pag. 244. num. 51. Eſt ſimulator. ibid. n. 50. Cujuſdam monachi exemplum. ibid. num. 52

I

S. IAcobus Apoſtolus fuit Epiſcopus. p. 431. n. 20. An Epiſcopus Cæſaraoguſtanus. ibid. n. 22. Affirmatur. pag. 432. num. 26. Munia Epiſcopalia exercuit Cæſarauguſtæ. ibid. num. 7. Ordinavit in Presbyterum Theodorum. ibid. num. 30. Erat quaſi Vicarius & Legatus Chriſti. ibid. numero 31. Epiſcopum Cæſarauguſtæ conſtituit. ibid. num. 32. Ei apparuit B. Virgo Deipara ſuper vnam columnam. pag. 431. numero 12. & ſeqq.

Iericho Civitas erat Veneri, & Lunæ dedicata. pagina 296. num. 138. Fertiliſſima, & amœniſſima. ibid. num. 139. Iuſto Dei judicio anathematizata propter Veneris devotos. ibid. num. 140. Deſtructa. pag. 295. num. 134. Acriter imprecata, & maledicta. ibid. num. 135. Cauſa. p. 295. n. 136

Ieſuitarum Prælati an poſſint procedere per ſe ipſos contra Epiſcopum. p. 206. n. 76. Bulla Pauli III. in eorum favorem. p. 204. n. 64

Ignominia quomodo tollatur p. 173. n. 23. Vbi multa afferuntur remedia.

Ignorantia quando excuſare poteſt. p. 69. n. 42. Iuris an excuſet reum. p. 196. n. 43. Et quid in crimine hæreſis. ibid. n. 94

Immunitas Eccleſiaſtica extenditur ad defunctos. p. 392. n. 5. Immunitatis Eccleſiaſticæ leges generaliter loquuntur. ibid. n. 7. Iura loquentia de immunitate Eccleſiarum reverentiam reſpiciunt. pagina 393. num. 18. Vſus Gentilium circa immunitatem reorum. p. 394. n. 40. & ſeqq.

Indulgentias concedere quibus Prælatis competat. p. 265. n. 108

Inferior non poteſt diſpenſare in legibus ſuorum Superiorum. p. 74. n. 19

Infidelitas præcedens quando nocet converſo. p. 177. num. 24

Infidelium converſio mediâ Evangelij prædicatione res vtiliſſima in Eccleſia. pag. 138. num. 13. Comparatur martyrio. ibid. n. 16

Ingreſſum Religionis petens ad quid teneatur. p. 165. num. 9

Injuria non fit ſcienti, & volenti. pag. 185. num. 13. Quid ſi poſtea dicat per vim, & metum conſenſiſſe. ibid. num. 14. Quæ ſit notoria. p. 206. n. 78. An aliquando poſſit diſſimulari ſine peccato. ibid. n. 81

Inquiſitores quid obſervant, juxta Bullam Gregorij XIII. p. 143. n. 8

Inſolita aggredi non debent. p. 148. n. 3

Inſtantiæ, ſuaſiones, &c. an invalident matrimonium. pagina 302. num. 15. Quid quando proveniunt à Principe. ibid. numero 16. Et quando ſunt importunæ. ibid. numero 18. An commoveant virum conſtantem. ibid. numero 19

Intentio Eccleſiæ *in Extravag. Ambitioſæ*, qualis. p. 158. n. 23

Iracundia an excuſet delictum. pag. 195. num. 15. & 16

Iracundia non præſumitur ex geminato delicto. ibid. n. 18

Irregolaritas in caſu de quo agitur, eſt excuſabilis. pag. 151. num. 2. Quia poſita injuſta invaſione tenetur quiſque ſe defendere. ibid. n. 6. Quando ea incurritur à filiis ob conditionem parentum. pag. 177. n. 12. Non incurritur niſi in caſibus expreſſis. ibid. num. 23. Si quis vt innocentem parentem, aut filium defendat, occiderit eum qui per injuriam in aliquem ipſorum irruit, an in eam incidat. pag. 332. n. 66. De illa quæ incurritur ex homicidio in defenſionem facto. p. 353. n. 74. & ſeqq.

Iudæi an ſint capaces beneficij. p. 177. n. 15

Iudex in cauſis Canonizationis maximè debet eſſe legitimus. pag. 10. n. 77. Nullitas ipſius eſt inſanabilis. ibid. num. 78. Pro illo tria requiruntur. ibid. n. 79. Sunt delegati. pag. 22. n. 95. Pro illo ſtat præſumptio. p. 15. n. 134. & p. 87. n. 6. Eum ſuſpicio violenta coarctat. pag. 90. num. 37. Præcipuè in rebus ſecretis. ibid. n. 38. Exceptio ab illo poteſt opponi. p. 92. n. 64. Pro validitate profeſſionis qui ſint. pag. 120. n. 29. Quando intrat ejus arbitrium. pag. 146. n. 49. Delegatus an poſſit cognoſcere de cauſis quæ incidenter adveniunt. p. 198. n. 21. Pro ſua juriſdictione tuenda, & partium ſecuritate debet inhibere partibus inſtantibus. p. 215. n. 14

Iudicium cœptum, ſi remanſerit indefinitum, non eſt habendum in conſideratione. pag. 284. num. 24

Iudicum arbitrio minima pars legum relinquitur. p. 590. n. 49

Iura juribus debent concordare. pag. 68. numero 32. Iuri ſuo quilibet an poſſit renunciare. p. 79. num. 28. Iura pro Iudice præſumunt. pagina 87. numero 6. Quomodo poſſit vnuſquiſque cedere juri ſuo. pag. 89. num. 24. An poſſit renunciare

Digitized by Google

clari juri quod reſpicit publicum commodum. ibid. num. 26. Princeps non præſumitur auferre jus tertij. p. 122. n. 17. Iura de viſitatione, & executione piarum voluntatum. p. 215. n. 3. Ius naturale eſt quod bonum commune præponatur particulari. p. 226. n. 17. Poſtliminij jus an procedat in jure canonico. p. 527. n. 46

Iuramentum de re mala non obligat. pag. 100. n. 25. Iuramentum quod eſt contra bonos mores, non eſt obligatorium. ibid. num. 56. Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis. ibid. n. 28. Iuramenti promiſſionis, fidei, aut ſecreti ſervandi obligatio non poteſt eſſe in præjudicium alterius. pag. 101. num. 56. Hujus ret limitatio. ibid. n. 57. Ejus conditiones. pag. 138. num. 4. Præſtitum homini debet omninò ſervari. pag. 139. num. 13. Quod in facto adducitur, aſt validum, & firmum. ibid. num. 15. Etiamſi aliss à lege non obligante ad culpam prohibitum eſſet. ibid. num. 16. Quid quando eſſet illicitum. ibid. num. 17. Eſt obligatorium. ibid. num. 18. Eſt per modum contractus oneroſi. ibid. num. 31. Differentia inter juramentum homini præſtitum, & votum Deo factum. pag. 140. num. 40. Præſtitum, de quo agitur, eſt in vtilitatem Collegij. ibid. num. 44. Præſtitum ab alumnis Collegij de Propaganda Fide impedit Religionis ingreſſum ſolùm ad tempus. ibid. n. 51. Et ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia. ibid. n. 53

Iuriſdictio per conſenſum prorogatur. pag. 214. n. 4. In ejus materia quomodo procedendum contra Ordinarios. pag. 515. num. 1. Epiſcopalis an ſit neceſſariò conjuncta cum conſervatione Epiſcopi. pag. 260. n. 23. Diverſitas inter habentes illam in propria diœceſi ſeparara, & habentes illam intra limites alterius diœceſis. ibid. num. 29. Epiſcopalis, vel quaſi Epiſcopalis, ex quibus actibus per teſtes probetur. pag. 574. num. 1. Ejus quaſi poſſeſſio acquiritur per actus juriſdictionales, qui per teſtes probantur. ibid. num. 4. Cum mero, & mixto imperio, etiam per teſtes probatur. ibid. num. 5. Non acquiritur abſque ſcientia, & patientia illius, contra quem prætenditur. pag. 281. num. 16

Iuriſdictionis actus exerceri poſſunt ab Eccleſia, quæ illam habet cumulativè cum alia. pag. 486. n. 280. & ſeqq. Licèt conceſſio habeat dictionem taxativam. ibid. num. 284. Nec juriſdictio præſcribi poteſt contra poſſeſſionem tertij. ibid. num. 285. & 586

Iuris Regulæ, vide *Axiomata*, & *Regula*.

L

LAcrymæ, ſuſpiria, & gemitus an denotent matrimonium invitè contractum. p. 305. n. 27. Aliquando ſunt fallaces. ibid. num. 28. Sunt ſigna timoris. p. 308. n. 99

Laïcus Miſſas celebrans, & confeſſiones audiens, quam pœnam incurrat. pag. 143. numero 3. Eſt falſarius. ibid. num. 4. Puniendus ab Inquiſitoribus. ibid. num. 6. Incurrit pœnas Conſtitutionum Pontificum. ibid. num. 13. Et ſufficit vnus actus. ibid. num. 14. Item ad pœnam falſi, & ad irregularitatem. pag. 144. num. 15. Eſt ſuſpectus in fide. ibid. num. 22. Quomodo hæc applicanda ficto Sacerdoti incipienti Miſſam, & non perficienti. p. 146. n. 52

Laudum eſt quaſi quidam contractus. pag. 478. num. 113

Leges, & edicta publica privatorum pactis, & renunciationibus non poſſunt mutari. pag. 100. n. 29. Ratio legis eſt anima legis. pag. 134. num. 11. & pag. 144. num. 19. Eſt in illis potiùs ratio, quàm verba ſpectanda. pag. 134. num. 15. Vbi eſt eadem ratio, eſt eadem lex. pag. 144. n. 16. Poſterior corrigit priorem. ibid. num. 19. Quando id dicatur. pag. 188. num. 14. Eadem ratio quando adeſt, etiam adeſt ipſa lex. pag. 502. num. 15. An obſtet hæc regula in pœnalibus. ibid. n. 17. Non ſolùm extenſivè, ſed etiam comprehenſivè. ibid. num. 16. Poſterior derogat priori. pag. 203. n. 42. Non promulgata non obligat. pagina 209. numero 101

Libertas requiritur ad electionem canonicam. p. 387. num. 23. Ejus defectu vitiatur electio. ibid. n. 51. Violatur ex precibus importunis. ibid. n. 29. Ex metu cadente in virum conſtantem. ibid. n. 25. Ex perſuaſione vim coactionis habente. pag. 358. num. 30

Licentia tacita an ſufficiat, vt quis ad Religionem acceptetur. pag. 86. n. 46. Qualis debet eſſe, vt quis ad Religionem ſtrictiorem tranſeat. p. 530. num. 15. & 12. Quando ſufficit ſolùm petita. ibid. num. 15. Debet præcedere Superioris interrogatio. ibid. num. 14. Conformiter ad decretum S. Congregationis. ibid. num. 18. & 19. An iſta licenia ſit reſervata S. Congregationi. pag. 531. num. 27. Notanda circa illam ex Authoribus. ibid. n. 28. An ſuffragetur petita, & qualis requiratur. ibid. num. 33. & 34. An defectus illius irritet tranſitum. ibid. num. 35. Quid in hoc requiratur à Pontifice. ibid. num. 36. An ſufficiat licentia cujuſquam Superioris. ibid. num. 37. An ſit neceſſaria licentia Generalis. pag. 532. num. 41. An Epiſcopi. ibid. num. 42. Eſt neceſſaria ad electionem Regularis ad Eccleſiam Parochialem Secularem licentia Prælati. pag. 219. n. 13. Licentia audiendi confeſſiones ab aliquo monaſterio petita ab Ordinario, & acceſſio ad publicas ſupplicationes citra jus, & nomen ſubjectionis, contingere non poſſunt. p. 584. n. 14

Limitatio doctrinæ de impuritate ſanguinis in Epiſcopum oppoſita, vt temporis curſu purgetur. p. 128. n. 48. Et ex actibus poſitivis contrariis. ibid. n. 49

Lis præſumitur habita pro derelicta per lapſum triginta quinque annorum, quibus ab ea ceſſatum fuit. p. 193. n. 12. Non interrumpit quaſi poſſeſſionem, quando ſententia fertur pro poſſeſſore. p. 579. num. 58

Litibus finis imponendus. p. 491. n. 379

Litium damna & incommoda. ibid. n. 380. & multis ſeqq.

Lites ſunt flagella hominum duriſſima. ibid. n. 385

Lis finita cenſeri debet, quæ habet ſententias definitivas, quæ tranſierunt in rem judicatam, & executioni mandatæ ſunt. ibid. numero 388. & ſeqq.

Lites non debent eſſe æternæ. pagina 495. numero 410

Litteræ in forma Brevis Vrbani VIII. ſuper modo Canonizationis Sanctorum. p. 6. n. 35

Loca exempta, licèt non ſint de diœceſi, ſunt tamen in diœceſi. pagina 277. numero 5. Quando efficiuntur proprium territorium inferioris, & non eſt amplius neque de diœceſi, neque in diœceſi. ibid. numero 7. Quando cenſeatur verè, & realiter *nullius diœceſis*, etiamſi ſint circumdata limitibus Epiſcopatus. ibid. num. 12.

Quomodo probentur non eſſe *nullius diœceſis*, pag. 279. num. 24. Omnia præſumuntur alicujus certæ diœceſis, & illius cui ſunt viciniora. p. 280. n. 3

Locatio rerum Eccleſiaſticarum quando ſuſtinetur. p. 191. n. 18. Ex emphyteuſi ad illam valet argumentum. ibid. n. 19. Longi temporis æquiparatur Emphyteuſi. ibid. n. 20

Loquutio impropria non eſt attendenda. pag. 178. num. 32

Ludovici Regis Galliarum factum. pag. 169. numero 12

Lupanaria, & proſtibula quid ſint. pag. 289. n. 31. An per hæc extinguatur, vel accendatur libido. ibid. num. 32. Eorum origo. ibid. numero 35

Lurbetani in quibuſdam Germaniæ locis ſepeliuntur in locis ſacris. p. 338. n. 26

Luxurioſus malè ſe habet contra ſeipſum. pag. 297. num. 144. erga ſuam animam. ibid. n. 145. Malè ſe habet erga corpus. ibid. n. 152. Et erga Deum. pag. 298. n. 156. Deum vilipendit. ibid. numero 157. An mereatur ſepulturam. pag. 299. numero 160. Malè ſe habet erga Angelum. ibid. num. 161. Placet diabolo. ibid. num. 162. Malè ſe habet ad proximum. ibid. num. 165

M

MAjor abundantia, & cautela non nocet, ſed juvat. p. 305. n. 62

Manifeſtare hæreticum quomodocumque ſibi notum quiſque eſt obligatur. p. 99. n. 10. Etiam ſub excommunicationis ſententia. ibid. num. 11. Quilibet tenetur Superiori peccatum alterius manifeſtare, per quod infertur proximo gravia injuria, & damnum. p. 100. n. 41. Et hoc maximè procedit in hæreſi. ibid. n. 42

Manus dextera dignior æſtimatur. pag. 447. n. 130. Conceditur Eccleſiæ S. Mariæ del Pilar, ab Eccleſia S. Salvatoris. ibid. num. 228. & multis ſeqq. Eſt nobilior. pag. 414. num. 323. & ſeqq. Datur Eccleſiæ S. Mariæ, etiam in propria Eccleſia. ibid. n. 505. In propria domo major cedit minori. ibid. n. 333

Manus ſiniſtra an aliquando ſit dignior. pag. 455. num. 336. Cur S. Paulus in Palatio Vaticano ponatur ad dexteram S. Petri. ibid. n. 334. Vna res poteſt eſſe major, & minor; inferior, & ſuperior aliâ. p. 459. n. 398

Mappa non facta ſervatis ſervandis, parum, aut nihil probat, ſicut etiam ſcriptura typis impreſſa. p. 281. num. 11

Marcellæ Romanæ geſta. p. 183. n. 10

Mare eſt omnibus liberum. p. 402. n. 9

Maritus quando eſt juvenis, & incapax Religionis, ſi ejus vxor ad Religionem tranſiret, an profeſſio valeret. p. 174. n. 8. & 9. Quæ cauſa ex ejus parte requiritur. p. 175. n. 13. An obligari poſſit ad clauſuram. p. 176. n. 25

Martyrium præponitur Religioni. pagina 138. numero 17

Matrimonium ſi fuerit ſolùm ratum, poteſt fœmina ad Religionem tranſire. pag. 174. num. 2. Quid ſi fuerit conſummatum. ibid. num. 4. Initum inter Principem Catholicum, & fœminam hæreticam ſuſtinetur. pag. 229. num. 4. Quid dicendum ſi ineatur cum pacto quod quidam ex liberis naſcituris Fidei Catholicæ, quidam autem hæreticæ ſectæ adhæreant. ibid. numero 10. Hoc eſſet contra jus Eccleſiaſticum. ibid. numero 11. Et contra jus divinum. ibid. numero 12. An ſi celebraretur ſine diſpenſatione Apoſtolica, vel beneplacito Papæ, eſſet validum, & ſine peccato. ibid. numero 13. Eſt prohibitum jure, etiam naturali. pagina 230. numero 15. Eſt invalidum, & peccaminoſum. ibid. numero 14. Adverſatur ejus fini. ibid. numero 16. & 17. Eſt aliquo modo contra jus divinum. ibid. numero 18. Eſt prohibitum jure Eccleſiaſtico poſitivo. ibid. numero 19. Cauſa aliqua eximia exiſtente, eſt licitum. pagina 231. numero 32. Requiritur authoritas Pontificis. pagina 232. numero 35. Quando cauſa hæc adeſſe videtur. ibid. numero 37. Ejus contractui aſſiſtere, & denunciationes facere, quibus competat. pagina 263. numero 83. & pag. 265. numero 105. An liceat cum meretrice. Vide *Meretrices*. Ex quibus verbis Sacræ Scripturæ, & Conciliis ejus indiſſolubilitas denotetur. p. 302. n. 3. Quid ſit cenſendum in dubio. ibid. n. 4. In principio invalidum poſt conſummationem reviviſcit. ibid. numero 6. Et extenditur quando celebratum eſt ex metu gravi. ibid. numero 8. An ſuper hoc admittatur probatio contraria. ibid. numero 9. Non relevat proteſtatio. ibid. numero 12. Quomodo denoratur involuntarium. pagina 308. numero 101. Ejus diſſenſus præſumptio. ibid. numero 103. An ad hoc annullandum requirantur minæ mortis. ibid. numero 109. Quando reviviſcit. pagina 310. numero 138. & multis ſeqq. Diſſolutum an afferre poſſit infamiam. p. 312. n. 151. Vide plura in verbo, *Metus*, & *Timor*.

Medium præſumitur probatis extremis. pag. 304. num. 37. Declaratur ex præcedentibus, & ſequentibus. ibid. num. 38. Semper præſumitur tale, qualia extrema ſunt. ibid. n. 39

Mendicantium bona ſubjiciuntur Papæ immediatè. pag. 60. num. 3. Sunt in jus, & proprietatem S. Petri. ibid. num. 6. Regularis ex his approbatus ad confeſſiones in vna diœceſi, poteſt eligi in alia ab habente privilegium Bullæ Jubilæi. pag. 104. n. 68. Epiſcopi nequeunt contra ipſos per cenſuras procedere. pag. 305. num. 72. A quonam juriſdictionem habent. pag. 204. n. 66. Poſſunt exercere munus Paſtorum, ſeu curam animarum. pag. 218. num. 1. Et iis conferri beneficia regularia. ibid. num. 2. Vide *Regulares*. An commune jus Regularium extendatur etiam ad Mendicantes. ibid. n. 9

Mendicantium dignitas. p. 417. n. 50. & ſequentib. Vide *Generales*, *Præcedentia*, *Ordo*. Privilegia quoad juriſdictionem in ſuos Religioſos. p. 422. num. 11

Mens quomodo per corpus perluceat. pag. 308. numero 105

Meretrices an fuerint in populo Hebræo. pag. 286. num. 5. Illatum pœnæ. ibid. num. 6. Quotuplex. ibid. num. 7. Cujus generis in lege veteri fuerint. p. 287. n. 8. Parere cur non ſoleant. ibid. n. 9. Prolem interficiunt. ibid. n. 10. Qualis fuerit vxor Oſeæ. ibid. n. 11. Propriæ non fuerunt in populo Hebræo. ibid. n. 13. & ſeqq. Quæ, & quot damna Reipublicæ afferant. p. 188. n. 18. Earum imago à Salomone depicta. ibid. num. 19. Vocantur *fovea profunda*. ibid. num. 20. Quot damna etiam temporalia afferant. ibid. n. 21. Quotque morbi ex earum libidine emanent. p. 289. n. 22. Etymologia. ibid. num. 16. Sunt occaſio peccandi. ibid. n. 27. *Lapis offenſionis, & petra ſcandali*. ibid. n. 28.

Earum

Earum noxia permiſſio. ibid. num. 29. Qualis ſit Principum finis in permiſſione illarum, & an illum aſſequantur. ibid. num. 30. Earum amor qualis. pag. 290. num. 34. Earum permiſſio videtur contraria præcepto naturali conſervationis generis humani à Deo indicato. ibid. num. 36. Authores qui pro hac permiſſione ſcripſere. ibid. numero 37. Quomodo earum coïtus ſit impunibilis in foro exteriori. ibid. num. 43. Et vulnerata videatur juſtitia. pag. 291. num. 44. D. Auguſtini de iis ſententia. ibid. num. 45. Item & aliorum. ibid. num. 46. & 47. Prima limitatio de collocatione ipſarum in loco determinato. ibid. num. 48. Talis locus debet eſſe vilior urbis, & ſemotior. ibid. num. 50. Quomodo hebraïcè appellentur. ibid. num. 51. In quibus locis olim converſabantur. ibid. num. 53. Quid quando ſunt nobiles. ibid. num. 57. Poſſunt ab honeſtis locis expelli. ibid. num. 61. Et ad hoc variæ conſtitutiones. pag. 292. num. 62. Sunt perſonæ odioſæ. ibid. num. 64. Iura loquentia in favorabilibus de mulieribus, an comprehendant meretrices. ibid. num. 65. An iis locari poſſint domus ad habitandum. ibid. num. 66. Quando hoc erit illicitum. ibid. num. 69. & ſeqq. An liceat cariùs illis locare domus, quàm honeſtis perſonis. ibid. n. 72. De earum patronis. ibid. num. 73. Poſſunt cogi à magiſtratibus, ut deferant ſignum. ibid. num. 74. In quo differebant à matronis apud Spartas. ibid. & ſeq. num. 81. Athenienſes leges. pag. 293. numero 82. Hiſpaniarum obſervantia. ibid. num. 83. Aliorumque conſtitutiones hanc diſtinctionem approbantes. ibid. num. 84. Debet illis prohiberi uſus ſellarum, lecticarum, &c. ibid. num. 85. Non debent ambulare noctu, nec habitare apud cauponas. ibid. num. 87. Poſſunt vexari. ibid. n. 88. Debent arceri à Sacramentorum perceptione. ibid. num. 90. Debent audiri quoad confeſſionem. pagina 293. num. 91. An, & quando Confeſſarij teneantur illarum confeſſionem integram audire. ibid. num. 94. An illis danda ſit ſchedula confeſſionis. ibid. num. 95. Sine pœnitentia decedentes privari debent Eccleſiaſticâ ſepulturâ. Ibid. n. 96. Etiamſi in Paſchate ſint confeſſæ, & Euchariſtiam acceperint. ibid. num. 97. Quæ poſſunt in Eccleſiis ſepeliri. ibid. num. 98. & ſeqq. Coguntur ad conciones venire. pag. 294. num. 100. Plures meretrices in concionibus converſæ ſunt. ibid. num. 102. Monaſteria pro earum converſionibus inſtructa. pag. 294. num. 104. Quis fuit primus qui talia monaſteria inſtruxit. ibid. n. 105. Emendatæ pro honeſtis ſunt habendæ. ibid. num. 106. An meretricibus imponi poſſit gabella, ſeu tributum. ibid. num. 107. Poſſunt pro actu turpi mercedem accipere. ibid. num. 109. Ex bonis per ſe acquiſitis poſſunt facere eleemoſynas, Eccleſias dotare, & cætera. ibid. num. 111. An poſſit aliqua eorum bonorum pars à Principe exigi. ibid. num. 112. Tale tributum videtur approbatum ratione conſuetudinis. pag. 294. num. 115. Videtur hoc eſſe deteſtabile. ibid. num. 114. Item illicitum. ibid. num. 116. An debeant permitti meretrices juxta cauponas. pag. 295. num. 119. Ducere illas in uxores, ut in meretricio confoveantur, & de quæſitis vivant, eſt ſcelus improbatiſſimum. ibid. num. 126. An ſit prohibitum matrimonium cum illis contrahere. ibid. num. 128. Ad quid hoc proficiat. ibid. num. 130. Quare Pius V. has tolerare nolebat. ibid. n. 132. Quæ mala propter meretrices, & ſcorta orta ſint. ibid. & ſeq. n. 133. & ſeqq.

Meretricium damnatur ab Authoribus. pag. 286. numero 2. Tolerantia Eccleſiæ in hoc permittendo. pag. 290. num. 38. Ratio huius tolerantiæ. ibid. num. 39. An per hoc amittatur nobilitas. p. 291. numero 58. Et ejus privilegium. ibid. num. 59. Quid attento jure antiquo Pandectarum. ibid. numero 60

Metus ſuſpicio pro metu habetur. pag. 305. n. 65. In eo qui hunc patitur, ætas attendi debet. ibid. n. 69. Non eſt neceſſarium ad illum juſtè incutiendum, quod vis actu inferatur. ibid. num. 70. Gravis eſt attendendus in ordine ad fragilitatem perſonæ, quæ illud patitur. ibid. num. 71. Et ſufficit probabilis ſuſpicio. ibid. num. 72. Ponderatio reverentialis. pag. 306. num. 73. Hunc ſolitariè ſumptum eſſe ſufficientem ad reſcindendos quoſcumque contractos. Ibid. & ſeqq. Pro pudore, & verecundia ſumptus matrimonium non reſcindit. ibid. num. 77. Ipſius deſcriptio. ibid. num. 78. Eſt difficilis probationis. pag. 307. num. 95. Ideò ſufficiunt indicia. ibid. num. 96. Arguitur ex nimia averſione animi. ibid. num. 97. Ejus ſigna. p. 308. num. 99. Et indicia. ibid. n. 104. An requiratur idem metus in muliere, qui in virum conſtantem cadat. ibid. num. 108. Quando cenſendus evacuatus. pag. 309. num. 110. Semel illatus quandiu durare præſumitur. ibid. num. 114. A quibus actis purgatur. ibid. num. 116. Oſcula, amplexus, &c. an inducant illius purgationem. ibid. num. 117. Quandiu cenſetur durare ejus cauſa. ibid. n. 118. Quando præſumatur ſemper manere. ibid. n. 120. Quomodo purgari videatur. ibid. & ſeqq. n. 121. Ejus probatio ex quo maximè pendeat. p. 312. n. 1. Dicitur quaſi *mentem tenens*. ibid. num. 3. Maximè eſt difficilis probationis, quando infertur à patre filiæ ſecum habitanti. ibid. num. 4. Quomodo probetur. ibid. Arguitur à veriſimili. ibid. n. 6. Quomodo in muliere reſpectu matrimonij probetur. ibid. num. 8. Solus reverentialis non ſufficit ad annullandum matrimonium. pag 313. & ſeq. n. 11. & 31. Illatus à perſona cui debetur reverentia, eſt multùm conſiderabilis. pag. 313. num. 12. Reverentialis quando ſufficiat. ibid. num. 13. Illatus ex propria culpa non debet prodeſſe. ibid num. 16. Fallit in matrimonio. ibid. num. 17. Inducitur ex minis illatis. ibid. num. 18. & ſeqq. Quomodo reddatur veriſimilis. pag. 314. num. 24. Requiritur minor in muliere, quàm in majore, ubi plura per totam deciſionem, & alias deciſiones ſequentes. ibid. & ſeqq.

Metus an poſſit irritare ratificationem profeſſionis. pag. 408. num. 23. Metus quomodo probandus. ibid. num. 24. Qualis eſſe debeat ad profeſſionem annullandam. ibid. num. 25. & 27. Quomodo evacuatur. ibid. n. 26. Quomodo præſumatur purgatus in matrimonio. p. 412. n. 54

Miles eſt qui eſt in actu militiæ. pag. 518. num. 39. & ſeqq. Noſtri temporis an gaudeat privilegio teſtandi ſine ſolemnitatibus juris. pag. 517. num. 31. Iura loquuntur de militibus in caſtris exiſtentibus. ibid. n. 33. Exiſtens extra caſtra non gaudet tali privilegio. p. 518. n. 37. Milites Melitenſes an teſtari poſſint. p. 523. n. 64

Miniſtri juſtitiæ non facientes quod debent, tenentur ad reſtitutionem. p. 375. n. 156. Miniſtris Principis reſiſtere nefas eſt. p. 376. n. 182

Minæ attendendæ non ſunt. p. 173. n. 21

Minus malum de duobus eligendum. p. 290. n. 323. Quando in comparatione majoris mali videatur habere rationem boni. ibid. n. 41. An hoc procedat in meretricio. ibid. n. 42

Miracula vera ſolùm à Deo fieri poſſunt. pag. 484. num. 243. Pa rata Dei genitricis interceſſione in ſuo Templo del Pilar Cæſaraugustano. ibid. n. 240. & ſeqq. Probant hanc domum eſſe firmiter ædificatam. ibid. n. 244. Et quod ſit velut officina miraculorum. ibid. n. 245

Miracula requiruntur pro Beatificatione, & Canonizatione Sanctorum. pag. 4. num. 12. Secus de potentia abſoluta Papæ. ibid. num. 13. Debent eſſe poſt mortem patrata. ibid. num. 14. Debent habere aliquas conditiones. ibid. n. 15. Pro martyribus non ſunt neceſſaria. ibid. num. 16. Fama non ſufficit pro canonizatione Sanctorum, maximè quando agitur de miraculis. pagina 7. numero 41

Miraculi natura. pag. 12. num. 13. Eſt pignus omnipotentiæ Dei. ibid. num. 98. Eſt quædam Dei loquutio. ibid. num. 99. Eſt ſigillum divinum. ibid. num. 100. Effectus ſupernaturalis. ibid. num. 101. Secundùm ſubſtantiam, vel modum. ibid. n. 102. Non fiunt à Magis. ibid. num. 103. Eſt res inſolita. ibid. num. 104. Iuſtificatio, & tranſubſtantiatio non ſunt rigoroſè miracula. ibid. num. 105. Sunt miracula ex opere operato. ibid. Diſcrimen inter vera, & falſa. ibid. num. 106. Falſa ſunt phantaſtica. ibid. num. 107. Fiunt præſtigioſè. ibid. num. 108. Malo fine. pag. 13. num. 109. Aliquando per malos. ibid. num. 115. Mali homines quomodo operentur miracula vera. ibid. num. 117. Facta poſt mortem ſunt incerta ſigna Sanctitatis, maxime ſi fuerint plura. ibid. n. 120. & ſeqq. In canonizandis vltra excellentiam in virtutibus hæc requirunt. pag. 19. num. 180. Eorum expectatio eſt neceſſaria. ibid. num. 183. Miraculi definitiones. ibid. num. 184. Quæ ſint vera. ibid. num. 186. Veri miraculi conditiones. ibid. n. 187. Dæmon non poteſt illa facere. ibid. num. 188. Miraculum de ebullitione Sanguinis S. Ianvarij, & fluxione mannæ S. Nicolai. ibid. num. 189. Sunt in ſignum non fidelibus. pag. 20. num. 191. De ſubſtantia miraculi, an ſit quod fiat in inſtanti. ibid. num. 192. Qualiter intelligendum, quod illicò fiat. ibid. num. 194. Dolor qui intervenit in miraculoſa ſanatione, non tollit vim miraculi. ibid. num. 196. Miraculorum gradus. ibid. n. 197. Apud Canoniſtas duo ſunt eorum gradus. ibid. num. 198. Apud Theologos ſunt tres. ibid. n. 199. Miraculorum praxis. ibid. num. 200. Mali quandoque faciunt vera miracula. ibid. numero 201. Non ſufficit pro Canonizatione vnum miraculum. pag. 21. num. 203. Non ſufficiunt etiam ad eundem effectum facta in vita. ibid. numero 204. Requiruntur etiam poſt mortem. ibid. num. 205. Facta in vita relevant pro Canonizatione. ibid. num. 206. Vltra miracula poſt mortem non requiruntur miracula in vita. ibid. n. 207. Quomodo concludantur per teſtes. pag. 14. num. 224. Non ſufficit ad probandum illa, quando teſtes deponunt eſſe publicam vocem, & famam. ibid. numero 225. Quomodo probetur fuiſſe facta ad interceſſionem talis, vel talis. pag. 25. num. 226. Ad probandum miraculum requiritur plena probatio. ibid. n. 228. Miracula B. Andreæ Corſini in vita, & poſt mortem. pag. 27. n. 241. Miraculum odoris, & incorruptionis ejus corporis. p. 28. num. 245. De miraculis in genere. pag. 29. numero 255. Miracula particularia B. Andreæ in vita. p. 30. n. 260. Alia miracula ejuſdem poſt mortem. p. 31. n. 265

Miſſarum ſolemnia pro S. Elia. pag. 44. numero 20. Eas celebrans non conſtitutus in Sacerdotio contrahit irregularitatem. pag. 143. num. 2. Quid ſi ſit laïcus. ibid. num. 3. Hujuſmodi pœna eſt indicata in lege veteri. pag. 144. num. 31. Quomodo applicanda eſt pœna taxata ficto Sacerdoti incipienti miſſam, & non perficienti. pag. 146. n. 52. Hanc celebrans non peroratis matutinis precibus, an lethaliter peccet, ſi abſque juſta cauſa id faciat. pag. 332. num. 64. Ejus ſacrificium an ſit certi, & finiti fructus. ibid. n. 65. Ejus valor an ſit finitus, vel infinitus. ibid. n. 70. Illi intereſſe, cujus naturæ ſit apud hæreticos. pag. 338. numero 14. Per autonomaſiam appellatur *Myſterium Fidei*. ibid. num. 15

Miſſas celebrare & applicare, differunt. pag. 383. num. 297. An liceat vnam pro pluribus obligationibus applicare. p. 382. n. 280

Monachatus manſionum diverſitas. p. 235. n. 5. Vide Verbum ſequens.

Monachus quandiu cenſeatur eſſe in monaſterio. pag. 85. num. 28. Monachi Rachabitæ. p. 235. num. 9. Aſſidæi. ibid. num. 12. Eſſeni. pag. 236. num. 13. Aſcetæ. ibid. num. 15. Qui in ſecundo Chriſti ſeculo floruerunt. ibid. num. 16. Nitrienſes. ibid. num. 20. Anachoretæ. pag. 238. n. 22. Qui in quinto, ſexto, & ſeptimo ſeculo vixerunt. ibid. num. 24. Quod tempus exigitur, vt ex cœnobiis ad eremos tranſeant. pag 239. num. 28. De jure communi non poteſt retinere, & habere jura in duobus monaſteriis. pag. 255. n. 6. Non repugnat ipſis deputare Parochos. p. 270. n. 152. In particularibus, & quando monaſterium non habet populum ſibi ſubjectum, non eſt de jure prohibitum illis habere curam animarum. ibid. num. 153

Monachi olim excludebantur à Capella Papæ. pagina 418. num. 66. vide *Generales*, & *Præcedentia*. In his quæ concernunt regularem diſciplinam, ſuis Prælatis obedire debent, potiuſquam Epiſcopis. pag. 422. num. 10. De eorum delictis contra Regulam Abbates, & alij Prælati privativè cognoſcunt. ibid. n. 6. 7. & 9

Monaſterium monialium ſub Generalis poteſtate inſtitutum non ſubjicitur Epiſcopo. pag. 60. num. 4. Non datur ſine Eccleſia. pag. 223. num. 1. Eccleſia etiam eſt regularis. ibid. num. 2. Quale eſt, talis etiam eſt Eccleſia. ibid. num. 3. Eorum diverſitas inter Mendicantes. pag. 220. num. 29. Exempta ſi parum diſtent à Civitate, poſſunt compelli per Ordinarium ad accedendum ad publicas ſupplicationes. pag. 284. n. 18. Monaſteria pro converſione meretricum. p. 294. n. 104. Vide *Meretrices*.

Moniales ſub Generalis poteſtate inſtitutæ non poſſunt ſe ſubjicere Epiſcopo, etiamſi eſſet ſimplex Legatus. pag. 63. num. 39. & ſeqq. Moniales minorum, quando licitè bona ſtabilia poſſidere poſſunt. pag. 121. num. 4. Quomodo probentur exemptæ a juriſdictione Epiſcopi. p. 273. n. 3. & 4. Moniales, & earum Clerici exempti ſunt à juriſdictione Epiſcoporum. p. 274. n. 11

Moniales ſollicitæ eſſe debent de proprio habitu. pag. 384. num. 2. Earum veſtes laneæ. pag. 384. num. 2. Quando peccare dicantur contra Religionis diſciplinam in vſu ſui habitus. pag. 390. num. 53. & 54. Benedictinæ quo habitu vtantur. p. 384. n. 6. & ſeqq. Color proprius. p. 388. n. 39. & ſeqq.

Mortui ſunt miſerabiles perſonæ. pag. 337. num. 6. Sunt divino judicio ſubjecti. ibid. num. 8. Inquiritur contra ipſos in crimine hæreſis. ibid. num. 9. Quid requiratur ad eorum memoriam damnandam.

Digitized by Google

dam. ibid. num. 10. Suſpiciones non ſufficiunt. ibid. num. 11. Requiritur contra ipſos major probatio, quàm contra vivos. ibid. num. 11. Cum iis communicare poſſumus, cum quibus vivis communicavimus. p. 338. n. 24

Mortuo exhibetur idem honor, qui vivo. pag. 477. n. 109. vide *Cadaver*, & *Immunitas.* Mors omnia ſolvit. ibid. Morte crimen extinguitur. p. 394. num. 48

Mundus definitur. pag. 330. num. 46

N

NArrativis, & aſſertionibus Papæ ſtandum eſt, etiamſi ſint de facto alieno, & maximè iteratæ. pag. 193. num. 5. Probant ſuper facto alieno in reſcripto motu proprio. ibid. n. 6. & 8

Neceſſitas in alienatione rerum Eccleſiæ conſideranda. pag. 158. num. 26. Æquiparatur in jure vtilitati. ibid. num. 27. Quid quando eſt vrgens. ibid. n. 28. Non eſt legalis, aut juridica. p. 159. n. 30. Debet examinari a Sede Apoſtolica. ibid. num. 31. *Neceſſitas facit licitum*, quomodo accipiendum. ibid. n. 32

Negotiatio multiplex. p. 403. n. 51. Quæ ſit Clericis interdicta. ibid. n. 22. & 13

Neophyti non poſſunt Epiſcopi eſſe. pag. 127. n. 31. Qui veri dici poſſunt. ibid. num. 32. Diſpenſantur ab Epiſcopo ad Ordines, & beneficia. ibid. num. 33. Et à Papa ad Epiſcopatum. ibid. Non decet aſſumi. pag. 128. num. 45. Quare excluduntur ab officiis Religionis. pag. 177. num. 26. Religioſus natus ex parentibus Mahumetanis, & in ætate infantili baptizatus, an ſit neophytus. ibid. num. 15. Quis dicatur. pag. 178. num. 29. Quis injurioſè ſic appelletur. ibid. n. 31

Nihil nullum producit effectum. pag. 373. numero 119

Nominatio prior arguit majoritatem. p. 476. n. 81. Et dignitatem. ibid. n. 83. Et dilectionem. ibid. num. 84

Notarij Imperiali authoritate poſſunt rogari de proceſſibus Canonizationis Sanctorum. p. 23. n. 116. Poteſt eis committi in hac materia examen, & receptio juramenti teſtium. ibid. num. 117. Statur eorum relationi ſine teſtibus, ſi adeſt ſtylus. p. 216. n. 4. Et eis creditur atteſtantibus de cauſa ſuæ deputationis. ibid. n. 6

Notorium quid ſit. pag. 78. num. 19. Non eget probatione. pag. 79. num. 24. Quando aliquando aliquid dicatur notorium notorietate facti, vel notorietate juris. pag. 194. num. 4. Notorius percuſſor Clerici eſt ab omnibus evitandus. ibid. n. 5. Id dicitur, quod nulla tergiverſatione excuſari poteſt. p. 339. n. 37

Notarij teſtificatio quantum valeat. p. 530. n. 100. Quando poſſit declarare ſuum inſtrumentum. ibid. & num. 101

Novitas definitur, & in eam invectio. pag. 331. num. 60

Novitiatus quare introductus. pag. 81. num. 8. Novitiatûs continuitas cum profeſſione nullo jure cavetur. ibid. n. 10

Novitatus interruptio quando ſuſtinetur. p. 83. n. 13. An profeſſio fieri debeat in eodem loco vbi factus eſt novitiatus. ibid. num. 30. Quando Novitiatus interrumpatur. p. 85. n. 25. Dubium de Novitiatu. p. 185. n. 16

Novitius adimplens totum neceſſarium pro Novitiatu, quamvis habitum derelinquat, poteſt admitti ad profeſſionem. pag. 81. per tot. & ſeq.

Novitius quando renunciat juri ſuo. p. 82. n. 15. Novitius quando habet jus ad profeſſionem. ibid. num. 26. Novitius geſtans habitum extra monaſterium cum licentia Superioris, non interrumpit novitiatum. ibid. n. 23. & ſeqq. Intellige, ſervans aliàs ſervanda. ibid.

Numeri pluralis appellatione venit etiam ſingularis. p. 144. n. 25

Nuncij relationi ſine teſtibus ſtatur, ſi adeſt ſtylus. pag. 216. num. 4. Refert per verba præteriti temporis. ibid. num. 5

O

OBedientia magis exercetur, quo pluribus ſucceſſivè Superioribus in diverſis locis Religioſi coguntur obedire. p. 253. n. 9

Obligatio legis humanæ inducitur voluntate Superioris. p. 75. n. 32

Obligatio cauſam requirit. pag. 383. num. 288. Eſt inſtar legis. ibid. num. 289. Non præſumitur. ibid. num. 292. Celebrandi, & applicandi Miſſas differunt. ibid. n. 297

Oblivio quando præſumatur in delictis. pag. 146. num. 50

Obreptio, vel ſubreptio quando contingit. p. 129. num. 6

Obſervantiæ ſtrictioris vſus antiquiſſimus. pag. 235. num. 3. Subſecuta declarat, & juſtificat ſuperioritatem. pag. 273. num. 4. Declarat etiam quid in privilegiis, & conceſſionibus comprehenſum fuerit. p. 278. n. 19. Præſcripta non interrumpitur per litem. p. 279. n. 27

Occidere an poſſint Eccleſiaſtici aliquem pro defenſione honoris. pag. 172. n. 9. An liceat minantem mortem. ibid. num. 18. An eum qui paratus eſt falſum teſtimonium dicere. ibid. num. 19. Solùm licet aggreſſorem cum moderamine, &c. ibid. num. 20

Occupatio attentata non eſt legitima. pag. 163. numero 15

Officium de Canonizatis non fit ſine novo decreto. pag. 4. n. 5. Etiamſi in Bulla Canonizationis id videatur conceſſum. ibid. n. 6. De beatificatis qui facere poſſint. ibid. num. 8. De illis, de quibus eſt conſuetudo, fieri poteſt. ibid. num. 10. Maximè ſi ſint inſerti in Martyrologio Romano. p. 5. n. 21. Et reſpectivè in aliis, tam modernis, quàm antiquis Martyrologiis. ibid. num. 23. Bulla Pij V. ibid. n. 24. Ne officium de falſis Sanctis fiat ſemper cautum eſt in Eccleſia. ibid. n. 28. Quæ officia facienda. p. 6. n. 38

Officium S. Eliæ pro Carmelitis. pag. 43. num. 6. Aliud officium S. Eliæ. ibid. n. 17. Aliud antiquiſſimum. ibid. n. 18. Cujus intereſt, vt Officia poſſint revocari. p. 227. n. 45

Opinio ſingularis an tenenda. pag. 327. num. 1. Quid illa ſit. ibid. num. 2. Quotuplex. ibid. n. 3. Quot conditiones requirantur, vt opinio vnius Doctoris in praxi teneatur. ibid. n. 5. Vbi Doctorum ſententiæ. ibid. num. 6. & ſeqq. Quando dicatur temeraria. pag. 328. num. 20. Prima conditio eſt, vt Doctor ſit *pius*, *& probus*. ibid. n. 21. An hæc conditio ſufficiat pro Magiſterio. pag. 319. n. 24. Aliæ ipſius conditiones. ibid. n. 27. & 30. Non tam reſpiciendum eſt ad numerum Authorum, quàm ad rationem. ibid. num. 31. Quod cenſeatur melius, aut firmius fundamentum in ipſa. ibid. n. 32. Quinta conditio, & ejus ratio. ibid. n. 33. & 34. Quid de vanitate, & opinionis ſingularitate dixerint Authores. pag. 328. num. 35. Sexta

conditio. ibid. num. 36. Quando maximè de opinione ſingulari hæc procedant. ibid. num. 38. An qui ſingularem hanc his conditionibus non munitam ſequuntur, contra conſcientiam agant. ibid. num. 47. Quid de iis dici poſſit. pag. 331. num. 49. Qui illas proferunt, an graviter peccent. ibid. num. 51. Quid contra Doctores ſingularem ſequentes, vel conſulentes, etiam militet. ibid. num. 59. De neotericorum opinionibus judicium. ibid. num. 61. Et exempla. ibid. & ſeq. n. 63. An omnis ſpeculativè probabilis, ſit etiam practicè probabilis. pag. 333. num. 72. Exempla Suarez, in quibus minùs probabilis, relicta probabiliori, teneri poteſt. ibid. num. 77. Quid de ejus opinione circa abſolutionem Sacramentaliter à peccatis factam abſenti. ibid. num. 78. Sexta eadem conditio. ibid. num. 80. Exempla opinionum, quæ vt probabiles cenſentur. ibid. n. 82. Sententia quæ habet, opinionem Gloſſæ præferendam eſſe communi, an ſit vera. pag. 336. num. 84. Quæ aſſerit omiſſionem vnius horæ Canonicæ non eſſe peccatum mortale, an ſit probabilis. ibid. num. 85. An illa ſit falſa, quod ſcilicet præceptum jejunij non obliget per ſe ad mortale, ſceluſo contemptu. ibid. num. 86. Illa affirmans potionem vulgò *Chocolate*, non frangere jejunium non videtur probabilis. ibid. num. 88. Sententiæ improbabiles de privilegiis Regularium. p. 335. num. 97. & 99. Contra praxim Eccleſiæ. ibid. num. 98. Quando magiſtri, & Doctores opiniones probabiles docent. p. 336. n. 106

Oppoſitio contra Capitulum celebratum ad quem pertinet. pag. 103. n. 1. & 4. Quibus conditionibus ea fit. pag. 104. num. 5. Quid quando oppoſitio eſt contra electum. p. 105. n. 11. Quid quando res jam eſt deciſa. ibid. n. 12

Oppoſitionis forma contra electum. pagina 105. num. 13. Cauſæ oppoſitionis non debent eſſe antiquæ. ibid. num. 18. Cauſa contra quam fieri debet oppoſitio, non debet eſſe deciſa. pag. 106. num. 22

Oppoſitores legitimi contra Capitulum, qui ſint. pag. 103. num. 1. Non debent variare. pag. 106. n. 21. Nec ſe opponere contra cauſam deciſam. ibid. n. 22

Oratorium ſi fuerit Ordinis Carmelitarum, ejus Capellanus poteſt adminiſtrare Euchariſtiam. pagina 152. & ſeq. num. 2. & 3. Et ſi fuerit ſub dominio Confratrum. ibid. num. 5. Per laïcos erectum intra fines Parochiæ Regularium, quibus vtraque cura incumbit, quis viſitare debet. pagina 269. n. 140. Tale an erigi poſſit ſine Epiſcopi authoritate. ibid. n. 141. Poteſt ab illo viſitari. ibid. n. 143. Quomodo hoc jus illi competat. ibid. n. 147

Ordinarij nomen in decreto Vrbani VIII. pro Canonizatione Sanctorum, quid importet. pag. 37. num. 33. Ejus authoritas valdè privilegiata. p. 61. num. 20. Exemptio ab illo eſt odioſa. ibid. n. 21. Solet ei demandari cauſa ſui ſubditi. pag. 62. n. 69. Ordinariis quando cenſeatur Papa derogare. pagina 63. num. 38. Quomodo contra ipſos in materia juriſdictionis, & exemptionis eſt procedendum. pag. 215. num. 1. Illis circa juriſdictionem non aſſiſtit jus contra Regulares; quod procedit etiamſi ſint Sedis Apoſtolicæ Delegati. ibid. n. 5. Quando dicantur proceſſiſſe vti piæ operæ exequutores in caſibus à jure conceſſis. ibid. num. 10. Tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati in iiſdem caſibus omnium piarum diſpoſitionum, tam in ultima voluntate, quàm inter vivos, ſunt exequutores. ibid. num. 11. Ceſſante negligentiâ non poſſunt privare exequutores teſtamentarios ſuis facultatibus. ibid. num. 12. Conceditur ei manutentio exercendi juriſdictionem ſpiritualem in omnibus Eccleſiis, & in omnes perſonas ſuæ diœceſis. pag. 280. num. 2. Ad effectum exercendi juriſdictionem Canones vltra fines non aſſiſtunt, ad Ordinarij favorem. pagina 283. numero 1

Ordo Cœleſtinorum quando fundatus. p. 416. n. 18. Ordines Mendicantium ſunt antiquiores Ordine Cœleſtinorum. ibid. num. 16. Inter Superiores Ordinum in materia præcedentiæ attenditur antiquitas inſtitutionis. ibid. num. 19. Ordo priùs inſtitutus præcedit. ibid. num. 20. Ordinis Benedictini antiquitas vnde ſumenda. ibid. num. 23. Vide *Abbas*. Ordinum Mendicantium dignitas eximia. pag. 417. num. 50. Sunt à jure cooperatores Epiſcoporum. ibid. num. 58. Habent ampliſſimam exemptionem. ibid. n. 60. Singulariter filij Sedis Apoſtolicæ. ibid. Portant pondus diei & æſtus. ibid. num. 61. Eorum Generales habent ampliſſimam juriſdictionem. pag. 415. num. 6. Inter Epiſcopos, & ipſos nullus alius interponitur. p. 417. n. 59. Vide *Generales*. Ordines Mendicantium amplectuntur viam activam & contemplativam. p. 418. n. 68

Ordinum ſacrorum ſuſceptio an inducat tacitam profeſſionem religioſam. pag. 409. n. 30. Nulliter profeſſus an ſuſcipere poſſit. pag. 412. num. 61. Regulares gaudent privilegiis pro ſuſcipiendis Ordinibus. pag. 413. n. 67. Prælati regulares poſſunt dare dimiſſorias literas pro ſuſcipiendis Ordinibus. ibid. num. 64. Suſcipiens Ordines abſque dimiſſoriis, quas pœnas incurrat. pag. 413. n. 66

Ordinis Carmelitarum antiqua conſuetudo. pag. 38. n. 42. Ejus inſtitutio. ibid. n. 44. Ejus hiſtoria. ibid. n. 45. Correctio Breviarij hujus Ordinis. pag. 39. n. 52. An renunciaverit juri ſuo ob talem correctionem. pag. 38. n. 44. Quomodo ſibi derogaverit. pag. 39. n. 59. Ejus Breviarium. p. 43. n. 8. Ejus conſuetudines. ibid. n. 10

Ordo Ciſtercienſium poſſidet bona in communi. p. 178. n. 4. Modus eorum profeſſionis. p. 180. n. 29

P

PAllor in puellæ facie, an ſufficiat ad oſtendendum metum, ad hoc vt annulletur matrimonium. pag. 303. num. 24. Eſt dos virginum, pudicitiæ ornamentum. ibid. n. 26. Differt à rubedine. p. 311. n. 148

Papæ ſolùm competit negotium Canonizationis, & beatificationis Sanctorum. pag. 3. num. 2. Sine ejus authoritate non tribuitur cultus Sanctis. pagina 35. num. 2. Cur illi tantùm eſt hujuſmodi cauſa reſervata. pag. 22. n. 211. An poſſit errare in cauſis Canonizationis. ibid. n. 212. Poteſt de potentia abſoluta Canonizare Sanctum abſque miraculis. pag. 4. n. 13. Ejus reſcripta quomodo exponenda. pag. 37. n. 26. Subjiciuntur ei immediatè bona Mendicantium. pag. 60. & ſeq. num. 3. Contra jus illius eſt ſubjicere Monaſterium ſub Generalis poteſtate inſtitutum Epiſcopo. ibid. n. 4. Quando cenſetur Ordinario derogare. pag. 63. numero 38. Non concederet novam gratiam, ſi primum Breve cenſeretur ſubreptitium. p. 71. n. 62. Ejus voluntas quando præſumitur. pag. 74. num. 8. Solus judicare poteſt de exemptione. p. 72. n. 22. Ejus authoritas. pag. 92. num. 3. Multò magis in diſpenſatione

diſpenſatione voti ſolemnis Religionis Hieroſolymitanæ. ibid.n.4

Praxis in diſpenſatione voti ſolemnis caſtitatis.p.95. num.104. Diſpenſat in tranſitu arctioris Religionis ad laxiorem. pag.95.num.18.Ejuſdem Praxis, pag.126. num.24.Ejuſdem authoritas in materia juramenti, & Religionis ingreſſus. pag. 141. n. 54. Eſt Generaliſſimus omnium Religionum, ibid. num.55. Ad eum ſpectat inſtitutio Epiſcoporum. pag.142. num. 9. Poteſt obligare ad Legem non receptam. pag.159. num. 39. Quando manus apponit. pag.170. num.35. Ejus authoritas. pag.178. num.3. Diſpenſatio. pag. 180. numero 31. Quando gratia conceſſa ex ejus parte ceſſat. pag.179. num.7. Habet omnia jura in ſcrinio ſui pectoris. pag.187. num.12.Ejus judicium *Cæleſte arbitrium* appellatur. ibid. num. 13. Supplet omnes ſolemnitates. pag.191.num.3.Eſt illi credendum, ne de mendacio arguatur. pag. 193. num. 3. In eo quod reſpicit propriam ipſius vtilitatem, quid dicendum. ibid. num. 11. Ejus narrativæ quomodo probent. Vide *Narrativum*. Quis fuit primus qui conceſſit, vt Monachi poſſint Sacris Ordinibus initiati, & præfici Eccleſiis ſecularibus curatis. pag. 221. num.45. Non præſumitur voluiſſe ſe incontinenti corrigere. p. 252. n.7.Defectus intentionis ipſius concedentis opponi non poteſt in confirmatione Ordinationum Regularium, quando ipſæ ſunt inſertæ in ſupplicatione. p.253.n.1

Papa ſolus penſione perpetua beneficium gravare poteſt. pag.370. num. 79. Gratioſè ſe gerit, dum concedit penſionem ab Epiſcopo impoſitam.pagina 374. num. 133. Papæ conſenſu reſervato in negotiis prohibitis, evitatur pœna, ſed nihil agitur donec talis aſſenſus rite intervenerit; quod variis exemplis illuſtratur. pag. 373. num. 123. Conditio, *ſi Papa diſpenſaverit*, cenſetur de jure impoſſibilis. ibid. num. 129. Clauſula, *ſi Papa diſpenſaverit, vel conſenſerit*, reddit contractum conditionalem. pag. 372. num. 112. Papa habet liberam bonorum Eccleſiæ adminiſtrationem, pagina 370. num.80. An poſſit ſolus Eccleſiam erigere in Collegiatam. pag. 378. num. 220. Non præſumitur derogare voluntati fundatoris.p.383. num.287. Mens Papæ in bulla vnionis attendenda.ibid.num.295. In Capella Papæ ad Generales Mendicantium præcedant Abbates. pag.415.n.2. Vide *Generales*, & *præcedentia*. Mendicantes ſunt in actuali ſervitio Papæ, & membra viva Capellæ ipſius. pag.417. num.64. Solius Papæ eſt erigere Eccleſiam in Cathedralem. pag.442. num. 162. Non cenſentur velle lædere pacta. p.437.n.367. Papæ tribuuntur geſta ab ejus Legato. pag. 483. num.212

Parentes poſſunt dirigere filias ad matrimonium, etiam levi coactione. p.303.n.31

Paria ſunt, quod quis compellatur, vel quod compelli poſſit. p.309.n.219

Parochiæ ſeculares poſſunt conferri Regularibus. p.218.n.1.& 3. An ad hoc requiratur aliqua diſpenſatio. ibid.n.6

Parochus poteſt conſtitui à Generali S. Hieronymi in loco dicto *Hoſpitaletto*. pag. 270.num.148.Cui competat facultas illum deputandi.ibid.num.150. Actus illum deputandi an ſit actus Ordinis Epiſcopalis, vel juriſdictionis. ibid. num. 151. An hoc repugnet Monachis. Vide *Monachus*. Sic deſignatus à dicto Generali, an teneatur accedere ad Congregationes caſuum conſcientiæ. ibid.n.155.
An poſſit audire confeſſiones advenarum illuc confluentium. pag.271. num.158. Et quid requiratur ex illorum parte. ibid. num.160. An poſſit abſolvere ſuos Parochianos à caſibus reſervatis Epiſcopo loci. ibid.num.162. An poſſit ab ipſo auferri per caſuum reſervationem ab Epiſcopo facultas abſolvendi ab ipſis reſervatis. ibid. n.166. An poſſit abſolvere dictos advenas à caſibus reſervatis à propriis Epiſcopis in ſuis diœceſibus. p.272.n.168

Particula *Penitus*, quid importet.pag.194.n.8. Quid *Nullatenus*. ibid.n.9

Pater naturalis tenetur etiam denunciare ſuum filium hæreticum. p.100.n.31

Paulus Apoſtolus ad quod munus vocatus fuerit à Deo. pag.343. num.9. & 10. Aſcendit Hieroſolymam communicare cum Petro Evangelium, quod prædicabat. ibid. num. 11. Petrum reprehendit. pag.344. num. 12. Aſcendit Hieroſolymam illum videre. ibid.num 13.Nullum aſſignatur tempus, quo ipſe Eccleſiæ primatum à Chriſto acceperit. pag.350. num. 35. Ejus tituli. pagina 354. num. 50. Nomen primatus illi conceſſum, non importat primatum regiminis. p. 357. n.71. Cur depingitur ad dexteram S. Petri. pagina 358.n.82.Vocatur antonomaſticè *Apoſtolus*. p.359.n.83

Paupertatis eſſentia quæ ſit. p.122.n.5

Penſionis Religioſi an ſint capaces. pag. 178. n. 2. An per eorum tranſitum ad aliam Religionem vacet. ibid. num.5. Quomodo ceſſat gratia.ibid.n.6. Non ceſſat ex parte Papæ. ibid. num. 7. Eſt permanens, niſi concedatur cum limitatione.p.179. num.9. Vel ceſſet cauſa motiva. ibid. num. 10. & 11. Datur pro alimentis. ibid. num. 15. Non eſt localis, de qua agitur. ibid. num.18. Quando ceſſat. ibid.num.20. An per tranſitum ad matrimonium, & ſtatum Epiſcopalem. ibid. num. 21. & 22. Vel per Abbatiam.ibid. num.23. Quando per mutationem. ibid. num. 24. Quomodo per profeſſionem Religionis.pag.180. n.25.Profeſſio an reddat profeſſum incapacem penſionis. ibid. n.30. Vnde proveniat ejus incompatibilitas.ibid. num.32

Penſionem imponere ſolius Papæ eſt. pag.370.n.79. Ad eam requiritur juſta cauſa. ibid. num.81. An & quomodo Epiſcopus imponere poſſit. ibid. numero 82.Quid de penſione impoſita cum reſervatione aſſenſus Apoſtolici. ibid. num. 87. Eſt contra jus. pag.371. num. 92. Si de cauſa non conſtet, præſumitur impoſita in fraudem. ibid.n.93. Nec ſufficit aſſertio Epiſcopi.ibid.num.94.Requiritur conſenſus beneficiarij. ibid. num. 95. Non debet duplex imponi ſuper eodem beneficio. ibid. num.96. & 97. Secunda eſt ſubreptitia, niſi de prima mentio facta ſit. ibid. num.98. Eſt ſolvenda perſonæ determinatæ. ibid. n.99. Bulla Pij V. pag.372. num. 100. An excuſetur beneficiarius. ibid. num. 106. An incurrat pœnas ſimoniæ confidentialis. pag.370.num. 74. Quomodo illi ſubveniendum.ibid.num.77. Papa dum admittit penſionem ab Epiſcopo impoſitam, gratioſè ſe gerit. pag.374. num.133.Quid dicendum de tranſactione penſionis ex parte penſionarij. ibid. num.136. Penſio cum reſervatione aſſenſus Papæ, an redimi poſſit. p. 372. n.110

Petrus Apoſtolus habet primatum in totam Eccleſiam ſupra omnes fideles, etiam ſupra D. Paulum coapoſtolum. pag. 341. num. 1. Ex quibus verbis Chriſti colligatur. pag. 341. num.6. & 7. Ex

quo

quo alio. pag. 343. num. 9. & ſeqq. Solus præſidebat Concilio Hieroſolymitano. pag. 344. n. 14. Colligitur etiam ex traditione conſtanti Eccleſiæ. pag. 345. n. 15. Ex Patrum teſtimoniis. ibid. numero 16. Et ex Conciliis. pag. 346. num. 19. & ſeqq. Ex Hiſtoricis, Chronologicis, & Annaliſtis. pag. 349. num. 33. Hic ſolus Chriſti Vicarius, & Paſtor totius Ovilis Chriſti. ibid. num. 34. Ejus tabula marmorea ad Porticum Baſilicæ ipſius affixa. pag. 354. num. 52. Contraria quæ afferuntur non relevant. pag. 351. num. 38. & ſeqq. Fuit Epiſcopus Romæ. pag. 356. num. 67. De ejus majoritate Anonymi gloſſema p. 358. n. 81. Epitheta illi conceſſa. p. 359. n. 84

Pœnæ expreſſio arguit ſubditum. pag. 70. num. 45. Commenſuratur culpæ. p. 147. n. 68

Poſſeſſio quadragenaria quid operetur. pag. 223. n. 8. Quaſi poſſeſſio ante motam litem quomodo probetur. p. 273. n. 2

Praxis ſummorum Pontificum in diſpenſatione voti ſolemnis caſtitatis. pag. 93. n. 10. Vrbis in cauſis præcedentiæ. p. 168. per tot.

Percuſſor Clerici notorius eſt ab omnibus evitandus. pag. 194. num. 5. Privatur communibus bonis Eccleſiæ. ibid. num. 6. Videtur incurrere excommunicationem Papalem Clem. V. ibid. numero 11

Perjurij malitia. p. 377. n. 191

Pertinentiarum appellatione quæ veniant. pag. 278. num. 20

Piſces ſunt ſub dominio capientis. pag. 402. num. 10. Piſcatio non videtur prohibita. ibid. num. 15. & ſeqq.

Poſſeſſionis effectus. pag. 482. num. 202. Poſſeſſio tribuit jus. pag. 483. num. 203. Ex ea præſumitur titulus. ibid. num. 204. Præterita arguit præſentem. ibid. n. 205. & 206. Ex natura poſſeſſionis antiquæ titulus oritur. ibid. & ſeqq. num. 208

Potentia in cauſis ſemper eſt ſuſpecta. p. 309. n. 119

Præcedentia dignioribus debetur. pag. 415. num. 3. Et majorem poteſtatem habentibus. ibid. num. 12. Et antiquioribus. ibid. & ſeq. num. 14. & ſeqq. Interdum tamen datur junioribus. pag. 416. n. 28. 29. & ſeqq. Vbi referuntur exempla Ducis Florentiæ & Ferrariæ, & alia. ibid. n. 30. & ſeqq. Filius Caſtellæ Rex præcedit Patrem Aragoniæ Regem. ibid. num. 31. & ſeqq. Præcedentiæ jus quale competat Abbati Generali Cœleſtinorum. pag. 417. num. 42. Epiſcopi aſſiſtentes in Capella Papæ alios præcedunt. ibid. num. 65. Idem de Capellanis Regum, ibid. Mendicantes Religioſi cur Monachos præcedere debeant. pag. 418. n. 68. & ſeqq. Præcedentia in Capella Papæ differt à præcedentia in proceſſionibus, & aliis actibus. pag. 419. num. 98. & ſeqq. Ex præcedentia in vno loco non infertur ad aliam in alio. ibid. num. 102. Præcedentiæ non nocet, nec prodeſt qualitas extranea. pag. 420. num. 111. & ſeqq. Habitus Prælaturæ eſt qualitas extranea præcedentiæ. ibid numero 112. Quod variis exemplis probatur. ibid. num. 113. & ſeq. Ius præcedentiæ eſt irrenuntiabile. ibid. num. 115. & ſeqq. & impræſcriptibile. ibid. num. 120. & ſeqq. Poteſt defendi per reſiſtentiam, vide *Generales*.

In materia præcedentiæ plumbeo pede inceditur, quia eſt magni præjudicij. pag. 455. num. 340. Dignior præcedere debet. ibid. num. 335. Ius præcedendi in ordine ad quos actus debet intelligi. ibid. numero 347. & 348. Non ſapit honeſtatem, quod minor præcedat majorem. p. 473. n. 39

Preces importunæ an irritent matrimonium. p. 304. num. 48. Factæ ab eo cui debetur reverentia, cadunt in virum conſtantem. pag. 305. n. 60. Minis conjunctæ cauſant conſenſum involuntarium. ibid. n. 63

Prædicatio pro infidelium converſione melior eſt Religionis ingreſſu. p. 140. n. 49. Eſt munus Apoſtolicum. ibid. n. 50

Prælati in quibus diſpenſant. pag. 73. num. 2. An diſpenſent in præceptis Eccleſiaſticis. ibid. numero 7. Regulares non poſſunt de cauſis pertinentibus ad S. Officium judicare. pag. 98. n. 2. Antiquitus id poterant propter privilegia. ibid. num. 3. Quando dicatur aliquod crimen ad Prælatos, tanquam ad Patres deferri. ibid. num. 6. Tenentur ſuum ſubditum manifeſtare. ibid. n. 7. An poſſint procedere ad hæretici punitionem. ibid. num. 17. Manifeſtare aliquid Prælato vt patri, non eſt manifeſtare ſub ſecreto. ibid. Tenentur denunciare hæreticum nulla præcedente ſecreta admonitione. pag. 100. num. 33. Etiamſi ab ipſo hæreſis probari non poſſit. ibid. numero 39. Poſſunt transferre choriſtas ad ſtatum laïcorum. p. 185. num. 2

Prælati Regulares concedere poſſunt dimiſſorias literas ad ſuſcipiendos Ordines. pag. 412. num. 63. Tenentur jura ſuæ Religionis defendere. p. 195. num. 22

Prælaturæ Regulares inter beneficia Eccleſiaſtica cenſentur. p. 412. n. 60. Prælaturas exercens an incurrat aliquas cenſuras, ſi verè profeſſus non ſit. ibid. n. 61

Præſcriptio in alienatione rerum Eccleſiæ quando ſtet. pag. 191. num. 21. Contra bona Regularium quo ſpatio currit. ibid. num. 22. Contra Monachos Caſſinenſes non currit vigore privilegiorum Eugenij Papæ, niſi ſpatio centum annorum. pagina 193. num. 13. Prælati Regulares comparantur Epiſcopis. pagina 195. numero 31. Eorum munia. pagina 196. num. 32. Obligatio. ibid. numero 33. Etiam ſub peccato mortali. ibid. numero 34. An Poſſint renunciare ſuis juribus. ibid. numero 35. Iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem in ſeculares exercentes. pagina 259. numero 6. Sunt in duplici differentia. ibid. num. 7. De iis qui habent territorium ſeparatum. ibid. num. 8. Quomodo appellantur. ibid. numero 9. De iis qui territorium ſeparatum non habent. ibid. num. 10. Eorum nomen. ibid. numero 11. Qui habent territorium in quo juriſdictionem Epiſcopalem exercent, poſſunt omnia facere, quæ in ſua diœceſi faciunt Epiſcopi. ibid. num. 16. Excipiuntur quæ ad Ordinem Epiſcopalem ſpectant. ibid. num. 17. Sunt quaſi Epiſcopi. pagina 260. num. 20. Quid de non habentibus proprium territorium. ibid. numero 23. Quando ea quæ Epiſcopis conceduntur, his conceſſa non cenſentur. ibid. num. 33. Qui ſint ſimiles Epiſcopis. pag. 261. num. 36. Eorum poteſtas. ibid. num. 39. In quo caſu beneficia providere poſſunt. ibid. n. 42. Poſſunt in caſu hæreſis contra quoſcumque exemptos procedere. ibid. numero 44. Poſſunt clauſuram Monialium Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectarum procurare. ibid. num. 46. Poſſunt earum monaſteria exempta viſitare. ibid. num. 47. Poſſunt etiam hoſpitalia reformare, exemptos compellendo. ibid. num. 49. Poſſunt procedere contra Prædicatores. ibid. numero 51. Poſſunt providere animarum curæ. ibid. numero 52. Poſſunt quoſcumque Regulares extra monaſteria

Google

naſteria degentes punire. pagina 262. numero 54. Poſſunt corrigere Eccleſiarum Capitula. ibid. numero 56. Poſſunt beneficiorum vniones examinare. ibid. numero 57. Poſſunt viſitare quaſcumque Eccleſias exemptas. ibid. numero 58. Et in quibus aliis id procedat. ibid. numero 59. Poſſunt in cauſis civilibus mercedum, & perſonarum miſerabilium ſe immiſcere. ibid. numero 60. Poſſunt corrigere quoſcumque Clericos exemptos. ibid. numero 61. Poſſunt vnire beneficia, ſeu Eccleſias Parochiales ſuæ diœceſis. ibid. num. 62. Poſſunt transferre beneficia ex Eccleſiis collapſis in alias, & illas reficere. ibid. numero 64. Poſſunt monaſteria commendata, in quibus obſervantia non viget, viſitare. ibid. numero 65. Poſſunt vti facultate circa diſtributiones quotidianas. ibid. num. 67. Et circa diſpoſitiones vltimarum voluntatum ipſis commiſſas. ibid. num. 68. Poſſunt videre omnes pias diſpoſitiones quorumcunque Collegiorum. pagina 263. numero 70. Poſſunt ſcrutari ſufficientiam notariorum. ibid. numero 72. Poſſunt compellere Abbates negligentes ad lectionem S. Scripturæ. ibid. numero 74. Poſſunt cognoſcere de ſubreptione, & obreptione gratiæ. ibid. num. 76. Poſſunt facere acceſſiones, beneficia, &c. circa Patronatus. ibid. numero 78. An ipſis concedatur facultas quæ à Concilio Trident. *ſeſſ*. 24. *cap*. 6. Epiſcopis tribuitur. ibid. numero 79. An procedat hæc facultas in aliis Prælatis territorium habentibus. ibid. numero 81. Cauſæ matrimoniales non ſunt relinquendæ iis, qui non habent proprium territorium. ibid. numero 83. An ob præſcriptionem, conſuetudinem, &c. extendatur ad exemptos territorio carentes. pagina 264. numero 87. Exempti, & territorio carentes, ſine privilegio non poſſunt confeſſarios examinare, & approbare. ibid. num. 89. Quibus communicatur facultas, quam aliqui Abbates habent conferendi primam Tonſuram. ibid. numero 94. Quid de facultate concedendi litteras dimiſſorias ſubditis ſecularibus ad ſuſcipiendos Ordines ab Epiſcopis. ibid. & ſeq. numero 95. Ad quem pertineat harum litterarum conceſſio, quando eorum juriſdictio controvertitur. pagina 265. numero 97. Quid de facultate abſolvendi à caſibus Papalibus. ibid. numero 99. Ad quem pertineat facultas dandi licentiam Epiſcopo Titulari, vt in eorum territorio Pontificialia exerceat. ibid. numero 101. Exempti exiſtentes ſub aliena diœceſi non poſſunt remittere denunciationes pro matrimonio celebrando. ibid. numero 102. Exempti qui in aliena diœceſi juriſdictionem habent quaſi Epiſcopalem, quæ communia habent cum Epiſcopis, & aliis. pagina 266. numero 109. Hi dicuntur ſponſi ſuæ Eccleſiæ. ibid. numero 111. Et Ordinarij, & Iudices in earum cauſis. ibid. numero 112. Præferuntur omnibus Clericis, dignitatibus, ac perſonatibus poſt Epiſcopos. ibid. num. 113. Poſſunt ea facere, quæ vel ex conſuetudine, vel ex privilegio illis competunt. ibid. numero 114. Videtur ipſis concedi facultatem ferendi cenſuras, & abſolvendi. ibid. numero 115. Quando, & quomodo poſſunt loco Epiſcoporum degradationi Clerici aſſiſtere. ibid. numero 116. Poſſunt probabiliter vti juriſdictione Epiſcopis conceſſa à Concilio Trident. *ſeſſ*. 25. *de Regul. cap*. 11. ibid. numero 117. Poſſunt remittere denunciationes pro matrimonio contrahendo. ibid. numero 118. Quid de facultate aſſiſtendi illius contractui, vel alteri committendi. ibid. num. 119. An teneantur ſolvere Epiſcopis canonicam portionem. pag. 167. numero 120. Quando tenentur ad Synodum diœceſanam, aut Provincialem accedere. ibid. numero 121. Conceditur collatio beneficiorum ſuarum Eccleſiarum. ibid. num. 122. Cùm providentur in Conſiſtorio, quid facere teneantur. ibid. num. 123. Hi à Papa proviſi reſignare non poſſunt, niſi in ipſius manibus. ibid. num. 124. Vt dicantur *nullius diœceſis*, quid requiratur. pagina 272. numero 174. Eorum confeſſio expreſſa, ſi non præjudicat Eccleſiæ, multò magis præjudicabit tacita. p. 284. n. 16

Præſentia æquivalet mandato. pagina 197. numero 9

Præſidi Capituli fides adhibenda. pagina 398. numero 54. Et quando aliquid committitur ejus conſcientiæ. ibid. num. 57. Et vbi agitur de officio proprio. ibid. num. 58. Etiam in præjudicium tertij. pagina 399. num 60. Etiamſi deponat contra factum proprium. ibid. n. 61

Præſumptio fraudis quando ceſſat. pagina 297. numero 8. Tollitur ex contrariis probationibus. pagina 283. num. 11. Facti quando tollatur. pag. 128. num. 51. Debet eſſe prudens, & rationabilis. ibid. num. 52. An obſtet contra mortuum libri hæreſim continentis apud ipſum inventi. p. 538. n. 19

Præſumptio juris, & de jure, qualis ſit. pag. 412. num. 52. An admittat probationem in contrarium. ibid. num. 55. An admittat proteſtationem. ibid. Ex præſumptionibus quando judicandum. ibid. num. 50. An probent profeſſionem religioſam. ibid. numero 51

Præſumptio ceſſat in claris. pag. 484. num. 226. & pag. 486. num. 290. Cedit veritati. pag. 484. num. 227. Ceſſat in delictis. pag. 286. numero 288. 291. & ſeqq. Sufficit ad probanda facta antiquiſſima. p. 504. n. 82. Eliditur per contrariam probationem. ibid. n. 83

Principes quid facere debeant in meretricio permittendo. p. 296. n. 141. & ſeqq. Semper cenſentur operari ſecundum leges. p. 302. n. 27

Princeps non poteſt erigere Eccleſiam in Cathedralem ſine conſenſu Papæ. pag. 443. numero 164. Non præſumitur tollere jus quæſitum. ibid. n. 173. 174. & ſeqq.

Princeps an poſſit teſtari ſine ſolemnitatibus juris. pag. 516. num. 28. Diſtinguendum inter Supremum, & non ſupremum. ibid. Supremus poteſt diſpenſare in defectu ſolemnitatis, non verò in defectu voluntatis. ibid. num. 29. Non ſupremus teſtari non poteſt de appanagio ſibi conſtituto de bonis Coronæ. pag. 524. num. 70. & ſeqq. Fruſtra à Principe impetratur, quod de jure communi conceditur. p. 532. n. 111

Priores an ſolùm à Conventibus eligi poſſint. pagina 114. num. 68. Forma capitis *Quia propter*, an obſervanda in electionibus Priorum. ibid. n. 67. Titulares caſſati. p. 149. n. 24

Privilegia militum. pag. 517. num. 31. Cauſa privilegiorum eſt attendenda. pag. 518. n. 36. & 37. Qua ceſſante ceſſant. pag. 517. num. 35. & pag. 518. n. 37. Illis tacitè & expreſsè renuntiari poteſt. pag. 519. num. 42. Privilegia piæ cauſæ. p. 538. n. 138

Privilegia Congregationis Caſſinenſis quomodo intelligenda. pag. 74. num. 23. & ſeqq. An ſublata per Vrbanum VIII. ibid. num. 25. Privilegia

ſolennia

ſolennia non cadunt ſub dubio. pag. 78. num. 15. Privilegia conceſſa univerſitati non perdit ſubditus. pag. 79. num. 31. Privilegiorum interpretatio ad quem ſpectat. pag. 89. num. 45. Privilegia non derogatur, niſi id exprimatur. pagina 152. num. 16. Quando amittuntur. ibid. num. 19. Privilegia circa tranſitum ad ſtrictiorem Religionem. pag. 131. num. 24. Privilegium Clementis VII. quomodo moderatum à Concilio Trident. & quomodo intelligendum. pag. 153. num. 6. & 7. In iis valet argumentum à majori ad minus, cùm agitur de re favorabili pro quocunque tempore. ibid. num. 14. Privilegij perſonalis natura. pagina 179. num. 19. Eorum violatio dicitur injuria. pag. 206. num. 80. An poſſit diſſimulari hæc injuria ſine peccato. ibid. num. 81. Et an poſſit renunciari privilegio exemptionis à juriſdictione Ordinarij. ibid. num. 82. Eorum revocatio per Vrbanum VIII. circa confeſſiones ſecularium. pag. 509. num. 99. Religionum ſunt privilegiatiſſima in Eccleſia Dei. ibid. num. 105. An poſſint revocari. ibid. num. 103. Et quando. ibid. numero 104. S. Auguſtini Ordinis communicantur Carmelitis. pag. 221. num. 40. Privilegium in quo prohibetur appellatio Regularium à proviſione ſuorum Superiorum facta. pag. 257. num. 47. Conceſſa Monaſterio, ac rebus, & non perſonis, cenſentur realia, & perpetua, & ſuffragantur quibuſcumque perſonis, ad quorum manus ipſa bona devenerint. pag. 279. num. 29. Conceſſa ſucceſſoribus cenſentur perpetua. ibid. numero 30. Conceſſa monaſterio, ſeu loco, & ejus bonis, cenſentur perpetua, & ſuffragantur ſucceſſoribus. ibid. n. 31

Probatio perfecta quæ ſit. pagina 23. num. 218. Non eſt perfecta, quando teſtes deponunt in genere ſuper Sanctitate. ibid. num. 219. Non eſt tamen rejicienda. ibid. num. 220. Quæ requiratur in materia Canonizationis. pag. 25. num. 227. Requiritur plena. ibid. numero 228. Non requiritur pleniſſima. ibid. num. 230. Impuritatis ſanguinis in Epiſcopum pertinet ad opponentes. pag. 155. num. 5. Debet eſſe evidens. ibid. num. 7. Quæ ſufficit ad impediendam electionem, & quæ ad rejiciendum electum. p. 199. n. 34. Validior in concurſu ſemper præfertur aliis debilioribus p. 283. n. 12

Proceſſus facti pro Canonizatione Sanctorum ſi ſunt defectuoſi, poſſunt repeti. pag. 16. num. 139. Proceſſus Compulſorialis quiſnam ſit. ibid. numero 149. In formandis proceſſibus Canonizationis debet citari Promotor Fidei. pag. 23. n. 215. Notarij Imperiali authoritate poſſunt rogari de hujuſmodi proceſſibus. ibid. n. 216

Procuratores, Conſiliarij, & Advocati, an teneantur denunciare hæreticum. pag. 101. num. 51. & 52. Quid dicendum ſi iidem ſub ſigillo ſecreti ſciunt furem detinere bona alterius furto ſublata. ibid. num. 55. Cauſa agitari poteſt per procuratorem. pag. 107. num. 27. A quibus debet eligi. ibid. num. 28. Procurator legitimus quis ſit. ibid. numero 29. Repræſentans Capitulum poteſt eligere Procuratorem. ibid. num. 30. Conſtitutus in in Procuratorem poteſt renuere. pag. 107. n. 33. Quid de Procuratore Generali Ordinis. pagina 108. n. 34. Procuratores Epiſcoporum quomodo in materia præcedentiæ ſibi conſulere debent. p. 169. n. 13

Profeſſio dubia videtur ſuſtinenda in utroque foro. pag. 66. num. 2. Quod eſt de ſubſtantia illius in ipſius actu exerceri debet. pag. 67. numero 19 In quo eſſentialiter conſiſtit. pagina 68. numero 26. Deſignatio habitus non videtur denotare formam ſubſtantialem illius. ibid. numero 25. Quando valet in aliquo gradu. pag. 69. num. 37. Quando intrat tacita. ibid. num. 39. Non regiſtrata an obſtet. pag. 70. num. 46. In dubio præſumitur pro illa. pag. 81. num. 5. Retrahens aliquem ab ea peccat. pag. 82. num. 27. An fieri debeat in eodem loco, ubi factus eſt Novitiatus. ibid. num. 30. Emiſſa poſt Novitiatum jampridem finitum cenſetur valida. pag. 85. numero 29. Tacita non eſt ſublata a Concilio Tridentino. pag. 84. num. 14. Expreſſa an requiratur ad Abbatiam. ibid. num. 16. Quid quando providetur per electionem. ibid. num. 17. Homines diſparis profeſſionis non admittuntur in Religione. pag. 83. num. 5. Ad eam admittere poteſt Conventus, vacante Prælato, nomine Prælati futuri. pag. 86. num. 49. Non poteſt quis eodem tempore habitum ſuſcipere, profeſſionem emittere, & in Abbatem eligi. pag. 86. num. 50. Eſt privilegiatiſſima. pag. 119. num. 4. Eſt ſpirituale matrimonium. pag. 120. num. 56. Qui ſint Iudices de validitate illius. ibid. num. 29. Eſt ad inſtar matrimonij indiſſolubilis. pag. 166. numero 13. In dubio cenſetur valida. ibid. num. 14. Quando valida, & licita poſſit eſſe fœminæ conjugatæ Religionem ingredientis. pag. 174. numero 9. & pag. 175. num. 15. Eſt abſoluta mutatio ſtatus. pag. 180. num. 28. Quomodo per eam ceſſat gratia, & beneficium Principis. ibid. num. 25. An reddat profeſſum incapacem penſionis. ibid. num. 30. Vnde proveniat ejus incompatibilitas cum penſione. ibid. num. 32. Quæ ſit illa in genere generaliſſimo. pag. 252. numero 1. In ſpecie, ſeu in genere ſubalterno eſt promiſſio obſervantiæ certæ alicujus Regulæ. ibid. num. 2. Quando emittitur in individuo. ibid. numero 3. Ejus ſolita formula ultra tria vota continet promiſſionem ſtabilitatis in loco. pag. 253. num. 3. Earum diverſitas in Ordinibus parit ſciſſuram. ibid. n. 6. In quo caſu ſit repetenda. pagina 254. num. 5

Profeſſionis emittendæ forma. pag. 405. num. 3. Ad eam requiritur ætas ſexdecim annorum. ibid. num. 4. Ab ea reclamare cui, & quando liceat. pag. 406. num. 11. An profeſſus ſtatim contra ſuam profeſſionem proteſtari & reclamare poſſit. pagina 407. numero 13. Quid ſi ratificatio ſupervenerit. ibid. num. 16. Profeſſionis ratificationem an debeat præcedere annus probationis. ibid. num. 17. Plura de ratificatione profeſſionis, remiſſivè. ibid. Profeſſionis ratificatio probanda eſt. ibid. num. 18. Profeſſionis reclamatio ut proſit quid requiratur. pag. 408. n. 21. Profeſſio, ejuſque ratificatio irritatur ex capite metus. ibid. num. 23. & ſeqq. Profeſſio tacita quomodo inducatur. ibid. num. 28. Quomodo probetur. pag 409. num. 29. & 30. An eam abrogaverit Tridentinum. ibid. num. 31. Ad eam quæ conditiones requirantur. ibid. num. 32. Quando per conſtitutiones Religionis invalidetur. ibid. num. 33. An ex ſtatuto Religionis excludi poſſit. ibid. num. 34. Quomodo tale ſtatutum intelligatur. pag. 410. n. 36. Profeſſio tacita quando ſuſtineatur, vel infirmetur. ibid. num. 39. Proteſtatio in profeſſione tacita quid operetur. ibid. & ſeq. n. 40. & ſeqq. Vt annullet profeſſionem quid obſervandum. pag. 411. n. 41. Proteſtatio expreſſa

quando

quando requiratur. ibid. num. 42. & ſeqq. Profeſſio religioſa an probetur præſumptionibus. pag.412. num.50.& 51. Reclamatio contra profeſſionem qua ratione concedatur. ibid. num. 55. Ad veram profeſſionem emittendam quid ſufficiat. ibid. num. 57. An inducatur ex geſtatione habitus profeſſorum. ibid. num. 58. An ex officiorum exercitio. ibid. num. 59. Pro ea in dubio iudicandum. pag. 413. num. 68. & 69. An profeſſionem admittere poſſit Abbas commendatarius. p. 425. & ſeqq. Ao adminiſtrator monaſterij. ibid. numero 33. An Epiſcopus in Religione exempta. ibid. num. 32

Profeſſus ille debet eſſe, qui aſſumitur ad Prælaturam. pag. 83. num. 2. An obſtet conſuetudo in contrarium. ibid. num. 3. Profeſſus tacitè ille videtur, qui exercet actus qui ſunt proprij profeſſorum. pagina 84. num. 13. An reddatur incapax penſionis. pag. 180. num. 30. Ejus eſſentia conſiſtit in tribus votis ſubſtantialibus. pag. 251. num. 1

Profeſſus præſumitur, qui officia in Religione exercet. pag. 412. num. 59. Verè non profeſſus, & Prælaturam in Religione exercens, an incurrat cenſuras aliquas. ibid. num. 61. An poſſit recipere ſacros Ordines. ibid. n. 63. & 65. An,& quomodo reclamare poſſit. pag. 406. n. 11. & multis ſeqq.

Propoſitio Anonymi, quod S. Paulus ſit Eccleſiæ Caput, ſicut S. Petrus, ſublatâ ſubordinatione Pauli ad Petrum, eſt ſchiſmatica. pag. 341. n. 1. Eſt etiam ſcandaloſa. ibid. num. 2. Item ſingularis, & temeraria. ibid. num. 3. Poteſt dici blaſphema. ibid. num. 4. Poteſt etiam dici hæretica. ibid. n. 5

Promotor fidei in cauſis Canonizationis debet citari. p. 11. n. 88. Eſt veluti Eccleſiæ procurator. ibid. n. 90. Eſt veluti pars. ibid. n. 91

Protectio denotat plenam juriſdictionem. p. 62. n. 28. & 29

Proteſtans, an ſi non repetat in omnibus proteſtationem, cenſeatur ab ea receſſiſſe. pag. 302. numero 14. Quando, & quo caſu admittendum, hunc debere repetere in omnibus proteſtationem. pag. 310. num. 144. An procedat quando agitur de metu illato ad conſenſum. ibid. numero 145

Proteſtationis effectus. pagina 88. num. 12. Contrariis facto non relevat. pagina 302. numero 12. Ceſſat per actum ſubſequentem contrarium. ibid. numero 13. Illius expenſio in matrimonio. pag. 304. num. 45. Quid ſit. ibid. numero 46. Quando contraria facto non relevat. ibid. numero 47. Iterata eſt ſufficiens ad manifeſtationem diſſenſus. pagina 309. numero 112

Proteſtatio contra profeſſionem religioſam. Vide *Profeſſio*. Declarat animum. pagina 478. numero 114

Provincia plures ſub ſe continet diœceſes. pag. 277. num. 3

Provincialis captus à Turcis, & liberatus, an poſſit petere reſtitutionem ſui Provincialatus. pag. 226. num. 34

Pulvillus, & cervicalia conſuete, quid ſit. pagina 331. numero 56

Q

QValitas cum qua datur aliqua facultas, debet conſtare antequam ea facultas exerceatur. pag. 65. num. 68

Qualitates requiſitæ ad canoniaationem Sanctorum, vide per totum conſultum primum. pag. 4. & ſeqq.

Quanto tempore currat præſcriptio contra bona Regularium. pag. 191. num. 22. Præſertim propter privilegium Eugenij IV. pro Caſſinenſibus. p. 193. num. 13

Quæ ſunt per ſe, anteponi debent iis quæ ſunt per accidens. p. 168. n. 4. Quæ de novo emergunt, novo indigent auxilio. p. 189. n. 28

Quicunque, dictio omnia includit. pagina 153. numero 15

Quilibet in dubio præſumitur elegiſſe viam, per quam diſpoſitio ſua ſit utilis. pag. 197. numero 3. Maximè ſi ſit genere illuſtriſſimo. ibid. num. 4. Et bonæ educationis. ibid. num. 5. Et cùm agatur de ſalute animæ. ibid. num. 6

R

RAtificatio profeſſionis an obſtet reclamationi. pag. 407. num. 16. Quamvis legitima, quomodo tamen invalidetur. p. 408. num. 22. Vide *Profeſſio*.

Ratihabitio comparatur mandato. pagina 86. numero 47

Ratio quæ dependet à ratiocinatione, & intellectu teſtis, & non à ſenſu corporeo, non ſtringit. p. 281. num. 17

Ratio potius quàm verba in ſtatutis attendenda. pagina 392. num. 8. Ratio eſt anima legis. ibid. numero 9

Reclamatio adverſus profeſſionem. Vide *Profeſſio*. Forma reclamationis. p. 406. n. 12

Reditus ad jus commune facilis eſt. pagina 163. numero 10

Reformati Præmonſtratenſes in qua profeſſione comprehendantur. p. 252. n. 4

Reformationis titulus quando ſuffragetur. p. 63. n. 13. Quid ſentiant de illa hæretici. p. 243. n. 42. Ejus inſtitutio à Sede Apoſtolica canoniaata. ibid. num. 42. & 43. Ejus utilitas in Conventibus. p. 244. n. 48. Per hanc hypocriſis labes evertitur. ibid. num. 49. Eſt per ſe deſiderabilis. ibid. n. 54. Reſpondetur ad objectiones. pag. 245. num. 57. Ex quibus actis cenſeatur ſufficienter acceptata, & approbata. p. 251. n. 6. Ejus nomen indicat rem ad ſuum principium primum reſtitutam eſſe. pagina 256. n. 9. & 10

Regis Catholici epiſtola pro interceſſione diſpenſationis in voto ſolemni caſtitatis. pagina 97. numero 31

Regulares ad hoc ut prædicent in propriis Eccleſiis, qualis requiratur benedictio Epiſcopi. pag. 202. num. 21. Ut ſuſpendantur omnes unius domus Confeſſarij, vel Concionatores, quid requiratur. ibid. num. 26. & ſeqq. Eorum approbatio an ſit perpetua. pag. 203. num. 54. Poſſunt à ſucceſſore iterum examinari. ibid. num. 59. An ſemel approbati ab uno Ordinario ſemper ſint approbati pro aliis diœceſibus. pag. 204. num. 65. Approbati ex Mendicantibus in una diœceſi, poſſunt eligi in alia ab habente privilegium Bullæ Iubilæi. ibid. num. 68. Relinquuntur Superiorum vigilantiæ.

pag. 215, num. 6. Etiam Mendicantea poſſunt exercere munus animarum. pag. 218. num. 1. Poſſunt illis conferri beneficia ſecularia. ibid. num. 2. An vt eligantur ad Eccleſias ſeculares Curatas, requiratur aliqua diſpenſatio. ibid. num. 6. An eorum commune jus extendatur etiam ad Mendicantes. ibid. num. 9. Ad quos etiam extendatur. ibid. numero 11. An requiratur diſpenſatio Epiſcopi. ibid. num. 15. Eſt neceſſaria licentia Prælati. ibid. n. 17. An omnes vnius Conventus, cui eſt annexa cura animarum, poſſint dici Parochi. pag. 221. n. 46. Quomodo fit per eos exercitium hujuſmodi curæ. ibid. numero 51. Eorum Eccleſia in odioſis non venit nomine Collegiatæ. pag. 212. numero 55. An poſſint ipſis ſine Sedis Apoſtolicæ conſenſu concedi Parochiæ ſeculares, vt illas adminiſtrent viventes ſeparati à monaſteriis. ibid. num. 57. Ob bonum publicum id munus tenentur acceptare. ibid. num. 60. Poſſunt amoveri à ſuis officiis, ſubſiſtente causâ. pag. 255. num. 18. Privatus ab officio, an poſſit ſuo Prælato contradicere. ibid. numero 25. Non poſſunt appellare. pag. 217. num. 47

Regula à quibus diſpenſari poſſit. pag. 74. num. 18. Regula eſt veluti anima Religionis. ibid. numero 20. Regulæ Sanctorum, etiamſi ſint diſpenſatæ, dici poſſunt obſervari. pagina 75. numero 7

Regula, *Eum qui certus eſt, certiorari vlterius non oportet*. pag. 81. num. 7. Regula, *ſingula quæ non proſunt*, &c. quando currit. pag. 90. num. 42. & ſeqq. Regula, *Tacens conſentire videtur*. pag. 91. num. 55. & 56. Regula, *Vitio per inutile non vitiatur*. pag. 191. num. 16. Non ſemper, & indiſtinctè eſt inhærendum regulis. p. 215. n. 4. *Morte delicta extinguuntur*, an procedat etiam in crimine hæreſis. p. 337. n. 7

Regulæ juris, vide *Axiomata*.

Regula de Triennali, an locum habeat in foro interno. pag. 368. num. 41. An juvet poſſeſſorem malæ fidei. ibid. num. 43. & ſeqq. Loquitur de titulo beneficiali. ibid. num. 44. An etiam de vnito. ibid. num. 45. Non ſuffragatur poſſeſſori vigore concordiæ cui contravenit, ibid. num. 46. Non habet locum in penſionibus. ibid. num. 47. Nec in reſervatoria fructuum. ibid. num. 48. Non juvat intruſum. ibid. num. 49. Verba ejus referuntur. ibid. & ſeq. num. 50. Vnde habeat originem. p. 369. n. 51. Ratio ipſius. ibid. n. 52

Regula monaſtica an conſiſtat in indiviſibili. p. 368. num. 48. An poſſit abrogari conſuetudine. ibid. num. 51

Relevantia in proceſſibus canonizationis Sanctorum debet probari. pag. 13. num. 110. Sumitur ex certa probatione contentorum. ibid. num. 111. Ex teſtium idoneitate. ibid. num. 112. Si ſint in numero copioſo. ibid. num. 115. Si miracula probentur facta à Deo. ibid. num. 114. Ad eam requiruntur miracula facta intuitu Sanctitatis. ibid. n. 118. Et miracula facta non ſolùm in vita, ſed poſt mortem. ibid. num. 119. Habetur ex publica voce, & fama de Sanctitate. ibid. num. 122. Ex cultu, & veneratione. pag. 14. n. 123. Ex devotione circa reliquias. ibid. n. 124. Præcipuè ex cultu publico, & anniverſario. ibid. num. 125. Ac maximè ex fama. ibid. num. 126. Non derogatur relevantiæ pro hujuſmodi proceſſibus per defectum rerum minimarum. ibid. n. 127. Neque per æquipollentia, & valde difficilia. ibid. & ſeq. num. 128. Relevantia hiſtoriarum vnde ſumatur. pag. 15. n. 155. Non tollitur per aliquos errores accidentales. pag. 16. n. 156. Neque per antiquitatem hiſtoriarum. ibid. n. 137. Etiamſi authores ſint de hæreſi ſuſpecti. ibid. n. 158. Pro hac in hujuſmodi cauſis proceſſus defectuoſi poſſunt repeti. ibid. n. 139. In poſſeſſione ſua quia turbari non debet, dum cognoſcitur de ejus relevantia. p. 215. num. 8

Religio poteſt non acceptare profeſſionem. pag. 70. n. 79. Religio Hieroſolymitana cenſetur inter laxiores. pag. 95. n. 5. Religiones excludentes bona immobilia, quæ patiantur. p. 124. n. 36. Habent minorem libertatem. ibid. n. 37. Minus benè conſulunt indigentiis Religioſorum. ibid. num. 38. Religio an poſſit revocare tranſeuntem ad ſtrictiorem abſque legitima licentia. pag. 131. num. 59. Qui aliis ſunt obſtricti vinculo juſtitiæ, an poſſint ingredi Religionem. ibid. num. 33. Melius eſt prædicationis munus exercere pro infidelium converſione, quàm Religionem ingredi. pag. 140. n. 49. Quæcumque habet facultatem faciendi ſtatuta, p. 165. n. 3. Et eſt illi liberum non recipere, niſi habentes aliquas conditiones. ibid. num. 4. Etiamſi defectus non ſit contra ipſius ſubſtantiam. ibid. n. 6. Quando tenetur ejectum admittere. ibid. n. 11. In quo caſu licet conjugi tranſire ad Religionem. pag. 175. n. 16. Quibus in caſibus id non licet. ibid. num. 17. Quando diſpenſari poteſt. ibid. n. 20. Propter quas cauſas. ibid. num. 21. Natus ex parentibus Mahumetanis, & in ætate infantili baptizatus, poteſt ad Religionem admitti. p. 176. n. 1. Quid huic obſtare videtur. ibid. numero 5. & ſeqq.

Religio an poſſit excludere tacitam profeſſionem in ſuis conſtitutionibus. p. 409. n. 54. Habet poteſtatem condendi nova ſtatuta. p. 410. n. 55

Religioſi exempti. p. 77. n. 3. Non renunciant ſuo honori, aut famæ. p. 171. num. 6. Eorum dimiſſio quomodo fieri debeat. Vide verbo *Dimiſſus*. Religioſus natus ex parentibus Mahumetanis, & in ætate infantili baptizatus, poteſt habere officia ſui Ordinis. p. 177. n. 13. An ſint capaces penſionis. p. 178. n. 2. Suſpenſi ab Epiſcopo à munere confeſſionis, an teneantur illi obedire. p. 201. n. 7. S. Congregationis *litteræ* ad eorum favorem. ibid. n. 11. Quid de munere Concionis. pag. 202. n. 13. Vide *Regulares*.

Religioſus habitus. Vide *Habitus*. Religioſæ diſciplinæ concordia commendatur. p. 391. n. 55. Religioſi Eliani, Benedictini, & alij quibus vſi veſtibus. pag. 387. n. 26. 27. 28. & 29. Religioſi in rebus dubiis & controverſis, etiam obedientiam præſtant Prælatis. p. 389. n. 44

Religioſus quomodo propriam Religionem deſerere, & ad ſeculum redire poſſit. p. 407. n. 15. Vide *Profeſſio*, & *Profeſſus*. Privilegium pro ordinandis Religioſis. p. 413. n. 67

Religioſa Hierarchia quibus conſtat. pag. 455. numero 4

Remedia multa ad tollendam ignominiam. p. 173. num. 23

Remiſſoriæ in cauſis canonizationis Sanctorum pro examine teſtium conceduntur. p. 16. n. 142

Renuncians an habeat regreſſum ad jus renunciatum. p. 79. n. 17

Renunciatio ſtrictè eſt explicanda. p. 39. n. 60. Quid ad eam requiratur. ibid. n. 58. Quando poteſt quis juris ſui facere renunciationem. p. 79. n. 29. Renunciatio exemptionis eſt præjudicialis Papæ. ibid. n. 31. In cujus manibus fieri debet. pag. 80. n. 41.

Ejus

Ejus definitio. pag. 141. n. 6. Et legitimitas. ibid. n. 7. Ejuſque natura quæ ſit. ibid. & ſeq. n. 10. Eſt veluti quædam dilapidatio. p. 142. n. 12. Quæ ſint ejus cauſæ. ibid. n. 13. An, & quando ſenectus. ib. n. 14. In dubio an facta ſit renunciatio loco, vel dignitati, cenſendum eſt tantùm renunciatum eſſe loco. ibid. n. 20. Eſt ſtricti juris. ibid. Epiſcopatus dupliciter fieri poteſt. p. 141. n. 15. Facta ſub conditione, & ipsâ non purificatâ, revertitur ad ſua jura. p. 163. n. 8

Renuncians quoad dignitatem Epiſcopatus, an poſſit ordinare. p. 142. n. 18

Repræſentatio an detur ad quartum gradum. p. 136. n. 56. Ejuſdem privilegium. ibid. n. 35

Res de facili revertitur ad ſuam primævam naturam. p. 563. n. 9. Quando libera præſumitur. p. 193. n. 4. Iudicata facit jus, & pro veritate habetur. p. 275. num. 6

Reſcriptum ſecundum revocat prius. p. 10. n. 83

Reſcripta ſummorum Pontificum quomodo exponenda. p. 37. n. 26

Reſervatio eſt odioſa. p. 368. n. 40. Gratia reſervationis fructuum eſt exorbitans. ibid. num. 38. Quid quando datur ex cauſa, & illa non ſequitur. ibid. n. 36. Regula Cancellariæ de triennali an habeat locum in reſervatoria fructuum. ibid. n. 48. Reſervationis clauſula reddit contractum conditionalem. p. 372. n. 112

Reſignatio cum reſervatione fructum prohibetur. p. 367. n. 19. & ſu. Ex Bulla Pij V. quæ refertur, & explicatur. ibid. n. 23. & ſeqq. Eſt ſimoniaca. ibid. n. 51. & ſeqq. & p. 371. n. 99

Reſtituere tenentur Miniſtri juſtitiæ, non facientes quod debent. p. 375. n. 156. Et qui vi, vel fraude impedit aliquem. ibid. n. 155. Et qui metum inentur. ibid. n. 154

Reſtitutio non datur abſque læſione. p. 276. n. 1

Revelare hæreſim alterius, quamvis ſub ſecreto ſtrictiſſimo, excepto Sacramentali, quilibet tenetur. p. 99. n. 17. Etiamſi quis ſub juramento promiſit ſe non revelaturum. ibid. n. 24. Quid quando conſtaret, aliquem incidiſſe in hæreſim ex ignorantia. p. 100. n. 36. Revelare oportet, etiamſi hæreſis probari non poſſit. ibid. n. 39. An hoc procedat in aliis delictis. p. 101. n. 43. An revelator, ſive denunciator reputari debeat calumniator. ibid. n. 44. De jure revelator debet probare revelationem, ſecus tamen de conſuetudine. ibid. n. 45. Quando aliquis excuſari poteſt à denunciatione talis hæretici. ibid. n. 46. & ſeqq. Et quomodo hoc ſit accipiendum, & quid obſervandum. p. 101. n. 50

Reverentia debetur ſenibus. p. 42. n. 1

Revocatio ad quem forum pertineat. p. 203. n. 46. In quo verſatur. ibid. n. 47

Romæ vbi caput ſuperſtitionis erat, illic caput ſanctitatis quieſcit. p. 497. n. 10. Vbi gentilium Principes habitabant, illic Eccleſiarum Principes morantur. ibid. Ad fidei Chriſtianæ incrementum divina voluntate effectum eſt, vt B. Petrus Apoſtolus, & Paulus Romæ martyrium paterentur. ibid.

S. Rotæ Romanæ authoritas. p. 135. n. 16. Ejuſdem deciſiones de Præeminentiis. p. 149. n. 27. & ſeq. Et de Beneficiis. p. 154. n. 20. & ſeqq. Et juris celebrandi. pag. 155. per totam. Et de alienatione rei Eccleſiaſticæ facta abſque ſolemnitatibus. p. 160. n. 1. & ſeqq. De eadem re. ibid. & ſeqq. Et deciſio Profeſſionis. p. 166. n. 23. Et deciſio ejecti à Religione. pag. 167. n. 1. Deciſio Placentina bonorum. pag. 591. num. 29. & ſeqq. Deciſio Caſalis Longhezzæ. pag. 192. num. 12. & ſeqq. Ejus deciſiones & reſponſiones in materia matrimonij vi, metúque contracti. pag. 309. n. 125. & ſeqq. Ejus deciſiones. pag. 311. & ſeqq.

S

SAcerdos fictus Miſſam incipiens, & non perficiens, quam pœnam incurrat. pag. 146. n. 52. Quid ſi audiret confeſſionem, & non abſolveret. ibid. n. 53. Eſt puniendus à S. Officio juxta Conſtitutiones Pontificias. ibid. n. 55. An ſit tradendus Brachio ſeculari. p. 147. n. 66. Eſt graviſſima hæc pœna. ibid. n. 67. Omnes habent certam juriſdictionem pro abſolutione venialium. p. 204. n. 70

Sacrilegium quando committatur. pag. 195. n. 13. Quando incidit aliquis in ejus criminis pœnas. ibid. n. 14

Sanctitas tam quoad comprehenſionem, quàm quoad intenſionem largè, & ſtrictè accipitur. pag. 17. n. 154. In quo conſiſtit. ibid. n. 155. Quomodo ſtrictè capiatur. ibid. n. 156. Quomodo largè. ibid. n. 157. Quomodo capiatur à Canoniſtis. ibid. n. 158. Sanctitas B. Andreæ Corſini. p. 16. n. 235. Quomodo in genere probatur. ibid. n. 537. Argumenta illius in eodem Beato. pag. 27. n. 242. Modus probandi illam. p. 22. n. 209. Quid ſit. p. 39. num. 67. Ejus ſigna. ibid. n. 69. Loci ordinatur ad ſanctitatem hominis, qui in Choro ſacro cultum Deo exhibet. p. 223. n. 6

Scandalum vitari debet. p. 403. n. 24. Quid de ſcandalo paſſivo. ibid. n. 25. & p. 490. n. 370

Scientiæ defectus præſtat legitimam cauſam. p. 185. n. 6. Probatur ſcientia ex eo, quod quis habet penes ſe inſtrumentum, & illud produxit. pag. 193. n. 10. Præſumitur ex lapſu longi temporis. p. 578. n. 17. Ex actuum multiplicitate. ibid. n. 18

Scortum an admittatur ad licitationem domus. p. 291. n. 63

Scripturæ teſtibus prævalere debent. p. 253. n. 10

Scripturis quæ fides adhibenda. p. 447. n. 226. Subſcriptio & ſubſignatio eſt finis & complementum ſcripturæ. p. 513. n. 10. Ejus recognitio requiritur, vt probet. p. 504. n. 89. Copia copiæ non meretur fidem. ibid. n. 88

Scrutatores quot requiruntur pro electione facienda. p. 111. n. 50. Pro quibus requiruntur tres Scrutatores. ibid. n. 54. Quid ſi electio fieret cum vno tantùm Scrutatore. p. 113. n. 64. An plures, quam tres Scrutatores poſſint eſſe. p. 114. n. 66

Secretum ſervare eſt de jure naturæ. p. 101. n. 53. An hoc procedat in crimine hæreſis. ibid. n. 54. Advocati, Conſiliarij, & Procuratores, qui ſub ſigillo ſecreti ſciunt furem detinere bona alterius furto ſublata, an teneantur revelare. ibid. n. 55. Secreti, fidei, promiſſionis, aut juramenti ſervandi obligatio non poteſt eſſe in præjudicium alterius. ibid n. 56. Hujus rei limitatio. ibid. n. 57

Seculares in quo differant ab Eccleſiaſticis. pag. 571. n. 8. Religioſos percutientes, & quædam ſpectantia ad cultum divinum ejicientes, incidunt in excommunicationem latæ ſententiæ Papæ reſervatam. p. 194. n. 3. Privantur communibus bonis Eccleſiæ. ibid. n. 6. Videntur etiam incurrere in pœnas capitis *Super eo, de raptor.* ibid. num. 7. Et excommunicationem Clementis IV. ibid. n. 11. Committunt ſacrilegium. ibid. n. 12. Incidunt etiam in criminis ſacrilegij pœnas. p. 195. n. 14. An ſint de hæreſi ſuſpecti. p. 196. n. 36. Ad quos Iudices pertinet hoc delictum. ibid. n. 40. Habentur quaſi pro blaſphemis. ibid. n. 38

Sedes Apoſtolica quid facere ſoleat quando adſunt nullitates in electionibus Prælatorum regularium. p.199.n.32. Ejus praxis. ibid.n.36

Seminario qui contribuere tenentur. p.279.n.26

Septenarius numerus nodus, & plenitudo rerum. p.512.n.6

Sepultura fidelium eſt maximè favorabilis.pag.394. n.46. Teſtimonia Authorum. ibid. num.47. vide *Defuncti.*

Sequeſtratio in genere loquendo eſt prohibita.p.538. num.140. Varij caſus in quibus permittitur. ibid. n.141. & ſeqq. Nempe quando poſſeſſor convertit bona in proprios vſus. p.539. n.144. Quando ea diſſipat. ibid.n.145. Quando externus nulla habens bona. ibid. n. 146. Quando timetur ne ſententia ſit illuſoria. ibid. n.147. In his caſibus decernitur pro quocumque termino litis.ibid.n.148. Sequeſtratio non affert præjudicium magni momenti. ibid. n.150

Singula quæ non proſunt, multa collecta juvant. p.105. n.35. Quando hoc axioma procedat. ibid. n.36

Sententia cui præjudicet. p.277.n.4. In cauſa ſtatus facit jus quoad omnes. ibid.n.5. Facit vehementiſſimam præſumptionem boni juris.ibid.n.6. Antiqua probat,etiam ſine actis. p.278.n.14. Reſpiciens ſtatum ſi tranſiverit in judicatum, facit jus quoad omnes. ibid.n.19. Quæ mediâ viâ procedit eſt eligenda. p.304.n.56

Simonia confidentialis inducitur ex reſignatione cum reſervatione fructuum. p.367.n.20.& 21.& ibid. n.27. Pœnæ. ibid n.28. Inducit infamiam & irregularitatem. p.381.n.267.& ſeq. Bulla Pij V. & alia circa confidentiam conſiderantur. p. 373. & ſeq. n.99.& ſeqq.

Simonia definitur. p.373.n.414. Ejus materia.ibid. Simoniâ infamatus, an, & quando excludendus à beneficio obtinendo. p.381.n.267. An etiam ab obtento. p.382.n.274

Solemnitates ſopplentur ex beneplacito Apoſtolico. p.279.n.21

Spatium quadraginta annorum quid importat.p.193. n.13

Specialis gratia non trahitur in aliorum exemplum. p.20,.n.51. Et ſpecialia non debent in argumentum, ſeu conſequentiam afferri. ibid.n.52

Spoliatus quis ſolùm dicatur.p.197.n.12. Quot ſunt caſus in quibus non debet reſtitui. ibid.n.13

Sponſa vna non poteſt habere duos ſponſos. p. 226. n.28

Sponte comparere quis debet, & quibus conditionibus. p.145.n.37. An gaudeat privilegio, ſi induciis eſt præventus. ibid. n.40. Quis propriè dicatur. ibid.n.41. An qui ſcit rumorem eſſe de ſuo delicto. ibid.n.42. Et qui aliàs eſt querelatus.ibid. n.43. Et qui ignorat ſe eſſe præventum.ibid.n.44. Quid de prævento ex alio crimine. ibid.n.45. Debet fateri integrè delictum.ibid.n.46. Comparatur hujuſmodi confeſſio confeſſioni Sacramentali. ibid. & ſeq. n.47

Stabilitas in loco non concernit ſubſtantiam trium votorum à Religioſis emittendorum. p.251. n.2. In Ordine Præmonſtratenſi non eſt de eſſentia profeſſionis. ibid. n.3. Facit vt Monachus aſcribatur vni præciſo Monaſterio, privativè quoad aliud. p.252. n.6. Requirit perpetuam permanentiam. p.253.n.4. Ejus promiſſio quæ in profeſſione fit, intelligitur de ſtabilitate in Congregatione Communitatis. ibid. n. 5. Eam Carthuſiani non promittunt. ibid.n.8

Statutum Religionis Hieroſolymitanæ. pag.66. n.1. Quando per hoc ſtatutum datur facultas faciendi, quod alias fieri poterat. ibid. n. 17. Quid in dicto ſtatuto exprimatur. ibid.n.22. Superiores quando poſſunt, & cenſentur diſpenſare in ſtatuto.p.120. n.26.& 27. Statuta contraria legibus, an ſint valida. p.127.n.29. Præſertim in Religionibus.ibid. n.30. Statutum ſolùm admittens nobiles ad officia Ordinis, an valeat. p.177.n.20.& 21. Cujuſdam Capituli. p.186.n.1

Statuta plura ad mortuos etiam extenduntur.p.392. n.11. In ſtatutis potiùs ratio attenditur, quàm verba. ibid.n.8

Subornatio vitiat electionem. p.396.n.2.& 3. Subornatores ſunt veluti ſimoniaci. ibid. n. 4. Quæ ſubornatio à jure permiſſa. p.397.n.15

Subreptio quomodo contingit. p.366.n.5. & 9. Reticentia qualitatis beneficij reddit gratiam ſubreptitiam. ibid.& ſeq.n.14.& 15

Status Religioſus non variatur per tranſlationem officiorum. p. 185. n.8

Subjectio judicatur ex ſolutione Canonis. p. 284. n. 20

Subreptio ſanatur conſenſu partis.p.71. n.64. Quando contingit. p. 129. n. 6. Quando Princeps movetur ex cauſa impulſiva. ibid.n.7

Subrogatio eſt nova commiſſio.p.10.n.84

Subrogatum ſapit naturam ſubrogantis, quomodo intelligendum. p.169. & ſeq. n. 24. Quomodo limitandum. ibid. n.25

Succeſſio conceditur ordinario,& extraordinario modo. p.136.n.36

Suffragatores inhabiles ignoranter admiſſi, an vitient electionem, ſi poſtea conſtet de eorum inhabilitate. p.92.n.62.& ſeqq. Qui vocales ſint legitimi. p.198.n.18. Qui admitti debeant.ibid. n.19

Superiores quando poſſunt, & cenſentur diſpenſare in ſtatuto. p.120. n.26. & 27. Eorum contraria voluntas malum intolerabile eſt ſubditis. p. 305. n.61

Superioritas, & ſubjectio judicatur ex ſolutione canonis. p.284.n.20

Suſpicio metus habetur pro metu. p.87. n.5. Suſpicio violenta coarctat Iudicem. p.90.n.37. Præcipuè in rebus ſecretis. ibid. n.38

Simon magus cujus auxilio hæreſim condidit.p.231. n.30

Synodum congregare, & ejus conſtitutiones facere, quibus competat. pag.265.n.106

T

TAbernaculum quid ſit. p.469.n.10

Tacens quando conſentire videatur. p.199.n.26

Tempus longiſſimum pro canonizatione Sanctorum eſt centum annorum. p.6.n.36

Territorium quod ſit ſeparatum à juriſdictione Epiſcopi, ex quo duceatur. p.259.n.50.& p.283.n.13

Teſtamentum quaſi teſtatio mentis.p.513.n.12. Ejus definitio. ibid.n.13. Aliud in ſcriptis, aliud nuncupativum. ibid.n.14. An poſſit fieri in ſchedula informi vltra caſus privilegiatos. p.514.n.25. & ſeqq. Varij defectus notantur.p.515.n.21.& ſeqq. Solemnitates in teſtamento requiſitæ non ſolùm ſunt probatoriæ, ſed important formam ſubſtantialem. ibid. num.23. Vide *Forma*. Teſtamentum Principis non ſupremi, an ſit privilegiatum.p.516. n.28. & ſeqq. Vide *Princeps*. Teſtamentum militis an valeat ſine ſolemnitatibus.ib.& ſeq.n.30.& ſeqq. Vide *Miles*. Teſtamentum tempore peſtis,

an

an ſuſtineatur abſque ſolemnitate ordinaria.p.519. n.45. Suſtinetur tempore peſtis magnæ, ſeu vehementis & non aliàs. ibid.n.46. & ſeqq.Imperfectum an ſuſtineri poſſit,ſaltem in foro conſcientiæ. p.520.n.50.& 52.Teſtamentum filijſamilias an valeat. p.521.n.53. An ſuſtineatur factum de re prohibita alienari. p.524.n.67. & ſeqq.

Teſtes omnes in cauſa canonizationis ſunt examinandi. p.11.n.92. Etiam ſigillatim. ibid.n.93. Et per extenſum. ibid.94. Pro examine illorum conceduntur ſemiſſoriæ. p.16.n.142. Nulliter examinatus repetitus. ibid. n. 144. Et quando examinatus eſt ſine interrogatorio. ibid.n.145. Deponentes in genere ſuper Sanctitate non faciunt probationem perfectam. p.23. n.219. Quomodo poſſunt concludere miracula in dicto. p.24.n.224. Deponentes ſcire eſſe publicam vocem,& famam, non ſufficiunt ad probandum miraculum. ibid. n.225.Non requiritur in materia Canonizationis qualitas, quod debeant eſſe omni-exceptione majores.p.26. n. 234. Deponentes ſuper certis finibus, & limitibus, debent etiam non interrogati aſſignare rationem non ſolùm per actum intellectus, ſed etiam per ſenſum corporis.p.281. n. 12. Referentibus ſe ad ſcripturas non plus creditur, quàm ipſis ſcripturis. ibid. n. 13. De auditu non ſpecificantes perſonas à quibus audierunt, non concludunt etiam in antiquis finibus probandis. p.281. n. 18. De auditu vt probent, quæ requiruntur.ibid.n.19. Vilibus junctis aliis exceptionibus multò minùs eſt credendum. p.284. num.15. Non probant id quod deponunt, ſi poſt eorum atteſtationem referant ſe ad alium teſtem, qui abſolutè id negat. ibid. Qui deponit ſe aliquid feciſſe, & aſſerit, ſe neſcire quare id fecerit, non relevat. ibid. n.21. Singulares loco, & tempore nihil probant, cùm pro vno reputentur. ibid.n.22. Redduntur ſingulares ex diverſitate loci, & temporis. ibid. n.23. Teſtes ad probandum metum ad effectum reſcindendi matrimonium,quales eſſe debeant. Vide deciſionem in conſulto 47. allatam, vbi plura de teſtibus. p.317.& ſeq.n.1.& per tot. deciſ.

Teſtis legitimus Prælatus eſſe poteſt pro ſuo monaſterio. p.399 n.55. Maximè in negotio ſibi commiſſo. ibid n.56.Et creditur ipſi etiam in præjudicium tertij.ibid.n.60.Licèt deponat contra ea quæ geſſit. ibid.n.61. Nec obſtat quod ſit vnicus.ibid. num.62. Officiali etiam vnico teſti creditur. ibid. n.64. Maximè vbi agitur de vitando peccato.ibid. n.65. Teſtis ſi vnum dicit in judicio, & aliud extra, ſtatur priori teſtimonio. p.401.n.91.Teſtis in cauſa propria inutilis. p.461. n.420. Intereſſatus non probat. p.505. n.93. Teſtium dicta quando fuerunt conquaſſata à dictis teſtium contrariorum,nihil relevant. p.506.n.114

Teſtimonio matris occiſi an ſit credendum. p. 338. n.16.& 17

Theſaurariæ retentiæ retentio cum Epiſcopatu illicita,& invalida. p.366.n.4. De conſuetudine Eccleſiarum eſt dignitas. ibid.n. 10. Interdum eſt perſonatus tantùm. ibid. n. 17. An reſidentiam requirat. p.369.n.53

Timor patris gravis an invalidare poſſit matrimonium. p.302.n.20. Poteſt eſſe reverentialis. ibid. n.21. Et non poteſt annullare matrimonium.ibid. n. 22. Qualiter adminiculatus ſufficiens ſit ad irritandum matrimonium. p. 310. n.147

Titulus aliquando eſt non titulus. pag.148. num.5. Titulus Reverendiſſimi an toleranus. ibid. n.6. Eſt proprius Epiſcoporum, vel Abbatum. ibid. & Dominorum Inquiſitorum. ibid. num. 8. Et Generalium. ibid. num. 9. Poteſt allegari vigore privilegij. p.215. n.7

Titulus *Mater Eccleſiarum*, quid importet. pag.440. num.126. *Beatiſſima Sedes*, quid. ibid. n. 131. *Matrix orbis*, quid. Ibid. num. 133. *Majoris*, denotat primogenituram. pag. 445. num. 202. *Matrix*, *Mater*, *Superior*, *Magiſtra*, quid. pag. 448. n.242. *Sanctitatis*, & *Dignitatis*,quid. pag. 452. n.283. *Epiſcopi veſtri*, quid denotet. pag.475. n. 79. *Baſilica*, & *Eccleſia*. pag. 489. n.343. & 344

Tranſlatio propriè quid importet. pag.444. n.185. Impropriè, & abuſivè. ibid.n.188

Tranſitus ad ſtrictiorem Religionem ſecundùm Canones qualiter fieri debet. pag. 130. n.20. An ſit conſulendus. pag.131. n.23. Et an requirat legitimam licentiam. Ibid. num.21.& 22. Privilegia circa hoc, & conceſſio S. Congregationis. ibid. num.25. Qualis licentia requiratur.p.131. num.34. Vide *Licentia*. An defectus illius irritet tranſitum. ibid. num.35. Quæ à Pontifice requiruntur. ibid. num.36. An ſit de jure naturæ licitus. pag. 132.n. 43. Maximè propter abdicationem à Religioſis factam. ibid. n.45. Saltem ſervatis ſervandis. ibid. num. 47

V

VAnitas in opinionibus deteſtanda. pag. 330. num.45

Verba, *ſine Rectoris præjudicio*, quomodo intelligenda. pag.153. n.16. Qualiter ſunt interpretanda. p.188.n.20. Debent intelligi juxta ſubjectam materiam. p.187.n.10. & p.252. n.5

Veritas quid ſit.pag.328.n.15. Ex quo illa petenda. pag.330. n.42. Quid ſit apud Platonem, & alios. ibid. n.44

Vicarius Religionis ſi eſſet generalis, majorem dignitatem haberet. pag.169.n.9. Vicarius generalis Epiſcopi habet eandem juriſdictionem cum ipſo. ibid. n. 18. Non præcedit Epiſcopos. ibid. n.19. Vicarius Religionis à Papa inſtitutus, quam prærogativam habet. p.170. n. 34. An ea eo tribuatur majus jus. ibid. n.36. Non alteratur, aut mutatur natura dignitatis, vel officij. ibid. n.37. Poteſt facere ſolus quidquid totum Capitulum facere poteſt. p.188. n. 25. An poſſit diſpenſare in conſtitutionibus Ordinis. p.189.n.26

Vicarij Epiſcoporum ſunt ipſorum coadjutores. pag. 375. n.157. An poſſint impedire factum ab Epiſcopo. ibid. n.165

Violatio rei ſacræ quid ſit. p.194. n. 10. Privilegiorum dicitur injuria. p.206.n.81

Violatorum pœna in Vrbe. p.295.n.124

Virtutes requiſitæ ad canonizationem Sanctorum. p.8.num.54.Requiruntur virtutes heroïcæ. ibid. n. 57. Virtutes erga quid ordinari debeant. p. 17. n.164. poteſt perfecta eſſe ſine aliis. p.18.n.167. Quæ propriæ,& quæ impropriæ dicantur virtutes. ibid.n. 168. Circa Theologicas virtutes quiſque tenetur operari. ibid.n. 169. An teneatur operari circa virtutes morales.ibid.n.170.Singulæ virtutes habent ſuos gradus. ibid. num.172. Virtutum omnium excellentior eſt charitas. ibid. num. 175. Ethnici non habuerunt notitiam virtutum Theologicarum. ibid. n.176. Laus virtutum humilitatis, & virginitatis. ibid. n.177. Vltra excellentiam in virtutibus pro canonizando requiruntur

Digitized by Google

miracula. p.19. n. 180. Virtutes particulares B. Andreæ Corſini. p.28.n.246
Viſitatio non probat juriſdictionem Epiſcopi in locis viſitatis. p.281. n.14
Viſitatori Apoſtolico multùm eſt tribuendum circa qualitatem, & ſtatum Eccleſiarum. pag.223.numero 7
Vnio Religioſorum cum præſervatione privilegiorum, an ſit contraria eorum Regulæ S.Franciſci. p.123.n.28. & 29
Vuiverſitas non debet condemnari pro peccato vnius certi, vel incerti. p.202.0.29
Voluntas magis facto, quàm verbis declaratur. pagina 196. num.37
Votum auditorum Rotæ Romanæ ſuper officiis faciendis de Sanctis non canonizatis. pag.40.n.71. Ao ſibi quis dare votum poſſit. pag.89. num.33. Dare ſibi votum non licet. pag. 90. num. 40. In voto ſolemni caſtitatis an poſſit diſpenſari à Papa. pag.93. num.10. Qui tria vota profitentur, ſunt verè Religioſi. pag.94. num.14. In diſpenſatione voti ſolemnis caſtitatis an requiratur publica cauſa. pag.95. num.22. An ſufficiat privata. pag.96. num. 24. An pro conſervandis divitiis vnius familiæ. ibid. num. 28. Vota abſentium in electione ſuppleri non poſſunt. pag.109. num. 42. An poſſit fieri additio votorum in electione. p. 110. num. 47. Quid ſi fiat authoritate totius gremij. ibid. nom.48. Redigere vota in ſcriptis ad quem pertineat. pag. 111. num. 52. Quando non eſt contra votum ſubſtantiale paupertatis, Minores licitè poſſidere poſſunt bona ſtabilia. pag.121.n.2. Votum, ſive juramentum præſtitum S. Congregationi, non eſt commutabile. pag. 138. n. 19. & 20. Ao in profeſſionem, ſeu ingreſſum Religioois. ibid. num. 121. Differentia inter votum Deo factum, & juramentum homini præſtitum. p.140.0.40. Quæ conditio in omni voto reperiatur. p.141.n.54
Vrbani VIII. factum. p.183. n.12
Vtilitas requiritur in alienatione rerum Eccleſiæ, certa & evidens. pagina 158. numero 21. In jure æquiparatur cum neceſſitate. ibid. numero 27

FINIS.

BIBLIOTECA ... ROMA ... VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google